IVLII ALEXANDRINI A' NEVSTAIN

IN

GALENI praecipua scripta ANNOTATIONES, quæ Commentariorum loco esse possunt.

Accessit trita illa de THERIACA Quæstio.

Cum Indice copiosissimo.



Cum Priuilegio Cæsareo ad Decennium.

BASILEAE
PETRI PERNÆ' IMPENSA
M D XXCI.

IOANNI CRATONI ARCHIATRO CAES. COLLEGAE'QVE SVO OPTIMO ET *doctißimo, Iulius Alexandrinus* S. D.

TAntum ſuperfuit mihi otij, toto eo, quo ruri, dum Tridenti peſtis ſæuit, vixi, tempore, doctiſsime Crato, ut ſicuti prius in negotio otium quærebam ſæpe, ita tunc in otio quęrendum mihi negotium fuerit non minus ſæpe, quod longum, ac tædio plenum futurum augurabar. Quærenti, conuerſoq; ad amicos veteres noſtros, id eſt, libros, & quidem Medicos, ſi quid inde accipere ſolatij auxilijq; ad rem hanc poſſem, occurrerunt exemplarium Galeni Gręcorũ in margine annotata à me olim inter legendum quædam, quæ cum aggreſſus deſcriberem, pauloq; diſtinctius, verbis alijs immutatis, alijs additis, explicarẽ, &, ut nouæ ſeſe offerebant cogitationes animaduerſioneſq;, nouis etiam ſubinde corollarijs, de recenti lectione natis atq; exceptis augerem, neſciente penè me, certè nõ ſatis animaduertente, excreſcere viſa ſcriptura in tantum, ut quod margine prius capiebatur vno, pagina acciperet integra ſæpe, interdum nec ſatis eſſet, totumq; impleretur folium: nõ quidem, ut paginam utramq; facerem, quod de fortuna dixit Plinius: ſed tamen ut implere utramq;, & opiſtographos mihi facere inde tantum cogerer quoſdam, non enim in animo habebã tunc, aut cogitabam (ita me Muſæ bene ament) quàm ut mĩhi tantùm laborarem, ſiue potius fallerem ita tempus. Donec paulum progreſſus perueni ad loca, quæ ſciebam eſſe controuerſa, ibi demum hæſi pauliſper, quid facerem neſcius, tranſmittenda ne ea mihi eſſent ſilentio, an dicendum aliquid. Dicendum eſſe videbatur, ne præuaricatio fieret lectionis, ſcriptioniſque quam ſuſceperam, & ſi quid inde fortè uſus prouenire ſtudioſę rerum medicarum iuuentuti poſſet. Quãuis enim mihi ſcriberem tantùm, fieri tamen poſſe aliquando non neſciebam ut inuulgarentur hæc, οὐ γάρ ἐστι τὰ γεγραμμένα, inquit Plato, μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν. Silendum autem alia ex parte putabam,

ne audacius insurrexisse aduersus magni nominis, quos tamen omnes innominatos pertranseo, medicos, viderer, imprudenter nimis, qui Galeni dicta in dubium reuocassent quædam, iamque etiam confecissent, ut existimari à multis posset, adeoq; existimaretur iam. Huic ego malo ut subuenirem, falsæq; (nisi prorsus fallor) opinioni resisterem, quantum in me est, proferendum tandem aliquid esse duxi, sed sic, ut modus seruaretur, meminissemque semper annotationes me scribere, non etiam quæstiones tractare, vel ut sententiā aliquando meam proferrem, præiudicati tamen nihil afferrem, liberumque permitterem vnicuique iudicium lecturo; Quod & feci, moderationemq; eam adhibui, ut disceptatori asciscendo relictus adhuc locus esse videatur in multis. Nam aliqua interuenisse de quibus asseueranter affirmare non dubitarim, non nego.

In omnibus tamen his, quæ quota tantum pars quædam sunt scriptionis totius huius meæ, quemadmodū in reliquis etiam, quæ multo maximam partem occupant, in quibus nihil aliud, quàm cogitationes solum meas profero quasdam, & Galeni sensa aperio, ut possum, & notatu digna excerpo, mihi quidem ita visa, nihil disputo, nec decerno quidem, aut decido quicquam, prospiciendum mihi esse videbam, ne si nuda quidem, & incomitata exirent à me, nulloq; nec aduocato nec defensore munita, in aliquos inciderēt melioris fortasse medicinæ viarum obsessores, progressum profectumq; illorum impedituros, aut cauillosos homines vitilitigatores, litem de minima quaq; re intentaturos, alios'ue fortasse aliquos quocunque tandem modo, negotij semper aliquid exhibituros. Hos tu omnes, aut si quæ aliæ huiusmodi inueniūtur noxæ rerum meliorum, ac pestes, solus visus es mihi, carissime Crato, qui si tantum in fronte libri legi nomen tuum patiare, longè ab eo arcere valeas, lateq; fugare nominis tui fama reiectos, et virtute repulsos, et autoritate deterritos: doctrina autem & eruditione rerumq; multarum scientia facile superandos, si se commouerint, te quidem Patrono. Quod

te pro veteri nostra amicitia, animorumq; inter nos tanti iam temporis coniunctione, facturum non dubitaui, ut Patrocinium inquam hoc rogatus à me susciperes, non illibenter. Quem præsertim ne de iudicum quidem albo excepturus essem in re literaria omni, ac libenter rationum semper mearum cognitorem darem, nec disceptatorem unquam reijcerem. Ac video, sic me de his tecum egisse, quasi qui ut publicũ omnino accipiant nostra hæc, constitutum iam mecum habeam. Verùm enimuero neq; de hoc iudicium meum vllum sit volo, tuum expecto, prodire ne in manus hominum, an latere potius debeant. Quicquid enim visum tibi fuerit, id, quoniam iudicio tuo fiet, rectè semper factum existimabo. Vale. Tridenti, 24. Octobris,

CIↃ. IↃ. LXXIIX.

Priuilegium.

MAXIMILIANVS SECVNDVS, *diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlauoniæ, &c. Rex; Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Vuirtembergæ, &c. Comes Tiroli, &c.*

RECOGNOSCIMVS *& notum facimus tenore præsentium uniuersis: Quòd edocti honorabilem, doctum, fidelem, nobis dilectum, Iulium Alexādrinum in Neuenstan, Philosophiæ & Medicinæ doctorem, ac Protophysicum nostrum, pro sua de Arte Medica bene merendi studio, collectis in Physiologica Galeni omnia Annotationibus, decreuisse easdem pro communi studiosæ iuuentutis beneficio, Petro Pernæ Bibliopolæ Basiliensi imprimendas committere, humiliterq; requisiti, ut, quandoquidem uerendum uideatur, ne, opere euulgato, idipsum ab æmulis, qui falcem in messem alienam inijcientes, ex aliorum laboribus sua commoda uenari solent, temere recudatur, eaq; ratione supradictus Bibliopola fructu sperato defraudetur, eiusdem hac in parte indemnitati benigne prouidere, æmulorumq; proteruiam Cæsarea authoritate nostra reprimere dignaremur. Nos sanè persuasum habentes, huiuscemodi Annotationes, artis Medicæ studiosis, haud dubie plurimum utilitatis allaturas, memoratis precibus, pro nostro rem literariam undequaque promouendi studio, deesse non potuimus. Quapropter scienter, animo bene deliberato, Cæsareaq; authoritate nostra, serio decernimus & statuimus, quòd nemo typographorum, bibliopolarum, aut aliorum qui uendendis uel imprimendis libris, seu quacunq; alia ratione librariam negotiationem exercent, memoratum Doctoris Alexandrini in Physiologica Galeni Annotationum opus, postquam studio & opera supra dicti Petri Pernæ in lucem prodierit, intra decennium ab editionis absolutæ die numerandum, ipso Pernæ, aut legitimis hæredibus inscijs, uel inuitis, eodem seu quocunque alio modo, aut charactere, æmulari aut imitari, uel alibi impressum intra sacri Romani Imperij, Regnorumq; aut Dominiorū nostrorū hæreditariorum fines adducere, uenum exponere ac distrahere publicè uel occultè poßit, aut debeat. Siquis autem præsens edictum nostrum, transgredi & uiolare, memoratumq; opus ab authore supranominato Petro Pernæ commissum recudere, & in fraudē atq; detrimentum eiusdē spargere conatus fuerit, eū nō solum huiusmodi libris, tanquam commißis, & præfato Pernæ, uel hæredibus, aut mandatum habentibus, auxilio Magistratus eius loci, ubi deprehensi fuerint, uendicandis, priuari, sed insuper etiam pœna decem Marcharum auri puri, fisco nostro Imperiali, fraudis uindici, & dicto Pernæ, seu hæredibus ex æquo soluenda & numeranda mulctari uolumus. Ita tamen, ut ad Cancellariam nostram imperialem Latinam eius operis, quamprimum absolutum & in lucem editum fuerit, ipsius Pernæ sumptibus tria exemplaria transmittantur: Mandantes proinde uniuersis & singulis nostris, & sacri Romani Imperij, Regnorumq; & prouinciarū nostrarum, hæreditariarū subditis & fidelib. dilectis, tam Ecclesiasticis quā Secularib. cuiuscunq; status, gradus, ordinis & cōditionis extiterint, præsertim uerò ijs, qui in Magistratu constituti sunt, ac uel suo, uel superiorū suorum loco & nomine, Iuris ac iustitiæ administrationē exercēt, ne quenquā hoc priuilegiū, seu interdictum nostrū impunè uiolare, spernere, uel negligere patiantur: sed si quos cōtumaces compererint, præscripta pœna plecti, & quibuscunq; rectè fieri potest modis cohereeri curent, quatenus & ipsi grauißimam indignationem nostram euitare uoluerint. Harum testimonio literarum, manu propria subscriptarum, & Cæsarei sigilli nostri impreßione munitarum. Datum in Ciuitate nostra Vienna, die uigesima octaua mensis Februarij, Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo sexto. Regnorum nostrorum, Romani decimoquarto, Hungarici decimo tertio, Bohemici uerò uigesimo octauo.*

Maximilianus.

Vt Ioan. Bap. Vueber

Ad mandatum Sacræ Cæs. Maiest. proprium

A. Altenstaige-

GALENI LIBRI, IN QVOS IVLIVS ALEXANDRINVS ANNOTATIONES SCRIPSIT, hi sunt.

IVLII ALEXANDRINI
ANNOTATIONES IN GAL. HORTATIONEM AD ARTEM DISCENDAM.

CAP. I.

ON καὶ προφορικὸν ὀνομάζουσι. *Quem & proferentem vocant.*) nimirum λόγον. Sic quidem proferre uerba dicimur, quod nihil aliud est, quàm sermo. Vt προφορικὸς λόγος, quæ profertur ex ore, oratio sit, animi sensa aperiens, quod hominis proprium est. Quare Proferens sermo uertendum fuit, non Prolatus, ut actiua significatio seruetur, quam προφορικὸν illud habet: simul ut uerborum sententia retineatur integra, & sensus prolationem ipsam, quæ in præsenti fit, notaret, non autem iam factam. Sicuti sanè alia ex parte ἐνδιάθετος λόγος, nempe insita atque innata à natura ratio, quasique oratio, notas sui exhibet aliquas in animalibus quibusdam non obscuras, quibus quasi uocem mittere quandam uideri possint: ut illud, ἐνδιάθετος λόγος, pro oratione sumi queat animalium interna, animoque eorum insita, qua corporis sæpe gestu tanquam loqui uelle uidentur, etiam si uerba ipsa non proferant: non ea tantùm dico, quæ texendo, ut araneus, aut ut hirundo & apis ædificando, & huiusmodi alia, naturę ductum suæ sequuta faciunt, ipsa interea superioris ac nobilioris facultatis uiribus faciendo directa: sed quæ suapte, sibique connata, nec aliunde adiuta (quantum quidem huc spectat) natura, specimina edunt rationis cuiusdam propria atque aperta quædam, ut in cane uidere est, in elephanto, in quibusdã præterea alijs. Atque hæc dicunt sapientes summum imaginatricis animæ potentiæ apicem obtinere, in proximo, quasique in confinio rationis cuiusdam posita: is fuerit uerè ἐνδιάθετος λόγος, ἀλλ' ὁ προφορικός, animo conceptus, illique infusus, & instillatus, non prolatus sermo, siue ratio.

Καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, ἃς ἔχει. *Aliasque omnes, quas habent.*) Nimirum artes sagittandi, canendi, diuinãdi (nam medendi prius dixerat) quatuor in uniuersum. quas cunctas Apollini tribuit uetustas: adeoque congruũ, conueniẽsque, harumque omnium significans adeptum fuisse nomen Deum hunc, docemur ex Platonis Cratylo.

CAPVT II.

Τῷ δὲ καὶ τοὺς θαλαττίους ὑπηρετοῦντας ἰχθῦς. *Huic verò etiam subseruientes marinos pisces.*) Nota apud Herodotum historia, libro qui Thalia est, de annulo in mare proiecto, gemmaque nobilissima, à Polycrate Samiorum tyranno, prosperrimè undecunque flantis fortunæ suæ cursum felicem nimium suspectum habente, ac uicissitudinem eius uerito, quasique litare illi cupiente, atque in capto demum pisce, Polycratique donato relata cum annulo gemma, quasi inseruiens ita tyranno piscis acceptam eam illi retulerit.

Καὶ Διονύσιον ἐν Κορίνθῳ. *Corinthi Dionysium.*) Nempe eò compulsum à Timoleonte, coactumque tandem docere literas pueros, ad sustentantionem sui aperto ludo, in exilio.

Χώραν ἕκαστος, ἣν ἐκεῖνος ἔθηκεν, οὐκ ἀπολιπόντες. *Locum quem ille assignauerit seruantes suum quisque.*) Tanquam maximæ hoc uirtuti tribuatur, & eruditi id inprimis hominis sit, pensum suum agnoscat ut unusquisque, & id absoluat.

οὐδ' ηὐγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα. *Nec nobilitas immensa te in excelsum extulit.*) Euripidis sunt hæc in Tragœdia, cui titulus, Phœnissæ.

Καλὸς γὰρ, φησὶν ὁ πλάτων, θησαυρὸς, αἱ τῶν πατέρων ἀρεταί. *Pulcher, inquit Plato, thesaurus, parentum virtutes.*) Desumptum ex Menexeno. sic enim ait ibi sub persona Aspasiæ: εἶναι μὲν γὰρ τιμὰς γονέων ἐκγόνοις καλὸς θησαυρὸς, καὶ μεγαλοπρεπής: Thesaurus natis præclarus atq; magnificus parentum gloria. sed cui tamen moneat parci debere, quęrendumq́; alium, quo tanquā proprio nostroq́; utamur, quò intactum, quem à maioribus accepimus, ad posteros transmittamus. Eadem penè sententia, qua à Menodoto, traduntur hoc loco multa, cuius se paraphrasten Galenus fecit hic, ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι. Valde at nos patribus meliores credimus esse. Versus est ex Homeri Iliad. δ.

εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν ὗν. *Si fugimus Bœotiā suem.*) Integra hæc sentētia apud Pindarum ita habet, in Olympionem ode sexta γνῶναι τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσι λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν ὗν. Notumq́; deinde sit, vetus opprobrium ueris rationibus an effugimus, Bœotiam suem. iuxta Horatij illud, *Bœotum in crasso iurares aere natum.*

CAP. V.

Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. *Factū & stolidus nouit.*) Ex Homero hoc Iliad. ρ. tū quę sequuntur multa, sed locis omnia obuijs, vnde petere sibi unusquisq; possit,

ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο. Iliad. ε. ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς. Iliad. ζ.

ἄλλος δ' αὖτ' εἶδος μὲν ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ. Odysseæ θ.

ἥκεις ὦ Λυκόοργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν. *Ad mea venisti prapinguia templa Lycurge.* ex Herodoto in Clio.

CAP. VI.

κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων κατ' Ἑλλάδα. *Infinita enim in Gracia mala quum sint.*) Ex Euripid. in Autolyco primo. Quæ tamen tragœdia inter impressas authoris huius non est, at colligitur ex Athen. Dipnos. lib. x.

Διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. *Exercitatio athletica naturalis non est. Habitus salubris melior.*) Hippocr. in lib. de Alimento.

Ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὴν ψυχὴν ἐμπεπνιγμένην ἔχουσι κατεσβεσμένην. *Quasi cœno immersam multo extinctamq́; animam suam tenent.*) Quippe nihil sinceri, puri, exquisitiq́; nihil mente percipere quæ ualeat. Vetus siquidem est, ἀδελφαὶ ἡ πολυφαγία καὶ ἡ ἀμαθία, Sociam habet & sororem edacitas, inscitiam & ignorantiam.

Καὶ δὴ, καὶ ἡ ἄσκησις μὲν ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. *Et quidem quòd sanitatis meditatio, cibi insatietas, laborum impigritia.* Et mox, πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. *Labores, cibi, potus, somni, uenus, omnia moderata.*) Ex Epidemiorum sexto omnia. A quibus tamen præceptis longè abesse dicat athletas, utpote quæ damnent ipsi, ac uituperent, Corybantum more insanientes, καὶ ὅλως τὸν τοῦ παλαιοῦ λόγον ὡς κορυβαντιῶντες κατεγνώκασι.

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες) Coniuncta ex principijs β. & κ. Iliad. carmina, & immutatum tertium.

Καὶ ῥοδοδάφναις ἐνίοτε τὰ νῶτα διακναίεται. *Atq; interdum rhododaphnis dorsum confricantur.*) Quærendum relinquo eruditioribus, aut quibus instructior fortè bibliotheca sit.

Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ. *Clauda, rugosa, straba.*) Dictum de Litis, apud Homerum, Iliad. ι.

Ἐνίων δὲ τὰ πρόσωπα παντάπασιν ἄμορφα, καὶ δυσειδῆ κατέστησαν, καὶ μάλιστα τῶν παγκράτιον, ἢ πυγμὴν ἀσκησάντων. *Quorundam uerò facies deformis prorsus ac turpis euadit, eorumq́; inprimis, qui pancratium aut pugillatum exercent.*) Pancratiū quid sit, & Pugilatus, non alius melius explicuerit nobis Aristotele ipso: nam aliorum quorundam nostri uel patrum nostrorū temporis diuinatio potius quædam esse uidetur de rebus his. Is author, Aristoteles inquam, Rhetoricorum libro primo ad Theodectem, cursorem facit eum, qui crura quoquo modo proijcere, celeriterq́; ac longè prorsumq́; mouere ualeat: Luctatorem, qui preme-

re ac

re ac tõtinere: Pugilem, qui propulsando impellere: Pancratiasten, qui utrisq; pollet, premendo nimirũ & continendo, quod unum erat, atq; impellere propulsando, quod alterum: Pentathlum post hos statuit, omnibus his ualidum, qui Latinis iam Quinquertio est. Itaq; pugilum certamine, quòd pugnis siue pugno ex manu tantùm facto, siue etiam solidius aliquid continente, inprimis perageretur, haud mirum, si percussionibus ictibusq; huiusmodi deformari contingeret, sugillariq; sæpe faciem: & in pancratio, utpote quod præter pugilis, etiam luctatoris opera ederet, multo magis id spectaretur, dum non impulsionibus tantùm & percussionibus, sed compressionibus etiam & contentionibus ualidioribus accipi facilè plaga potest: at in cursu non id discriminis, sed nec in saltu, cuius ratio uersus ratione comprehenditur: quoniam quidem sine aduersario agimus tunc. Disci porrò iactus pugilatu continebitur, ut saltus cursu, atque idem etiam discrimen subibit. Quæ duo, quoniam duobus illis, ut dixi, continerentur, arbitror ab Aristotele prætерita eo loci: alioqui, qui tria tantùm prius enumerasset simplicia, cursum, luctam, pugilatum, quartũq; compositum ex duobus pancratium, quæro quomodo nominare pentathlũ potuerit, qui necessariò ex quinque constituatur. Græca peræquè ac Latina uocis significatione, πένταθλον, quinquertiũ. Atquinq; in uniuersum fient simplicia, addito cursui saltu, pugilatui disco, cursus, saltus, palæstra siue lucta, pugilatus, discus siue iactus, aut cestus: compositum uerò unum ex pugilatu & lucta pancratium: ex omnibus uerò, quæ quinque sunt, πένταθλον, Latinis quinquertium. Dum ista scribo, prodijt in lucem Hieronymi Mercurialis, uiri doctissimi, de arte Gymnastica liber, in quo cùm præclara multa alia diligẽter inprimis ex ueterum monumentis eruta lego, tum de pancratio duplici, quædã uolutatorio altero: itaq; de rebus huiusmodi adeundus erit liber is.

εἰ Διὸς γνώμην ἔχοιτε τοῖς ζώοις ὁμόνοιαν. *Si Iouis sententia animalibus cunctis.*) Quærendum quo ex Authore uersus hi sint.

Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίοντες. *Verùm & ad necessitatem edentes.*) Paulo antè dixerat, τροφάς τε προσφέρονται σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις. & mox, πλεῖόν γε ὄντων οἱ μὲν ὡς οὐχ ὑπερπονοῦσι, οἱ δὲ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίουσι. ut nihil aliud id sit, quàm quum coactè quis assumit cibum, etiam auersans illum, nullaq; sępe appetentia, quod bruta non facient, ut exaturata, quod satis naturæ sit, edant, ne si cogere quidem illa uelis: at hi faciunt, facere imò coguntur necessariò, sustentandæ moli: de qua si demátur quicquam, continuò de robore quoq; ac uiribus decedat aliquid. Perpetua ergo saturitate quum utantur, ne uoluptatis quidem quicquã in assumendo cibo capient: quando, ut Galenus alibi author est, ἀνατρέπεται, καὶ ἀποθεῖται τοῖς ἀποσιτοῦσί τε καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίουσι, Ventriculus, inquit, reijcit cibum ac refugit, in fastidientibus, & ex necessitate comedentibus. id est πρὸς ἀνάγκην, idem quod πρὸς βίαν aliquando dixit Alcæus poeta, νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πίνειν. *Nunc inebriari oportet, ac potare aliquem ui coactum.* Inuitum quoque scilicet, ac necessariò, ut fieri in perpotationibus solet, quoties propinantes mutuò se urgent, atque inuitos sæpe cogunt.

οὐδὲ γὰρ δανείζει τις αὐτοῖς χωρὶς ἐνεχύρων, ἢ ὑποθηκῶν. *Neque enim fænerabitur quis illis sine pignore, aut hypotheca.*) Diuersas esse res pignus & hypothecã, significat nobis hoc sic dictum, contra Laurentium Vallam. Si quid inter alia, huiusmodi etiam quædam adnotasse iuuet.

εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ προτέρου γένους ἰατρική τε καὶ ῥητορική. *Sunt porrò ex priore genere Medicina & Rhetorica.*) Ex his uidelicet, quas rationales & honestas haberi dixerat, ut architectonicen medicinam accipiamus hoc loco tantùm, non operariam ullo pacto, quæ nihil aliud, quàm architectonicæ inseruit. Manuaria enim medicina ipsa habenda est, quæ aut phlebotomo utitur, aut clysteres parat, urit, secat: ipsa non urendum & secandum mandat.

IN
GAL. LIB. QVOD OPTIMVS MEDICVS IDEM SIT PHILOSOPHVS.

OI μὲν γὰρ οὐ μικρὰν μοῖραν εἰς ἰατρικὴν φασὶ συμβάλλεσθαι τὴν ἀστρονομίαν. *Hi quidem enim non paruam conferre ad medicinam partem Astronomiam asserunt.*) Nō quasi qui astronomiam ad medicinæ captū necessariā habendam esse contendat, hoc dixit: sed ignauorum tantummodo ex hoc, & desidum ingeniorū socordiam damnasse uideri posit: nisi uerò astronomiæ loco cōuentus & costiones syderum ortusq; & occasus intelligamus, factasq; ab his ambiētis nos aeris constitutiones, hoc est cœli: quo cœlum significato ab Hippocrate acceptum fuisse ipse credidit Galenus in expositione Prognosticorū procemij. Id enim si ita intellexerimus, sanè ad medicum spectat, Hippocratisq; de Astronomia dictum à Galeno ex principio libri de Aere aquis & locis, in locum hunc desumptum, eodem huc redit, si rectè examinetur.

Καὶ μὴν γε ὡς ἐκ τοῦ μὴ γινώσκειν κατ' εἴδη τε καὶ γένη διαιρεῖσθαι τὰ νοσήματα, συμβαίνει τοῖς ἰατροῖς ἁμαρτάνειν τῶν θεραπευτικῶν σκοπῶν, Ἱπποκράτει μὲν εἴρηται, προτρέποντι τὴν λογικὴν ἡμᾶς ἀσκεῖν θεωρίαν. *Et quidem quòd aberrare à therapeuticis scopis contingat medicos, dum diuidere morbos secundum genera & species nesciunt, dictum ab Hippocrate est, ad exercendam rationalem speculationem exhortante nos.*) Quo loco dictum hoc protulerit Hippocrates, inuestigandū. Interea existimabimus in primo de Ratione uictus in morbis acutis tale aliquid exaratum fuisse, quo loco communis illa artibus omnibus quæstio ex Galeni sententia tractatur: Ptisanæ diuersis diuersæ, modò ex cremore, modò integræ exhibēdæ in pleuritide: quod fieri haud aliter rectè unquam posit, quàm cognitis prius perspectisq; pleuritidis speciatim differentijs omnibus, exactè atque eadem traduci generatim ad reliquos quoque morbos, riteq; inprimis accommodari queat ratio, quin in artibus quoq; omnibus ualiturum idem sit, ex Galeni documento. Sed & eiusdem in libri principio Hippocrates ait, τὰς μὲν τοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃ τῶν νόσων καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων οὐκ ἠγνόεον ἔνιοι. Cæterùm morbi uniuscuiusq; multiplices ac multifidas sectiones nō ignorarunt quidā: quidam etiā lōgius, quàm par fuerat, in eo prouecti, nec recta satis ad id methodo usi, qui simpliciter sic statuerunt, bilis morbos esse septem, uesicæ duodecim, renum quatuor, stranguriæ item quatuor, atque in alijs multis pariter: quum iuxta potius communia corporis partibus omnibus elementa, ac si qua præterea inesse his spectantur à natura, constituendæ morborum species ac genera sint. Quarum rerum omnium ex libro de Natura humana Hippocratis peti semina ac principia non obscura possunt, uti iam eius de re hac colligi sententia ex locis his posit.

Μετ' ἄλλου τινὸς ἀστέρου, ἢ ἀπλανοῦς, ἢ πλανωμένου, μεταβολὴν τινὰ ἰσχηκότος. *Neq; astro alio ullo mutationem aliquam sortito, neque erratico, neque non erratico.*) τό τι λὼ [illegible] nunquam immutant illa suum quidem, at positum alium, quàm superiorū multo ætatum, acceperunt hodie ex fixis quædam: qua una mutatione cœlestia uariari contingit, non solùm quali quotidie uidemus loci mutatione in diuersa ferri, sed id, ut mutationis omnino aliquid afferat inferioribus his: non demet tamen animæ nostræ facultates unquam suas propriasq; illi, quin excoli artibus semper & scientijs ualeat optimè suis, si modò studium & diligentia adhibeatur rebus. Neq; enim quacunque cœli in statione fuerint, ut dominiū exercеant in corpus ipsum sydera, corporeasue facultates in animam, quod exerceant, habent animæue uires superiores illas ac principales maximè, primo

quidem

quidem, nisi uerò in consortium inferiorum facultatum trahantur, quæ concupiscendi & irascendi sunt, atque ita demum sub fato fiat anima, quæ esse supra fatum debuerat semper, hoc est, corporibus dominari atque imperare omnibus, corporumq́ facultatibus, etiam cœlestiũ, longè ipsa cunctis illis nobilior, corpus quamuis interim nacta cœlesti ignobilius. Ac fere fit, uti non aliàs magis peccetur, quàm quum loco suo commota animæ pars, quæ mens est, summum scilicet illius caput, trahitur: non trahit, si inconcussa maneat, seq́ ipsam erigat, nunquam in potestate futura corporum cœlestium: quumque adepti fuerimus maximum ex philosophia morali habitum, quod unum hic probandum sumitur, & potiore parte deterioribus imperante, maximè fit, ut scilicet habitum induamus ueri philosophi moralis omnem, expletura tunc anima officium omne suum sit, scientiasq́ adeptura & artes ad summum cunctas, præsertim uerò concupiscibili edomita supplantataq́, & conculcata tota: hac enim maximè distrahitur, quo minus pergere ad finis indeptionem possit, quum speculandum sibi aliquid sumit intellectus, aut qua nam aliquid agendum sibi, aut faciendum ratione sit, quærit conuersa: imò uerò transuersa aliò acta ex uoluntate, ditandi fortè, aut bonorum indipiscendorum studio, aut huiusmodi, quæ nos non hoc agere, quod dici solet, sinunt: idq́ est demum, quod libello hoc quæritur Galenus, locisq́ aliis plurimis: *οὐ γὰρ δὴ δυνατόν γε χρηματίζεσθαί τε, καὶ οὕτω μεγάλην ἐπασκεῖν τέχνην.* Neque enim diuersis adeò rebus, atque in diuersum ferentibus accommodare uoluntatem licet. quæ quidem recta ad accipiendum rerum harum brauium tendentes comitetur semper. nam desiderio tantum corripi aliquo, ut Olympionicæ aut Hippocrati fortè similes euadamus, nec perficere quicquam, ea uerò inanis fuerit quædam uacuaq́, & sine effectu uoluntas. Nos studium hic mente concipimus, quod est uehemens atque assidua animi applicatio ad rem aliquam, cum peragendi uoluntate, quæ totum ad se animum trahit, non diuertere in aliena permittit: sed nos præter institutum hæc paulo fusius, quod uiderem Platonem insuper philosophum tantum in eadem sententia esse, qui acriter inexplebile illud auri atque argenti desiderium ac sitim damnet, & impedimento esse dicat legibus rectè instituendis confirmandisq́, si fortè rationibus his uiriq́ tanti authoritate moti, rectam insistere uiam pergamus ad capescendam summam medicinæ arcem remoris impedimentisq́ omnibus purgatam.

Καὶ μὴν εἴ τίς γε δὴ τοιοῦτος, ὑπερόψεται μὲν Ἀρταξέρξου τε, καὶ Περδίκκου. Ac si repertus aliquis huiusmodi fuerit, Artaxerxem contemnet, & Perdiccam.) Omnino nihil aliud quàm sanitatem pro scopo fin éque habere suo medicum uult legitimum, nec ultrà ferri quicquam, nec lucri spe ulla duci, quod cum Artaxerxe præstitit Hippocrates, adeóque laboribus nullis parcendum esse uult, quin loca adeat diuersa excolendæ melius hoc pacto arti breuiter superiorem uoluptatibus omnibus esse iubet bonum futurum medicum, ut eadem nimirum ratione participem inprimis moralis philosophiæ necessariò esse debere ostendat eundem. nam de Logica & naturali philosophiæ parte non perinde dubium: bene moratum autem oportere esse medicum, sunt qui negent. at hæ rationes oportere docent, & proferri exempla possunt, plurima optimorum medicorum eorundem, & egregiè moratorũ. Quòd autem Artaxerxi operã suam denegarit medicam, ac se Perdiccæ, nec perpetuò tamen addixerit, regi amicoq́ inprimis, præuaricatus in eo non fuit Hippocrates. nam & quibus præstanda opera medica sit, considerasse prudentis inprimis est, & quibus opem ferre decreueris, ex his qui maximè indigent, ferre his debebis.

IN GAL. LIBEL. DE OPTIMA SECTA AD INTRODVCENDOS.

CAP. I.

Τῆς ἰατρικῆς τέχνης σκοπὸς μὲν ἡ ὑγεία, τέλος δ᾽ ἡ κτῆσις αὐτῆς. *Artis medicæ scopus quidem sanitas, finis uerò ipsius possessio.*) Ratione tantummodo differre quadam uidentur scopus & finis, uel in ipsa sagittandi arte, unde exemplum sumptum, id animaduertas, in qua in scopum dirigimus ceu in finem, eoq́ ictũ destinamus nostrum semper, non semper licet collimemus: ut in artibus multis euenit, in quibus frustramur. Sæpe fine, militari, Rhetorica, hac ipsa nostra medica, cuius scopus semper sanitas, eadem & finis, primo quidem propositus nobis, hoc est scopus ipse, perfectus autem si indipiscamur: ita uictoria propositus finis erit belli duci, adeptus eam finem adeptus dicetur, quem initio proposuerat sibi, pro scopo & fine proponimus scopum, quẽ in quantum possumus, assequamur ut finis fiat.

Καὶ δύο εἰσὶν αὐταὶ πρῶται τῆς ἰατρικῆς αἱρέσεις· ἡ μὲν ἑτέρα διὰ πείρας ἰοῦσα πρὸς τὴν τῶν ἰαμάτων εὕρεσιν, ἡ δ᾽ ἑτέρα δι᾽ ἐνδείξεως. *Suntq́, duæ hæ primæ in Medicina sectæ: altera per experientiam ad remediorum inuentionem tendens, per indicationem altera.*) Vtraque quidem sanitatem intendit, hancq́ finem sibi statuit, & ceu destinatum scopum proponit, in quem collimet: sed rerum experimentis illa nixa, hæc indicatione re quippe ab experientia longè diuersa. ὅσον γὰρ ἀποκεχώρηκε τῆς ἐμπειρίας, ἔνδειξις ὀνομάζεται σύμπαν. Quicquid enim ab experientia discessit, totum id indicatio dicitur. Quam paulo antè eodem in loco, lib. nimirum Therap. secundo finierat, ἥνπερ ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας, consequentis tanquam significationem: quod fit, quoties ab ipsa rei natura ducto initio sequens inuentum demonstratur, quorũ nullum in altera, quæ nudis experimentorũ obseruationibus fidit, ut hinc uel maximè apertum esse posit, quid inter scopum & indicationem interstitij sit: quippe Empiricus scopum habet, qualem Dogmaticus agendorum suum indicationem agnoscit nullam: neque ideo optimè uertere uideantur, qui scopum indicationem uertunt, duobusúe his indiscriminatim pro eodem utuntur.

CAP. VIII.

Ἤδη δὲ καὶ θερμοῖς, καὶ δριμέσι, καὶ δυναμένοις ἕλκειν, καὶ ξηραίνειν, τὸν ἰὸν φαρμάκοις χρῆσθαι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. *Iamq́, calidis & acribus trahereq́, ac siccare ualentibus uirus medicamentis utendum, eandem ob causam.*) Quid? uiperæ uirus nónne uerè calidum, & siccantissimum est, ut contrarijs omnibus opus habituri esse uideamur ad id: sed aliud omnino fuerit noxij in corpore alicuius ablationem abolitionemq́ quærere, cuiuscunq́ id temperamenti aut qualitatis inuentum fuerit, atq́ aliud contrarijs qualitatibus temperamentum eius tollere: in altero enim nihil non molimur, ut quacunq́ arte modoq́ aboleamus urendo secandoq́. Quibus corporis in partibus liceat, & (quod dici solet) igne & ferro amolitione nocumenti quæsita, in altero qualitatibus tantummodo pugnamus cõtrarijs, atq́ utrumq́ sępe facere nobis licebit, ut in uiperæ morsu ipsius quoq́, postquam acribus, trahentibusq́ euocarimus foras medicamẽtis uirus, igniq́ aut igneis bonam partem absumpserimus, refrigerantium etiam atq́ humefacientium, ac delinientium usu non incõmodè pugnabimus.

CAP. XII.

Οὐ μὴν οὕτως ἀναλογισμός, ἀλλ᾽ ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν φαινομένων, λήγει δὲ ἐπὶ τὰ διαπαντὸς ἄδηλα. *At non sic analogismus, verùm incipit quidem ab apparentibus, cæterùm in occulta prorsus desinit.*) Analogismus medicis est, quum ex manifestis circa indiuidua & particularia causas rerum inquirimus occultiorum, & rationem ex his uenamur faciendorum omnium, uel etiam quum similitudine rerum ducimur, sed certa quadam, cumq́ rerum plurimarum distincta consideratione: epilogismus contrà effectorum tantum obseruatio quædam, rerumq́

rerumque conuenientia apparẽtis ac manifestæ semper, nulla causarum inuestigatione, ratione nulla, atque ex similitudine eorum quæ sensibus patent, ad alia transitus. quorum alterum dogmaticis, empiricis alterum proprium, propè ut hominum alios Prometheos, prouidos & cõsiderantes, Epimetheos alios esse dicimus, qui post factum sapiunt, & ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω, dixit Homerus.

CAP. XV.

Ὁμοίως δ' ὁ λόγος τοῖς μεθοδικοῖς, καὶ περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ συνεκτικῶν ὀνομαζομένων αἰτίων. *Eadem uerò habetur methodicis, & de occultis continentibusque, uocatis causis oratio.*) Continentes hoc loco causas nominat internas (quas dicimus) & corporeas, econtrariò distinctas externis, & procatarcticis: de quibus paulo antè dixerat.

Καὶ ὡς παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερον τι ἐστὶ τὸ ἴσχεσθαι τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις. καὶ τὸ ῥεῖν. *Vtque præter cuncta hæc diuersum quiddam est, quod naturales excretiones retineantur, & quod fluant.*) Cuncta autem illa erant relaxatio, mollities & raritas, atque harum ediuerso contentio, durities & densitas, præter quas alias ac diuersas adhuc faciat naturales excretiones & suppreßsiones, nempe quas aliæ ac diuersæ ab his causæ sæpe excitent: ut quum expultrix facultas irritatur humorum aut excrementorum acrimonia, uel nimietate, uel quoties quum hac ipsa expultrice, tum contentrice etiam facultate ex sola intemperie laborantibus, aut excernuntur de corpore, aut supprimuntur in eo præter naturã, multa, nulla tum partium nec laxitate, aut densitate. Sic fit, ut non semper hæc in causa fluxionis aut retentionis sint, ideoque pro causarum diuersitate succurrendũ fluxioni aut suppreßsioni sit, uel non succurrendum etiam interdum: & quum succurrendum, multipliciter id faciendum, quæ omnia methodicos latent.

IN GALEN. LIB. DE OPTIMA SECTA, AD THRASYBVLVM

CAP. I.

Οὕτω καὶ πρὸς τὴν ὑποτεθεῖσαν ἀρχὴν τὸ θεώρημα ἀναφέρεται. *Sic quoque ad suppositum principium refertur theorema.*) Principium dixit finem, quomodo agendorum faciendorumue finem agẽdi faciendiue principium sæpe esse dicimus: mouens quippe nos ad id, ut sanitas in medicina. Suppositum principium fuerit, cuius causa moti faciamus, & dicamus omnia, & quò theoremata medica dirigãtur cuncta, eadem & finis initio nobis propositus & destinatus, quem cogitationibus nostris semper feriamus.

CAP. II.

Λέγω δὲ τῶν διὰ σημείων καταλαμβανομένων. *Porrò eorum dico, quæ ex signis comprehenduntur.*) Eiusmodi sunt, ut quum ex fumo ignem subesse scimus, apparens enim hoc est, atque ex signo comprehensum: uel quum (ut in prouincia nostra uersemur) ex loci renitentia, dolore, rubore phlegmonem certo esse uidemus, ex hoc illõue quod clarè sensibus comprehendatur symptomate iecur, renes, aut huiusmodi laborare certò scimus.

Ἐπεὶ δὲ τῶν κεκρυμμένων τὰ μὲν ἐναργῆ ἐστιν. *Quoniam uerò absconditorum siue occultorum alia quidem manifesta sunt.*) Abscondita & occulta non alia accipit hoc loco, quàm quæ sensibus nostris subtrahuntur, atque horum tamen manifesta siue euidentia esse quædam poßsunt, ut quæ communi hominum notione iudicantur, ne contraria sibi in eodem protulisse uideatur, qui abscondita eadem & manifesta dixerit. Sed abscondita & abstrusa intelligit à sensibus remota κεκρυμμένα, quorum quædam euidentia tamen sunt, fieri non poteſt, homo ut idem Romæ simul & in Germania sit, κεκρυμμένον, idem & ἐναργὲς erit: κεκρυμμένον, quia

ſenſibus occultatur: ἐναργὴς, quia ex communi uniuſcuiuſque notione patet, euidensque ac manifeſtum eſt, ut euidens accipiamus, quod communi notione ex templo comprehenditur: manifeſtum, quod ſenſibus: idem & apparens dicetur, non aliter quàm quæ φαινόμενα dicuntur, quæ ſenſibus ſeſe offerunt ſtatim, uidenturque & in cõſpicuo ſunt. Itaque propriè magis aſtra & ſtellæ φαινόμενα dicta ſunt ab Arato, quàm ſi ἐναργῆ dixiſſet, cryptæ pariter ſubterraneæ cauernæ à κρύπτω dictæ uidebuntur, quas non uidemus, oculiſque ſe noſtris ſubtrahunt.

μᾶλλον δὲ ἐπὶ τοῖς φαινομένοις συνίσταται τὸ θεώρημα, ὡς ἀπὸ τῶν φαινομένων ἐν τῇ φλεγμονῇ. *Magis autẽ ex apparentibus cõſiſtit theorema, ut ex apparentibus in phlegmone.*) Quod & magis appareat, crebriorque ſit, atque oculis manifeſtius ſubijciatur phlegmones affectus ſigniſque ſuis uiſendis innoteſcat, quàm cordis uulnera: hoc dixit, quum in utraque tamen ex ſenſui apparentibus conſtituatur theorema, in altero ſi quis uulnus habeat in corde, peribit ille: in altero, phlegmone affectus eſt idiotis ignotũ utrumque: quibus quę uidentur tantùm cognita ſunt, nihil præterea ſtatuitur. Quod quum fit, nempe ut aliquid iã ſuper his ſtatuatur, iam tum principiũ conſtitutionis artis eſt, antea uerò in ſenſui apertis principium inuentionis tantum tumorem uideo renitentem, dolorem perſentiſco pulſatilem, idiota ſum, phlegmonem eſſe dico. naturam quippe affectus eiuſmodi, medicus iam eſſe incipio, atque idiota tantummodo medicum adibo, qui mihi tumoris id auferat, doloremque pulſatilem illũ demat, nihil præterea: phlegmonem autem dicens, ſciensque quod niſi cognita affectus natura, non licet, etiam de phlegmone artificio aliquo auferenda cogitabo aliquid.

CAP. IIII.

Ἐπὶ δὲ τοῖς προαποδεδειγμένοις, οὕτω συνίσταται τὸ θεώρημα. *Cæterùm ex prædemonſtratis hoc pacto cõſtituitur theorema.*) Is ferè modus eſt, quo dogmaticorum rationaliumque inprimis medicina conſtituitur: plurima namque afferunt ex philoſophia naturali demonſtrata, quæ ipſa tamen nullo modo medicinam conſtituunt, ita ut illius dici pars aliqua poſsint aut debeant, atque inde tamen conſtitui incipiat ars medica ex conſtitutis deductiſque ex his, quæ in naturali philoſophia demonſtrata prius ſunt præpoſitionibus, ut meritiſsimò dictũ ab Ariſtotele fuerit, in libro de Senſu & ſenſilibus: διὸ σχεδὸν τῶν τε περὶ φύσεως οἱ πλεῖστοι, καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ φιλοσοφωτέρως τὴν τέχνην μετιόντες, οἱ μὲν τελευτῶσιν εἰς τὰ περὶ ἰατρικῆς, οἱ δὲ ἐκ τῶν περὶ φύσεως ἄρχονται περὶ ἰατρικῆς. Incipiunt, inquit, de medicina tractare, ex his quæ de natura traduntur, quaſi qui in confinio philoſophiæ & medicinæ locum ſuum obtineant.

Πεπλάνηνται οὖν οἱ τὴν τέχνην στοχαστικὴν εἶναι λέγοντες, διότι στοχαστικὰ ἔχει τὰ θεωρήματα. *Decepti igitur fuère, qui coniecturalem eſſe artem dixerunt, propterea quòd theoremata habeat coniecturalia.*) Etenim quonam modo ex his quæ uel ſenſuum fide certa ſunt & apparent, uel ex alijs manifeſtè comprehenduntur, uel ex alibi demonſtratis prius conſtant, uel ex euidentibus deducuntur, conſiſtentia theoremata, coniectura tantum nitentur: non autem firma ac ſtabilia, quantum in illis eſt, erũt: quippe quæ ratio omnis dictet & cõſtituat, ut, ſi de affectu conſtet, ac taliter ideo, aut taliter faciendum eſſe ex artis ratione moneamur, nec faciendo quamuis interea tamen ſuccedat, ad alia tranſire prohibeamur ab Hippocrate ipſo eo, quòd modò compertus rectè fuerit affectus ipſe certum urgere, & quidem ſcientificè, minimè autem tunc coniecturaliter faciendorum propoſitum poſsimus, uidelicet in his quæ præſtari ex arte liceat. nam ubi fieri non poſſe nec licere perſpiciemus, præfatione tunc utemur, ne aggredientes quidem quicquam tunc: at ſcientificè tunc agimus, quum dictis paulo antè modis conſtabilita theoremata ſequimur, conſiſtunt nempe ea, & firma ſunt, proinde horum ipſorum ratione cõiecturalis ars dici non debet medica. ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς πράξεως, καὶ τῆς τῶν ἰατρευόντων ἐνεργείας, ſed ab actiõe, medentũque functione, quod ut in artibus cõtingit quibuſdam alijs, fruſtremur ſucceſſu ſæpe, artis

magni-

magnitudine, rerumq; occultatione multarum, quæ nos fugiunt, præsertim in dignoscendis affectibus. τὸ γάρ τοι τῆς τέχνης στοχαστικὸν ἐν τῷ τῶν διαθέσεων διαγνωστικῷ μάλιστα ἐστὶν. ait Galenus libro de comp. med. per loca secūdo. at faciendi curandiq; ex methodo ac recta ratione theoremata, firma semper atq; inconcussa manent, faciētes licet ipsi aberremus sæpe, & à scopo decidamus, ad ictum nobis antea rectè destinato.

CAP. V.

ἰατρικὴ τοίνυν τῶν ποιούντων, καὶ συντηρούντων ἐστίν. *Medicina igitur ex facientibus & conseruantibus est.*) Non quidem ex primo facientibus, ut ædificatrix: sed ex his, quæ perdita instaurant ac reficiunt, atq; ex eo quod reficiunt, faciunt omnino, & quidem τῶν ὑπαρχόντων aliquid. Qui nanq; calceamenta attrita ex parte aliqua reficit, ex ea qua non sunt reficit, facitq;. Atq; idem artifex eadem conseruabit ijsdem omnino theorematis usus, quibus etiam facit, ut duplicatæ propterea artes non sint faciens, & facti iam eiusdem resartrix; quoniam finis idem & theoremata eadem, eiusdem inquam generis. Ars porrò σύστημα theorematum est, quæ quum eadem sunt, qualitatisq; eiusdem, eandē quoq; proculdubio artem facient, ex quo quæ præsentem tuetur, & quæ absentem reuocat sanitatem ars medica eadem fuerit, nō secus ac ædificatrix, in qua domum eandem artifex idem cōsiderationibus eisdem atq; artificij modò eodem non solum (quod in arte medica spectatur) & collapsum ex parte refecerit, quod facere esse docuimus, & ne collabatur defendet quod conseruare est: uerum etiam totam ab initio exædificarit quod in arte medica nō est, quæ factum iam à natura humanum corpus sumit, ut si quum ex diuersis his actionibus in ædificatrice quæ diuersæ uidentur, nec sunt tamen (usq; eo quidem ut specie differant) nō duplicatum, sed uideri triplicatum totius artificium queat, eius qui nouam funditus ędificat, quiq; collapsum pòst instaurat, & qui ne labatur, tuetur: & unicus tamen (ut uidere est) cuncta hæc egregiè præstat artifex, atque etiam ex artificij eiusdem rationibus ac speculationibus, longè minus diuerso specie artificio tueri sanitatem, & resarcire uideri debeamus nos.

τὸ χρήσιμον τοίνυν ἐν ἰατρικῇ δεῖ κρίνειν. *Vtile igitur iudicare in medicina oportet.*) Quæ nec ad tuendam, nec ad reuocandam sanitatem faciunt theoremata, medica theoremata non sunt, itaque ergo reijcienda multa fuerint medico, quæ quæri solent extra supraq; artis omnino medicæ consideratione, cùm alia, tum logicæ quæstiones omnes, quas ita Galenus uocat. Atq; has, si quis animi uel exercendi etiam ingenij causa (nam hactenus admisisse eas uidetur Galenus) tractare uelit, possit, dùm meminerit semper se ἐπέκεινα τῆς τέχνης progressum id facere septis medicis saltu transmissis.

CAP. X.

τὰ δὲ τῇ συμπαρατηρήσει καταλαμβάνεται, ὡς τὰ διὰ σημείων γιγνωσκόμενα. *Alia autem obseruatione comprehenduntur, ut quæ ex signis cognoscimus.*) Qui nanq; ex fumo ignē subesse colligit, hunc antea hoc ipsum obseruasse necessum est: porrò autem corrupta inprimis Galeni his locis exemplaria transilire nos cogunt incomperta atq; inanimaduersa quædam.

CAP. XII.

Η μὲν γὰρ τῶν δυνάμεων τήρησις κοινή, ἡ δὲ ἐπὶ τοῖς συμπτώμασιν ἰδία ἐκείνων. *Facultatum nanq; obseruatio communis, at symptomatum illorum propria.*) Δυνάμεις hic intelligit, facultates uiresq; non naturales aut animales nostras, ut credere aliquis fortefortuna posset: sed proprias herbarum quasdam, & medicamentorum purgantium, & uenenorum atque huiusmodi substantiæ proprietate suæ operatorum, quæ tam rationali quàm empirico ab experientia atq; obseruatione innotescere medico solita sunt.

CAP. XIII.

Ἄλλως γὰρ τοὺς μανέντας, ἅτε πυρέξαντας θεραπεύομεν, καὶ ἄλλως τοὺς πυρέξαντας ἅτε

εἶτα μανέντας. *Nam alio modo furiosos maniacos, deinde etiam febricitantes curamus: atq; alio febricitantes, deinde maniacos.*) Priores tanquam in quibus (ut in pleuritide & peripneumonia, quæ febrem faciunt) maniam febris insequẽs morbus alter comitatur, curabimus, maiore semper maniæ ratione habita, secundis è diuerso studiũ omne mitigãdæ tollendęq; febri adhibebimus, ex qua resilientes in caput fumidi acresq; ac biliosi uapores periculũ illi maniæ creent illud.

Τὰ δὲ παραλαμβανόμενα ἐπὶ τῶν τοιούτων οὐκ ἐναντιοῦται ταῖς προκαταρκτικαῖς αἰτίαις. οὐ γὰρ δὴ, ἀλλὰ ταῖς συνεκτικαῖς. *Quæ uerò assumuntur in his externis causis & procatarcticis, non aduersantur (neq; enim sunt) sed synecticis, id est continentibus.*) Rursus hic continentes causas ex aduerso distinctas primitiuis legimus, ut externas illas, internas hasce, & corporeas esse sciremus, easdẽq; habẽdas esse cẽseremus cũ antecedentibus, quas προηγουμένας alibi uocat, uerũs autẽ ex antecedentibus hisce cõtinẽtes quoq; esse iudicabimus, aliud genus: de quibus exactius alibi.

CAP. XIIII

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει.) Versus Homerici omnes ex Iliad. ι. primus & secundus, ex Λ. tertius.

Ἐπεὶ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, δεῖ κριτήριόν τι εὑρεθῆναι τῆς ἱστορίας, ᾧ διακρινοῦμεν τὰ ἀληθῆ ἀπὸ τῶν ψευδῶν. *Quoniam uerò non ita se habet res, inueniendum est historiæ iudiciũ, quo uerum à falsis dijudicemus,*) Pluribus enim de eadem re diuersum tradentibus, dijudicandum quis uerum ex his dixerit: quod empiricus nõ potest, nimirum ex ratione iudicãs nihil, nisi uerò experiatur ipse quoq;. at hoc superuacaneam historiam faciet, siquidem deueniendum tandem ad experientiam fuerit. tunc enim non historia experientiam comprobauerit, sed experientia seipsam ipsa, tum & historiam.

Διότι Κρήτη νῆσός ἐστιν ἱστορούντων τινῶν, κατειλήφατε, ὅτι ἐστί τις Κρήτη νῆσος. *Quòd Creta insula sit narrantibus aliquibus, comprehendistis insulam esse Cretã quandam.*) Haud dubiè sumptum ex Platone de Legibus secũdo, ubi Atheniensis hospes ita ait: ἐμοὶ γὰρ δὴ φαίνεται ταῦτα οὕτως ἀναγκαῖα, ὡς οὐδὲ ὦ φίλε Κλεινία Κρήτη νῆσος. Nam mihi tam necessaria hæc esse apparẽt, quantum ne Cretam quidem amice Clinia insulam esse tam manifestum est, tanquam de re perquàm manifesta certaq;, ac omnibus in confesso locutus est, præsertim cui cum Cretensi Clinia institutus sermo esset.

Εἰ δὲ κατειλήφασιν, ἐστί τις ὁ τρίτος καταλήψεως τρόπος. *Quòd si comprehenderunt, tertius est quidam comprehensionis modus.*) Nam quum uel ex sensu, uel ex signis quibusdam; quæ in memoriam fugerant, ac tanquam nos commonefaciant (quod illi ὑπομνηστικῶς dicunt) nec aliter unquam comprehendatur empiricis quicquam, neutro autem horum modorum Cretam insulam esse comprehendant, quippe quòd ex certa tantum quadam, referentium aliorum narratione, sciant, rectam habendam non esse diuisionem eam patebit bimembrem.

CAP. XX.

Ἔτι κἀκεῖνο συγχωρήσομεν τοῖς μεθοδικοῖς, τὸ ἀπὸ συμπτωμάτων μήτε καθ' ἑνὸς, μήτε πλειόνων ἔνδειξιν γίνεσθαι. *Concedemus & illud methodicis ex symptomatis neq; uno neq; pluribus indicationem fieri.*) Idq; propterea, quòd tota curatio morbo tantum ipsi debeatur, cuius amotione unà symptomata amoueantur. indicatio porrò propriè eorum est & dicitur, quibus curatio adhibetur: at interea ut curationem non indicent symptomata, ostendent nobis sæpe ea, quæ curationem ipsam, atq; id quod confert, indicare ualeant. Quod uel ipsi tandem fateri coguntur methodici, qui phreniticos, siue ex adstrictione, siue uerò ex fluxione fuerit, quæ duo pathe illis seu passiones sunt: semper tamen in tenebris collocant, quòd lucem suspectam in his habeant, atqui intendere adstrictionem tenebræ poterunt, ut ideo symptomatum illis quoq; ducenda necessariò ratio sit, quæ curationem sæpe aliam faciant: fuerit autem phrenitis symptoma his, si pathe fluxio & adstrictio sunt.

CAP.

CAP. XXVI.

οὐδεμία γὰρ διάθεσις δι' αἰσθήσεως καταλαμβάνεται, *Affectio enim nulla ex sensu comprehenditur.*) Quippe uisu nihil quàm colores aliud, sicuti auditu sonos apprehendimus, atque alijs alia: at affectibus cognoscendis rationalis facultatis partem iudicantes adhibemus, ultra sensuum perceptionem.

ὅτι οὐκ ἴσασι τοῖς ἑλληνικοῖς ὀνόμασι χρῆσθαι. *Quòd uti nominibus Græcis nesciunt.*) Etenim propriè φαινόμενον, quod sensibus apertũ est, dicetur: ἐναργὲς, quod cogitatione primo ac per se comprehenditur, etiam ut sensui nõ pateat. at illi pro ἐναργὲς, φαινόμενον dixêre.

ἔνια δ' ἐκ τοῦ τόπου, ἐν ᾧ γίνεται, εἰ κατὰ φύσιν ἐστὶ, καταλαμβάνεται. *Nonnulla uerò ex loco, in quo fiunt aut sunt, an secundum naturam sint, comprehenduntur.*) Vt illud γίνεται, & fiunt & sunt interpretemur. nam & sanguis quicunque extra uenas in corpore est, præternaturalis omnino fuerit, & bilis si in uentriculo generetur, in iecore autem genita naturalis habebitur, contra in uentriculo pituitæ si generetur aliquid. naturaliter id fiet, alibi, nisi in uenis, præter naturaliter, quædamque huiusmodi alia.

CAP. XXVII.

ἃ δὲ βλάπτει, αἴτια ἐστί. *Quæ uerò nocẽt, causæ sunt.*) Nimirum adstrictionis eius, quam quærere methodicus debet: non enim eius quę iuuet, aut quæ nec iuuamenti nec nocumenti quicquam adferat, sed quæ noceat: hæc enim tolli unà debet, at hæc non nisi causis quibusdã, quæ in alijs non reperiuntur, nocumentum infert, causæ porrò huiusmodi per se non comprehenduntur: sic fit, ut non modò adstrictio methodico quidem consideranda, nõ cuidens sit, sed ne causæ quidem huius pateant: nõ euidens autem erit, quia tunc tantum, quum uelle debet, eam cognoscet esse Methodicus, quum causas comprehenderit, propter quas nocet, quæ ne ipsæ quidem per se comprehendentur, distinguendæ quippe diligenter à causis sunt, quæ utilem, aut neutram adstrictionẽ faciunt. at hoc non in promptu est, neque in aperto satis.

CAP. XXVIII.

ὅτι δὲ οὐ ταυτὸν σύμπτωσις αἰσθητὴ, καὶ ῥύσις, δῆλον ἂν καὶ ἐκ τῶνδε γένοιτο. *Cæterùm quod idem esse non possit, attenuatio sensibilis & fluxio, manifestũ ex hoc præterea fiet.*) Attenuatio cõtrariam habet tumefactionem, sicuti adstrictionem fluxio: quũ uerò unum uni contrarium tantum semper sit, nec contraria esse simul possint, nunquam attenuatio & tumefactio esse in eodem reperientur. Sicuti sanè neque adstrictio & fluxio: at cum attenuatione nihil impedit, quominus & adstrictio aliquando & fluxio coniungi possint: quoniam quidem horum illi neutrum contrarium. quòd si attenuatio & adstrictio simul, nunquã quidem attenuatio & fluxio idem censebitur: quandoquidem si idem essent, fluxio cum contrario quo aliquando cõiungentur, nempe adstrictione: quod fieri neutiquã potest.

λέγουσι δ' ὅτι οὐκ ἐκ τούτων καταλαμβάνονται αἱ κοινότητες. *Dicunt autem quòd ex his non comprehenduntur communitates.*) Auferendum illud οὐκ, ut ita sit: Dicunt autem comprehendi ex his cõmunitates, nempe ex attenuatione & tumefactione. Quæ aliæ ac diuersæ ab adstrictione & fluxione habentur, methodicorum communitatibus (hoc enim utitur argumento Galenus) siquidem adstrictio & fluxio, quos affectus & communitates uocant, ut ipsi quoque dicunt, ex attenuatione & tumefactione comprehenduntur, sanè ex se non comprehenduntur, quoniam diuersa hæc inter se esse ostensum iam: sic fiet, ut ne euidẽtes quidem & apparentes dici queant, adstrictio & fluxio.

CAP. XXXI.

οὐ μέντοι ἀπὸ τοῦ θεωρήματος κατέλαβε τὸ πλῆθος, ἀλλὰ τὴν σχέσιν τοῦ κόπου πρὸς τὸ πλῆθος, ἐκ δὲ τῆς σχέσεως τὸ πλῆθος. *Neque tamen ex theoremate plenitudinem comprehendit, sed habitudinem siue conuenientiam lassitudinis ad plenitudinem, ex conuenientia autem plenitudinem.*) Intermediam ponit conuenientiam. sic enim σχέσιν

hoc

tem artifex, rectè in re præsenti ratiocinans debeat, quod in uniuersalibus non est. ibi enim licet.

CAP. XLIII.

ὃν δὲ λόγον ἡ δύναμις ἔχει ἐπὶ τῶν βοηθημάτων, τοῦτον ἐπὶ τῶν προσφορῶν οἱ καιροί· ὃν δὲ ἐπὶ τῶν βοηθημάτων ἔχει τὰ ἀπαιτοῦντα αἴτια, τοῦτον ἐπὶ τῶν προσφορῶν ἡ δύναμις. Quas uires rationem obtinent in remedijs, hanc in his quæ assumuntur, tempora: quam uerò in remedijs requirentes causa, hanc in his quæ assumuntur, uires habent.) Nam quemadmodum uires quum secanda forte uena fuerit, id admittent ualidę, aut inualidæ respuent: ita tempora ciborum assumptionem, tam uniuersalia morbi, quàm particularia admittent alia, atque alia reijcient. rursus sicuti morbificæ causæ quatenus tales, semper remedia exposcunt, modò quod impediturū sit, absit, hoc est, si uires cōcedant, ita cibum semper uires suique sustentationem ut tales exposcunt, nisi aliquo alio morbi, utputa, aut accessionum magnitudine, aut morbificæ causæ multitudine impediantur.

ὅτι δὲ ἡ δύναμις τὴν ὀλίγην προσφορὰν ἀπαιτεῖ, καὶ οὐχ ὁ καιρός, ἡ ἐπίτασις δηλοῖ. Quòd uerò cibi assumptionem paucam postulent uires, non autem tempus, manifestum facit intentio, siue augmentum.) Increbrescente & augescente, seseque intendente morbo paucus ægrotis offertur cibus, indicantibus id ita faciendum esse uiribus, non autem morbi aut accessionis augmento: quod nihil tunc aliud quàm ne multus exhibeatur, impedit. lōgè autem aliud est, ne multus is exhibeatur obstare, ac proinde cogere, ut paucus, quàm idipsum indicare (id nanque demum uires solę ostendunt) atque indicant, cibum si iusto plus capiatur, non confecturæ morbi accessionisue incremento impeditæ. Quocirca rectius ueriusque dicetur, augmenti & ἐπιτάσεως tempus illud in causa potius esse, ut ita uires indicent, quàm ut indicet ipsum, utpote quod nullo modo cibi assumptionem alicuius unquam indicet, sicut uires sui conseruationem ex ciborum sumptione indicantes, ut, si quidem nihil resistat, tantum semper cibi postulent, quantum conficere posse uideantur: resistente autem & impediente aliquo, minus ipsismet ita indicantibus: alijs autē, ne quod alioqui ipsæ aliter indicarent, fiat, sese opponentibus. Itaque contra indicare sæpe dicuntur hæc, nimirum indicantibus sese opponere: atque ut hoc illoue indicent efficere, non autem indicare de eo ipsa. Vires ergo cibi perpetuò sumptionem indicabunt hunc, illum tantum aut tantum, prout cōcessum illis fuerit ab alijs. Eodem sanè modo morbificæ causæ sui semper remotionem indicant remediorum usu: at usui huic sæpe uires non subscribunt, dicentur ne ergo tunc de remediorum usu indicare quicquam ipsæ: quæ potius de non utendo admoneant. ac contrà indicare hæ quoque dicuntur tunc, indicationi scilicet obsistere aliorum, contraque stare, non indicare ipsæ: hac quidem de re, nimirum perpetuam suam sibi retinentes, atque unam indicationem conseruationē sui, sicuti unicam item ac perpetuam morbi sui amotionem. Hæc ut paulò magis clarescerent, faciendum erat, occursura crebrò deinceps in lectione passim Galenica.

οὐ μὴν τοι αὐτὴ ἐνδείκνυται τὶ συμφέρον. Neque tamē conferens quicquā indicat ipsa.) Συμφέρον & cōferens id accipere in his uidetur, quod morbis, morbificisue caussis adhibetur expellendis, aut quocunque tandem pacto abigēdis, etiam medicinalis cibi qualitate aliqua. nam hanc quoque morbus causaue morbifica indicarit ipsa, nequaquam autem uires, quæ cibi solummodo indicātes sunt quanti, quo sustententur non qualis: quo quidem morbus profligetur, calidi puta aut frigidi, sicci aut humidi, abstergentis, deobstruentis, crassum facientis, extenuantis, atque huiusmodi. Nam alimentosi uel non alimentosi cibi, eiusque qui in maiore minoreue quantitate plus minus nutriat ratio omnino ducetur aliqua à uiribus, sumeturque ab his indicatio de huius exhibitiōe haud dubiè: quoniam ad alendum spectat, nō alterandum. Itaque quod pòst paulo dicetur à Galeno uires & quantitatem ciborum & qualitatem indicare, non de omni acci-

logicos uerbum: sed hoc ingenij iam & rationis tantummodo, ut philosophica omnia. At quomodo hoc loco artes diuiduntur, cùm aliæ multæ, tum quæ insuper sunt corporearum quodammodo actionum, aliud diuisionis genus erit. Quod Galenus sequutus hoc loco est, ut animæ alias, alterius generis alias statueret. primas fecit eas, quæ ὧν μόνῳ τῷ θεωρῆσαι τὴν φύσιν ὧν ἐπισκοποῦνται προκειμένων ἔχουσι τὸ τέλος. Rerum, quas considerant, ut naturam tantummodo speculentur, in eo finem sibi constituunt suum: quod genus mathematicæ habentur, & de natura tractatio omnis secũdo loco diuersi generis reliquas collocat. Neq; hoc dico nunc artes omnes ingenij non esse, & animæ facultatibus non percipi, quando intellectus eas, factiuum quem dicimus, gignit cunctas: sed quòd aliatum opus appareat, uideriq; id possit atq; extet, exiltatq;, ut in corpore sanitas: aut ut nihil extet, corporeis tamẽ functionibus peragitur res, ut in saltatrice gymnasticaq; omni cõspicitur, propterea diuersi esse generis dixi ab his, quatum scientia tantummodo ex speculatione finis est, & artes tamen habentur: atq; has alio modo inter acquirentes possidentesq; numerari posse diximus, quod Plato fecit. Nõ est autem inconueniens, diuersis quibusdam rationibus eandem interdũ rem diuersis diuisionũ membris adscriptam cõsignare.

Εἰ δ' ἄρα τοῦτ' ἀδύνατον, ἀλλὰ τό γε διαγινώσκειν ἑκάτερον, ὅσοι τε ἰάσιμοι, καὶ ὅσοι μὴ, κτήσασθαι τὴν γνῶσιν. *Quòd si fieri id non possit, at id certè, quicunq; sanitati restitui sua possint, aut qui non possint, cognitionem aliquam ut acquirat, laborandum.*) Sed erit ne medicus is, qui hoc tantum præstiterit, non etiam opus proferat? erit. Nam & orator, qui in dicenda causa persuadere se nõ posse cognouerit, deinde à dicendo abstineat, non pessimus orator iudicabitur: atq; artifex quicunq; materiæ uitio aut incommodo aliàs aliquo quod sese facienti opponat, perficere se non posse sperans, & operi diffidens, non aggreditur, commendandus ueniet semper ac pro artifice habebitur, & quidẽ bono. neq; enim id, nisi cognitis diligenter artificij rationibus omnibus fecerit, addo etiam, probo, quod miselli lucelli causa illiberaliter & ueteratoriè nimis non polliceatur, quod præstare se non posse cõfidat, multosq; offendat spe inani deceptos: ac (si nihil aliud) medicus artifex si fuerit, plurima certè remedia infamet, frustra molitus omnia.

CAP. III.

Ἐκ τῶν ἐπανορθουμένων αὖ εἴη τὸ ἤδη γεγονὸς, ἣν ζητοῦμεν, οὐκ ἐκ τῶν δημιουργούντων ὃ μὴ πρόσθεν ἦν. *Ex his quæ quod factum iam fuit, reficiunt, erit quã quærimus ars, non quæ quod antea non fuerit, fabricant.*) Aliud omnino est extruere de nouo domum, eamq; à fundamentis erigere. is enim quod prius nõ fuerat facit: sed & qui collapsam parte ex aliqua restituit & instaurat ruinas, ut quod prius non fuerat, non faciat: at nouum tamen aliquid facit tectum, parietem, fornicem, si aliquo modo deiecta hæc sint. itaq; noua hæc fieri dicuntur omnia, quippe renouata: sicuti nouam etiam sanitatem medicus amissam prius, adeoq; nouam numero hanc, atq; à priore omnino aliam facere meritò dicetur, ut ex facientibus esse appareat, quoniã ex reficientibus est. Minantibus uerò ruinam his antequam ruinam faciant, qui se opponit, & ne faciant prouidet, is tuendæ sanitati præfectum similitudine quadam referet.

Ἢν ἐν τῷ παρόντι συγχωρήσωσιν ἡμῖν οἱ περὶ ὀνόματα ἐρίζοντες ὀνομάζειν ἰατρικήν. *Quã permittant nobis, qui de nominibus litigãt, ut* ἰατρικὴν *nominemus medicinam scilicet.*) Ob ea quæ in Thrasybulo dicuntur disputanturq;, hac utitur παρενθέσει. Erant enim qui cõtenderent, medicinam de ea solum dici parte debere, quæ morbos curat. nam quæ sanitatem defensam retinet, eam uerò pluribus uocabulis insigniri partem, tutricem inquam sanitatis. rogandi igitur sunt cõtentiosi de his, si fortè impetrare ab eis possimus, ut liceat nobis utramq; partem nomine eodem significare, multorum aliorũ exemplo, in quibus unica uoce diuersorum officia comprehenduntur: quomodo Geometram uocamus etiam stereome-

tram, obſoleta iam uoce, quòd eius ſignificatum in priorem tranſierit: & Trierarchum nauticæ claſsis quomodocunque præfectum, uel ſi triremes non ſint, quibus imperet. Quòd & apud medicos conſuetudo iam obtinuit, ut medicinæ nomine contineretur retinendæ quoque ſanitati dicata pars, etiam ſi medicinam non faciat ipſa curatricem.

τῆς χρείας αὐτοῖς τὸ παράδειγμα γεννώσης. Vſu ipſis exemplar generante.) Exemplar intelligit, quod mente concipitur, ab architecto naturaque ipſa, ad cuius archetypum partes quæque domus, utputa, corporisque humani, ex uſu, ad quem eas deſtinant, formentur.

CAP. IIII.

Ἐξ ἀνατομῆς δ' ἔτι τὰ ὁμοιομερῆ προσαγορευόμενα σώματα. Ex anatome uerò ſimilaria uocata corpora.) Videretur τὰ ἀνομοιομερῆ, id eſt, diſsimilaria legendum potius eſſe. quum enim & formationē, & poſitum, & reliqua adferat, nihil ſimilarium partium eſſentiam conſtituentia, neceſſariò diſsimilares intelligendæ uiderentur partes, præterea qua ratione ex diſſectione ſimilariū partium cognoſci natura poſsit, non uidetur cui inueſtigandæ mens adhibenda, & ratio, at diſsimilares non aliunde melius. Verùm ut ex elemētis fiant ſimplices corporis noſtri partes, hacque ratione ex anatome innoteſcere nobis nō poſsint ſola, factæ tamen magnitudinem protinus ſortiuntur ſuam & poſitum & huiuſmodi reliqua. Quę quidem diſſectio nobis aperit omnia, itaque ſimplices inſtrumentariarum partium partes omnes magnitudine tamen ſua conſtant, & alijs quibus inſtrumentariæ deinde partes cōſtitutæ formentur. Ad hanc rem dicebatur à Galeno appoſitè ſatis, libro de Differētijs morborum in hunc modum: *σαρκὸς ὧν αὐτῆς ἡ σὰρξ ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ τῶν πρώτων στοιχείων ἡ διαφορά, ᾗ μέντοι μόριον ὀργανικόν, παρά τε τὴν διάπλασιν, καὶ τὸ μέγεθος.* carnis igitur ipſius qua caro, in compoſitione primorum elementorum ſola, differentia eſt: qua uerò inſtrumenti, ſiue organi pars eſt, in conformatione & magnitudine, uti iam idem de reliquis ſimpliciſsimis partibus omnibus exiſtimare liceat.

Ἡ γὰρ τοιαύτη σκέψις ὑπὲρ ἡγεμονικῆς ψυχῆς ἐστίν. Huiuſmodi enim ſpeculatio de principali anima eſt.) Partem animæ intelligit, cuius principatū inter cæteras facultas obtinet, ſentiendi & intelligendi, ac mouendi: eandem ob cauſam animalis quoque nomē adepta, ut animalis facultas diceretur, quòd cōuenientia inprimis animæ munia exhibeat, quū reliquę duæ altera uitalis, naturalis altera appelletur, de quibus latiſsimè agitur in libris de Placitis Hippocratis & Platonis.

CAP. V.

Πρῶτα γὰρ ὑπ' αὐτῶν κινεῖται τὰ ὀστᾶ. Prima nanque mouētur ab ipſis oſſa.) Nimirum muſculis. primis enim oſsibus inſiguntur muſculi tendonibus ſuis, à quibus attracta oſſa trahunt ſecum reliqua omnia.

Καὶ διὰ τοῦτο διττὸν ἔφαμεν εἶναι τῶν ἐνεργειῶν τὸ γένος. Atque ideo duplex dicebamus eſſe actionum genus.) Muſculi in mouendo actio prima eſt, omniumque potiſsima, qui accepta à cerebro, demiſſaque per neruos mouendi facultate primo ac per ſe mouet oſſa primum, uti narrauimus, infixus his, horumque inprimis capitibus, tum & reliqua. idem de alijs exiſtimandū omnibus actionis eiuſdem auxiliaribus muſculis, ut qui ſe ad opus unum peragendum conſociant, extendendo cruri, inflectēdo prorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, partemque in omnē agendo: horum omnium actio functioque eſſe principalis dicetur mouendi, reliquorum, ut oſsium, uenarum, arteriarum, glandium, membranarū, ligamentorum, cartilaginum, pinguedinis, cutis ipſius ne actio quidem mouēdo ulla, niſi ſecundario & ex accidenti. mouentur enim potius, nō mouent: mouere tamen ſeſe crus totum dicimus ſæpe neceſſariò, cunctas ſimul partes intelligentes: quarum nihilominus non ignoremus plurimas moueri tantum, nō mouere. Quin ne muſculi quidē ſemper mouent ipſi, cumque alijs unà tracti mouentur. nam extendentibus ſe cruribus anteriores mouent tantum atque agunt, feriantur

riantur posteriores, & anteriorum motum sequũtur, contrà eueniet inflectentibus, ut posteriores motum illum exerceant, moti uerò sequantur anteriores. duæ proinde hic actiones, prima uera atq; omniũ maximè propriè dicta actio simpliciorum partium, cuiusmodi dici musculi possint, cõpositioris partis, ut organi, instrumẽtiq; totius alicuius cruris puta respectu: altera impropria atq; accidentaria, uniuersæ simul instrumẽtariæ partis unius alicuius, ut quum mouere se crus totum, aut brachium, aut totum etiã corpus ipsum dicimus. in quo quæ moueant partes musculi tantum censebuntur rectè, quæ moueantur, eorumq; tractæ sequantur motum, multo plures: atq; is ita mihi accipiendus esse locus uidetur. nam de similarium partium actione nondũ actum hic uidemus. De qbus si accipiendũ hoc loco fuerit, nerui solius, imò uerò facultatis potius per neruũ delatæ actio, esse cẽsebitur rectè in cruris totius motu. reliquæ enim partes cunctæ mouebuntur, non mouebunt ipsæ & patientur, non agent.

C A P. VI.

Διακριθέντος μέν τοι τινὸς ὅλου τῶν ὁμοιομερῶν, εἴη ἂν καὶ αὐτοῦ τοῦ διῃρημένου τὸ πάθος. *Discissa tamẽ similari parte aliqua ex toto, fuerit quidem ipsius quoq; præcisæ partis affectus.*) Non immeritò. nã si ex dimidio tantum uel hoc quoq; ipso minus dissecta, in affectu tamen esse censebitur: tanto quidem magis si tota, instrumenti tamen totius affectus is partim ex accidẽti, primo partim & per se existimabitur. Etenim membrana forte, aut glande, aut carũcula musculi alicuius, qui cruris totius pars statuatur, uel uena quoq; ipsa discissa tota, & quantitas siue magnitudo constare instrumentariæ parti toti: toti quippe cruri eadem uel tanta certè, quæ peragendo operi suo futura satis sit, & numerus, & formatio, & positus poterit. Quæ quum instrumẽtariæ partis essentiam constituant, nec offensum eorum quicquam sit ad functionis quidẽ usq;, quæ partis totius sit, læsionem: merito ne affecta quidem morbo instrumẽtaria pars ea dici poterit tota, crus nempe totum, qua instrumentaria: primo quidem, ut ex accidẽti, & secundario sit, quatenus solũ similaris correpta morbo pars est illius aliqua, musculi alicuius, cõtinui nempe solutione, quæ ea ratione in crus uniuersum non redundet: at discisso ex toto ligamento, iam tum primo quoque ac per se affectum, iure instrumẽtum totum, crus scilicet ipsum iudicabitur, tanquam quo annexa contineantur omnia, ueluti si genu, aut pedis ligamentum discindatur totum aliquod, haud dubiè crus totum primo affectum iudicabitur soluta continuitate ex parte, qua prius annexum crus totum continebatur: & ex parte essentiam illius cõstituebat primò, tum uerò & partium positus ex eo pereat confestim totus necesse est.

C A P. VIII.

Ἐπειδὴ περ ἐν δυοῖν τούτοιν ἐστὶ τὸ πάσχειν. *Quoniam in duobus his cõsistit pati.*) Duas hic passionis & doloris causas profert alterationem per totum, & continuitatis solutionem: quorum altera tamen in alteram reduci uideatur posse, alteratio in solutam continuitatem, cuius ratione dolorem penetratione & diuisione calidum, adstrictione frigidum, & compresione creet. Sed hoc, quoniam controuersa res est, melius expendetur in libris de Causis symptomatum.

C A P. X.

Ἀλλ' ἡ μὲν ἀρίστη μία. τὸ χεῖρον γὰρ οὐκ ἐγγίγνεται τῷ τελειοτάτῳ. *Verùm optima una est. perfectissimo nanq; non innascitur deterius.*) Vnicam esse ait corporis nostri constitutionẽ, optima quæ sit. Etenim reuera quæ eiusmodi fuerit, unica erit, nulla omnino ex parte, ne hilum quidem à summæ æqualitatis absoluta perfectione decidens. huic enim uni nihil deteritur, ut esse propterea deterior seipsa non posit. detritum enim aliquid cui fuerit, eidem detractum imminutumq; de summa illa perfectione quum sit, esse τελειοτάτην non poterit. Atq; hanc sensu nitens medicus non recipiet in artificij rationem sui, ut quam cogitatione tantum assequamur quadã, mentisq; ui formemus nobis phantasticè: & ut reapse

mero manus ſcilicet partem, qua prius deficiebatur, elargiendo. circumſcripta enim pars habenda pollex eſt, ut & digiti alij articulis ſuis conſtantes, ut integra adeſſe & auferri integra poſsit: idemq; ille non minus morbum in magnitudine abegiſſet, manus reſtituta illi magnitudine ſua æqua, ex particula cuiuſmodi haberi particula manus uniuerſæ reſpectu poteſt digitus, præter numerum, quem facit, magnitudinem quoq; eiuſdem exæquans. Hæc cō allata ſunt, ut non ſolùm ſeparata hæc intelligerentur, quod Galenus docet: ſed etiã quomodo in eodem interdum, quod μορίου unà ac μέρους partis & particulæ, ſimul rationem ſubeat, contingere id poſſet, ut ſciretur: ſed functionum tamen diuerſarum ratione tractandæ ibi lanceæ, ex numero partium defectuoſo, hic extendendæ in palmum manus ex magnitudine itidem imminuta. quod in multis alijs euenit, itaque diligenter attendendum eſt. Sed hæc in lib. de Mor. differen. cauſ. melius cuncta.

C A P. XIII.

Τρίτον δ' ἐπὶ τούτοις σκέψασθαι πότε μὲν ἔξι δυνατὸν ἡμῖν, ἢ τῇ φύσει. *Tertio loco conſiderandum, quando nobis id aut naturæ facere liceat.*) Quod tertio loco hic dicit, primum poſuiſſe alibi uiſus eſt initio libri Therapeutices tertij. ἀπὸ δ' οἷόν τε τυχεῖν αὐτῶν καθ' ἅπαν, εἴτ' οὐκ ἐγχωρεῖ πολλάκις, τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἤδη τεχνίτου γινώσκειν. An uerò aſſequi id ex toto liceat, an ſæpenumero non liceat, id uerò dignoſcere primum artificis eſt. Quando idiota nullus, inquit, neque quòd ſepti tranſuerſi neruoſa pars, neq; uerò quod tenuia inteſtina minime coaleſcãt, nouit. Quod rectè primum habendum plebeiorum ratione, quos hæc prorſus latent: atq; idem tamen artifex antè cogitatum id habuerit, & quòd contraria cõtrarijs curanda ſint, & contrariorum adhæc genera nouerit, quæ ipſa quoq; ut uulgus ignoret: at multo tamen compertiora habere queat, quàm de oſsiũ carie, carnisúe eroſione, num ſanari queant, aut de præputio, aut tenui buccarum parte inciſa, num uniri. Tertium igitur hoc quod à medico conſideratur, primũ eſſe poterit, in quo ab idiota medicinæ differat medicus inprimis.

Ἢ κατά τινα χρόνον. ὅσα τ' ἀδύνατον παντάπασι. *Vel quodam tempore, uel quæcunq; impoſsibilia prorſus habentur.*) Aetatis teneræ adhuc & creſcentis beneficio arteria uiſa reſtitui aliquando, & uena: os nunquam ætatis illius, neq; alius ullius tempore, deperditum inquam os, oſsiúe particula aliqua. nam quod coaleſcere aliquando in illis eiſdem poſsit, aliud id fuerit. non enim nouum os generatur, ſed cõmittuntur tantum extremæ partes tunc.

C A P. XV.

Ἡ δὲ ἰδέα τῆς ὀδύνης νυγματώδης ὅτι καὶ ἡ οὐσία τοῦ πεπονθότος ἐστὶν ὑμενώδης. *Doloris ſpecies pungitiui, quoniam affectæ partis eſſentia membranoſa.*) Quæ uerò neceſsitas, ut membranæ dolor punctionem referat? Hæc forte lata quidem, & in partem omnem extenſa membrana eſt, phlegmone affectus, cum tumore: qui qua parte maximè attollitur (quod in medio ferè fit) puncturæ ſenſum tanquam ex cuſpide præbere poſſe uideatur, at is deinde circumquaq; expanditur membranæ partes omnes ſenſim pererrans.

Καὶ κατὰ θάτερον τοῦ ἀπαθοῦς ἐσφίγκται. *Atque in alterò non affecto firmatur.*) Extrinſecam membranæ partem intelligit, quæ oſſa ambit foris extra thoracis cauitatem, cui tum incumbit, ex interioris membranæ phlegmone laborans, nec preſſæ, nec pendenti.

C A P. XVI.

Ὡς τήν ἐνέργειαν τε, καὶ τὴν χρείαν ἑκάστου τῶν μορίων ἀναγκαῖον ἐστὶν ἐπίστασθαι. *Vt partis cuiuſq; actionem atq; uſum non ignorare neceſſum ſit.*) Actio ferè ſimilaris partis unius alicuius eſt, ut cryſtallini humoris, cuius inprimis temperamento uiſio peragitur, oculi particulæ reliquæ omnes uſum muneri explendo illi conferunt. ſuum quæq; itaq; harum eſſe dicetur uſus, illius uerò actio, quod quidẽ ad uidendi tantummodo officiũ attineat, hoc loco χρείαν, functionem uertit in-

terpres, quũ ἐνέργειαν actionem uertisset: nec actio tamen functione quicquam differat. Itaq; χρεῖαν medicis usus esse debet, non functio.

Ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς συμπτώματα τὸ ἦθος ἐδήλωσε τοῦ νοσήματος. *Sed pulsuum insuper symptomata morbi ostenderint morem.*) Paruus imbecillisq; pulsus oppressarum sæpe ab humoris alicuius malitia signum sit: magnus ualidusq; benigniorem notarit, quem haud ita difficulter euincere uires possint, itaq; ualidè effert se tunc uitalis facultas.

CAP. XVII.

ἡ δὲ διάπλασις αὐτά τε καθ' ἑαυτὰ διδάσκει νοσήματα, περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται. *At conformatio cũ ipsos per se ipsos, de quibus prius dictũ fuit, morbos doces.*) Morbi uidelicet hi sunt conformationis proprij figuræ uitiatæ, partiũ præternaturaliter exasperatarum, aut læuigatarum, concauitatum ac meatuum impeditorum.

CAP. XVIII.

Δύναται γὰρ ἐξαίφνης ἐπιρρυὲν αὐτίκα περιττὸν ὑγρὸν ἔνδον τοῦ σώματος, ἐπί τι μόριον ἀναγκαῖον. *Fieri nanq; potest, ut de improuiso superfluus aliquis intra corpus fluens humor, in partem aliquam uitæ necessariam decumbat.*) Hæc si quis diligenter notata obseruet, quæ hic dicũtur duo, futura prædicens: sed exceptionib. his usus ualde multæ culpę se eximet sæpe in utrãq; partẽ medicus, ut & euasurũ aliquẽ morbum pronunciens, & succubiturũ alium. deinde contrariũ si eueniat, excusationem habiturus iustissimã sit: si in priore præfatus præter alia addiderit, nõ moriturũ illum, nisi uerò derepentè latitantis humoris aliquid nobilem ac principalem intus partem aliquam occupet, in alio moriturũ: nisi hic quoq; bona aliqua fortuna, ex nobilioribus partibus, quæ laborent, ad ignobiliores deriuata aut propulsa mittatur morbifica causa. at quoties contingunt ista?

CAP. XIX.

τὸ μὲν παχὺ καὶ γλίσχρον λεπτύνοντα: τὸ δὲ λεπτὸν παχύνοντα, κοινῇ δ' ἀμφότερα πέττοντα: *Quod quidem crassum fuerit ac uiscidum attenuando: quod uerò tenue, crassum faciendo, cõmuniter autem utrumq; concoquendo.*) Qui crassum extenuat, aut tenue incrassat, nihil aliud, hoc quidẽ moliens, quàm substantiã mutat uel consistentiam unam. detur enim ut σύστασιν dicere cõsistentiã liceat. Qui uerò cõcoquit, præter crassamentũ etiã natiui caloris opus adijcit, ut meritò diuersa hæc fecisse uideatur Galenus: quãuis crassescendo concoctio maximè procedat, quam ipsam nihilominus attenuatio quoq; non minimam sanè partem iuuet, calori materiã præparans, cùm ex qua melius eliciatur, quod concoqui debet: tum uerò quę in minutiora, ita dissecta calorificum opus facilius ac promptius subeat. Quin quæ attenuant, eadem attenuando & concoquent, si calorifica fuerint: ita fit, ut diuersa hæc perspiciantur attenuare, crassum facere, concoquere: sed hæc alibi melius.

IN GAL. LIBRVM I. AGGRESSVVM ANATOMICORVM.

CAP. I.

Ἀνατομικὰς ἐγχειρήσεις ἔγραψα μὲν καὶ πρόσθεν. *Anatomicas administrationes cõscripsi antea quoq;.*) Hactenus Galenicorum operũ ceu in uestibulo tantũ uersati sumus quodã, quæ maximè memoratu digna uisa sunt notantes, procœmij loco fuêre omnia: partim nos ad capescendã uiribus omnibus artem inprimis medicam hortantia partim, cui nos in ea familiæ potissimum (nam plures ostendebantur) adscribere deberemus docentia, partim etiam quomodo erecta cõstituẽda nobis ea esset tota demõstrantia. Nũc limẽ quoq; medicinæ ipsum adeamus oportet totius, qua maximè par est: par est autem (siquidẽ ea ipsa sequenda nobis proposuerimus, cõstituẽdæ rectè artis medicę antegressi modò libelli pcepta) ut recta p corporũ dissectionũ ingrediamur: ex qua inspe

ctis diligenter corporum partibus particulisq; omnibus ad minimas usq;,in quantum facere id nobis manifesta sensuum fide licuerit,tum demum ita uniuersarum etiam naturam inuestigemus.

CAP. II.

Τούτων δὲ ὁμοίων ὑπαρχόντων, οὐκ ἐνδέχεται τοὺς μῦς ἑτεροίως ἔχειν. *Porrò similia quum sint,fieri non potest,ut diuersè se habeant musculi.*) Ex ossiũ similitudine musculorum captat similitudinē,nō absona coniectura:sed similitudinem , non identitatem.uolo enim ita dicere nũc,ut si paulo magis aliqua ex parte diuersi reperti quidam fuerint,uel uno etiã fortè aut altero plures paucioresúe in his, quàm illis,terræ propterea miscendũ cœlũ non fuerit, nec diuersitas existimanda ex toto,quæ ex parte solum esset.certè quidem,quamlibet etiam maiorem in his, hac,quâm diximus diuersitatem afferant compertam & testatam curationem. Ea non uariarit ulla ex parte ulloúe in loco, ullam unquam similia ossa non diuersi ergo musculi,hoc est similes,non ijdem prorsus quidem,hoc dicit, quod uerũ est,ac plurimi tamen simillimi:ac paulo pòst addet: τοῖς δὲ τοιούτοις πιθήκοις εὑρήσεις καὶ τ' ἄλλα μόρια παραπλησίως ἀνθρώποις διακείμενα. Similiter, non aũt ὡσαύτως,eodem modo,ut nec Galeno aduersetur,si quid diuersum reperiatur: sed quòd tam anxiè de inueniendis humanis ossibus admoneat, nónne manifestissimum facit,non licuisse sua tempestate,aut id certè moris quacunq; de causa non fuisse,ut in homine exerceretur anatome.nam si fuisset, repositũ seruasset sibi quisq; sceletum haud dubiè peracta ea.

Η πολυϋμνητος αὐτοψία, ἡ κατὰ περίπτωσιν. *Ac celebratissima illa anatome secundũ περίπτωσιν.*) Sic dicta,quòd casu fieret, quũ quis fortè uulneraretur,ideo mox τραυματικὴ θέα dicitur in qua cute detecta conspici possũt multa,itidē Empirici obseruationũ suarũ partē,quæ eodē modo contingeret, περίπτωσιν & περιπτωτικὸν εἶδος nominarũt.sed id in morbis omnibus,ut artem ex eo cõstituerent suã: hi uerò ut usum dignoscendis,quæ occurrebant,particulis caperent.

CAP. III.

Ἔστω δὲ ἐπὶ νεκρῶ πρῶτον ἡ ἄσκησις σοί. *Sit verò tibi primum in mortuo exercendũ.*) Simiæ uidelicet alicuius cadauere. Nã sicuti in uiuis inspiciendis melius cordis motibus,& pectoris pulmonumq; exerceri solitam fuisse anatomen legimus alibi,potuit & musculorũ cognoscendis exactius eorũ motibus, quos uiua etiamnum ederent bruta,ac fibrarũ contractionibus , & huiusmodi, propè ut sicuti in uulneraria inspectione illa:quod casu sæpe in hominibus contingebat,ut multa secundum περίπτωσιν cognoscerentur , id in animantibus alijs ex composito fieret uiuentibus.de mortua igitur primùm simia dixit, eo quòd & in uiua exequi idem possemus deinde.

Δι' ἀποστήματα βαθέα, καὶ ἀποσκήμματα, καὶ σηπεδόνας. *Ob profunda apostemata, & aposcemmata, & putredines.*)Apostemata abscessus dicimus, qui ferè euenire post phlegmonē aliquã solēt,quoties nõ discussa materia:sed in pus cõuersa,ex pure eo abscedũt à se inuicem partes diductæ , inde abscessus dictus. ἀπόσκημμα fit,irrumpentib: in partem aliquam aliũde de corpore humoribus , collectisq; putredines aut putredinosę collectiones in corporũ locis fieri possunt multis, multæ:ut in finibus sæpe & fistulosis affectibus, ob tria hæc inprimis altè plerũq; adigendus cultellus erit,si in profundo latitarint. quod ut cautè fiat , scire intercedentium musculorum naturam oporteat.

Ἀναγκαῖόν γε μὴν δεῖν ὅτι, καὶ προσεπιδιαιρεῖν ἔνια μόρια τῶν διικνούσας ἂν βάθος ἐχόντων στενὰς τρώσεις. *Necessarium quandoq; fuerit partiũ earum aliquas magis etiamnũ dissecare,quarum uulnerationes in profundũ extensæ angustæ sunt.*) Tres hic ponit causas,quamobrem diuidere in maius uulnera interdum opus sit.primam ob punctim facta uulnera, præsertim uerò in tendinis alicuius initio exortũque eius facta. hæc enim, ut alibi sæpe legitur, résque ipsa nos edocet, periculosa inprimis habentur, & malitiæ afferunt secum aliquid semper : &

con-

conuulsionem accersunt facillimè, nisi effluuia sortiantur aperta. Alteram etiam, ut punctura nulla sit, quum uulnus angustum per totum fuerit, periculumque sit, ne conglutinatis superioribus inconglutinatæ maneant inferiores partes. Tertiam, quum effluxionem contentæ fortè noxiæ materiæ alicuius paramus, quacunque de causa: at interpres hic priores duas confundit in unum, non satis rectè.

Εἴτε κατὰ πλάτος ἄγειν, εἴτε κολλᾶν ἐθέλοις τὸ τραῦμα. *Vulnus siue uelis in latum ducere, siue glutinare*) Ducere in latum uulnus quid aliud fuerit, quàm glutinationi contrarium aliquid hoc quidem loco. Sic enim proferuntur quasi ex opposito duo inter se hæc, glutinanti porrò contrarium facit, qui dilatat uulnus. Atqui uulnus fortè accepit extento altè brachio, uulneris in eo ima, manum tendent semper extremam uersus, ut si seruandus naturalis manus totius positus fuerit, toto curationis tempore uitandis (ut fieri semper debet) ex incommodo situ doloribus necessariò uulneris fundum infra principium eiusdē semper futurum sit: atque hoc ipsum necessariam faciet ea in parte sectionem, ut exitus materiæ pateat: siue agglutinare, siue uerò dilatare superiora uulneris propositum fuerit, quacunque tandem de causa, quasi ita dicat, quocunque modo superius uulnus tractes: siue adaperiens siue conglutinans aperiendum tibi inferius erit transmittendis ita humoribus melius.

Εὑρέθη τοίνυν ὑποτεταμμένος ὅλαις ταῖς πλευραῖς μῦς λεπτὸς ὑμενώδης. *Ergo inuentus fuit per costas omnes protensas tenuis musculus membranosus.*) Is demum ille est, atque alij præterea quidam, quos inueniri in homine negant musculi Anatomici diligentiores, ut simias tantummodo Galenum secuisse faciant, & canes. fatemur & nos, nec sanæ mentis quenquam aliter existimaturū credo, tot sunt passim, quæ hoc ipsum testari ualeant loca. Quid tum? num quæso ex simiarū dissectionibus, si rectè & diligenter obeantur, non accipi cognitionis de rebus his poterit, ad usum quidem medicum satis, ostendant non posse & imminuti aut deprauati, aut alius facti artificij medici totius reum statim Galenum peragant, non causam dicam: sed nunquam ostendent, quantasuis rerum harum minutias diligentissimè peruestigent, magis semper magisque eousque tādem progressi in his, ut digladiantes inter se de multis altercentur iam, quæ comperta & explorata uidentibus ac tangentibus esse debuerant. Quòd si igitur usus nobis satis ad rem quidem medicam nostram retinere ex hoc possumus, nobis quidem nostram hanc seruabimus simiarum anatomen, illis relinquemus suā, rerum in uniuersum naturalium omniū indagatoribus, non inutilem fortefortuna futuram ad medicos quidem usus non necessariò aduocandam. Sed uideant tamen interea ijdem illi, an socios habituri in hoc sint naturalis historiæ & scientiæ potissimos quosdam, quos abhorruisse ab eo, ut humanum corpus secando discerperent: etiam aliqui, ut brutorum, apertèque auersatos id esse constat. de illorum scripto Democritum, Aristotelem, Plinium. Atque hæc sic dicta hic de rebus his, pro alibi dicendis huiusmodi multis accipiantur uelim, ut pro dictis habeantur tunc.

Ἐν ἄκρᾳ μὲν οὖν χειρί, καὶ ποδὶ ταῦθ' ἡμῖν εὑρέθη. *In extrema igitur manu pedeque hæc reperta à nobis fuêre.*) Eodem significato uidetur hic, quo manum Græci, ab humero summo ad extremos usque digitorum ungues, brachium, ulnam, partēque extremam uocant χεῖρα, dicentes totum id: cuius quum circumscriptam brachiali partem summam significare uolunt, ἄκραν addunt, ut χεὶρ ἄκρα illis sit etiam totum id à coxendicis articulo ad imum usque, quo femur, tibia & crus pesque imus continetur, pedis nomine complexus. siquidem illud ἄκρα tam pedi, quàm manui accommodetur, ut ποὺς ἄκρος, pars sit calce & digitorum unguibus finita: ποὺς autem simpliciter totum id, quod diximus, sicuti in manu. Quo tamen minimè hic modo accipi id debet, uerbūque ἄκρα uerbo applicandum χειρὶ soli, ut pedis nomine imus tantum cruri subiectus intelligatur. Quē maxi-

maximum homini inter animalia omnia contigisse scribat alibi: sed Hippocrates non minus ipse, ut in sequentis libri initio notabitur, pedis significatũ, quo nos nunc diximus modo, accepisse uideri potest, quum ait: πους δὲ ἀνθρώπου ἐκ πολλῶν, καὶ μικρῶν ὀστέων σύγκειται, ὥσπερ καὶ ἡ χεὶρ ἄκρη, pedem audis prolatum solum, manum addito extrema. uerùm quòd quum in libro de Fracturis hoc ipsum scripsisset, in libro rursus de Articulis scripserit aliquando, ἄκρος δὲ ὁ πους ἧσσον ἢ προκόπτειν ἐθέλει. Summus extremusq; pes procedit minus: partem eam pedis intelligit tantum, quam post pediũ, pectinem scilicet, digiti atq; ungues tenent, non totam quæ tibiam attingat.

Καὶ ὅτι διαφόροις ἐχρήσαντο τοῖς τρόποις τῆς διδασκαλίας. *Et quòd uarijs usi sunt docendi modis.*) Hoc si diligenter secum expenderint anatomes inspectores, multa fortasse consentient, quæ dissentire nunc uidentur. Hanc quidẽ uiã ingressus non postremi nominis anatomicus docuit. Quæ diuersa tradi uidebantur, multa re ipsa diuersa nõ esse, sed diuerso tantũ tradẽdi ista modo id fieri: neq; tamẽ dixerim nõ ex inuenta omnino diuersa, atq; alia fuisse aliqua.

CAPVT V.

Ἀπὸ δὲ φθάνοντος ὑποβεβλῆσθαι καθ' ἕκαστον τοῦ προτέρου τένοντος, τοῦ μείζονος ἕκαστος δίχα σχισθείς. *Quum uerò horum unicuiq; maior iam antea tendo subiectus sit, unusquisq; in duo diuisus.*) Subiecti intelligendi sunt tendines, primum & tertium digitorum quatuor articulum mouentes: his uerò additi superiniectiq; sunt secundum digitorum eorundem articulum mouentes quatuor alij, nimirum tendines, singuli singulis. Qui quum præoccupatũ iam inueniant locũ à subiectis prioribus, qui à primo in tertiũ articulum, siue internodium rectà tendunt, ut se secundo quem moturi sunt, articulo indant, diducti coguntur, ac circumito supposito sibi quisq; tendine articuli eiusdem lateribus infigi. Hic est loci huius intellectus, cuius admonendus erat Lector, ne interpretis errore seductus laberetur, non leui. is enim, nescio quo pacto subiectos facit tendines, qui primum & tertium mouent, in secundum articulũ indui ad mouẽdum: quod Galenus superiniectis ubiq; tribuit.

Οὗτοι μὲν οὖν οἱ πέντε μύες ἅπασαν τὴν ἔνδον χώραν κατειλήφασι τοῦ πήχεως. *Ergo quinq; hi musculi totam occuparunt cubiti regionem interiorem.*) Sunt uerò hi, unde tendo uolæ manus substratus oritur unus, qui digitorum internodia flectendo mouent duo: & qui carpum, eodem modo duo.

CAP. VI.

Ἀλλὰ πρῶτόν γε τέμνειν αὐτῶν εὐθείᾳ τομῇ τὸν μέσον. *Verùm primũ eorũ per rectum incidere oportet, qui medius est.*) Mediũ opinor dicit, q̃ radius & ulna cõiungũtur.

Ἐὰν ἐσχηματισμένην αὐτὴν ὑπονοῇς κατὰ φύσιν, ὡς Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν. *Si positũ figura manus intelligas naturalẽ, ut Hippocrates docuit.*) Ea porrò figura ac positus est, quũ sic statuitur manus, ut radius ulnæ incumbat, ex Hippocrate de Fracturis: atq; hoc positu in inferiorẽ partẽ moueri digiti dicẽtur, quos eosdẽ in obliquũ mouere: foras quippe dicimur, & ut de nostris aliqui in partem syluestrem.

Ἡ μὲν δὴ πρώτη κεφαλὴ τῶν τενόντων ἑνὸς ἐκπέφυκε μυός, ὥσπερ καὶ ἡ δευτέρα. *Primum itaq; tendinum caput ab uno exoritur musculo, quemadmodum & secundum.*) Primùm dicit, quòd digitos quatuor extendit, secundum quod in obliquum, siue inferius agit paruos duos.

Καὶ οὕτως εὑρεθήσονται τέσσαρες ὑπὸ τῶν προειρημένων συνδέσμων μύες. *Atq; ita subiecti reperientur dictis iam ligamentis musculi quatuor.*) Qui digitos extendit quatuor: unus, qui in obliquũ, uel inferiorẽ in partẽ agit paruos duos: unus qui indicẽ, & mediũ itidẽ in obliquũ mouet: unus & qui pollicem: unus quatuor in totũ: ac duo postremi dicti ex uno quidẽ capite oriũtur, & numerari duo tamen possunt, quo prius ostensum fuit à Galeno docendi modo.

Οὕτως μὲν οὖν ὀκτὼ γενήσονται μύες, οἱ τὸν πῆχυν ὅλον ἔξωθεν κατειληφότες ἐκεῖνοι δ' ἕξ. *Atq; hac quidẽ ratione octo fient exteriorem cubiti regionem totã occupantes musculi, at alia illa*

illa sex.) Octo quomodo fiant, facilè intelligitur, si quatuor antea enumeratis quatuor addantur alij, qui ad paruum digitum carpum mouet: unus, & qui ad magnũ: alius, quem satius esse, ut pro duobus habeatur scripsit. tres igitur iam hi quartus, qui summo tendine eodem & bifido metacarpio, ad indicẽ, & medium digitum inseritur. at sex erunt, si ex primo loco numeratis quatuor eos, qui indicem & medium in obliquum, tum & pollicem mouent, unum feceris: ex secundo autem recensitis quatuor, qui ad magnum digitum, seu pollicem carpum extendit, pro duobus habitum, pro uno tantum habeas nunc. Sed & septem qua ratione numerari queant, addit.

CAP. VIII.

Διὸ καὶ τοῖς ἔξωθεν αὐτὸν συναριθμοῦμεν. *Quo fit, ut eũ exterioribus connumeremus.)* Sanè qui ex prona supinam reddit manuum exteriorẽ in partem ducet, ut necessariò quoq; facientis hoc musculi positus locandus exterius sit.

CAP. X.

Σύνδεσμοι δὲ ἀκριβεῖς εἰσὶν κατὰ τὴν πρώτην χρείαν ἐν τοῖς προειρημένοις μυσίν. *Cæterùm exquisita ligamenta ex primo usu in prædictis musculis sunt.)* Primum ligamentorum usum eum constituit, quo ossa connecterentur simul secundũ pro subiectorum corporum munimento, ut tendinum multorum: tertiũ, quando pro indumento his ipsis tendinibus extrinsecus adduntur: quartum nullum nouit. Nam qui haberi fortè ab aliquibus quartus posset, diuersum à primo habendũ minimè esse censet, quum scilicet secundum capita sua musculi exquisitè ligamenta obtinent, ea tantum differentia, quòd non ut in priore os ossi colligatur ligamentis his primo: sed medijs & interuenientibus musculorum capitibus, subiectos musculos ossibus unde exorti sunt, annectunt. Quod quũ efficere firmiter ualeant, uisum Galeno, hunc eundem prorsus cum eo, quo nullo interueniente alio connectuntur ossa, deputandum esse usum. ait igitur, commemoratis prius his exquisita ligamenta ex priore usu in prædictis musculis secundum carpum numero quinq; haberi: quorũ primũ affert ligamentũ, quod duobus musculis magnis impositũ digitos flectentibus, ossa præterea eadem ratione atq; opera copulat simul. Exemplũ igitur est cùm hoc, tum alia hic posita quædam ligamentorum non primo, sed intercedentibus musculis connectentium inter se ossa ac firmiter tamen id facientium. Quæq; ideo referenda ad primum usum illum sint, at interpres specie rerum deceptus (ut existimo) falsa quadam pro primo secundum usum uertit: Qui munimenti tantum erat cuiusdam subditorum ligamentis corporum.

IN GAL. LIBRVM II. DE ADMINIST. ANATOM.

CAP. I.

Εὐθὺς δ᾽ ἐξ ἀνάγκης ἔπιπτε καὶ τὸ χεῖρον μανθάνειν, ἀπολωλυίας τῆς ἐκ παίδων ἀσκήσεως. *Protinus & id fiebat, ut deterius addisceret, pereunte illis iã à pueris institutione.)* Imbuimur in tenera ætate facilius literarum, bonorum morum, disciplinarum ac studiorum præceptis atq; institutis omnium omnes. Hinc exq; uoce hac (sunt enim Græcis pueri παῖδες) doctos πεπαιδευμένους, indoctos ἀπαιδεύτους uocarunt, quasi qui à teneris non didicerint, futuri indocti semper sint. Quo etiam significato ὀψιμαθεῖς notant, non tam serò discentes, quàm ineruditos & indoctos. Qui sibi discendi tempus commodum elabi siuerint, stultè uulgo apud Italos prouerbij uice circumfertur cuiusdam, doctum iam deponere studiorum suorum tyrocinium egressum scholis, quo tempore ingreditur primum eas indoctus.

C A P. II.

Καὶ διὰ τούτους ἐγὼ σὺν τῷ χρησίμῳ τῆς ἀνατομῆς ἐξειργασάμην τὸ περιττόν. *Propter hosce cum eo quod utile erat in anatome, etiam quod ex abundanti confeci.*) Profectò si quis rectè secum examinet, non anatomica omnia medico necessaria esse expendet, atque eorũ etiam, quæ in controuersia posita sunt plurima reijciet, quod quidem ad necessarium medicinæ captum attinet. nam hoc semper intelligi uolo. nolim enim cuiquam esse author ego, ut intacta, quæ superuacanea medico futuro sunt, relinquat ipse: quin quibusdam de causis, quas Galenus refert, rimetur etiam omnia, diligenterque inquirat in ea, modò nos ad humani corporis dissectionem non cogat medicos. Quibus simiarum futura semper satis sit anatome diligenter obita, satis superque imò, ut in qua præter utilia medico, ac necessaria non pauciora sanè superfutura sint, quæ ad philosophi tantum rationes spectent, aut studiosi alioqui rerum harum alius alicuius, aliqua de causa cuiusque sua.

C A P. VII.

πλὴν τοῦ μεγάλου δηλονότι δακτύλου. πρὸς γὰρ τὸ δεύτερον, καὶ τρίτον ὁ τένων, ὁ κινῶν αὐτὸν ἀφικνεῖται καθάπερ ἐπὶ τῆς χειρός. *Excepto uidelicet magno digito, ad secundum enim & tertium articulum mouens ipsum tendo pertingit, quemadmodum in manu.*) De manus pollice superiore libro dixerat, tendinem non in primum eius, ut in alijs, articulum rectà pertingere: sed secundum conscendentem, & in tertium usque extensum ἐπὶ τὸ δεύτερον ἀναβαίνειν, inquit, εἶτ' ἐκτεινόμενος ἄχρι τοῦ τρίτου. Quod de manus pollice dici rectè potuit, quippe cuius articuli siue phalanges numerari possunt. Tres dè pollice, in pede non item. duo enim hic tantum, ut primus & secundus futurus sit, non secundus & tertius. Sed referendũ ad manus pollicem hoc, ut sicuti in manu fit ut ad secundum ac tertium articulum perueniat tendo, ultimos scilicet duos: ita in pede ultimos eosdẽ occupet duos, qui secundus & tertius habẽdus sit non in pede, sed in manu: nisi uerò ex pectinis ossibus unum aliquem addamus duobus illis, ut tertiũ faciamus, sicuti inuenti olim fuère, qui pollicis manus articulum primũ carpo potius adscriberent. uerùm longè alia de hoc fuerit manus ac pedis ratio.

Τούτῳ μόνῳ διαφέρουσι τῶν ἑτέρων αὐτῶν κατὰ τὸ πέρας τῶν κάτω τοῦ ἀστραγάλου τὸ κάτω, καθ' ὃ τῇ πτέρνῃ παράκειται. *Hoc solum inter se differunt, quòd alterum illorum (nempe caput) extremo impositum est astragalo inferiori, secundum eam partem, qua calcaneo adiacet.*) Apertus satis futurus fuerat locus is, nisi eum posteriores interpretes intricassent. nihil enim aliud sibi uult, quàm tendinum capita tibiam inter & calcaneum locata. ex eo differre quòd alterum astragali, siue tali inferiorem occupat locum, qua parte calcis ossi ipsius adiacet, talus ipse nimirum & astragalus, quod quidem tendinis caput ligamento rursus donetur à natura præter commune, proprio quodam suo. at interpres facit alterum. hoc caput inferiori malleoli extremo insidere, & calcem proprio quodam ligamento rursus, præter commune extrinsecus accedere, duplicato errore. nam nec calcem accedit: sed extremo inferius astragalo insidet, quo loco astragalus calci adiacet, neque extrinsecus accedit, sed præter cõmune ligamentũ, proprium habet. ἔξωθεν τοῦ κοινοῦ, inquit, ultra preterque cõmune. Cui interpres uerbo, inquã, ἔξωθεν, duplex assignauit significatum Præter & Extrinsecus: præter omnino rectum eorum, quæ hic dicuntur, sensum atque intellectum.

C A P. X.

Εἰς τὸ τῆς πτέρνης ὅσον ... δεῖται.) *Loco* πέρνης, πτέρνης legendum: ut sit, quod talum calcaneo quoque uinciat, ligamentum. & mox, καὶ δεύτερος ἄλλος: legendũ τέταρτος. quatuor enim ponuntur hoc loco ligamenta.

C A P. XI.

Ὡς ἐπὶ τῶν γεγομφωμένων. *Ut in his quæ curuatim, inter se connexa uinciuntur.*) Mox enim ait: τὰ μὲν γὰρ ἐγγομφοῦται καθάπερ τοὺς ὀδόντας εἰς τὰ φατνία. Ex quo molares dentes γόμφιοι dicti.

Διότι κάτ' ὑπόφυσιν αὔξονται, καθάπερ αἱ τρίχες. *Quòd per subortum augeantur ut capilli.*) ὑπόφυσιν appellat, quòd adnati ungues carni cutiq́ ad radicem, quo uenæ & arteriæ pertingunt, nutriantur inde, atque augeantur, subministrato illis ita alimento.

IN GALEN. LIB. III. ADMINIST. ANATOM.

CAP. I.

Προνοουμένων μὲν αὐτῶν τὴν ἀπὸ τῆς τρίτης αἱρέσεως ἰατρῶν. *Quum curam gererent illius ex tertia secta Medici.*) Methodicos intelligit, quorum quoq; mox mentionem facit, ut omnium prima dignitare meritò habeatur. Rationalis & dogmatica secunda ab hac empirica: sed legibus & institutis suis formata, qualis ueterum multorum. Tertia Methodica, quæ sicuti postrema exoriens emersit: ita prima euanida reperta concidit, reliquæ non iam sectæ sed artis detrimenta: quippe agyrtarum, seplasiariorum, incantatorum, præstigiatorum, uetularum, circumforaneorum, Theophrasteorum. huius temporis empiricorum, qui se ita appellant: quum nihil minus quàm huiusmodi sint. sint ue rò uerissimè medicinæ omnes fæx, ac afferunt quidem medicamenta aliqua ex artis totius supellectili: sed ad cotem nostram probāda, lapideq́ lydio nostro quæ excussa recipiantur in usum uel reijciantur, utentis certè semper ratione iusta, atq; experientia medici iudicium expectent.

Ὑπὲρ οὗ καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψεν. *De quo scripsit etiam Hippocrates.*) Videndū in libro de Articulis sectione prima.

CAP. III.

Ἀναβαλόμενον τε τὴν τομὴν αὐτῶν πᾶσαν ἰδεῖν ἐν τῇ τοῦ πήχεος ἀνατομῇ.) Reponendū νομὴν loco τομὴν: iccircò enim de hoc distulerat dicere, ut distributio adnotaretur, non ut sectio.

CAP. V.

Δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὰς ἐν τῷ βάθους ὡσαύτως ἔχει τὰ ζῶα ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις. *Liquet igitur, animalia hæc eodem modo, cum hominibus etiam, quæ in profundo latent, uenas obtinere.*) Satis hinc argumentorum colligas, Galenum nunquam ex cōposito humanum corpus aggressum fuisse dissecandum, atq; ex similitudine uenarum ante corporum quoq; dissectionem in corporibus humanis, & in simiarum deinde dissectione apparentium arbitratum fuisse, etiam latitātes eodem se habere modo. Quod maiori semper ex parte uerum esse inuenietur: ac sicubi tamen euariat, id planè ad legitimæ medicinæ captum & exercitationē, nihil quicquam officere posse etiam constat.

Συνυψοῦσαν τε, καὶ περιτέμνειν ἑαυτῇ. *Attollere, ac sibi ipsi circumcidere.*) Sed περιτείνειν legendum, ut circumtendere sit.

CAP. IX.

Ἀπ' ἀδεῶς ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε, τὴν ἀνόητον εὐχέρειαν ἀσκοῦντες. *Inconsideratam, ut Hippocr. ait, facilitatem exerces*) Eos intelligit, qui manu prompta, & in partem. i. uersatili opus chirurgicū exercent: stultè tamen sæpissimè, & inconsideratè, neq; recta ratione ulla de Articulis secti. secunda, Hippocratis sunt hæc, id est, omnem.

IN GAL. LIB. IV. ADMINIST. ANATOM.

CAP. II.

Ὡς ἐστὶ πέντε μὲν ἐνέργειαι περὶ τὸ στόμα. πέντε δὲ γένη μυῶν. *Vt quinq; sint circum os actionum genera, & musculorum quinq;.*) Eorū qui genas siue buccas in partes uarias adducūt, quæ actio una cēsetur, genus unū: qui labia circūagūt, itē unū:

ape-

aperientium os, unum: unum claudentiũ: maxillam inferiorem in latus utrãq; uertentium, unum: genera in uniuersum quinq;.

Ἀναβαίνειν οὖν χρὴ κατὰ βραχὺ μέχρι τοῦ μήλου καλουμένου. *Itaque ascendere opus fuerit paulatim ad uocatum usq; malum.*) Iubet nos à superiore labro sensim dissecãdo ascendere in eum usq; locum. Qui malum dicitur, seu pomum, in genis, ni fallor, sub oculis positum, quo maximè rubent genæ prope os iugale: at interpres ascensui descensum substituit, & pro malo malas uertit, quum genarũ potius pars quædam habenda sit, malum id supra malas, si malas & maxillas easdem accepimus.

Εμφυόμενος δὲ κορωνῷ τῆς γένυος. *Maxilla corono insertus.*) Sunt autem corona ossium extremæ partes inæquales quædam κόρωνα genere neutro ita dicta, quæ & κορῶναι fœminino dicuntur, ut cubiti propagines sunt, quæ brachij osse excipiuntur: author Galenus commentariorum tertio in lib. de Fract. Hippocr. Erunt igitur inferioris maxillæ κορῶναι pars, qua superiori cõmittitur articulatione sua.

Ὀφθήσεται δ᾽ οὗτος ἀκριβῶς ἄνευ τοῦ λυθῆναι τὴν γένυν.) Deesse uideri potest negatio, ut sit οὐκ ἄνευ conspici is poterit exquisitè, non sine maxillæ solutione. toties enim repetitum diducendam, dissoluendam, amouendam esse maxillam, id persuaserit. ac sequitur mox: λύσεις οὖν αὐτήν. Nam quomodo, quonam soluenda sit, modò doceret, nisi soluendam prius consuluisset: & alioqui cui dubium dissepartata melius inspici cuncta posse.

Ἁπάντων τε τῶν σφονδύλων ὢν λεπτότατος, ὅπερ οὖν καὶ περιβέβληκε τὸν δεύτερον ὡς ὁμιλεῖν χρῷ. *Vertebrarum omnium tenuissima est, quæ ideo quoq; secundam ambiuit sic, ut propius contingat.*) Primum uertebam tenuissimã esse ait, ac secundam circumdare atque amplecti χρῷ, arctè dixerim uel pressim, tondere caput ἐν χρῷ est ad cutim usque interpres uertit, ac omnium uertebrarum est tenuissima: cui alteram ideo circumdedit natura, ut propius connecteretur, nec naturæ mentio ulla hic, & prima secundam amplectitur uertebra, non primam secundæ.

IN GAL. LIB. V. ADMINIST. ANATOM.

Ὧν τὸν μὲν πρῶτον ἔφην ἅμα τῷ κατὰ τὸ στέρνον ἐργάζεσθαι τὸ κοῖλον τῆς μασχάλης. *Quorum primum dixeram, unà cum pectoris alio alæ cauum efficere.*) Paulo enim suprà idem quoq; dixerat ex duobus eodem conuenientibus musculis axillæ ca uitatem eam constitui. itaq; nihil hic redundantis.

CAP. II.

Καὶ μὲν ὅτι γραφομένῳ κατὰ τὰς ἁμίλλας γ, δύο καὶ τούτω γραμμὰς εὐθείας εἶναι.) Musculorum, quos tractat. duorum coitionem & compositionem literis duabus assimilat Græcorum Λ & Γ, si maiusculi accipiantur characteres rectè (duabus enim constant lineis rectis hi) sed quomodo in certaminibus scribi solitũ esset Γ quærendum.

Ἑτέρα γὰρ φύσις ἀνθρώπου ταύτη τῶν ἄλλων ζώων. *Alia quàm hominis in hoc natura animalium aliorum.*) In lib. de arte Hippocratis dictum est hoc, angustia & acumine aut pectoris latitudine plus minus differunt animalia alia omnia ab homine, ideo & clauiculæ ossibus quo discrimine acuminatum magis minusùe in alijs omnibus conspicitur pectus, animalibus.

CAP. VI.

Καί τοι γε ἡ παροιμία μὲν ἀρχὴν ἥμισυ παντὸς ἔργου νομίζει. *Atqui principium omne prouerbium operis totius dimidium esse censet.*) Attentum esse iubet dissectorem, quòd uerè quidem circumferatur ex adagio quodam principium facti uniuersi dimidium habendum esse, modò bene ineatur, at id in multis quũ haud ita difficulter succedat, ut rem quis faciendam aggrediatur facile, hic

hacq́ diſſectionis in parte ſtudio & diligentia futurũ opus ſit, ut rectè inchoetur, quo maior adhibenda cura, (dimidium facti, qui bene cœpit, habet) uulgatum iam in omnibus quidem uerum: at ubi paulo difficilius id euenit, uerisſimum.

CAP. VIII.

Καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὥσπερ ἱπποκράτης. *Et quid aliud, quàm ſicuti Hippocrates.*) Ex libro de oſsium natura, & Epidemiorum ſecundo.

IN GAL. LIB. VI. ADMINIST. ANATOM.

CAP. I.

Συνελόντι δ' εἰπεῖν ἐκεῖνα τῶν ζώων, οἷς ἐσχίσθαι τὸ πέρας τῶν κώλων εἰς δακτύλους πέντε. *Summatim autem ut dicatur, animalia illa, quibus membrorum extrema in digitos quinq; diducuntur.*) Pedes & manus dicit, aut pedum uice & manuum anteriora, & poſteriora crura, extrema in parte digitis quinq; diſciſſa. Quæ diſſectioni exercendæ idonea aſſerit. Quorſum autem attinebat tam diligẽter peruestigata hæc rimari, & ſuccedaneas humani corporis, ac uicarias diſſectiones has quærere, ſi humanum ad rem hanc adhibere aut uoluiſſet, aut licuiſſet, aut receptum tempeſtate ſua uſitatumq́ fuiſſet. diſſecuit igitur ſimias Galenus ſemper, diſſecuit, cæteraq́ animalia ea quorũ aptitudinem negotio huic peragendo tam anxiè inquirit: ac ſic quidem hoc fecit, ut ne tantillum propterea demptum de artis medicæ rationibus affirmare cuiq; liceat, quòd non in homine id fecerit.

οὐκ ἐκ τοῦ μεγέθους τῆς φωνῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἰδέας. *Non ex magnitudine uocis ſola, ſed alia quoque ſpecie.*) Ait, audita animalis uoce, licere nobis conijcere de uocalium inſtrumentorum natura, non ſolùm ex magnitudine, ſed ſpeciebus etiam alijs, ut ſi rauca edatur uox, aut aſpera, liquida aut lenis diuerſo ſe habere modo uocis in animalibus: his inſtrumenta neceſſum ſit, non modò in figura & conformatione, ſed etiam aſperitate partium, & leuigatione, & huiuſmodi: ac quum clangor ueluti tubarum editur ab anſeribus auibusq́ alijs id genus colli in his longitudinem non miramur, ita eſſe coniectura quadam exiſtimaturi, etiam non uiſis: & quum leones rugientes audimus, quis non gutturis uel proximarum gutturi partium, uoci deſtinatarum, & pectoris magnitudinem, ſeu potius pro animalis magnitudine uaſtitatem quãdam auguretur: eodem modo atq; ex diuerſitate actionũ hac, quòd non prorſus ut homo erecta & claudicans potius ambulet ſimia, paulo magis protenſos ad tibiæ os, agnoſcit Galenus in ea muſculos & euariantis aliquatenus articuli diuerſitatem in coxa, ut ſi alia præterea quædam afferãtur euariantia: ut magnus quoq; manus & pedis digitus, ac quædã fortaſſe alia, mirũ eſſe id uideri non debeat, nec repugnaturus magnopere Galenus ſit. Qui diuerſitatem hanc agnoſcat, & fateatur, ſed quam nos tamen non magnum ſanè ad res quidem noſtras momentũ afferre poſſe exiſtimaturi ſemper ſimus.

ὡς ἐν δὴ παραδείγματι αὐτῶν δεῖν λθεῖν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ζώων ὁμοιότητος καὶ ταυτότητος. *Tanquam exemplo his uſus, de animalium aliorum ſimilitudine & identitate percurri.*) Si forte huius quoque uocis uſus à noſtris recipiatur, uſu tandem emollitæ, analogam quidem rationem obtinet ad multa alia, ut admitti poſsit reddendæ uoci Grææ ταυτότητι: ſed quod à Galeno hic dicitur, tale eſt. ut non tantùm animalia eadem uel ſimilia alia alijs eſſe, quod maniſeſtiſsimum eſt, accipiendum ſit (ſpecie quippe ſua in totum) uerùm etiam eadem ſæpe ex parte ſimilia, ex parte eadem inueniri ut ſciremus, pluribus alia alijs partibus & particulis, aut paucioribus. proinde mox illud quoq; addit digitũ, quatenus quidem digitus, eandem ubiq; ſtructurum habiturum: & radium, quatenus radius

eodem

eodem modo: at quatenus talis aut talis radius, huius nimirum aut illius animalis, in similibus similem, in dissimilibus dissimilem, proportione tamen quadã respondentem constitutionem sortiturum.

τὸ δ' οὐ ταυτὸν ἀπὸ τινων συμβεβηκότων τοῖς κατὰ μέρος, ἅπερ ἀτόμους οὐσίας ὀνομάζομεν. *Quod uerò idem non est à quibusdam, quæ particularibus accidunt, quas indiuiduas substantias nominamus.*) Credat fortasse aliquis, quum indiuiduas substantias audiuerit, de his dictum hoc accipi debere, quæ sæpe inter dissecandum occurrant, præter consuetum, aut positu, aut numero, & huiusmodi: aut substantia etiam diuersa, in multis sæpe multa fortè reperta, etiam mõstrifica quædam. Quorum omnium fortuitus occursus est, nec tradi de illis aut scribi quicquam ad instruendum aut instituendum, qui anatomen administret, ullum potest. necessariò proinde sic intelligendus locus is, ut quod idem in omnibus inuenitur, id non fortuito neq; ex accidenti contingere existimandum sit: sed in specie unaquaq; id secundum propriam substantiam fieri, ut in humanis corporibus omnibus eadẽ reperta, & in simijs omnibus rursus inter se eadem. at quum non eadem quædam simijs, quæ hominibus inesse reperiuntur, quæ tamen magna ex parte homines corporis sui similitudine referant: id uerò ex particulari quodam accidente contingat, quod indiuiduam simiæ substantiã siue essentiam constituat, suũq; prorsus illis τὸ τί ἦν εἶναι largiatur: quod hoc loco Galenus indiuiduam substantiam uocat, priuatam scilicet ac peculiarem simiæ. Quæ quum ridiculè imitatura esset hominem à natura ad id facta, communia atq; eadem habitura multa esset, quædam etiam necessariò sortitura priuata & particularia sibi, eoq; indiuidua, propriam quandam ac conuenientem speciei talis actionibus structuram, constituentia prorsus τὸ εἶναι illius quod diximus, quo simia simia est.

κατὰ δεύτερον ἤδη λόγον, οὐκέτι πρῶτον ὥσπερ τὰ πρόσθεν. *Ex secunda iam ratione non prima, ut prius dicta.*) Prima alimentorum ratio est, ut coctionem subeant, tum ut repurgentur, & excrementis omnibus ac superfluitatibus suis liberentur, hoc illis ex secunda quadam ratione cõtingit sicuti ex tertia, ut collecta retineantur excrementa illius, donec emittendi ea tempus sit, ne assiduis illorũ egestionibus animal occupetur: cui tamen operi, quum egerendi iam hora adest, qui subseruiunt musculi, tertiæ itidem huius rationis habebuntur, quòd cõ tentricem facultatem expultrix semper comitetur protinus, tanquam assecla. Quo nomine, pòst paulo de abdominis musculis loquens, οἱ κατὰ τοῦ τρίτου γένους εἰσι, ait, τῶν τροφικῶν ὀνομαζομένων ὀργάνων: Qui ex tertio genere sunt instrumẽtorum nutritioni destinatorum, quo paulo antè diximus modo, quoniam auxiliares operi huic ueniunt.

λέλεκται δ' ἐπὶ τὸ ἐπίπλοον τοῦτο πρῶτως. *Dictum est autem epiploum ita recens.*) ἐπίπλοον & ἐπίπλοος, uocatum fuisse omẽtum uideri potest ἀπὸ τοῦ ἐπιπλεῖν, quod quasi innatet & innauiget partibus quibusdam alijs, non ualde adstrictum intestinis, nisi uinculis nonnullis: & his non multis, dextra in parte colo intestino adiunctum, uentriculoq; præterea & lieni, ut mox dicetur, ex codice hic deprauato hoc elicias.

ἁπλοῦν γὰρ ἀκριβῶς ἐστὶ σῶμα πᾶν, οὐ μὴν ἀράχνιον τὸ μήπω διυφασμένον. *Simplex totum exquisitè corpus est, at non ut araneorum tela nondum contexta.*) Peritonæum dicit simplex exactè esse corpus totum, non quidem quales araneorum telæ quorundam, quæ minimè contextæ per totum, retium instar plagis maculisq; multis constantium, magnis paruisq; foraminulentæ sunt: sed quales araneorum aliorum aliæ, compressis arctè filamentis confertissimæ, simplex ut per totum illarum corpus appareat, sic in expanso ad solem uentriculo, aut uesica fibræ uidebuntur, & fibrarum interstitia quædam: in peritonæo nihil tale.

IN GALEN. LIB. VII. ADMINIST. ANATOM.

CAP. I.

Κοινοῦ δ' ὄντος λόγου κἀπὶ τούτοις, ὃν ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ διῆλθον ἐν ἀρχῇ. *Communis autem quum sit sermo his quoque ipsis, ille quem superioris libri in principio recensui.*) Nimirum quòd in hisce primaria alia ratione quædam instituerentur à natura, secundaria alia: sciaturque ideo utrobique eundem seruari modum ratione quadam analoga, in membris, inquam, nutritorijs æquè ac spiritalibus.

Τὰ μὲν ἀναγκαίων ἕνεκα χρειῶν εἰς τὸ ζῆν αὐτό, τὰ δ' ὠφελίμων μέν, οὐ μὴν ἀναγκαίων γε τοῖς ζώοις. *Hæc quidem necessariorum ad uitam usuum causa, alia autem utilium quidem, at non necessariorum, animalibus tamen.*) Cor, pulmones, thoracem, arteriarum genus utrumque attulit, & larynga siue arteriæ asperæ caput, formandæ mittendæque uoci instrumentum principale quidem ac necessarium, at ad animalis uitam non perinde necessarium, utile quamuis peragendis functionibus, uocis usu aliquo obeundis. nam reliqua enumerata, perquàm uerò necessaria fuerint semper ad uitam cuncta.

Μέχρι μὲν δὴ ἐκ τῶν τραχειῶν ἀρτηριῶν αἱ λεῖαι μεταλαμβάνουσιν ἑκάστοτε τῆς καρδίας. *Quousque ex asperis arterijs transumunt leues una quaque cordis.*) Deprauatus locus, sed ex alibi dictis clarificandus. ex Erasistrati enim sententia, actionis nihil per se tribuebatur, aut leuibus pulmonũ arterijs, aut alijs in corpore passim: totaque erat cordis actio, in cuius distentione, seu diastole attractus extrinsecus per asperam arteriam: pulmonesque primum, tum & leuem in cor ferebatur spiritus, eiusdemque cordis constrictione mox, & systole in reliquas corporis arterias omnes transmissus tendebat idem, utrobique pulsum hoc pacto faciẽs spiritus ibi attractione in leuibus arterijs, emissione hic in reliquis post cor. non igitur ex asperis arterijs leues singulæ de corde spiritum transumunt, ut interpres uertit: sed ex asperis arterijs cor per leues eundem ad se trahit, alioqui implicatissimum est, ut de corde leues ex asperis transumant. quomodo namque quum cor alibi, asperæ alibi, in medio ipsæ.

Οὕτως γάρ σοι, καὶ ἡ τῶν καλουμένων φύσις ὀστῶν ὀφθήσεται. *Ad hunc enim modum poterit tibi, & uocatorum ossium natura conspici.*) ὤτων legendum, ut cordis aures quæ ita dicuntur, intelligamus. nihil enim dum de cordis osse hic intus latente: ac si hoc intellexisset, nõ multitudinis numero protulisset, unicum nempe: nec tam apertum id, ut uel exempto, uel non exempto corde conspectu pateat, at aures patent: mirari liceat in animaduersa hæc pertransisse interpretem.

Βλάπτονται δὲ οἱ τὸν τῆς καρδίας στόμαχον ὑπολαβόντες.) Pro καρδίας, κοιλίας fortasse legendum, uel γαστρός. Quid enim cordis stomachus esse possit, non uideo: at uentris & uentriculi est, nec cordis exterior tunica aliqua est trãsuersis constãs fibris, ut uentriculi, musculosæ substantiæ similitudine omnino quadam: & hoc quoque igitur inconsideratum præterijt interpres.

Ἔνεστι δὲ καὶ τὰ περιστρέφοντα τὴν καρδίαν ἀγγεῖα θεάσασθαι. *Licet & circumuertentia cor uasa inspicere.*) Quasi dixerit uertentia se circa cor, nempe ex quibus nutritur cor exteriori in parte è dextro quidem sinu prodeuntibus: sicuti sinistra ex parte duæ rursus arteriæ illud ipsum circumambiũt, quibus partes illius eædem uentilentur. Vena illa aliàs στεφανιαῖα etiam priuatim dicta cor enutriens, ut arteria quoque dici eodem modo possit.

IN

IN GAL. LIB. VIII. ANATOMIC. ADMINISTR.

CAP. II.

Καὶ τὴν γε δόξασαν εἶναι φυσικὸν ἔργον, οὐ ψυχικὸν ἀναπνοήν. *Et quæ naturale, nō animale esse opus uideri possit, respirationem.*) In libro de Musculorum motu hoc ipsum docemur, multas numerari posse musculorum functiones naturalis potius, quàm animalis actionis speciem referentes, quòd eas nō ex proposito aut uoluntariè, prorsusq; inconsideratè obeamus sæpe: ut quum aliud agētes ambulamus, mouemur in somno, & huiusmodi: hocq; ipsum, quod nūc dicimus, respiramus, nec intenti in id, ut respiremus, nec uoluntatis quicquam ad id afferentes, quippe qui uel dormientes idem agamus. Et animalem tamen esse oportet actionem, quæ musculis obitur omnem: non igitur naturalis esse putatur, aut talis censetur, habeturq; actio eiusmodi: sed uideri quidem naturalis potest, animalis tamen haud dubie habenda quum sit.

CAP. III.

Ἀπόλλυται τῷ ζώῳ φωνὴ ἅμα καὶ ἣν ἡμεῖς ὀνομάζομεν ἐκφύσησιν. *Animalis uox perit, & quam efflationem uocamus.*) Maior respiratione efflatio, operisq; maioris, ac plurium quoq; musculorum egens, quippe intercostalium, uoci etiam mittendæ necessariorum ad quæ ipsa uox efflationem ceu materiam habeat.

Ὅσῳ δ' ἂν ἡ ἐκφύσησις προσγίνηται, τοσούτῳ τὴν φωνὴν ἀνάγκη βραχυτέραν ἀκολουθῆσαι. *Quanto efflatio accesserit, tanto uocem necessarium est breuiorem sequi.*) In uulnerata succingēte interiora pectoris membrana, minor semper sequetur aeris per os inspirati attractio, nempe occupante iam pectoris cauitatem ingresso per uulnus aere, proinde minus quoq; efflabitur aeris per os quidem, at minorem efflationē uox subsequetur necessariò: minor quoq; ac breuior. uox enim emitti magna non potest, nisi ex materia efflationis multa, quæ inspiratus aer est: ut illud προσγίνηται, quomodo cōuenire loco huic possit, dispicere satis non queā, nisi uerò pro efflato remissoq; de uulnere aere accipiatur. uerisimū enim tunc erit, quo plus efflabitur inde aeris, minorē semper, exilemq; magis uocem fore. Et scimus quidem efflari inspiratum aerem posse respiratione magna & reflatione, ulla absq; uoce, contentis ualde costalibus, & abdominis musculis & laxatis laryngis. Sed hoc nihil ad rem, quum de uoce loquimur, & illud præterea necessum est, in uoce magna ac uehemēti (quoniam compositum opus id est, ex respiratione, quam efflatio facit, & spiritus cohibitione, spiritusq; cohibitio ea liberam omnino nō permittit tunc efflationem) quo maior tunc efflatio, ita minorem atq; exilem magis futuram quoq; uocem: ut hoc nomine quidem non omninò falso pronuntiatum id fuerit, modò quadrarēt reliqua, proinde prior sensus melior.

Γενήσεται γὰρ σοι πρὸς μὲν τὸ λῦσαι ταχέως ἡ ἀγκύλη χρήσιμος, ὡς τυφλὸν ἅμμα καλούμενον ἱκανῶς δὲ δυσλυτον. *Etenim ut citò solutu, fuerit tibi ancyle usui: earū enim quod uocatur uinculum, difficile satu ad soluendum redditur.*) Neruus quod hic uult Galenus, si adstringatur funiculo aut lino, lini capite altero nō educto per nodum prorsus, sed facta in medio ancyle ceu ansa quadam aut amēto, cui inseri digitus potest, ut in iaculis fit, solutu facilis fiet nodus, reducto confestim altero lini capite, quòd pertractum in totum non fuerat. at si nodus utrisq; ex toto lini capitibus contrarias in partes diductis fiat, reduci, soluiq; non erit facilis, tantò magis si geminetur eodē pacto nodus, hūc cęcū appellasse uidetur. primum un capi uocāt Itali, secundū un groppo: interpres ualde diuersus abijt ab hoc.

Ἐπεὶ πρός γε τὸ πεισθῆναι περὶ τοῦ καταλαμβάνοντος αὐτὸ συμπτώματος ὅπως ἀνακλάσῃς τὸ νεῦρον, οὐδὲν διαφέρει. *Quoniam quantū ad id spectat, ut de symptomate persuadeamur, quod ipsum insequitur, quocunq; modo neruum inflectas, nihil retuleris.*) Nihil referre ait, ad id quidem ut certi fiamus de symptomate ligaturam ipsam

insequente, nempe repentina uocis amiſsione, quocunque tandem ligaturæ genere constringatur neruus, propterea quòd uel ſi diſcindatur totus, uocis extemplò amiſsio ſequetur improuiſa: cumque hac, imò uerò ante hāc, intercoſtalium muſculorum motus deperditio & efflationis abolitio, quibus pereuntibus perit unà uox. at hoc facto, ut redeat deinde ſtatim uox, eodemque modo ſubitò iterum deperdatur: in eo uerò ita moderāda ligatura, ut integro manente neruo & ligetur & religetur.

C A P. IIII.

λοιπὸν τοίνυν ἐννέα μεσοπλεύρια καταλείπεται τῆς εἰρημένης ἀνατομῆς δεόμενα. *Super ſunt igitur reliqua intercoſtalia nouem, quæ prædicta diſſectione indigeant.*) Intercoſtalia appellat, muſculorū genus utrumque cruciatim ſe interſecantium, cumque his neruum uenamque & arteriam. Quæ quoniam plura erant, intercoſtalia uocauit neutro genere cuncta hæc: enimuero duodecim coſtæ quum ſint in totum, undecim tantum meritò numerabuntur intercoſtalia, quorum primum atque omnium ultimum, poſtquam quæ tractanda ratione eſſent, in diſſecandi genere hoc, quod ad rem hāc pertinent, quæ de hic agitur, dictum fuit, nouem eodem dicenda modo ſupereſſe dicit.

Ὡς ἀμφικύρτους ἔχειν ἀμφοτέρας τὰς τεμνούσας γραμμάς, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν ἑτέραν, σιμῆς, κατὰ δὲ τὴν ἀντικειμένην ταύτῃ κυρτῆς: *Vt lineas diſſecantes utraſque, curuas habeat, ſed ex altera parte ſimi: ex oppoſita uerò huic, curui.*) Nimirum ſcalpelli, quod fabricari ad hæc exequenda iubet, curuis utrinque lineis incidentibus, rurſusque ex altera parte ſimum, curuum ex oppoſita: quod niſi de diuerſis ſcalpelli partibus dictum accipiatur, intellectu capi nullo poterit, ut ſcalpellum idem eaſdem lineas curuas utraſque, atque harū rurſus alterā ſimam eandē obtineat: ſed quod diximus, diuerſæ ſcalpelli partes, aut latera ſi accipiātur, fieri nō difficulter poſsit, fabricari ſuperior etiam pars utrinque curua, inferior ex parte aliqua ſima poteſt.

ὁκόσα χειρουργῆσαι δεῖ, συνεθισθῆναι χρὴ πάρος. *Quæ manu chirurgica tractāda ſunt, his aſſueſcendum prius fuerit.*) Quærendum ex libro de Flatibus, nec planè diſsimile huic dictum alibi ab eodem, in libro de Articulis: καὶ ἐν ἀρχῇ inquit, μὴ μόνον λόγῳ εἰδέναι τὴν τέχνην ταύτην, ἀλλὰ καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν.

C A P. VII.

Καθάπερ οἱ τονθορύζοντες φθέγγονται μικρόν τι πάνυ, καὶ ἀσαφές.) Vulgò dicimus tontonare. Itali illos qui indignabundi aut irati ſecum ſubmiſsè murmurāt non intellecta ab alijs.

C A P. VIII.

Διὰ τὸ μήτε πλέον ἔχειν τι πίθηκον ἐν ταῖς τοιαύταις ἀνατομαῖς ἀπεχθές τε φαίνεσθαι τὸ θέαμα. *Eo quòd nec plus quicquam obtineat ſimia in diſſectionibus his, & odioſum ſpectaculum ſit.*) Simijs parcit in uiuorum diſſectionibus, odium hominum ueritus. ubi ſunt igitur qui uiuos homines diſſecaturū fuiſſe exiſtimare Galenum poſſunt? aut quis ſimijs in hoc parcentem uiuis quidem, at brutis tamen, nec aliud quidquam niſi ridiculè homini ſimilibus eundem nō arbitretur hominis cadaueri parſurum, ne humanæ ita fabricæ iniuriam in hoc faceret, timētem, quemadmodum ne in odium hominum incurreret, ibi tam quidem religioſus in hoc fuiſſe uideri poteſt Galenus, affectu fortaſſe innato illi humanitus: ita qui ferre aſpectum diſſectionis in corpore humano nequiret, multo minus attrectationem, quod ille tamen libenter ſubire munus ſolitus eſſet in alijs.

C A P. X.

Ἡ μὲν δὴ τῆς ἐκκοπτομένης πλευρᾶς ἐξαίρεσις ἀρχαία τίς ἐστι. *Exciſæ coſtæ extractio antiqua quædā eſt.*) Ἀρχαῖον Græci uſitatè ſatis rudē & imperitū dicūt, in eo ſignificato accipiendū eſt hic, ꝓ rudi atque inepto oſtendēdi, quod hoc loco intēdit, modo ex coſtæ abſciſsione & ablatione ſola: niſi quo ille mox docebit, modo fiat.

Συναύξεται γὰρ ἀεὶ τῷ μεγέθει τῆς ἀναπνοῆς τὸ μέγεθος τῆς κενῆς χώρας. *Augetur nanque ſemper unà cū reſpirationis magnitudine, regiōis uacua magnitudo*) Quo plus inſpiratum

ratum ac respiratũ semper fuerit aeris, ac plus, eo maius quoq; semper ac maius pulmones inter & thoracem uacuum reperietur: ualde quippe uerisimile ex maiore inspiratione ac respiratione qualicunq; tandem de causa fiat, cõcalfactis ac rarescentibus etiam, num magis pulmonibus, plusculum permeare in thoracis cauitatem aerei uacui posse, simul etiam labore eo nimio pulmones contenti antea intra se aeris remittẽt: plurimum quippe respirationibus uehementibus exagitati, eoq; necessario subsident, locumq; ita relinquent uacuũ.

IN GAL. LIB. IX. ANATOMIC. ADMINISTR.

CAP. I.

Καὶ τῆς οὐσίας τὴν ἰδιότητα. *Tum & substantiæ proprietatem.*) Nempe quæ ex aspectu tantum percipitur statim, ut quum inspectione primore carnem hoc, illud neruum, aliud os, membranam aliud, iudicamus. atq; cor etiam & iecur, pulmones, cerebrum, & reliqua primo intuitu ex proprietate quadam cognita distinguimus, idq; præter magnitudinis horum omnium, conformationis, positurae, numeri consideratiõnẽ ullam. nã ex quibus deinde conficiuntur, ut sciamus, ad id uerò ulteriore semper inuestigatione ac ratiocinatione habituri opus sumus, quo pacto inuẽta elemẽta fuêre, similares partes cõstituentia.

Ἡ δ᾽ ἐπὶ τῶν ζώντων ἐνίοτε μὲν ἄντικρυς αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν, ἐνίοτε δ᾽ εἰς τὴν ταύτης εὕρεσιν λήμματα. *At quæ in uiuis administratur dissectio interdũ ipsam aperte actionem manifestat, interdum ad huius ipsius inuẽtionem propositiones.*) Lemmata, pronunciata sunt, & proloquia seu propositiones, quibus construendis syllogismis ratiocinantes utimur. In uiuorum igitur anatome manifestò ac propalam actionem cordis uidemus, qua sese attollit, rursusq; submittit, unaq; atq; eodem attollentes se, ac submittentes tempore conspicere arterias, licet reliquas tunc, simul ex hoc pronunciatum statim elicimus: quo ratiocinemur Erasistrati sententiam non esse ueram, qua censebat ille contrariis motionibus agi arterias, quàm cor, attollentes se dum submitteret illud, ac submittẽtes dum attolleret: & quod in superioris libri calce probatũ fuit, de aere in cauitate pectoris contento, ductis ex uiuorum dissectione propositionibus probatum, quo pectoris & pulmonum actio cuiusmodi sit, demonstretur.

CAP. II.

Εἰς τὰ τρία μέρη τοῦ παντὸς ἐγκεφάλου διχοτομουμένας. *In tres cerebri totius partes dissitas.*) Duas quippe cerebri dextram & sinistram, ac cerebelli tertiam.

CAP. IIII.

Οὐ μὴν οὐδ᾽ εἰς τὸν πέριξ ἀέρα διανεῦται, τὸ στόμιον αὐτῆς. pro οὐδ᾽ εἰς, duæ dictiones faciendæ, & legendum οὐδ᾽ εἰς: & pro διανεῦται, διικνεῖται. *ut sit interpretatio hæc: Sed neq; in circum ambientem aerem pertrãsit osculum eius.*) De foramine enim loquitur, quod καπνοδόχῃ comparat, camino nimirum, cuius superior pars in angustum semper tendit: huius inquit exitus nullus patet foras, supernè uidelicet, quod super impositam ei plurimam cerebri partem dicat, duramq; ac duplicatam membranam, tum capitis os quoq; nẽpe cranium. at interpres, pro caminο maluit infundibulum uertere, cuius angustior pars, quoties quidem instrumenti eiusmodi usus aliquis est, inferius ferè est. & ostiolũ ipsius dicit ambientem aerem non recipere, quum foramen illud seu foraminis os non peruenire, nõ pertingere, nõ permeare in ambientẽ scripserit Galenus: ac mox, quã in partem tendens foramẽ id pertranseat & peruiũ fiat, docet. ad cerebri uẽtriculos.

Ὅπερ Ἡρόφιλος εἴκαζεν ἀναγλυφῇ καλάμου, ᾧ διαγράφομεν. *Quod Herophilus incisuræ assimilauit calami, quo describimus.*) Ἀναγλυφὴν dicit proculdubio calami scriptoris incisuram eam, qua atramentum excipimus intingentes, exarandis literis, concauitatem uertit ille calami: at hæc calamum totum occupat.

IN GALEN. LIB. DE VEN. ET ARTER. DISSECTIONE.

Σύνοψιν φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν ἀνατομῆς. *Compendium uenarum & arteriarum dissectionis.*) Sequentur percursos iam administrationum anatomicarum libros, eiusdē rationis libelli tres alij de uenarū, & arteriarum, neruorum, uuluæ dissectionibus superioribus ad glutinandi tanquā appendices illorū quędam.

CAP. I.

οὕτω γὰρ οὐχ' ἱπποκράτης μόνος. *Sic enim non Hippocrates solus.* Videndum ex libro Epidemiorum secundo.

ἀλλ' ἀντικρὺς αὐτῷ τῷ τῆς γαστρὸς ἐκφυόμεναι σώματι, τὴν σχίσιν ἐν ἐκείνῳ ποιοῦνται. *Legendum* ἐμφυόμεναι, & χίσιν: ut sit, *sed ipsi manifestè uentriculi corpori inserta, distributionem in eo peragunt.*) Neq; enim exoriuntur è uentriculo uenæ, sed ex iecore deductæ inseruntur illi.

CAP. II.

ἣν δι' αὐτὸ τοῦτο κοίλην ὀνομάζουσιν. *Quamob idipsum cauam nominant.*) Oriuntur, ait, quædam ex uena magna uenæ aliæ, caua ob id uocata. at ut caua diceretur sanè magnitudo nunquam fecerit simplex, hoc illi nomen indiderit concauitas magna potius, ut quia reliquarum in corpore omnium maxima huius semper cauitas spectatur, caua propterea appellaretur per excellētiam insigni quippe hoc inprimis significanda: at hanc ipsam Hippocrates aliquando ἡπατῖτιν dixit iecorariam scilicet, quòd manifesto exoriri de iecore uideret eam.

CAP. VII.

οἱ καὶ τοὺς θεασαμένους αὐτὰς ἔπεισαν ἀκριβῶς ὁμοιότητα τοῖς πιθήκοις εἶναι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. *Qui uidentibus hæc persuaserunt exquisitam esse simijs similitudinem cum hominibus.*) In distributione per corpus uenarum, quas nihilominus sæpenumero aliter atq; aliter se habere contingeret, quum eandem seruari à natura rationem uiderent in simijs & hominibus, in quibus ἡ κατὰ ποιοῦσιν ἀνατομὴ offerretur, coacti sunt fateri magnam atq; exactam quandam haberi rerum harum omnium in utrisq; similitudinem. Et est reuera similitudo inquam, quę uariantibus licet, ac paulo diuersis repertis quibusdam, manet tamen adhuc similitudo. nam si eadē prorsus nullo discrepante cuncta forent, periret statim ea: nec similitudo iam dicenda aut habenda esset. sed identitas, si modò uocem hanc admiserit latinitas, quod ταυτότης Græcè est.

IN GAL. LIB. DE NERVORUM DISSECTIONE.

CAP. I.

Καὶ ὡς εἰ τμηθείη τὸ νεῦρον, ἀκίνητόν τε καὶ ἀναίσθητον εὐθέως γίνεται τὸ μόριον, ὁμολογεῖται πᾶσι τοῖς ἰατροῖς. *Et quòd, si incidatur neruus, motu actuū & sensu priuetur pars, medicis omnibus in confesso est.*) Vbi quidem neruo eidem delegatum à natura munus mouendi unà ac sentiendi fuerit. nam si eo in loco positū secundum neruorum in cerebro par esset, quod mouēdi facultatem oculorum musculis quibusdam affert, ut incidi in uiuo animali posset, motus tantum oculorum periturus fuit, non sensus: sicq; eodem modo nerui qui audiendi uim auribus inferunt, quintæ cōiugationis (opinor) inciderētur: arbitror auditus periret solum, sensus nimirum is, motus nullus. & scimus linguam modò motum amittere suum posse, modò gustandi, uim tantum, diuersorum omnino neruorum oblæsione, tum uerò de partibus nonnullis alijs existimandum idem.

CAP. V.

Μηδὲν μήτε τῶν ἐξ ἐγκεφάλου, μήτε τῶν ἐκ νωτιαίου νεύρων ἄζυγες ὑπάρχειν. *Nullū neq; ex cerebro, neq; ex dorsi medulla prodire neruū inconiugatū.*) Quod de uenis affirmari omnibus nō potest, & arterijs p̄terea quibusdā, pari suo carentibus, ut apparet.

IN

IN GAL. LIB. DE VVLVAE DISSECTIONE.

CAP. I.

Κατὰ δὲ πρὸς τὸ αἰδοῖον ἡ κύστις τῆς μήτρας ὑπερέχει τῷ αὐχένι. *Pudendum uerò uersus uesica uuluam excedit collo.*) Ad umbilicum uuluam uult uesicam excedere ipsam, id quod ita est omnino, ut dicitur, ad pudendum uuluam eandem excedi uesicę collo: longè tamen magis parte ea excedit, quàm excedatur hac. proxime nanque uuluæ collo (siue os appellasse id uelis melius) inseritur uesicæ collum muliebri pudẽdo, sic ut uuluæ fundum accipiamus ad umbilicum circiter, os autem eius inferiori ex parte atque extrema: paulo tamẽ uesicæ collum suprà, qua parte in prægnantibus, arctissima occlusione adstringi uulua solet tota, ut à uuluæ collo, quod diximus, siue rectius ore, ad imum usque, ubi cunni initium uideri potest, totum id pudendum muliebre habeatur: ac non rectè satis matricis propterea collum uocetur à multis id, quod extra extremum eiusdem os ac collum reponitur, rectiusque omnino pudendo assignandũ sit, quando etiam eadem illa pars, penem potius in maribus referat proportione quadam, si inuersus extrahatur, & qui olim, aut nostra etiam (ut audio) tempestate, ex fœminino sexu in masculinum transiêre: in his haud dubiè pars ea, aliàs matricis collum dicta à quibusdã, penem fecerit ipsum, ut uulua tota scrotum.

Ὥσπερ καὶ Ἱπποκράτης περὶ αὐτῆς εἶπε. *Sicuti alicubi de ea dixit Hippocrates.*) Locus est in libro de Articulis.

CAP. II.

Καὶ γὰρ καὶ ἄλλως ἐλάττων ταῖς μὴ λαγνευούσαις. *Etenim minor aliàs etiam his, quæ uenerem non exercent.*) Non alia ratione, quàm qua in maribus quoque, quicunque à uenere abstinent, ut athletæ olim & canẽdi studiosi, eorum flaccescentia, rugosaque ac uieta, proinde minora quoque ac tenuiora uirilia reperiuntur. contra partium illarum met, exercitatio crebra, non solum robur eis, sed etiam magnitudinem addere queat, communi quædam partium corporis omnium conditione, quas & longior desidia tenues atque ignauas, & frequens exercitium bene habitas ac ualidas reddat: commotionem autẽ uuluæ in ueneréis animaduertere est, suscipiendo maris semini.

CAP. IIII.

Καὶ πολλῶν ἐντέρων ψαύει. *Multaque intestina tangit.*) Quin auctior facta sursum attollit in utero gerentibus tenuia, eorum ipsa inferius, ex parte locum occupans sæpe.

CAP. V.

οὐκ ἐπὶ ἀλόγων ζώων, καθάπερ οἱ πολλοί, ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων πεποιημένος. *Non in brutis, ut multi solent, sed in ipsismet hominibus id faciens.*) De Herophilo agit, cui plurimam meritò tribuit, cùm aliarum artis medicę partium cognitionem omnium, tum uel inprimis anatomes, quam in hominibus exercuerit ipsis mortuis iuxtà, ut opinor, & uiuis, quid igitur? Herophilum hoc egisse quũ sciret, adeoque illum etiam commendarit de hoc, cur non exemplum secutus ipse idem fecit Galenus, ut homines incideret, si non uiuos at mortuos: nullam rationem inuenio aliam, nisi noluisse eum facere, uel non potuisse potius, reluctante natura, simul in humanum id existimans auersatus est: ratus etiã alioqui satis sibi accessurum cognitionis de rebus his, ad usum quidem medicum ex simiarum dissectione paulo diligentiore.

CAP. VI.

Εἰκάζει δ' αὐτῆς τὴν φύσιν ὁ Ἡρόφιλος βρόγχου τῷ ἄκρῳ. *Similem autem facit illius naturam Herophilus gutturis summitati.*) Latinorũ eruditiores, & in reb. his bene uersati, suilli rostri inuersi similitudinẽ reddidêre matricis siue uteri, aut uuluæ collo: quòd idem os quoque eius dicerent, multo, ut arbitror, rectius.

IN

IN GAL. LIB. DE FOETVVM FORMATIONE.

CAP. I.

Περὶ τῆς τῶν κυουμένων διαπλάσεως. *De fœtuum formatione.*) Inspectionem partium uuluæ omnium quomodo naturaliter se habeant cùm aliàs, tum prægnationis tempore, quæ superiore libello ostensa sunt: iusto ordine sequetur consideratio de fœtus in utero formatione. annectitur ergo rectè argumenti huius libellus illi.

CAP. II.

Τοῦτο μὲν οὖν τὸ σπλάγχνον ἑτοιμότατον πήγνυται, μόνῳ τῷ περιέχεσθαι κατὰ τὸ τῆς μήτρας σῶμα, πάσχον τοῦτο. *Hoc quidem igitur uiscus facillimè cogitur, eo tantum, quòd secundum uteri corpus contineatur sic affectum.*) Iecur, ait, promptissimè consistere posse, ex materia sanguinea coactum, ubique coactili, quum primum uenas aut arterias exierit: atque intra quidem corpus quum exierit, & aut in uētriculo, aut intestinis, alibiue in corpore alicubi, quàm in uenis aut arterijs resideat, symptomata afferre solet uerenda quædam, coagulatus sanguis: at in utero uenas egressus, pro futuri confestim, iecoris materia constituendi. inde (quoniam id naturæ legibus quibusdam fit) non affert eiusmodi quidem nam hic quoque conceptus statim primos insequi cibi fastidia quædā solita sunt, & nauseæ: hac fortasse ipsa tunc quoque de causa, si mulieri, inquit in Aphorismis Hippocrates, purgationes non procedant, neque horror autem neque febris succedat, & fastidia accidant, iudica ipsam in utero habere.

CAP. III.

Ὁποῖα ζῶα χῆμαι τ' εἰσί, καὶ κήρυκες, καὶ πῖναι. *Qualia animalia sunt hiatulæ, buccinæ, pinnæ.*) Quæ quanquam animalia careant sanguine, fœtus autem habeat, aliquid tamen quod proportione sanguine referat, obtinent. ac quemadmodū fœtus utero conclusus non sanè magna indiget respiratione, formatusque licet corde, & pulsantibus arterijs præditus: rudimentum tamen potius quoddam exercet pulsus tum: ita animalia ea uentilatione fouentur sua, & conseruant calorem, quod illis pro arteriarum pulsu satis sit.

Καὶ γὰρ καὶ χωρὶς ταύτης, ἡ θερμασία τῶν ἐναίμων ζώων. *Etenim & absque hoc sanguine præditorum animalium calor.*) Duplicem facit nobis calorem, iecoris unum, & uenarum, ac sanguinis cōtenti, insitum his atque innatum: cordis alterum & arteriarum scilicet, contentique in his sanguinis, paulo magis feruidum hunc, ac posterius accedentem, facto iam iecore, & uenoso genere expleto. Atque is tamen de corde, ubi domicilium, tanquam in foco suo habet, effluens, priorique illi iam antea insito & innato associatus, cum illo unus fiet, idemque calor, naturalis quippe, longè magis quàm ex naturali, adueniente que demum ex accidenti febrili aliquo unum fiat: qui tamen idem omnino est, natiuus inquam & naturalis ille, accensus quamuis iam & igneus factus, ut longè magis esse duo illi qui uidentur, unus haberique pro uno possint, perficitur prior superueniente secundo, non fit alius.

CAP. V.

Ἀλλὰ καὶ τῶν κινούντων τὸν θώρακα μυῶν κακωθέντων ἤτοι διὰ τομῆς, ἢ θλάσεως ἢ βρόχου. *Verùm malè quoque affectis musculis thoracem mouentibus, uel incisione uel compressione uel laqueo.*) Quin & in magnis neruorum resolutionibus, præsertim quę colicos cruciatus comitari cōsueuerunt, inualescente paulatim affectu, ac motores thoracis musculos occupante iam, respirandi facultate priuatos ob unum id perijsse ægros uidimus non semel.

CAP. VI.

Ὡς οὖν αὐτὴν κατασκευάζειν, οὐχ ὑπ' ἄλλου γεγονόσι χρωμένην. *Quasi quæ ipsa sibi fabricauerit, minimè uerò ab alio factis utatur.*) De aliorum sententia hæc dicūtur, quòd

uitulus

uitulus cornu petat, priusq; cornua omnino proferat: & mordere catelli aggrediantur, tenellis ualde adhuc dentibus, & huiusmodi, signum inde ducentium fabricantis sibi ipsi animæ corpus, quum certum potius ex eo argumentum colligatur, animæ huius aut illiusmodi gratia structū hoc illudúe esse corpus quidem, usuræ commodè semper eo ad res suas, sed quod tamen construi fabricariq; ab alio optimè artifice potuerit: sic quidem musculi quoq; ipsi alterius alicuius esse structura opificis possunt, atq; interea animę usibus inseruire, quo planè modo in rebus multis quasdā haberi uidemus, quæ præparēt, suaq; alijs, quorum ipsi construendi modum ignorent, utenda instrumēta atq; artificia largiantur, artes: ut non fuerit tantopere mirandum, siquidem anima corpore utitur pro instrumento, cuius ipsa fabricam nesciat, porrò autem formatrix hæc nostri uis tantæ admirationis est.

εἰπόντος δ' ἄν τινὸς τῶν διδασκάλων καὶ τῶν πλατωνικῶν. *Quum igitur de Platonicis magistris quidā dicent mihi.*) Demonstrationes, quas de rebus his quærit Galenus, lineares, & Geometrias non afferent quidem Platonici: sed hoc dicent, Anima, dicent, mūdi non est formatrix uis illa tota, quoniā mundi anima mundi totius, atq; uniuersi partes omnes complexa ambit, continet, imò ac fouet (totosq; infusa per artus Mēs agitat molem, & magno se corpore miscet) hoc quidem poeta quoq; uoluisse uidetur, idem disertissimis uerbis: at uis conformandi ea, illius ipsius mundanæ animæ pars quædam ac facultas, materiæ tantummodo inferiori huic addicta inhæret semper, sedulò atq; artificiose informans: diuina illa quidem quoq;, at extremum in illis locum occupans, quasiq; notæ infimæ, quippe materiæ simul incumbens, semper infimæ, quam diuinitùs nihilominus excolat, regat, moderetur, in omnes sese illius particulas induens informet: non extrinsecus tantum, quemadmodum Phidias fortasse aliquis aut Praxyteles, lineamentis foris inducendis occupati, id unum. Hæc toti se totam immiscet materiæ, partemq; in omnem, adeoq; per omnia informans uersat, quam Naturam appellamus, rationes rerum continentem formandarum, incorpoream ipsam & corpori tamen insidentem spiritoso, ut semini sæpe, quo ad fabricandum utatur, ceu instrumēto: rursus eandem, quæ ullo absq; semine de suo tantum proferat multa, quippe rationum ipsa suarum domina, quibus materiam deligere sibi informandam, quibuscunq; uoluerit procreandis, possit. sæpe in surculo aut talea forte oleaginea locū inuenit, ubi uires proferat suas, arboremq; exinde effundat totam, quæ latuerat antea: nonnunquā montium penetralia, profundaq; ingressa, atq; ibi effictum ad plenum in lapide, materiaúe qua alia animal aliquod repręsentans, adeò in materia passim suscipiendæ formæ rudimenta & inchoationes insunt & delitescunt, non solum rationes uis ipsa informandi omnes possidet: latentesq; in surculo & arboris semine partes insuper arboris totius potentia distinctæ, actu mox quoq; ab informatrice facultate distinguendæ, & in animalium semine caput, cor, iecur, oculi, potentia inerunt dispartita: actu deinde ab informatrice facultate formam, quæ potētia prius illis inerat, acceptura. quod propter commercium fit, quod uirtuti huic & facultati, cum materia exornanda maximū semper intercedit. Quam etiam ob rem arbitrandum est, non solùm communes magis latere in materia suscipiendarum diuersis partibus cōuenienter formarum aptitudines: sed etiā proprias & particulares magis, nempe huius uel illius si fuerit corporis semen, priuatim & particulatim exortum, ex semine eo futurum animal genitori suo simile ac conforme fit, quod delitescentes in semine particulæ plurimum retineant corporis, unde deductæ originē primo traxēre ad partes affinitatis. nec sanè informatrix potētia ex alia quàm ex affini maximè, conuenientiq; ac conformi, aut oculos, aut caput, aut nasum, & id genus in semine materia, materiæq; totius seminææ parte, fabricatura animal totum fit. Quæ quum materiæ inquam pars in semine latitans, hæc illaúe huic illiúe informan-

d dæ

dæ parti proxima: iam antea, & conformis fuerit. Sic productæ ab informante uirtute in actum particulæ eæ, similitudinem item & affinitatem quandam retinentes referent: ut mirari tandem desinamus, quod mirari se inprimis testetur Galenus, de prolis cum parētibus similitudine, quippe materiā similem nacta uis ea ad construendum, quid mirū si opus ex ea edat nō dissimile. Nam quod musculorum usus incognitorum, nobis tam promptum semper paratumq; & ad manus habeamus, minus id mirū etiamnum, uidelicet informatrix illos uis fabricat, mundanæ animæ pars inferior quædam & diuinorum ultima, nostra utitur. at quod sese formandis etiam culicibus immisceat, & scorpionibus, & muscis, & araneis, & uiperis, & uermiculis, quid aliud faceret? scilicet hoc ei delegatum officium à summo omnium opifice fuit, quod illa tam artificiose, quam sedulò exequitur. Et alioqui incorporeus artifex, ex uili quantumuis ac sordida materia, quam præsertim exornare studeat, & politam reddere, dehonestamenti nunquam accepturus aliquid, aut contagij sit: nec minus tamen in his quoq; sæpe operæ collocat, quando per hanc ipsam, iuxta Heraclitum, hic quoq; habitant dij, ac Plinio authori, cuiusmodi scimus omnes, longè maiori miraculo fuit culex, quàm elephātus: dubio procul illius quoq; miraturo proboscidem longè quàm elephantinam, magis.

IN GAL. LIB. AN NATVRA IN ARTERIIS SANGVIS *contineatur.*

CAP. I.

Ἐπειδὰν τιτρωσκομένης ἀρτηρίας ἡστινος οὖν. *Quoniam uulnerata arteria quacunq.*) Associabitur is quoq; superioribus libellus, propter dicta scriptaq; septimo Anatom. administ. libro, quo loco, sub libri ipsius finem, eadem hęc tractatur materia.

CAP. IIII.

Ἡ τὰς τῶν μυῶν κινήσεις οὐκ ἀπέλιπεν. *Aut musculorum motus non deseruit.*) Erasistratus, ut qui ex Aristotelis familia esset, musculis à corde motum deferri per neruos, qui inde quoq; orirētur ipsi, existimauit. Quòd si igitur uulneretur arteria, neq; sanguis in ea natura ullus continetur (ut ipse quidem censuit) spiritibus exinaniri suis, quos Erasistrati quoq; confessione cōtinet, cor ipsum, necessum est, & pertranseuntis demum quoq; sanguinis copiam eo uacui sequela, euocati sentire affectum, atq; ita motu suo deinde destitui musculos quoq; opus est, neruorum oblæsa origine, corde nempe (ut ipse quidē opinatus fuit) quod fieri tamen non uidemus argumentum, ad hominem ut dici solet.

CAP. V.

Ἀλλ' ὥσπερ οἱ παντελῶς ἰδιῶται παλαισμάτων. *Verùm quemadmodum ignari prorsus certaminum.*) Vtitur exemplo eodem hoc in libris de Facultatibus naturalibus eorum, qui deiecti ex lucta, afflictoq; terræ dorso, commouent se tamen adhuc in omnem partem, ne uicti uideantur.

Ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος ἢ τοῖς ἀδήλοις συναπέρχεται, τὰ γινωσκόμενα ἢ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἄδηλον προσίεται. *Qui uerò non eiusmodi fuerit, is uel cum his unà quæ manifesta non sunt, de his quæ cognita habet dubitat, uel ex cognito aliquo etiam non manifestum admittit.*) Veritatis amans qui non fuerit, hūc ille ait in hæc errata incursurum, ut aut certa deponat pro incertis, aut ex certis incerta quoq; sumat. nam & qui de motu rationem, qua usus Zeno motum tollebat, explicare quum nescirēt, manus uictas dedêre, motum nullum esse cōfessi, certum compertumq; & oculorum fide exploratum maximè quod esset, reliquêre manserecq; in incerto: & quod alibi dixit Galenus, προσαπόλεσαν εἰς ἄγνοιαν, καὶ τὰ γινωσκόμενα. cū his quæ ignorant, insuper quæ norunt amisêre sensuum egentes, & rationibus concedentes quibusdam, quas falsissimas necessariò esse conuincat uiuens uidensq; aliquis

con-

contraria his. At illi etiam Anaxagoram laudibus efferunt, ac testimonium ab eo sumunt, qui niuem aliquando albam non esse asseruerit, adeò supra sensum sese attollens rationibus naturæ inquiunt, uir magnus, & qui ratiocinatione uitiosa usi, desumptis: uel non ut oportet, uel non ex quibus oportet propositionibus ex parte licet certis: aut nõ rectè etiam satis construentes, ut qui ex duabus sæpe affirmatiuis secunda in figura argumentationes suas constituunt, ex cognito sibi aliquo certoq; in incertum & incognitum labuntur. Decet autem qui rectam in his insistere uelit, eum neque sensuum fidem abijcere certam firmamq; semper ubi natura se sua habuerint, sensuũ instrumenta, & quale quantumq; medium esse oporteat fuerit, obstrepant: quamuis interea rationibus quidam, non ex recta tamen, quod necessarium est, ratione petitis: & qui argumentationes colligũt, ex idoneis eas colligere, rectamq; illis tribuere formam suam debebunt.

CAP. VI.

ἣν ἐν ἑτέροις ὑπομνήμασιν δείξομεν. *Quam in alijs commentarijs recensuimus.*) In opere de Vsu partium corporis humani, ex aliqua parte, & de placit. Hippoc. & Plat. duplex enim haberi sanguinis genus, quum opus esset, simplicioris alterum & naturæ suæ temperatioris, spiritosi alterum: multoq; magis calidi, uasa utriq; fabricata iccirco à natura, conuenientia. oportuit itaq; quadruplo atq; eo etiam plus crassiores uenis arteriæ uisuntur, cõtinendo melius tenui & subsilienti sanguini: arbitror etiam, ut cõtinuis illæ toto uitæ tempore, quibus sese cum corde unà attollunt, rursusq; dimittunt, motibus sufficerent.

ἀλλὰ τῆς ποιότητος αὐτοῦ δεῖσθαι φασὶν τὴν καρδίαν ἐμψύχεσθαι ποθοῦσαν *Sed eius egere qualitate cor aiunt, refrigerari desiderans.*) Maximo illo argumento, quo colligunt aeris substantiam ipsius, non esse uitæ necessariã inspirati: sed qualitatem potius. etenim in strangulatis & suffocatis multum satisq; esse attracti iam aeris possit, ut non propterea pereant, quòd desit aer: sed quòd ex inspiratione aeris refrigeratio noui recensq; inspirandi quæratur.

δυνάμεναι γε τῶν ἀρτηριῶν οὐ διὰ τὸ πληροῦσθαι, παρὰ τῆς καρδίας διαστέλλεσθαι. *Quum possint arteriæ non ideo, quòd repleantur ex corde, distendi: sed quod distendantur, propterea repleri.*) Saccus aut uter & crumena, & quod pueri sæpe ludentes faciũt, suilla uesica aëre implentur inflato, ideoq; distenduntur: at fabri ferrarij folles attracto ipsi aere distenti implentur, ob id scilicet quòd distendantur repleti, magno hic & ibi discrimine: quippe ibi distentionẽ repletio anteit, hic distentio repletionem. plurimum autẽ refert ad id de quo Erasistratij contendebant, utro in arterijs fiat modo. nam si mittente spiritum corde repletæ distendũtur, ut propterea distendantur, quia ex corde repleantur, pereat necesse est motionum in illis ordo ac series, impediente sanguine: siquidem sanguinem contineant. Sin attrahunt ipsæ, ut propterea impleantur, quia distenduntur, nõ fuerit necesse: trahent enim, & quidem ordine undecunq; ac quantum poterunt, ut folles quoq; humoris etiam aliquid continentes possunt. Hactenus anatomica, & qui anatomen aliqua ex parte spectare poterant, libelli, nam alij quidã, ut de semine & musculorum motu, & alij nonnulli ad actiones potius pertinere uideri possunt tum naturales, tum animales: de quibus suo loco dicendum.

IN GAL. LIB. I. DE ELEMENTIS SECVNDVM *Hippocratem.*

CAP. I.

Ἐπειδὴ τὸ στοιχεῖον ἐλάχιστον ἐστι μόριον. *Quoniam elementum minima pars est.*) Nũc inspectis, quæ accipi ab anatome potuêre, omnibus & dissimilarium natura cognita, ex quot numero partibus construantur, qua sint magnitudine,

quo positu, qua figura, qua unione: ut si domũ demoliremur, quo recta aliam ratione ædificare possemus: postquam hęc inspexissemus omnia, ueniumq; esset ad lateres puta, quorum imperspectam haberemus materiam, ex qua fiunt, quærendum nobis de ea foret nouam ædificaturis: ita hic quoq; inuestiganda similarium partium natura, ut ex quibus generentur eæ, non ignoremus, generatui nos quoq; eandem in corporibus, si defuerit, aut generatrici facultati subministraturi, aut aliam loco eius reposituri: aut ne aggressuri quidem quicquam, si nihil nos præstare in eo posse uiderimus ex arte, præfati tantum non posse, ut culpæ nos eximamus. Quæ profectò, nisi comperta exactè partium earum omnium natura, perficere nunquam nobis dabitur. Sed & id scitu in his ut commodum, ita necessarium: quoniã actiones similarium partium quædam sunt, ac potissimæ, temperamentum illarum ac naturam insequentes: ut ignorata ea ignorętur, & cognita cognoscãtur, magno semper ad res medicas commodo ex hoc aut incommodo, ne hoc quoq; ignoretur ipsum, at id in resartrice collapsæ fortè ex parte domus non necessarium. neq; enim similarium ibi, quæcunq; analogam rerum harum rationem retinent, partium actio ulla præter eam quam unam ad erigendam ædificij structuram conferunt.

Καὶ γὰρ ἡ χρεία τούτων εἰς τὰς ἰάσεις οὐκ ἐλάττων ἢ τῶν πρὸς τὴν αἴσθησιν. *Etenim horum usus ad curationes non sanè minor, quàm eorũ quæ sensu deprehenduntur.*) Nimirum elementorum generis alterius uideri & perspici oculis quæ possint, cuiusmodi in sanguine præditis animantibus, humores quatuor: animalis uerò cuiusq; particulares quædã, ac speciei cuiq; propriæ partes nonnullæ. at communia omnium elementa quatuor habentur eadem & prima ac cognitu inprimis dogmaticis medicis necessaria, quippe quorũ ignoratione ex dimidio tantum dogmatici euasere multi, dissimilarium partium morbos recta curandi uia ac ratione, qui sanare possent phlegmonas, scirrhos, luxata: similarium autem intemperaturas non possent, neq; tamẽ omni ex parte phlegmonas aut tumores quoscunq;. nam quà tumores, & magnitudine sua actionibus efficientes sanabunt, minores factos: at qua calidi pręterea, aut frigidi, aut huiusmodi, hærere eos necesse est, quid faciant nescios: & quum phlegmonem euacuandam quidem, sed refrigerandam quoq; esse docemur, erysipelas autem exquisitius illud maiore egere refrigeratione, quàm euacuatione monemur. atqui elemẽtorum perspecta natura primorum illorum, ex quibus similares partes fiunt, illum nobis usum præstat.

CAP. II.

Η πολλὰ καὶ ποικίλα, καὶ ἀνόμοια. *An multa & uaria & dissimilia.*) Quærendum, inquit, de elementis, an multa & uaria & dissimilia sint. Esse quædã multa possimt, nec uaria tamen, nec dissimilia, ut auri massa si in frustilla diuidatur plura, & in caruncula multas caro: rursus alia multa & uaria, ut atomi Epicureæ innumeræ numero, uarijsq; ac diuersis figuris, insectæ tamẽ omnes, nempe atomi, hactenus similes & Anaxagoræ ὁμοιομέρειαι similium inter se partium genus quodcunq;, unde nomen traxère: rursusq; multitudine, & naturarũ diuersitate uariæ aliæ ab alijs, partes, ac dissimiles, ab osse caro, à carne neruus, ab hoc alia, homiomeriæ eiusdẽ generis inter se similes omnes diuersæ ab alijs, at uera rerum elemẽta: quæ Hippocrates introduxit, & multa sunt. quatuor enim in totũ, & uaria, leuitate quippe & grauitate, tenuitate & crassitie, atq; huiusmodi. qualitatibus differunt, & dissimilia, quia contraria contrarijsq; inuicem qualitatibus pugnantia, quæ illis pro substantia sua sunt. Atq; hæc omnia unico argumento probantur ab Hippocrate, quod Galenus explicet.

Καὶ γὰρ ἀλγήσειν χρὴ δύο ταῦτ' ἔχειν, ἐξ ἀνάγκης, ἀλλοιωτόν τε καὶ αἰσθητικὸν ὑπάρχειν. *Nam quod doliturum est, id duo hæc teneat oportet, ut & alterabile & sensile sit.*) Neq; ẽm quod de alijs quibusdã uerisimilitudine aliqua dicebatur, dici de hoc

potest,

potest, nigrum, album, & huiusmodi multa existimari quidem ita esse, at reuera non esse. nimium enim quàm uerè dolemus, quum sensu doloris molestiam percipimus, atque eo affligimur. Quod fieri nisi de statu suo rerū naturæ deturbētur, nunquam poterit alteratione primum ut immutentur, tum & sensibilitate, ut immutationem hanc persentiscant. non enim nisi cū sensu dolor. Quòd si hæc, iam neque unum erit specie elemētum, uel Parmenidæ Platonici testimonio, qui ita dicat, ἀλλοιούμενον δὲ τὸ ἓν ἀδύνατον τὸ ἓν ἔτι εἶναι: fieri, inquit, nō potest, ut quod alteratur, unum maneat, generatim id afferens quod speciatim de dolore (quoniam dolor alteratio omnino quædā) ab Hippocrate allatum prius fuerat. idem nanque argumenti ex uoluptate quoque duci potest, & sensu, & memoria, & huiusmodi, quæ alterantur, omnibus. Sed statuitur exemplum in dolore tanquam efficaci magis, & manifesto: perquàm necesse autem quod alteratur, aliud à quo alteretur habeat, ipsum seipsum non potest, atque ita alteratio in elementis necessaria. proinde & pluralitas, sensibilitas non item, quamuis compositum ex his, quod quidem doliturum sit, nō solum alterabile, sed etiam sensile sit oportet. aliud enim omnino est, si quis doliturum aliquid id & alterari, & sentire necessarium esse dixerit, & quod idem ex alterabilibus & sensibilibus necessario confletur.

CAP. III.

οὔτ' ἐκ πυρὸς καὶ γῆς, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος ἐγχωρεῖ γενέσθαι τὸ αἰσθητικὸν σῶμα, μενόντων ἀμεταβλήτων. *Neque ex igne, & terra, & aere & aqua gigni corpus licet, quod sentiat, si immutata permaneant.*) Nam inuenti sunt, qui & hoc ipsum dicerent, ut Empedocles, ex quatuor elementis: sed in natura sua permanentibus, fieri omnia scribens, & hoc ipsum quoque placitum igitur argumentum tollet ex dolore. non enim excogitari ratio ulla cōmoda satis potest, quomodo doleant corpora, perstantibus in natura sua, ex quibus cō ponuntur, elementis: nec dolore sensuue ullo præditis ipsis, nec immutatis, aut alteratis quicquā. accedere enim sensibilitas ex alterationis immutatione multa potest, ita & dolor.

CAP. IIII.

Ὡς οὐκ αἰσθάνονται διαφόρων τε καὶ μαχομένων πραγμάτων ἀπόδειξιν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐγχειροῦντες λέγειν. *Non uident differentium, ac pugnantium inter se rerū unam, atque eandem se demonstrationem moliri.*) Qui cōtrariorum inter se demonstrationem aggrediuntur eandem atque unam, procul dubio qua parte contraria ea inter se sunt, nihil ex eo demonstrarint unquam: alia tamen interea quadam ex parte possunt, communi magis at hi, qui de elementorum inuicem transmutatione demonstrationes attulerunt, quoniam communis ea omnibus est, easdem afferre potuerunt, ac subiectam ita his materiam omnibus: quum tamen nescirent se ita facere, probarūt inuentam, eorum uerò interea formam, hoc est, naturam & essentiam, secundum quam talia maximè censentur, demonstratione attigerūt nulla: quoniam uarijs ac diuersis ad id demonstrationibus opus fuerat, hoc modo probandis caliditate, frigiditate, siccitate, humiditate, tam inter se contrarijs, quarum tamen omnium caput esset alteratio tum totius, imò essentiæ transmutatio, atque unius in aliam transmigratio qua ratione fieret, quærendum fuerat: quod hæ solæ faciūt qualitates, ut formam inuehant aliam ex toto, ac per totum immutatam, quatuor quas modò memorauimus, sic inuenerint illi quidem principium rerum quoddam, minimè uerò elementum, quod esse simplex penitus corpus oporteat compositurum alia: at principium nondum tale, quippe non corpus

Τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦν. *Melissi uerò sermonem erigere.*) Quoniam enim, ut ostensum modò fuit, hi ipsi in eam incurrunt sententiam, nescientes licet, qua principium quoddam statuatur, materia nimirū prima ipsa, potius quàm elementum ullum, atque Melissus (ut author Galenus est in primo cōmen. in Hippoc. de Nat. hum. lib.) tale quippiam somniasse uidetur. Ea propter huius illi

ſententiam quodammodo erectam ſtabiliunt: ac tanto quidem magis, quanto unum ipſe conſtituit, & immutabile, cuiuſmodi ferè materia eſt, formas omnes ſubiens eademq; manens ipſa: in eo falſus, quòd diſertè principium non dixerit, ſed elementum putauerit, alij illi immutationem elementorum mutuam tractantes, dum nō rectam huius ipſius cauſam ab elementorum qualitatibus quatuor petendā aſsignant, principij tantummodo, nempe materiæ naturam ſubobſcurè, ac nolentes ſignificarunt.

CAP. V.

Ἡ τε τοῦ πνεύματος φύσις, ἧς χωρὶς οὐχ οἷόν τε συστῆναι ζῷον, ἀέρος μὲν μάλιστα, σὺν αὐτῷ πυρὸς ἀναμιμνήσκει τε. Tum ſpiritus natura. ſine qua conſiſtere animal nequit, maximè quidem aeris te: ſed cum hoc una ignis commonefaciat.) Aerei ſpiritus omnino, nec iam alia nobis unquam ſpecie repræſentantur: tum & ignei, bene calidi quippe ſemper, ut facile admoneri de utroq; poſsimus ex his primo quidem. nam ſecundario igneam in nobis naturam ex eo quoq; conijciemus, quòd fouendo igni noſtro uentilandoq; continuam aeris inſpirationem ac reſpirationem ſortiti fuerimus neceſſariam.

Πότερον οὖν αἶγες μὲν, καὶ σύες, καὶ ὄϊς ἐκ τῶν τοῦ κόσμου γεγόνασι στοιχείων: οἱ δὲ ταῦτα ἐσθίοντες ἐξ ἄλλου τινὸς, ἢ τὴν πρώτην γένεσιν, καὶ αὔξησιν, ἢ τὴν νῦν ἔχουσι τροφήν. Nunquid ergo capræ quidem, ſues, & oues ex mundi elementis genita ſunt: qui uerò his uescuntur, ex alio quopiam aut generationem primam, incrementumq́;, aut præſens alimentū ſortientur.) Ex ijſdem nutrimur, ex quibus ſumus, ſcitum philoſophorū illud: ut hoc quoq; perſuadeamur inprimis, elementis nos quatuor his conſtare, eſſeq; in nobis illa, quòd ueſcamur his, alamurq;, & augeamur. at qualitatibus ſuis refracta (dicent) ſunt, bene eſt: at inſunt tamen, & quidē, quo ab imperfectis miſtis illis magis abſumus rore, pruina, grandine, niuibus: tum uerò ab his plantarum genere, moxq; animalium tam multorum differentijs, quibus alimur, eo refracta ſemper magis, & elaboratiora, ad temperiem quidem. nam ad durabilem permanſionem multis alijs uincimur, quæ gluten maius obtinent, nec quàm nos, tam in elementa priora citò redeant, nulla uerò etiam quædam arte deduci eò, uel maximo certè negocio queant, ut adamas, aurū, & alia quędam, ex quibus elementa quatuor ipſa elicuiſſe non ſit facile: id quamuis conentur multi, ac conati plures antea fuerint, irrito ſemper effectu omnes.

CAP. VI.

Τὸ μὲν οὖν ὥσπερ ζῴου, καὶ τῆς ἰατρικῆς ὑποθέσθαι στοιχεῖα τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, ὅσης ἀλογίας ἔχεται. Quòd igitur ut animalis, ita medicina ſtatuantur elementa calidum & frigidum & ſiccum & humidum, quàm præter rationem omnem ſit.) Elementum, cuius elementum fuerit, eius congener ſit oportet, corporum corpus artium artificioſum, ſcientiarum ſcientificum, eiuſdem generis aliquid. Ergo artis medicæ propoſitiones & theoremata de elementis aliqua, elementa artis medicæ haberi poſsint, minimè uerò elemēta ipſa, calidum puta, frigidum, & reliqua. nempe rerū elementa ſunt hæc, illa artis, utiq; rei huius quoq; alicuius omnino. Sed in anima, quod dici ſolet, ut extra animā illa, neq; omnis tamen de elementis diſputatio medica fuerit: multa quidem de his philoſophi diſſerūt, nulla ex parte res noſtras attingentia, & quæ attingunt tamē, artemq; ſtabilire medicam poſſunt, artis adhuc elementa huius nō fuerint omnia: quippe anteit (ut docuimus) cōſiderationē hanc anatomes, eorumq; quæ in ea ſpectātur cōſideratio, de partiū corporis humani magnitudine, numero, poſitu, figura. ibi igitur incipiēt primum medicæ de his propoſitiones & theoremata, ubi ſanitatis aut faciendæ, aut tuendæ, aut utrumq; ratio primū aliqua inerit, quū uidelicet ex qualitatibus quatuor illis tēperamentū ſimilariū habēdum ſanitatē eſſe partiū indagātes inuenerimus, uel etiā inuentū à philoſophis acceperimus, & intēperamentū morbos, ꝓpter quod uariare curationē cōtingat

gat intẽperamenti diuersi,ac tueri temperamentũ liceat.Atq; hoc ipsum præit ut modò diximus,anatome,cumq; hac anatomica theoremata omnia quod ipsum medicinæ totius ceu limen existimandum quoddam sit, in quo elementa artis,seu fundamenta malumus,iaceant. Inueniendæ porrò artis principia alia quædam sunt,extra artem longè ab his alia, ut quidem reperiendarũ indagine ferarum uestigia initium exhibent,minime feras quæ constituant:ita inueniendæ nostræ huius similitudo aliqua fuerit petenda ab artibus, quoniam factiua nostra est. factiuis ipsis quoq; quarum exemplo ipsa non minus constituta erigatur, itaq; exemplum constituendæ artis huius ab ædificatrice rectè petitum à Galeno fuisse uidemus.

Καίτοι, καὶ εἰλικρινέσιν χρώμεθα πολλάκις τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις, ὕδατι μὲν ὁσημέραι χρώμενοι. *Atqui sinceris quoque utimur sæpenumero mundi elementis, aquam quotidie ad usum adhibentes.*) Nimirum quatenus, & in quantum liceat sincera adhiberi ad usum nostrum aliquem.nam prorsus sincera, nullaq; omnino ex parte mixta infectaq; alijs ne purißima quidem,quæ ita esse uideatur, uel ex limpidißimo fonte aliquo hausta aqua fuerit,hoc ipse testatus antea fuerat de elemẽtis quatuor omnibus sincerum omnino, impermixtumq; reperiri eorũ nullũ, ne quis fortè hoc cauilletur.

C A P. IX.

Καὶ αὐτὴν γε τὴν ψυχήν. *Atq; animam quoq; ipsam.*) Tanquam qui animam alicubi temperamentum esse censeat,hoc ipsum protulit,fore ut de medio animã quoque ipsam tollamus,non solùm dolorem, & uoluptatem, & sensum, & memoriam, & ratiocinium, nisi totam secundum seipsam alterari atque immutari posse substantiam concesserimus: & de alijs quidem haud dubium.quomodo namq; ea non alterationibus atque immutationibus quatuor inuicem qualitatum fiant,non facilè inuenias,de anima non perinde confessum,quàm probare possumus. & uerò probant demonstrantq; multi temperamentum non esse,sed temperamento nihilominus inhærere alicui posse affirmant:neque tamen non & temperamenti frequenter uires sequi, & facultatibus illius obsecundare dicunt,præsertim inferioribus sui partibus.nam superior illa totam se ex materiæ huius sordibus eximit, aduersaturq; illis non parum sæpe mens.

Ὥστ' εἰ δι' ἄλλο μηδ' ἓν ἄλλο, διά γε τοῦτό γ' ἀσφαλὲς αἱρετέον τὸ δόγμα. *Quamobrem si nulla alia de causa, at quod tutius sit placitum hoc sequendum.*) Tutius nos existimaturos putat, si in compositorum mixtione totas per totum comisceri qualitates inter se asseuerarimus; solummodò non etiam corpuscula, ad omnium perquàm exiguas quamuis particulas deducta: ipsa quoque tutius autem & securius uel ob id,quo nimirum incommodum uitetur de corporum penetratione illud mutua, quod fieri non potest, atque in qualitatibus cogitatu facillimum sit ut fiat,mutuoq; penetrabiles misceantur,induentes inuicem sese. At ex hoc argumentum cœpit conciliator Galenum censuisse, elementa in mixto non inesse actu,atque in præsenti, sed potentia tantum. Qua hoc ratione de Galeno arbitratus sit, planè non uideo, inesse atque inexistere in mixtis actu elementa possunt: neque interea tamen per totum misceri mutuò, quid ni? non minus quidem, quàm ubi quod exempli Galenus attulit, aquæ uinum miscetur, infringi particulis suis ad minima possunt:at non sic minima, diuidi ut ulterius in alia nequeant: sed sic tantum, ut mutuas qualitates inter se inuicem transfundere & accipere per totum totas, ipsa minima, quo diximus modo facta,atq; eadem actu interea suo inesse, atq; in præsenti,non etiam per totum commixta possint, quamuis interea oculis non perspiciantur.

IN GALEN. LIB. II. DE ELEMENT. SECT. HIPPOCR.

CAP. I.

OΥτω γὰρ αὐθαίρεσιν ὀνομάζειν ἐξ ἧς πρώτης τι γίνεται μηδεμιᾶς ἐν μέσῳ δεομένης ἑτέρας μεταβολῆς. *Sic enim uocare consueuerũt, ex qua prima fit aliquid nulla indigente mutatione alia media.*) προσεχὴς ὕλη dicta prius fuerat, nempe continens materia, quam cuiusq; rei elementum statuat priuatum ac peculiare, illiq; ipsi propriam continentemq; ideo materiam uocet: quia continenter nimirum hæret composito suo proprio, præter communia mixtorum omnium perfectorũ. Et imperfectorum quatuor illa, ac cõmunia præterea quædam cum quibusdã alijs alia. Hac ratione sanguine prædita animalia cuncta, præter elementa quatuor propria obtinent elementa humores quatuor: carentia uerò sanguine aliud, quod proportione his ipsis respondeat, quiddam. Rursus utraq; tam sanguine prædita, quàm carentia, quoniam plures numerantur utrorũq; species, sua species quæq; habebit, quibus ab alijs discriminetur, ex similaribus partibus nonnullis, elementa, ungula alijs scissa, alijs fissa hoc erit: auibus rostrum, spicula: multis cornua, cortices, squãmæ, & quas perquàm similes inter se obtinent, non eas eiusdem tamen prorsus speciei retinent, arterias, uenas, neruos, ligamenta, membranas, carnes, animalia multa, corticem, radicem, medullam, lignum, discurrentesq; per hoc ceu uenas in longum protensas quasdam, plantæ. idem de mixtis omnibus alijs existimandum, ut in cunctis reperire aliqua sit, quæ supra communia omnium elementa, compositum ab ipsa statim generatione constituant propriũ sibi nullaq; ulterius ad id immutatione habitura opus, postquam à semine discesserũt semel procreata, à quo oriuntur primùm tanquam à principio: ipsa mox, nulla interueniente mutatione alia, quàm qua ex semine generata iam sunt animal, aut plantam constitutura, tanquam elementa quædam, ac secundaria illorum.

CAP. III.

Τούτοις γὰρ ἕπεται τὸ μηδεμίαν εἶναι τῆς φύσεως ἡμῶν ἀλλοτρίαν ποιότητα. *Hos enim id consequitur, nullam esse naturæ nostræ alienam qualitatem.*) Omnino tumorum ac meatuum, & incompositorum elementorum authores, alterationem de medio tollebant omnem: at hæc per qualitates fit, & ad qualitates. migratio enim & transitus in qualitates aliquas est alteratio, dum agunt & patiuntur inuicem, atq; abeunte una introducitur altera, manente interim subiecto. nanq; destructio fit & subiectæ materiæ abolitio, quum lignum, utputa, combusserit ignis totum. Vt igitur Asclepiades elementis suis nitens, alterationem non admitteret, destructionẽ rerũ, & corruptionem admittebat: & humorũ generationẽ, quam necessariò alteratio præeat, nõ concedens, corporũ tamen corruptionẽ asseuerabat: eoq; humores à purgantibus medicamentis minimè trahi arbitratus est, ut qui nulli essent, si alteratio nulla est: sed corruptionem fieri ab his partium ob meatuum fortasse inconuenientiam, siue incongruentiam inter se, & repugnantiam, ac uincentibus medicamentorum meatibus & tumoribus alijs alios ac mutuo se ita corrumpentibus. Itaq; quod paulo antè dixerat Galenus de Asclepiade, qui persuadere nobis conaretur, ὡς οὐχ ἕλκει τὸ οἰκεῖον ἕκαστον τῶν φαρμάκων, ἀλλὰ μεταβάλλει καὶ τρέπει καὶ ἀλλοιοῖ διαφθεῖρον εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. *Quod medicamentorum unumquodq; proprium non trahit, sed immutat, conuertit, alterat, corrumpens in sui naturam.*) Tria illa immutat, conuertit, alterat, ex illo quod postremò additur uerbi significato, pendent, cuncta (corrumpens) ut pro corruptione tantum sint, quoniam alterationem usitato significato non agnoscebat Asclepiades, qui tamen interea corruptionem diceret.

CAP.

C A P. V.

Ἐν δὲ τῷ σφοδρῶς τῆς ὁλκῆς συνέπεται τις τῶν ἄλλων χυμῶν. *Dum uerò uehemẽs fit attractio, consequitur unà reliquorum humorum aliquis.*) Sequitur simul, inquit, humor alius aliquis, nõ quidẽ attractus ex proprietate, ut prior: sed qui trahi tamẽ & euerri ab attracto ex proprietate posśit, impetu illius detersus, & abactus de corpore unà atq; hoc etiam in mediocrib. repurgationibus, quũ plures simul humores ab unius tantum speciei, ac modi medicamento repurgari uidemus. Nam in superfluis, quas ὑπερκαθάρσεις uocant, alia fortasse sit ratio quædã. Etenim paulo uehemẽtius medicamentũ, expurgato, quẽ propriũ sibi elicuit, omni ex parte, humore omni, ad uenarũ usq; oscula uiolentiã suã profert. Quibus simul uiolentia ea, simul mordicantiũ humorũ illac pertranseuntiũ acrimonia irritatis, expultrix facultas, cõcitat sese ad propulsandũ nocumentũ obuiũ quodcunq;, quo impulsu tenuiores semper humores post primũ, tanquã procrudi faciliores abigantur, omniũq; semper postremus utpote reconditus magis uitæ nostræ habitus thesaurus, foras sanguis quoq; feratur, aut aliorũ effluuium insequutus ultimus abeat, de uitæ præsidio decedens.

IN GALEN. LIB. I. DE TEMPERAMENTIS.

C A P. I.

Ὅτι μὲν οὖν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ὑγροῦ τὰ τῶν ζώων σώματα κέκραται, καὶ ὡς οὐκ ἴση πάντων ἐστὶν ἐν τῇ κράσει μοῖρα. *Quod igitur ex calido, & frigido, & sicco, & humido animalium corpora misła constent, neque sit in temperamento par omnium portio.*) Totius de Elemẽtis disputationis à Galeno habitæ usus & ceu fructus est temperaturarum omnium cognitio. Quæ non aliunde proueniunt, quàm ab elementorum inter se permistione, itaq; subsequi illico de Elementis secundũ Hippocratem librum, de Temperamentis liber is meritò debuerit, ait primo non parem esse in temperamento omniũ portionem, uerisśime non solũ quòd multæ ac uariæ habeantur temperaturę, quas inæquales dicimus, octo in totũ, de quibus significatũ hoc loco esse uidetur: uerumetiam quòd æquabilisśima omniũ temperatura, ut efficientia, ac potestate quadam paria omnia habeat. pondere certè & mole nõ habet, longè superante terræ parte: quam nihilominus ui sua propria reliquæ æquare facilè posśint.

Ὥσθ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης νεοαρδῶ.) Versus ex Iliad. φ.

C A P. II.

Καὶ τὰ σμικρῷ πρόσθεν εἰρημένα παραδείγματα. *Ac paulo antè dicta exempla.*) De balneis dulcis aquæ intelligit calidis & humidis, & de borea frigido & sicco. Hæc sunt exempla, rationis autem summa hæc: Si quæ contraria ex opposito prorsus inter se nõ fuerint, esse simul possunt, ut Grãmaticus & Musicus: ita calidum quoque atque humidum poterit, ac frigidum & siccum.

C A P. III.

Ἓν μὲν δή, καὶ πρῶτον, ὅτι τὴν εὔκρατον φύσιν ὥσπερ οὐκ ἀρετῇ τε ἅμα καὶ δυνάμει πλεονεκτοῦσαν ἐπελάθοντό τε καὶ τελέως παρέλιπον ὥσπερ μηδ' ὅλως οὖσαν. *Vnum quidem ac primum, quòd temperatam naturam: quasi uerò non uirtute simul ac facultate præstaret obliuioni tradiderunt, prorsusq́; intactam reliquerunt, ac si nequaquã esset.*) Virtus & facultas, non admodũ diuersum quid sonant, id tamen unũ dici posset, δύναμιν, quam facultatem & potestatem, atque etiam uires interpretêre propinquiorem esse actionibus. Quas qui ualidas ediderit, is magnis esse uiribus dicetur, q̃ uirtute rectius, ac ppriè magis. cõmunius .n. ac paulo remotius quiddã uirtus, facultas & uires proximius, ut diximus, functionib. & agendi faciendiq; operi. Tẽperata igitur natura non modò uirib. & facultate antecellit alijs, quod functiones expeditè obeat suas oẽs uitales, animales, naturales: sed etiã uirtute, q; multis præterea eximat se noxis, quib. obnoxię aliæ sunt, idq; naturę

semper suæ bonitate ac uirtute. Quòd autem addit, Ac si nõ esset, conijcias ex eo nullam olim ueteres illos hanc uti ex dimidio quoque temperatas quatuor existimasse. Eadem fortasse utrumq; ratione, quòd quemadmodum calido siccum & humidũ sociabile esse arbitrarẽtur, itemq; frigido: eodem modo utrũq; ut quatuor in totum essent coniungationes, temperatam uerò ex altera tantũ parte mediam non agnoscentes de medio tollerent: ita & omni ex parte mediam ac temperatam auferrent. Quam nihilominus, sicuti sanè & temperatas ex dimidio quatuor alias illas admittendas esse ratio dictet, nõ quidem in quã pondere moleq; sua æquis omnino portionib. conueniant elementa quatuor. ridiculũ enim, quando quæ unquã inibitur ratio, ut expensum diligenter aeris atq; ignis tantundem iniectũ dici queat, quantũ terræ atq; aquæ: aut si natura tamẽ seruare ratas portiones eas potuit omnes, in medio suspensum cõsistere per se corpus nostrũ, oportuit elementorũ omniũ, quod degrauatũ mergi in aquis uidemus uel temperatissimũ: sed uiribus & potestate coniectas æquas omniũ portiones intelligendũ est, ad compositionẽ, mistionis æquabilis faciẽdę. uirib. nanq; suis, & agendi efficacia ignis, mox & aer ęquare ad temperiem terræ & aquæ pondera possit: neq; propterea impeditur actio & passio inter se horũ æquabilitate illa, ut argumẽtantur quidã, aut tollitur mistio: tolleretur, si unius alicuius nimio quàm exuperaret portio, sicuti planè guttula uini multis aquæ amphoris nunquã miscebitur rectè, at conuenientibus in unũ cõtrarijs æqualiũ licet uiriũ agant & patiantur necessum est ad mistionẽ quidã satis. nam & gelidissimæ aquæ misceri feruentissima, repressisq; mutuò qualitatib. temperies inde existere optima poterit. Quòd si omni ex parte cõstare rerum quatuor inter se tẽperatura in corpore potest exacta, ut ratio ꝓbat, poterit & altera tantũ ex parte: ut ex dimidio eiusmodi tantũ sit, calida tantũ, siccũ uerò atq; humidũ inter temperata. itẽq; de reliquis idẽ tribus, frigida, sicca, humida tantũ modo cætera tẽperatior, eadẽ qua dictũ fuit de tẽperata undiq; ratione: obq; eam adhæc, quòd quũ à calido in frigidũ transitus sit per ætates & temperamenta alias quædã, & ab humido in siccũ tandem necessariò, per media id fiat quæ temperiem omnino faciant, ut esse ideo corpus aliquod possit tempore aliquo neq; calidum neq; frigidum. Sed temperatũ ex hac parte, ex altera uerò uel siccum uel humidum: & itẽ aliud neq; siccum, neq; humidum, sed tẽperatum. at calidũ idẽ esse, uel frigidũ possit. Atq; tẽperatura hæc tam utraq; quã altera tantum ex parte, quam exquisitam dicimus, ut existat aliquando quemadmodum existere docuimus posse: permansionẽ tamẽ diutinam non habet in statu suo, nunquamq; in eodẽ sistens firmatur, ut cadere proinde in eam artificium non facilè queat, quippe quæ prolapsu facili artificis operationib. momento sæpe se tẽporis subtrahat, agentẽ derelinquens, ac cogitatione solummodò quodam accepta. Itaq; pro hac aliam sibi facit ille tẽperatam, quam uocet, ac tractare artificij rationibus ualeat, paulo maioris amplitudinis, ac durabilitatis: signis tamẽ atq; indicijs suis compertam, etiã si non prorsus, neq; omnino talẽ habendam esse nouerit, ut esse præcisè atq; exactè tẽperata debeat, non secus ac sempiternæ illud patibilitatis cuiusdam abijcit placitum, ad artificij sui rationes minimè faciens, quod ipse interea non prorsus absurdis argumentis quibusdam asseuerari posse sciat.

CAP. IIII.

Σύμμετρον γὰρ τὸ ἅπασι τὸ ἔαρ. Temperatum enim in omnibus uer.) Eo nimirum temperamento, quod modò diximus, paulo fusiore, neq; tam in arcto posito, quãdo media totius ueris, & cõcisæ breuitatis cuiusdam tẽpora exquisito inprimis fortasse temperamento constent, parum admodum durabili reliqua illius cùm quæ hyemem uersus tendunt, tum quæ in æstatem uergunt, quo magit tetenderint frigiditate atq; humiditate quadã prima à tẽperamento æquabili prorsus recedant. quamuis, ut caliditate & siccitate secũda, nondũ tamen

pro

pro intẽperatis habebuntur:uidelicet quia non immodica aut nimia, eoq; nec manifestæ oblæsionis aliquid afferẽtia sint, quod esse satis medico debeat: cui, nisi perspicuitas semper & euidentia rerũ in utramq; partem uel iuuandi, uel nocendi habeatur, non magnopere curæ aliud quicquã sit. Qua in re diligẽter animaduertendum, qui calidum & humidum immodicè dixere uer, eos nulla id ratione dicere potuisse, quòd nunquam simul id sit: sed aut temperatũ omnino in medio esse oporteat, aut initio & ante medium humidum quidem exuperanter, sed non exuperanter calidum, temperatum potius: post medium uerò calidum quidem itidem per exuperantiam, at nõ per exuperantiã humidũ sed temperatum. sicuti enim ante medium facilius deponere hyemis frigiditatem solitum est uer quàm humiditatem: ita post id facilius æstatis caliditatem suscipiet, quàm siccitatem.

ἀλλ' ἤδη τὸ ξηρότερον ῥέπει, λείπεται δὲ κἀν τούτῳ τοῦ θέρους, οὐ μὴν τοσοῦτόν γε, ὅσον θερμότητι. *Verùm in siccius uergit, superatur autem in hoc quoq; ab æstate, at non quantum in calore.*) De autumno dicit, quem siccitate quidem ac caliditate uincat æstas, quamuis caliditate etiamnum magis. siccus igitur magis in seipso, quàm frigidus autumnus, non immeritò. nam & æstatis calor discedente à nobis sole, & accedente mox hyeme remitti facilè quidem satis potest. at temporis eiusdem siccitas minui multũ humiditate aliqua nequit, & eiusdem diei autumni frigus matutinum calore meridiano retunditur, penè ut existere ex hoc tẽperamẽtum quoddam queat diei, si tota simul accipiatur, quod euenire in siccitate nequeat, utpote & corrigi difficili magis, & quæ nullam habeat eo tempore superuenire consuetam eadem die humiditatem, uel humefaciendi potestatem, ut calorem frigus habet.

Καθάπερ πού καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσε. *Veluti quodam in loco Hippocrates quoque meminit.*) Locus est Epidemiorum secundo. at librum Galenus eum alicubi Thessalo Hippocratis filio adscripsit.

Καὶ τινὰς ἰχῶρας θερμοὺς καὶ ὑγροὺς ἀμέτρους γεννησάντων. *Atque ichoras quosdam calidos atq; humidos immodicè gignentium.*) Ichoras scripsit; non humores simpliciter, tanquam ex his potissimum, atq; inprimis authorum putrefactione magis quàm humorũ ipsorũ putredinosæ febres oriantur, id quod ex alijs quoq; Galeni colligere alicubi locis liceat.

C A P. V.

Ὥσπερ ταὐτὸν ὄν, ἀλλ' οὐ μακρῷ διαφέρον, ἢ τὴν οἰκείαν κρᾶσιν ὑγρὰν εἶναι καὶ θερμήν, ἢ τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. *Quasi idem sit, ac non longè diuersum, uel temperaturam propriam calidam esse & humidã, uel ambientis nos aeris quæ sit.*) Calidum dici, atque humidum unius alicuius temperamentum potest usitatè à multis, adeoq; ab authoribus classicis, rei alterius respectu, ut animalium uiuentium omnium corpora functorum uita eorundem ratione & comparatione: at aeris occursum circumiecti nobis primum sentimus, atque ita esse iudicamus illico, uel calidum, uel frigidum, uel temperatum & huiusmodi alia, per se nulliusque alterius tunc consideratione, nec nisi una sentiendi ui ad id adducti, ut ideo uernum quoque tempus quum tale uel tale pronunciamus, per se atque in seipso intelligendum nobis sit. non enim quia calida & humida quædam philosophi dicunt aliorum quorundam comparatione tantummodo rebus suis aptè, iccircò medici quoq; uer ipsum calidum hyemis, aut humidum æstatis respectu affirmare debent. Sed quale sensu percipiunt, tale illis ad artificij sui rationes accommodè habendum fuerit. Quem si sequantur sensum inquam ipsum temperatæ regionis, uer temperati ipsi sensuri proculdubio temperatum sint, adultum potissimum quidẽ, atq; inprimis: sed ante quoq; & post temperatum itidem, quali diximus temperamento, nõ tam in angusto posito, quin reuera declinare ab exquisitissimo temperamẽto illo sciamus. Sed quod quum ipsi sensu nõ percipiamus, quippe nec immodicum nec nimium, rebus

nostris

nostris utiliter deputaturi semper pro æquabili temperamento simus. At quædam interea fuerint, nec parum sæpe, cùm aliorum anni temporum, tum ueris quoque ipsius, huiusque inprimis, quoniam proximum maximè his uer, præternaturales constitutiones, quas calidas & humidas sentire, proque eiusmodi illas habere liceat, ut naturalem illius semper tamen constitutionem temperatam sentiamus.

C A P. V I.

Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, οὐχ ἁπλῶς, ὅτι τῷ συμμέτρῳ τε καὶ μέσῳ παντὸς τοῦ εἴδους παραβάλλεται. *Alio autem modo, non simpliciter, quoniam æquali ac medio speciei totius comparatur.*) Id ferè in his discriminis notetur, quod ea quæ generis sui aut speciei medio collata proferimus: positiui ferè uoce nominamus, magnum canẽ dicentes, uulpem, anserem, animal. Humidum itidem canem siccumûe, pinguem etiam anserem, ad speciei suæ medium, uel generis quoque interdũ collatione facta: proinde non ita simpliciter atque absolutè semper enunciamus, sed positiuo speciei aut generis nomẽ addimus humidus canis, anser pinguis, uastum animal, si de elephanto dicatur. at quæ obuio cuique conferuntur, ea ferè comparationis nomine proferuntur, idque rei unius alicuius singulorumque magna ex parte ad singula respectu, hæc formica humidior illa, siccior, maior, minor, tametsi ad medium speciei suæ aliter habituræ se fortasse sint, magna utraque rursus dicenda aut parua, aut humida, aut sicca: neque tamen ita statuendum de hoc, ut fas futurum non sit, aliter dixisse aut scripsisse unquam. quamuis usitatior hæc ac propria magis locutio sit, quo propè modo disputatum ab Aristotele fuit de graui & leui, libro tertio de Cœlo: & à Platone de magno & paruo, in Politico.

αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ τῆς οἰκείας φύσεως ἔχειν ἄριστα, ταῖς ἐνεργείαις κρίνεται. *Idipsum uerò quòd pro natura sua optimè se habeant, ex actionibus indicatur.*) Non modò studiũ fuit naturæ in eo, ut corporatura animantium speciei unicuique tribueretur sua, magnitudo, positus, partium numerus, figura, breuiter totius compositio ac conformatio staturæ: sed etiam ut suum illis iustumque ac proprium donaretur omnibus pro natura cuique sua temperamentum, hocque ipsum magis, quòd ex hoc maximè atque inprimis functiones prodeant, reliquorum usus potius tãtum quidem sit: itaque similarium partium, quarum temperamentum propriũ est, functiones esse dicimus, dissimilarium usus, siue organicarũ, ut meritò proinde ex functionibus optimæ speciei cuiuscunque naturæ argumenta ducantur potissimum. quòd quum eæ temperamentum maximè sequantur, temperamentum porrò medicis pro natura sæpe ipsa habeatur, optimæ & conuenientes functiones, optimam & conuenientem maximè naturam arguerint, ex cõditionis eiusdem temperamento, quod iustitiæ appellamus, ac diuersum diuersis contingere necessum est, pro naturæ semper diuersitate, bene calidum leoni magnanimo futuro, fortique ac generoso, siccum cani sagaci, & ferarum indagatori. atque ita ex hoc id quoque ediuersò nobis innotescet tẽperamenti genus, ut si fortem ac magnanimum uiderimus calidum temperamento suo æstimemus siccum, si sagacem & huiusmodi alia.

C A P. V I I.

τοιοῦτο γάρ τι δρῶσι καὶ πρὸς τὸν ἀφορισμὸν ἀντιλέγοντες, ἐν ᾧ φησὶν Ἱπποκράτης τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. *Similiter enim faciunt, & qui aphorismo contradicunt, in quo Hippocrates ait: Qui crescunt, plurimum habent calidi innati.*) Reuera si quis de qualitatis gradu solius accipiat, idem erit calor augescentiũ adolescentiumque & adultorum: sed differentiam afferet subiectum, corpusque in quod recepta qualitas ea est, quod in augescẽtibus, cum humore multo sit, cum sicco in adultis & iuuenibus. Innatus autem calor, qui in his qui crescunt est, in humido est: ideoque rectè qui crescunt, plurimum habere innati calidi dicuntur ab Hippocrate, non aut caloris aut caliditatis simpliciter atque absolutè,

quòd

quòd humidus is sit calor, innatus inquam, alij sicci esse possint quidam. atque interea, quod ad qualitatis huiusce gradum attinet, caloris eiusdem cum innato, sed quòd in humido non sint, non sanè multum caloris innati retineant.

CAP. VIII.

ἀλλ' ἤτοι μέσον ἀκριβῶς ὑπάρχον, τῶν ἐναντίων ὡς μηδὲν μᾶλλον θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν. *Sed uel medium exquisitè quod sit contrariorum, ita ut nihilo magis calidũ sit, aut frigidum, aut siccum, aut humidum.*) Hactenus enim ex superioribus ostẽsum hoc est, ut præter calidum atque humidum illud, quod pro exquisito, & omnium maximè temperato habitum fuit à multis: sed falsò, medium esse posse sciremus temperamentum aliquod exactè prorsusque, ac reipsa tale, temperatum nempe ad unguem, & συμμετρόν, quod medium contrariorum omnium sicut re ipsa esset, ita uocaretur. Et quoniam medium præterea inueniebatur aliud, id quod iustitiæ dicitur: quod quamuis non, ut in homine speciei suæ temperatissimo, medium qualitatum omnium exactè obtinet, ipsum non minus speciei tamen suæ medium obtineat, sed pro functionum diuersitate quæ iustè speciei illi debetur, à summo omnium opifice donatum: hoc quoque indicandum fuerat medium, cùm ad rem ipsam necessariò, tum uerò, ut sophistarum cauillamenta passim occurrentia, uitarentur.

CAP. IX.

ἔστω δὲ δηλονότι τὸ κρινόμενον σῶμα, συμμέτρως θερμόν. *Esto autem quod indicatur corpus utique mediocriter calidum.*) Admonemur in discernendis siccis humidisque, interque hæc temperatis, de mediocri caliditate & frigiditate, ne imponatur iudicanti, si nimiæ hæ fuerint, earumúe alterutra: sic fiet, ut non sensu solum, uerum etiam ratiocinatione aliqua habituri ad hoc opus simus. uerùm in rebus extrinsecis magis id. Nam in corporibus, aut corporum particulis nec calor tantus, nec tantum frigus, ut aut hoc ad duritiem usque congelascere, aut illo eliquari partes queant, donec quidem naturaliter se habuerint: pinguedo uerò crassescit tantum, atque interea tamen humida esse dignoscitur. Longè igitur de calore & frigore ex sensu rectius, quàm de humore & siccitate iudicabimus, non sine causa. ut enim aliquid quoque agant humor & siccitas, minimum tamẽ agunt, si cũ calore ac frigore conferantur, efficacib. inprimis qualitatibus: ut ideo dictæ hæ habitæque interdũ ab Aristotele actiuæ fuerint, ut passiuæ alteræ illæ. proinde quũ de eis iudicabimus, uidendũ diligẽter, num preter naturam suam propriã perpessę à calore aut frigore aliquid tales euaserint, de calidis autem & frigidis non item, quòd hæc ab humore & siccitate non tam facilè patiantur.

ἀλλὰ τὸ διὰ ὅλων ἄμφω κεράσαι θεοῦ καὶ φύσεως ἔργον, ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ τὸ θερμὸν. καὶ τὸ ψυχρὸν ὅλα διὰ ὅλων ἀλλήλοις κεραννύοιτο. *Caterùm per totum utrumque misceri Dei ac naturæ opus, magisque adhuc si calidum & frigidum tota per tota inuicem misceantur.*) Facilius misceri inter se calidum & frigidum posse uidebuntur ob agendi efficaciam mutuam, præsertim si in liquido constiterint, ut minus propterea Dei ac naturæ opus habendum hoc sit, quo magis artificio id quoque aliquo per se assequi ualeas dictam ob causam: sed ut ita sit, ac sine dubio exquisita per totum commixtio naturæ unius opus sit, permansio interea mistionis nulla in his, aut durabilitas. nulla enim cohæsio partium uinculis inter se ullis alligatarum, ut maneant, quatenus talia tantum, calidum inquam & frigidum, quod ediuersò humido & sicco inerit: ut, quamuis paulo difficilius ad mistionem adueniant, uẽtum tamen eò quum fuerit (id quod naturæ factu non usque adeò difficile) sicco humidum retentum nõ diffluat, ut quidem prius ab humido siccum ad miscendi exactam rationem beneficij id acceperat, ut inducere se intimius particulis omnibus suis perquàm exiguis ac minimis quibusque, liquore adiutũ posset.

Καὶ μὲν δὴ, καὶ ὅσῳ τὸ πάντων ξηρότατον ἐν ἀνθρώπῳ μόριον ὑπερβάλλει ξηρότητι τὸ δέρματος. τοσούτῳ πάλιν ἀπολείπεται τὸ ὑγρότατον *Et quidem quantum siccissima omnium hominis pars cutim siccitate superat, tãtum superatur humidissima.*) A cute subintel

 ligen-

ligendum, ut in medio esse cutim ostendat humidissimarum & siccissimarum partium. Qua ratione ita dicemus, Quanto pilus cute siccior, uel, si pilũ nolis, quoniam ἄπειρον, Galenus dixerit, id est partem, pars autem habenda esse corporis non uideatur pilus: quanto cute ipsa siccius os, tanto siccior cutis pituita. in medio ergo cutis, pituitæ humidissimæ, & siccissimi ossis aut pili.

Κυνὶ δὲ πρώτιστον ἅμα καὶ ἀλκιμώτατον. *Cani autẽ mitissimus simul & fortissimus ut sit, conuenit.*) Atqui si (ut mox hic scribitur) corporis functiones proprias esse animi moribus oportet, quod quidem ostendetur postea, uerumque esse credimus, & eiusdem cum hoc ipso sententiæ habetur, animi mores temperaturam corporis sequi (ex tẽperatura enim functiones recipere debemus) diuersum, adeoque inter se pugnans existimandum nobis erit canis eiusdem temperamentũ: cuius quidem corporis functiones, & animi mores diuersi sibi inuicem pugnẽt, mitissimi & fortissimi simul, eoque magis, quòd fortissimum esse debere statuerit leonem hic quoque, & mitissimam ouem. quantum autem leoni conueniat cum oue uides. Sed si diuersarum specierum formas misceri certum est, ut equi & asini, ut forma existat muli canisque, & uulpis, ut alia quædam: cur non & temperamenta diuersa formæque adeò eorum misceri in unũ poterunt, ut forma inde existat una aliqua, pro subiecta materia habitura illas, ne multitudo formarum detur in eodem: ac tanto magis, quanto in equo & asino formæ iam duæ præexistunt actu. Ex quibus resiliens una prodeat muli, in cane natura ab initio, materiam sibi parare ac instituere eam potest, in qua mistionis ratio, concentusque illiusmodi harmonicus seruetur, & temperamentum suscipiendæ formæ aptum natum, diuersis his actionibus edendis idoneum, & moribus diuersis, quæ τὸ τί ἦν εἶναι canis constituat, Plato alicubi canis naturæ philosophi naturam perquàm similem esse debere contendit.

Τὰ γὰρ τοιαῦτα δὲ τῇ αἵματος θερμαίνονται. *Sanguinis autem contactu calefiunt.*) De tunicis ait, uenarum & arteriarum, quas natura sua frigidas incalescere, deducitque inde ad medium temperamentum sanguinis uicinia contenti tangentisque scribat: ut argumento hoc sit, calidam partium temperaturam non de propria cuiusque natura æstimandam esse, sed aliunde immissi quoque caloris accessione iudicandas partes. Qui plus minus calidas eas aut temperatas quoque reddat, ut ideo cutis temperamentum, præsertim uerò uolæ manus, quod exquisitè medium omnium statuitur, æquis sicci atque humidi portionibus per se constare rectè dici queat: at alterius oppositionis medium adueniente ab alijs calore spiritibus ut puta, & sanguine, qui caloris temperamentũ inferat, constiterit, quando uel carnosa substantia, ex qua & neruosa cutis consistit: quia sanguinis multum participat, calida est. Sed ne ipse quidem sanguis, aliter quàm accepto à corde calore calidus, idem de alijs omnibus ferendum iudicium, ut propterea credi rectè possit, non ut aliorum sit calidi quoque inesse partibus ad compositionem, portiones per se: sed fieri & conseruari calidas natura frigidas multas, neque tamen ex accidenti ob id calidæ dicentur partes: quoniam congenitus & innatus omnino calor ille est, continua quamuis accessione succedens partes foueat, ipse interea spiritibus fotus, qui subinde generentur, periclitaturus certè quamprimùm, nisi ita sustentetur. itaque in morientibus abiẽs statim perit, primusque in demortuis dissipatus exhalauit, manentibus interea humido & sicco diutius, ex hoc (quod ad alimenti rationem attinet, capiendam ex animalibus) intelligi potest iugulatorum partes quasdam calidas quidem etiamnum censendas esse, manente adhuc elementi calidi portiuncula aliqua: at non perinde, ut uirorum tamen calidas, sanguinem & carnem, quasdam etiam frigidas, uenarum & arteriarum tunicas, quæ prius in uiuis calidis connumerabantur, cor ipsum, & alia quædam spiritibus destituta, & uiuifico calore, partes omnes corporis permeante, ut uesci illis non tanquam calidis nimium debeamus.

Νευρώδες

νωτιαῖος δὲ ὑγρότερος μὲν ἐγκεφάλου καὶ ψυχρότερος καὶ τοῦδε μᾶλλον γαλεφαλὸς ὑγρὸς ... *Spinalis autem medulla humidior quidem, sed & frigidior, atq; hac etiamnum humi- lius cere[...]m.* [...] ute frigidam magis atq; humidam spinalem medullam facit spinal[...] m[...]ulla hum[...]s cere[...]rum: de illi[...]s frigiditate nihil interim statue[...] d[...] ontrouersam rem fecit insequutis ætatibus, disputaturis de hoc, [...] di[...] turis frigidius habendum esse cerebrum spinali medulla: alijs no[...] hac, sed cete quoq; ipsa calidius facturis, quum reuera frigidis omnino partibus adnumerandum sit, ut aliæ multæ, cutis utiq; comparatione ipsius: ac spinali tamen medulla calidius interea, aut si propnè magis dicendū fuerit, frigidum minus existimandum. ac fortassè tantundem utriq; calidi innati est, cerebro & spinali medullæ primitus ingeniti atq; insiti: quod non parum infra temperamenti æquabilis mediocritatem sit, sed immisso & influente ex corde, partim p ex recepto diluat[...] cerebrum magis, ut esse diciq; spinali medulla cali[...]us, [...]ue frigidum debeat, pertingentibus eò arterijs multis ac uenis, quæ ad spinalem non pertingunt: simulq; attollentibus se eodem semper sum[...] quibu[...]dam infernè exhalationibus & uaporibus calefaciendi ui prædi[...]tis. est utiq; spinali medullæ propius cor, tendensq; per dorsum arteria magna: sed inter scpientibus tunicis tot, & ossibus, non tangetur calore eo medull[...] ad [...]lescendum inde satis. Atq; id tamen, quod hic Galenus intactum præterie[...]a, de cerebri ex altera oppositione temperamento, diserte in sequenti libro, spinali medulla calidius & humidius pronunciauit cerebrum.

ἡ οὐδ' ὑγρὰ πιμελῆς ἐστι καὶ ἡ τοῦ πνεύμονος σάρξ *Minus uerò humida adipe est pulmonis quoq; caro.* Mirantur hic inter humida statuisse pulmonum carnem Galenum, atq; idem eadem pagina quicquid in corpore tactu molle deprehenditur, id humidum quoq; censendum esse scripserant: ad cutem haud dubiè molle id intelligentes. eò enim referenda sunt omnia, quæ mollia aut dura, aut huiusmodi dicuntur: at nisi cute mollior omni pulmonis caro fuerit, quæ quidem parenchymatis illius est, detracta obtegente foris pulmonis carnem hoc casu iudic[...]am membrana uicerint sanè, tangat diligenter temperatus quisque, & incorrupti i[...]di[...], ac [...]ente [...]tiam ferat: mirari magis subibit de his, ac (nisi fallor) re[...]us, [...]m de G[...]leno mirentur ipsi qui quæ scribant intra uigesimum q[...]ersum ne[...]ciunt: nescire dico, nec [...]minisse. nam si recordati fuissent [...] scri[...]turos id fuisse, uiros eru[...]iti[...]nis perquàm raræ sanè. Et inter [...] medicinæ decora multa, decus ipsos magnum.

IN GAL. LIB. II. DE TEMPERAMENTIS.

CAP. I.

Ὅτι [...] πολλαχῶς λέγομεν τὸ ὑγρὸν, καὶ ξηρὸν [...], καὶ θερμὸν, καὶ ψυ[...] *Ac quod quidem eorum, quæ multipliciter dicuntur, sint humidum & siccum [...]pius, calidumq; & frigidum.* Nam & de qualitati[...] solis dici consuesse mon[...]ati[...] & de ha[...] ipsis qu[...]tes suscipientibus corporibus. Atq; inter hæc h[...] ferri multa, modò quæ in summo talia sint, ut de elementis m[...], quæ p[...] exuperantiam tantum dicantur, ut in mistis mul[...]mo d[...] fu[...] uel spec[...] me[...] quæ comparentur, modò ad singulum q[...]eoq; etiam [...]dum ad naturæ totius symmetrum. Atq; hic iam idem[...] esse naturæ totius & humanæ speciei medium contigit.

Κανὼν δ' [...] αὐτῷ, τὸ ... στοιχείων ἰσομοιρία. *Regula autem illius erat & indicium, æqu[...]men:orum portio.*) Rerum omnium naturæ medium quod fuerit, ex elementis compositum, id sanè æqualibus illorum portionibus constituatur necesse est uel pondere & mole: ut cùm natura, tum etiam arte haberi talia

quædam possunt, licet in illis mistio perfecta sit, in his partium tantum compositio quædam uel potestate, ut homo temperatissimus, qui idem & speciei suæ medium obtineat, & rerum in mundo hoc omnium: sed partium ac particularum inter se cunctarum uiribus separatim expensis, non mixtarum simul, neque in unum conferruminatarum pondere ac mole medium eam temperiem tenens.

Τὰ δ' ἄλλα, τὰ καθ' ἕκαστον γένος εὔκρατα, ταῖς οἰκείαις τῶν σωμάτων ἐνεργείαις τε καὶ χρείαις κρίνεται. *Reliqua uerò generis cuiuscunq́, temperata, proprijs corporũ functionibus atq́, usibus iudicantur.*) Singulorum generum actiones perfectissime edentur à generis cuiusq́ medium obtinentibus maxime, fortissimas edet sui generis medium leonum omnium fortissimus leo: quoniam leoni forti inprimis esse conuenit, mitissimas (sui semper generis intelligendum) ouis inter alias omnes media, ut sapientissimas & moderatissimas atq́ humanissimas temperatus homo, atq́ ex functionibus his media hæc cognoscemus: non solum autem, sed & temperaturarum prætereà qualitates apertæ nobis fient ex hoc, ac leonis medij illius calidã & siccam augurabimur, ouis frigidam & humidam, æquabilẽ omni ex parte hominis, quod temperatissimæ temperaturæ humanissimi mores conueniant. Quales hominis, quem ab humanitate dictum putant, calidæ & siccæ, fortes ferocesq́, quales leonis: frigidę atq́ humidæ, mites ac blandi, ut ouis: atq́ ita temperamentum ipsum sequentur mores, mores uerò ipsos actiones seu functiones, temperaturarum indicia utraq́.

Ἐπειδὴ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων σύγκειται μορίων. *Quoniam uerò ex pluribus & differentibus componitur partibus.*) Interioris manus cutis, quæ uola est, hominis temperati, addo etiã ætate sua media, ac mediocriter se in omnibus habentis, unicaq́ temperata, ac propè in æquilibrio posita quadruplicis corporis, non modò qualitatum, calidi, frigidi, humidi & sicci fuerit. confusis enim in unum constat carnis neruiq́ substantijs, ac mixtis alterius calidæ & humidæ, frigidæ & sicci alterius prope dixi: quia, ut omnia hæc sint, nondum tamen ad æquabilem iustamq́ temperiem habitura caloris satis sit, sed iusto frigidior futura, nisi interno delati à corde caloris, spirituumq́ appulsu subinde foret attemperaturad id, quibus deinde in morte destituta: eam ob causam abeuntibus his, temperiem mox amittat illam frigidior æquo facta. Idem reliquis partibus omnibus contingit, ut calorem hunc & spiritus sentiant, ut quoad fruentur corpore, demortuo non sentiant. Etiam de frigidis natura partibus dico, osse, cartilagine, ligamento, membrana, & alijs. Quæ omnia natura sunt frigida: attamen hi (quod singulis temporum momentis fit in uita) calidi aliqua ex parte euadunt: at intra iustam temperiem tamen plus minus cuncta, frigida ideò dicta ut calidi ea. Quæ præter congenitum atq́ insitum, sine ut non putes, implantatum illum dixeris: hunc quoq́ insuper à corde accipiunt, cum spiritibus unà suis calorem, coq́ alia bene calida, alia non tam, cuncta tamen plus minus: quippe supra temperamentum iam talia dicta atq́ existimata, uerum calida, sanguis, caro, iecoris παρέγχυμα, hoc proxime iam ad temperamentum æquabile accedens, in temperatis itidem: sed plusculum tamen caloris retinens ex natiui caloris foco. Reliquarum partium pleræq́ communicatione incalescunt incurrentis in eas subinde caloris, & spirituum appulsu, ut uasorum tunicæ, quæ temperiei constitutionem acquirunt, ex sanguinis contenti attactu atq́ ex his corporis uniuersi particulis ac membris, cum diuersi, tum uerò contrarij etiam inter se temperamenti, non quidem commixtione substantiarum omnium in unum, ac conferruminatione, ut de manus uola diximus (quanquam & in eam aliunde ex parte quadam ingruat calor ad temperiem) at conspiratione & consensu in idem diuersitarum quidem partium: sed ad summam tamen totius conferentium & conuenientium temperamentum existet, emergetq́ æquabile uniuersæ corporis structuræ: ex multo maxima quidem frigidio-

frigidiorum partium temperamento coeunte, sed quas tamen geminus calor, cum natiuus insitusq́ ille, tum de corde ingruens atq; immissus uiribus suis, ac facultatibus ad temperamentum reuocet suum efficaciter semper agens uterque, nec cessans unquam, suggestusq́ue semper ac sugerens ex foco suo, & præcordijs. Vnde partibus corporis omnibus incumbens addatur, additamēto eo calidas partes, si tangantur, actu quoq; facturus, uel frigidas ipsas. Neq; tamen temperamentum immutans earum propterea, augensúe, nempe ambiens tantum tunc, necdum partes ingressus: sed ingressurus mox, tanquam ex promptuario, & in discedentis depereuntisq́ locum subiturus, momentaneis assiduè successionibus, ut quidem in cerebri quoque uentriculis aggesti colliguntur animales spiritus, mouendi facultatem neruis suppeditaturi continua inde submissione. Is igitur est calor, propter quem extrinsecus adhuc positum sentiri partes sub cuti, atq; intra cutim frigidæ licet natura quædam, actu calidæ possint, ac de quo tantum in partes recipiatur, quantum temperamento earum futurum conueniens sit: eoq; aliud propterea facere, quàm qđ est, temperamentum nequeat; ossa quidem si attingere uiuorum liceret, ac temperatorum hominum, & cartilagines, & ligamenta media discissa, arbitror frigidiora cute ipsa nos inuenturos. Atq; ideo alium quàm natiuum fluentemq; ex corde, unumq; iam factum inuehere calorem, qui ex cordis uicinitate, & ex uaporibus similitudine quadam illi respondeat, qui nobis ex igne aut meracioris uini potione accersitur, ex quo calidæ partes intra cutim omnes sentiantur, frigidæ æquè natura ac calidæ, non erit necessum: sed neque qua ratione fieri id possit, uideo. Quæro enim si (quod illi uolunt) calor is, ex quo calidæ sentiuntur partes tangenti, non insitus illis est, sed assumptus magna ex parte, & aduentitius: quomodo integrum illud uiuentis particulæ temperamentum ex prima elementorum temperie, & spiritus calore constans manere integrū poterit, accedente perpetuo atq; assiduè assumpto illo & aduentitio insuper calore: quin auctus assiduè, imò uerò adulteratus extraneo, & infectus alieno calor perpetuò futurus noster sit, congenitus innatusq; nobis: siquidem calore alio, quàm natiuo magis illo incalescere debebunt partes magis. Longè igitur minus incommodi sequetur, ut opinor, si quo diximus prius modo, opinati fuerimus.

CAP. II.

ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς τὰ παρόντα μᾶλλον ἡ περὶ τῶν ἡλικιῶν ἐπάγει σκέψις. Verùm quoniam in præsenti consideratio de ætatibus instat magis.) Neq; enim æquabilis ac temperatæ ad summum naturæ aliquis, aliter quàm in medio ætatum suarum cursu reperietur: iccirco ætatum differentiæ spectandæ considerandæq; prius, simul autem multa ex eodem hoc patefient ad indicia temperaturarum capienda, signorumq; cognitionem omnem, disputantibus prius de ætatum calore ac frigore, siccitate humoreq; diuersis, ex quibus causæ ducuntur notarum, cûm quæ sensibus, tum quæ rationi etiam subijciuntur.

χιτῶνες μὲν οὖν, καὶ ὑμένες, ἀρτηρίαι τε, καὶ νεῦρα, καὶ φλέβες τεινομένης αὐτῆς: Itaq; tunica & membrana, arteriaq́; & nerui & uena, extensa ea perficiuntur.) Substantia nimirum, unde primam originem suam trahunt, quam generādis tunicis, & quæ numerantur hic, reliquis protendi quidem primùm necesse sit: ac consistentiam tamen siue constitutionem præterea aliqam, nempe *σύςασιν* accipere oporteat. quamquam non tantam, quanta ossibus, cartilaginibus, & huiusmodi aliis conceditur. id porrò à calore fit, conferente partē frigore quoq; in hoc suam.

ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ὀστοῖς, ἃ δὴ ξηρότατα τῶν ἐν ἡμῖν ὑπάρχει μορίων. Sed ipsis quoque ossibus quæ siccissima sunt partium, quæ nobis insunt.) Partium ait significanter inprimis. nam pili capilliq;, quos siccissimos prius statuerat, partes nostri habendi non sunt, ut ex quibus status structuraq; corporis non constituatur: nec nutriantur quidem, nec incrementum aliarum partium, quæ uerè partes sunt,

modò fumant: quin pili in nuper natis multi sæpe iidem & siccissimi: & capillitium quum partes reliquæ humidissimæ omnes sint, etiam quæ natura sicciores habentur, ac tempore deinde fiunt, quum pili initio protinus ea siccitate uisantur, ut eiusdem omnino non esse rationis appareat. Ac libri huius sub finem eorum tantum, quæ cute integuntur os siccissimum pronunciauit: at pili extant, & capilli non integuntur cute.

Ἀλλὰ καὶ πέψις αὐτοῖς, καὶ ἀνάδοσις, ἐξαιμάτωσίς τε, καὶ πρόσθεσις καὶ θρέψις, ὄρεξίς τε, καὶ αἴσθησις, καὶ κίνησις ἀμυδρὰ πάντα καὶ κακῶς διακείμενα. *Verùm & concoctio in his, & distributio, & sanguificatio & appositio & nutritio, & appetentia, & sensus, & motus debilia omnia ac male affecta.*) De aliis omnibus ratio aliqua apparet, quippe destituente iam senes ipsos calore natiuo, haud mirum si naturalia simul opera cessent mulia, dubitari de appetendi facultate possit, quod frigiditatis ea cuiusdam opus iudicetur à multis: porrò autem frigidiores senes uentriculo omnes, cuius proprium appetere sit. Sed si considerabitur rectè, non quamlibet uentriculi frigiditatem consequitur cibi desiderium, sed quam necessariò præeant functiones naturales multæ, ualde in senibus debiles. prima enim est partium corporis exinanitio. Dein absumpto iam alimento omni attrahendi ad se alimenti noui aliquid exinanitarum earundem auiditas atque appetitus, sed naturæ adhuc opus, tum uentriculi ex auiditate hac exuctio, mox huius ipsius sensus, omniumque postrema appetentia animalis hæc iam, non naturalis functionis opus. Atqui prima illa, quam diximus, exinanitio, non nisi confecto prius bene per corporis particulas omnes alimento, attractoque prius exactè, & apposito partibus & agglutinato & unito fit. quæ quum (ut diximus) omnia imbecillia, ab imbecilli itidem calore in senibus esse reperiantur, sic planè ne ultima quidem hæc ipsa consequens appetentia ualida esse in his posse credetur, simul intemperaturæ omnes, supra modum factæ cuiusmodicunque sint, actiones edunt imbecilles semper. at senum frigiditas, & siccitas modum excedunt, ut ideo necessum sit hac quoque eos functione debilitari.

ὡσαύτως δὲ ὑπὲρ αἰσθήσεως καὶ κινήσεως καὶ πρακτικῶν, καὶ φυσικῶν ἐνεργειῶν διαλέγονται. *Eodem modo de sensu & motu, functionibusque, actiuis, & naturalibus disserūt.*) Actiuas functiones appellat, & practicas, quæ intellectus actiui & practici opera eduntur, ut rationalis ex hoc animæ pars intelligatur. nam de sensilis facultatis functionibus accipi non potest hoc, aut de motrice facultate peculiariter, dicto iam eodem uersu περὶ αἰσθήσεως καὶ κινήσεως. Atque ita triplex illa animalis quæ dicitur facultas, comprehensa his erit rationalis, sensilis, motrix, sicuti naturalium functionum appellatione eæ quoque quæ cordis sunt continebuntur: hæc autem ait, ostendens quàm longè abeant ab inquisitione recta iuuenum & puerorum caloris, de rebus his tam procul positis disputantes.

ὡς μὴ γινώσκειν ὅτι τε πάσης ἀποδείξεως ἀρχαὶ τὰ πρὸς αἴσθησίν τε καὶ νόησιν ἐναργῆ. *Vt ignorent demonstrationis omnis principia esse sensui & intelligentiæ manifesta.*) Horū, ut colligi ex libro de optima secta ad Thrasybulum potest, quæ sensibus aperta sunt, rectè φαινόμενα dicentur: quæ uerò νοήσει, & intelligentiæ ἐναργῆ, ut notiones quædam sunt communiter omnibus notæ, prima apparentia & conspicua dixisse liceat, manifesta & euidentia secunda.

ἔσται δ' ἡμῶν ἡ κρίσις ἀρίστη καθ' ἓν, καὶ ταυτὸν σῶμα βρέφους ἑνός. *Erit autem iudicium nostrum optimum in uno eodemque infantis unius corpore.*) Obiiciunt hoc loco, seque uix intelligere dicunt, quomodo fieri potuerit, ut qui infantium, puerorum, ætate florentiū corpora tangēs examinari, tot annorū spacio immutationis nihil ipse senserit Galenus in tēperamento suo aut tactu, uel si quid illi tale contigit: quomodo tāgendi ui ita immutata, firmū satis ac sanū discernendis expēdendisque, hac de re, ætatib. afferre iudiciū potuerit. Nec uidēt Authoris se huius

locum

locum, quem reprehendendum sibi sumunt, non satis intelligere. Etenim si de pluribus eodem tempore tangendis iudicandisq́ infantibus, pueris, iuuenibus accipiunt, de immutatione, aut temperamenti aut tactus nihil habebunt quod dicant, eius qui tangere, & iudicium ferre debeat, sicuti planè ne tangendorum quidem: potest enim totius fortè mensis, aut etiam dimidij, multoq́ etiam hoc minore spacio uniuersum id iudicium peragi, quo tempore conseruari (nisi omnino quis de industria erroribus uarijs corrumpat) intactum temperamentum idem corporum omniū facile queat probantium & probandorum: excepso si, iuxta Heraclitum, sicuti ille bis neminem in eundem fluuium incurrere aiebat: ita nemini liceat toto eo tempore eidē eorundem infantium, puerorum, florentium ætate temperamēto manum imponere, quod perpetuò fluens nunquam in eodem consistat quicquam: sed nos fluores hosce Heracliteos tam procul à sensibus nostris autugientes non assequimur Medici, ne cogitatione quidem ulla, utiq; medica, philosophis relinquimus arripiendos tam euolatiles. Quòd si de uno eodemq́ infantis corpore (ut quidem cēseo) intelligendum esse accipiunt, temporibus diuersis tangendo: iterum iam dico, non uident docti hi se nihil uidere aut dicere in hoc. sic enim in uniuersum scripsit Galenus. Erit autē iudicium nostrum optimum in uno eodemq́ infantis unius corpore. neq; enim impossibile est, cum qualis quidā prius illi calor fuerit, annorum duorum ætatem agēti, meminisse tum, qualis nunc sit, duorū aut trium fortè annorum interuallo post. Audis? postquam primo tum tactus fuerit annorum duorum infans, triennio deinde tantum post iterari, idem ut tangatur rursus dicentem: non autem quod obijciebatur ut ab infantia ad pueritiam, à pueritia ad florentem usq; ætatem traducatur tempus, in quo idem ab eodem tangatur, caloris discrimini notando: quando, si quid de infantis calore mutatum toto eo triennio fuerit, facile sit ratiocinari, ad uigentem deinde ætatem usq;, quàm magnus immutationis futurus excessus sit, pro rata temporis parte: uel si nulla sensu deprehēsa immutatio fuerit, colligere, ne immutatum quidem iri pòst, nec ideo expectandum necessariò tantum temporis sit. Attamen ne horum quidem quicquam sit uolo, & tangendum do infantem eundē, puerum, adolescentem, iuuenem Galeno eidem, ad consistentis usq; ætatis extremum: idipsum, quod probare hic intendit, dico æqualis semper tenoris calore per id tempus fuisse ad dijudicandum apto, Galenum. Quid autem dicitur aut probatur hic aliud, quàm eundem atq; æqualem habendū semper esse iuuenis ac pueri calorem? Quo si omnes sunt ætatum carū, & Galenus, cuius tandem cunq; temperamenti ille fuerit, fuit: si fuit, longo quamuis ætatis decursu rectū semper ad id iudicium afferre potuit, de eodem, inquam, aut alio ętatis utriusq; calore, ipse in eodem semper caloris tenore perstans, in humidi quamuis & sicci oppositione non eodem prorsus modo se haberet interea: & reuera ita esse deprehēdetur, ut Galenus ait, calor quippe idem in utroq; atq; æqualis, puero æquè ac iuuene, diuerso quamuis in subiecto humescente ibi, hic siccescente, quæ materiæ solū diuersitas est. Quo fit ut caloris plus sortiti fuerint pueri, sed natiui, bene humidus quippe is, minus iuuenis, quo minore iam cū humiditate calorem suum obtinent, diuersa tantum in materia. ęqualitate eadem, gradusq́ eiusdem sicuti eundem induere caloris gradum potest materia humida, æquè ac sicca. cuius planè rei exempla proferuntur à Galeno hic luculenta.

CAP. III.

Ἀχώριστον μὲν γὰρ δὴ ξηροῦ σώματος ἡ σκληρότης, οὐ μὴν ἴδιόν γε τούτου μόνου. Etenim inseparabilis à duro corpore durities quidem est, neq; propria tamē huius unius.) Tantum est dicere: Durities sicco corpori conuenit omni, sed non soli, plumbum, argentum, glacies dura, & potestate tamen humida.

Τῆς καρδίας δ' ἐστὶ τὸ τῶν ἰνῶν γένος ἴδιον, ὥσπερ καὶ τοῦ τῆς ἀρτηρίας, καὶ φλεβὸς χιτῶνος, ἐντέρων τε, καὶ γαστρός. Cordis autē proprium est fibrarū genus ut arteriæ quoq; & uenæ tunicæ,

& intestinorum, & uentriculi, & uteri, & uesicæ utriusq.) Musculi propriam habēt carnem suam παρέγχυμα quoddã, fibrarum genere ex ligamentis ab osse & neruis, à cerebro prodeuntibus, compositarum, inq; tendones desinentium tandem, intertextum: quæ sanè fibræ iam omnino generis, quàm propria musculorum caro sit, habēdæ fuerint: at cordis, uenæ, arteriæ, quorundamq; præterea aliorum aliter se habent fibræ: eiusdem nempe generis & substantiæ, cuius ipsa quoq; composita sunt, cor totum, uena, arteria, ex fibris sui quæq; generis, propriaq; essentia quæ cõstent. Quod sanè facit, ut inter organicas quidem seu instrumentarias partes recipiantur arteria ac uena, sed omnium primas, minusq; multo alijs compositas, atq; hactenus tantum dissimilares habeãtur, quatenus effictæ in cauitatẽ sunt, & fibris cõtextæ: sed sui tantum, ut diximus, atq; unius generis, diciq; ideo ex similaribus compositæ queant, proprij omnino generis sui: dissimilares ipsæ hac tantũ ex parte, quòd figuratę sint non ut nasus (exempli causa) aut oculus, musculiq;, quorũ iam meminimus ipsi, partesq; aliæ compositiores, quæ dissimilares ipsæ ex similaribus multis inter se dissimilibus, generisq; diuersi cõtexuntur, ex humoribus & membranis oculus multis, ex osse & cartilagine mẽbranis, carne nasus, ex alijs alia, diuersi semper generis. at uena & arteria ex unius tantum generis, eiusqúe substantiæ suæ proprij, imò prorsus suæ similaribus constant: sed in fibras iam formatis, & in cauitatem effictis, ut dissimilares ideo totæ sint ita in unum cõflatæ. Nos enim eandem habendam esse dissimilarem & organicam, siue instrumentariam partem opinamur, ut quæ organica, dissimilaris ea omnino quoq; habenda sit: plus tamẽ ac minus compositam alia aliam dicimus, sed compositam tamen omnem & instrumentariam. tam enim uenæ & arteriæ particula quæq; seorsum uena & arteria non est, quàm nasi nasus, aut oculi oculus, quod organicarum & dissimilarium partium proprium est, eo solum ut dictum discrimine, quòd unius tantum, ac proprij generis constituunt illas fibræ, alia diuersorum ac plurium: satisq; illis dissimilitudinis accedat ex fibrarum in longam protensione, quarundamq; etiã transuersarum, ac cauitatis figura, ut subire dissimilarium rationem possint. quamuis id in compositis magis appareat etiamnum magis, nec sanè securis (cuius illi exemplum attulere) separatim particulæ nõ dissimilares dissimilesq; inter se meritò habebuntur: formam nempe figuramq; securis minimè retinentes, totã, unde dictæ dissimilares, similares essent & haberi iure possent in ferri massa ante figuratã securim, & seminea materia in uenis & arterijs ante fibrarum figuræq; totius conformationem. Nunc accedens hæc dissimilares reddit, easdem & organicas siue instrumentarias.

C A P. IIII.

Ἀλλὰ καὶ παχύτητες ἕξεως, καὶ λεπτότητες ἕπονται κράσεσιν. *Verùm habitudinis insuper crassitudines & gracilitates consequuntur temperamenta.*) Hactenus de dignoscendis ex tactu temperamentis traditum, nunc de ex uisu quoq; petendis notis tradetur: tam autem gracilitas & crassitudo, quàm hispiditas & glabrities sub aspectum cadunt. de quibus posthac omnibus agetur, simul indicijs quibusdam adhibitis, prætergressi aliquando temperamenti.

Ἀπολείπεται δ' οὐ πολλῷ τῆς ἄκρας συμμετρίας τὸ θερμόν. *Relinquitur autem non multum à summa mediocritate calidum*) Id est quod dicitur, paulum discedit à temperamento æquabili in frigidum.

Πολυσαρκεῖ δὲ καὶ ὅσοι φύσει μὲν εὔκρατοι, ῥαθύμως δὲ, καὶ ἀπόνως βιοῦσιν. *Corpulenti autem, etiam quicunq; natura quidem temperati fuerint, cæterùm in ocio & sine labore degunt.*) Meritò. nam quod in prioribus caloris, paruus licet, defectus ille corpulentiæ faciebat, idem in temperato ocium faciet, quo paulo magis sopitus calor per se mediocris torpet ac minor fit, minusq; ideo absumit, ex quo corpulentia: dignoscerę autem licebit hos quoq;, ut & priores illos, ex utro genere sint, naturáne, an ob consuetudine tales, ex signis suis.

[Greek illegible] *Quod acquisititia natura sint consuetudines.*) Veteres laudant ur de hoc, quòd consuetudinem dixerint naturam esse acquisitam & accersitam, consuetudo longioris temporis quædam ex rerũ usu earum quę præstare [illegible] temperamentum nouum inuehet haud dubiè, at hoc natura medicis est, & pro natura habetur. naturam ergo inuectam faciet nouam, si temperamentum nouum. acquiritur porro & accersitur ex rerum usu sex, quæ non naturales dicuntur, introducta nulla antea quum esset eiusmodi.

[Greek illegible] *Corpulentia autē ex sanguinis copia oritur.*) Verum est, [illegible] frigidi tamen, uel natura: uel ocio, si mediocris sanguinis copia quædam sit. nam de alio corpulentiæ genere mox.

[Greek illegible] *Nam manente in proprijs terminis calido si qua sanguinis superflui redundantia, corpulentia sequatur oportet.*) Σαρξ Græcis, nobis caro est, hanc latinorē quidam, Latini magis [illegible] id uti, corpus dicunt: ut non inficia ideo [Greek illegible] nempe multitudinem, corpulentiam uertere liceat. Sed non quæ uentriosos tantum faciat & obesos, ac pingui multo & abdomine distentos: carnositas hæc si dicatur, uitabitur ambiguitas significati corpulentiæ, quo tam præpingues, quàm carne multa referti significari posse uideatur. Verùm hæc siue carnositas siue corpulentia alteram quoque hanc causam habet, quam hic refert, sanguinis multi redundantiam atque exuperantiam, siue copiam immodicam: id enim sit [Greek illegible]. Nam suprà parum declinans imminutusue seu natura seu ocio à iusto sui temperamentō, cū humido simul, neque immodico tamē, calor (quippe [Greek illegible] dixerat) & [Greek illegible] carnem corpusque multū faciebat. Hic manente optima caloris temperie, nec quicquā limites suos egresso, si multum exuperet humidum, ac ualde multus sit sanguis (hoc enim est [Greek illegible] magis, quàm [Greek illegible] aut [Greek illegible] simpliciter fueritque idem nihilominus temperatus sanguis, bene carnosos & corpulentos efficiet, alterius generis [illegible] dignoscentur inter se, quod in prioribus cum carne [illegible] pinguedinis semper non parum reperiatur, in alteris istæc minus multo, & alteri sint frigidi: siccum autē & humidum inter temperati magis humidiores [illegible] calidum uerò & frigidum inter temperatiores sint.

[Greek illegible] *Interdum uerò concurrentibus simul [illegible] & exhalatione prima [illegible] quæ meatum fabrefecit.*) Quod meatum sibi fabrefacit exhalatio pro[illegible] [illegible], ut doloris nihil crecet, dum in cute eos fabricat, nullos antea [illegible] quippe [illegible] & facit sibi siquidem [illegible] exhalatio, & in infantibus quidem causari mollitiem posis: in imberbibus, quum primum lanuginem [illegible] primam, necesse sit, sed multos cutis natura sua meatus tales posside[illegible] nostrum fugientes, qui conniuent omnes, ut continuam fas [illegible] uideantur, quos ipse sibi inueniunt exhalationes, per quos tanquam [illegible] quadam [illegible] protrudunt pilos, potius quàm soluta continuitate. Hactenus [illegible] fabricare sibi eos dici poterunt, per eosdem in cute tota dispersos, etiā ubi pili nulli sunt, & sudores profluunt, & occulta transpiratio fit: illud mirari magis licat, de os[illegible] [illegible] & fragmentosis ceu assulis, quod non semel ui[illegible] nobis contigit, exeuntibus de cute, doloris nullo, & prurientis tantummodo cutis sensu quodam, nec magno illo: tanta uis est naturæ [illegible] sagacis expellere [illegible] de corpore molientis superuacaneum.

CAP. V.

[Greek illegible] *Quod in cute neque meatus adhuc ullus illis sit [illegible]* mirū pueris. Sed meatus intellige apertos & diductos. nā commissi simul per [illegible] niuentiā, plurimi etiā tū habētur, qd' paulo antè monuimus, ut uenarū [illegible] extremarū & arteriarum oscula [illegible] coeunt, contigua inter se, non

non continu[illegible] quæ ilico ad iussa naturæ pateant: sic in puerili quoque cut[illegible]unt, ad fuliginosi deinde excrementi, tempore suo, aperituri se meatus, q[illegible] capillitium secum ferunt nati, & ciliorum & superciliorum pilos, haud dubiè foraminulenta ibi, per totum cute.

Λευκαὶ δὲ διότι καὶ τὸ τρέφον αὐτὰς τοιοῦτον οἷον εὐρώς τις φλέγματος [illegible] *Albi uerò propterea quòd nutriens eos ueluti situs quidam est pituita, temporis spatio putredinem sentiens.* De capillis loquitur ex canitie albis, quos ex pituitæ marcore ac situ, uel pituitæ potius huiuscemodi exhalatione ortum habere scribit. utitur autem eadem, qua Aristoteles uoce, libro de Gener. anim. quinto. καὶ γὰρ ὁ εὐρὼς [illegible] σαπρότης. ait ibi, sic porrò censendum. Calor senū innatus ille imbecillis ualde est, quamobrem & pituitæ plurim[illegible] erit. Ex caloris enim imbecillitate natiui humoris copia huius existit frigidi, ab humore id genus multo uapores necessario multi, simul ob innati caloris paucitatem, maioremque aduentitij copiam, putrescibiles at putrescibilitas uaporum. Ea non aliud quam situs quidam est, quod in rebus non minus extrinsecis uidemus situm cōtrahi euaporatus, atque exhalationis semper alicuius conclusæ marcore. iam situs, quoniam ac[illegible]iam exhalationem causam habet, albet at ut pruina, ut nix: sic albescunt cani, non ob putrefactionem aut marcorem, sed quia marcoris in uaporosa & acria materia factus, colorē eum capillis a[illegible]dit, ut rebus alijs multis situs, præsertim uero si ex albicante ma[illegible] ut pituita. De putredine uerò putredo ea non est uera. neque enim n[illegible] & c[illegible]nta[illegible]s a se partes in cōsensum secum traheret, aut tanti temporis es[illegible] itaque rectius [illegible]ctū accipi a Galeno debet [illegible] inquiente, simile id quod putredini potius esse, simul & de eo quod tempora in senibus potissimum atque inprimis canescant [illegible] a Galeno potius [illegible]abimus, qui quod non primo id in reliqua capitis parte [illegible]niat, [illegible] causa esse innuat craneum [illegible]m ambientem, quippe paucus humor facilius à natura regitur coquiturque, nec tam sentire citò excrement[illegible], ex eo uapores putredinem solent. in tempor[illegible]us autem humoris p[illegible] ob paulo maiores ibi musculos, quàm ab Aristotele, qui quò[illegible]n sincipite id non contingat primo, ob humoris multitudinem fieri dicat: q[illegible]a quod mu[illegible]tum non facile putrescat, quasi quæ allegatur de maris aqua n[illegible] putrescibili, c[illegible]sa, uastitas: eadem ualere hic quoque debeat, quæ si fuerit tot[illegible]n occupet cerebrum undecunque pituitosus humor necesse est qui putre[illegible]ini resistit. E[illegible] qui magnæ pu[illegible]dines, quæ [illegible]es magnas fac[illegible]t, p[illegible] semper humoris secum trahunt, [illegible]us parum sane resistat [illegible]tudo a[illegible] copi[illegible] q[illegible]n putrescat: sed & caluitium quod in eadem capitis parte [illegible]t, nempe priore, [illegible]i dubi[illegible]m quin causam, ueri[illegible] tem q[illegible]m Galenus at[illegible]t, q[illegible]n humiditatem cum [illegible]iditate nimiam, quam Aristoteles. Cæterùm quod c[illegible]u tie[illegible] in occipitio nul aspec[illegible]etur, id [illegible]erò musc[illegible] facient eo pertingente[illegible] qui quia musculi sunt, humoris secum adferu[illegible] aliq[illegible]id, ne tantopere siccescat p[illegible]s ad caluitiem suscipiendam.

CAP. VI.

[illegible] *N[illegible] ip[illegible]a simpliciter omnium [illegible]d quæcunque temperamenta similiter [illegible]e cum cute habent.* In re[illegible]bus intemper[illegible] [illegible]on fines, inquit, ex [illegible] [illegible] cutis ipsius temperamenti, u[illegible]lum, in temperata posis: neque [illegible], part[illegible]m omnium, sed illarum tantummodo quæ simile cuti temperamentum [illegible]titæ sunt [illegible] autem ferè musculi, eæ, cut[illegible] post carnosam membranam, quam uocāt, subiecti, magna ex parte temperamentum cutis sequ[illegible]i, nisi nimi[illegible]s foris aut calor aut f[illegible] obs[illegible]r. [illegible]ro [illegible]o ab ambiente frigore, ut in frigida nimis regione, innato calore, & ab ext[illegible] eco c[illegible]re foras euocato, depaupera[illegible]que ita u[illegible]ri b[illegible]t in calida. Quæ quum fiunt, sic ex calido aut frigido cordis iec[illegible]risque (sequi enim id [illegible]ecip[illegible] cati[illegible]nes caloris aut frigoris has solet) temperamento, facile

cile muſculis quoq; illiuſmodi addetur temperamẽtum, propterea quòd in uiſcerum duorum illorum temperaturas promptè trahantur, cutiq; tunc ſoli ſuũ relinquetur ab ambiente, de interiorũ uerò partium temperaturis ex functionibus iudicium in regione intemperata ferendum fuerit. Quanquã in temperata quoq; neceſſarium ſæpe futurum id ſit, quando non ſemper eundẽ cuncta tenorem ſeruãt: ſed uariare quoq; cõtingit, uel in bene attẽperato circumiecto nobis aere, atq; aliàs diuerſis de cauſis immutari colorẽ cutis uidemus, interdũ & ſubſtantiã, perſiſtẽte nihilominus interea tẽperamento partibus alijs ſuo.

Οὕτω δὲ καὶ βόεια κρέα, καὶ πάντα τὰ δυσκατέργαστα καλῶς πεπτόντων ἄμετρον τὸ θερμόν.) *Eorum pariter, qui bubulas carnes cunctaq; confici difficilia ritè concoquunt, immodicus eſt calor*) Iidẽ hi tremula aut ſorbilia oua, ac cõcoqui facilia multa corrumpent potius quàm ritè concocta in alibilem ſubſtantiam uertent: ſcilicet, quum non in quo uires ſuas exerceat rectè concoctrix facultas, cuiusq; ueluti repugnantia reſiſtatur immodicè nimis operato colori, concoctilibus illis inſit quicquam, deſtructa diſsipatur ſtatim eorum ſubſtantia, peritq;: at non tam facile cedens bubula, huicq; ſimilia alia, ut uincantur tandem, reſiſtunt tamen, & accepto paulatim ſenſimq; calore per totum, utiq; alterationem ſubeunt, ſubſtantia tamen integra manet ad alendum.

Καὶ μάλιστα τοῖς ἀκριβῶς πέψασιν ἐμεῖται τὰ ξανθά. *Magisq; qui exquiſitè concoxerint, uomuntur his flaua.*) Caloris plurimum obtinẽt exactè concoquentes, ut multũ proinde gignere bilis poſsint in ſanguificatione, multo autẽ magis ex inedia. Longius nanq; abiens cõcoctio ſanguinis non ſinè parum in bilẽ uertet, calore multo attenuati, iamq; bilioſi gignẽt hæc bilẽ planè multã, atq; eam flauam.

Καὶ ἡ τῶν μελαινόντων τε, καὶ πολλῶν τριχῶν γένεσις εὐκρασίας ἐγκεφάλου γνώρισμα. *Nigrorũq; capillorũ & multorũ generatio, bonæ cerebri tẽperaturæ ſignũ*) Vtiq; in adulta & cõſiſtenti ætate id. nemo enim eſt, qui nõ ita audiendum dictum hoc eſſe uideat.

Κατὰ τοῦτον οὖν τὸν τρόπον ἀεὶ χρὴ σκοπεῖσθαι περὶ κράσεως, ἕκαστον ἰδίᾳ μόριον ἐξετάζοντα. *Ergo in hunc ſemper modum de temperamento cogitandum eſt, unamquamq; priuatim partem examinanti.*) Vnamquamq; quidẽ, ſed caput tamen inprimis, atq; ante omnia uentriculum. Quæ duo membra ſi diſcordi ac diſſentiente inter ſe temperamẽto eſſe reperiãtur, plurimũ aſsiduè negotij exhibẽt medẽtibus: nec minus ſæpe ſanitatẽ quoq; ipſam tuentibus, & alioqui ſeparari ab aliorũ tẽperamento magis, uariaq; fieri duorũ uiſcerũ horũ, tẽperamenta uidemus ſæpius in temperaturis inæqualibus, minus ſæpe cordis ac iecoris, nõ diſsimilia his quæ hic tradũtur, ſenſiſſe inuenias Galenum, in libris de Loc. affect. & de tuend. ſan.

Εὔλογον γὰρ ὄργανα μὲν εἶναι ταῦτα· τὸ διαπλάττον δ' ἕτερον. *Rationabile enim eſt, hæc quidem inſtrumẽta eſſe, formans autem diuerſum.*) Qualitates intelligit, ex quibus calido pro organo ſiue inſtrumento utatur formatrix uirtus, effingendis corporis partibus: & poteſt quidem calor inſtrumentum eſſe uirtutis huius oris, aurium, naſi, oculorum, meatibus, ſimilibusq; alijs adaperiendis formandisq; initio: at eadem maiora dein, minoraq; fieri calore eodẽ, maiore itidem, minoreq; ſolum: eſſeq; ideo magni paucique caloris argumento poterunt, tanquam caloris unius opus id ſit, quod ad magnitudinem illorum naturali maiorem aut minorem attinet.

Τὸ δεῖν ἐπισκέπτεσθαι τὰς μεταβολάς, ἐξ οἵων εἰς οἷα. *Mutationes cõſiderare opus eſſe, ex qualibus, in qualia fiãt.*) Hippocrates in lib. de humoribus, & ſexto Epid. ſect. 7.

Ἀλλ' εἰ μὲν ἀκμάζων, οὔπω τοιοῦτο: *Sed ſi ætate florens ſit, nondum talis.*) Nimirũ melancholicus, bilioſum potius dices ętate ea, in qua bilioſi humoris copia uiget, hominem inquam, nõ temperamentũ, neceſſariò quidẽ. id enim eſt quod hoc loco perſuadere nobis ſtudet Galenus, non cõuenire in idẽ eodẽ ſemper tempore, duo hęc in corpore, temperamentũ atq; humoris genus, eiuſdem nempe temperamenti: ut pro molis totius corporeę frigiditate, utputa & ſiccitate, neceſſariò frigidi una & ſicci humoris dominiũ in corpore uigeat ſemper. ſic enim

frigidi

frigidi & sicci atrabilarij humoris plurimum retinerent assiduè, quod non est, id quidem uel in senibus manifestum frigidioris & siccioris temperamēti semper, ac frigidiore & humidiore tamen, cuiusmodi pituita ipsa est, redundantibus. idem argumenti ex multis alijs similibus colligas, quando ineptum quoque fuerit existimare, ut quicquid succrescat plus iusto humor ex alimentorum facultatibus, aut quo alio, in uictus ratione, errato, temperamētum simul immutandum confestim fore: temperamentum in habitu est & constitutione, humores locum alium occupant: & quidem temperamento sæpe diuersi, facturi tamen temporis spacio, si diutius perstiterint, temperamentum interdum aliud, sibiq; proprium.

ἡ γὰρ τοῦ δέρματος πύκνωσις εἴργουσα τὴν παχυτέρων περιττωμάτων τὴν διέξοδον. *Etenim cutis densitas crassiorum excrementorum exitum prohibens.*) Non statim, inquit, hispidus aliquis melancholicus quoq; fuerit, quamuis esse debere uideri possit, propter humorum exassationem, quam caliditas & siccitas faciat: sed ut hoc sit, ac calidi & sicci temperamenti posita ea nota fuerit, at melancholicum tamen hominem hispidum illum non reddet illico: quod tum demum cōtinget, quum intra uenas receptus, assationeúe genitus melancholicus humor fuerit, id quod, nisi tempore dein aliquo non fit. prius enim in calido ualde, & sicco temperamento, corporis mole ambituq; contenta crassiora excrementa, prohibitoq; ex cutis forte densitate illorum transitu, exassata, pilis producendis materiam multam suppeditauerint: nec dum tamen melancholicum fecerint aut arguerint, quippe exustis assatisq; excrementis tantummodo illis, non etiam humoribus. Quod postmodum tamen quum factum fuerit, melancholicum dicemus ex humore, non ex temperamento (id enim solidiorum magis partium est) sic fit, ut notæ apparere quædam melancholici humoris possint, nec sit tamen ullus, & post futuri tantum sint: quum uidelicet habitudine forte tota contenti succi in melancholicum humorem abeunt, ut melancholicum dicere ex hoc possimus aliquem secundum humorē. Rursus calido & sicco temperamento aliquis temporis spacio frigiditate acquisita frigido & sicco euadet, exustisque iam humoribus melancholicus eodem tempore reddetur uerus, temperamento scilicet toto solidiorum partium: at is in principio frigidus & siccus pituitam potius gignet, diuersum à temperamento proprio humorem, frigidum quippe & humidum.

IN GAL. LIB. III. DE TEMPERAMENTIS.

CAP. I.

Τέλειον γάρ τι, καὶ ἤδη παρὸν ἡ ἐνέργεια, τὸ δυνάμει δ' ἀτελές τι, καὶ μέλλον ἔτι. *Perfectum nanq; quiddam, ac iam præsens est actio, siue quod actu est, quod uerò potestate imperfectum, futurumq; adhuc.*) Quum in præsenti agunt res intelligendum, ut quum aqua frigefacit actu, aut calefacit ignis. nam quum nondum agunt quidem, sed agere corporibus admota mox possunt, iam tum quoq; actus illorum is fuerit primus quidam, ut dormientis musici, canendi. de secundo igitur intelligendum ueniet actu hoc, quoniam τέλειον dixit, & παρὸν, & ἐνέργειαν.

ὁ δὲ πρῶτος τρόπος ὁ κυριώτατος ἐστι τῶν δυνάμει, τὸ δέ τι λεγομένων ὑπάρχειν. *Primus autem modus proprius maximè est eorum, quæ potestate hoc aliquid esse dicuntur.* Modus prior fuerat, ut quum ex nuper nato, in quo rationale potentia tantum inest, adultus ac uir factus actu quoq; idipsum rationale retinere potest, ac iam retinet, ratiocinans forte (hoc enim dicebatur) actu, uidelicet in præsenti, perfectúmq;: perficitur ergo in eo materia solum prior, & elaboratur magis sempermagisque: neq; nouam formam accipit, sed in priore elucet perfectiore iā, ideóq; in actu esse dicitur, quod antea potestate tantum fuerat, quoniam perfectionem

fectionem iam accepit: at in secũdo, proxima materia quæ προσεχὴς hic dicitur, aliam prorsus formam suscipit, ut ex sanguine caro, & ex uapore aer fiat.

πότερον τοῖς εἰρημένοις τρόποις ὑποπίπτουσιν, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ λέγεται, μηδέπω δ' εἰρημένον. Nunquid dictis modis subijcitur, an alio quodam modo dicitur, nondum dicto.) Propior ac similior secundo, quàm primo modo, omnino calidorum utiq; potentia medicamentorum ratio, ac primo tamen non dissimilis. Nam quatenus à calore nostro in actum & energiam producitur illorum calor, incalescuntq; facile & excalfaciunt nos. Hactenus proxima erunt caloris materia, & secundo modo comprehendentur: primo autem, quatenus nõ nisi elaboratione aliqua, caloris quippe nostri latens eorum potentia ad energiam prodit, & perfectionem sumet, imperfectior antea: frigida porrò à calore nihil aliud habent nostro, quàm ut distributa in particulas, sectaq; exerere melius frigefaciendi uires suas queant: & concalescunt illa quidem quoq; primo, sed abiecto mox aduentitio calore hoc, resumtaq; promptè naturali facultate sua, operantur frigefacientia.

ἐπειδὰν δὲ κατὰ μίαν ἥντινοῦν τῶν ἐν αὐτῷ ποιοτήτων τὸ σῶμα μεταβάλλῃ τὸ πλησιάζον, οὔτι καθ' ὅλην ἑαυτοῦ τὴν. ταύτην τὴν ἐνέργειαν ὑποληπτέον. Vbi uerò secundum unamquamlibet earum, quas habet, qualitatum admotum sibi corpus immutat, tunc neq; ex tota sui substantia agere censendum.) Conuenientia substantiæ totius inter ea est, quorum temperamẽti similitudo extat ex qualitatibus quatuor resilientis, & ceu harmonia quædam commixtarum inter se rerum proportione mutua respondentium existit, ex hac congruentia alimentum in aliti substantiam mutatur totum, substantiæ totius similitudine: sicuti in quibus rerum earundẽ diuersæ prorsus analogiæ compositio est, ac dissonus fertur concentus, ea ex substantia tota sibi inuicem repugnant, exq; repugnantia illa discordia feruntur semper: hæc sunt deleteria, à quibus uictum immutatur corpus, ut alimenta immutat ipsum, exq; tota substantia agere utraq; dicentur, & pati. Actio autem quæ ab una aliqua tantum qualitate fit, ex recitatis modò Galeni uerbis, à tota substantia non erit rectè. neq; enim misti totius (quod Auicennas censuit) substantiam & temperamentum totum complectitur qualitas sola, pereuntibus alijs: sed concentus harmonicus temperamenti conferentibus illi ad totum, totiusq; summam omnibus, ac manentibus fit existuntq; actiones inde, & passiones à tota substantia, cuius interim tamen misti ac compositi esse possint ab una aliqua qualitate actiones aliæ quædam, quæcunq; tandem in misto qualitas, reliquas exuperans dominetur: ut in eodẽ chori eiusdem uocum plurium cõcentu, & audiri harmoniam uocum simul omnium unam totamq;, cuius summam uoces unà omnes persistentes faciant, & eminere tamen ex illis unam sæpe, atque alteram uidemus, quæ exaudiri cæteris melius ac clarius soleant. Sic in tritico, (ut hoc exemplo innumera alia contineantur) & tota considerabitur substantia, qua alit, & caliditas parua quædam qua præter quàm alat, etiam calefacit. Quin inter deleteria eiusmodi habentur quædam, authore Galeno, ex tota substantia totoq; genere talia, ut putrefacientia, quæ nihilominus in lib. de Simp. medic. facul. 3. calore & humore nimio constare asserat, ut propterea non à tota agere substantia uideantur. Sed nos duo his quoq; inesse dicemus, neq; negabimus deleteria hæc quoq; ac uenena habenda omnino esse, qua putrescentia, & quidem toto genere, ut ex tota substantia agunt: at qua calida & humida tantum, pernegabimus, quum, nisi putrefactio adsit, ne interitus quidem sequatur, eo quidem modo, quo illius generis deleteria interimunt. ex calore igitur & humore horum, temperamentiq; eiusdem sanguine, putrefactio authore eodem in loco Galeno, tanquam alia iam à temperamento illo: ex putrefactione uerò interitus, hacq; ergo ex parte solum uenena, idq; toto genere, quoniam toto genere putrefactio à substantia nostra differt: non quemadmodum sola caliditate nimia ad summũ, aut frigiditate, aut sicci-

tate, aut humiditate etiã interimentia, solius qualitatis uiribus nimio plus exuperantibus, quæ nemo unquam uerè ac propriè deleteria aut uenena dixerit: hæc dicta hic sint, ut constare sibi hic atque ibi ostendatur Galenus, cui obijci illud potuit, quæriq; ab eo, si deleteria putrescentia quoque habẽda sunt, aguntq; hæc calidi & humidi qualitate: quomodo quæ una qualibet qualitate agunt, ex tota substantia agere negantur, atqui eo modo ac ratione deleteria semper agunt: non agere diximus qualitatibus tunc his, quum ut deleteria agunt, sed putrefactione qualitates hasce insequuta solummodo: & quidem sui generis, non qualis putridarum febrium, sed qualis medicamẽtorum putrefacientium σηπτικὰ græci dicunt, quæ duo sunt in eodem, ex tota substantia, atque ex caloris & humoris qualitatibus opera.

CAP. II.

Συμπίπτει δὲ καὶ τούτοις ἅμα τε φαρμάκοις εἶναι, καὶ τροφαῖς. *Contigit autem his, ut simul medicamenta sint & alimenta.*) Mirum maximè uideri queat, eadem in materia, subiectoq; prorsus eodem, & conuenientiam inueniri cum re quapiam alia, & diuersitatem posse, ut lactuca & alamur, tanquam conueniens nobis ex tota substantia, temperamentum nacta sit, & rursus refrigeremur, tanquam diuersum: imò uerò quibusdam alamur, atque ijsdem intercimamur, tanquam conuenientissimis eisdem & aduersissimis, amicissimis & inimicissimis. Quod de Hyucæ radice traditur Indicæ, cuius expressus succus uenenũ nocentissimum habeatur, radicis intereà reliquo siccato, & in farinam molito ad panificium: eidem autem inhærescere utrumque Hyucæ subiecto, ualde uerisimile est: quòd sicuti in melle nullam accipere sit particulam, in qua nõ & dulcedo & acrimonia, & calefaciendi & abstergendi uis aliqua insit: sic in lactuca, absinthio, rosa, aloe, quorum omnium diuersæ, adeoque contrariæ facultates perhibentur, minimis quibusque portiunculis facultas quæque inerit, quæ in uniuersis: rursus demptus illi eidem hyucæ arte sua succus necandis hominibus, & alendis seruatus pollen, contrariũ ostenderit, nõ posse eidem nimirũ particulæ adesse utrumque. Quod idem fieri in alijs, ac lactuca quoque potest, cuius ipsius succus, si nimius exhibeatur, lethalis esse dicitur, frigiditate sua: ut iam alterum hoc ueneni generis alterius, manifesta qualitate interimentis exemplum sit, reliquum autem securius præbuerit alimentum. Hæc inquam, atque huiusmodi alia de quibus, artificio separationis adhibito, diuersæ ac sæpe contrariæ seorsum substantiæ eliciuntur: fateri nos cogent, diuersum quoque prius, dũ unà fuerunt, occupasse subiectum. Quod si admittitur, nihil miri erit, incommodi nihil, si alterum uni inhærescet manifestiorum qualitatum, atque alterum subiecto alteri temperamentum occultiorum facultatum, ac uirium illud, quod ex tota substantia dicunt. Quin si, uel prorsus eidem inhæreant, nullum tamen sequuturum fuerit inde incommodum, quoniam additum alterum perficere sæpe primum quod iam pro subiecta materia habeat, superuentu suo potest, tanto magis hic, ubi eidem quidem insunt radici: ut puta aut plantæ, sed diuersis tamen in particulis, temperamenta, penè ut in corpore nostro (si cõferre diuersi inter se generis res quasdam licet) fit, in quo uegetatricem insitam prius, uelut materiam perficit accedens uitalis animæ pars, hancque eodem modo, utramque imò aduentu suo animalis ad maiorem perfectionem adducit. Quibus planè singulis diuersa pariter inter se ratione pugnantibus sæpe diuersa corporis in parte sedem constituamus suam medici, cum Platone. Nam si, ut ad hyucam redeamus, (iuuat autem proferre rerum exempla omnium maximè illustria ac luculenta) in hyucæ radice tam carnosæ illius, quàm succosæ inest parti succus noxius ille, & tam succosæ, quàm carnosæ alimentosa substantia: quomodo in disseparatis nihil omnino relinquitur alterutrius in alterutro facultatis aut uirium, aut qua

ratione

ratione quod alimētosum inerat in una transiuit ad alteram: eodémque modo de uenenoso, si accidens id est, sanè subiecto derelicto priore, non facile migrabit in aliud u etantibus, ne id ita arbitremur, maximis philosophis. Sin, ut placuisse superioris ætatis primæ clasis medicis uideo, substantialis forma est, nec temperamentum, sed actus & perfectio temperamenti quædam: eatenus temperamenti dicta, quatenus ex contemperamento & mistione consequitur mirifica, extrinsecus adueniens, demissa cœlo, siue etiam intrinsecus producitur, & ex materiæ omnino sinu prodit, ut authoritatis non minoris quibusdam alijs uisum: utrocunque modo fiat, (quod tamen quomodo habere se credamus, posterius commodiore loco dicetur) neque foris accedens in temperamentum quodlibet temerè induet se, neque intus inchoans ex temperamento quolibet, aut mistione prodibit, minusq́ue ideo multo idem prorsus occupare poterunt subiectum, aduersissimæ sibi inuicem duæ nocentissima hominis, & iuuantissima, ut in Hyuca. hoc igitur existimandum de his esse credemus. Illud autem de aloe ac melle, & huiusmodi, partibus suis omnibus facultates repræsentantibus diuersas, sæpe etiam contrarias, uerum quidem esse fatebimur: at interea adhibito artificio (ut fieri in multis iam uidemus) disiungi eas, ac subiectis suis relinqui posse arbitrabimur, confusis prius in unum, permixtisq́, eóque fallentibus: at quæ distinguere tamen ratione liceat, ut re quoque non rarò distinguuntur. Illud addendum ex hoc loco, antequam progrediamur ulterius, quod facturum ad ea quæ pòst dicentur de his spero, & hic scriptum inuenio his uerbis: εἶναι δὲ τὰς αὐτὰς δυνάμεις ὅλης τῆς οὐσίας ἑκάστου τῶν σωμάτων, ἥν ἐκ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ κεκρᾶσθαι φαμέν. Esseq́ue facultates eas totius corporis uniuscuiusque substantiæ, quam ex calido & frigido, & sicco & humido mixtam esse dicimus, ut habeant sibi hoc qui dixêre non intellexisse Galenum crasim primarum qualitatum, & commixtionem primorum corporum, quum temperaturam formam esse substantialem dixit. Hic quidem & κεκρᾶσθαι legimus, & ὅλης τῆς οὐσίας, quam esse formam rei oporteat, substantialem. id enim οὐσία est, aut οὐσιώδης.

Ἀλλ' οὐδ' ὅτι πινόμενος μὲν ὁ οἶνος ἱκανῶς θερμαίνει τὸ σῶμα, κατὰ δὲ τοῦ δέρματος ἐπιτιθέμενος, οὐ θερμαίνει. Sed neq; cur epotum uinum abundè corpus excalfaciat, cuti uerò impositum non excalfaciat.) Sequitur: Δέδεικται γὰρ ὀλίγῳ πρότερον οὐχ ἁπλῶς ὥσπερ θερμὸν φάρμακον, ἀλλ' ὡς οἰκεία τροφὴ θερμαίνων τὸ ζῷον. demonstratum enim fuit paulo suprà, non absolutè ut calidum medicamentum, sed ut nutrimentum proprium, quòd animal excalfaciat, ualenter & abundè excalfacere uinum dixit primò, mox tanquam proprium ac conueniens nutrimentum calfacere repetit: quo planè modo calor qualitate & uehementia aliqua non intenditur, ac quantitate sola augescit, aucto sanguine, sed eiusdem tamen in calore ordinis ac tenoris: non ut ea quæ præter alendi uim, calfaciendi insuper aut frigefaciendi potentiam retinent, ac non simpliciter atque absolutè auctam tantummodo sanguinis, qualitate eadem præditi, quantitatem addunt: sed intentiore quoque facta qualitate, hoc est plus iusto excalfacto, totum uidelicet hoc, sanguine adaucto calidiore, ut ex fœniculo, uerbi gratia: uel contrà frigidiore, ut ex lactuca, ex qua auctus dici poterit calor, quippe augescente sanguine qualicunque, spiritibusq́ue unà pluribus necessario, ac copiosioribus factis, & caloris substantia maior simul facta augescet: quamuis interim qualitatis iacturam aliquam faciat. id quod rerum multarum aliarum exemplo, hic quoque non inconuenit diuersorum respectu fieri ut posit. At in uino inerunt omnia. nam & calfaciet adaucto sanguine, eiusdem cum priore qualitatis pro bibituri temperamento dilutum, & meracius quàm potantis naturæ & temperamento conueniat, sanguinis eiusdem quantitatem augebit, & qualitatem intendet: & iusto dilutius frigefecerit, repressa ex parte ca-

 loris

loris qualitate, & auxerit tamen sanguinis copiam cum spiritibus. Semper autem, quod diximus, si pro potantis natura ac tẽperamento cõcinnetur. Quod hodieq; fieri à plerisque uidemus, ut sibi potum ex uino plus minus, pro eo ac illi naturæ conuenire suæ experti fuerint, diluto præparent, copiam tantum, ac quantitatem sanguinis auxerit, spiritusq; unà plures omnino quoque crearit: omnia mediocria, relicto priore naturæ suæ temperamento: quo planè modo audiẽdus hoc loco Galenus est. at meracius, eoq; potestate calidius, quàm cuiusque naturæ conueniat, potum, non modo quantitatem qualitatemq; sanguinis immutarit, auctiore hac, intensiore facta illa: sed etiam, priusquã in sanguinem uertatur, dum elaborari incipiet à calore, quod citò fit, concalfecerit uentriculum, miseritq; actutum in caput uapores egregiè illud sæpe ferientes, dispersaq; temporis momento per corpus uniuersum tenuissima sui parte, caliditate noua affecerit totum, & rubidos fecerit: hocq; nomine abundè satisq; dictum uideri possit calfacere. ἱκανῶς quippe, quòd citò id effectum reddat: econtrariò dilutius factum refrigerarit uentriculum ante sanguificationem, & operati caloris, priusquam ad iecur perueniat uim aliquam retuderit, lactucæ more. Hinc querulos audimus de aquæ potu multos, aquosiq; nimium uini ex uentriculo. Cæterùm de eo quòd cuti impositum non excalfacere uinum addiderit, de simpliciter imposito uerè dictum accipiemus, meminerimus interea paulo suprà dictorum ab codem, de refrigeratis partibus, quæ longa diligentiq; perfrictione ex medicamẽtis extrinsecus adhibitis cum densatæ prius rarescunt, tum excitato maiore ita calore (frictio enim id facit) medicamenta intrò facilius accipiunt, innati animalis caloris commercio immutanda calfaciendaq;, & ipsa mox partes eas concalfactura: ut si idem cum uino fiat, affirmare de uino quoq; idem liceat.

τροφὴ γὰρ ἅπασα κατὰ τὸν ἑωυτῆς λόγον αὔξει τὸ τῶ ζώου θερμόν. *Etenim nutrimentum unumquodq; ex sui ratione animalis calidum auget.*) Modò sanguificatio succedat conuersi in sanguinem, ac uerè alimentum euadat: quod quidem quale tandem cunq; id fuerit, siue simplex solumq;, siue cum qualitatis ex quatuor primis illis additamento alicuius, quatenus alimentum, copiam sanguinis augebit, spiritusq; unà introducet pluris suapte natura calidos, ex frigidiore licet interdum materia procreatos: ita calor hoc pacto alimenti ratione ipsius increscet semper uel ex lactuca.

ὡς καὶ αὐτὸς ἐδίδαξε τοῦτ' εἰπών. *Quemadmodum ipse quoq; edocuit hoc inquiens.*) Hippocratis sunt hæc in libro de Alimento.

ἀποπληξίαι γὰρ καὶ παραπληξίαι. *Apoplexiæ nanq; & paraplexiæ.*) Paraplexias dicit, quæ alio nomine ἡμιπληξίαι, id est hemiplexiæ nominantur, quum alterius tantum partis sequitur resolutio in corpore. nam apoplexia totius resolutionem adfert, aut interitum.

CAP. III.

οἳ δὴ καὶ χωρὶς ἕλκους ἔξωθεν προσπεσόντες ἀδικεῖν πεπίστευνται. *Qui etiam absq; uulnere exterius corpori si occurrant, offendere creduntur.*) Vti iam id quoque credamus, quod de ueneni genere eo à Turcis parato circumfertur, quod solo deinum contactu quacunque corporis in parte id fiat, attactum hominem perimat, etiam (ut à quibusdam dici audiuisse memini) si uestitus aliquis inter corpus, uenenumq; intersit. Nam uel stapedibus illitis solis (quod uix crediderim) conscensuri inde equum, perire tradũtur ex eo tanto magis si uestitu nullo intersepiente cutim tangat: atque adhuc magis, si intro sumeretur. Et hîc tamen quoque cauent sibi, quæruntq; effugium circulatores butyro aut oleo

multo,

multo, aut quicquid eiusmodi replere uentriculum poteſt deuorato, modò ut pingue ſit, & à uentriculi tunicarum cõtactu uenenum arceat, ſic interceptum pingui, ac multo eodem interſeptum, quibuſdam nocumenti nihil attuliſſe uidimus ipſi uenenum.

ὅσα δὲ ψύχει, καθάπερ ὁ τῆς μήκωνος ὀπὸς, οὐ μεταβάλλεται πρὸς τοῦ σώματος, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον, ἀλλ' εὐθὺς αὐτὸ νικᾷ καὶ μεταβάλλει. *Quæcunq. uerò refrigerant, ut papaueris ſuccus, ea à corpore non mutantur, ne paulum quidem, ſed uincunt ipſum illico, atque immutant.)* Neq; enim ſi in partes minutiores diuidantur, dici propterea immutata poterunt, ſicuti ne nix quidem minutim diſſecta mutatur, ſed nix etiamnum manet, niſi calore eliquetur: imò uerò frigiditate interimentia medicamenta intus ſumpta calorem accipiunt aduentitium ac ſuperficiarium, qui impedimento non ſit, quominus uires exercere ſuas queant perimendo, uel exutus ſtatim, uel retentus quoque, ut aquam uidemus ſæpe, calidam licet, ignem ipſum extinguere.

εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ γένους εἴη τῶν τρεφόντων, ἃ μὲν κρατηθέντα, θερμαίνει, μὴ κρατηθέντα δὲ ψύχει: ἃ δὲ τῶν ἐπ' ὀλίγον ποσὸν ἀλλοιουμένων, θερμαίνει πάντως: εἰ δ' ἐκ τῶν μηδ' ὅλως, ψύχει μάλιστα. *Nam ſi ex nutrientium genere fuerint, uicta calfaciunt, refrigerant non uicta: ſin uerò ea quæ paulum quantum alterātur, calfaciunt: ſin omnino nihil, maximè refrigerant.)* Calorē addunt, augentq; quo prius diximus modo nutrientia cuncta, ſi uincantur. in id enim elaborantur à natura: at indomita ſi permanſerint, refrigerabunt, partim defraudato alimentis iuſtis ſuis corpore, partim ſuperfluo pondere calorem degrauantia natiuum, neque caloris ueſtigium uincentis retinentia, eoq; frigida: &, quod Hippocrates dicebat, ὄνομα τροφῆς, ἔργον δ' οὐχί nomine alimenta, re nequaquam. Quæ uerò paulum quid alterantur, non autem immutantur ex toto, ut alimentum immutatur, neque alia fiunt, ea de poteſtate exeuntia in actum, ueluti ſumptis iam uiribus, calfacient omnino corpus, atq; immutabunt ipſa antea ab eo paulum illud quantum immutata, ut putrefacientia & calefacientia medicamenta ſunt omnia, de frigidorum opere, repetere non eſt neceſſe, dictum de his paulo antè quum ſit.

CAP. IIII.

κοινὴ δ' ἐπὶ πάντων κρίσις καὶ μία τὸ τάχος τῆς ἀλλοιώσεως. *Commune in omnibus iudicium, atq. unum alterationis celeritas.)* Quia nimirum non ſolum quæ poteſtate, ſed quæ actu præterea talia ſunt, iudicantur, frigida admota corpori aqua refrigerat quamprimùm, ac temporis deinde ſpatio calorem quoque reuocat, frigiditatis per ſe, primoq; author cenſebitur iure, caloris ſecundario, atq; ex accidenti. habendum enim eſt in multis utrumque hoc idem, ut quæ ex accidenti ſecundario, quæq; ſecundario ex accidenti fiant. Rurſus uinum, ſi quàm bibentis temperamento conueniat, meracius potetur, non ſolum ſanguificatum, nutriensq; iam, celeriter ſanguinis plus gignet, ſed calidiorem cum priore gignet: quin antequam perfectam ſanguificationem ſubeat, calorificæ qualitatis ſenſum de ſe, uentriculum, primamq; regionem illam pertranſiens exhibebit ſtatim, hocq; alimenti medicamentoſi exemplum: ſiquidem, quale propoſuimus, meracius bibatur. Illud medicamenti ſolius, ſi piperis aut cinamomi puluiſculi exhibeantur, celeri alteratione apertam calefaciendi poteſtatem indicabunt: etiam commanſa guſtu, illico facultatem ſuam detegent.

κατὰ ταῦτα δὲ καὶ μέλι, καὶ κρέας, καὶ γάλα. *Pariter autem & mel, & caro, & lac.)* Cum poteſtate calidis numeratur lac, ſed his quæ quòd facile in ſanguinem conuertantur, calida dicuntur, habenturq;. nam aliàs lac frigidiuſculis adnumerari alimentis deberi, patebit ex libris de Simp. medic. facul.

τὴν δ' ἐναντίωσιν ἐκ τῆς ἐμμέσου κρίνειν μεταβολῆς. *Porrò contrarietatem ex intermedia mutatione iudicare oportet.*) Exemplum contrarietatis simplicioris alicuius, alteriusq́ ex toto, ab elementis sumit. Ignis ex diametro repugnat aquæ, caliditate, siccitateq́ sua, frigiditati atque humiditati illius contrarius: fueritq́ hoc à substantiæ totius repugnantia desumptum exemplum: ut sciamus qualitatum quoque esse hanc posse, & ex qualitatibus conferi manifestis, quod paulo antè monuimus ex Galeni dicto: modò fateamur, quod fateri necesse est, elementorum substantias & formas qualitates ipsas illorum habēdas esse. non enim alias ad manus habemus, quas esse dicamus: uno igitur modo hoc elementa, quæ duabus inter se qualitatibus pugnant, tota repugnare substantia dicentur, non quidem occultiore ulla, sed manifestis qualitatibus geminis, quæ tota elementi substantia sunt. At ex parte tantum una aliqua contrarietatis exemplum in aere cum igne aquaq́ collato erit, utpote cui caliditate cum igne conueniat, humiditate cum aqua: cum altero autem humiditate discordat, igne uidelicet, cum altero caliditate, aqua. proinde nullius indigent immutationes intermediæ elementorum alius, quàm huius inter se ut mutentur ista: at ignis aquaq́ egebunt. Quorum neutrum in alterum mutabitur, nisi in aerem prius mutetur. Eodem plane argumento, si quam accipere ab alijs, aut dare corpus mutationem debet, parte saltem ex aliqua ut conueniant, necessum est. nam si ex toto repugnent, nullam ea prorsus mutationem mutuam subibunt: ex qua quidem in mutantis essentiam ac naturam transeant, destruxerint se potius mutuò atque extinxerint, ut ignem aqua. Atque ut hæc ex toto repugnant, ita ex toto conuenit alimentum: siquidem hoc unum fuerit non etiam medicamentum. Itaque ex substantiæ totius similitudine corporis partibus à corpore immutatum additur, illius substantia factum: at ex parte una aliqua quæ conueniunt, immutantur ea quidem quoque parte ex illa, inq́ mutantis essentiam transeunt, quasiq́ partium illarum fiunt atque ordinis: at rursus corpus ipsa immutant, ut calefacientia omnia, atque aliter putrefacientia & erodentia, utraque immutatione ea in actum à corporis calore deducta, ut exerere uires suas queant: hæc calefaciendi, putrefaciendi illa, & erodendi. Et altera quidem ex tota substantia corpori non aduersari existimari posssint: quoniam, quam acceperant à corpore calfaciendi potestatem, in corpore rursus edunt eandem, modiq́ non penitus dissimilis, sicuti diuersam prorsus atq́ aliam altera edent: quippe concalfacta putrefaciunt, roduntq́ alterius iam generis rem, ut ideo merito, hacq́ de causa à tota substantia agere, corporibusq́ inimicari existimentur à Galeno: sed quæ alterius generis ac modi sit, quàm quæ de manifestioribus qualitatibus prodibat, paulo suprà relata. Etenim illa temperamenti erat, hæc uerò temperamentum insequutæ proprietatis.

οὔτε κατὰ μίαν ποιότητα δρᾶσαι δυνάμενον, οὔτε πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν. *Neq, qualitate una agere quod possit, ac multo magis neq, tota substantia.*) De papaueris succo dicit, quem illud tam humano corpori contrariū ferat, ut in cū neq́ agere qualitate una humanū corpus ualeat, sicuti quæ medicamēta potestate calida calore suo excalfaciēs calida quoq́ actu reddit: multoq́ minus substantia tota, uti quū proprium sibi alimentū in essentiam suā uertit, redditq́ sibi simile. Nihil tale in papaueris succo, quē conficiendum aggredi nequit corpus ex substātia tota propter temperamēti ingentem dissimilitudinē ex diuersissimis qualitatū quatuor commistionibus, ratisq́ elemētorum inter se partibus, prorsus alienis à nostris, ut pugnātissimæ sint: ac qualitate una uincitur, nēpe nimia frigiditate, quam nō fert moderatus corporis nostri calor. Neq́ hac igitur neq́ illa ex parte commercij quicquā habet cū illo: hoc est, neq́ ex parte totius substantiæ, quæ tēperamēti est, neq́ ex parte eius, quę temperamentū insequitur, proprietatis. succumbit igitur ei calor, uictusq́ celeriter agitur ad interitū.

Nam

Nam quòd hæc quoque medicamenta, dum in minimas partes à calore naturali diuiduntur, incalescant, non propterea adhuc excalfacta dici per totum possunt: θερμαίνονται, non τεθέρμανται, quemadmodum calefacientia, quæ calore per totum accepto de potestate prodierunt in actum, quo iam corpus incalescat uniuersum. propterea superficiarius quidam est frigiditate interimentium ex calore nostro calor, atque ex accidenti quodam, mox exuendus, ut ad suam naturam eo pacto redeuntia, frigiditate extinguant calorem nostrum, diducta ab eo, diffusaque in partes minimas, proindeque reddita efficaciora ad exerendum plures uires. μικρὸν ὕστερον (ait Galenus) γίνεται ψυχρά: exemplaque affert rerum in corpore nostro, actu iam ipso atque in præsenti frigidarum: ut hæc quoque eiusmodi esse conueniat, idque, quum naturæ suæ restituta fuerint simplici ac natiuæ. Neque (quod commenti superiorum ætatum medici fuêre) necessarium existimabimus: qui autumant, calido eo ambita, quod circumsistat, frigefaciendi uim ex eo maiorem suscipere, atque iccirco interimere. ut enim frigida ualdè eo pacto fieri posse concedamus, non propterea ea in minimas partes diducentur: quod nisi fiat, hoc est, benè terantur, & in minuta redigantur, pleraque ne interficiant quidem. satis illis superque frigiditas perpetua sua ad interimendum, quo diximus prius modo. Quod uerò pro argumento sumunt castorei his aut uini aut calidi cuiuspiam addi solitum aliquid: sanè additur, quo uidelicet eo tanquam uehiculo deferatur ad cor uenenum celerius, non autem ut inualescat eo frigiditas: quæ quidem si iusto plus paulo addantur, interimendi confestim adimunt facultatem, tantum abest, ut frigefaciendi augeant, ex qua interitus. Et, quòd Galenus scripserit, quemadmodum calida aqua flammæ iniecta extinguit flammam: ita meconium maximè, licet excalfactum propinetur, calorem frigefacere animalis, ac uitæ discrimen adferre: non auferet nobis: quin tantò id magis fieri posse credamus, resumpta natiua sua frigiditate actu iam, quæque in præsenti adsit, quum priùs in calfacto potestate inesset tantum, & periculum tamen uitæ adduceret: nunc autem ualidior, & in actu etiam interimat.

Καὶ τόγε τούτων μεῖζον, ὃ δὴ καὶ Ἱπποκράτης ἐπισημαίνεται. *Hisque illud maius, quod Hippocrates adnotauit.*) In libro de Natura hominis his uerbis: τεκμήρια δὲ τουτέων, ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον, εἰ ἐθέλοις ψαῦσαι φλέγματος, καὶ χολῆς, καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐόν: καὶ τοίγε γλισχρότατόν ἐστι, καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται, μετὰ χολὴν μέλαιναν: ὁκόσα δὲ βίῃ ἔρχεται, θερμότερα γίνεται ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης, ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς πάντα ταῦτα, ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ.

Καὶ γὰρ δὴ, καὶ ὅτι τούτων ἁπάντων τῶν φύσει ψυχρῶν, ὅτι ἂν ἐπὶ πλέον ἐκθερμήνῃς ἐξίσταται τῆς ἰδίας φύσεως. *Et quidem quod frigidorum natura omnium, quodcunque amplius excalfeceris, à natura propria discedit.*) Ἐπὶ πλέον, maius nescio quid, quàm simplex & absolutum πλέον est: rectè plus iusto interpretere, aut ad multum, ex uerbo uerbum: ampliùs, posuimus nos: quod perinde fuerit. Atque hoc illud est, de quo suprà quoque monuimus, quum calorem iam intimius, ac per totum conceperunt res, & ex natura sua exeunt, atque alienam induunt, nimirum immutantis, τεθέρμανται iam, non modò θερμαίνονται. quod & exemplum docet de Salamandra allatum, ut de meconio, reliquisque eodem modo natura frigidis possimus existimare. Desinam igitur mirari: siquidem ea tenuem primò & superficiarium suscipere calorem possunt, móxque deponere: si pergant in eo, tandem omnino abeant in mutantis naturam, & recedant à sua: proinde cicutæ si iusto plus adijciatur, aut castorei aut uini, eiusque generosi ac merati, amissis uiribus naturaque sua nihil ea præstabit eorum, in quorum fortè usum exhibita propinabatur.

φύσιν δ' ὅταν εἴπω, τὴν ὅλην οὐσίαν, καὶ κρᾶσιν λέγω, τὴν ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων θερμοῦ,

καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ. *Naturam quum dico, ſubſtantiam totam, & temperaturam dico, ex quatuor primis elementis, calido, frigido, ſicco, humido.*) Idem quod ſuprà repetitur: & naturam uult, & ſubſtantiam totam, & temperaturam ſignificatis ſuis in idem conuenire. Vt quonam tandem modo de Galeni quidem ſententia nobis aliud ſubſtantiam totam quàm temperaturam facere liceat, non uideam: nam & quæ temperaturam conſequitur ex tota ſubſtantia proprietas, temperaturæ tota eſt, ut reduci tandem ad hanc debeat.

CAP. V.

ἐπειδὰν δ' ἐξ αὐτῆς ἤδη τρέφηται, τὴν οὐσίαν αὐξήσει τῆς ἐμφύτου θερμασίας. *Quum uerò ex ipſa iam nutrietur, innati caloris ſubſtantiam augebit.*) De lactuca agit, qua & refrigerari uentriculum, atque ad temperiem reduci in calidum fortè prolapſum: & mox tamen eundem, in quo hoc contigerit, enutritum ex ea, inſiti caloris adauctam ſubſtantiam ſentire poſſe ſcribit. Atqui genitus ex lactuca, ſanguis ut frigiditatis omnino aliquid retineat, ualde uerſimile eſt: atque ita eſt: & quidem in lactuca non ſanè magno temporis interuallo euidens ſatis. namque in alijs fortaſſe multis non tam citò detegatur id. Fitque non multò ſecus, ac ſæpè in ipſo igni fieri uidemus: qui quidem ex ſalicibus fortè, aut taxo, aut uiridibus etiam lignis ſuccenſus, ueluti refrigeſcit initio: certè non tantum caloris exhibet, quantum ex ficu, aut uite: quin cinerem quoque relinquit, non quàm ficulneus, aut uitigineus eſt, calidum: atque interea tamen ſuperata materia, uictórque euadens, ſimul ſubſtantia ſua auctus, una & calorem augebit ſuum: quanquam non perinde, ut calidiorum natura lignorum intenſi calidum. Sed & id præterea diſcriminis animaduertetur, quòd in lactuca, dum à calore naturali conficitur, uentriculi, ac naturalium partium corpus refrigeſcit, quaſi focus, foci'ue pauimentum, in quo ſuccenſus de materia eiuſmodi ignis refrigereſceret, uel non quantum ex alia caloris ſuſciperet.

οὔπω μὲν δὴ τροφὴ, οἷον δὲ τροφή. *Quod nondum quidem eſt alimentum, ſed quaſi alimentum.*) De alimento loquitur ſanguineato tantummodo. At ſanguis nondum alimentum eſt, uerum illud legitimum & ultimum, τὸ τρέφον, quod alit, iam adglutinatum parti, atque unitum: ſed οἷον τροφὴ, nempe mox futurum eiuſmodi.

Μὴ θερμαίνοντος δὲ τὴν οἰκείαν ἀπολέσαι. *Non calefaciente uerò propriam deperdere.*) Si medicamentum quod ſumitur, potentia calfaciat, idque alteratum à corpore fuerit, corpus caloris inde aliquid acquiret: ſin ex non calfacientibus extiterit, proprium amittet. id uidelicet dupliciter eueniet. nam & ſanguinis copia minuetur, non alterato medicamento in ſanguinem, caloris quoque corporis quo imminuto, ſemper minuitur aliquid: & poteſtate id refrigerans quum ſit, in partes diuiſum, actu iam, atque in præſentia refrigerabit. Itaque id, μὴ θερμαίνοντος, pro poteſtate refrigerante medicamento accipiendum eſt. prius enim dixerat θερμαίνοντος, haud dubiè poteſtate calfaciens medicamentum intelligens: ut negatiua addita μὴ, contrarium illius omnino indicet, nempe poteſtate refrigerans: ne quis fortè μὴ θερμαίνον pro temperato audiat: nam & id non calfacit. ſed illo accipi modo debet.

οὐκ εἰ παχυμερὲς, ἢ λεπτομερὲς, ἢ ὑγρὸν, ἢ κοῦφον. *Non ſi craſſarum aut tenuium partium ſit, aut humidum, aut leue*) Atqui primo de Simplicium medicamentatorum facultate libro, in experiundis medicamnetis diligenter conſiderandum eſſe de craſsitie & tenuitate partium monet. Sed aliud omnino fuerit ex tenuitate partium ſola & craſsitie, rerum caliditatis aut frigiditatis argu-

argumenta colligere, ut tenuiorum partium quæ fuerint, calidas fortè habendas esse putemus, quemadmodum crassarum frigidas: uel leues rursus calidas, sicuti humidas, frigidas: atque aliud in periculo de rebus faciendo, num calidæ aut frigidæ ad nostram naturam sint, tenuitatem illarum requirere, & abijcere crassitiem. Hoc enim præparantis est, ad experientiam res, illud iudicantis iam de rebus: in quo falli possumus, si enunciarimus in uniuersum crassarum partium omnia, quæ Græcis παχυμερῆ & λεπτομερῆ sunt, huius esse, uel illius temperaturæ. itémque de tenuibus partibus eodem modo. In altero illo nisi fecerimus periculum, decipiemur. Integrum piger, crassumq; adhuc ad experientiam trahentes, non eum calorem in eo deprendemus, quem in confracto, & tenuiorum facto partium. Itaque pro documento erit illius hoc, ut iudicaturi de his, non absolute id, sed conditionibus his faciamus: si quod crassiorum partium fuerit, minutius sectum ignem statim concipiat: & quod tenuiorum, non meatibus plurimis occupetur, ac foraminulentum nimis sit.

ἐνίοτε γὰρ ἄκρως μὲν ἐστὶν ἡ διάθεσις θερμὴ, μετρίως δὲ ψυχρὸν ὑπάρχον τὸ φάρμακον. Interdum nanq; summè calidus affectus est, modicè autem refrigerans medicamentum.) Hoc pacto admotum erysipelati puro syncerôque rosaceum oleum experimur, nec refrigerare illud pro expectatione: & caloris præterea nonnihil affecti ex eo addi hac, quam Galenus hoc loco refert, ratione uidemus.

ἡ μὲν διάθεσις εἰ ἁπλῆ, καὶ μία. Affectus quidem si simplex atq; unus sit.) Etenim in composito mixtóque, cuiusmodi phlegmone quoque est, si quid applicetur refrigerans, utique partes refrigerabit proximas quasque: atque etiam, si paulo tenuius fuerit medicamentum, interius adiget se, idémque præstabit. at quia non solum calidus affectus est phlegmone, sed repletione etiam constat, hac quidem gratia compulso in unum sæpe humore calidioris naturæ, nec repulso satis aut uicto, etiam calorem auxerit, ut rectum iudicium ferri nequeat. E diuerso, applicata calida, ac per halitum digerentia: exhibere enim aliquando refrigerantium speciem poterunt, parte humoris calidiore exhalata. id scilicet non factura, siquidem simplex, soláque absque humore esset partis temperatura. Idem accidet, si bilis unà, ac pituita affectum aliquem fecerint: utrauis enim applicentur calida aut frigida, altera semper ex parte iudicium uacillabit, necessariò deficiens. Nam & in pituita medicamentum calidum uires calfaciendi exercebit primo, ac per halitum attenuandi facultate, hanc ipsam, simulqúe bilem digerens, causa dempta calida refrigerantis speciem præbuerit: & bilem ipsam frigidum refrigerarit medicamētum: addito autem robore calori in unum coacto pituitæ multum dempserit, concoctæ ita absumptæqúe, ut in speciem calfecisse quoque uideri possit, frigido humore ablato.

IN LIBRVM DE OPTIMA CORPORIS NOSTRI CONSTITVTIONE.

Τίς ἡ ἀρίστη κατασκευὴ τοῦ σώματος ἡμῶν. *Quænam optima corporis nostri constitutio.* Argumenti eiusdem cum prioribus duobus de Temperamentis libris, Libelli tres augere illos poterant, legiq; meritò post illos debebant statim de Optima corporis nostri constitutione, de bona habitudine, de inæquali intemperatura: nisi mediũ se inseruisset his de Temperamētis tertius, in quo post tractationem de actu calidis, frigidis, siccis, humidis medicamentis, in antegressis duobus traditã, de potestate talib. continuato quodã ordine tractandum

dū conuenienter fuerat. Hunc igitur locum obtinebunt iure hic, exclusi illinc.

καλεῖται δ' οὕτως δηλονότι τὰ πρὸς αἴσθησιν ἁπλᾶ. *Vocantur autem ita ad sensum simplicia.*) Similares partes esse carnem musculorum per se, & uiscerum παρέγχυμα, & cartilaginem, & pinguedinem, & cutim, dubium nullum: uenæ & arteriæ num hoc quoque nomine uocari debeant, dubium debere quidem contendunt iam, atque easdem tamen instrumentarias quoque partes esse concedunt, ut instrumentariæ eędem & similares esse posfint: nam certè quæ pars instrumentaria fuerit, eadem ut ex uaria natura constet, sitque dissimilaris, non necesse fore dicunt: innuentes instrumentariam & similarem eandem haberi posse. Nos partem ex similaris unius alicuius natura constare posse credimus, atque eandem nihilominus dissimilarem fieri, & instrumentariam. nam instrumentaria eadem & similaris ut sit pars, qui fieri poterit? Vel eo inprimis argumento, quod accipi ex hoc quoque loco potest, præter supra allata, similaris partis ratio ex temperamenti unius ratione constat tota, pendetque, quo pacto uenæ quidem & arteriæ similares rectè nunquam dicentur, aut erunt: quæ, nisi suis præterea constent tunicis fibrisque, aut uillis cauitateque ad hæc iusta, tum oscula extrema ita commissa conniueant, ut continendo sanguini claudantur, nunquam uenæ aut arteriæ dicendæ erūt. Quum igitur similares partes temperamenti ratio faciat, una solaque, uenas & arterias non sola, non fuerint uenæ & arteriæ utique similares, ex similaribus licet naturæ unius constitutæ, iamq; instrumentariæ factę est organicæ, ut similares esse nequeant, uerius multo dissimilares sint, uel Aristotele ipso auctore, qui dissimilares partes eas facit, quæ in similes secari aptæ non fuerint: quod profectò uenæ & arteriæ ipsæ sunt. neque enim frustillatim eę dissectæ discerptęque uena unquam aut arteria esse ipsa dicentur, sicuti planè ne securis quidem disruptæ frusta, cuiusmodi in exemplum attulerunt, securis iam fuerint, aut rectè satis uereq; securis nominabuntur.

μάλιστα γὰρ ὑπὸ τῶν τοιούτων αἰτιῶν ἐξελέγχεται ῥᾳδίως τὰ κακόχυμα σώματα. *Etenim corpora uitiosorum succorum ab his maximè causis facile coarguuntur.*) Quippe facilis procursus in iram bilioso, in tristitiam, curas & uigiliam melancholico: pituitosus ex pluuijs nocumentum percipiet promptè, ex siccitatibus biliosus: ut pestilentibus ac putredinosis morbis facilius sanguinei corripientur, & qui calido & humido temperamento sunt.

IN LIBELLVM DE BONA HABITVDINE.

Εἴθ' ἁπλῶς, εἴτ' ἐν τῷ πρός τι λέγοιτο. *Siue absolutè, siue in eo quod ad aliquid est, dicatur.*) Nam & in optimam corporis habitudinem introduci potest mala corporis habitudo, quæ simpliciter talis sit: & in eam quæ ad aliquid. utramque enim inuadere potest, & utrobiq; eiusdem fuerit conditionis ac generis malus habitus, siue cachexia.

Διάθεσις γὰρ ἀθλητικὴ οὐ φύσει ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. *Affectus nanq; athleticus non naturalis, habitus salubris melior.*) In libello de Alimento. additum autem legitur ibi, ἐν πᾶσι, ita ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων ἐν πᾶσι.

Καὶ μάλιστα τοῦ σαρκώδους γένους ἐν ταῖς ἀθλητικαῖς. *Maximè uerò carnosi generis in athleticis.*) Lacertosos musculosq; esse athletas oportet, & corpulentos: at caro corpusq; musculorum propriè est: pinguitudo autem & obesitas refertos quidem faciet, ac distentos athletas non faciet, neq; uires lacertis, aut musculoso generi magnopere addet.

ὅταν γὰρ ἐσθίωσι μὲν πρὸς ἀνάγκην. *Quum enim comederint ad necessitatem.*) Quid

Quid πρὸς ἀνάγκην sumere cibum esset, relatum suprà, idem quod πρὸς βίαν, ab alijs dictum: quoties appetentiam cogimus: & cibum non capiente uentriculo, capimus tamen: hoc est in nulla ciborum adlubescentia attamen comedimus.

πέσσει δὲ ἡ γαστὴρ ἐρρωμένως. *Ventriculus autem ualenter concoquit.*) Quod necessarium est in his, utpote in quibus plurimum admodum semper caloris sit, atque is carne multa conclusus, multusque intra præcordia uigeat, fouens ea, fotusque, circumiectis undique partibus, ut multum proinde conficere alimenti queat: tum uerò exercitationibus crebris ualens uigensque, qui excitetur nulla certè in parte torpeat.

ἀλλὰ καὶ ὅπερ ἐν ἑτέροισι γράφει. *Verum etiam quũ alibi scribit.* Quarto libro de Ratione uictus in morbis acutis, siue sectione quarta: additur autem ibi: ἢν ὑγιαίνοντι τὸ δεῖ ξυμβῆναι προφάσιος.

IN LIBRVM DE INAEQVALI INTEMPERATVRA.

CAP. I.

ἢ τρόπον ἕτερόν τινα παθόντων. *Vel alia quadam huiusmodi ratione affectũ.*) Quod genus sunt animi affectus plerique omnes, quicunque intro forasúe cum sanguine unà ac spiritibus insitum calorem agunt, abiguntúe, aut reciprocatione quadam idem faciunt: ira certè commotior, immisso per corpus sanguine feruentiore, inæquali id intemperatura affecerit ex calore, ut mœror metusqúe ex frigore inæqualiter correptis intemperie illa diuersis partibus.

κάλλιστη τῶν ἀποστάσεων ἐστὶν ἡ εἰς τὴν ἐντὸς εὐρυχωρίαν. *Abscessuum optimus est in capacitatem interiorem*) Intestinorum intelligit. huic quidem opponitur statim quę sub peritonæo est, ex qua non tam factis abscessibus patebit exitus, quàm per intestinorum, multa licet, inuolucra, & anfractus multos.

τοῖσι γὰρ τὴν φύσιν διαλλαττομένοισι καὶ διαφθειρομένοισι αἱ ὀδύναι γίγνονται. *His enim qui in natura immutantur & corrumpuntur, dolores fiunt.*) Libro de locis in homine: γίνονται τε αἱ ὀδύναι τοῖσιν ὑπεναντίοισιν additur ibidem.

διαλλάττεται δὲ καὶ διαφθείρεται τὴν φύσιν ἕκαστον θερμαινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ξηραινόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ἢ τῆς συνεχείας λυόμενον. *Porrò mutatur & corrumpitur in natura unumquodque excalfactum, uel refrigeratum, uel siccatum, uel humefactum, uel continuitate solutum.*) Transmutatur, inquit, & corrumpitur, ut transmutari audiamus quæ calefiunt, refrigerantur, siccantur, humectantur: corrumpi uerò, quæ continuitate sua soluuntur: in quam tamen unam solamque, ac proximam doloris causam, deducta etiam de Hippocratis sententia, priora illa quoque legemus hoc eodem libello pòst paulò, tanquam quæ nonnisi interueniente continui dissolutione dolorem creent. Aliquando igitur hoc, aliquando illud audimus, uerè semper: ueræ enim causæ habendæ fuerint cunctæ eæ effectui suo propinquæ, minus licet aliæ alijs, ut in multis fit. Nam quód neutrum admittant rei huius causam, ac quum tactus in medio rerum multarum positus sit, quicquid ex utrinque contrarijs ingruens uiolenter irrumpit, id illum cum offensione ac læsione accipere dicant, ex quo dolor gignatur: quod sit dicunt causam, quamobrem ita fiat, in qua acquiescam, nondum satis audio. Quæro enim adhuc: si quidem quatenus contraria tantummodò dolorem faciunt, cur non etiam admota tantummodo rebus & applicata faciunt? Quin contrarium potius sæpenumero fecerint, nempe uoluptatem: quoties quæ de natura sua exierunt, rerum contrariarum ijs, propter quas exierunt, placido appulsu, naturæ suæ restituuntur. Non igitur aliam inuenient, quàm uiolentiam, & ex uiolentia necessariam

soluti

soluti continui causam. Arbitror ex tota substantia contrarietatem accepisse, & actionem hanc: nimium profectò tribuentes illi semper, ac tantum non ubique, si huc quoque illam, quasi proximam doloris causam allegarint: nam id uelle uidentur. aiunt enim: Idque qualitatis suæ ui & efficacia, quæ proxima est doloris causa: nempe calfaciens, refrigerans, contundens, secans, exedens aut diuellens, qualitatis nomine secantibus & exedentibus, reliquisque huiusmodi imposito, non solùm calefacientibus & refrigerantibus: cuius qualitatis ui atque efficacia proximè peragi dolorem affirment, non quidem continuum soluendo, aut ut aliqua primarum qualitatum alterando. Continui enim solutionis, quatuorque primarū qualitatum causam, cauillosæ sophismatum subtilitatis damnaram, paulò ante reiecerāt: restabat igitur tota substantia, & ex ea contingere id existimarent. Eius sanè nos quoque facultates agnoscimus in multis multas, & uires fatemur maximè admirandas quasdam: sed dolorem quomodo faciat, aut non satis dispicimus per se unquam, aut sic, ut proximo haberi illius causa debeat. Sed si, quod illi asserunt, calefaciens, refrigerans, contundēs, secans, diuellens, facit, semper omninò uisitur manifestè sequi continuitatis dissolutio: hanc itaque proximam, atque apertam sequetur dolor causam, potius quàm aliam, qui an faciat, & quomodo faciat, scire nobis non liceat. Et uerò ut facere tandem concedatur, nisi inserente se mediam, continuitatis diuisione, fecerit nunquam: itaque in idem recidet necessariò doloris causa hæc.

ἐν δὲ τῷ πεινῆν, ἢ διψῆν ἐπιλειπούσης ἔνθα μὲν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, ἔνθα δὲ τῆς ξηρᾶς. *Dum esurimus autem, & sitimus, deficiente hic quidem humida substantia, ibi uerò sicca.*) Sitientes humida nos substantia deficit, esurientes sicca. Itaque doloris in his quoque sensum aliquem & molestiam percipimus. qui sitis & famis sensus est molestus, intemperaturam faciens inæqualem insiti ex humiditatis defectu frigidioris: in fame alimentosæ. Alimenti enim defectum siccitatē quoque quadātenus intelligere liceat: quoniam humiditate omnino aliqua alimētum omne constet. Ea autem, cuius defectus famam facit, humiditas dicatur ex collatione ad siccitatem. nam uerò si ea deficiat, sitim atque adeò siccitatem ipsam inferre potest: eaque ratione molestiam infert, inæquali intemperatura corpus afficiens, perducensque usque ad os uentriculi sensum illum ac molestiam, quousque diuersis inæqualiter siccitate ea affectis partibus medentes succurramus: maioris in siti humiditatis inuectione, in fame minoris, quam iccirco siccitatem, uti diximus, nominamus.

οὐ γὰρ δὴ τά γε ἐσφηνωμένα καὶ μὴ διαπνεόμενα σήπεται μόνον, ἀλλὰ ταῦτα τάχιστα μὲν, καὶ μάλιστα. *Non enim conclusa, & non perspirabilia putrescunt solùm, uerùm citissimè quidem, & maximè ista.*) Ex hoc loco, quo modo Galenus alibi, sicubi nulla facta causarum aliarum mentione, putredinem simpliciter atque absolutè ab obstructionibus oriri scripserit, audiendus sit, sciemus: nempe frequentissimam ac potissimam esse putredinis causam obstructionem & impeditam rerum perspirationem. Nam interea & aliter fieri putredines posse experimur, ut quum extrinsecus ingruit causa ex pestilentibus ab infecto putredine antea aere: aut aliàs per contactum accipitur in corpus, nullis plerunque obstructionibus affectum: nec minus sæpe, quum coaceruati fortè in corpore aliquo humores multi multumque calidi & humidi (contingere autem id sine dubio nulla cum obstructionum suspicione quandoque potest) nec regi ab insito calore ob multitudinem, neque ob calorem & humorem nimium, non esse putredini obnoxij poterunt: quin illam quàmprimum suscipiant. Nisi uerò his quoque obstructionem causetur aliquis, quæ necessariò humorum multitudinem sequatur, præsertim uerò calidiorum iusto, & humidiorum non parum, tamque ad putrescendum facilium: sed in oborta in aere per se putredine, nulla interdum penitus præeunte causa alia tali, ut in constitutionibus eiusmodi fieri uidemus, quomodo causabitur? Quamquam & hîc impeditam calore atque humore nimio

re nimio eo aeris perſpirabilitatem & permeabilitatem, ut ſic dicam, ac ueluti degrauatam illius naturam, ſpecimen exhibere obſtructionis quoddam unde putreſcat, contendi ab aliquo poſsit. Illud tutum fortaſſe fuerit opinari in his, non modò promptam ac maximam, ſed etiam primam ſæpius ac principem ducendam eſſe cauſam putredinum, prohibitam rerum tranſpirationem ob aliquam licet non euidentem ſatis obſtructionem, unde deriuata in alia facilè tranſeat putrefactio.

CAP. III.

Ταῦτα ἀρκεῖν μοι δοκεῖ προεγνῶσθαι τοῖς μέλλουσι τήν γε περὶ φαρμάκων ἀκολουθῆσαι πραγματείαν, καὶ μετ' αὐτὴν τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδῳ. *Hac ſatis mihi futura uidentur, ut pranoſcantur his qui de medicamentis opus intellecturi, atq; ab hoc Therapeuticen perſcepturi methodum ſint.*) Non quidem ut ſtatim ſequi iſta de medicamentis opus debere intelligatur, aut hoc ipſum mox Therapeuticen, quando multa interponi opera alia futurum neceſſum ſit, antequam eò perueniatur: ſed quòd præire omnino hæc oporteat cognitionem illorum: quumq; ad ea acceſſerimus, horum tunc memoriam retinere debeamus.

CAP. IIII.

ὁ φάσκων ἕλκη πάντ' εἶναι τὰ νοσήματα. *Inquiens ulcera omnes eſſe morbos*) In libro de Fracturis dictum reperitur ab Hippocrate hoc.

Καὶ τοῦτον γέ τις ὅρον τιθέμενος ἀμετρίας θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ τάχ' ἂν οὐκ ἀπὸ τρόπου γινώσκειν δόξειεν. *Atq; hunc aliquis terminum conſtituens caloris & frigoris immodici, fortaſſe non malè cenſere uideri poſsit.*) Terminum intelligit paulo antè dictum τὸ διακρίνειν, καὶ διατέμνειν τῆς οὐσίας τὸ συνεχές, ut quouſq; ſubſtantia continuitate ſua nõ ſoluatur, dici immodicus calor non debeat, neq; uerò frigus: quo tempore demum dolorem mouent hæc, antea non mouent: ut intelligatur ex hoc non prius morbos appellari aut haberi poſſe, quàm continuum ab illis ſoluatur: ideoq́ue morborum quoq; genus hoc ad continuitatem ſolutam reducendum eſſe. Idemq; de ſiccitate & humiditate habendum iudicium: nec antequàm aliquo inde pacto continuitas ſoluatur, aut facturæ dolorem, aut cum morbis cenſendæ ſunt.

IN LIBRVM PRIMVM DE FACVLTATIBVS NATVRALIBVS.

CAP. I.

Ἐπειδὴ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαί τε, καὶ κινεῖσθαι κατὰ προαίρεσιν ἴδια τῶν ζώων ἐστί. *Quoniam ſentire, & uoluntariè moueri propria animalium ſunt.*) Perſpecta iam corporis partiumq; eius materia omni figuraq; ac poſitu, magnitudine ac numero: tum & de temperamenti rationibus diſputatione habita, quæ forma illarũ eſt medicæ inprimis conſiderationis: atque ita ſubſtantia omni rerum harum animaduerſa, & natura: ſupererat Galeno, (quandoquidem, non ut in domo inanimatæúe rei alicuius cõpoſitione ſunt partes in corpore noſtro, ocioſæ nihilq; agentes aliud præter id quod ſtructuræ ſubſeruiant) ut de partium quoque functionibus tractatum nobis exhiberet aliquem. At quia hæ facultates inſequuntur ſuas quæq;, quarum actiones & functiones habentur: fuit propterea minimè diſpeſcenda horum tractatio, ſed conferenda in unum, ſimulq; de operibus inſuper dicendum, ab actione prodeuntibus. Incipiendum igitur à facultatibus horum omnium fonte: & primùm quidem naturalibus, quoniam ea primo in generatione noſtri ſeſe manifeſtat animæ ſeu facultas, ſeu pars ſpeciéſue: deinde & uitales dicendæ, & animales, ſuis quæq; locis.

Εἰ δέ τις καὶ τοῖς φυτοῖς ψυχῆς μεταδίδωσι. *Quòd ſi quis plantas quoq; participes animæ faciat.*) Ignorare non debemus, ψυχὴν dictam ἡ φύσιν ὀχεῖ, καὶ ἔχει, quòd naturam ferat habeatq; ex Platonis Cratylo: ac rurſus naturam principium eſſe motus eius, in quo eſt; ut ſicuti animata omnia haud dubiè natura conſtant, ita

quæ natura constant, aliquatenus animata quoque cuncta esse credamus, quando motus maximè principium in anima, quippe quæ seipsam moueat ipsa. Distinguenda tamen hæc fuêre manifestis differentijs, ad faciliorem doctrinæ captum, quod hic fit. Atque interea illud ad hęc non nesciendum: facultates hasce, de quibus tractaturus est his in libris Galenus, quemadmodum communes animatis omnib. ac plantis sunt: ita natura constantia multa haberi, quæ non omnes habeant, simplicia & composita elementa, metalla, metallica, lapides.

CAP. II.

φυλάττειν τὸ οἰκεῖον εἶδος. *Propriam speciem conseruant.*) De augmento loquitur, quasi qui innuere nobis ex hoc dicto uelle uideatur, augmentum fieri secundum materiam magis quàm formam: forma nanque augeri æquiuocè dicetur potius ad materiæ quantæ extensionem. Hanc porrò ipsam accretionem præcedunt alteratio necessariò & loci mutatio: in alio enim ubi sunt iam, quæ creuere partes: ut iccirco non iniuria compositum fecerit augmentum Galenus ex alteratione & latione. Ferè autem uidetur augmentum hæc esse dici, nõ secus ac generatio mox ab eodem Galeno, εἰς οὐσίαν ἀγωγὴ dicetur, quum generatio momentanea potius sit, & fiat in non tempore: motus autem qui illã anteit, siue in substantiam ductus, in tempore. ut sic præire augmentum alteratio uideri queat, & latio: aut cum latione unà fieri, quæ loci mutatio est: dicique augmentum potuerint hæc, quemadmodum generatio dicta ad substantiam uia fuit, & ductus, ἀγωγὴ nempè.

Καίτοι πρό γε τῆς διακρίσεως αἷμα φαίνεται γινόμενος ὁ πᾶς ἄρτος. *Atqui ante segregationem sanguis factus uidetur uniuersus panis.*) Si inquit in pane, uerbi gratia, tanquam in μισγαγκεία (est autem μισγάγκεια locus conuallium, in quem undique de superioribus montibus confluunt simul miscenturque omnia, nos hoc loco miscellam interpretemur) si inquam in pane, tanquam in miscella continentur, ossis, nerui, carnis, reliquorumque omnium particulæ, quæ deinde ad similes sibi in corpore partes, eiusdemque generis, segregatæ recedant, atque his addãtur, nulla ad hoc alteratio futura fuerat necessaria: præcedere segregationem tantum oportebat, ut mox applicarentur suis quæque. Nunc alterari uidemus, mutarique in sanguinem, in quo nihil horũ appareat omnino, sed noua potius post sanguificationem alteratione alia, & caro, & neruus, & cartilago, & membrana, & ossa fiant ex sanguine. Sic porrò dictum est panem totum sanguinem fieri, non quidem quòd uniuersus in sanguinem abeat, quando inter alimenta omnia nullum prorsus sit, quod hoc ipsum præstet: quin plus minus, excremẽti tamen semper aliquid decidit inde: sed consueto quodam dicendi modo de multis dictum. Dapes uorat totas dicimus, tota se effundit ciuitas ad illum uisendum. Quin in calce libri, sicuti hic de pane, de uini potu, quod totum in urinam discedat, prolatum: quum tamen pars sine dubio aliò uertatur.

Τὴν μὲν τῆς φλεβός, καὶ τῶν μυῶν κίνησιν ἐνέργειαν εἶναι φημι. *Venæ quidem, & musculorum motum actionem esse dico.*) Vt sanguificationem non in solo iecinore uigere sciremus, quando & in uenis reperiatur inesse.

Τὴν μὲν οὖν ἐνέργειαν ἔγωγε, ἣν καλῶ καὶ ἔργον τι φύσεως, οἷον τὴν πέψιν. *Actionem itaque opus quoque naturæ uoces licet, ut concoctionem.*) Hac significatione accepisse Plato quoque uidetur primo de Republica. Τοῦτο ἑκάστου εἶναι ἔργον, ὃ ἂν ἢ μόνον τι, ἢ κάλλιστα τῶν ἄλλων ἀπεργάζηται. Annè id uniuscuiusque opus sit, quod uel solũ, uel optimè inter alia perficit. sine dubio actionem intelligens ipsam, ut quum oculus actionem exercet uidendi, audiendi auris: falce uerò fabricata (quo exemplo Plato utitur) omnium optimè uitium palmites amputantur: quum tamẽ & ense possint, & cultro & scalpro, sed non tam bene. In omnibus pro actione intelligi opus & pro opere actio potest.

CAP. III.

Εὔλογον ἦν ἀρχὰς δραστικὰς ποιήσασθαι τὸ θερμόν, καὶ τὸ ψυχρόν. *Consentaneum rationi erat*

erat principia efficacia statuere calidum & frigidum.) Colligi ex hoc potest, Stoicos quatuor quidem qualitatibus primis ad res naturales usos fuisse: (id enim supra de elementis libro primo dictum) ad transmutationem uerò elementorum mutuam fusionem & densationem, ueluti principalem causam aliquam adhibuisse. Has quidem quoque agnoscentibus Peripateticis, attamen qualitatibus primis illis tribuentibus plus, utpote quas hæ insequantur aliæ, fusio inquam & densatio, quarumque demum opera hæ fiant. Ita par fuerat calido tantum ac frigido uti Stoicos longè quàm Aristotelem magis, ut quorum altero funderentur maximè elementa, densarentur altero ad sententiam suam accommodè inprimis.

CAP. IIII.

ἤδη δὲ καὶ τοὔργῳ κατὰ τι συμβεβηκός. *Iam uerò & operis ex accidenti quodam.*) Facultas actionem primùm edit suam & operationem, mox opus quoque rectè atque ex ordine operata perficit: interueniente ergo operatione opus facit ex accidenti quodam, nempe secundariò.

ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῖν ἀρκτέον. *Ab operibus incipiendum nobis est.*) Si quot qualesue facultates sint, reperire uelimus, initium sumemus ab operibus, posterioribus quidem, cæterùm multò nobis manifestioribus, ex quibus operatio nobis atque actio innotescet ipsa statim, & ex operatione facultas: imò uerò ex diuersis operibus diuersæ manifestabuntur facultates, ut quot sint numero scire liceat: tum uerò etiam cuiusmodi aut quales: attrahens hæc: illa, quod attractum fuerit, retinens: concoquens alia, ultima expellens: famulantes hæ, quibus famulentur aliæ, generans, augens, nutriens. Nam quid demum sint, id uerò in tractatu de earum substantia tradetur melius: quamuis hic quoque dicatur in summa, nempe temperamentum eas esse, nihil aliud.

CAP. V.

ἡ δὲ θρέψις πρόσθεσις ἐστὶ τοῖς αὐτοῖς ἄνευ διατάσεως. *Nutritio autem partibus ijsdem appositio est absque distensione.*) Nunquam quidem nutrientur partes, quin eadem opera extendantur quoque, quasique amplientur. nam si deperdito atque exhalato iam substituitur nouum, & appositum additur in locum alterius succedens alimentum, amplior necessariò erit pars etiam in macrescentibus: qui quamuis nutriantur, at maior mox deperditio succedit, quàm repositum est: & nutritionis tamen opus in his quoque quum per additamentum & appositionem fiat, ampliando atque extendendo uacuam nutrimento iam suo partem fiat, necesse est. Hæc ut ita sint, in nutritionis tamen interea rationem non ueniet distensio, quia alteratione sola, & alimenti mutatione atque unione continetur nutritio: distensio licet eam sequatur, & coniunctim ferè fiant: intellectus tamen ope separanda, ad nutritionis & augumenti rationum distinctionem faciliorem. in augumento enim accretio est ad priorem substantiam manentem: in nutritione ad exhalatam: ut additio quidem sit, quæ uacuatum atque inanitum reponat, nec priorem tamen partis distensionem excedat, quatenus nutritio est.

CAP. VI.

καὶ τ' ἄλλα, ὅσα τοιαῦτα δύναμις τις ἑτέρα διαπλαστική. *Atque alia quaecunque talia facultas altera quadam formauit.*) Sic alteram intelligas, ut tamen priore illa utatur pro instrumento, quæ alteratrix est, explendo operi uni, quod generatio sit. Dicta autem superius fuit generatio ex alteratrice & formatrice constare. Facultas igitur una & uirtus est, quæ unum expleat opus, generationem, formatrix: famulantem sibi alteratricem habens facultatem alteram. Hanc quoque ipsam pro rebus quas formans effictura est, diuersam: sed in temperamentum tamen exeuntem semper, ac qualitatum quatuor temperamento operatam. Itaque alio temperamento neruorum uillos ac fibras facit alteratrix à formatrice iussa: alio uenarum cùm fibras tum tunicas, aut fibrarum potius & tunicarũ materiam: alio ossium, cartilaginum alio: carnis, iocinoris, lienis, renum, παρεγ-

 χυμάτων

χυμάτων alio: breuiter similarium partium omnium alio atque alio. Quarũ omnium ceu παρέγχυμα quoddam est ac corpus proprium, ut cerebri quoque ipsius, ut gulæ, uentriculi, intestinorum, uteri, ex fibris compositorum, & tunicis similarium partium: ipsa dissimilaria, quum iam ex his fiant: quemadmodum sanè & uena, cuius materia similaris est, ipsa dissimilaris omninò tota. Quamobrem quòd alteratrix organicas partes quasdam facere dicatur aliquando, similares illarũ partes facere intelligenda erit: quas superueniens formatrix, admirabili semper artificio compositas in unum, ad instrumenti quodcũque sibi proposuerit, figuram formamque effingat, formatas ipsas quoque ac figuratas quodammodo, sed ad nullũ ex figura ea formaque usum, qui in illis ex temperamento tantummodo prouenit, nisi ad instrumentariæ partis quam constituunt, rationem reuocetur totus: similares autem propterea dicuntur, quòd quamuis minutim dissectæ, semper substantiæ suæ nomen & essentiam retinent eandẽ ac similem. quod in dissimilaribus lõgè aliter euenit: quarum aliquarum magis aliquarum minus, omnium tamen dissimilaris semper ratio est, ex partium suarum magnitudine, numero, positu, figura atque unitate constantium: uel uenæ ipsius, similaribus simillimæ quandoque uisæ, neque similaris tamen, nisi ex materiæ suæ parte, quum forma figuraque, & numerus cum reliquis dissimilarium maxime rationem in his addat.

CAP. VII.

Καὶ οἱ χιτῶνες ὅσ... στοιχειώδεις, ὁμοιομερεῖς, καὶ ἁπλοῦς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐκαλοῦμεν. *Membranaque omnes quas elementares, & similares, & simplices paulo antè uocabamus.*) Membranas accipere debemus eo quem modò diximus intellectu, non arterias & uenas totas, & ossa tota: quippe ὡς dixit, τοὺς χιτῶνας intelligens: nõ ἂν neque ἃ dicturus, si aut τὰς ἀρτηρίας, aut τὰ ὀστᾶ intelligi uoluisset. Neque enim similares partes appellauit, quæ hoc loco recenset omnia: sed στερεὰ μόρια τοῦ σώματος dixit, solidas uidelicet partes arteriarũ, uenarũ, neruorũ, ossiũ, cartilaginum, membranarum, ligamentorũ, tunicarum: has demũ similares appellans.

CAP. VIII.

Κατὰ δὲ τὴν θρέψιν τῷ ἤδη γεγονότι συνεξομοιοῦται τὸ ἐπιῤῥέον. *At in nutritione facto iam quod influit, assimilatur.*) Proximus est transitus sanguinis in carnẽ, aut dealbati iam sanguinis in uenarum & arteriarum & ossium substantiam: ut similis tantum fieri postulet, & uniri. at hæc sine alteratione aliqua omnino fieri non possunt: ut hac ratione ex sanguine caro fieri per alterationem quandam dicatur. Sed ex cibo quoque primum ingesto etiam generari dici potest, quippe tota iam alia facta substantia, idque præeunte concoctione triplici, qua in chylum primò alteratus mutatur cibus, deinde in sanguinem, postremò in carnis substantiam: ipse à prima, quam initiò obtinebat, substantia, totus iam in aliã transiens, ac nouam demum hanc alterationibus pluribus generationem adeptus, ut quidẽ in alijs quoque generationem præire alterationes uidemus: sed & formatricem uirtutem suam habere alterationem, quæ præeat, docuimus.

CAP. IX.

Δέονται δ' αὖ ὑπηρετικῶν, ὡς ἤδη λέλεκται, καὶ ἀλλήλων καὶ ἄλλων. *Indigent autem, ueluti iam dictum, & mutuo inuicem auxilio, & aliorum.*) Generatrix facultas nutricis ministerio indiget, auctricis nõ indiget: quanquã auctrix necessariò in primo statim ortu generatricem consequatur. Auctrix generatrice nõ eget: quomodo nanque, postquam formatæ iam partes sunt ac genitæ? nutrice uero uel omnium maximè opus habebit. Nutrix neque generatrice, ea quidem quæ ex alteratrice & formatrice componitur, egebit: neque auctrice, quippe quam potiùs ipsa iuuet. alijs tamen opus habitura est quatuor illis, quæ mox à Galeno traduntur: uerumque ideo sit, & ἀλλήλων & ἄλλων egere.

CAP. X.

Ὥσπερ γὰρ ὑπὸ βοτανῶν οὐδαμῶς δυνάμεθα τραφῆναι. *Quemadmodum enim herbis nequaquam*

quamquam nutriri possumus.) Herbas ex opposito nominasse uidetur oleribus, quibus nutrimur, intelligens cunctas stirpes, quæ in cibum hominum non ueniunt, radiculā afferēs pro exemplo reliquorū olerum omniū, quib. uescimur.

Τὰ δὲ διακρινόμενα περιττώματα. *Hæc autem secernunt excrementa.*) Hoc fortasse sequuti quidam, atque illud quod paulo antè scripserat, [Greek illegible] φύσει, τὴν ἐν ταῖς φλεψὶ περιττωμάτων. Altera igitur opus habuit natura secretiōe uenarum excremētorum: secretricem insuper facultatē inuexere nō necessariā. Eadem nanque opera atque eodem etiam fit tempore, ut omnino eiusdem existimandū esse facultatis appareat opus totū: nam secernit, quod trahere ad se debeat, attractrix facultas, & attrahit: expultrixque mox expellit, quod expellendum habet: imò uerò utraque secretum trahit hæc, expellit illa. Quid enim trahūt aliud renes, quàm secretā serositatis partē, relictis alijs? & fellea uesicula fel, eodē modo solum, non alia. Quòd si propria sibi trahunt solū, relinquunt alia: id uerò non nisi secretis, quæ trahere aut expellere, quæque relinquere debeant, eueniet unquā. At trahit ad se uenenum cor sæpe, nihil secernens, inquiunt. Respōdeo: Non facile, nec nisi sub alimenti cuiusdā specie. Quin reijcit sæpe, & auersatur uentriculus primùm, tū & membra reliqua. itaque occultatū offertur mille alijs tectumque surrepit, ac quo facilius & promptius citiusque necet, acceptissimis alimentis miscetur, nihil futurū opus, si per se traheretur. Quòd si trahetur tamen aliquando, id perinde fiet (ut Hippocratico exemplo utamur) ac in plantis, quę obuium quodcunque trahunt, si proprium non habēt. Neque hic igitur, neque ibi secernit attractrix cordis facultas boni specie adducta, falsaque, & alimenti melioris egens. Simul trahendi ad se uiribus alijs quoque pollens, potensque cor, non modo eā quæ rei proprietate fit uehementiùs trahit: quæ aūt uacui sequela, & caloris ui fiunt, tractiones sine discrimine aut rerum secretione fiunt. Nos, quæ propriū sibi traheret attractricem, eandē & secretricē esse, aut coniunctā eā habere, dicebamus. Rursus aiunt: Ventriculus aliquoties datū modò iusculū retinet, atque noxiū interea humorē succūque reijciens exigit, ut secernere omnino & seligere uideaē. Fit, inquimus & nos, hoc sæpe, in quo duo uisuntur facultatū duarū munera. in uētriculo duo sunt, cōtentricis & excretricis, utriusque (ut diximus) propriū seligentis: alterius quod contineat, quod extrudat alterius. Ea uerò munera minimè separatæ alicuius, seorsumque ab his uideri debet, sed suæ semper facultati coniuncta attractrici, contentrici, expultrici: quarū unaquæque eodē semper munere, quo fungitur, attrahendi, continendi, excernendi secretum sibi proprium attrahat, contineat, excernat, nō segregatis officijs, sed cum facultate semper sua ijsdē. Cæterùm prolatū id à Galeno hoc loco uerbum fuit, non ut nouam introduceret facultatem hanc, quæ secretrix quædam esset: sed ut, quod propositū illi hoc loco erat, diuersitatem ostenderet instrumentorū interdū uariorū facultatib. suis inseruientiū eisdem, sicuti uesiculæ felleæ canaliculus alius trahit ad se secretā: uel simul secernit trahitque, hoc est, secernens trahit bilē flauam: propellit alius: uesica aūt suscipit urinam, ureteres transmissam impellunt tantum. uiæ alibi sectæ sunt in toto corpore, meatusque, per quos unde alimentū deferaē. Omnia aūt ad id à natura fabricata, ut naturalib. his facultatib. ministrarēt, attrahēdi inprimis expellendique operatis interea tēporib. locisque suis, cōtentrice quoque & cōcoctrice.

CAP. XI.

Τὸ δεῖν προσθέσιν μὲν πρῶτον, ἐφεξῆς δὲ πρόσφυσιν, εἶτ᾽ ἐξομοίωσιν γενέσθαι τῷ μέλλοντι τρέφεσθαι. *Oportere ei quod nutriri debeat, appositionē primò fieri, tum adglutinationem, deinde assimilationem.*) In atrophijs multis, multisque de caulis alimēti defectu appositio nulla fit: in hydropis genere, anasarca quod dicitur, apponitur quidem alimentum parti, neque adglutinatur tamen: in uitiligine & apponitur & adglutinatur, at non assimilatur, quod ubi fit, tum alimenti & nutritionis numeri omnes implentur: quæ nanque unio restare uidetur, assimilationi sæpe inter dicendum addita, ea cum assimilatione habenda eadē est. neque enim alimen

 tum

tum parti alitæ simile tantùm reddi, sed unum debet, opera eadem.

C A P. XII.

Κατὰ δὲ τὴν προτέραν εἰρημένην αἵρεσιν οὐχ ὑστέρα τῶν σωμάτων ἡ φύσις. *Iuxta uero priorē sectā, corporib. posterior natura nō est.*) Disputat̃ à Platone in decimo de Legib. aduersus eos, qui fortunā cū natura ponebāt maximorū operū authorē: cætera artis esse cuiusdā longè à natura desciscētis dicebāt: dubitationū, prout quisq; uariè opinaret̃, plena: eatenus in eo progressi, ut Deos esse negarent, quasi qui fortuito ac temerario atomorū concursu cōstare cuncta censentes & alterationem omnē & naturā, naturæq; opera, & sensum & memoriā, breuiter animæ funct̃ ōes animāq; adeò ipsam de medio tollebāt. At & Deos esse ꝓbat Plato ibīdē, & priorē corporib. omnib. habēdā animā esse cōfirmat: ut si animā naturā quoq; eadē ratiōe arbitrari nobis liceat, quę prior corporib. fabricādis ꝓsit.

C A P. XIII.

Ὄργανα διακριτικὰ τῶν οὔρων ἐπεπιστεύκεσαν ὑπάρχειν. *Instrumenta urinā quæ secernerēt, persuasi esse crediderūt.*) Nimirū renes, διακριτικὰ inqt, quib. alibi passim uim & facultatē lotiū, serosamq; partē trahendi tribuit: ut idē esse colligere liceat ex hoc, si quis trahi lotiū, aut secerni à renib. dicat: nā utroq; indifferēter usi auctores uidēt̃, q eiusdē (ut paulo suprà monuimus) facultatis eadē opera fiat utrūq;: etenim attractio nō aliter quàm cū secretione fit, & cum attractione secretio.

Ἐξ ὧν δ' αὖ εἰς ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν, οὐκέτ' αὖτις. *Exire autem retrò rursus per eandem uiam non potest.* Rectè additum illud ὀπίσω. retro enim redire per eosdem, per q[uo]s ingre[ssu]m est meatus, lotium haud poterit: per penis autem meatum patet exitus, laxato collum uesicæ musculo, qui claudit

Εἶτα βρόχοις αὐτοὺς ἐκλαβεῖν ἰδίᾳ. *Deinde laqueis eos priuatim utrūq; adstringere.* Ita quidē uti prius uesicā oēm exonerarit animal: nisi, nō facto antea hoc, repleta adhuc uesica meiat, cauillādi inde ansā arripiāt sophistæ. Quanquā uel sic repleti ex ligatura ea lotio, distētiq; urinarij meatus ostensi, adducere unumquēq;, modo non refractarium prorsus, ad rectè de rebus his sentiendum debeant.

Καὶ διὰ τοῦτ' ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν σύμπνοιάν τε μίαν εἶναι φ[ησί], καὶ σύρροιαν, καὶ πάντα συμπαθέα. *Atq; ob hoc in corporib. nostris conspirationē unā esse ait & confluxionē, cunctaq; mutuò affici.*) Conspirationē dixit & cōfluxionē, corporis nimirum totius mutuū inter se cōsensum ꝑ spiritus & humores: ac ferè cōfluxio conspirationē sequit̃. Quia enim cōsentiūt mutuò partes, conspirántq; in unū, tanquā suppetias uicissim sibi laturę: si urgeant̃, mittūt sanguinē eò alię per cōfluxū, spiritus aliæ transmittūt. Hoc aūt lib. [illegible]. de alimēto dictū hoe ab Hippocrate inuenias

Μήτε νεφριτικὸν νόσημα δύνασθαι θεραπεῦσαι, μήτ' ἰκτερικόν, μήτε μελαγχολικόν. *Neq; renalē morbū sanare posse, neq; regiū, neq; melancholicū.* Ne quidē ex ratiōali secta ullū, qui nō rectā sequat̃ rationē, uerasq; causas ignoret, nedū hosce. Quomodo nanq; rationem professus, deinde falsam hanc sequutus, ideóq; ueris causis ignoratis, quæ ratio ipsa rerum sunt, rectum inire sanādi modū poterit? At Empiricus fortasse posit, nihil omnino curans de causis, aut rerū natura solicitus, aut quid adhibendum rationis sit, experimentóq; tantū suo nixus, ac cuncta agens ex hoc: sed adscribi se Empiricis Asclepiadem non puto uoluisse.

Ἄλλα δέ τινα φλέγματα, καί τινα τὸ λεπτὸν, καὶ ὑδατῶδες περίττωμα. *Alia quædā pituitā, quædāq; tenue atq; aquosū excrementū.*) Et hoc quoq; notādū: Galenū, qties repurgādorū humorū mētionē facit, sui semp. præter bilē utrāq; & pituitā, solitū serosam superfluitatē addere, quā hoc loco tenue & aquosū excrementū uocat: inter pituitosi generis succos numerandū quidē, sed quod tamē peculiarib. medicamētis quibusdā euacuari postulet. itaq; mox ὑδραγωγὸν inquit, διδόναι τοῖς ὑδεριῶσι: aquā ducēs medicamentū aqua intercute laborātib. dare. deinde quatuor interpositis uerbibus, πρὸς δ' ἔτι καὶ τῶν ὑδραγωγῶν τι: Sic neq; si eorum quæ aquam detrahunt, aliquod: semper ὑδραγωγὰ nominans, facta prius eadē in periodo etiā pituitā purgantiū mentione, ut diuersa esse ostēderet. Atq; altera ab hac pagina in principio, coccū gnidiū pituitā, æris florē aquā educere scripsit.

Προσδοκίαν γὰρ εἶναι νενόμικε τῶν στοιχείων, ἐν ὑπέθετο, τὴν ἀληθῆ περὶ τῶν τοιούτων ὁμολογίαν.

λογίαν. *Proditurum enim se esse existimauit elementa quæ constituisset, si quæ de his uera dicuntur, confessa reciperet.*) Qui minima, incongrua, impartibilia, corpuscula supponunt elementa (ut ita reddamus, quæ Greci ἐλάχιστα, ἄναρμα, ἀμερῆ dicunt) fortuitoq; illorũ in uacuo (hoc enim quoq; eorũ suppositum est) inter se concursu cuncta fieri autumant, naturam & fortunam in eodem ponunt, φύσιν καὶ τύχην: ex altera parte artem τέχνην: nẽpe, ut ex Platone retulimus, pro opinatione quadam res sibi fingente atq; architectante, nõ quòd ita sint. Quapropter ἐτεῇ uocant illa, uera scilicet: hanc νόμῳ: quòd res tunc se habeant, ut opinamur nos tantum, hoc est νομίζομεν: elementaq; ea nullam nec immutationem nec alterationẽ suscipiant, eadẽ semper permanentia, proinde & uera (non enim aliter possunt) eiusmodi quum sint, perpetuoq; in eodẽ maneant. Ex positus aũt uariatione tantùm dicunt cõtingere quæcunq; arbitramur ita esse, quũ tamen non sint: sensum, memoriã, reminiscentiam, phantasiam, dolorem, & huiusmodi alia omnia quæ ab alterationis natura pendẽt, adeoq; animę opera, eoq; animam ipsam, cuius functiones plurimæ, nisi concessa alteratione, esse nullæ possunt. Quamobrem ut à principijs suis & elemẽtis, quæ semel posuêre, ne discedant, cuncta hæc de medio tollunt, cumq; his facultates naturales omnes, quibus summo quodam ministerio uniuersa corporis nostri œconomia constituta gubernatur, ut quæ, si admittãtur, repugnaturæ sint elemẽtis suis, ex quibus n[illegible] collisionibusq; temerarijs quibusdã, ac mutuis inter se concretionibus & secretiõibus, uariãtibus expectari eiusmodi opera nequeãt, qualia fieri summo naturæ artificio ac prudẽtia experimur, ad animaliũ omniũ cõseruationẽ morborũq; depulsionẽ, retinẽdisq; familiaribus & abigẽdis cõtrarijs.

C A P. XIIII.

τὴν γὰρ ἀπόπαλσιν αὐτὸς ὑπέθετο δημιουργὸν τῆς ὁλκῆς. *Etenim repulsionem ipse attractionis causam posuit.*) Prima opinio de attractionis causa fuerat, per illa indiuidua corpuscula, quę hamata undiq; atq; uncis per totum referta faciebat, quibus styli ferrei pendẽtes plures implicarentur, eoq; pacto traherentur, pręsertim si indiuidua ea corpuscula ex ferreis etiã stylis resilientia, resilientibusq; ex magnete occurrẽtia, cõplexu mutuo coirent, ita molita attractionẽ. Quod fieri nõ posse uel ex eo probabitur, quod impartibilia atq; indiuisibilia corpuscula, quomodo indiuidua simul, ac ex tot pterea omni ex parte uncis hamisq; c[illegible]are que[illegible] nulla recta satis inueatur unquã ratio. Ac si quos tamẽ imaginari tandẽ huiusmodi uncos liceat: at ferri pondera illa sustollere, & ad se trahere tam minuta, ac penè nulla nõ satis ualeant. Altera erat, quę rectà per ferrei styli meatus progressa corpuscula deferri in secundũ faciebat, occurrẽtiaq; huic repulsa ac resilire in primum cẽsebat rursus: eodemq; modo tertio occursantia in secundũ, & quarto in tertiũ. Nã si recta tantum in terrũ eiusq; meatus tenderẽt, ferreorumq; ad ultimũ usq;, nihil fore causæ propter quã trahi aut cohærescere simul possent. Nũc in proximũ sibi superiusq; resultu illo atq; adhæsione, mutuo cõplicari posse uidebuntur, stylosq; ita inter se ferreos illos ceu copulatos commissosq; cõiungere. Hanc facit Galenus hypothesim priore inuerecundã & ineptam magis. Etenim quum cũcta ea corpuscula eiusdẽ omnino inter se generis conditionisq; sint, qui fiet, ut primi meatus ingressa quũ pertransierint, non & secũdi styli ingressa pertranseant, sed in primum resiliant? eodẽq; modo tertij in secundũ, & quarti in tertiũ? quòd si pertranseunt, quomodo superius cõnectẽt ferrũ nullis relictis uinculis? Minime ergo resiliẽt, neq; ad inferius positũ trãseuntia peruenient, ut resultu deinde facto nectãt. nõ em̃ & resilire simul & pertransire eadẽ poterũt. Dici poterat, innumera quũ sint, partim permeare corpuscula ea, partim resilire: sed quũ specie prorsus eadẽ cõtineantur, quo tandem prouidentiæ secernentur, ut permeantia transeant hæc, resiliant illa?

πρὸς δὲ τὸν ἐπίκουρον τῆς περὶ τὰς ἀρχὰς διαφωνίας. *Ad Epicurum uerò, eius cum principijs dissensionis.*) Non quidem quam Epicurus ipse credat dissensionem esse: conatur enim is quoq;, seruatis principijs suis, reddere causam apparẽtium: re-

iecta quippe ille quidẽ quoq; ui ac facultate attractrice, ne dogma suum prodat. Itaq; trahi res sciens uidensq; ac confessus, trahendi tamen modum ex uirtute ac potentia ea fieri non fateretur, neq; admitteret: icirco principia sua sequutus causas affert ineptas, quibus demũ principia quoq; sua destruantur, ut hactenus de dissonantia cum principijs suis admoneri adeoq; impugnari possit. Neq; enim subsistent ita atomi eius ullæ, quas euersas omnino oporteat, si de attrahendi modo illo ita statuerimus, quod docuit Galenus.

ὅσα φλεγμονῆς δὲ λυτικά, ταῦτ' εὐθὺς ἂν ἦν κἀκείνων ἑλκτικά. *Quæcunq; phlegmonem soluunt, hæc confestim illa quoq; traherent.*) Argumentum est huiusmodi: si infixa sponte sua exeunt, nec ab impositis ad rem hanc medicamentis trahuntur, propterea quòd remittãtur ea per se soluta phlegmone, quæ soluũt phlegmonem medicamẽta, per se id præstabunt: at non præstant: nõ solum quia infixus sæpe aculeus surculusue aliquis, sine partis illius phlegmone, medicamentorũ usu phlegmonem soluentium non eruetur: eruetur autem peculiariter trahentis medicamẽti alicuius applicati ui ac potestate: uerum etiã quòd soluta quandoq; phlegmone manebunt infixa, nisi admoueantur, quæ proprietate sua trahant. Alterum argumẽtum: Diuersi generis infixa diuersa trahent medicamenta, sicuti etiam alia uiperæ, alia marinæ pastinacæ atq; alia scorpionis uenenum de corpore educunt, conuenienter sibi quæq;: at soluentia phlegmonem medicamenta eiusdem generis habentur cuncta: nõ ergo idem agent. Neq; eundum tamen inficias, si infixa sequatur quoq; phlegmone, ut in eandem partem con ueniant, infixa quæq; facilius ac promptius attractum iri à medicamentis proprijs, soluta prius phlegmone semper.

[...]λην τὴς τὴν ὁλκὴν προβάλλουσης. *Præter eam quæ attractionẽ profitetur.*) Satis igitur habituros nos in hoc existimare debebimus, si attractricem unam quandã facultatem agnouerimus, pollentem uiribus attrahendi sibi proprium, cuius exempla in multis uisuntur multa. Qua uerò id ratione fiat, si quęretur à nobis, rursus satis habebimus respondere, à tota id substãtia fieri, seu à substantię proprietate temperamento omnino inhærente cuidam, si temperamentum ipsa non est, cuius temperamenti partes ratas elementorum, quibus constituitur, nos ignoremus: ne si ulteriora inquisiuerimus, errores incurramus à philosophorum præstantissimis animaduersos, quod nostri temporis eruditis quibusdam contigit: qui dum hoc anxiẽ nimis egerunt, ut causas rerum harum omniũ in abdito à natura positarum eruerent, nec perquisitas inuenerunt, & Democriticas atomos, atq; Epicureas ad id euocare coacti sunt, sepultas iam diu philosophorumq; iam omnium rectius sentientium iudicijs damnatas.

C A P. X V.

Εἰ δ' ἦν τοῦτ' ἀδύνατον ὡς δείξομεν, λείπεται τοὺς νεφροὺς ἕλκειν. πῶς δὴ τοῦτ' ἀδύνατον, τῶν νεφρῶν ἡ θέσις ἀντιβαίνει. *Quòd si fieri hoc non potest, sicuti demonstrabimus: restat ut renes trahant: at cur fieri non potest? renum positus repugnat.*) Obstare situm dicit, quo minus fieri ista queant. non quidem quin propulsus ex uena caua sanguis deferri eò ad renes posset, etiam si ad perpendiculum subiecti renes uenæ cauæ non essent: sed quod percolari is non possit, obstat: ut enim hoc fiat, suppositi e directo illi renes sint oportet, quemadmodũ in palato colatorijs similes meatus quibus cerebrum repurgatur: itaq; simul uniuersum eodẽ sanguinem deferri necessum esset, ut percolaretur: quod nõ fit. Sic igitur fieri id non posse dixit, quasi qđ non fit: neq; enim uniuersum ad renes mitti sanguinẽ uidemus: qđ fieret, si impulsus mitteretur à uenis ad ꝑcolandũ: trahitur ergo serosa pars.

τὸ μὲν ἕτερον μέρος τῆς κοίλης ἄνω πρὸς τὴν καρδίαν ἀναφέρεται. *Caua altera quidem pars sursum uersus fertur in cor.*) Vt hoc uno non percolari sanguinem renibus illatum doceri satis possimus: longè enim abit sanguinis pars hęc in diuersum: at necesse fuerat renibus inferri prius ut percolaretur. In attractione non est necesse, quæ uel ex paulo longius dissitis rapere ad se de sanguine serosam partẽ illam ualeat, etiam de cauæ trunco, antequam in duo diuidatur: etiam de diuisæ iam

iam parte ea quæ ſuperius ad cor fertur: nec minus de inferiore per emulgentes, quæ ita ex argumento uocantur, uenas.

ὁ λόγος ἐξεταζόμενος εὑρεθείη γελοιότερος. *Sermo ſi expendatur, ridiculus magis reperietur eſſe.*) In tractu ferri quem fieri à lapide herculeo uidemus, ineptè licet, ut oſtenſum fuit, at imaginari tamē uerisſimilius ſibi hamara illa, & uncata corpuſcula poſsit aliquis, de materia quippe ſolidiore deciſa, quæ ſe mutuo complexu concurſantia teneant, quàm ſi idem ad materiam multo ſolidā minus transferamus argumentum, cuiuſmodi ſeroſa aquoſitas fuerit, renesq́ à quorum utroq; emiſſa corpuſcula uncos habitura ſint, multò minus ualidos & ad amplexandum, & ad retinendum.

CAP. XVI.

Σάρκες ὁλκοὶ ἐκ κοιλίης ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν. *Carnes attractrices ex uentriculo introrſum atq; extrorſum.*) Initium eſt ſectionis ſextæ libri Epidemiorum ſexti.

οὐ γὰρ δύναται αὐτῆς ὁ στόμαχος εἰρύσαι τὴν γονήν. *Non enim illius os trahere ſemen poteſt.*) Secundo de Morbis mulierū. Et alibi in eodem: ἐγὼ τὴν γονὴν οὐκέτι δέχεται. Et οὐχ' οἵοντε ἀρύσασθαι τὴν γονήν.

Καὶ γνοίη τὸ φαινόμενον τοῦτο μηδὲν μᾶλλον τῆς ἑτέρας τῶν δοξῶν ὑπάρχον ἐνδεικτικόν. *Ac nouerit hoc quod apparet, nihilò magis alterius eſſe opinionis demonſtratiuum.*) Dū transglutione per gulam in uentriculum agitur cibus, ſemper inferiora gulæ laxari, ſuperiora contrahi conueniet: quando etiam ſi quid manibus per eam intrudatur, in exempta de corpore idem ſemper cōtingere neceſſum ſit: quocirca fauere argumentum id non magis opinioni, quæ transglutionis cauſam ponit contractionē ſupernè factam, quàm quæ attractionem à uentriculo cibi debebit. Tranſitus enim tantummodo permeantis rei alicuius id ſignum fuerit, non quòd hac illáue ratione fiat impulſione aut attractione, quòd tam hic, quàm ibi idem appareat euenire. Alia igitur quærenda Eraſiſtrato argumenta. In quo animaduertendum, quum propellente etiā uirtute aliqua cibum id fieri poſſit, nempe ut laxatis inferioribus fibris tranſuerſis, ſuperiores eiuſdem modi contrahantur: facultasq́ hæc, dum ab attractrice longarum fibrarum officio rapitur in uentriculum cibus, auxilio illi ueniat: fieri quoq; poſſe, ut utraq; hac de cauſa ſeparatim, & ſimpliciter attracto cibo, gulamq́ pertranſeunte & impulſo, contractio ea dilatatioq; uiſatur: neq; tamen ob hoc attractrix reijci facultas ab Eraſiſtrato debuit.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς κοιλίας αὖθις. *Cæterùm de uentriculo rurſus.*) Statuere prius attractricis facultatis exemplum in renibus, quàm in uentriculo maluit Galenus, quòd nulla in his aut in uenis, quæ eò tendunt, partium contractio aut laxitas, aliudúe quippiam tale animaduerti queat, quod alterius alicuius, quam attractricis facultatis cauſa fiat: & quòd ob ſeroſi excrementi copiā, citumq́ eius per corporis omnia, ad exitū uſq; de corpore tranſitum, manifeſtiſsima cuncta repræſententur, ad fidē faciendam ponus trahi illam facultatis munere officio huic delegate, quàm id ulla alia de cauſa fieri: ex quo facilius, & Aſclepiadea de rebus his, & Epicurea, & Eraſiſtratea placita fortiter euerſa tollantur.

Ἀλλ' οὐδ' ἄλλην τινὰ προσθεῖναι πιθανὴν αἰτίαν ἔχω. *Sed neq; ullam aliā habuit, quam afferret perſuaſibilem cauſam*) Ita ſanè, ob eam quam modò diximus, eorum quę circa renes & urinæ ſecretionem contingunt, apparitionem non potuit Eraſiſtratus cauſas quas quibuſdam alijs accommodabat, renibus accommodare. Nam neq; ad id quod euacuatur, ſequela ualebit quicquam in his, propterea quòd in hac tantummodò, quantum euacuatum eſt, ſuccedere in euacuati locum ſolitum ſit: at in ueſica multò ſæpe plus urinæ colligitur tantumq́ interdum, ut ſuppreſſa ea periclitentur multi. Neq; quam in diſtributione alimenti excogitauit, uentriculi expreſsio ualitura ſit. Quomodo nanq; ea per corpus ad tam longum ſpacium, quo renes & ueſica à uentriculo diſtant uires exprimendi proferet ſuas? ſed & cor ſuperimpoſitum cauæ dilatationibus ſingulis

non

non parum ad se rapiet sanguinis, qui ne ipse quidem pertingere ad renes poterit, ut percoletur.

τίς οὖν ἡμῖν δύναμις ἐπάξει πάλιν ὀπίσω τῶν νεφρῶν τὸ καθαρὸν αἷμα. *Quæ igitur facultas abducet nobis retrò rursus à renibus depurgatũ sanguinem.*) Tantũ solummodo sanguinis repurgabitur percolatũ, quantũ deferri semel ad renes poterit, quæ planè exigua erit portio. Atq; id quũ fuerit factum, ut reliquus eodẽ percolatu repurgetur, & serosam partem reponat renibus, purgatus iam sanguis retrocedat in cauam opus fuerit, ut succedere in locum eius purgandus ualeat. Subsistere ergo necessariò impurus cogetur, donec retrocesserit purus, ne mutuo occursu impediantur, atq; in uia hæreant. Hic iam quot opus habituri sumus facultatibus, quæ solicitè cuncta exequantur: alia quidem quæ retrò sanguinem purificatum iam abducat à renibus, & in cauam deducat: alia quę uenientem operiatur, iubeatq; mox ut inferiores cauæ partes petat, purus iam factus: alia (non enim unica tot tamq; diuersis muneribus sufficere poterit facultas) quæ ex superioribus accedenti impurato adhuc mandet, nè se cum puro unà commiscens descendat inferius, priusquam ad renes diuertẽs purificandum se illis tradat: ac tum demum rediens unde discesserat, per corpus ad alendum feratur: fietq; id succedẽtibus semper alijs atq; alijs sanguinis portionibus quantas tantum capere incumbentes renibus uenæ poterunt, quoad purus percolatusq; totus ita reddatur. Quas nugas planè, atq; ineptias non paruas effugimus, attractrice ad hæc facultate usi.

C A P. X V I I.

τίνα τρόπον εἰς τοὺς νεφροὺς ἐμπεσεῖται. *Quónam modo in renes incidet.*) Eadẽ enim sequentur ita opinantes incommoda omnino, quæ Erasistratum sequebantur prius, & modò relata fuere à nobis.

ἀλλὰ τὸ γινόμενον εἰπόντες μόνον οἴονται τὴν αἰτίαν ἀποδεδωκέναι. *Verùm allato solum eo quod fit, causam se attulisse existimant.*) Nam exemplum, quod afferunt de oleo & aqua mixtis, tum in terram proiectis, quæ diuersis uijs fluant, longè alterius rationis fuerit: neq; enim facilè miscentur oleũ & aqua simul, ut permistus sanguini serosus humor cum eo unà defertur: & illa mista proiectaq;, non ualdè diuersa abibũt, quamuis aqua fortasse descensura altius sit, propter tenuitatem partium maioremq; fluoremq;: id quod alibi quoq; in eiusdem terreni locis omnibus factum eodẽ modo sequetur propter easdem causas: secus quàm in sanguine & seroso humore. Qui quum corpus permeantes mille alijs uenis eiusdem generis occurrant, quum primum in renes delatas prætertranseunt, solùm serosus humor, relicto sanguine, in eas tendit, attractrice renũ ui abreptus. Huius igitur rei reddenda erat ratio, non id solum quod fit, dicendum, allato etiam exemplo alterius prorsus naturæ: reddi autem non potest alia, quàm attractricis renum facultatis: qui quum his solum uenis additi sint, per hasce solùm trahunt.

οὐ μὴν οὖν αὐτὸ τὸ πινόμενον ἅπαν οὖρον γίνεται. *Caterùm quòd totum id quod bibitur, urina fiat.*) Sic de potu hic dictum, quòd uniuersus urina fiat: quemadmodum prius de pane, quod sanguis, utrobiq; pro maxima totius parte accepto toto. Nam nec panis totus fit sanguis, nec potus urina: cuius, præter hanc ipsam urinam, & portiunculas quasdam, quæ unà cum alui excrementis descendunt, aut in sudores discedunt, aut per occultam transpirationem elabuntur: etiam corpori pro alimento cesserit omnino aliquid. Eapropter in calce totius Operis hæc reperientur ab authore scripta uerba de his, qui immodicè uinum bibunt: οὐρεῖται δ' ὀλίγου δεῖν ἅπαν ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ. Mingitur autem totum penè non multo pòst tempore. Bene, inquit, ac paulo minus, quàm totum. Eodem modo dictum à ueteribus legitur, potum pro cibi uehiculo bibi totum.

IN LIB. II. DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS.

CAP. I.

Ως οὐκ ἄλλως μὲν εἰς τὴν κύστιν τὰ οὖρα φέρεται διὰ τῶν νεφρῶν. *Quòd non aliter in uesicam urina fertur per renes.*) Animaduertendũ, partes in corpore attrahendi facultate proprium sibi ad se alimentum rapere, mox & transmittere, satiatæ ipsæ quum fuerint prius: ut uentriculus cibum trahit: ex quo chylum quũ fuerit, seq́ eo rorulento exatiauerit, trahendum insequentibus transmittit: transmittere dico, eo quòd rapiendum ab alijs præteruehi sinat. Eadem fieri de sanguine cum uenis censendum est. Neq́ hoc solum, sed & excremẽta trahunt ad se multæ, atq́ eadem mox aliò mittunt. Quædam etiam transmittunt, ut bilis uesicula, quę bilem de sanguine secretam, trahit altero canaliculo, protrudit altero, ad intestinorum initia sub pylorum: humoremq́ atrabilarium lien & trahit, & in uentriculi os per uenulam aliam reijcit, alicui omnino usui. Vrina à renibus trahitur, atq́ ab iisdem in uesicam fertur, per urinarios meatus, qui ureteres sunt, nihil aliud quàm transmissa, propellentibusq́ tantum eam ureteribus. Porro autem partes hæ excrementis quæ trahunt, nõ aluntur omnes: uenulas quædam habent deriuatas eodem, de quibus ad se alendum sanguinem trahant, eadem attractrice facultate usæ.

Τά τε γὰρ ἄλλα. καὶ πλῆθος οὐκ' ἂν ἐν τῷ σώματι γένοιτο. *Nam præter alia, plenitudo quoq; in corpore non sanè fieret.*) Idem, quod de urinæ collectione eiusq́ suppresione antea dictum. Nam si in uacui sequela non plus reponi solet, quàm est euacuatum, nulla unquam plenitudo extiterit in corpore: imò uerò eadẽ semper corporis habitudo futura esse uidetur, quantum quidem huc spectat.

Ἢ εἴπερ ἄρα περὶ τὴν καρδίαν τε, καὶ τὸν πνεύμονα. *Aut si tamen fuerit, circa cor & pulmonem fuerit.*) Ad alimenti per corpus distributionem Erasistratus uentriculi expresionem excogitauit primam, qua protrusus discederet de uentriculo cibus in proximas partes. sed hanc quum uideret protrudendo ad extimas usq́ habitus totius partes non futuram satis, sed resolutum iri illius non multo post uentriculum efficaciam: ad id quod uacuatur, sequelam commentus præterea est. At si alimenti distributio causam hanc habuerit, nulla erit in corpore toto plenitudo unquam partium, quę post iecur sitę sunt, inquit Galenus: uel si erit, circa cor & pulmones erit, quæ duo, uel Erasistrati confesione, suscipere plenitudinem possunt, trahente corde in dextrum uentriculum alimentum, mittenteq́ deinde idem per arterialem uenam in pulmonem. Sic fiet, ut in uentriculo meseraicis ac iecore cõsistere plenitudo posit: illuc enim usq́ expresionis uentriculi efficientia forte pertigerit: in corde autem & pulmonibus dicta de causa, quam in eis his diximus, euenire idẽ poterit: in reliquis uerò corporis partibus, in quibus causarum harũ neutra uisitur, ne plenitudo quidem cõsistet unquam ulla, si distributionis causam receperimus succesionem esse sequelamq́ ad id quod uacuatur, propter rationem adductam iam: at cõsistit sæpisime: nõ igitur causa hæc, quæ falsò proinde afferatur ab Erasistrato. Quòd si (quanquam nimia locorũ distantia repugnare uideatur) concesserimus protendi per omnia expresionis in uẽtriculo primum factæ robur posse, ut in partibus quoq; alijs plenitudo fiat, iam sequela ad uacuum non fuerit necessaria: præsertim si (quod Erasistrato quoq; ipsi placuisse uidetur) uenarum præterea περιστολὴν cõstrictionem scilicet & compresionem admiserimus, qua contentum uenis alimẽtum extrudi compressum in alteras partes ualeat, ut etiam à uentriculi expresione illa non admodum iuuetur, utpote quæ ad uenas usq́ eas nõ perueniat, aut si peruenit, exprimendi uires secũ eousq́ non afferat Sed si ita credemus, superuacanea (ut diximus) sequela illa, & succesio ad uacuum reddetur: ut non solùm falsam, sed etiam superfluam ideo attulisse causam hanc

uideri

uideri queat Erasistratus. Neque uerò eo ista dicuntur, quòd probanda magnopere uentriculi expresio ea, aut uenarum constrictio siue contractio sit: sed ut nihil afferri causæ posse ostendatur de rebus his ueræ ac legitimæ, quum ab attractrice facultate discesserimus: quando expreßione illa & contractione uentriculi uenarumque quicquid cōtinetur, indifferenter id totum protruditur indiscretum, quod in alimenti distributione fieri omnium minimè debeat: cuius, nisi repurgati optimè secretisque superfluitatibus omnibus liberi, prius nūquam usus futurus sit ad alendum ullus. at id rectè semper, atque ex ordine ab attractrice & expultrice facultatibus fiet, attractriceque inprimis, quam trahendo secernere, propriumque maximè ac cōueniens seligere diximus coniunctis officijs, non separatis: ut unius atque eiusdem omnino esse facultatis utrumque appareat: secretrixque ideo facultas ab attractrice quibusdamque alijs esse, haberiue secreta non debeat.

CAP. II.

λυρώδης μὲν ὅσγε κατὰ τοῦ αἵματος, ἀδυνάτος δὲ, καὶ ἠλιθίος παντάπασιν ἐπὶ τῶν οὔρων. *Nugax quidem quæ sit in sanguine quoque, at penitus stolida atque impoßibilis, in urinis.*) Vtrobique propter plenitudinem & redundantiam: quæ, ut ostensum est, fieri nequeat, si sequelam ad id quod uacuatur, pro causa acceperimus. ac fieri tamē experimur utrobique in sanguine & urina: sanguinis quidē plenitudinem multo euidenter minus, quippe quæ sensim magis minutatimque fiat, neque tam subitos progressus habeat: urinæ uerò tam manifestò ac tantum non quotidie, extensa sæpe ob urinæ redundantiam nimiam uesica: sæpe etiam ob suppreßionem. Vt stoliditatis dicat accusandos esse, qui hoc non animaduertere, nugacitatis alios.

CAP. III.

μόναις δὲ ταῖς τῶν ὕλων οἰακιζόμενα ῥοπαῖς, οὐδαμοῦ δυνάμεως οὐδεμίας. *Solis uerò materierū gubernata momentis, nullaque usquam facultate.*) Quid ait Democritus, Epicurus, Asclepiades? Vacuum, & in uacuo indiuidua corpuscula, conuenientia inter se, concurrentia, concreta, complexa, resilientia, uera hæc, ἐτεῇ nimirum: νόμῳ illa existimatione tantum nixa, & opinionibus hominum, alteratio, sensus, phantasia, uirtus, facultas, anima, posteriora omnia ueris illis & opinabilia tantummodo. Quid Hippocrates? νούσων φύσιες ἰητροί: & alio loco etiam ἀδίδακτοι dicuntur. Quid aliud? quàm internas connatasque statim nobis insertas, insitas facultates multas innuens uerißimas ac certißimas, quibus recti gubernemur, sustentemurque per totum uitæ nostræ decursum?

ὀστοῦν γὰρ καὶ χόνδρος, καὶ ἀρτηρία, καὶ φλὲψ, καὶ νεῦρον, καὶ πιμελὴ, καὶ ἀδὴν, καὶ ὑμὴν, καὶ μυελὸς ἄναιμα μὲν ἐξ αἵματος δὲ γέγονε. *Os nanque & cartilago, & arteria, & uena, & neruus, & pinguedo, & glandula, & membrana, & medulla sanguine quidem carent, attamen facta ex sanguine fuere.*) Ad hominem argumentum, quod dici solet, hoc erit: quippe ex Aristotelis familia Erasistratus, cum quo nunc Galeno res est, non negaturus: quia Aristoteles quoque ita senserit, ex sanguine ortum suum ducere ista. Quæ quum tam à sanguinis natura diuersa sint, necessariò ex magna immutatione & alteratione talia fient: ut propterea uirtutem ac facultatem (quod ille nolebat) hæc ipsa effecta reddentem in semine locatam supponere sit pernecessariū: semen enim effectoris formantisque uim obtinet apud Aristotelem, ut materiæ uicem menstruum. Ex concessis igitur tantummodo argumentum habebitur hinc. Nā reuera ex semine procreari cuncta hæc, utique ex idonea maximè ad id materia, edocti sumus à Galeno alibi. Quod ipsum tamen, semen inquam, ex sanguine est: ut si hoc iam nomine alio quodam modo ex sanguine rursus oriri quis hæc dixerit: quia ex sanguine semen ex quo demum hæc, non peßimè dixisse existimandus sit. Sed & ob id, quòd pauca sit, quæ in uterum projicitur, seminis quantitas, ipsum autem interea ex sanguine alatur augescatque: ex sanguine gigni, formarique partes propè affirmare alicui liceat.

ceat. Non est nobis de nihilo ficta hæc loci huius explicatio, sed authorem habet Galenum ipsummet, hoc ipsum scribentem Commentario primo in Hippocratis libellum de Natura humana, quo loco Hippocratis uerba exponit ea: ἀξιῶ δ' ἔγωγε τὸν λέγοντα αἷμα μόνον. atq; ibidem librorum de Semine mentionem facit, demonstrationisq; exhibitæ, πλεῖστα μόρια τοῦ σώματος ἐκ τοῦ σπέρματος γίγνεσθαι, μόνων τῶν σαρκωδῶν ἐξ αἵματος διαπλασμένων: & interea tamen ex sanguine eadē gigni, qua dici ratione queat, docet nos: duplici illa nimirum quam ex eo attulimus. Itaq; hoc loco neque nescius neq; uerò oblitus eorum quæ alibi scripserat, tanquam ex sanguine generarentur, protulisse uideri debet: sed ut & ea dicendo, quæ dici uia illa poterant ac ratione: & concedendo, quæ non negaturum sciret Erasistratum, argumento uteretur ad hominem (uti diximus) accommodato.

Τί δ' ἦν τὸ σπέρμα; ἡ ἀρχὴ τοῦ ζώου δραστική. ἡ γὰρ δὴ ὑλικὴ τὸ καταμήνιον ἦν. *Quid autem erat semen? principium animalis effectiuum. nam materiale menstruum est.*) Neq; solum animalis efficiens principium semen est, licet maximè id in primisq; sit: nam materia etiam est ad formandas partes in eo aliqua: neque menstruus sanguis materia tantummodo erit, quamuis totum propè corpus ex eo procreetur, siquidem ex sanguine constat caro (corpus carnem dicimus propriè) sed etiam efficientis aliquid retinebit, quod patet ex similitudine natorū cum matre sæpe maxima, quam præstare unum semen fœmellæ nequeat. Cæterùm (quemadmodum nuper est declaratum) Galenus, quanquam alibi partes aliquas, quas hic ex sanguine ait, ex semine oriri demonstrârit: tamen hic placiti sui mentionem fecit nullam, hominem nimirum respiciens, aduersus quem disputationem instituerat. itaq; hoc quoque uersu, quod pro confesso haud dubiè recepturus erat Erasistratus, affert, argumentoq; utitur ad rē tantum, quam habet in manibus, quum alibi paulò aliter de his statuerit: non quidem contrarium eius, quod hic scribit, sed diuersum potius quiddam: nimirū principium efficiens esse semen, sed & materiam: rursus materiam menstruum sanguinem, sed & principium efficiens: non autem non esse semen principium eiusmodi, neq; non materiam sanguinem.

CAP. IIII.

Τρίτῳ δὲ τῶν στωϊκῶν ἑνὸς μόνου μεταχθέντος τοῦ τὰς ποιότητας εἶναι σώματα. *Tertio autem Stoicorum uno tantùm immutato, qualitates corpora esse.*) Quū qualitates corpora facerent Stoici, ac qualitatum, consensu omnium & confessione, esset mistio per totum, substantiarū quoq; & corporum (quoniam hæc qualitates esse possent) totorum per totum mistionem esse debere, coacti sunt asserere: quod superius dictum fuisse de his, meminisse debemus.

CAP. VI.

Ἐπέσχεν τι περὶ φλεβῶν μόνον, καὶ τοῦ κατ' αὐτὰς αἵματος. *Aliquid conclusit de uenis tantum & sanguine, qui in his existit.*) Libri huius initio, in successione ac sequela ad id, quod euacuatur, falsum fuisse Erasistratum uidit uel Asclepiades ipse, dum lemma unum quoddam assumit. Non enim duo tantum hæc contingere ostendit, ut uel locus illicò uacuus fiat, uel continuum sequatur: sed addendum insuper tertium esse uult, uidelicet uel contractum iri uas ipsum, si coire simul & conniuere uasis possint molliores & laxiores parietes. Nam in calamis aliquibus aut tubulis solidioris materiæ demissis fortè in aquam, si de ore suctum superiore fuerit, uel calamus uacuus confestim fiet, uel quum hoc non fiat, necessariò continuum sequetur, nempe aqua ipsa: quoniam calami latera nō eius naturæ sunt, ut coincidant simul, coarctenturúe in unum: uenæ autem, quamuis tubuli sint quidam cum cauitate, cōsidentibus tamen mutuo in seipsas omni ex parte tunicis ob laxitatem explere cauitatem possunt: ut ob hoc ualiturū Erasistrati argumentum nō esse uideri possit, de sequela ad id quod uacuatur: considere nanque ualebunt eæ exinanitæ, nec continuum tamen sequetur. At

hic argumentis concludi de eo aliquid dixit in uenis, cōtentoq́ in illis sanguine: quinetiam uenas nō concidere addidit, μὴτε τῶν φλεβῶν συμπιπτόντων, quod uerum est. Vt enim fieri possit ut concidant tunicæ, & concidant: at non sit tamen id: quippe sanguinis semper aliquid connnentibus uenis, non concidunt tunicæ, neq; subsidunt. Eapropter non simpliciter dictum est, Conclusit aliquid de uenis solum, sed additum, Et sanguine, qui in his habetur. Iccirco exeunte per uenarum ora sanguine, digestoq́, neq; protinus necessariò uacuus locus fiet, neq; uenæ concident, & necessariò sequetur cōtinens semper sanguis, quo uacuati locus impleatur. Quod non propterea dicitur, ut sua uenis auferatur attrahendi facultas, attrahunt enim, etiam nulla ad id quod uacuatur, sequelæ & successionis necessitate, per se. Sed ut si ualiturum argumentum id sit, in uenis solum ualiturum existimetur: nam in reliquis corporis partibus, ubi nullis tubulis conclusus uenas iam ad alendum exierit sanguis, inanis prorsus in nutritionis ratione perquirenda, ad id quod uacuatur, futura sequela illa sit: ut quidem neruorum nutriendorum exemplo docemur à Galeno.

λογῳ δὲ θεωρητός τόπος κενούμενος οὐκ ἦν ἀναγκαστικός τινι συνεχέος ἀκολουθίᾳ. *Ratione uerò cōtemplabilis locus uacuatus, nō necessariò inducit continui sequelā.*) Quippe quæ in rebus tantum illis fiat, in quibus & cauitas tubuli instar sit, aut alioqui uasis alicuius & continere aliquid possint, quinimò contineant iam: componanturq́ ita, ut per cauitatis solum partem alteram ingressus pateat: quæ esse in loco ratione sola spectabili nullo pacto queant, præsertim in parte illius neruuli, (de quo hic disputatur) nutrienda, sensus penitus nostros omnes fugiente, quam esse oporteat manifestam, sensibilem & euidentem satis.

τὴν κηπαίαν κατὰ τὴν παροιμίαν πρὸς Ἀσκληπιάδην ἀπιχωρήσαμεν. *Per horti portam (ut prouerbio dicitur) ad Asclepiadem discessimus.*) Quasi dicat: imprudens Erasistratus contraq; placita sua, si elementarem neruum exiguum illum compositum ex multis & exiguis corpusculis dixerit, in Asclepiadæ placita transibit, cū illo unà elementa ἄναρμα quædam statuens, incongrua & incomposita scil. certis quibus statutis, quod omnium minimè uult, protinus naturam quoq; artis omnis expertem facere cogetur: quòd necessariò principiorum eiusmodi positionem sequi, dictum ostensumq́ suprà. Prouerbij autem ratio huius quæ esse, quum diligenter ab his qui maximè hæc tractarunt, quæreretur à me, inuenta nulla est.

Ἀλλ᾽ ἡ μὲν ἁπλῆ φλέψ ἐξ αὑτῆς τραφήσεται: τὸ δὲ νεῦρον δὲ καὶ ἡ ἀρτηρία ἐκ τῆς φλεβὸς τίνα τρόπον. *Verùm uena quidem simplex ex seipsa nutrietur: neruus autem & arteria ex uena quonam tandem modo.*) Quamuis uenæ trahendi ad se alimētū facultate usæ nutriantur, omnia tamen habent, ad uacui sequelam quę requiruntur: cauitatem manifestam, conclusa undiq; tubulorum suorum latera, perspiratu nullo, euidenti quidem, ut exeunte per illarum ora sanguine succedere ex diuersa atque altera parte, ne uacuus relinquatur locus, sanguis alius subinde atq; alius possit, quo, si non attrahente, ut reliquæ corporis particulæ omnes præditæ essent facultate, nutriri tali ratione possent: in neruo uerò nihil tale spectatur, aliam omnino, quantum ad hoc attinet, cōpositionem nacto quàm ut tribui illi, sicuti uenæ, possit ea nutriendi ratio per successionem ad id quod uacuatur, facta aut ex se, aut etiam ex uena. Et in arteria quidem non dissimili structura fabricata, quàm uena sit, quamuis ex tunicis sexcuplo crassioribus constante, tamen intrinsecus eadem haberi, quæ uenæ multo simplicioris nutriendæ ratio possit, modò natura sua sanguinem continere censeret Erasistratus arterias ipsas, ut uenas: quo scilicet ut è uenis, sic ex arterijs exeunte alius atque alius necessario succederet, ob uacui sequelam: itaque nutriuntur. Sed quum id non censeat, sic sanè ne constare quidem in arterijs eadem, quæ in uenis de hominis sententia intrinsecus nutritio poterit. Ac longè minùs nutrientur illæ a uena aliqua extrinsecus ex uacui sequela, ut in quas nullus u[illegible] à uen[illegible]

uenis deriuatus inseri tubulus aut canaliculus, quo uno demum modo ad id quod uacuatur successione, peragi nutricatio earum extrinsecus posset. nulla enim pars simplicior ac neque magis composita aliqua, nisi ea ratione effingatur, ut circumseptam extensamq; cauitatem aliquā habeat, ad uacuum sequelæ necessitatem facile admittet. Proinde rectè à Galeno additur illud mox, ἀποδείξομεν δὲ καὶ καθ' ἑτέρους μὲν ἄπορον εἶναι τὴν τῶν ἁπλῶν ἐκείνων ἀγγείων θρέψιν: ut non solum Erasistrato, sed alijs etiam quicunq; ab attractrice facultate discedūt, difficilis futura sit inuestigatio inueniendæ, quomodo simplicium uasorū nutritio fiat, uiæ ac rationis.

ἀλλὰ καὶ κρῖναι τὴν μάχην αὐτῶν οὐκ ὠκνήσαμεν, καὶ τιμῆσαι τὸν Ἐρασίστρατον. εἰς τὴν βελτίονα μεταστήσαντες αἵρεσιν. *Sed & eorū dijudicare litem non sumus grauati, honoremq; deferre Erasistrato ad potiorem sectam traducto.*) Pugnat cum Erasistrato Asclepiades bimembrem diuisionem afferente, tertium ipse membrum addens: uel locus, inquiens, relinquetur uacuus, uel continuum sequetur (duo hęc erant Erasistrati) addendum tertium, uel contractum subsidet uas. Melior autē in quam traductum uult Erasistratum, secta Peripateticorum est, artificiosam nobis naturam exhibens, atq; assiduè prædicans, admissis facultatibus omnibus, quascunq; natura insitas habemus regēdis gubernandisq; corporibus, ac nutriendis, summa rerum omnium opificis prouidentia attributas.

κατὰ τὰ πλάγια τῶν ἀγγείων ἑλκομένης τῆς τροφῆς, καὶ κατοχωριζομένης. *Secundum uasorum latera attracto alimento, ac seposito.*) Verba sunt Erasistrati à Galeno ex secundo uniuersalium sermonum Erasistrati libro recitata, quo loco ultimorū simpliciumq; & angustorum nutritionis modū explicauit, ex uicinis uasis appositionem alimenti contingere illis faciens, ex uasorum lateribus attracto eo ac seposito, siue reposito & collocato: sic enim κατοχωριζομένης uertendum esse arbitror, ut ἑλκομένης haud dubiè attracto: non ille quidem ut ab attractrice fieri hoc facultate uellet, contra sequelam ad uacuum in causa esse credens: neq; tamen uerbo id proferre ausus in his, ut, quum de uenis ageret, fecit: quòd uideret non tam apertam hîc, quàm in uenis, uacui sequelę adduci probationē posse: uerboq; usus est attrahendi rationi utriq; applicabili, quæq; ex uacui sequela, quæq; à uirtute attractrice fit, ἑλκομένης scribens. Quorum nos alterum abijciemus, admittemus alterum (nostrum enim est) nempe attrahendi facultatem ex rerum proprietatibus: quæ quidem admissa nullas secum adferet difficultates ambiguitatésue, & satisfacere partibus omnibus corporis ualebit, paruis æquè ac magnis, simplicibus, compositis, carni, neruis, uenis, arterijs, ossibus, ad alimenti distributionem, nutriendumq; Reliquæ excogitatæ ab alijs de re hac causæ aliquid in aliquibus rationis ac uerisimilitudinis retinēt, in alijs amittunt statim. Nam expressio uentriculi illa auspicari distributionem alimēti per corpus fortasse possit, perficere totam non possit, ad iecur usq;, ut quum maximè, progressa. Hanc deinde excipient uenæ, quæ ipsæ quoq; fibras præeuntes laxando, & subsequentes contrahendo, expressionem facere, itaq; alimentum impulsum distribuere possunt: nec minus uerisimiliter, propter aptam earum compositionem, ad id, quod euacuatur, eius, quod sequitur, successio fieri potest. ut credibilia omninò hæc & uerisimilia aliqua ex parte uideātur. At egresso iam uenarū ora extrema sanguine, qua ratione particulis ille nutriendis applicetur, apponaturq; ex neutra profectò duarum iam dictarum rectè explicari poterit. Nam neq; expressio erit ulla amplius alimēti diffluxuri ad latera per omnem partem, si nullo iam uase concluso protentoq;, ut uētriculus, ut uenæ, continetur: neq; ea quę ad id quod uacuatur, successio fit, expectanda hic erit, cùm ea ipsa de causa, quam modò diximus, scilicet nullius uasis lateribus contento sanguine, sed iam extra uenas posito, loco patenti, atq; aperto, ubi uacui necessitas, qualis requireretur, accidere nō potest: tum uerò uel maximè quòd id causæ si recipiatur, nihil omninò habituri causæ simus iustæ, quî fiat, ut in

emaciatis, aut qui à morbis reficiuntur, carnem corpusq́ʒ resumi, & augescere indies experiamur: uel etiam cur bene satis habiti multi, habitiores tamē quotidie fiant: quandoquidē in uacui necessitate ea, semper solùm tantum quantum euacuatum antea fuit, reponi solitum sit. At attractrix uirtus nobis omnia facilè effecta reddet & in emaciatis, & ijs, qui reficiuntur: quippe propter indigentiam tunc temporis maximam, plusculum assiduè proprietate sua trahens, ut plus reponens addat partibus: non cogitato quidem hoc illa, neq́ʒ proposito sibi fine, sed naturam solum suam in eo sequuta, quæ naturaliter agentiū est: ut si cum quo, aut in quo agant, habuerint, nec impediantur, nunquam ferientur, semperq́ʒ functiones suas sedulò obitas exerceant. Quocirca attrahet semper attractrix facultas, quod ad manus est proprium: magis tamē trahet, quum copiosiore alimēto indiguerint mēbra, ut exarescentes herbas uidemus æstate media, plantasq́ʒ omnes post pluuias reuirescere confestim: nō ulla quidem ad id æstimatione adductas, sensuúe ullo (nam nullum habēt talem, ut sentiant indigentiam) alimentū sibi procurantes, sed una solaq́ʒ in eo naturæ ui ita operatæ, eamq́ʒ ob causam, eoq́ʒ solum ductu agentis semper: qui tamen, si placet, quoquo modo sensus dici possit quidam, naturalis illis. Quare illæ (plantæ inquam) paulo uberius solum nactæ, quo illæ pro uentriculo suo utūtur, tantum interdum succi è terra tanquā ex referto promptuario exhauriunt: ut luxuriantes nimiū crescant, qui aūt id, nisi exucto radicib. abūdè, attractoq́ʒ atq́ʒ allecto succo, ut in emaciatis euenire corporibus dicebamus? Hic hercle quas duas modò præter attrahentis facultatis robur, modò etiam nulla huius mentione facta, distributæ per corpus maioris alimoniæ causas adducūt eruditiores, pro ueris distribuendæ quidem solum alimoniæ habere causis nō licebit, uasorum amplitudinem, & succi tenuitatem: uasa enim nulla in plantis, quæ nutriuntur tamen, fibræq́ʒ semper eædem: eadē succi tenuitas, nullo prorsus aut certè perquàm exiguo minimoq́ʒ discrimine: atque ut aliquod tamen inueniatur, quid aliud id quàm (quod ex operis quoque huius extremo cognoscere liceat, ubi de immodico se uino ingurgitantibus agitur) celeritatem distribuēdo alimento addiderit? ut citius augescant ex alimento partes, non ut simpliciter augescant, aut alimonia ex eo distributa permeet. Neq́ʒ illi sanè aliud dicūt, inquientes ita: ueruntamen aliæ permultæ sunt causæ, quæ transuectioni celeritatem addant: uasorum amplitudo, succi tenuitas cum permeandi impetu, & attrahenti, facultatis robur. Credunt se tamen his, dum distributi alimenti copiosioris, alitarumq́ʒ ex eo auctarumq́ʒ partium incrementi causas inuestigant, attulisse ueras: sed citi tantum alimenti eæ habebuntur. potest enim tam exiguum bibi tenuis uini, ut citissimum quidem inde alimentū proueniat corpori, multo tamen interea minus nutrimenti, quàm quod exhalatum sit, exhibeat: tantum abest ut nutrimentum maius addat partibus. Multum igitur insuper sit uini oportet, ut hoc fiat, non solum ut citum celerq́ʒ, in quo solo multitudo & copia posita nulla est. Idem spectabitur quamuis in bene crasso alimento discriminis, ut parum aut multum alat, paucum aut multum sumptum: tardius tamen non alia differentia, quàm celerius tardiusúe nutriendi: nisi fortè quòd in crassiore, sicuti tardius, ita durabilius futurum alimentum est: in tenuiori e celerius quidem, sed durabile minus: uerùm hoc nihil ad copiam. Attrahendi uerò uis ualens uigensq́ʒ eadem penitus ratione, prorsusq́ʒ sui natura, & trahet alimētum ad se citò: & plurimum de illo trahet, si in promptu fuerit, tractura semper, si semper sit quod trahatur, ac robur ipsa suum retineat, donec uasa impleantur distenta sæpe, interdū etiam distentione nimia disrupta. non enim sibi imperat illa, aut cōtinet se nimiū ne sit uerita, modestiæ prorsus uesica ipsa, ac tēperantiæ: naturalis quippe & naturaliter tantum agens, hoc est eodē semper modo, ut naturalia omnia, de attrahēte facultate loquor. Quàm illi mirantur in saturatis partibus, quibus nulla iam inesse debeat appetentia, quomodo

exci-

excitati ad trahendi desideriũ, aut stimulari possit: non sanè magnopere miraturi, si animaduerterint à partibus ipsis non trahi sic simpliciter, atque absolute (quamuis ita dicatur) alimentum, sed per attrahentẽ facultatem trahi: cui enim hoc quoque dubium? Atqui quædam alia omninò res est pars ipsa, alia facultas quæ certe pars ipsa non est, sed parti potius inest: ac pars indigẽtiæ sensum, uti plantæ aliquem tamen obtinet: facultas nullum, ut cui tantùm demandatũ trahendi officium sit, quod & facit nunquam non exequens, nisi impedita, si usque quod trahat, adsit, adeoque etiam tractum apponens parti: etenim attractionis finis hoc ipsum, appositio uidelicet. Ac ex indigẽtiæ quidem sensu multò magis attrahet pars, & ualidius: scilicet maiore ui facultate usa: sed in non sentiente tamen indigẽtiam eam, attractio fiet aliqua: eritque id facultatis potius ipsius munus sic ex natura sua semper operatæ, quàm indigentiæ partis ullius: quæ tamen, pars inquam ipsa, tunc quoque traxisse dici poterit, quòd trahens uirtus eius uirtus sit. Quo ferè modo magnetem uidemus sæpe scobe ferrea undique ambiri ad plenum, nullus ut relinquatur locus uacuus superficiei: neque solùm tangente superficiem scobe, sed etiam alia super eam scobe accedente, indeque alia, ut accretio quædam fiat. quin & acum acui addi uidemus, primæ magneti infixæ secundam: tum secundæ tertiam, & tertię quartam, spectabili adhæsu seriem facientes: usque eò nimirum progressa magnetis attractiua ui. ut, uel si nulla redderetur eius rei ratio, (quamquam reddita etiam aliqua est) his exemplis satis admoneri debeamus, minusque mirari habitum athleticum supra modum, nimiamque repletionem. Porrò autem in athletis & his qui ab exercitatione aliqua habitiores euadũt, omnibus id sequitur, ob multas ac uarias corporis commotiones, quas ipsi athletæ obeunt: frictiones, quas pædotribæ, unctiones, quas aliptæ adhibere solent: quibus sicuti multum caloris natiui accrescit corpori, sic facultas attractrix suscitari plurimum potest: sit indicio, quòd in omnibus ea calido & frictionibus semper iuuatur: ut ideo in non ualde etiam habituris opus alimento, partibus excitata tamen uis ea, & ualentior facta efficaciter rapiat, raptumque apponat, & pars quo magis ex eo augescit, eò fruitur magis, maior inde & ualidior facta: unumquodque enim natura statũ augere suum & meliorem reddere cupit, etiam ut mediocris antea, & ferendus sit, itaque corporis partes mediocriter licet se habẽtes, promouere tamẽ adhuc cupere possunt, & desiderio teneri augendi sui, attractriceque ad hoc facultate uti. Vt ad id quoque habeant, quod dicunt: quum unaquæque pars iccirco alimentum trahat, ut per[illegible]atur, si iam plenè fruitur, non est quòd noui desiderio pulsetur: & plenè enim frui attracto iam poterit (ut docuimus) & noui desiderio teneri, non ut in eodem maneat, sed ut promoueat: quando inter alia testes ipsos sæpe, ex circumiectas uenas, plus semper plusque semineæ materię multoque supra, quàm ad su[illegible] alimoniam indigeant, trahere uidemus. Quærunt, purgantium medicamentorum distributio per corpus quomodo perfici attractione sola queat, quippe naturæ nostræ infensorum prorsus, nullaque ex parte corporis partibus a[illegible]ium & attrahente ui, nisi affinia & amica non attractura. Non prorsus non esse amica dicimus, neque non affinia. Namque si nõ aliter quàm similitudine quadam allicient ad se humores, qualitatibus suis non prorsus contra naturam nostram trahuntque, ac corpori præterea detrahunt, quatenus allicientia ad se trahunt, esse affin[illegible]a oportet, quoniã similia: quatenus uerò detrahũt, amica, nempe corpus uacuis humorum superfluitatibus exonerãtia, noxamque illi adimentia, & auferentia secum. Verùm hoc nihili faciamus: illud dicamus: quũ humores natura corporibus insint, habeanturque purgantia medicamẽta humoribus similia (non enim aliter humores ducere creduntur) naturæ humorum aliquid ut retineant hæc ipsa medicamẽta, perquam necesse uideri: pituitæ, quæ pituitam ducunt: bilis, quæ bilem: flauæ atręûe, quæ hanc aut illã. Quòd si igitur humores trahuntur, & hæc trahentur medicamenta inquam. Si sanguis per uenas

tractus it, cuius massa humorũ est massa: & hæc tracta ibunt attrahendi facultate promota, non (ut isti uelle uidentur ac dicunt) aut substãtiæ tenuitate, aut alia quapiam ui ingenita sibi in corporis interiora penetrantia: quot sunt enim purgantia medicamẽta substantia sua nõ tenuissima, ac permeantia tamẽ? uerum enimuero substãtiæ hæc tenuitas (ut de alimẽti distributione dicebamus) medicamẽtis, ut celerius fortè ac longiùs quoq; moueãtur, largietur, quacũq; illa causa mouebuntur, siue attracta siue impulsa, seu quo alio simplici compositoúe motus genere: non autẽ, ut simpliciter moueantur, præstiterit. Illa uerò alia quædã uis ingenita eis, qua ad corporis interiora penetrant, quàm uellem nõ [illegible]a quæpiam esset, aut una aliqua aut huiusmodi: sed certa compertaq; nobis, atq; explorata, quam sciremus, uel ex functiõe saltẽ cognoscere eam nobis liceret. Attractrix igitur est, attractrix quę hoc faciat facultas, non alia. Nisi uerò (de quo tamen, nisi penliculatius examinatis omnibus. pronuntiare non ausim) quemadmod[illegible]glutiendo cibos fit, ut attractrici facultati suppetias quoq; ferat expultrix, transuersis fibris suis à tergo impellens: ita eodemq; hic quoq; fiat modo, ut trahantu[r] primò quidẽ ac potissimum medicamenta, tum & impellantur: non autẽ ipsa se impellant, ut de humore tradidere nobis hi, quũ dicerẽt: An nõ potius humor in uenas se protrudet, quàm partiũ ui prolectetur? qua enim ui, quo motus genere ipse se commouebit humor, protrudetq; in uenas? num animatũ reddent extemplò nobis hũc ut seipsum moueat? certè quidem extra corpus, nõ alio quàm descensionis motu moueri uidemus humorẽ omnem: in corpore autẽ quo sese motu efferet? sursum an obliquum transuersumúe aget, an in omnẽ partem, uti spiritus? ex proprio atq; intrinseco principio aliquo sui necessario dicendũ: at id quódnam aliud quàm grauitatis principium futurũ sit, non uideo. Postremò inquiunt, rationũ robore multarũ confirmatum iam, & (quasi medicorũ decreto omnium sancitum est) partibus sensum inesse cõuenientis & aduersæ qualitatis: qui si inest, cur non item molesti ponderis atq; grauitatis insit? quòd si is quoq; inest, iam, quũ ad mediocritatẽ implebũtur partes, earũ cupiditas & naturale desideriũ expleri satiariq; debebit. Ergo, si supra hanc mediocritatẽ impleri eas cõtingat, non id solum trahentis facultatis desiderio, sed ijs maximè causis, quas antea recensuerint, fieri necessum esse. Quid hic dicam? aut unde incipiam? ὕστερον πρότερον faciamus. Recensitæ iã caussæ eæ, quæ afferebantur: (repetenda enim nobis hæc sunt, quoniam primi repetiêre ipsi) substantiæ credo tenuitas, quã nihil aliud hoc in negocio moliri posse ostendimus, quàm cursus celeritatẽ, & longioris dilationis uiam: sicuti ne uasorum quidẽ amplitudo, quę alia erat causa, alimento per corpus distribuendo, alia ulla in re cõmodarit, quàm progressum liberũ exhibendo, atq; expeditũ ac latum, ut citius quoq; atq; expeditius impleri possint partes: ipsa quidẽ per se partẽ corporis ullam non impleuerit unquam uasorũ amplitudo ulla, nisi aut impulsum aut tractum fue[r]it alimentum, aut aliquo tandẽ pacto causaq; omnino alia, quàm amplitudo uasorũ illa sit, adductum eò pertineat ad partes: nã ipsum per se, uel etiã amplitudine ea sola adiutum quomodo eo tetendent quæso? At humor, aiunt, in uenas ipse seipsum protrudit, potius quàm partium ui prolectetur, ut alimentum iam eodẽ quoq; modo possit. Verùm quo tandẽ ex principio id fiet? quod intrinsecum illi sit oportet, si seipsum ipse commoturus humor est, ut modo dicebamus, & dicere nũc cogimur. Hoc si fuerit, nõ aliud quam aquæ fuerit, quippe aqueus humor semper quisq; substantia certè. Iã igitur (uereor ne futurũ ridiculum dictũ hoc sit, sed sequitur tamen) plenitudinẽ nobis faciet humor in fundo, natiua sua grauitate eò decumbẽs semper, superna in parte plenitudo ne musca quidẽ. Quin quod miremur magis inferiores solũ corporis partes nutriẽtur, & alimentũ sentiẽt: quoniã alimẽti eandẽ esse rationẽ uolũt: destituẽtur eo superiores, & emaciabũtur. Aliud itaq; sit oportet, omnino aliud, quo locũ mutet alimentũ: ipsum p se, nisi aliũde

defe-

deferat,quieturū,aut impedimētis amoris,naturæq; relictū suæ, descensurum solūmodo. De ingenita uerò ui illa quapiā alia,qua prædita medicamēta faciunt hi,uel cōminiscunt potiùs ad corporis interiora penetrare,nihil dicendū: tam enim illis incōperta,qui illā inuehunt,quàm nobis alijs:uidelicet neq; illi argumēti quicq; habuēre de rebus his quod afferrēt,neq; in reb.alijs exempli, neq; functionē,unde nobis fidē facerēt,aliquā nec nos sanè quęrentes inuenimus. Quod si alimentū sub corpore se ui quapiā alia induat, nec facultate alia ab ullo adiuuet,nihil amplius dico:iā quidē rationis aliquid fuerit,ut defuncta quoq; uita corpora alimentū sentire posse speremus. Atq; hę sunt causæ,quib. maximè hi impleri aliquē supra mediocritatē cōtingere posse contendūt,non modò facultatis desiderio:hoc eīn etiā ipsi addiderunt,eadē pagina ponentes & non ponentes desideriū partiū,trahentisúe facultatis:prius ita: Nulla siquidē [illegible] partib.abundè saturatis inest appetentia,quæ trahēdi desideriū injciat, aut stimulet:nūc sic:quocirca si supra hāc mediocritatē eas impleri cōtingat,nō id solū trahentis facultatis desiderio,sed his maximè causis,quas supra recensui, fieri necessū est. Porrò aūt cuncta hęc munera una implebit attrahēs uirtus, & emaciatę corpulētię instaurādę,& mediocris conseru[illegible]ndæ,itēq; augēdę eiusdē,ut ,ppterea alias allegasse huc causas non futurū opus sit. Quod inquiūt hoc loco,nihil à naturali uirtute unquam supra mediocritatem factū iri:nā sicut cōuenientis & aduersæ qualitatis naturalē sensum habent partes,sic etiā ponderis grauitatisq; habuerint:propterea q; eæ ad mediocritatē impletæ, nō traxerint ulterius,satiatę iā:unde si eæ plus iusto impleant,alias causas,quas ipsi retulerant,oportere esse,uolunt conuincere:dictū etiam anteà fuerat. Sed pręclarè cadit,quod e uestigiò trahēdi quoq; facultatē immiscent his ipsis causis:non id solū trahentis facultatis desiderio,sed his maximè causis fieri dicētes: ut paulo [illegible]nte [illegible]ecitata illorū uerba sonant,nosq; ipsi monuimus. Quòd si semel able[illegible]nda à partibus,quū primū supra mediocritatē impleri incœperunt,attrahēs facultas fuit,& aliæ accersendæ,q̄ nihil quisquā trahere illa ulterius queat: cur it[illegible] illius cū istis officiū requirimus,propter quas explosa primò fuerat? Docu[illegible]mus aūt antea,quū & prius tale quiddā ab his dictū percūrreremus,& exemplis monstrauimus,sensum inesse partib. posse quendā,noxię iuuātisq; rei: neq; propterea tñ continuam partiū earum attractionē impediri, quin in melius etiā facultatis eiusdem beneficio adauctę promoueant:quam facultatem quū quod attrahit,habet naturaliter semper trahere docuimus,si modò secundum naturam se habuerit suam. Nunc illud addimus,[illegible] (ut omnino uelle uidētur,& uerbis significat) quod supra mediocritatē dicunt, corpulentiā nimiam [illegible]lligunt,aut nimiā uenarū repletionē ex sanguinis quantitate,& huiusmodi [illegible]uē molesti ponderis atq; grauitatis sensum afferunt pro argumento:minimè habendū id esse nimietatis huiusce argumentū aut [illegible]gnū. Etenim sæpenumero uel infra mediocritatē corpulentiæ positis,minimeque tensis uenis,degrauari corpus,ac molestię ex eo sensum c[illegible]tingere q[illegible]endā sentimus,plenit[illegible]dinis argumentū eius,quàm ad uires dicimus:ad uasa uerò,hoc est,redūdantiæ repletionisq; nimiæ illius nequaq;:cōtraq; potius,quū à mediocritate illa recedit, ut in at[illegible]le[illegible]cis,florētisq; iā[illegible]tatis multis,sumēte increme[illegible]tum corpore,carne inquā,& sanguine cū æquabili humorū portione omniū semper: non aūt adaucta simul nimis pinguedine,cuius alia omnino ratio li[illegible]:cum unà utriū quoq; rob[illegible]r accedit corpori ualido,& robusto magis magisq; subinde futuro,ferendisque maximis sæpe oneribus,idonea:tantū abest ut grauate ipsum seipsum circumferat,aut sibi ipsi oneri sit. Neq; uerò aliud quicquam tū prçternaturalis aut incōmodi adest,nisi [illegible] qđ ipsū tñ maximū atq; ingēs deputādū,nō quide in præsenti,sed imposterū semper improuisumq; malū) q̄ in eo statu corporis,extra redundantiā,cętera laudabili,& cōmendando,periculū est,ne aut repētina uaiorum disruptio consequatur, aut suffocatio caloris natiui,aut aliud ex malis ab his pendentibus:quippè,si nō mediocritatem tantùm excesserit corpus,

(quo quidē statu ac periculo adhuc uacet, & habitudinem bonam habeat, nec uiribus careat) sed in summo bonitatis constiterit. cùm aūt attractrici facultati naturæ legibus concessum sit, ut suo fungens munere, supra mediocritatē trahere ualeat: mirari illud non debemus. Excessus autem ille nimius uitādus: infrà enim subsistendum. ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσι αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί. Periculosæ, inquit, in athleticis habitudines bonæ, si in summo constiterint: atq; habitudinis bonitatem suspectam habet, solùm ob nimiam copiam. Nō fuerat igitur trahendum hoc ad argumentum, quando nō, ut statim exceditur mediocritas, hoc quidem in negotio, sic statim contra naturæ institutum id fit, ponderisue ex eo, uel grauitatis sensus oboriatur talis, ut feriari propterea attractrix facultas debeat, nec solùm, quum uentum ad summum fuerit, quo tempore soluendum esse habitum bonitatis summum illum monemur ab Hippocrate. Dicēt, an non ergo præscriptam oportuit legem insitamq; à natura nobis, qua excessus huius ad summum admoneremur, qua nulla nunc est? Esto, mirifici est, sed in attrahendi facultate non est: in palato, in ore, in uentriculi parte est animalis insita facultas quædam: ipsa quidem quoq; à natura facta atque instituta, ut naturalis ob id dici quoq; possit: sed animalis ita dicta ob apertam atq; insignē qualis trahendi facultati, naturaliue ulli aliæ non adsit, sentiendi uim. Huius igitur uirtutis dictata si sequeremur naturalia, ut quātum modò appetimus, tātum inderemus uentriculo cibi, nullum unquam futurū fuerat summæ illius athleticæ bonitatis discrimen. Nunc ἐξ ἀνάγκης, & πρὸς ἀνάγκην, & πρὸς βίαν, iacentem sæpe appetentiam lacessitam prouocamus miris modis: sæpe etiam inuitæ obtrudimus cibos ingurgitantes. hinc iam illæ lachrymæ. Semel enim ingestum cibum excipit uentriculus, elaboratum concoquit: idem in iecore, ueluti in secunda quadam officina recoquitur: rapiunt deinde uenæ, trahuntq; distrahunt partes, feruet ubiq; ac semper opus: omnia tamen naturæ legibus atq; institutis & moribus fiunt: nisi si primo ueluti ingressu totius negocij nimio plus ingestum est: quo quidem facto illata uis naturæ est. Nam alioqui unicuiq; generi animantum tantum appetentiæ est datum, quantum sit opus: & pro ratione appetentiæ, corporūq; magnitudine tanta capacitas uentriculi facta, quæ suo modo tantum contineat, quantum alendis corporib. sufficiat, ita, ut ne minima quidem pars suo dimenso defraudaretur. Hoc sat fuit naturæ in uniuersum prouidisse, reliqua naturalibus facultatibus commisit, agentibus & ferentibus deinde omnia, quibusq; pro munere suo. Neq; tamen sic inconsulto, ut ne expultrix quoq; facultas usq; sit præstò, quæ sæpissimè noxiæ qualitatis oc[illegible] aliquid expellat: sæpe redundantiæ quoq; & quantitatis. Verùm hoc expultricis munus, tale ut quoquo modo sentiens deprehendat, protrusumq; expellat: attractrice officio solùm intenta suo, nihilq; solicita, si quid sic expellendum, nullum sensum habens ipsa qualitatis aduersæ, aut ponderis grauantis. Proinde quòd per certa temporum interualla quibusdam fluat aluus, alijs uomitiones in promptu sint, alijs è naribus, ex hæmorrhoidibus alijs, ut fœminis ab utero sanguinis profluuium contingat: partim succorum uitio irritatæ expultricis facultatis opera sunt, partim sanguinis copia grauatæ, eoq; ad expellendum insurgentis. At nusquam manifestiora facultatis huiusce nimietate sola offensæ uisuntur signa, illamq; unam expellentis opera apparent, quàm in parte corporis aliqua mutilatis. In his enim quum recurrant statis quibusdam temporibus, alicunde de corpore sanguinis reiectiōes quædam, quæ ante mutilationem non fiebant: argumentum capere certum licet, commissum uni uētriculi appetentiæ à natura fuisse negotium requirendi, quantum cuiusq; corporis moli necessarium futurum esset: reliqua naturalibus facultatibus relicta omnia, quæ gubernarentur diuerso omnino sensu quodam: manifesteturq; ex hoc maximè inter animalem uentriculi, partiumq; aliarum naturalem facultatem simul & functionē, discrimen. Nam toto eo tempore post mutilum factū corpus, quū nondum sanguinis quicquam emittitur de corpore, quod plerūq; longum

longum satis tempus est ac interdum, si nõ magna admodum mutilatio fuerit, nunquam quicquam rejjcitur: per totum inquam tempus id, ex sua appetẽtia eadem, tantundem accipiet uentriculus cibi, quantum antea: ac conficiet, confectumque, exaturatus ipse prius, partibus corporis alijs arripiendum dabit: quæ quidem antea omnes suo ueluti demenso contentæ, nunc mutilæ quoque partis demensum omnino facient: partienturq; inter se, plus, minùs, pro partium fortitudine, trahendiq; ui maiore ac minore, de eo arrepto: sibiq; apponent, appositoq; & assimilato alitæ fruentur quæ quidem prius, ante mutilationem, minus sibi asciscebant, eoq; saturatæ manebant. uentriculus omni tempore replet se pariter cibo, exsaturatq;. Vt appareat aliam omnino esse partiũ ex naturali facultate, quàm ex animali saturitatem Atq; hic nullam aliam allegasse rei huius causam conueniet, quàm attrahentis facultatis uim, quæ id effectum reddat, plus solito ad partes trahens, nulla alia de causa, nisi quòd plus in promptu habeat, quod trahat, naturam nimirum suam, ac uim in eo sequuta: at uentriculus etiam ex apposita rerum copia, modò naturæ suæ ductũ iustũ sequatur, nihil plus solito accepturus ingesturusq; sit. Sanè inanes fuerint (uti dicere incœperamus) causæ aliæ omnes excogitatæ ab his. Quid eñ fecerit substantię tenuitas, acceptante eandem nunc quam antea, atq; olim, cibi tam qualitatem, quàm quantitatem, uentriculo? quid uasorum amplitudo, eandem ob causam: quippe eadem nunc, quæ eadem sunt nunc, atq; olim æquè ampla capaciaq;? cur igitur antea nõ fiebat, quod nunc fit, ut supra mediocritatẽ implerentur partes, si hæ sunt causę? Num humor aut cibus aliã induet protinus post mutilas factas partes naturam, ut sponte sua se partibus plusculũ addant, quàm antea faciebant? an uerò nunc ingenerabitur mutili corporis partibus uis illa quædam, quæ priùs noluerit integri partibus? Sanè quoniam facta mutatio est magna, cœlitus expectanda ea, ut suppetias ferat, alendo supra mediocritatem corpusculo: idq; quum minus opus est, & abundè suppetit alimentum corpori. Quocirca quæ abhorrentes à uero uideri supra potuere causæ, hic ineptæ etiam uideri meritò queant: non enim aliam repentè in his, aut etiam fingere facile sit causam, quæ non controuersiæ exemplò aliquid secum afferat, præter unam attrahendi facultatem, ex qua partibus usq; aliquid conueniens etiam etiamq; addatur, quamuis nõ magnopere sit opus, ut supra mediocritatem excrescant, quod tamen illis minimè omninò præter naturam contingat: nam uerò mediocritatis excessus ille, non nimius tamen, minimè præter naturalis censendus est, nimirum robore inde suo auctis etiam factisq; sæpe meliorib. partibus, donec eò tandem deueniatur, ut sensum inde displicentiæ aliquem accipiant, insurgatq; mox expultrix facultas depellendæ abigendæq; noxæ. Neq; enim partibus corporis inesse sensum omnino aliquem ex naturalibus facultatib. suis negamus: sed qualẽ ex animali: id uerò pernegãmus. Quin (quod de attractrice facultate notandũ sit) quãuis ea in multis exqsitè inprimis agat, ut in serosæ humiditatis secretiõe atq; attractiõe (in flauæ atræq; bilis eodẽ modo) alicubi tñ non tã exacte fieri idẽ ab eadẽ ac cõuenictis sępe specie trahi noxiũ uidemus: ut quũ apposita plantarũ radicib. calx, additoq; humore attracta, illas ipsas sæpenumero interimit. idẽq; in corpore cũ ueneno aliquo fit, ut per cõuenictiæ speciẽ, dũ quædã miscent (mistura eñ latere potest) trahat. Sed de ea re Hippocratẽ audire est modò in libello de Natura hominis ita scribẽtem: πρῶτον μὲν οὖν πλεῖστον τοῦτο εἵλκυσεν ἐς ἑωϋτὸ ὅ τι ἂν ᾖ αὐτῷ κατὰ φύσιν μάλιστα, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἄλλα. Principis igitur plurimũ de eo ad se ipsum traxit, quod maximè natura illi affine fuerit, tum alia quoque (dicto hoc de plantis) modò in quatro de ratione uictus acutorum: καῦσος δὲ γίνεται, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θέρει ἀποσπάσωνται δριμέας, καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά: Causus fit, quum resiccatæ uenæ æstatis tempore, acres biliososq; ichoras ad seipsas traxerint: nostrum ipsorum exemplo, ait Galenus, qui ratione prediti licet, urgente tamen siti, negligen-

gligentius aliquando, interdũ inconsideratius: est quando etiam nihil quũ adsit aliud, præcipites ferimur, ad quicquid sese potulenti specie nobis obtulerit. Vt minùs mirandum de simpliciter naturali facultate aliqua sit, quæ quidẽ nulla prorsus ratione, ac solo naturæ suæ impetu, sępe in quodcũq; incidit, id quã primum arripit, præsertim uerò si meliùs non adsit: & huiusmodi quidẽ attractrix est. De bulimo aũt quod dicunt, quàm nollẽ dictum. est enim eruditione tanta indignũ profectò locũ Galeni tam disertè de hoc scriptũ, tamq; in aperto positũ, non uidisse dicam, aut inanimaduersum præterijsse, aut non intellexisse satis, aut intellectũ loco huic accõmodare nesciuisse. Quid enim aliud bulimus est quàm κατάπτωσις δυνάμεως, ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ψύξεως, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ πείνης, οὐκέτι δ' ἔχων αὐτὴν συνοῦσαν: Virtutis casus ab extrinseca causa, incipiens quidẽ à fame, at non amplius associatam sibi illam retinens: ut à Galeno scribitur in Aphorismi explanatione: Famẽ orexis soluit, uini nempe potio. Quòd si cessat in bulimo fames ingens illa primo quæ fuerat, & propter quam maxima fieri attractio solet, cibiq; desideriũ, ut in diabete potus, propter sitim, qđ hi exemplum alterum attulère: quorsum attinuit bulimum huc euocasse ad disputationem de attrahendi facultate: arbitror ego κυνώδη ὄρεξιν uoluisse dicere hosce, longè diuersam à bulimo rem, in qua uehemens simul ac perpetua nunquamq; intermittens fames urget ualida quædam & insatiabilis, ex quo appetitus dictus fuit caninus: qui quidẽ longè magis cum diabete altero exemplo cõuenit, quàm bulimus. Sed demus porrò inchoãtis quoq; bulimi initia quædam, totumq; cũ hoc caninum appetitum, totũq; diabetem, ac si qua præterea habent illiusmodi morbosæ & uitiatæ appetentiæ, ac præternaturaliter agentis attractricis facultatis exempla: quid inde collectũ sibi tandẽ uelint, libenter scirẽ. Quid aliud, inquient, quam ex similitudine bulimi & diabetæ (hæc enim duo ad exemplum trahunt) quæ affectiones præter naturam dicuntur, quòd assiduo desiderio ad trahendum impellant, neq; ullum trahendi modum adhibeant: similiter & in nobis quantũuis bene ualentibus, si partes corporis trahẽdi moderationẽ non adhibent, debent infirmas atq; etiã ægra ualetudine censeri: Verba apposuimus hæc, ad uerbũ ex illorũ libris descripta, ac de propria sententia confessa & contestata. Verumenimuero si bulimi similitudine, & diabetæ ob continuam attractionem censeri debemus malè affecta ualetudine omnes, e diuerso eadem similitudine, (eadem nanq; omnino est) etiam bene ualentes qui fuerint, quoniam continuè in his trahendi uirtus uiget, malè quoq; affecti cẽsebunť. necessum quidẽ est, perquã necessum, si ualere similitudo debuerit, ut certè debet utraq; ex parte eadẽ, quod quidẽ ad trahendi modũ attinet, ut hi uolũt. Cur aũt non & hoc ualiturũ sit, à similitudine quadã desumptũ, adeoq; allato ab his perquam simile, quod nunc dicturus sum, argumentum, si ualere illorũ quoq; debet: Genus enĩ est syncopes, in quo ob resolutionẽ nimiã habitudinis totius, & spirituum, ex perpetuis fluoribus factã, delinquanť animo. Hæc non modò affectio est, sed eiusmodi est, ut discrimen semper uitæ ex ea adeant ęgroti. Licebit igiť, quoniã perpetuis fluoribus urgemur generis eiusdẽ dies noctesq;, neq; momentũ tẽporis ullũ est, in quo id nõ fiat, quamuis bene ualẽtes toto eo tẽpore, & munia nostra inculpatè obeuntes, malè semper affecti iudicemur. Cõtraq;, quoniã bene ualemus cũ fluorib. his, (id enĩ quoq; in cõfesso est) qui ex eiusdẽ generis fluorib. animo delinquunť, bene etiã habere iudicenť. Apage dicent qui ista legent: nimius ac confertim factus in syncope est fluor ille, in alijs minimè. Quid: an non in bulimo caninoq; appetitu & diabete non solũ nimia confertaq;, sed etiã uitiosa & corrupta attractio est: At perpetuã nobis inuehes, dicent, hoc pacto paribilitatẽ illã ex medicinæ iã prouincia explosam atq; exulantẽ. Mihi nõ hoc dicatur, his dicatur, qui ab attractione in bulimo & diabete ad attractionem in sanitate argumentum deduxêre: quorum nos exemplum sequuti fuimus, uirorum cum primis eruditorum: magis e-

gis etiamnum existimantes ualiturum nostrum, quod in attractione alimenti ad corporis partes ea quæ in sanis fit, in habitum tenditur potiorem primo: sumiturque unà uirium robur maius, si quadantenus progressus fiat, nō etiam ad summum perueniatur: ut eatenus minus haberi pro affectu ab ullo debuerit. At in perpetuis de corpore nostro fluoribus illis nihil tale, qui necessariò solū operati assiduè caloris actionem nostri insequuntur: ut si hoc non ualet, ne ualere quidem illud debeat: si ualuerit illud, hoc quoque longè magis. Quin neutrum potius ualere dicendum, & cui credendum, dubium sit. Imò uerò longissimè semper à nobis ualeant ineptiæ & tricæ tales. Nā & in bulimo caninoque appetitu ac diabete attractricis facultatis functio oblæsa, uitiata, corrupta est. Neque enim nostrum quisquā negare debet, attractricē facultatē nullis modis, ut reliquæ omnes uitiari posse: sed quo isti modo persuadere conati sunt, pro uitiata habendā esse, neque opera functiōesque esse illius, quæ maximæ sunt, atque ab ea quum maximè secundum naturam se habet, eduntur, id uerò pernegandum. At in diabete caninoque appetitu, cui non uideatur iam corrupta, quippe nimia iam facta? quæ quidem esse non dico iam supra mediocritatem, sed infra nimietatem illam debuerat, infra quam termini consistunt hac in parte attractricis facultatis naturales omnes nimietate sola distinctæ, & functionū læsionibus. itaque eam sequuntur præternaturalia multa alia, naturales aūt actiones naturalia cuncta. Eodem modo fluores nimij illi, ac confertim facti syncopen facient: infra id facti non facient. Nec plane otiosè additum fuisse ab Hippocrate illud ἐπ' ἄκρον, censendum nobis est, ad summum scilicet tantummodo quæ peruenerit habitudinem, bonam alioqui & laudatam, eo uno damnante, quòd in summo posita sit: nam procul dubio reliquas pro inculpatis habituras sint, quæ infra illam forent: interim nimia quoque ea, illo solum nomine damnata, quod ingentium quorundam malorum periculum in ea uersetur, futurorū mox, nisi caueatur: ut propterea facilè appareat, nullo id attractricis facultatis uitio factum fuisse, quæ illuc usque progressa fuerit, muneribus semper suis atque a[illegible]ibus naturaliter perfuncta, nullo neque impedimento, neque oblæsione affecta. Et si quid tamen periculi ex nimia (ut ita dicam) illius bonitate imminet, non in præsenti sit, præsens enim ipsa non facit, sed in futurū tantummodò imminear: secus quàm in nimietatibus alijs, in quibus præsentibus sæpenumero malis maximis urgemur multis. Ei enim, qui rectè consideret, in sumentibus supra modum mediocritatémque (de hoc enim disputatur) carnem, corpusque, ut corpulētū nimis fiant, nulla ratione uitiata affectaue inuenietur attactrix facultas. Nam quum tripliciter unaquæque semper facultas eiusue actio lædatur, uel quum agere nihil possunt, uel quum debiliter atque diminutè agunt, uel quū uitiose & corruptè: nullo plane horū modorum offensa læsaue esse reperietur attractrix hęc facultas. Ac de primis quidē duobus modis non est dubiū: tantū enim abest, ut nihil aut parū trahat: ut de nimia quoque attractione damnetur ab his tunc: nec sanè corruptè aut uitiose, qui tertius erat lęsionis modus, aget, quippe quæ nec conuulsionis, nec tremoris, nec deprauatæ alicuius motionis in modū trahat. Sed neque (quod hi tamen credunt) nimiū, quando is quoque inter deprauatos facultatis cuiuspiā motus recensendus sit. tantum enim solūmodò trahit, quantū suggeritur quotidie: nimium traheret, si oblato sibi alimēto nō contenta, ex omnib. corporis partib. ferens agensque, ac uiolenter rapiens traheret, quod nequaquā fit. quin potiùs quiescat ipsa & otietur, si nihil in proximo sit, quod trahi possit, satis sibi nunc habens: ingestū aūt cibum ex appetētia, quæ facultas alia est, & animalis interdum etiam πρὸς ἀνάγκην intrusum arripiet, utique oblatum non quæsitum, atque ideo corpulentiæ nimiæ illius causa culpaue in sumente ingerenteque, atque intrudente cibos hæreat, multo quàm in attractrice facultate uerius: quæ munere naturali suo fungatur tunc, nihil aliud nec quicquam (ut ostendimus) affecta malè læsaque: sed rectè

ſed rectè ſemper in eo atq; ex ordine naturæ ſuæ agens. Præter naturam, nimiumq; agere tunc ſolum dicenda, quum præter naturalis corruptæq; aut oblæſæ actionis alicuius cauſa haberi dicíq; rectâ ratione aliqua ipſamet poterit, ut in famis caninæ genere eo, in quo alimenti reſolutione de toto corporis habitu, nimia, nimium pariter excitari attractrix facultas ad trahendum rapiendumq; ſoleat, atq; ita famem illam faciat, ut in diabete fit ſitis. Ad quorum exemplum, tam euidenter præter naturam ſe habentium, ab eruditis trahenda non fuerant attractricis facultatis opera, quæ non minus euidenter ſecundum naturam ſint. Cæterùm euagati longius ſumus multò, quàm initio putâram: ſed neceſſariò faciendum fuit, reſtituturis in locum ſuum attractricem facultatem propè iam de ſede ſua remotam, authoritate & ſcripto eruditiorum, quos eſſe eos tales, meritò iam ab omnibus iudicari uideo.

CAP. VIII.

Ὥσπερ γε οὐδὲ τὰ περὶ γενέσεως τῶν χυμῶν. Quemadmodum ſanè, neq; de humorum generatione.) Hactenus multis modis atque exemplis demonſtrata attractrix facultas eſt naturalis, maximeq; euidentibus de ſeroſæ humiditatis attractione per renes, deq; bilis utriuſq; per ueſicam felleam & lienem: tum non minus ex alimenti ad partes attractione in reficientibus ſe à morbo, aut alias extenuatis. Nunc quoniam hoc illud protinus opus ſequitur, de alteratrice quoque agendum eſſe facultate uidebatur, in qua de humorum ſimul ſuccorumùe generatione ageretur: itáque facit. Mox in ſequenti hunc libro de contentrice iuſta quadam ſerie acturus, propterea quòd, ut alteratum concoquatur alimentum, in quo temporis aliquid requiritur, neceſſaria futura omnino contentrix quoque fuerat facultas: neq; ob id unum, ſed ut præterea alia quædam continerentur in corpore exitus ſui tempora commodius expectatura: quàm ſi nimis crebro exeuntia urgerent, ut alui excrementa & ueſicæ.

Ὅπως δ' ἐν τῇ γαστρὶ πέττεται τὰ σιτία, χρήσιμον ἐπίστασθαι. Quomodo quid. in in uentriculo cibi concoquantur, ſcire utile fuerit.) Eraſiſtratus, qui qua ratione uentriculi concoctio heret, quæſiuit, eamq; attritione fortè quadam fieri dixerit, debuit longè magis quomodo in uenis bilis generaretur, quæſiuiſſe, non ſuperfluum id cenſere: eoq; adhuc magis, quo maiora ſemper ex prauorum, ut etiam iuſto plus redundantium humorum generatione corporibus incommoda obueniant, pluresq; multo morbi, quàm ex unius uentriculi concoctionis erratis. Quod ſi faciendum hoc illi fuit, ſimul de reliquorum humorum omnium ſanguinisq; unà, quoniã cum ſanguine procreantur, generatione dicendũ illi fuerat neceſſariò, non abijcienda prorſus tractatio hæc tanquam ſuperuacanea. Itaque in eo quoq; ineptè fecit Eraſiſtratus, quòd quum de bile ipſa, an in corpore generetur, an initio extrinſecus in cibis contineatur, rectè quæſiuiſſet, non & de ſanguine idem quæſierit: quaſi uerò diuerſa eſſet ratio ducenda horum, ac non cum ſanguine ſimul generarentur humores omnes, eodemq; modo quærendum de omnibus foret.

Οὐδὲν γὰρ ἴσον δύναται, ἢ μὴ χρηστὸν αἷμα γεννηθῆναι, ἢ μὴ καλῶς ἐν τῇ γαστρὶ χυλωθῆναι τὴν τροφήν. Neq; enim æquè ualet, uel non probum gigni ſanguinem, uel non rectè in uentriculo in chylum alimentum uerti.) Si quid in uentriculo aberratum à recta concoctione fuerit (ut quæ paulo antè dicta fuêre probentur) corrigi id, uel etiam de corpore propelli facilius ſemper poterit: nam & emiſſaria duo ille habet, per quæ ſuperna infernaq; ex parte eijcere contractum uitium ſæpe ſoleat: idemq; non minus ſæpe nos, ſi ipſe propria uirtute ſua nixus non faciat, moliri ex arte longè facilius queamus, quàm ſi ex meſenterio, aut iecore, aut uenis, aut corporis totius ambitu moleq; educere humorem uitioſum aliquem haberemus. Et cum iuuari cruditas eius intus foriſq; promptis ſemper remedijs, uireſq; ſecum ſuas integras deferentibus poteſt, tum ſuccurri multipliciter lactæ iã crudeati, ex intemperamento ſtatim aliquo liceat, quod in alijs non liceat: uel

non

non tam prompte certè & facile liceat. Vt propterea paulo magis sollicitum fuisse de humorum generatione Erasistratum decuerit.

εἶθ' ὅτι καὶ δυσώδης οὐχ' ἕνα τρόπον. *Sitq́; praterea quòd graueolens sit non uno modo.*) Hoc medicorum uulgo negligi ferè uideas, ut sanguinis in ægris differentias, quum licet ex odore captent: non parui tamen id momenti futurum dignoscendis meliùs putredinibus.

ὥσπερ γε καὶ γυναιξὶν ἡ τῆς ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ καθάρσεως ἀπώλεια παντελής. *Quemadmodum sanè in mulieribus menstruæ purgationis cessatio ex toto.*) Suppressis omnino mensibus, succedere interdum hydrops quoq; possit, reciprocante sanguine ad iecur, ac abundantia sua focum ibi insiti nobis caloris ueluti suffocante, frigiditatemq́; eo pacto inuehente, ex qua sanguificatricis facultatis oblæsio, & ex oblæsione hac aqua intercus.

ἢ ἄλλο τι τῆς ἀρρωστίας αὐτῆς ἔκγονον ὑπάρξει, καὶ οὐχ' ὕδερος. *Vel aliud ne quippiam ex imbecillitate ea orietur, & non Hydrops.*) Imbecillitatem sanguificationis rectè dixit imminutam illius actionem: nam hanc necessario insequetur hydropis genus unum aliquod semper, uel solum uel duobus alijs commixtum, alteri ambobusúe: tria enim in totum sunt. quanquam associari his alij insuper morbi non pauci possint: ut corruptam deprauatamq́; sanguificationem alij quidam morbi causam habere poterunt, per se ipsi absq; aqua intercute ulla.

ὅτι μὴ τὸ πλεῖστον ἐν ἑαυτῷ περιέχειν τὸ μέλι τὴν ξανθὴν χολήν. *Quod non eo quòd plurimam in se contineat mel bilem flauam.*) Actu intelligendum non continere flauã in se bilem mel, quod quidam contendentes opinabantur: sed potentia continet, & quidem proxima satis. Etenim quod temporis progressu solum amarescat per se id, si in bene calidum uentriculum inciderit concoquendum conuersum in bilem amarum fiet, accelerata illi amaritudine ex caloris intus in corpore efficacia, quæ foris obuenire paulò diuturnioris temporis mora solet.

ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀκμάζουσι, καὶ μάλισθ' εἰ φύσει θερμότεροι, καὶ βίον ἄγοιεν ταλαίπωρον, ἅπαν εἰς ξανθὴν χολὴν μεταβάλλεται τὸ μέλι. *Etenim in florentibus atate, prasertim uerò si natura calidiores fuerint, & uitam degant laboriosam, uniuersum in flauam bilem conuertitur mel.*) Nec sanè diuersum traditur ab authore eodem hoc, libro de Alimentorum facultatibus tertio, quo loco de melle meminit, quum prius frigidis id corporum temperaturis accommodũ esse dixisset, ita inquiens: τοῖς δ' ἀκμάζουσι καὶ θερμοῖς ἐκχολοῦσθαι. Florentibus autem ætate & calidis in bilem uerti. Et oratione eadẽ continuata addit: τροφὴν δ' ὀλίγην ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ γίνεσθαι μὴ φθάσαν τοῦ εἰς χολὴν μεταβάλλειν. ὡς εἴγε αὐτῷ τοῦτο συμβαίη, τρέφειν οὐδ' ὅλως τηνικαῦτα δύνασθαι: Exiguum uerò gigni nobis ex eo alimentum, si non conuersum prius in bilem fuerit: id quod si contigerit illi, tum uerò nequaquam nutrire posse. Prius autẽ eodem capite quum commodissimum id, siue ex ætate, siue ex morbo, siue uerò natura etiam frigidis esse scripsisset, hæc quoq; scribit: ταῦτα τοίνυν ὑπ' αὐτοῦ τρέφεσθαι πέφυκεν αἱματωθέντος, ὡς ἐγγὺς τοῖς θερμοῖς ἐκχολοῦσθαι φθάνει, πρὶν αἱματωθῆναι. Quo circa ex eo nutrire commodè possunt sanguificato, sicuti in accedentibus ad calidos, antequam sanguificetur, in bilem uertitur. In calidis, proximeq; calidis, ἐγγὺς τοῖς θερμοῖς conuerti in bilem, conuersumq; minimè ac nequaquam nutrire non semel iam dictum ab eo audimus. At nostrûm aliqui sic: aliquando scripsere: Etenim si quis melle, allijs, porris aut cæpis uescatur, & uino meraciore, sitq; is calidiore natura, & ætate florenti, non iccirco duntaxat, synceram ex his bilem: quamuis certè multam eam & feruidum sanguinem suscipiet. Non animaduersis Galeni locis hæc scripserunt, aut animaduersis quidem, sed non magnopere de eo solliciti, quid de his senserit Galenus, aut scripserit, aut quid tandem. Nequaquam nutriet mel anteuertens bilis fieri, quod in calidis illi euenit, Galenus inquit: at nostri in huiusmodi naturis, ex melle (mitto enim de reliquis nunc dicere) quamuis multam, non synceram tamen bilem ac quamuis feruidum, sanguinem tamen quoq; suscipi scripsere. Quòd

si sanguinem ex eo suscipient, proculdubio & alimentum accipiet ex eodem sanguine quippe alimur demum, contra quàm Galenus opinatus omnino fuerit. Ducuntur ad hoc dicendum similitudine hac, inquiunt: ut simplex omninò nullum potest alimenti aut chyli genus haberi: ita fieri nō potest, ne ex grauissimo quidem morbo, ut omnes chyli partes in unum simplicemq; humorē conuertantur aut commutentur. At nos fieri posse credemus: quis est enim, qui non credere possit, in feruenti atq; æstuante febre, ex allio, aut cæpa (solis atq; absq; ullo esculento alio sumptis, sic enim accipio) porraceam illam bilem etiam antequam chylus ex ijs fiat, genitum iri? Quando uel in sanorum uentriculo (sed natura tamen calido) idem sæpenumero contingere solitum experti sumus: tanto magis si febris, cuiusmodi diximus, accesserit. Quòd si inde chylus tamen generetur aliquando aliquis, eodem modo in iecore illum uenisq;, fortè etiam mesaraicis, totum abire in bilem posse crediderim, priusquam sanguinis ex eo quicquam eliciatur, aut pars eius in alijs alioqui sanguini conficiendo aptanata sanguificetur. Nā si porracea (quod modò diximus) bilis haud dubiè, omniumq; confessione, ex calidioribus naturæ alimentis, in calidiore seu natura seu morbo uentriculo gignitur, nullo dum facto chylo: cur non & illiusmodi aliquando chylus in iecur delatus transire totus in flauam bilem poterit, nullo dum facto sanguine? quamuis tam alimentum, quàm chylus simplicissima non habeantur, sed partes suas sortita sint (demus enim hoc) alias, quæ sanguini magis, alias quæ bili flauæ atræue: quasdam etiam, quæ pituitæ alicui gignendæ accommodatiores futuræ fuerant, si in uentriculum incidissent temperatum, aut iecur. Quod quidem facilius ac libentius credemus, si nobiscum reputarimus, sicuti ex alimento natura frigidiore, ut puta ptissana aut lactuca in uentriculo quamlibet calido, nihil unquam porraceæ illius bilis procreari posse, ualde uerisimile est: ita quàm paucam atq; exiguam e diuerso in calidioris naturæ alimentis gignendæ pituitæ portionem inesse existimari debere: ac tam quidē exiguam, nulla ut inde penitus pituita in uentriculo gignatur, qualis ex frigidioribus natura alimentis solet. Quomodo nanque generaretur aliquid ex melle ibi pituitæ, si mel iniustam pituitæ collectionem detergere ac consumere ualet, uel in frigido uentriculo? in quo quidem etiam non gigni pituitam ex melle credendum est, duntaxat antequam id in iecore sanguificationem subeat: tunc enim si sanguificatio ex melle fiat, necessariò reliqui quoque humores inde inq; his pituita cum sanguine unà generabuntur. Id uerò in his tantummodo continget, qui aut æquabili uentriculi ac iecoris præditi temperamento fuerint, uel etiam in frigidum tetenderint. quo casu facta sanguificatione, temperamento omnia constabunt mediocri suo, sanguis, bilis utraque, pituita: si ad frigidum inquam uergat temperamento suo iecur: facta nimirum ex alimenti caliditate, & temperamenti uiscerum frigiditate temperatura æquabili. Nam iecur alioqui conditione sua temperatum sanguificato melle, simul humoribus omnibus calorem addiderit, quàm iusta eorum natura ferat, maiorem, sanguini, bili utriq; pituitæ: quæ quidem ibi pauca admodum fuerit, & minus frigida, quàm naturale eius temperamentum requirat. In calidioribus autem siue natura, siue ex accidenti aliquo temperaturis, anteuertet sanguificationem mel, uti diximus. Non fuerit autem necessarium, quemadmodum inter sanguificandum cum sanguine simul reliqui quoq; humores generantur necessariò omnes, adeò ut ne pituitæ quidem abesse queat portiuncula aliqua in bene calidis licet alimentis, modò sanguificetur massa tota: ita nullum omnino sine sanguificatione in corporibus gigni humorem unquam: siquidē pituita (ut dicebamus) ex frigidæ naturæ alimentis pituitosisq;, & ex biliosis porracea, sæpe etiam æruginosa quædam in uentriculo bilis nō solum sanguificationem, sed etiam chylificationem (ut ita loquamur) præueniant. modò ostensum est, in iecore calidiore bilem sanguificationem anteuertere solere: sed

post

poſt ſanguificationem, ex parte ſanguinis (humoris dico) tota maſſa ſynceri, ſuæq́ per ſe naturæ, gigni poteſt bilis uel plurimum: itemq́ ex flaua hac non parum atræ. Atq́ his quidem rationibus, cùm in ſanguificatione ſimul, tum ſeorſum ſine ſanguificatione, adeoq́ citra ſanguificationem ęquè ac ultrà, generatio humorũ habebitur aliqua. Quos ego humores omnes pono dicoq́ hoc loco, & humorum cunctos naturam referre aio, ſicuti alios illos nunc reijcio, ſecundas aut ſecundarias humiditates quas dicunt, in conſiderationem hanc non uenientes, ut ſint tamen. Quamobrem ad id, quod quærunt, num iiſdem temporum interuallis generationem ſuam ſortiantur humores ſimul cuncti, non admodum ſcrupuloſè reſponſuros nos arbitror, generari reſpondentes ſimul, utiq́ in ſanguificatione ipſa: quo tempore in iecoris officina ad hoc ipſum à natura inſtructa, ut ſanguificatio fieret, operato in chyli parte ad hoc apta, deterſoq́ calore, ut in multis alijs fit, quæ rubedinem ex calore in materia apta accipiunt, iride, cancrorum coctura, carbonũ accenſione: ſuus parti quoque illi color additur ruber, ſanguisq́ fit, nempe purus ſyncerusq́, ac per ſe ita dictus humor: eodemq́ temporis ſpacio bilis utraq́ naturam ſuam ſuſcipiet, & pituita ſuam. uſq́ adeò autẽ hoc ſemper fit, ut uel ex pituita ab alimẽto pituitoſæ naturæ aliquo, in uentriculo prius genita, quum primum moliri in ea uenarum iecorisq́ calor ſanguificationem cœperit, tum primum etiam ſequeſtrati ex ſua quiſq́ propriaq́ ſibi materia inibi latiante, humores prodire incipiant, ut operato perfectè calore, naturam mox induant integram ſuam, ac pituitæ ibi portio, quamuis naturæ eiuſdem maneat (pituita enim antea quoque fuerat) at pluſculum tamen ex eo induiſſe caloris uideri meritò poterit. Quod factum quum fuerit, ſicuti ante ſanguificationem humoris erat materia ſolius & natura, nimirum pituita: ita poſt illam humores ex ea geniti eſſe poterunt omnes. Nec uideo quid inconueniat, ut propterea in ſanguificando, uno eodẽque tempore gigni humores ſimul omnes, ex ſua quemq́ maſſę portione, exiſtimare nobis liceat: quum nihilominus aliàs ſeparati quoq́, & diuerſis tempo ribus poſsint. Credere enim præcedere ſemper pituitæ generationem debere, ex qua ſanguis, & ex ſanguine bilis demum utraq́ exeat, ineptum certè fuerit. Id enim ex chylo maximè ſanguificatione facta fit, generatis iam humoribus eodem temporis ſpacio omnibus. Quarum rerum in uino exemplum habere ſemper ad manus poſsimus, muſtei: in quo excoquendo, idq́ caloris proprij ui & tenuior illius pars, quæ uini flos dicitur, ac bilem refert flauam: & fæcis craſsior, quæ nigram: & purior ſynceriorq́ uini ipſius, quæ ſanguinem: & aquoſa demum, quæ pituitam, uno omnes atq́ eodem tempore ſeorſum naturas ſuas indipiſcantur: tum facto hoc, ex crudiore deinde adhuc parte, tanquã pituitoſa aliqua ulteriorem cocturam accipiente, multum prodire uinoſitatis ſoleat, ex qua deinceps, & uini ſuperius innatet flos multus, & in fundo ſubſidat fæx. Sed & aliud illud in promptu futurum eſt nobis exemplum amareſcẽtis, quaſi bileſcentis extra corpus, mellis, temporis mora longiore, idq́ dũ nullam interea induit intermediam naturam aliam: ut eodẽ exemplo perſuadeamur poſſe in bilẽ uerti, abſq́ eo quòd in ſanguinẽ prius uertatur, caloris ui atq́ efficacia quacunq́ de cauſa ſanguificationem tranſilientis, atq́ ob materiæ aptitudinem bilem ex eo facientis, non ſecus ac in uentriculo bene calido, tremula ſorbilitate oua nullam ritè concoctionem ſubeuntia facilius in corruptelam illius diſcedunt nidorulentam aliquam. Quod nobis ſatis ſit hoc loco oſtendiſſe, ut probaremus à Galeno non ineptè fuiſſe id allatum de anticipatione bilis ex melle in corporibus qualicunq́ de cauſa iuſto calidioribus priùs, quàm ſanguis fieret: quod alij illi fieri non poſſe dicebant, aſſerentes ſanguinem inde procreari, quamuis feruidum.

Εἴρηται δ' ὶ καὶ περὶ τῆς χροιᾶς τοῦ αἵματος οὐκ Ἀριστοτέλει μόνον, ἀλλὰ καὶ Πλάτωνι. *Porrò dictum & de ſanguinis colore non modò ab Ariſtotele fuit, ſed etiam à Platone*) In

Platonis Timæo aliqua legere est de hoc, ab Aristotele ubi disputatum fuerit, non succurrit nunc. atrum quidem in his, quàm in illis magis, crassum, tenuem, & huiusmodi, allatis etiam alicubi causis, legimus: purpureus autem sanguini color, quem uidemus, qua ratione concilietur, de eo uerò disceptatum ab eo non memini: id quod tamen non aliter quàm deterso in terrestri aqueaq; , & cum opacitate quadam albescente, igneo quodam calore fit: sicuti in multis euenit, de quib. aliquando Aristoteles differit, ut de purpureo iridis colore, quo planè nomine & de sanguinis colore aliquid tradidisse uideri iure queat. nam de coloribus libellũ eruditiores pro Aristotelico non admittere uelle uidẽtur.

Ἀλλοιουμένης τῆς τροφῆς ἐν ταῖς φλεψὶν ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας. *Alterato in uenis alimento ab innato calore.*) Venas intelligere debemus potissimum quidem, atq; inprimis iecoris παρεγχύματι per totum intertextas, tunicisq; tenuissimis quibusdam præditas, quo melius ex uiciniore ita iecoris substantiæ contactu, in foco natiui caloris uim & actionem sentiret chylus sanguinis naturam accepturus: tum & mesenterij alias, in quibus huius ipsius ceu rudimentum quoddam inchoat: dein reliquas post iecur omnes, in quibus perficitur.

Αἷμα μὲν ὑπὸ τῆς συμμέτρου τῆς κατ' αὐτήν, οἱ δ' ἄλλοι χυμοὶ διὰ τὰς ἀμετρίας γινόμενοι. *Sanguis quidem à moderato calore, reliqui uerò humores ab immoderato facti.*) Vniuersam simul sanguineam ueluti massam, totũ uidelicet id ex humorib. quatuor compositum, sic simpliciter atq; absolutè dicendo, innatus nobis calor procreat simul: at purum syncerumq; humorem illum quem per se sanguinem appellamus, is ipse quidẽ quoq; innatus calor facit, fouet, auget, sed moderatus: augens quippe facit quoq; haud dubie, & gignit: quæcunq; enim augent, faciunt etiam (quanquã non ab initio) rē: immoderatus aũt in utramq; partem, caloris, uel frigoris, humores reliquos auxerit feceritq;: bilem flauam illã calore excedens, atram frigore, & pituitam, qui in oppositam caliditati partem excessus alter est: gignuntur porrò ista unumquodq; ex materia apta sua.

Οὐδὲ γὰρ πλησιάζει κατὰ τὸ ἰσχυρὸν τούτων οὐδὲν τῷ βουβῶνι. *Neq; enim appropinquat secundum horum quicquam buboni.*) Spiritus qui in uentriculo est, quum ei qui in bubone uicinus non sit, ne læsionem quidem ab eo accipiet facile, qua spiritus, ut propterea ab actione concoquendi sua cesset. Quod quũ non fiat, ne spiritus quidem oblæsionem causari licebit de impedita concoctione, sed calorẽm necesse erit, qui unus superuenerit immodicus: ut non spiritus absolutè, sed totum hoc, excalfactus spiritus supra modum, cõcoctionem impedire dicatur. Pneumaticorum fuit hæc secta, facultatum actiones spiritibus tribuentium.

Καὶ τί τῶν ζώων μνημονεύω ἐν οἷς ἡ τοῦ πνεύματος ἰδιότης μέγα δύναται. *Et quid animalia ea commemoro, in quibus spiritus proprietas multum pollet.*) Quum uiderent animalia quædam durissima quæq; conficere, ut struthiocamelum ferrum, & columbos uuarum acinos (γίγαρτα intelligo) & alia quædam alia, quę nemo unquam hominũ conficeret, spiritus id fieri dixêre proprietate ab arterijs ex corde ad uentriculum delato, adiuuandæ absoluendæq; concoctioni.

Τῷ γὰρ ὑπὸ ταύτης γίνεσθαι τὰς ἐνεργείας. *Propterea enim quòd ab hac actiones fiãt.*) Huiusce rei explicatam fusius multò ac clarius rationem omnem legere erit, secundo methodi therapeutices.

Μηδ' ὅτι τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀμέμπτως, ὅταν ἀσιτήσωσι παρὰ τὸ ἔθος. *Neq; quòd in inculpatè sanis, quum præter solitum cibo abstinuerint.*) Efficax & ualidũ inprimis argumentum. etenim sumpto antea cibo concoctoq; eo, ac distributo iam, beneq; se tunc habente corpore, nec præternaturalis quicquam sentienre aliquandiu, mox si abstinentia à cibo sequatur omni, suborietur in ore amaritudo, & biliosæ apparebunt urinæ. cumq; iamdiu fuerit cibus elaboratus, bonus, in quo nihil amaroris deprendi inter concoquendum distribuendumqûe potuerit: nec nouus deinde sit captus ullus: necessariò ea amaritudo iam in corpore nata est: itaque noua bilis nunc facta genitaq; est.

Καὶ

Καὶ φθάνει χολὴ γιγνόμενον, οὐχ αἷμα. Atq; bilis fieri occupat, non sanguis.) Hôc illud probat, dictum suprà, de præueniente bilis generatione sanguinis generationem, si calido uentriculo ingestum calidum itidem alimentum fuerit.

Οὔκουν ἀπὸ τρόπου Ἱπποκράτης. Non igitur abs re Hippocrates.) Mel biliosis incommodum & inutile esse, scriptum reperietur ab Hippocrate, tertio de Ratione uictus in acutis, aquæ mulsæ inibi facultates recensente.

Ἑνὶ δὲ λόγῳ τοῖς μὲν θερμοῖς σώμασιν ἢ διὰ φύσιν, ἢ διὰ νόσον, ἢ δι᾽ ἡλικίαν. Vno autem uerbo ut dicatur, calidis corporibus uel à natura, uel ex morbo, uel ob ætatem.) Rectius igitur multo ac propriè magis dicetur mel corporibus nō conuenire quacunque de causa calidis, uel naturæ, uel morbi, uel ætatis, uel anni temporis, uel regionis, uel uitæ conditionis ratione, quàm quum dicimus, his illud non conuenire, naturæ inquā, morbo aut ætati, aut reliquis quæ frequens dicendi consuetudo est & usitata: corpora enim talia sunt propter hęc: corporaq; ipsa lædunt.

CAP. IX.

Πῶς αὐτὴν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάξομεν ἀγνοοῦντες τὴν αἰτίαν. Quomodo ipsum ad naturalem statum reducemus, ignorata imbecillitatis causa?) Sicuti planè (in quo etiā hodie peccatur à multis) non satis est dicere, Ventriculus imbecillitate laborat homini huic illiúe, iecur ille habet debile: sed proferendæ exprimendęq́ue sunt imbecillitatis causæ, nempe morbi ipsi.

Τὴν δ᾽ ἐν τοῖς ὀνόμασι τοῦ ἀνδρὸς τούτου καινοτομίαν ἱκανῶς ἐνδείκνυται καὶ Πλάτων. Sed uiri huius nominū innouationē satis ostēdet Plato.) Maximè quidē id in Protagora.

Ἆρ᾽ οὖν θερμὸς μέν τις ἔστι, καὶ ὑγρὸς χυμός. Nunquid uerò calidus quidem atq; humidus humor aliquis est.) Non quemadmodum frigidus & humidus succus, humorúe pituita, calidus autem & siccus bilis flaua, frigidusq; ac siccus atra, in temperato omnia homine: ita calidus & humidus sanguis in eodē. tria enim illa qualitatum suarum excessu à mediocritate ita dicentur, eruntq;: at sanguis calidus & humidus temperatè, itidem in temperato. Sic autem dictus, eo quòd caloris & humoris temperamentū aliorum omnium maximè æquabili temperamento proximum sit, ut sæpe (nisi prorsus ἀκριβολογία quædam sit) pro eodem scribantur ab authoribus: qui tamen rursus humor, nimirū sanguis in alijs iusto calidioris & humidioris temperamenti, proculdubio supra mediocritatē excessus notabitur. Aut igitur de his dictum hoc accipi debebit hîc: aut si in eodem accipiendum potius esse uidebitur, temperato uidelicet, ut diximus, reliqui humores excessu à mediocritate eiusmodi rectè dicentur: at sanguis reliquorum solum respectu qui nihilosecius ideo temperatus habeatur.

Ἀλλ᾽ ἡ τετάρτη συζυγία τῶν κράσεων ἐν ἅπασι τοῖς ἄλλοις ὑπάρχουσα, μόνοις τοῖς χυμοῖς οὐχ ὑπάρχει. Verùm quarta temperaturarum coniugatio, quæ in omnibus alijs existat, in solis humoribus non existet.) Argumentum de frigiditate & siccitate ualiturum fortasse: quæ quidem coniugatio omnibus inesse reperiatur ætatibus, naturis, anni temporibus, constitutionibus, regionibus. nam de caliditate & humiditate, & de frigiditate & humiditate in aliquibus claudicabit: nam neque inter anni tempora calidum & humidum tempus reperietur ullum necessariò, utiq; dum secundum naturam se habuerint, neq; inter ætates frigida atq; humida ulla.

Καίτοι δυσεντερίην φησί πως Ἱπποκράτης. Atqui intestinorum difficultas, inquit aliquando Hippocrates.) Aphorismorum quarto.

Καὶ μὴν ὅσοις γε τὸ σῶμα θάλλει, τούτοις ὁ σπλὴν φθίνει φησὶν Ἱπποκράτης. Et quidē quibus corpus floret, his lien minuitur, ait Hippocrates.) Floridus per corpus color plurimū subesse sanguinei humoris, ac melācholici parum iudicio erit: cuius melancholici copia nigrescit habitus, ut sanguinei rubescit purpurascens. Paucū igitur melancholicū humorem hunc, præter illum uenarum sanguinis totius naturæ constituendæ necessariū, facile ad se trahet lien, ne cutis inde fœdetur atrata: eundemq; absumet ualidius, ac cōficiet, ut non magnus propterea nec tumidus futurus sit, prorsus φθίνων ita. At quibus nimio plus redundat in cor-

pore atrabilarius humor, in his nec rapere uniuersum potest lien, ac rapiens tamen quantum ualet, intumescit, maiorque subinde fit, ac redundantia ea grauatus debilitatur. quod corpori tunc quoque eueniet, quum non sanè multus in eo humoris uersabitur, at aliqua de causa imbecillior factus lien secretum attrahere, & attractum conficere nequiuerit: proptereaque intumescet, & maior ac maior fiet. Hippocratis porrò de re hac uerba ita habent ex libro de Locis in homine: τοῖσι γὰρ αὐτοῖσιν ὅτι σπλὴν θάλλει, καὶ τὸ σῶμα φθίνει: contra quàm scriptũ legitur hic à Galeno. Verùm faciendus sensus à contrario, atque ex eiusdem Hippocratis præcepto eadem ratione contraria apponenda: ut sicuti florescente siue augescente potius liene corpus minuitur, ita augescente corpore, ratione non diuersa, lien quoque minuatur.

Ἐκ τῆς τῶν σιτίων φύσεως ἀναφερομένων τῇ τροφῇ. *Ex ciborum natura in alimento delatum.*) Vt sciamus in ciborum prius natura cõtineri tale aliquid actu semper, atque in præsenti, quod mox dum à calore natiuo elaboratum & alteratum cesserit in alimentum, transire in humores siue succos quatuor illos aptum natum sit, diuersis portionibus, quæ sanguini gignendo, puro synceroque, quæ bili tum flauæ tum atræ, siue humori potius atro, quæque pituitæ, proxima quadam sui potentia futuræ idoneæ sint: hoc est aliæ alijs magis huius, quàm illius humoris succiue, qualitates ac substantiam & consistentiam suscepturæ.

Τὰ δ' ἄλλα τῶν χολῶν εἴδη ξύμπαντα, τὰ μὲν ἐκ τῆς τῶν εἰρημένων κράσεως. *Reliqua autem bilis genera alia, ex iam dictorum mistura.*) Explodenda iccirco Auicennę sententia uitellinam censentis ex pituitæ aut melancholiæ portione aliqua cum flaua bile permista constare, suaque illa ex hoc maioris ac minoris famæ bilis genera nescio quæ nobis repræsentantis. Ex iam dictorum, inquit Galenus, in istione: duo autem hactenus attulerat genera solùm: naturalis flauæ ac præternaturalis uitellinæ bilis, ex quorũ inter se cõmixtionibus existere diuersa queant genera alia: non autem si flauæ aut atra, uel etiam pituita immisceatur.

Ἀλλ' οἱ μὲν ὀρροὶ τῶν χυμῶν ἅπαντες περιττώματα. *Verùm succorum serositates excrementa omnes sunt.*) Ichoras quosdam intelligit, qui reuera excrementitij in humoribus habendi sunt, primique omnium promptè ac facilè putrescunt in febribus: sed excrementi tamen ad usum aliquem parati portiunculam semper retineant, distribuendo nimirum alimento per corpus, diducendoque faciliùs, ceu pro uehiculo quodam. Hactenus intelligendum est id quod mox scribitur, καὶ καθαρὸν αὐτῶν εἶναι δεῖται τὸ ζῴου σῶμα: Purumque ab his esse oportet animalis corpus: ut aliquid tamen de his, quantumuis minimum reliquum fieri debere naturaliter intelligamus, dum excrementitium nihilominus idipsum existimandum interea sit: ut excrementa alia etiam nonnulla, quæ quidem excrementa esse planè est in confesso, & utilitatis tamen in corpore non parum exhibent. Nam alioqui excrementa alui & uesicæ corporibus, in quibus oriuntur, conseruandis prorsus superuacanea inutiliaque fuerint.

Δεῖται γὰρ ἐν πολλοῖς τοῖς ζῴου μορίοις παχύτητός τινος τὸ αἷμα, καθάπερ οἶμαι καὶ τῶν ἐμφερομένων ἰνῶν. *Indiget nanque in multis animalis partibus crassitie quadã sanguis, quemadmodum puto & fibris, quæ in eo fruuntur.*) Crassitie omnino aliqua opus habuit sanguis, ne nimis liquidus fluidusque euaderet: at rursus ita fluitaret, ut ne hæreret usquàm, appositionemque impediret ad partes. Fibris uerò cùm ob hoc ipsum, tum ut concretione ita maiore facta alimentum solidioribus appositum adhæresceret promptiùs, priùsque facilius in eas conuerteretur soliditatis secum aliquid afferens, ac deinde diutius maneret. Aliç quidem partes omnino opus habituræ semper sunt alio alimenti genere: tenui sanguine meliùs nutrientur pulmones, puriore quodam caro, eoque non omnis eodẽ prorsus: nam & é musculis ipsis, quæ caro corporis est, pro substantiæ & coloris diuersitate quæ uidemus, aliũ alio melius nutritũ iri sanguine perquàm rationabile est: iã paulo crassum magis exposcet liẽ, trahetque ad nutriendũ se ut nerui, ligamẽta, mẽbranæ, ossa:

offa: cartilagines etiã fibrosum requirẽt, qui & melius adhæreſcat, & ſolidior iã facilius in ſolidorũ nutrimentũ cõuertatur, iã etiã albeſcẽs: detracto enĩ ſangui ni reliquo, fibræ apparere tales, albæq́ & cohærẽtes unà ſolẽt. Enimuerò in Timæo quoq́ Plato ut carnẽ ex ſanguine, puriorem intelligẽs, ita ex fibris neruũ fieri ſcripſit his uerbis: νεῦρον μὲν ἐξ ἰνὸς διὰ τὴν συγγένειαν: neruus ex fibris ob affinitatẽ. ut ſi ortus illi ex his fuit, eſſe quoq́ ex iiſdẽ nutrimentũ debeat. Atq́ ita longè melius, deq́ meliorũ authorũ ſententia, ut exiſtimo, ſentiemus: ſiquidẽ tã uarias corporis partes nõ aliter, q̃ uario quoq́ ac diuerſo ali nutrimẽto debere cõtendemus, & ab eodem tñ ſanguine fieri id poſſe arbitrabimur: ſanguinis ſignificato accepto nõ pro ſolius puri ſynceriq́ ſucci humoriſq́ illius, quẽ ſic ex dignitate totius nominamus ſanguinẽ: ſed ꝓ toto cõpoſito totaq́ quæ uenis cõtinetur, ſanguinea (ut ita nunc dicã) maſſa, in qua & purus quẽ ita ex dignitate dici diximus modo, quo uidelicet caro & σπλάγχνων multa aptiſsima materia nutriantur, inſit & tenuiſsimus, nec parũ idẽ bilis continens: quo pulmo, & cor fortaſſe: & bene craſſus ac melancholicus, quo lien: & pituitoſus fibroſuſq́ ſimul, quo nerui, cartilagines, oſſa, & huiuſmodi: & pituitoſus alius, dealbatuſq́ unà ac elaboratione tenuior factus, quo cerebrũ: ac demũ cunctæ partes ex ſua quæq́, ſibiq́ idonea de ſanguine prolecta materia cõmodè enutriantur. Minimè uerò à bile flaua atràue extra uenas iã repoſitis, id fieri credamus, quarũ alius quidã, quàm nutriendi iã fuerit uſus, eodẽq́ modo de pituita exiſtimemus: uerùm à bilioſo potius ſanguine, melancholico, pituitoſo de uenis elicito electoq́ euenire, cui ſuccorum huiuſmodi portiones adſint potẽtia ualdè proxima, abituræ in ſucci ſui naturam imò eiuſdẽ iam naturæ, ſed ſanguineæ propriè ita dictæ portionis præſentia & ſocietate mitiores ac benigniores multo, uſq́ eo ut cedere in nutrimentũ corporis ualeãt, quod extra uenas poſitæ nõ poſſunt. Hocq́ ſenſiſſe eodẽ libro etiã de elementis ſecundũ Hippocratem ſecundo rectè expẽſus examinatuſq́ Galenus uidebitur, apparebitq́ illũ non dediſſe id Hippocratis nomini aut authoritati, ut ſecus quàm ſentiret, diceret. Cuius criminis Galenũ inſimulaſſe non debuit cõciliator: nam rectè intellectus non uno in loco eadem de eiſdem dixiſſe ac ſcripſiſſe reperietur.

Τὸ δ' ἁλμυρὸν διασεσῆφθαι. *Salſum uerò cõputruiſſe.*) Pituita ſicut acida perfectã natiui caloris elaborationẽ ſubterfugit ex toto, crudiorq́ ita ac præternaturalis in alimentũ nõ cedit, ſiue in uẽtriculo cõtineatur, ſiue facto ex ea antea ſanguine in iecore (nã de cõcoctione quoq́ cruditateq́ hac intelligendũ) frigidiorq́ ita meritò cẽſetur, longè citra cõcoctionis iuſtæ terminos manẽs: ita ſalſa plus quidẽ concoctionis accepit, ſed eius nõ iuſtæ neq́ rectè, atq́ ex ordine naturæ factæ: ulterius enim delata, putrefactionis ſuſcepit aliquid, corruptior iã: ut caloris idcirco nonnihil induerit præternaturalis. Breuiter acidæ erit ἀπεψία, incõcoctio nimirum, & cruditas, ſalſæ κακοπεψία, uitiata ſcilicet cõcoctio: neutra proindè alẽdo ſatis utilis quod dulcis ſolũ eſt, ſanguinis prius effectæ æquè ferè, ut ex crudo corruptóue in uẽtriculo chylo, nunquã bona expectãda ſanguificatio fuerit. Nã & pituita, ſi quidẽ ſumere ſucci nomẽ aut humoris debuit, ut χυμὸς dici pſſet, neceſſariò uẽtriculi elaborationẽ ſubijt omnis: ſed imperfectã acida, corruptam ſalſa, integram atq́ abſolutam ſola atq́ una dulcis.

Εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα δέκα ποιεῖ χωρὶς τοῦ αἵματος. *Nã tametſi decẽ maximè facias abſq́ ſanguinem.*) Ac nos quidẽ quoq́ nũc decẽ in totũ numerare poſſumus humores ſeu ſuccos, naturis notiſq́ ſuis ſatis diſtinctos, excepto ſanguine. Bilis eſt primũ naturalis flaua illa, præternaturalis altera, uitellina: trẽſque eodẽ modo præternaturales aliæ, magna ex parte in uẽtriculo genitæ: quæ porrũ, quę æruginẽ, quæ glaſtũ coloribus ſuis referunt, πρασοειδὴς, ἰώδης, ἰσατώδης dictę: quinq́ igitur in uniuerſum: atræ duæ tantùm melancholicus ſuccus humor, qui naturaliter adhuc ſe habens à liene trahitur, uſui deinde futurus ſuo à natura illi deſtinato, ut flaua etiam bilis ſuo alicui (hunc atrum etiam ſic ſimpliciter humo-

rem seu succum rectè nominabimus) alia est μέλαινα χολή, atra bilis, terram sæpe radens & fermentans. quam quidem unam ponere nobis licebit, quòd eiusdē semper naturæ haberi possit, præternaturalis scilicet, malacꝙ inprimis, licet sæpe magis & minus talis, non quidē ob naturę suæ ex toto diuersitatem aut formæ, sed quòd diuersos ortus sortita, materiæ tantūmodo, ex qua gignitur, uarietatem quandā afferat: scilicet modò ex atro illo humore naturali procreata, modò ex uitellina bile præternaturali, modò ex pituita quoꝙ salsa, eodemꝙ modo præternaturali: id, quod tres hasce differētis inter se naturæ omninò facere non debeat, quin unius omnes meritò censeantur conditionis. supersunt pituitæ genera tria: naturalis unum, nempe dulcis: præternaturalis duo: alterū acidæ inconcoctæ, salsæ putrefactæꝙ alterum. nimio enim calore accepto pituita, humida ipsa, putredini statim alicui obnoxiā se præbet: exustisꝙ ita particulis quibusdam salsedinis unà aliquid suscipiet. atꝙ idem ex aquæ quamuis optimæ ac puræ, longiore coctione exspectandū est: quippe ut salsedinis tandem aliquid referat αὐτὸ γὰρ (inquit Galenus de Alimētorum facultatibus tertio) ἐπὶ πλεῖον ἑψόμενον ὕδωρ τὸ κάλλιστον ἁλυκὴν ἐν τῷ χρόνῳ ποιότητα προσλαμβάνει: Elixa ad multum optima aqua temporis mora salsilaginosam qualitatē acquirit. Quod quidem exemplum pituitæ salsedinem adeptę magnopere conuenerit: nam elixationi similis est uentriculi cōcoctio, & pituita aquosa materia: ut sicut extrinsecus ex nimia elixatione, ita in uentriculo ex superflua concoctione salsedo sequi posse uideatur. Sed hoc obiter, quod tamē paulo ante de pituitę salsedine dictis adijci possit. Nūc quinꝙ protulimus bilis flauæ genera: atræ duo, pituitæ tria: ut nobis quoꝙ iuxta Praxagoram Nicarchi filiū, nec sanè ab Hippocratis sententia multum recedentibus humorū in totum exeat denarius numerus, uno dempto sanguine: qui rursus statui censeriꝙ pro uno queat: ut undecimus is addatur alijs. Nam sanguinis nomine ubiꝙ tam purū synceruméꝙ humorem ac succum intelligimus sanguinis, de quatuor unū, quàm commixtos quatuor inter se omnes, quartum hūc uidelicet, quē modò narrantes omisimus, & reliquos tres: nō illos quidem purissimos, quales contineri in eorum receptaculis extra uenas uidemus bilis utriusꝙ, & pituitę in corpore alicubi: at eiusdem tamen omninò cum his naturę, quartiꝙ illius, cum quo intra uenas associati in codem uersantur, semper aliquid retinentes, occultatoꝙ ob id sapore sæpe suo, modò illorum inter se iusta seruetur rata pars. Quorum omnium secretio ac manifesta sequestratio in misso per sectam uenam sanguine, euidentibus differentijs sub oculos posita appareat.

IN LIB. III. DE FACVLTATIBVS NATVRALIBVS.

CAP. I.

ἣν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ἀλλοιωτικὴν μὲν κατὰ γένος, ὁμοιωτικὴν δὲ, καὶ θρεπτικὴν κατ' εἶδος ὀνομάζομεν. Quam ab actione generatim alteratricem: assimilatricem uerò & altricem speciatim nominamus.) In uniuersum alteratrix est facultas, & uentriculi ingestū cibum in chylum, & iecoris chylū in sanguinem, & partium corporis omnium sanguinem in alimentum uertens: postrema uerò hæc peculiare nomen sortita fuit, assimilatrix & altrix, alteratricis species facta: qua etiam uentriculus, præter eam qua chylificat, & uenæ omnes iecoris, aliæꝙ præter eam qua sanguificant, præditæ sunt, ut assimilato sibi alimēto nutriantur æquè ac partes reliquæ corporis omnes. Igitur alteratrices omnes sunt generaliter, quia alterant & immutant omnes aliquid: specialiter autem hæc assimilatrix & altrix, quia alterans assimilat atꝙ alit.

CAP. II.

Ἆρ' οὖν αὖ τις ἄμεινον εὕροιεν, ἢ ἀπὸ τῶν μεγίστων τε, καὶ κοιλοτάτων ὀργάνων ὑπάρξεσθαι τῆς ζητήσεως. Nunquid igitur aliquis aliunde melius quàm à maximis, maximeꝗ cauis in

stru-

stramentis quæstionē incipiat.) Platonis imitatione factū hoc uideri potest à Galeno. Nam & is in libris de Republica iustitiā demonstraturus, totius ciuitatis unius alicuius iustitiæ, quæ facies aut natura esset, inquirendum sibi proposuit primo, ut uniuscuiusq; deinde quoq;, qualis censenda esset, sciremus. maiore illa prius, proinde & manifestius & explicatius uisenda quasi sub oculos posita. Contentricis igitur facultatis in quo quæso melius cōstituetur exemplū, quàm in utero, nouem continuos menses fœtum continente in mulieribus, in equabus annum, in elephanto fœmina etiam biennium ?

Ὅσα μὲν καὶ πρὸ τῆς ἀνατομῆς δῆλα, ταῦτ' ἐξετάσομεν ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν πειρώμενοι. ὅσα δ' ἀμυδρότερα, τὰ παραπλήσια διαιροῦντες ἀνθρώπῳ ζῷα. Quæcunq; quidē etiā ante dissectionē manifestæ sunt, eas per nos ipsos examinantes: quæcunq; uerò obscuriores fuerint, in his similia homini animalia dissecantes.) Ventriculi, uteri, uesicæ urinariæ, etiam ante dissectionē cōtentrix facultas, facultatisq; eius actio manifesta satis atq; euidēs in homine est, in quo tumidæ repletæq; partes eæ, quamdiu retētrice facultate hac fungūtur, oculis sese offerūt: cibo uētriculus, fœtu uterus, lotio uesica: uterus aūt inprimis, q; is sensim magis magisq; intumescat semp ac diutius gestet talis. At in uesica fellea, in liene, in iecore, in uenis partibusq; corporis alijs paulo à cute remotioribus nō perinde manifesta hæc ex dissectione melius cognoscēda. Cognoscētur autē, quū in bilis, utpuca, uesicula nō eadē semper quātitas bilis inesse animaduertetur introspiciētibus: necessariò em̄ id fit à facultate retinēte modo minorē, maiorē modo bilis quātitatē. Nā si nulla ea esset, eodē semper modo spectaret repleta uesicula, quantū attractū fuisset ab attrahēte, tantū expellente extēplò facultate altera, interueniēte nulla alia. Atq; id quū à nobis fiet, p̄stabit dissectionē eā in animalib. peregisse homini similibus, ut eadē opera & retētricis facultatis functionē opusq; uideamus, & multa præterea inspicere alia liceat, q̄ ex animalis similitudine cognoscentur, futura deinde magno medētibus nobis usui. simul illud insuper accedet cōmodi ex inspectione hac, ut facultatis huius illud quoq; opus esse appareat, undiq; cōtēta uesica arcteq; amplexata, ne quid interueniat aut flatus aut liquoris alieni: quod ipsum nō minoris operæ est, quàm propriū continere simpliciter. Porrò eadē erit expultricis simul facultatis dignoscendæ ratio, succedente semper illa contentrici, cessantisq; huius quietem illius extemplò operatione excipiente.

CAP. III.

Ἱπποκράτης ἀπεφήνατο μύειν τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν. Hippocrates pronunciauit uteri os cōniuere.) In libro quinto Aphorismorum inuenitur, aphorismo quinquagesimo primo & quinquagesimoquarto.

Καὶ πολλαὶ γυναικῶν ὠδῖνες βίαιοι τὰς μήτρας ὅλας ἐκπίπτειν ἠνάγκασαν ἀμέτρως χρησαμέναις τῇ τοιαύτῃ δυνάμει. Non paucis quoq; mulierū quæ utiq; immodicè huiusmodi facultate usæ, uiolēti dolores totū uterum excidere subegerunt.) Sic latinus interpres, exēplar Græcū sequutus, in quo χρησαμέναις scriptū est, ad id, πολλαὶ τῶν γυναικῶν, relatū. Nos melius fortasse χρησαμένας scribendū esse existimaremus, ut ad id τὰς μήτρας referretur, reddita dictione hac tota hūc in modum: ac in compluribus mulieribus uiolenti pariendi dolores coegerūt uterum excidere facultate hac immodicè usum. nondum enim de parientium ipsarum uisu agit, qui cū abdominis musculorū contentione fit, moxq; à Galeno tractatur: sed de uteri ui expultrice, qui quū paulò uehementius facultate sua hac expultrice usus expellēdo fœtus incūbit undiq; ipse seipsum protrudit una: id quod clarius adhuc fit, subdito statim luctantiū simul exemplo, qui plerūq; deijciēdi aduersarios studio nimio unà concidunt ipsi. *οὕτω γὰρ καὶ αἱ μῆτραι τὸ ἔμβρυον ὠθοῦσαι συνεξέπιπτον ἐνίοτε*: sic enim uterus quoq; ipse fœtum propellens unà interdum excidit. Occasionē autē expultrici facultati uteri dederit motitās se fœtus, siue ut Hippocrates ait, *ἀσκαρίζων*, mēbranasq; disrumpēs: his nanq; motibus, quos ex seipso habet fœtus, irritata expellēs facultas ad munus suū insurgit. ut iam hac quidē ratione pariendi initium omniū primum illud fœtus cōmotionibus tribuendū potius sit, quas illico expellentis facultatis functio subsequatur utero insita, ferentibus

rentibus simul operi huic melius peragendo suppetias abdominis quoq; musculis, nitentis tunc mulieris auxilio,

CAP. IIII.

πέρας γὰρ αὐτῆς δὴ τῆς ἐνταῦθα μονῆς, οὐχ ἡ χύλωσις. *Terminus nanq; inibi moræ est, nō chylosis.*) Chylosin hîc pro cremore tantùm ac succosa substātia quadamq; ueluti maceratione sumpsisse uidetur, quæ fieri in rebus etiam foris potest, in quibus concoctionis nihil, sed cremoris solùm & succi substantia spectatur. At in uentriculo cremori & chylosi huic cōcoctio etiam accedit, quo tēpore chylus quidē adhuc uocabitur, sed cōcoctus iam chylus non simpliciter atq; absolute chylus, ut prius quo tempore arripere iam rorulenti sibi inde aliquid ad nutritionem famisq; mitigationem queat uētriculus. præcesserit igitur chylosis necessariò, & sequetur πέψις, quę concoctio est, sicuti alia est sanguificatio, & nutritio alia: quæ omnia fiunt mutata in aliam substātia priore, cum accidentibus unà substantiam insequutis multis.

Ἐρασίστρατος δ' οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν περιστολὴν τῆς γαστρὸς ἁπάντων αἰτίαν ἀποφαίνει. *Enimuerò Erasistratus nescio qua ratione uentriculi compressionem omnium causam statuit.*) Si uentriculi peristole, quam cōpressionem & complexum dicere liceat, præter alia etiam excrementorū deiectionis causa est, etiámne undiq; comprimēs arcteq; amplectens uentriculus id faciet? dicēt: aperitur inferius tunc pylorus: non ergo undiq; facta cōpresio causa fuerit, uerum supernè incumbēs, cumq; expellentis facultatis ui aggressa id faciet: nō solùm autē ita, sed laxante demū cōtentrice facultate pylorū, nulla prorsus hac quidē in parte cōpresione tūc, sed potius apertione. Atq; ita duo hęc duarū facultatū officia euidēter apparebūt, coq; duo his delegata à natura fibrarū genera fuerint, suū utriq;, alterū obliquarū, quibus cōmodè cōtentrix facultas undiq; amplexa premēsq; per totū cōtenta retineret: trāsuersarū alterū, qbus supernè cōtractis & laxātibus se inferioribus facultas altera non cōmodè minùs, quoties opus futurū esse uideretur, expelleret.

CAP. VI.

οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἕλκει τι δι' αὐτὸ τὸ ἕλκειν, ἀλλ' ἵν' ἀπολαύσῃ τοῦ διὰ τῆς ὁλκῆς εὑρεθέντος. *Nulla enim res trahit aliquid ob id ut trahat, sed ut per attractionē acquisito fruatur.*) Hac de causa & in magnete quū ferrum traxerit, fruitio quædā inerit ex ferro, & in succino ex paleis, quā nos tamē ignoramus, nisi cōseruationē rerum earū esse dixerimus aliquā in his: cōseruari quidē inter ramenta scobemq; ferri diutius magnetē uidemus tanquā inde alitū & sustentatū. Cæterū Galeni dictum hoc par est, ut de attractione per rerum proprietatem facta accipiatur.

CAP. VII.

ὥσθ' ἕλκει τῶν σιτίων ὅσον χρηστότατον ἀτμοειδές ἐστι καὶ κατὰ βραχύ. *Quamobrem ex cibis quodcunq; utilissimum est trahit, uaporis modo ac sensim.*) Vētriculum optimum id, quod in cibis fuerit, iam in chylū, cremorisq; cuiusdā substantiam cōuersis, trahere ad se dicit, sibiq; reponere: tunicis nimirū suis, cisq; adiungere halitus uaporisq; cuiusdā modo. Hoc autē fieri ex parte existimandū, quo primùm tēpore ingeritur cibus, explēdæ tantum fami satiandæq; ac mitigādæ orexi, quā rabidam dixit poetarū aliquis. Animalisq; facultatis sensus hic est, quo appetimus ac famescimus: cōpesciturq; ingesto cōuenienti cibo: saturq; ob id fit primò uentriculus: deinde ex chylo quoq; iā facto alitur quodāmodo, uaporis in speciē pertracta ad se, tunicisq; suis reposita atq; adiūcta optima illius parte. ut saturitas atq; exaturatio potius prior illa sit cōpescēdæ fami: posterior etiā nutritio quædā, neq; tamē uera illa quæ ex sanguine partibus corporis omnibus cōtingit alijs alio, atq; aliusinodi, tenuiore aut crassiore, colore suo, rubro nempe ut carni, dealbato, ut seminarijs particulis omnibus: sed nutritio tamē, quôd halituosa pars ea de concocto iam chylo optima elicita licet non ex sanguine, at dealbati tamē sanguinis colorē & substantiā retinet, interiori uētriculi tunicæ enutriendæ idoneā maximè. Quam nihilominus (internā uentriculi tunicā dico) alimēti pręterea aliquid ex uenis in externā manifestò deriuatis accipere posse non negârim, neq; quo minus id fieri debeat ac possit, uideo. Atq; ita ha-

bitutus

bituris fœtus quoque erit, dum nullus adhuc chylus fit in eius uentriculo, quo parte in ea & nutriri & augescere queat: exterioris inquam tunicæ uenarū beneficio, ut interior quoq; nutrimentum sentiat. fueritq; hoc longè conuenientius, quàm si (quod quidam dixere) dicamus: gestationis uteri tempore solummodò internā tunicam ex uenis illis nutriri, reliquo autē ex chylo: quū utrumq; insequuto præterea tempore fieri posse nō inconueniat: quippe, ut etiā in lucē editorū, cibūq; capientiū uentriculus interius ita alatur nō solū ex chylo: gemina quasi nutritiōe: quāuis altera uerę ꝓpior habēda dicēdaq; sit, q̄ per uenas cōtingit: altera nutritio quoq; q̄dē ex parte, quoniā sustentatur inde pars chylo exaturata: ex parte fruitio potius, nō eisdē, ut prior, naturę legibus facta, animalisq; potius, q̄ naturalis facultatis ordini obediēs, ut initio dictū à nobis fuit.

Ἢ παντάπασιν οὐδὲν πάσχονται. *Vel nihil penitus patietur.*) Vt deleteria ac uenena sunt, quæ ex tota substantia talia habentur, nihilq; omnino à corpore perpessa, in corpus agunt ipsa: itaq; non ut alia agere ac pati mutuo inter se dicētur hæc, sed agere tantummodo.

Εἰ τὸ κατὰ τὴν κοιλίαν ἐννοήσαιμεν φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ πνεῦμα, καὶ θερμασίαν. *Si pituitā cōsideremus, quæ in uentriculo est, & bilem, & spiritum, & calorē.*) Pituita quāuis frigidus natura humor, at quia caloris naturalis uim subijt semel, ex parte elaborationis illius, operisq; facultatē aliquā retinet iuuādæ uētriculi cōcoctionis, præsertim quæ elixationis similitudine quadā fiat, aqueæ ipsa quoq; naturæ: tū uerò calidioris alterius humoris, bilis scilicet tēperamēto, spiritusq; ac caloris accessione, cōcoctionē eā ceu elixādo melius pficiet, nec minus exhibebit se ueluti ꝓ materia quadā ad id. Intelligi aūt debet pituita hîc, nō quæ in iecore inter sanguificandū gignitur, sed quæ in uētriculo ex chylo, quū ad plenū in iustā chyli substantiā à calore non fuerit elaboratus, maximè uerò si pituitosi natura cibi erūt, generatur. Ex hac pituita, ut ex chylo quoq;, si concoctionē acceperit maiorē in iecore ac uenis, sanguis fiet. atq; humores existent quatuor naturales omninò illi sanguinis naturā totius cōstituentes: bilis utraq; & pituita ab ea, ex qua genita est, alia iā, sanguisq; postremò purus per se & à tribus his iā dictis ipse quoq; alius. Porrò bilis in his, in quibus è uesica fellis canaliculus, & quidē secundū naturā, nec usu prorsus nullo minor alio, qui ad intestina porrigitur, imū uētriculi fundū petit, futurū satis est cōcoctioni calore suo promouēdæ, præter usum, quē detergēdæ inibi pituitæ exhibet, qui nō paruus esse censetur, minor inquam alio illo canalis si fuerit: spiritus uerò & calor cùm uentriculi ipsius intelligendus, tum reliquarum circumiectarum partium insitus.

Πῶς δ' ἡ κόπρος εὐθὺς ἐν τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις ἀθρόως γεννηθήσεται; *Stercus porrò quomodo confestim in tenuibus intestinis affatim fiet?*) Nō hoc dicit, in tenuibus intestinis nō fieri stercus, formāq; ibi nō suscipere suā ac naturā: fit em̄, & suscipit. Electa nēpe ex chylo potissima & præcipua alimēti totiùs parte sanguificationi mox futura apta: sed quòd nō id protinus ac de repentè fiat, dicit. præcedat enim alteratio in uentriculo oportet, cibiq; totius immutatio in substātia & qualitatibus suis, ut forma ea introducatur, qua esse diciq; stercus possit: quæ non alia hoc loco erit, quàm melioris ac potioris chyli totius exuctæ à uenis portionis reliquiæ & excremēta: quod utiq; in intestinis potissimū fit tenuibus, & quidē nō lōga mora: sed nō fieret, nisi præparata antea materia. Igitur nec uniuersum generatur in intestinis stercus, at fit tamen: quia finē ibi accipit suū, & perficitur statim: ut postea quoq; innuere uidetur, cibos, ut primum in tenuia inciderint, confestim stercus fieri scribens, priore tamen immutata qualitate.

CAP. VIII.

Περιστέλλονται γὰρ μόνον, ἕλκουσι δ' οὐδέν. *Constringuntur enim solū, trahūt uerò nihil.*) Trahere nihil intestina accipiendū, eorū dūtaxat q̄ cōtinēt: hæc em̄ cōstringētia se ac cōtrahētia ꝓpellūt tantūmodo: at alimentū trahūt tm̄ sibi semper. Itaq; longis quoq; fibris ad trahendū alimentū factis, donari hęc à natura quibusdā, dictum ab authore hoc, libris de Vsu partium corporis humani legitur.

Εὐθὺς

Ἐναργέστατα δὲ μαρτυρεῖ τῷ λεγομένῳ καὶ τὸ κατὰ τοὺς χαύνας τι, καὶ τοὺς συνοδόντας γιγνόμενον. Euidentiſsimè autē teſtatur hoc id quoq;, quod hiatulis & denticibus contingere dicitur.) Ariſtotelis authoris ſunt hæc non quidem uerba, ſed uerborũ ſenſus, libro de Hiſtoria animalium ſecundo, capite decimoſeptimo: & libro octauo, capite ſecundo: redditurq́ue cauſa ea, quòd proximus in his ori uenter quum ſit, nulla in medio gula, perſequentibus minores ſæpe piſces, in uehementiore appetentia, uenter facile prolabitur, prociditq́ue in os. διὸ πολλάκις ἐνίοις τῶν μεγάλων διώκουσι τοὺς ἐλάττους προσπίπτει ἡ κοιλία εἰς τὸ στόμα. Sanè ſicuti in utero contingere ſuprà diximus, ut ille paulò uehemētius propellendo fœtui incumbens, mouens ſe loco interdum etiam procidat foras, expultrice id ui faciente: ita de attractrice etiam euenire poſſe exiſtimandum, idq́ue in piſcibus multis, propter oris, cui tam in propinquo uenter poſitus ſit, uiciniam. Canes uidemus quotidie, uoraciſsimum animal, quum fame urgētur: dum enim correptam fortè offam deglutire auidè conātur, ſine dubio uentriculus, niſi hærēs ſub ſepto tranſuerſo contineretur, commotus ſe inſuper, & cibo, quantum ualeret, occurſurus eſſet. Illud ad hæc in tranſcurſu notandum eſſe duximus: nempè, ioculariũm penè errorem contigiſſe locum Galeni hunc tractantibus ad unum omnibus, quos quidem ego hactenus uiderim: uerſus enim circiter duodecim, hic paulò antè poſt Galeni uerba repoſitos, pro Ariſtotelicis legunt, quum Galenica tota illa dictio ſit, Ariſtotelis quidem locum paulò explicatius enarrās, ſed Galenica tamen: nec in Ariſtotele legetur uſquam uerborum cōtextus ille, eo quo hic ponitur, modo continuus. Ac de Galenum tractantium, legentiumq́ue uulgo non perinde fortaſſe mirer: ſed ſummæ eruditionis uirum Linacrum illum Thomam Galeni libris interpretandis uerſatum, nec Ariſtotelicorũ ignatum, in eundem lapidem impegiſſe? qui illud, ἔχει γὰρ ὧδε, uerterit in hunc modum, ita enim ſcribit: uertendum quippe fuit, ita enim habet: nimiũm res ipſa, non uerba, aut uerborum contextus & dictio, ſed uerborum ſenſus & intellectus: quem quidem ipſe nobis explicet Galenus uerbis ſuis, proprijsq́ue ad illud uſq́ue: ἤρκει μὲν ἂν ἴσως ἀνδρὶ φυσικῷ. Sed hoc ipſum & ſuperius illud, ἔχει γὰρ ὧδε, anſam erroris legentibus fortaſſe dederint: inchoantis nanque Galeni alterius dictionem authoris primò, deinde etiam finientis uerba uideri nō prorſus immeritò poſsint: ſed res, ut arbitror, illo quo diximus, modo ſe habet. Sit planè non magni uſq́ue adeò momenti hoc: at annotanti non omittendum tamen fuit.

Εἰ δ' αὖ πάλιν ἐφ' ἑτέρου ζῴου διατέμοις ἀμφοτέρους τοὺς χιτῶνας τομαῖς ἐγκαρσίαις. Quòd ſi rurſus in animali altero utramq; tunicam diſſeces tranſuerſis diſſectionibus. Prior diſſectio, qua ab interna tunica deglutitionem bona ex parte peragi probabatur, diſſectis exterioris tunicæ fibris aut uillis, integra manente ex toto interna, fiebat: quod fieri facile potuit, nempè ut externe tunicæ uilli primùm aſpectui noſtro occurrentis, facta à mento ad thoracem uſque per illorum tranſuerſum inciſione, inciderentur. At ut externam quoq́ue ad deglutitionē facere oſtendatur, integram hanc manere oporteret, & internam diſſecari: quòd fieri haud poſſe uidetur, occurrēte quippe exteriore primum tunica, qua integra peruenirì ad interioris inciſionem non poſsit. Et fit tamen ita, ut incidatur quidem exterior, ſed tranſuerſi illius uilli, & fibræ non læduntur, ſuaq́ue illis ob id maneat integra adhuc functio. Inciditur ergo tunica ea diſſectione tranſuerſa, minimè eius uillis in tranſuerſum itidem eodemq́ue modo tendentibus oblæſis: ut uelutì obſecundans uillis diſſectio ea peragatur per colli latitudinem, non ut prior illa per longitudinem, qua fibræ tranſuerſim diſſectæ functionem totam auferebant. Atq́ue eadem tamen diſſectione altius adacta, interior tunica fibris ſuis per colli longitudinem tendentibus, tranſuerſim diſſectis, functione priuabitur ſua, reſtabitq́ue exterioris actio fibris uilliſq́ue tranſuerſis nondũ læſis. quanquam aliàs, ſi eius inciſa functio pereat, interna integra deglutiet animal, ſed ægrè: argumento externam quoq́ue tunicā conferre deglutitioni. Hoc quidem

pacto

pacto utraq; dissecabitur tunica, & alterius tamen manebit functio, non læsis uillis, qua diximus ratione. Totum autem hoc rectius percipietur, consideratis tunicæ utriusq; uillis contrario inter se modo positis: interioris quidem per colli longitudinem tendentibus porrectisq;, at exterioris per latitudinem in transuersum ductis, itaq; positu suo interiores ueluti cruciantibus.

Χρόνου δὲ τοῦ .νδλου ὑπάρχοντος ἐμποδὼν ἵσταται τῇ φορᾷ τῶν σιτίων. *Tempore autẽ quæ intus est, impedimento est ciborum delationi.*) Corruptus locus, sed hoc sensu accipiendus, nisi fallor: dissecta interiore tunica, procedere nunc quoq; quidẽ deglutitionem, sed nõ expedite admodum, propter flatus etiam progressum, qui cum cibis unà descendere solet: quæ alioqui impeditius progreditur, non ualente sola exteriore tunica in totum protrudere, ac cessante præcipua parte totius instrumenti deglutitionis, quæ internæ tunicæ attractrice ui potissimum atq; inprimis peragitur.

τάς τ' ἐκ τῆς κατασκευῆς τῶν ὀργάνων ὁρμωμένας. *Et quæ ex instrumentorum structura oriuntur.*) Ex uillorũ & fibrarũ positione deductas rationes intelligit. Quo loco fibrarum per longum porrectarum constrictione, ideoq; cõtractiore longitudine facta attractionem, & transuersarum itidem constrictione: proinde contractiore iam latitudine superna, & latiore inferna impulsum sequi docuit. at utraq; ratione hac & modo maximè glutimus.

C A P. IX.

τὸ μὲν τῷ σπληνί, τὸ δὲ τῇ χοληδόχῳ κύστει, τὸ δὲ τοῖς νεφροῖς οἰκεῖον. *Hoc quidem lieni, illud autem receptrici bilis uesica, atq; aliud renibus proprium.*) Horum sanguinis excrementorum posteriora duo, fellis uesicæ fel, renibus serum non quidem ad alendum, sed ut à sanguine reliquo secreta traherentur, propria esse oportuit: lieni uerò sanguinis fæx, etiam ut alatur iucundum ac proprium. Alitur porrò ex fæce hac lien, quia sanguis etiamnum tamen is est, fæculentus licet: at sero, & feli nulla sanguinis generis ullius portio inest: itaq; aliunde sibi ex sanguine alimentum quæsiuisse traxisseq; opus fuit hæc, usque adeò corporis particulis omnibus sanguineorum quidem animalium de sanguine quomodocunq; uel qualicunq; proueniat, nutrimentum necesse est. Fit id per uenulas uesiculę felleæ tunicis insertas & renibus.

C A P. XI.

Καὶ μετασπᾷ τὰ σιτία τοῖς σφόδρα πεινῶσι πρὶν ἀκριβῶς ἐν τῷ σόματι λειωθῆναι. *Cibosq; detrahit uehementer esurientibus antequam exactè in ore leuigentur.*) Canes semper narrauimus suprà, hoc facere uisos: aut si quod aliud uorax natura animal reperitur, eorum quæ ratio aut cõsideratio nulla regat. In nobis autẽ idem quoq; experimur non obscurè sæpe, quoties uehementi fame correpti sumus, quanquam enim ratione admoniti, trahenti nondum commansum ritè cibum uentriculo repugnemus: trahẽtem tamen, ac penè rapientem ad se de ore manifestò satis sentimus.

Μόνα δὲ πάντων ὀργάνων ἐκ δυοῖν ἅμα, καὶ ἀμφοτέρων ἐγκαρσίας ἐχόντων τὰς ἶνας ἐγένετο τὰ ἔντερα. *Sola autem inter instrumenta omnia ex duabus simul, & transuersas fibras habentibus ambabus tunicis, facta fuère intestina.*) Quasi exceptione quadam utitur: ut quod dictum alibi ac repetitum sæpius fuit, insitas fuisse à natura parti unicuiq; facultates quatuor illas, attrahendi, retinendi, cõficiendi, expellendi, ab his excepta eximere uideatur intestina. Et insunt tamen cunctæ intestinis quoq;, omnium maximè autem expultrix, demandatis quippe à natura officio huic ambabus tunicis: attractrix uerò per paucùlas quasdam perficitur fibras, ut antè monuimus, trahendo alimento factas; ac concoctrix, quæ potissima ac præcipua uentriculo inest, nonnulla intestinis etiam donata fuit. si quid perfectam uentriculi coctionem effugit, coquens ipsa. Iam retentrix horũ, nullis (ut in alijs) obliquis fibris fit: quoniam magnopere ea non egent, hactenus solum cibũ & excrementa retentura, donec permeent, sphynctere deinde etiã

concludenda. Itaq; penè pro transitu tantum quodã excrementis sunt: & quod temporis retinẽt, id cauitatis totius, ex tunicis suis constantis, transuersarũ tantummodo fibrarũ plurimumq; sphyncteris extremi opus est. Neq; enim censendum non aliam functionum harum iuuari sæpe alia: nã sicuti attractrix uentriculi glutiendo, trãsuersis expultricis facultatis fibris iuuatur inprimis: ita cõtentrix intestinorum, quæ nõ magna quædã est, ac transitum & transmisionẽ potius prçstat, uniuersa facilè duarũ tunicarum ex transuersis fibris constantiũ, atq; intra se cõtenta retinentiũ ope peragi potest. Ad hũc sensum opinor paulo antè his uerbis usus est Galenus, de obliquis fibris agens: συμπιλαμβάνουσι δ' αὗται μέγιστον τῇ τῆς καθεκτικῆς ὀνομασθείσης δυνάμεως ἐνεργείᾳ. Maximum autẽ auxiliũ afferunt hæ cõtentricis facultatis sic dictę actioni: ut nõ ignoraremus obliquarum fibrarum præcipuum quidẽ hoc munus habendũ esse, quæ maximè huic opitulentur, cõferentibus tamẽ interea alijs quoq;: quoniã illæ maximum, aliæ aliquod nihilominus auxiliũ adferant. Et est aliòqui cõtinendi munus exiguũ satis, & perquàm facile: ut modò latera quid undiq; & parietes habeat, & capacitatem intus aliquid cõtinere ualeat: hocq; in inanimatis maximè: nã animaliũ particulis, quo melius amplexarẽtur cõtenta, additæ obliquæ insuper hæ fuêre fibræ, huic potissimũ operi dicatę, sed in quo tamẽ ab alijs iuuẽtur, uti diximus: quemadmodũ ipsæ aliarũ operi suppetias ferre aliquas possunt auxiliares: ueluti quũ expultrice facultate iubẽte, trãsuersis cõstringendo operatis, obliquæ qua parte cõstrictio fit, hãc ipsam constrictionẽ cõplexu suo promouẽt: quasi quæ ex conspiratione illa Hippocratica, mutuum sibi inuicem auxiliũ ferant.

C A P. XII.

πρὶν οὖν εἰς ἐναντίαν μεταπέσῃ διάθεσιν. *Priusquam in contrariam cadat affectionem.*) Prior affectio fuerat inanitio, propter quam appetebant cibum partes: contraria huic erit repletio, ob quam exaturatæ iam superuacanea expellent.

καθάπερ ἄχθος ἀλλότριον. *Tanquam pondus alienum.*) Ventriculus quia cibũ appetit & concoquit, inde cõcocti quoq; parte fruitur: saturq; ita factus iam atq; qua prius narrasse meminimus ratione nutritus, quod factum reliquum fuerit, quippe chylum, neq; tanquã quantitate nimia extendẽs, neq; qualitate noxiũ expellit, sed tanquã pondus quoddã alienũ, nec degrauans tamẽ, neq; aduersę qualitatis, sed inutile tantũmodo sibi: ut abijcere potius fastiditũ, quàm noxiũ ꝓpellere uideatur. At uterus & uesica aliunde nutriũtur, ex quo uesica uel quãtitate, uel qualitate noxiã urinã propellit, quã prius attraxerat: & uterus initio quidẽ semẽ ad se trahit, sed nõ ut inde alatur: itaq; idẽ eodẽ modo ꝓpellit fœtũ.

καὶ τοῦθ' ὑφ' Ἱπποκράτους καλῶς εἴρηται. *Hocq; ab Hippocrate rectè dictum.*) In libro de Natura pueri, uerborum illorum initio: ἐπὴν δὲ τῇ γυναικὶ ὁ τόκος παραγίνηται: Quando uerò mulieri partus accedit.

C A P. XIII.

καὶ τῆς ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστεως ὁ αὐχὴν εἷς ὤν. *Et in iecinoris uesica collum quid unũ est.*) Rectè collum: nam duo ex hoc in diuersa deriuãtur ceu stomachi: quorum alter trahit, alter eructat bilem.

ἀλλ' Ἱπποκράτης μὲν *Red Hippocrates quidem.*) Locis suprà annotatis secundi de Morbis mulierum libri. Sed ex libro quoq; de Aere, aqua, & locis colligi non omnino diuersum potest, quo loco ita scribit: τότε σῶμα τῶν μητρέων ὑπὸ πιμελῆς ξυγκλείεται, καὶ οὐκ ἀποδέχεται τὸν γόνον.

ἀλλ' ἕτερα μὲν ζητεῖν ἀναδόσεως, ἕτερα δὲ καθάρσεως στόματα. *Sed alia quærere distributionũ, alia purgationis ora.*) Quasi diuinãs futuros aliquos qui ista profiterentur, hoc scripsit: nam nunc quidem reperiuntur, non modò qui hoc scripserint, uerumetiam illud qui asseruerint: ijsdem mesenterij uenulis, atq; etiam ijsdem temporum momẽtis & chylum in iecur, & in intestina sanguinẽ tendere: nihil uerius progressus impedimenta ex cõtrarijs locis occurrentis sibi inuicẽ materiæ diuersæ: quod unũ docere eós debuerat impossibilia tradi. Aiunt: quanquã

eisdem

eisdem uenis permiscentur chylus atque sanguis: trahentium tamen partium naturæ & desideria causæ sunt, quòd diuersæ diuersa prolectent atque secernant, quemadmodum in alui purgationibus nō obscurè fieri deprehendimus. Mitto cōcursum materierum, uti diximus, & congresionē mutuò sese impedientem illam: sed si eisdem uenis usæ, & intestina sanguinem, & iecur chylum sibi trahent, quum eisdem etiam fibris uillisque necessariò id fiat: scire libēter uelim, perquàm libenter, qua tandem fieri id ratione queat, ut à fibris eisdem, tempore eodē in diuersa rapiantur chylus & sanguis. Nā aut æquè ualentibus utrisque intestinis & iecinore in eodem subsistant oportet, progressu suo impedita, aut potentiore alterutro: si potentius iecur, cum chylo sanguis unà in iecur: si intestina, cū sanguine in intestina feretur chylus. At diuersitas naturæ (dicent) hoc facit, ut diuersa prolectēt: uerùm id in diuersis corporis locis ac uijs, dicā ego, diuersisque fibris ut fiat, concedi posse: in ijsdem omnino nō posse, propter allatam modò rationem. Quòd si diuersis eiusdem tam uerò exiguæ sæpe uenulæ fibris hoc ipsum fieri uolent: quæram quomodo statutum inter se habebunt fibræ, ut aliæ in iecur chylum, sanguinem aliæ in intestina trahant: quis uerò muneri tandem huic distribuendo præerit? Nam si iecur chylum appetens rapit sibi, cur his magis quàm illis uenę unius atque eiusdem fibris appetens rapiat, ratio reddi nulla poterit: eodemque modo de intestinis, quum sanguinē per eandem uenulam trahent. Quam porrò similitudinem attulerūt, dissimilitudo reperitur, facientibus ita illis eam euestigiò prioris dicti. Postquam enim idē fieri hic, quod in alui purgationibus dixissent, addunt illicò: intestinorum superiora alimento melius distribuendo dicata esse, fluxibus & purgationibus inferiora. at hoc iam non idem per easdem fieri uenas erit, sed per diuersas: quod tamen ne ipsum quidem uerè dicitur. in purgationibus enim & fluxibus manifestò, ad superiora intestina deferri è corporis habitu undique humores uidemus, quàndo in uētriculum quoque ipsum deferri apertum satis fit, quem grauiter affici his casibus solere, frequentissimè experimur. Et motus qui per medicamentosas purgationes fit, ut trahentis medicamenti fit primò, at nō paulo pòst uenarum attractio fuerit illa, longis eo in negotio fibris operatis: sed noxiorū potius humorum expulsio, uenarum osculis irritatis iam, noxamque expellentibus transuersarum fibrarū ope. Quòd si alui deiectiones purgationesque spontaneæ fuerint, iam tum attractio prorsus nulla, & prauorū tantummodo succorū expulsio habebitur: alia profectò, quàm qua hi nobis tradidēre similitudine, longè alia. Quanto igitur satius fuerit in eadem sententia mansisse cum Galeno, ut eisdem quidē uenarum earundem fibris: at uarijs cuncta hæc contingere posse temporibus iudicemus, rationi omni cōsentanea magis sentiendo, utque longæ hoc semper pacto suo tēpore trahant fibræ, transuersæ propellant item suo.

ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ ἐξ ἥπατος ἥκειν τινὰ τροφὴν ἐντέροις τε καὶ γαστρί. *Vt nihil mirum sit, si ab hepate alimenti aliquid proueniat uentri & intestinis.*) Attractricis facultatis opere id fit, fibrisque suis longis tunc usæ, ut tam hepar chylum trahat ex intestinis & uentriculo, quàm ab hepate uētriculus, & intestina sanguinis quandoque alimentum. At, quum (ut mox addit Galenus) in his qui ualidam exercitationem repentè, atque ex toto omiserunt, aut membro aliquo præciso sunt, circuitu temporis quodā sanguis per intestina euacuatur, expultricis id facultatis opus iudicandum, transuersis uenarum fibris nimiam, ac proinde noxiam sanguinis quantitatem de habitu toto ad intestina propellentis.

ὡς πού καὶ ἱπποκράτης ἔλεγεν. *Vt quodam in loco Hippocrates dicebat.*) Opinor locum esse in libro de Articulis sub finem Galenicorum commētariorum sectione quarta, qua libri in parte ita scribitur: προσδέχεσθαι δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους ἀναχρέεσθαι ἀπὸ δυσεντερίης πιέζεσθαι. Inde enim, prę sertim uerò Galeni commentantis auxilio elici sententia talis potest.

ὡς καὶ τοῦθ' ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδαξεν. *Sicuti idipsum quoque docuit nos Hippocrates.*)

In libello de Alimento his uerbis: ἐς τρίχας τροφὴ, καὶ ἐς ὄνυχας, καὶ ἐς τὴν ἐσχάτην ἐπιφάνειαν ἔνδοθεν ἀφικνέεται, ἔξωθεν τροφὴ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείης ἔνδοτάτω ἀφικνέεται.

ταύτην οἰκιάζουσι δύναμιν.) Legendum οἰακίζουσι, pro οἰκιάζουσι: ut totum sit ita, Hanc gubernant uel regunt facultatem.

Αἱ δ' ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἐρεθιζόντων, ὡς ἐν τοῖς καθαίρουσι φαρμάκοις. *Qui uerò ab his qui intrinsecus irritant, fiunt, ut in purgantibus medicamentis.*) Ergo repurgantium medicamentorum opus trahendo primùm fiet, qua attractione uenarum ora uellicat medicamentum, atque irritat: tum uerò superpositæ circumiectæque partes irritatæ ad expellendum insuper consurgunt, motumque inchoant propulsionis, quousque attractio illa non cesset, ne ipse quidem qui cessaturus sit.

Λέγω δὲ σῶμα τοῦ ἥπατος. *Dico autem iecoris corpus.*) Caro iecoris ipsa uenas undique ambiens ac circumuestiens maximè propriè atque inprimis iecoris corpus dicetur, quippe illius παρέγχυμα post hoc etiam uasa per iecoris carnē corpusque dispersa iecoris corpus dicentur. Ex his igitur in fame trahens rapere alimentū ad se uentriculus posit, ex corpore ipso, quod propriè ita dicitur, non est uerisimile, quomodo nanque posit succum non parti additum contentumque ea, de illius corpore & substantia electum trahere?

Εἰς μέντοι τὴν ἀρτηρίαν τὴν φλεβώδη. *In arteriam tamen uenosam.*) Propter spiritus atque aeris reciprocationē necessariam, ac fuliginosorū excrementorum transmissionem multo plus, quàm ex alijs retrò de corde remittitur foras.

CAP. XIIII.

Κἀξ ὧν ἐρασίστρατός τε, καὶ ἡμεῖς ἑτέρωθι περὶ τῆς πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίας ἐδείξαμεν. *Tum ex quibus Erasistratus nosque alibi de ad id quod euacuatur, consequutione demonstrauimus.*) Neque enim tollenda ea prorsus, sed in his atque huiusmodi alijs concedenda: non autem in quibus, uel quomodo Erasistratus opinabatur.

Ἀλλ' ἐκεῖνο γινώσκειν, ὡς δύο ἐστὶν ὁλκῆς εἴδη. *Verùm illud nosse, duo esse attractionis genera.*) Tertium prætereà esse constat, quod alibi ipse quoque agnoscit, & cordi tribuit, per calidū attractionis genus, libro nono de Vsu partium corporis humani: sed in quod duo deducantur ista, quæ maximopere iuuari uidemus caliditate, ut iccirco cōmune his potius quàm tertiū per se faciendū esse, uideri nō abs te debeat: iureque tertium non fecerit Galenus, eam fortasse ob causam.

Τὸ δ' ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας μεταλαμβάνεσθαί τι. *Quòd uerò ex uenis in arterias transferatur aliquid.*) Bifariam id fit, cum per ora illarum, arteriarum oribus cohærentia, tum uerò non minus per exporrectos per longitudinem meatus, quanquam sensum subterfugientes, mutuo sibi respondentes tamen per quos in arteriarum dilatationibus; raptum transfundi sanguinis semper aliquid posse, eadem uacui ratione, quasique exuctu quodam, de uenis in arterias credibile est: qua quidem parte cohęsione mutua simul commissæ iunguntur, ut fieri exuctus posit, non autem in aperto nimis, aut disiunctis.

Καὶ ὅτι τεθνεῶτος ἤδη τοῦ ζώου κατέψυκται, καὶ πεπύκνωται πάντα. *Quodque mortuo iam animali perfrigerata ac cōdensata sunt cuncta.*) Visa mihi aliquādo, duobusque medicis alijs, in Nobilissimi uiri curatione affectu diabetę simillimo laborāte, reiecta cum urina apij radicū frustula, nummuli quadrantis magnitudine nonnulla, quas ille radices nobis inscijs incoquendas iusculis curauerat. Atque cū primùm innatare eas urinæ uideremus, nec fieri id posse arbitraremur, iussimus præsentibus nobis eodem in cubiculo, detersa bene matula, ut urina exciperetur: idemque quod antea spectauimus, discursantes per urinæ substantiam radicum particulas, ea qua diximus magnitudine. mirati hoc, interdictoque earum in posterum usu, ne uidelicet ad urinæ profluuium hoc etiā accederet: non aliud esse causæ iudicauimus posse, quàm idipsum quod hic dicitur, uiuentis hominis longè patentiores atque ampliores quàm defuncti meatus, per quos exitus illis patuisset, per angustissimas in demortuorū corporibus, adeoque uisum fugientes iecoris renumque uias, ad ureteres & uesicā transeuntibus: locique huius

huius admoniti Galeni dictum experimento atq; exemplo hoc confirmatum uidimus, eiq; fidem adhibemus iam maiorem de hoc.

Ὡς ἂν μὴ μόνον ἐκ τοῦ πνεύμονος πνεῦμα μεταλαμβάνουσα αὐτῆς. *Tanquam non modo ex pulmone spiritum accipiente ipsa.*) Arteria uenosa ad pulmones tendens, arteria magna ex eodē sinistro cordis uentriculo orta minor est. Quòd si utraq; accipiendo tantū spiritui dicata fuisset, eadē esse utramq; magnitudine oportebat. Nunc, quū arteria magna maior sit, aliud quoq; aliquid accipiet necessariò: id porrò nisi sanguis, de dextro cordis uētriculo acceptus esse nihil poterit aliud.

CAP. XV.

Σαφέστατα δ' ἂν αὐτὸ μάθοις ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς κήποις ὀχετῶν. *Manifestissimè autem id discas ex hortorum canalibus.*) Attractricis facultatis exemplum hoc est, quasi sorbente rapienteq; sibi terra proximum semper irrigatæ incilibus aquæ humorem: quo siccior, magisq; sitiens, eo quoq; semper magis.

Ὀχετοὶ πολλοὶ κατὰ πάντα τὰ μέρη διεσπαρμένοι. *Canales multi in partes omnes dispersi.*) Nempe uenæ & arteriæ.

Οἷόνπερ τὸ ἁπλοῦν ἀγγεῖον ἐρασίστρατος ὑποτίθεται. *Quale simplex uas Erasistratus esse supponit.*) Suprà, quum de neruorum nutritione disputaretur.

IN LIBELLVM DE SVBSTANTIA FACVLTATVM NATVRALIVM.

Καί τισιν ὡς δόξει. *Atq; alicui fortasse uidebitur.*) Affigetur meritò operi de facultatibus naturalibus, de harum ipsarum substantia, mutilus licet, mancusq; liber.

Οὐ ψυχικὰς ἀλλὰ φυσικὰς ὀνομάζων. *Nō animales, sed naturales nominās.*) Eo quòd animæ haud dubiè nostræ, partis unius facultates hæ sint: sed naturales melius appellatæ, quòd communes cum plantis, & quæ natura constant, alia sint. cuiusmodi fere sentētia initio statim librorū de Facultatibus naturalibus legitur.

Τινὲς δὲ πνεῦμα. *Quidam uerò spiritum.*) Vt Stoici, animā tenuissimum quendam omnium spiritum esse existimantes, proinde interitui obnoxiam tandē.

Ἀλλὰ τὴν ἰδιότητα τῆς τοῦ σώματος οὐσίας. *Sed proprietatem corporeæ substantiæ.*) Vt aloe, exempli gratia, cuius proprietas corporeæ substātiæ proprietas habetur, eorumq; quæ agere nata est, obtinere facultates dicitur: nullæ tamē per se quæ sint ipsæ, uel propriam quidē naturam retineant, quoniā substātiæ tantummodo aloes ipsius corporeæ ꝓprietas sit, quæ faciat ad ea quæ facere diuersa apta est, relata: ut eadem ratione credamus animā substātiæ cuiusdā corporeæ proprietatem esse, agentis per se, quæ agere ac facere natura sua idonea reperitur.

Καὶ γέγραπταί μοι περὶ τούτου δύο βιβλία. *Suntq; à me scripti de re hac libri duo.*) Vt opinor de dignotione & curatione affectionū animæ, siue passionum, unus: & de dignotione ac curatione peccatorū animę, alius. Horū em̄ maximè lectione institui atq; informari ad moralis philosophiæ præcepta capiēda licebit nobis.

Τῆς καλουμένης ἐμψυχώσεως καὶ μετεμψυχώσεως. *Vocatæ animationis & reanimationis.*) Animatio (hac enim ad rei significationem, quam uolumus, utamur uoce nunc) eorum erit, qui animam in corpus induere se aptum sibi ad inhabitandū futurum, ac temperamento proprio peculiariq;, & ratis quibusdam elementorum partibus constare continuum censuerunt. Qui sane ueluti cōcentus partium inter se ἁρμονίαν ne habendus sit, an διαφωνίαν, an cuiusmodi tandē ignoretur nobis hactenus quidem, ut ceu harmoniam sciuisse illius nō concedatur nobis exactam: in tantum tamen sciamus portionibus constare corpus debere commensuratis ualde, omniumq; maximè musicis, animam excepturum nobilissimam omnium humanam. Qui quū primum concentus portionibus suis his aliqua de causa dissonus feretur, sensura confestim anima quoq; fit, & nocumentum aliquod acceptura, uel emigratura etiam quamprimum inde, si dis-

ſonantia maxima fuerit. Atq; ea ſi tum primùm ingreſſa corpus ſit, nullo antea poſſeſſo, animatio hæc tantum fuerit quædam & ἐμψύχωσις, ſicuti μετεμψύχωσις & poſtanimatio, ſiue reaminatio (ut ita loquamur nunc) Pythagoricorum fuerit, quum alia poſt alia mutans corpora non ceſſat, donec deſtinatum ſibi in eo curſum peragat. Quæ quomodo ſe habeât omnia, nihil ſanè fuerit neceſſarium medico anxiè nimis inquiſiuiſſe, ad temperamēti uſq; rationes, quas tenere ſignis notiſq; ſuis comprehenſas queat, progreſſo ſolū, ut rectum conſeruet, aut uitioſum emendet, quid ulterius deinde ſequatur, non magnopere ſolicitus. Quemadmodum planè (quamuis alia omnino quadam ratione) ne uitam quidem ipſam primò ſpectat medicus: ſed ſanitatē, quam faciat, aut defenſam cuſtodiat. tametſi ſanitatem neceſſariò comitetur protinus uita, eiſdem imò ueſtigijs inſiſtat utraq;. Sic etiam ſubſtantiæ corporeæ, quæ dicebatur paulo antè, temperamenti ratio cognoſcibilis (ut ita dicam) conſiderationis noſtræ erit, calidi, frigidi, humidi, ſicci, & huiuſmodi manifeſtiorum nimirum qualitatum. at ex tota ſubſtantia abditarum quarundam cauſam, temperamento tamen ratarum (ut diximus) partium cuidam inſiſtens atq; inexiſtens ratio ἐπέκεινα τῆς τέχνης: at quod artem ſupra ultraq;, nihil ad nos.

Ἀλλ' ὅταν τι τὸ παράπαν ἀναπνοῆς στερηθῇ παντελῶς. *Verumetiam quū reſpiratione priuabitur in totum*) Extinctus perit tū calor, motu, quē natura ſua extrinſecus agere ſemper debet, priuatus: itaq; ex refrigeratione alteratio erit, quæ mortē inuehat.

Μετὰ τοῦ μηδὲ τῆς ἐξ αὑτῶν κινήσεως στερηθῆναι. *Cum eo quod neq; motu ſuo priuantur.*) Non alia quàm incrementi ratione, cuius quum de ſe atq; ἐξ αὑτῶν, principium intrinſecum teneant plantæ, motum aliquem tenere dicētur meritò: augeſcendi quippe, quod ſatis ſit, ut mouere ſeipſas dici iccirco poſsint.

IN LIB. I DE SEMINE.

CAP. I.

Τίς ἡ χρεία, ἢ τίς ἡ δύναμις ἐστι τοῦ σπέρματος. *Quis nam uſus eſt, aut qua ſeminis facultas.*) Naturalis maximè ſeminis facultas eſt, in plantarum ubiq;, atque animalium procreatione paſsim manifeſtam ſe exhibens, ut propterea nō alio quàm hoc, poſt de Naturalibus facultatibus libros, deq; earum ſubſtātia reponi melius loco debuerint de ſemine libri.

CAP. II.

Τοὔνομα τοῦτο ἡ σύλληψις ἐντεῦθεν. *Hoc ipſum nomen conceptio hinc ſanè.*) Sic tamen ut retineat uterus conceptum ſemel ſemen, ac perficiat. Nam ſi attractum conceptumq; mox, uel aliquo etiā temporis ſpacio remittat: incaſſum fuerit, conceptusq; fruſtrabitur totus, ut glutitum uentriculus cibū ſi euomuerit, fruſtrabitur concoctio. Sanè intelligenda conceptio: quæ naturaliter fit, & in qua attractionē comitatur, ut in naturaliter ſe habentibus cunctis, retentio. Hancq; fœtus totius conformatio. Neq; fuerit, ſicuti dicunt, ut cōcoctio uentriculi, ſic conceptio uteri propria actio: ſed eſt ferè cum attractione & retentione coniuncta conceptio. Cætera formatricis ui, uteriq; calore perficiūtur, ſecus quàm uentriculi concoctio ab attractione ſeparata, & cō coctio uentriculi ad expultricis uſq; facultatis officium iuſtum perdurat. ac concoquere ſemper toto eo tēpore rectiſsimè dicetur uentriculus, concipere uterus non dicetur ad id uſq; temporis, donec iam pariat mulier, ſemper: qui iam diu antea uериſsimè conceperit, conceptio glutitioni ſimilior: formatio fœtus, conceptioni.

CAP. III

Τὸ δ' ἄρρεν καὶ ταύτην μὲν ἀλλὰ καὶ τὸ εἶδος. *Marem uerò hanc quidem quoque ſed & ſpeciem*) Quòd ſi ita eſſet, ut & materiæ & efficiētis formantiſq; uicē præberet in generatione ſemen iuxta Ariſtotelis ſententiā, iam nulla futura fuerat de re hac inter Ariſtotelem & Hippocratem controuerſia: at non ita cenſuiſſe Ariſtote-

stotelem, docent uerba à Galeno de authore hoc excepta & recitata.

CAP. IIII.

τίς ἔσται τοῦ κυήματος ἡ ἀρχή. *Quod erit fœtus initium.*) Si uenienti menstruo sanguini occurrens ad uasa semen discedit rursus resolutum in auras, quomodo initium sibi sumat fœtus, non erit ratio. Etenim seorsum multis diuersisq; in locis pro uasorum multitudine ac diuersitate à semine menstrui sanguinis partes tactæ, quónam imperante cōuenient in unum rursus ordinem, ut partem pars quæq; adferat suam ab alijs diuersam constituendo recté fœtui, non sané ex partibus eiusdem modi omnibus constanti: & efficientiæ à semine conceptæ quomodo conferent in idem uires inchoando hac ratione illi, ad eius usq; cōsistentiam siue coitionem, aut concretionem & constitutionem, si consistentiam uolumus. Itaq; fœtus initium hic intelligo, quo, si uera sententia ea esset, dissepàratæ prius sanguinis menstrui partes consociari deberent, ut in unum conuenientibus ad fœtus inchoationem consistens iam ac constitutus existere inciperet is. Rectius igitur initio continuum sibi ipsi manebit semen interiora uteri amplexantis iam id, per totum sublinens ac succingens, uasorumq; osculis inprimis adhærens, hisq; affixum pendensq;, de reliquo continuo quodam tractu membranã efficiet, & tunicam illam qua uniuersus uestitur fœtus. Quãq; iure optimo Hippocrates aliquando oui alicuius disfracto putamine occurrenti primũ mẽbranæ, conclusumq; intus humorẽ ambienti assimilauit.

CAP. V.

ἑπόμενος τῷ διδασκάλῳ σοῦ πλάτωνι. *Sequutus præceptorem tuum Platonem*) Tale aliquid in quinto de Republica libro, & de Legibus sexto inuenietur.

ἐγὼ μαρτυρῶ ὡς ἀρχὴ τὸ σύμπαν ἐστί. *Re testaris principium totum esse.*) Nã si unico attactu hoc præstat semen, ut cuncta deinceps formentur alia: dilapso mox ipso, simillimum erit hoc: ac si operi manu tum primum admota, artifex aliquis protinus discedat, seq; totum ita perfecisse existimet (id enim uerè demũ principium totum esset) non modò principium dimidiam, si ita se res haberet.

καὶ μὴν εἰ μὲν ἐξ αὐτοῦ τὸ αἷμα δύναμιν ἔχει. *Quòd si per se sanguis facultatẽ obtinet.*) Dicere hoc loco posset Aristoteles non fore necessariam seminis præsentiam peragendo in fœtus formatione, operi, quòd præstare idem menstruus quoq; sanguis queat, atq; ipse sibi materiam insuper ad id idoneam parare, humoreq; (cuiusmodi semẽ est) alium formationi aptum reddere. Sed si hoc ita esset (inquit Galenus) non fuerat opus semen ad id accersiuisse initio ipso, siquidem sita in sanguine omnia erant. Nunc quum Aristotelis etiam confessione, uis insit sanguini motrix atq; effectrix, coniunctamq; præterea habeat semen materiam accommodam idem: non uidetur hac quoq; ex parte, quum iam præstò sit, reijci debere.

ἕτερον χρῆναι τοιοῦτον ἐργαζόμενον. *Alterũ tale efficiendo laboret.*) Spumeũ quũ sit semen, spiritus plurimũ continet cõfessione omniũ: at is fabricãdis partib. corporis multis instrumentũ fuerit accõmodũ ualde extendẽdis membranis, in longũ producendis canalib. ueluti sufflatiõe quadã perforandis alijs, dilatandis alijs, & huiusmodi. At dicẽt: Sanguis idẽ poterit, nisi natura id faciẽs laboret prius, nõ poterit, (ait Galenus) ut sanguinem spumeũ ac spirituosũ reddat, quale semẽ est: quo si spiritosus minus fuerit sanguis, nihil efficiet. ut aũt tale euadat, tantũq; spiritus accipiat, id uerò nõ nisi magno naturæ labore perfectũ reddetur. Igit̃ quomodo arbitrabimur naturã, quæ nihil unquã frustra faciat, neq; laborẽ, nisi necessariũ desumat sibi, unquã ullũ, tã bene semp, bonoq; spiritu repletũ semẽ. ut Aphrodytes eo, hoc est spumeæ deę opera maximè peragant, in prõptu habentẽ, relicto hoc, quęrere aliud debere, quod id qđ nõ est, faciat ut id quod tale iã est, quo indiget, remittat: quodq; primo, ppriũ est, reijciat, ut qđ huius particeps solũ fuerit, deligat. Sic ẽm Galenus scribit: τὸ μὲν πρώτως οἰκεῖον ἀφεῖσα, τὸ δ' ἐκείνου μεταχὸν αἱρουμένη. Atq; sãguis spiritus tãtũ cuiusdã particeps est,

παρέχειν τὸ εἶδος, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, τὸ δὲ θῆλυ τὸ σῶμα καὶ τὴν ὕλην. Postremò quid potuit ab eo aperiendæ nudandæq; sententiæ de re hac suæ scribi aut dici clarius, quàm quum alio quodã in loco ita ait: τούτων δ' ἐχόμενον δὴ καὶ ἀπορῆσαι καὶ εἰπεῖν, εἰ τῆς προϊεμένης εἰς τὸ θῆλυ γονῆς μηδὲν μόριον δεῖ τὸ εἰσελθὸν τοῦ γιγνομένου κυήματος, ποῦ τρέπεται τὸ σωματικὸν αὐτῆς, εἴπερ ἐργάζεται τῇ δυνάμει τῇ ἐνούσῃ ἐν αὐτῇ. Et partem immissum in fœminam à mare semen constituti fœtus esse nullam dicit. Illud enim si pars nulla est, quia nulla est, accipi debet, & quærendum quo corpulentia eius uertatur, esse addit: frustra quæsiturus, si formari intus ex seminis corpore ullo fœtũ arbitratus esset. Et facultate, quã in se cõtinet, agere affirmat nihil de corpore eius addẽs, ꝙ in fœtus materiã cedat: additurus, si tale aliquid de eo censuisset. Quin aliquot deinde interiectis uersib. disertè inprimis pronuntiat, genituræ semen dissolui tum, & in spiritum abire, humidã & aquosam naturam sortitum. τὸ σπέρμα τῆς γονῆς διαλύεται καὶ πνευματοῦται, φύσιν ἔχον ὑγρὰν καὶ ὑδατώδη, quo quid apertius? uersum in spiritum euanescit, interpretatus est Gaza: moxq; repetitur ab Aristotele coagulati lactis exemplum à succo; quẽ mutari & constitutæ magnitudinis partẽ nullam esse dicat, quemadmodum uidelicet ne semen quidem esse uult. Quomodo igitur uenire in mentem potuerit legentibus & considerantibus ista, nescio, ut alterius quàm eius quã scriptura sua suaq; manu ueluti chirographo testatã nobis reliquit, facere sententiæ Aristotelem nobis authorem adnisi sint. Nam quòd alibi, sed eodem tamen in libro author idem ossa ac neruos dixerit ex seminali excremento gigni, hic certè non dixit. itaq; cogitandum habebunt aurarij illius quomodo eum à propriæ uocis ignorationis crimine tueantur. Illud tñ interea sciant uelim, lõgè aliud esse σπέρμα & σπερματικὴν περίττωσιν semen & seminale excrementum, quod pro menstruo mulieris sanguine accepisse Aristotelem nõ dubito, ut qui in ea semper sit sententia, generationi conferre partẽ ipsam quoq; suam mulierem, menstruum uidelicet sanguinem, tanquã semen. Hoc ille seminale uel semineũ excrementum appellauerit in fœmina, ex quo si ossa & neruos constitui dixit, ex seminali fœminæ excremento dixerit, minime uerò ex maris. Ergo suam utriq; melius relinquemus opinionem, placitũ suũ, Galeno & Aristoteli, ne confusanea ex his faciamus, atq; ea non intelligibilia. Alij mediũ se hoc in negotio tenere credentes opinati ita fuère, ut dicerent de Aristotelis sententia non sic accipiendũ esse, ut aut in flatus uentosq; conuertatur semen, aut rursus in tenues usq; adeò auras ac spiritus, quasi (ut ita dicã) spiritescentes dissipet, ut omnino in nihilũ euanescat. Credo propterea ꝙ primũ fieri non posse uidebant Galeni argumento, quũ flatibus uentrem distendi aut intumescere toto illo primo cõceptionis tempore uiderent nullis: alterũ aũt, nempe tantopere ut attenuaretur, ut in tenuissimum spiritum transpirare ad nihilum posset, fieri pariter posse non perspicerent, ob densitatẽ uteri primum undiq; conclusi, tum peritonęi & abdominis musculorũ, cutisq; per totum obstacula. hæc quum uiderẽt, inquã, aliam inierunt rationem, opinatiq; sunt nec in flatum resolui aliquẽ semen, nec in nihilum spiritescentem (ut iterum iam hoc dicam) euanescere: sed subtile & uaporosum factũ spiritus gignere eos, qui deinde effectores fœtus futuri sint & ipsi, hancq; ueram esse ac germanam Aristotelici dicti sententiam asserunt. Quasi non ipsius dictum illud sit, facere quæ facit semen, facultate, quæ in eo sit (opinor) antea: non aũt quam ipsum denuò gignat, aut quasi non satis futura ea sit facultas, quã initio insertam, innatam, instillatam etiam cœlitùs, ut author idem censuisse uisus est, demissam sortitũ fuit, nisi noua præterea addatur pro supplemento, nouiq; spiritus generentur, qui suppetias operi ferant, deterioris, quàm priores, naturæ & originis multo: qui qua ratione tandem gignantur è semine spiritus doceri libenter uelim, ex uniuerso ne an parte (uniuerso) mitto ingentem spirituum uim, quæ necessariò expectanda ex eo fuerit tanta, quantamuix capere uterus ualeat (parte) quoniam nõ ex toto se-

nuibus

nuibus similiter ac crassis constat partibus semen: ex crassis neque ac tenuib. existet eiusdem generis ac modi spiritus, præcipuè tam nobilis: ac liquidè formandi præstare officium debuerit, cœlestis. Ergo tenuiore ex parte, at hæc exhalatu facillima exhalari iam, & partem superesse semini pronunciauit Aristoteles nullam: διαλύεσθαι scripsit, & πνευματοῦται simpliciter atque absolutè, neque ex uniuerso igitur, neque ex parte, tum uerò perfectæ iam naturæ maris semen, spirituque præditum suo, quum uterum ingredietur: non necessarium habebit nouam spirituum facultatem adipisci, nobiliore sua innataque iam sibi, & meliore contentum, satisque futurum per se peragendo operi, quod faciendum habet, efficax. Itaque ne hanc quidem Aristotelis fuisse sententiam uideo, & Galeni uideo firmam adhuc & inconcussam manere nobis: quæ opificis quidem uim & facultatem in semine agnoscat, & materiam tamen præterea ad opificium subministrari inde posse demonstret.

CAP. X.

Ἀλλὰ τούτων οὖρον, καὶ ἀποπάτημα Verùm ex his urina, & alui excrementum.) Exigua hæc satis in fœtu excrementa sunt, alui præsertim iure optimo, quòd ore per id temporis non accipiat cibum fœtus, pauxillumque omnino quid de mesenterij uenis, deque liene per uētriculum in intestina decumbat, quod in nuper natis excerni uisitur muccosum: & urina ex matris sanguine, cui detracta iam plurima serosa humiditas fuerit, colligitur. Accedit quòd conformato demum articulis suis omnibus fœtu, colligi primum incipiunt excrementa duo hęc, ut colligi propterea multa nequeant.

CAP. XI

Οὐ γὰρ δὴ καταλελοιπέν γε ἡ φύσις τὸ ζῶον. Neque enim reliquit animal natura.) Id quidem manifestum fit cum alijs argumentis, tum uel maximè genuinorū dentium exortu, quos à natura formatos non paucis anno legimus uicesimo, quibusdam etiam octogesimo. Ego in filio meo trigesimo primo enatos anno uidi, ut uerissimè dictum fuisse à Galeno accipiamus, hoc loco non deseri à natura etiam formatrice ipsa animal ad extremum usque.

CAP. XII.

Εἰ μὲν δὴ κἀκ τῆς τῶν ὄρχεων φύσεως ἀλλοίωσίν τινα προσλαμβάνει καὶ ἄλλως ἀμήχανον αὐτὸ συντελεσθῆναι. Num quidem ex testium natura alterationem aliquam accipit, atque aliter fieri nō potest, ut perficiatur.) Semē intelligit, de quo inquirere omittit nūc, an absolutam demum naturam suam in testibus accipiat. Quod nihilominus credi par est, ut in mesenterij uenis sanguificationis rudimentum quoddam uisitur, perficitur autem tota in iecore: sic in uenis existimemus, & arterijs pertingentibus ad testes, inchoatum id inueniri, & semiperfectum solam, perfectum uerò atque absolutum ex toto testes tantummodo ut reddant, formamque illi integram suam ut addant, quum prius ceu materiam potius tantum quandam in uasis præparatam, formæque iam seminis ultimæ suscipiendæ idoneam accepissent. Quærere autem omisit, quod quærendum prius esse uidebatur, num rectè ab Aristotele dictum fuerit, nihil omnino ad seminis generationem facere testes, quasi quæ quæstio alia sit. Et facere enim, & perficere simul possunt: atque ut non faciant, perficere tamen.

Φαίνεται δ' ἐν καὶ Ἀριστοτέλης. Videtur autem & Aristoteles.) In primo de Generatione animalium libro.

CAP. XIII.

Ὁ δημιουργὸς δ' αὐτοῦ διττὸς ἥ τ' ἐν αὐτῷ τῷ σπέρματι δύναμις, ἥ τ' ἐν τοῖς τῆς μήτρας ἀγγείοις, οἷς προσέπεσεν Opifex autem ipsius duplex, & in Semine ipso facultas, quæque in uteri uasis est, quib. applicuit.) Mirum esse non debere ait, si in prima hominis generatione facilis sit uasorum constitutio, quæ deperdita alio fortè tempore nō facilè reparentur. etenim & plurima ibi materia, ex qua generant & artifex duplex, quique in semine inest ipso: quique in uteri uenis, ad quas se adiunxit semen.

harum

harũ enim quoq; uenarũ procreandi ſeminis facultas eſt. Exibit igitur perfectũ breui opus gemino operaro opifice, ſubminiſtratáq; materia multa. At in deperdita uena aut arteria, magisq́ue in arteria, utpote quę ſexcuplo uena maior ſit, ſi in paulo magis adulta id ætate fiat, nec ſuppeditari iã materiæ tantum poterit, quantũ perficiundo operi futurũ ſatis ſit, & alter iam abeſt opifex, qui ſemini inerat prius: alter porrò ille materiæ defectu otioſus erit, uti iam, quũ nec materia faciundo operi adſit: & præcipuus opifex abſit, ne expectandũ quidẽ expletum opus ſit ullũ. Sic aũt audiendi hoc loco ſunt opifices hi duo, non qui diuerſi inter ſe generis habendi ſint: ſed qui locorum potius & materiæ diuerſitate diſtinguanť, nec ut q ſemini inerat, perijſſe illũ ex toto iudicemus: ſed ut in aliã ſe tantũ induiſſe materiã arbitremur, quæ partiũ corporis eſt omniũ ſeminaliũ, quando ſuprà audiuimus naturã animal deſtituere nõ ſolere. Et quod mox additur de opifice altero, qui non ſolũ materiam faciens attingat, ſed etiam per totam illam ſeſe penetrans indat: non quaſi alter ille idẽ quoq; nõ præſtet dictum, ſed ut diſcrimen ſolum notetur. Quo Phidias fortè aut Polycletus extimam tantum operum ſuorum ſuperficiẽ artificioſe excolunt, multo quàm natura aliter: quæ, quacunque illa corporis in parte operetur, in omnem ſe partem intus foriſq́ue per totum ad operis perfectionem adigit.

CAP. XV.

Διατρίβω δ' ἴσως οὐκ ἀναγκαίως ἐν τῷδε. Immoror autem fortaſſe in hoc, quum neceſſarium non ſit.) Verè non admodũ neceſſariũ contra Ariſtotelẽ nimis multis agere ſuper eo, q opinatus fuerit ſeminis proiectioni melius ſtabiliendæ factos fuiſſe teſtes ſolũmodo, quorũ põdere ſeminatijs uaſis appenſorũ (ut in textorum telis fit) cõtentio uaſorũ maior fieret. Quid eñ de auibus dicet, quæ teſtes habẽt intra peritonæũ alio prorſus modo conſtructos, quàm ut referre telarũ põdera illa pacto ulló queãt. Si ſerpentes, dicet, & piſces ſine teſtib. fœcundos eſſe cõcedemus & nos id in animalibus quippe paulo imperfectiorib. at de perfectioris quoq; à natura cõſtitutionis in uniuerſum omnib. quum idem ſenſiſſe ac ſcripſiſſe manifeſtò uiſus ſit Ariſtoteles, hoc ab eo pro argumento ad rem hanc afferri nõ debuiſſe dicemus. Si de his ipſis (ut modò dictũ) perfectiorib. animalib. agens, taurum ſuum illũ huc allegabit: qui exectus licet, uaccam impleuerit tamen. Fieri id potuiſſe aiemus, uel trãsfuſo in exectione per loca ea, uaſaq́ue ſemine, uel de eiaculantib. ſemẽ uaſis, quæ iã à teſtibus id accepiſſent, prodijſſe: uel ob utrũq;, ſi cenſuerit non inſeri teſticulis uaſa. ideóq; nec deferre eò ſemen poſſe, ſumma ut illi concilietur ab his perfectio, inſeri ex diſſectione comprobabitur, quod uirum illum latuiſſe; quoniam multo maiora hoc in negotio latuerunt, nõ perinde fortaſſe mirũ uideri debet. Breuiter quocũq; ſe uerterit, reſpõnſum ſemper feret non ambiguũ. Mitto hic Galenica de re hac argumenta efficacis inprimis fidei, uſq; adeo, ut Peripateticæ familię præcipui coacti fuerint à Galeno contra Ariſtotelem ſtare rationib. luculentis perſuaſi,

ταύτην οὖν τηλικαύτην ὑπάρχουσαν τοῖς ὄρχεσι τὴν δύναμιν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἅπαντες παρεωράκασι. Igitur hanc tam ingẽtem, quæ teſtibus adeſt, facultatem, neſcio quo pacto inanimaduerſam pertranſierunt omnes.) Magna uis teſtium non ſolum ad perfectionem ſemini addendam, ut generatio ſequatur, quod demonſtratum eſt: ſed etiam ad uirilitatem per corpus totam transfundendam. quod quanquã generandi potentiã comitetur, aliud tamen à generatione eſt: quoniam athletæ, & qui fortes atq; robuſti haberi uolũt, ut maximè uirilitatẽ hanc & robur conſequanť, à generatione maximè abſtinent. Eſtq́ue uirilitas hæc ac robur, meliorq́ue corpori toti conciliata ob id cõditio proprium teſtium ipſorũ donũ, quod acceptum referre illis debeamus: non aũt cordi, cui ſicuti uitalem facultatem debemus, iecori naturalem, motricẽ cerebro, & qua ſentimus, ita his ipſis uirilitatẽ. Quaſi à corde uiuere ipſum (ut ita nũc dicã) habeamus, teſtéſq; ipſi habeant: at ut uiriliter à teſtib. hócq; hi cordi quoq; ipſi largianť non ſane exiguum

quod

quod sit: sed quantum ab eunucho uir corde, cordisque facultatibus omnibus differt, quod maximum. Neque propterea tamen diuersa facimus principia, uiuendi quidem, aut uitæ: unicum enim est principium horum cor, membris reliquis omnibus uitam impertiens. Quo etiam modo suum illi reliqua imperti-unt munus, uirilitatis testes, alendi iecur, sentiendi cerebrum, optime institutæ ciuitatis exemplo, in qua diuersorum munerum atque officiorum minorum, maiorumque potestates & magistratus, muneribus suis adeoque locis sepe distincti, officia sua seorsim quique exequuti, communicant aijs, mutuaque sibi auxilia & commoditates conferunt in communem omnia reipublicæ usum, qui tanquam uita totius sit: non autem ut Geryones fiant, aut Gygantes centimani, quod cauillantur.

ὡς μικρὰ μόρια μεγίστων ἀλλοιώσεων αἴτια γίνεται παντὶ τῷ σώματι. *Vt paruae partes maximarum alterationum causæ fiunt toti corpori.*) Libro primo de Animalium generatione ita ait Aristoteles: δεῖ δὲ νοεῖν ὅτι μικρᾶς ἀρχῆς μετακινουμένης, πολλὰ συμμεταβάλλειν εἴωθε τῶν μετὰ τὴν ἀρχήν. Et itē libro quinto: αἱ γὰρ ἀρχαὶ μεγέθει οὖσαι μικραὶ τῇ δυνάμει μεγάλαι εἰσί.

C A P. XVI.

οὐ τῆς οὐσίας αὐτῶν δι᾽ ὅλου διασπειρομένης τοῦ ζώου. *Non eorum substantia per corpus totum dispersa.*) Vt sciamus quæ in corpore fuerat primum aliquo, emitti sine corpore posse qualitatem, ut species incorporeæ multæ sunt aliæ quoque. De his dictum in opere etiam de Locis affectis, tertio sextoque libris. quodque hic indubitanter protulit, totum id qualitati incorporeæ tribuendum esse asserēs, ambiguum ibi reliquisse uidetur. Nam & in comitialis pueri historia semel Pelopi præceptori suo uisum fuisse duorum alterum scribit, existimandum esse, uel quod alteratis per continuum partibus qualitas, uel spirituosa substantia quæpiam transfunderetur. Iterum de scorpionum ueneno, aut spiritus id esse cuiusdam, aut tenuis humiditatis immissæ dixit: esse uerò quosdam addit, qui substantias nonnullas censeant, contactu proxima quæ tetigerint, alterare sola qualitatis facultate posse. Quibus in locis, quum utri nobis standum sententiæ sit, nihil decidat, decidat autem hic: sanè decisioni huic stabimus, præsertim quæ ratione ea nitatur. οὐ γὰρ οἷόν τε βραχὺν οὕτω χυμὸν ἐλάχιστῳ χρόνῳ πληροῦν ὄγκον ἐνίοτε μέγιστον. Fieri enim nequit, succus ut paruus adeò maximam interdum corporis molem impleat.

καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιον γίνεται τὸ θῆλυ ζῷον ἐκτμηθέντι τοὺς ὄρχεις ὅπερ ἐστὶ τῷ ἄρρενι. *Ac propterea simile fit muliebre animal testes exectum, castrato mari.*) Amissis mas testiculis uirilitatem simul amittit omnem, ut muliebritatem fœmina. Quocirca exuta alter uirilitate, muliebritate altera, in tertium quoddam degenerat animal, neque mas neque fœmina facti. Quod quum utrique conueniat, dicique de utroque rectè possit, mare fœminaque castralis, in unum ac simile utrumque sibi conueniunt, ut tertium hoc constituant duorum illorum neutrum, utique per abnegationem quod intelligatur tale. Quo loco pro ἀπαντλήσαντο, in Græco exemplari ἀπολέσαντα legendum ueniet.

ὥσπερ τὰ καθ᾽ ὅλον τὸ ζῷον μόρια κενοῦσθαι τῆς οἰκείας τροφῆς. *Sicut animalis totius partes proprio alimento exinaniantur.*) Hoc demum illud est, quod in hanc eandem sententiam ab Aristotele dictum fuisse credi potest, excepto hoc, & quomodo priuetur nutrimento suo corpus in coitu, si nimius fuerit: & qua ratione decidi de toto semen solitum sit, intelligi nobis dabitur, & similitudinis etiam generatorum ad parentes ratio aliqua tenebitur. sed de hoc posterius. Verùm prius illud, quum (quod Galenus hic ait, & uerum esse apparet) in superfluo coitu arreptum trahatur à testiculis uiolenter de uenis, partibusque alijs propinquis: nō quidem appositum iam, affixumue aut assimilatum, sed proximè apponendū id, futurumque illis mox, particulisque alijs nutrimentum roris in morem per illas dispersum, seminariæ materiæ totum: adeoque in coitu nimio ad euacuati exinanitioque

anitióque

anticꝗ iam de testibus supplementum seminis rapiendum, transmittendumꝗ sæpe, mirum alicui uideri non debere dicimus, si & destitutum iusto, sibiꝗ debito, ac iam iam suo futuro alimento corpus emacietur, propè surrepto quo alimox debuerat, lasciuientibus plus iusto, & imbecillitatem exinde sentiant, accedentibus nihilominus causis quoꝗ tunc alijs, nempe spiritus uitalis dissipatione & uoluptate. Tum uerò li idem hac in parte sensisse Aristotelem ostẽdere conemur, ut in Galeni ille sententiam de hoc, aut in illius Galenus uenerit: certè conuenerint utrique sensus & intellectus eiusdem scripto prolato. sic quidem ait Aristoteles primo de Generatione animaliũ primo: οἱ μὲν γὰρ τὸ ἀπὸ παντὸς ἀπιόν, ἡμεῖς δὲ τὸ πρὸς ἅπαν ἰέναι πεφυκὸς σπέρμα ἐροῦμεν. Hi quidẽ ẽm quod à toto abscedit: nos uerò, quod ad totum accedere natum est, semẽ dicemus. Et rursus: χρησίμου ἄρα περιττώματός μέρος τι ἂν εἴη τὸ σπέρμα. Vtilis ergo excremẽti pars quædam est semen. Quod ad totum accedere natũ est. semen est, inquit, idem quod Galenus, dispersum per corporis particulas roris modo (unde etiam nomen accepit, rorulentum) iam iamꝗ addendum, apponendumꝗ illis pro alimento dixit: nisi nimio ueneris usu propè surreptum partibus, eas propria alimenta destitutas exinanitasꝗ priuaret, utileꝗ iccirco ab Aristotele excrementum dictum: quòd non modo proximum est, ut inde nutriri partes ualeant, uerumetiam quòd defecti seminis copia testes inde sibi arripere ceu supplementum quoddam soliti sint: tum uerò pro ualde propinquo semper alimento, paratoꝗ, & ad fores partibus adsit, potestateꝗ simul ualde propinqua, ut naturæ illarum multum, similitudine sæpe non parua referre queat: de quo postea dicetur.

IN LIBRVM SECVNDVM DE SEMINE.

CAP. I.

Ἑξῆς τοίνυν πολὺ μᾶλλον ἐψεύσατο φάμενος εἰς τὸν αὐχένα τῆς κύστεως ἐμφύεσθαι τὸν τ' ἄρρενος ὁμοίως. *Deinde multo magis mentitus est in uesicæ ceruicẽ inseri inquiens, similiter ac in maribus.*) Tribuũt hic Herophilo, censuisse illũ è testium inuolucro in fœminis ad neruosam uteri ceruicem iter esse, in quam eiaculetur seminarius meatus semen: quum tamen recitata à Galeno hac libri in parte Herophili uerba de uesicæ carnosa ceruicis parte loquantur: ὥσπερ τῷ ἄρρενι εἰς τὸ σαρκῶδες τοῦ αὐχένος τῆς κύστεως. Si nanꝗ pariter ut in masculis fit, in uesicæ oportet, non in uteri ceruicem indui, qui nullus quum masculis sit, ne insertum quidem habere in illius ceruicem meatum eum poterunt: aut fallor igitur, aut non rectè tributum hoc Herophilo ab his fuit. Vtrumꝗ autem damnat Galenus, neque in uteri, neꝗ in uesicæ deriuari ceruicem meatum illum uolens. Atqui nostræ ætatis anatomici diligentiores, partim in uteri ceruicem ad interius illius os per meatum transfundi muliebre semen dixère: partim cùm in hãc partem, tum in uteri etiam capacitatem uias esse, per quas semen iuxta Galeni sententiam, ex parte in uterum profluat. Quamuis non prorsus inconuenire arbitrer eisdem uijs ac meatibus, primo ut in uteri ceruicem, tum & in capacitatem ex ceruice deriuarum emitti à fœmina semen possit, quod totum in conceptione intrò abeat. Gestationis autem tempore si coiens mulier semen mittat, id uerò per uteri ceruicem foras prodeat, occluso iam ad plenum illius ore, ut ne acus quidem intromitti possit, ita longè minus semen.

Πρὸς μὲν οὖν τοὺς μηδόλως ἡγουμένους σπερμαίνειν τὸ θῆλυ. *Ad eos igitur, qui nullo modo semẽ emittere censent fœminam*) Obstinatè nimis agunt, quiꝗ nullum esse fœminis semen aiunt: quiꝗ, ut sit, infœcundum id esse contendunt: quamuis priores euidentibus magis ac manifestis rationibus uincantur. Quorsum nanque natura, quæ nihil unquam incassum facit, frustra nihil molitur, aut testes in fœ-

minis fecisset,nisi gignẽdo,ut in maribus,semini:aut uasa, quæ semẽ accipiant: alia quæ eiaculentur,alia feminis sæpe plenissima uisa utraq; in his,quæ à uene reis paulo diutius abstinuerunt. Quid? somniantib. nónne haud ita multo minore interdum cum uoluptatis sensu exit? Quæ planè uoluptas unde quæso il lis aliunde,quàm ab eadem quæ in maribus contingit, prouenire unquã possit causa? seminis quippe eiaculatione,quoniam & titillationem eandem sentiunt,& stimulis eisdem urgentur in uenerem,feruntur´q; concitatæ sæpe,ut esse,nisi seminis emissio non queat hæc,siue guttam, siue muliebrium locorum propriam superfluitatem,uel dealbatam humiditatem quandam,seu quo alio tandem nomine appelles,semen quidem esse constabit semper: quoniam testes sunt,seminariaq; uasa sunt. Quæ repleta humore eo,quum eadem prorsus qua in maribus ratione modoq; sæpe etiam tempore exinaniri uideãtur,quid aliud quàm semen id fore existimandum nobis restabit? etenim si(ut tam in opere de Vsu partium corporis humani,quàm hic docemur) procreationi hominis dicatæ partes, eadem similitudine spectantur in fœmina mareq;,& numero constant eodem:positu autem solùm quodam distant, ac figura eadem omnino est,conuersa tantum:ut,si inuersa foras propellantur,(quod factum fuisse non semel meminerunt historiæ) muliebria cuncta euasura uirilia statim sint,iudicabimus aliud edituras partes eas hic,quàm ibi:ac non,sicuti in maribus testes uenasq; & arterias illas semini producendo,formandoq; destinatas apertè uidemus,ita eodemq; modo in fœminis fieri oportuisse dicemus? Si locorum muliebrium proprius tãtum humor est ille quidam, nec seminis rationem obtinet ullam,ut uolunt:non fuerant instrumenta accommodanda illi à natura,quæ alibi procreando semini rectè constituisset, satis futura fuere humori illi multo simpliciora quædam,ut menstrui quoq; sanguinis excrementum simplicissimæ uenæ deuehunt. Profusio tantum quædam est(inquiunt) illa,qualis etiam in pueris & adolescentulis nondum emittendo semini adultis satis,fateor esse:sed non qualem afferunt ipsi,seminis profusio est ueri ac certi: fœminei tamen,quod satis nobis est. Nam puerorum illa,aut adolescentulorũ flatuosa quædam ac uentosa fuerit,qua tendi ætatis eius peniculus potest,materia,ut uoluptatis aliquid capiat,uel desiderium potius sentiat aggrediendi operis. quod nũquam expleat,eunuchorum more,quos magnos esse amatores fœminarum Comicus,ac nihil tamen posse,scripserit. Itaq; arrigere possunt materia eiusmodi beneficio,explere quod cupiunt,non possunt, seminis defectu: quum fœminarum tamen desideria expleant sæpe,præsertim in paulo magis adulta ætate castrati,etiam poeta Iuuenale Satyra sexta, hoc non nesciente,qui ita aliquando inuehat.

—illa uoluptas

Summa tamen quod eam calida & matura iuuenta

Inguina traduntur medicis,iam pectine nigro.

Atq; hæc longè alia est capiendæ in rebus his uoluptatis,aut quoquomodo captandæ,quàm ex integro coitu fruendæ explendæq; ratio. Quod ut in uiris, ita in fœminis nisi cum peracta seminis profusione non succedit: quum interea illa quoq; alia in fœminis spectetur titillatio & procliuitas tantummodo in uenerem,quasiq; operis initium alterius rationis, ut non fuerit propterea adducendum exemplum de pueris aut eunuchis hoc,quòd idem usu uenire in altero quoq; sexu uideamus. Castrandam procuratum fuisse à marito lasciuientẽ nimis uxorem ferunt,conuersaq; hic conditione, quàm de qua Iuuenalis tradidit,implere solitum maritum ueneris desideria omnia, prurientibus interea solummodo uxori partibus illis,nec perficiẽte unquam: quippe nullo semper profusi seminis ullius effectu,nullaq; deinde insequuta,quod fieri necesse erat, conceptione. Quod exemplum si uerum fuit(ut uerisimile certè est, & fieri tamen aliquando posset,mihi autem relata hæc tantum scribo) iam de quo addubitemus:

bitemus: nihil restabit, quominus eandem penitus ducendam esse in rebus his maris & fœmellæ rationem arbitremur. utrumq; enim spectabitur in fœminis, & inanis quandoq; conatus ille cum desiderio, nec sine delectatione tamen aliqua, & iusta ac expleta seminis eiectio. Nam quòd nullo quasdam uoluptatis sensu, quod argumento sit nullum quoq; emitti ab his semen tunc, grauidas factas fuisse referant: tametsi non desint, qui ita dicentibus mulierculis nullam adhibendam esse fidem scribant. Ego ut inter uiros alios alijs magis minusq; in uenerem pronos esse experimur, idem in fœminis contingere posse existimem: ac tanto quidem magis, quanto maioris cuiusdam nobis omnino uoluptatis ac delectationis contigit seminis effusio, quàm illis: quippe quòd, prolificum licet utrumq; & fœcundũ sit, perfectius tamẽ atq; absolutius sortiti nos fuerimus, quàm illæ: nosq; proinde ingenti quadã magis uoluptate profusum afficiat, spiritosum nempe magis, & rotũdis magis partibus. Quod quum igitur, quãuis in alijs uincamur, diffusa nempe magis per ampliores partes uoluptate, & masculini seminis susceptione, cui suscipiendo uterus totus gestit: in hoc tamen uincamus nos, ut ingenti magis profundendi seminis delectatione teneamur, atq; interea sensus nobis rei huiusce non unus contingat, multoq; minus alijs alij desiderio eo tangantur: in fœminis, ubi naturæ proprietate uoluptas hæc minor, eo usq; interdũ accedere posse credendum, minimo minus ut obtusus uoluptatis eiusmodi sensus percipiatur. Hæc atq; id genus alia ad rem hanc excogitata nunc (nam cuncta afferre aliorum, aut respondere ad singula non est loci uel instituti huius) semen inesse mulieribus ostenderint. Fœcundum illa, quanquam si hoc quod ostensum iam fuisse opinamur, recipiendum esse iudicarimus, nõ diuersam omnino obtinere rationem sexus utriusq; semen, quum alterum indubitate prolificum esse appareat. maris continuo & fœmellæ apparitururm tale sit, quod quum demonstrare alia possunt ex multorum lectionibus obuia, tum illud omniũ maximè quo Galenus inprimis utitur argumento de parẽtis utriusq; similitudine, quam communem sexui utriq; habere causam necessum sit: ea porrò inter illa, quæ ad generationem pertinẽt, nisi semen, nulla alia fuerit. Nam si menstruum esse dixerint solum, quid causæ afferent, cur genitori, culi nihil tale adsit, similẽ sæpenumero natum aspicimus. ferè autem fit, ut non pauciores etiã qui matrissent, quàm qui patrissent, uideamus: qui matrem oris uultusq; lineamentis referant, quàm qui patrem: ut esse utriq; parenti, sicuti dictum communem quandam causam oporteat, quod semen est in fœmina quidem quoque efficax ad hoc, cæterùm toto prægnationis tempore menstrui insuper sanguinis alimonia adiutum, in quo non prorsus nihil potentiæ huiuscemodi insit. Qua quidem in re miror eos, qui prius argumentum admisissent Galenicum hoc, ad rem probandam hãc, adeoq; usi inprimis eo essent, eosdem aliquot post capita quum natorum ad parẽtes similitudinis causas colligunt, similitudinis quæ in effigie est, iustam uideri causam posse, haustam (quod Plinius atque alij quidam scribunt) sub ipso conceptu imaginem, dixisse. nec multo post etiam unicam hanc rei huiusce causam fecisse, disertisq; insuper id uerbis asseruisse, his nimirum: Omnino mihi persuadeo (inquiunt) uim formæ effectricem à cogitatione duci, & ab ea una regi. Quæ si tam asseueranter uera esse uolunt, uera certè non erunt, quæ de similitudine ex seminis materni ui ducta tradidere nobis: nec Galenicæ argumẽtationis uis futura ulla est, qua materni seminis probatam nobis ostendere cupit fœcunditatem. profectò nanq; si tota cogitationis & imaginationis uis ea est & similitudo, perierit protinus, quod quidem huc spectat, seminis & in semine materno æquè ac paterno formatricis facultatis illa altera. Nisi uerò aliam habendã esse hanc dicant, quæ nasum (uerbi gratia) solummodo, atque aliam illam quę simum uel aduncum nasum ipsum faciat. Quod Galeni tẽpestate materiæ aut menstruo mulieris sanguini tribuere quosdam uoluisse, legi apud authorem

eundem potest, falsa omnino ratione, ut hic docemur, neque sanè minus hinc pariter explodenda. Eadem enim omnino formatrix uirtus & nasum & aduncum seu simum nasum, uel (si ita mauis) nasi aduncitatem simitatemúe fecerit: quoniam quidem effingens formansque, aliqua tandem effigie effingat, formetque nasum, adeóque uultum totum opus est, in quo effigiei similitudo sita. Et iuuari quidem possit formatrix in opere suo facultas, coeuntium pressiore imaginatione aliqua & cogitatione, ut hac uel effigie euadat proles: sed hoc formatrix potius fecisse ipsa dicetur, & rectius, adiuta à cogitatione, quàm cogitatio, ut quæ artifici pro exemplari tantum quodam sit, hoc aut illo faciendi modo. neque id semper tamen, his quidem casibus, ac uerius perquàm raró. Quid enim, quum ueneris sacris operati nulla prorsus cogitatione alia id, unique ac soli uoluptati dediti atque intenti facimus, & natos tamen alterutri nostrûm similes edimus, an non totum id formatricis esse opus dicetur? utique dicetur. Quid quos M. Antonio repræsentauit mango pueros simillimos inter se duos, diuersissimis orbis ex partibus utrumque: quomodo potuit hoc casu remotissimè coeuntibus eadem obuersari speciei eiusdem imago, pari inquam utrique coeuntium alijs in regionibus, temporéque alio qua ratione simillima illa occurrit cum cogitatione imago, tanta similitudine, ut in ex eodem partu editis reperiri maior haud potuerit? Quid alia eiusmodi exempla multa? fortuita ea ac forte quadam concurrentia in idem ducenda sunt, sicuti aliàs naturæ ita hic formatricis facultatis opera: interdum etiam, ut in alijs plurimis solet, ueluti ludentis, magna tamen ex parte hoc in negotio semen, seminisque deductum ex corpore, in quo est, & è quo proijcitur, similitudinem sequutæ, seminis particulis omnibus potentia quadam non sanè remota nimis inhærescentem atque inexistentem, quippe quòd particularum corporis illarum omnium iamiam futurum fuerat alimentum: eóque proxima ualde potestate cunctas illas concordi figura magis minusúe relaturum, non parentum modò (quanquam id sæpissimè) sed etiam maiorum interdum suorum aliquatenus, præcipuè uerò auorum, quorum ex proximo magis, oris ac uultus lineamentis referendorum, in filiorum semine potestas continetur. Quæ uera effigiei ac figuræ similitudo est, ex facie & corporatura quidem quoque: sed facie tamen inprimis, ac peculiari quadam illius specie deducta. Nam illa longè alia similitudinis ratio est, qua utriusque sæpe parentis næuos quosdam & maculas referunt nati, etiam nulla imaginandi ui, ex sola seminum conceptione. Et, quod concupiscente grauida, fraga fortè aut cerasa, si indipisci ea nequiuerit, manuque partem corporis aliquam tangat, quamcunque tetigerit, in ea concupitæ rei apparitura in puelli corpore non obscura sæpe & coloris & figuræ uestigia quædam sint: non diffitemur imaginandi id ui fieri, at minimè adductum à simili similitudinis exemplum hoc dicimus. Neque eam esse similitudinem hanc, quæ oris & corporaturæ sit, quaque assimilari alterum alteri maximè credimus: ut ideo diuersam quoque esse rationem oporteat, præter id quòd multo post conceptionis tempora sæpe, peractaque coeundi desideria id fit. Quo tempore postquam semel inducta à formatrice fœtui, oris uultusque ac corporaturæ totius lineamenta uel lineamentorũ etiam rudimenta fuerint, imaginandi ui, quantumuis ualida non alia opinor, quàm quæ antea adumbrata fuerãt, euadent. Quapropter quod ad maculas has attinet, ex concupitarũ rerũ imaginationib. & materna cogitatione fœtibus inustas, uni matri deferendũ id totum fuerit. neque eñi imaginandi uim plurimũ quandoque posse negamus: at nihil ad similitudinem quã quærimus, fecerit hoc. Sicuti neque næuorũ quidem illa, ut dictum fuit suprà: quos tamen nulla, ut in utero iam gerentibus, concupitæ rei imago aut similitudo faciat, propterea quòd non minus genitorum referre næuos, nec

uos, nec minus sæpe quàm genitricum quotidie inspiciamus. Proinde recurrere rursus ad semine utroque contentam formandi facultatem necesse omnino habituri simus in his, idemque dicturi quod prius, ipsam per se in concipiendi negotio nihil unquam facturam imaginationem: sed præstò futuram formatrici, ut excussum melius ac similius opus exeat ad exemplar & archetypum, quod faciei lineamentorum sit & corporaturæ, si in id intenderit: uerumque hac ratione hocque tempore, quo conceptio uiget, de Aethyopis pictura illud esse posse quum credam, non crediturus sim de reliquo. post id enim temporis maculæ erunt ex utero gerentium imaginatione, & eorum quæ concupiuerint, notæ quædam solummodo rerum ab effigie & figura, quæ ex linearum & superficierum ductibus uarijs constant, diuersarum satis. Quòd si eodem, quo notæ hæ, multo scilicet interdum post conceptionem peractam tempore, fœtibus innascuntur: innasci quoque per totum ex Aethyopis pictura colorem potuisse contendant, concedemus de colore: tametsi longè diuersa sit ratio concupitæ rei alicuius atque alterius imaginatio, ni tantum obuersantis de lineamentis figuraque & effigie reliqua negabimus, quod signi sit in muliere tantum sitã similitudinis illiusmodi uim esse, in semine autem uerioris illius: ideoque mulieris illa communis parenti utrique quum non sit, sic ne referri quidem ad similitudinis causam illam posse aut debere. quam tam à genitore duci, quàm à genitrice uidemus ipsa, quæque formatricis solum uirtutis est, huiusque ipsius opificij in semine contenti utroque masculo fœmininoque: multo licet perfectius masculum fœminino habendum sit eo nomine, quòd calore omnino maiore elaboretur, minore fœmininum: sed semen tamen factum, feminisque naturam adeptum fuerit, prolifici ac fœcundi formandique ex parte sua fœtus, atque effingendi facultate & opificio prædití, ut interea calore à masculo uincatur. Quæ plane uictoria, nisi alia contra stent, mares ediderit, id unum: opificij autem ratio, si forte maior reperta fuerit in fœminino, id quod fieri haud difficulter potest, (propterea quòd diuersæ omnino rationis sint calor & opificium) ijdem similiores matri quàm patri reddentur mares. Neque enim (ut hoc nunc in rebus extrinsecis exemplo utamur) esse eiusdem temperamenti artifices omnes necesse est, neque quòd egregios fuisse statuarios Phidiam & Polycletum sciamus, cuius temperamenti fuerint: idcirco sciemus, quorum alter potuit esse altero frigidior aut calidior. At (dicunt) pugnacissimè contendit Galenus ubique, uim & robur cuiusque facultatis temperamentum consequi: quod si sit, qui fiet, ut masculum semen temperamento sit potentius, fingendi uerò facultatem habeat imbecilliorem. Verumenimuero si, quòd facultas quæque temperamentum sequitur suum, dictum à Galeno fuit, num etiam dictum quòd calidum necessariò, an non facultates sunt, quæ æquabile aliæ temperamentum insequuntur melius, aliæ quæ frigidius aut siccius, & cætera huiusmodi. Mirum autem, hercule mirum, non meminisse Galeni sententiæ uiros comprimis doctos hosce, qua de formatricis uirtutis huius natura ambigens, post multa: diuinam tamen omnino rem illam quandam statuat, quasi qui temperamento eam omni exemptam uelit. Quod Aristotelem ipsum quoque sensisse probari posse, quum scirent hi, siluêre tamen, & de Platonicis nihil dixêre, qui diuinorum ultimam hanc ubique clament. Imò hi ipsi, qui hoc ipsum profitentur passim, rerum omnium formas diuinas esse, contra aliorum multorum de formis quibusdam opinionem, hanc horum etiam confessione diuinam, cur temperamento certo cuidam tam alligatam hic, & temperamenti consortio addictam uelle uidentur? Igitur nõ inconueniet fœmineo semini, crudiori quamuis, nec, quàm masculum, calido, at semini tamen, non minorem interdum effingendi conformandique potestatem inesse, interdum etiam maiorem existimasse: præsertim uerò cuius operi longioris temporis, quotidianum atque assiduum alimentũ, ex puriore menstrui prægnantis fœminæ parte detractum, auxilio ueniat: in

quo non iniuria nonnihil formandi fœtus uirium inesse credere possumus: quod antea à Galeno demonstratum est. Hæc de multis pauca, sed potißima, atque ea, quæ ad id pertinere uisa sunt, quod sermunculi huius initio propositum fuerat, semen ne emittat fœmina, idq; num fœcundum sit. Meminerimus autem semper Annotationes nos scribendas sumpsisse in Galenum, non commentarios: quamuis huiuscemodi excursus futuros quandoq; necessarios, iam antea præuiderim.

CAP. II.

ἕν τι τῶν αὐτῆς σημαινόμενον τὸ κατὰ τὴν ὕλην παραλαμβανόμενον. *Vnum quoddam nunc ipsius significatum, quod secundum materiam assumitur.*) Iuxta illud secundi physicę auscultationis: δοκεῖ δὲ ἡ φύσις, καὶ ἡ οὐσία τῶν φύσει ὄντων ἐνίοις εἶναι τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ ἀρρύθμιστον καθ' ἑαυτό. Videtur autem eorum, quæ natura sunt, quibusdam substantia esse subiectũ primum unicuiq; per seipsum informe. Et iuxta Metaphysicorum septimi illud aliud: μάλιστα δὲ δοκεῖ εἶναι οὐσία τὸ ὑποκείμενον πρῶτον. τοιοῦτον δὲ τρόπον μέν τινα ἡ ὕλη λέγεται. Maxime uerô uidetur esse substantia subiectum primum: tale autem quodammodo materia dicitur.

τὴν μὲν δὴ προτέραν ἀκίνητον χρὴ φυλάττεσθαι. *Priorem quidem igitur immotam seruare oportet.*) Eam scilicet propositionem, in qua Galeno cum Aristotele, & Athenæo conuenit: subiectam oportere esse animalis uniuscuiusq; generationi propriam materiam quandam & substantiam, quæ formam ac speciem suscipiat: facultatemq; ad hæc materiæ eius ac substantiæ motricem & formatricem. Sic enim paulo infrà dicet: ὅτι μὲν ἐξ ὕλης τε καὶ δυνάμεως ἕκαστον τῶν ζώων γίνεται, κοινὸν ἡμῖν ὁμολόγημά ἐστιν. Quod quidem ex materia & facultate animalium unumquodq; fit, communiter nobis conuenit. Tale quidem semen est, totum simul sumptum.

CAP. IIII.

Καὶ τῶν ἰχθύων οὐκ ὀλίγοι. *Atq; inter pisces non pauci.*) Quinam siccioris naturæ pisces sint, quærendum: qui sanè non pauci numero inuenientur, humidiorem quidam aliorum comparatione.

ζῷον μέντοι γε τέλειον ἐν αὐτῇ κυῆσαι χαλεπὸν ὄντως ἐστὶ καὶ ἴσως ἀδύνατον. *Animal tamen perfectum in ipso utero gerere difficile sanè est, ac fortasse impoßibile.*) Perfectũ ut concipiatur, generetur q; absq; alterius consuetudine animal fieri posse ait: at conceptum genitumq; ut diutius utero feratur, ad iustum usque gestationis tempus, id enim κυῆσαι est, id uerô difficile, uel impoßibile etiam ut fiat, esse dicit, reddita etiam ratione, quam legere est.

CAP. V.

ὅτι δ' οὐκ ἄλλως ἡ φύσις εἴωθε τὰ τοιαῦτα δημιουργεῖν. *Quòd autem non aliter solita sit natura partes huiuscemodi fabricare.*) Et Plinij ætate contigisse legimus, & nostra uisum, compertumq; fuisse audimus, ut uiri è fœminis fierent quidam: quod non alia quàm qua disputatur hoc loco à Galeno fieri potuisse ratione certißimum habendum est.

Δέδεικται δ' ἡμῖν ἐν ἑτέροις. *Demonstratum autem à nobis in alijs fuit.*) Cum alibi sæpe, tum in opere de Facultatibus naturalibus.

φαίνεται δ' οὐ γλιχόμενα. *Videntur autem non concupere.*) In Brutis id & ratione carentibus cunctis manifestius: at spadonum quidam dicuntur: quòd fortasse fixa magis hominis preßiorq; & intentior cogitatio, imaginandiq; uis faciat. Neque tamen semen emiserint utrunque laborantes: quod ad id, quod probare hoc loco contendit Galenus, futurum satis sit: quandoquidem alias quoque parastatas his semen non continere, oculorum comprobari fide poßit.

IN LIB. II. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS.

CAP. I.

Περὶ τῶν ἱπποκράτους, καὶ πλάτωνος δογμάτων ἐπισκέψασθαι προθέμενος. *Quum de Hippocratis & Platonis placitis cōsiderare proposuerim.*) In hoc de placitis Hippocratis, & Platonis opere plurima, quæ ad facultates corporum nostrorum rectrices, facultatumq; omnium functiones pertinēt, recensentur, animalium, uitalium, naturalium. Quamobrē post tractatum de naturalibus facultatibus priuatim his dicatum, & de semine, non alieni ab his argumēti, meritò opus locabitur hoc, ubi cum de his ipsis, tum de alijs quoq; quibusdam agitur ad rem hanc pertinentibus. Porrò dolendum, quòd à capite percurri non posit totū: est enim ἀκέφαλον temporum iniuria factum. Nam fragmentum, quod libri primi nuper repertum restat, quota pars libri totius est? & ad manus mihi nō erat hoc tempore: & quum primo legerem, non ferè quicquam habere uisum est, quod magnopere adnotasse cupias.

CAP. II.

ὅταν ἤτοι μηδὲν τῶν ἀλόγων ζώων ἐπιθυμεῖν τὶς ἢ θυμοῦσθαι φάσκῃ. *Si nullum irrationale animal concupiscere aliquis uel irasci dicat.*) Quis enim aut lupum non appetere ouem ad uorandum, aut non irasci saucium fortè uenantium telis leonem dixerit? aut quis pueros nondum mentis compotes proinde irrationales prope, aliter quàm iratos facere multa fateatur eorum, quę uidemus, plorātes, uerberantesq; ac talia? Stoici erant, qui hæc negabant, libenter paradoxa sectari soliti, atq; his gaudentes: ut iccircò minus quoq; miremur, si ista protulerint.

Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ συγκαταβαινόντων, καὶ συμπαλαιόντων αὐτοῖς. *Deinde conuenientibus etiam nobis cum his, unaq; contendentibus.*) Non sunt ad scientiæ alicuius inquisitionem paulò diligentiorem ducenda ab Etymologia poetarúmue testimonijs argumenta: sed si faciendum tamen hoc fuerit, ut huc cum his simul descendamus, eodemq; quo illi certandi genere utamur (hoc est enim συγκαταβαινόντων, & συμπαλαιόντων) ubi pro uobis factura magis poetarum testimonia & Etymologiam probare possumus.

CAP. III.

Ἀποπεφυκέναι τι ταύτῃ, ἐπ' αὐτῆς ἀγγεῖον ἀναγκαῖον δεῖ εἰς τὴν αὐτῶν ὑπηρεσίαν. *Enasci ab ipsa uas omnino aliquod necessarium est, ad eorū ministerium.*) Ad sentiendi mouendiq; facultatem deferendā nimirum: etenim facultati utriq; hinc, siue ea incorporea prorsus (ut è solis corpore lumē, radijue solares prodeunt) species aliqua fuerit, siue tenuissimus spiritus aliquis, ne dispersa protinus è principio suo exiens dissipetur, instituti à natura passim in corpore tanquam canaliculi quidā sunt per quos collecta unitaq; magis, eoq; ualidior in partes deinde ferretur, quibus aut sensum aut motū, aut largitura utrumq; esset. Huiusmodi emissi è cerebrò fuêre nerui, qui hoc præstarent: è iecore uenæ, arteriæ ex corde. Testes non habuere peculiaria aliqua instrumenta, quæ uirilitatem per uniuersum corpus deferrent: uenas habuere, & arterias eodem pertingentes, per quas, præter priuatum illarum officium, hoc quoq; ipsum corpori toti impertirentur, quippe uirilitatem.

οὓς ὀνομάζουσιν ἐκεῖνοι τετραγώνους, καὶ ἑτερομήκεις. *Quos illi quadratos, & altera parte longiores uocant.*) Numerorū plani Arithmeticis sunt, qui multiplicabiles sunt. Horū alij æqlateres siue quadrāguli dicūtur, quoties numerus aliqs ex numeri alicuius in seipsū ductu cōficit: ut quaternarius ex bis duob. ex ter trib. nouenarius: quater aūt quatuor cōficiunt sexdecim: alij inæqlateres, hoc est, ἑτερομήκεις, q uidelicet ex minoris numeri ductu in maiorē exeunt: ut senarius, quē duo ter

multiplicata efficient. Qui si ex multò minoris numeri deductione in longē maiorem resiliat, oblōgus dicetur: idem & ἑτερομήκης: ut decennarius, quē quinquies multiplicata duo faciunt.

τίς γίνεται τόκος ἑκατοστός. *Centesima usura quæ fiat.*) Centesima usura est eruditiorum iudicio, quę centesimo mense sortem æquat: id, fiet si in centenos nummos annui duodeni reddantur, nempe menstrui singuli.

νυνὶ δὲ πῶς μὲν οἱ διὰ δύο τροπικῶν τριῶν ἀναλύονται συλλογισμοί. *Nunc autem quemodo ex duabus conuersis tribus resoluantur syllogismi.*) Aristotelis libro priorum resolutoriorum primo de syllogismorum resolutione tractatus, habetur secto tertio, unde petere ista liceat: quæ quoniam pro exemplo tantum ponũtur, hic non sanè anxie nimis inquirenda fuerint.

πρὸς τὸ καὶ περιεργίαν εἶναι οὐ μικρὰν ἀχρήστου πράγματος ἅπασαν τὴν τῶν τοιούτων συλλογισμῶν συμπλοκήν. *Præter id quòd nō exigua sit inutilis rei curiositas huiusmodi omnis syllogismorum complexus.*) Et reuera anxia nimis ac sollicita est rerum harũ apud dialecticos inquisitio: quotus eum quisque eorum, qui se melioribus studijs his applicuerunt, ista iam sectatur, aut in his laborat? id potius aget, ut in disputationibus, dicendo, scribendoque ipse sibi argumēta colligat, & syllogismos concinnet: quos deinde, si uacet aut libeat, qua in figura reponēdi sint, aut quo themate, quibúsue propositionibus constent, quoue modo conuertendis examinet, uel etiā examinandos alijs relinquat. Qua ego ratione credere possum nō modo ratiocinandi uiam ac rationem, sed multas præterea alias inuentas esse atque excultas: ut qui nobis eas scripto tradidere, illarũ prius specimina in aliorũ scriptis uidisse, diligētique obseruatione notasse uideantur, atque obseruata ea, ita demum redegisse in artem. Sic Aristoteles mihi uidetur poeticen suam (ut hac pro multarum aliarũ exemplo utamur) ex Homero, alijsque antea actarum ætatũ poetis aliquot, ex Homero tamē inprimis desumpsisse totam adeoque transumpsisse, ad cuius instar formaret reliquos. Sic quum ratiocinantem aliquē audimus, aut scripto propositiones aliquas colligentē legimus, quamuis nullā ille artē propositam habeat, quā sequatur, uel minutias potius artis quasdā, artem tamen inesse notamus, & formandorũ sæpè syllogismorum rationē ex eo capimus. Atque ita præcedere rationem artis omnē ista aliquando uidebuntur posse, utpote ex quibus prolatis iam ars demum cōstituatur ipsa. Eodem modo syllogismorum complexus, ex propositionibus diuersis diuersaque ratione cōuersis, colligere ex authorum lectione licebit, cōstituendæ ab his arti, non tam quidē ut hanc deinde sequamur ad præscriptum (licet hoc quidem quoque interdum) quàm ut artificij formulam eliciamus, uisendamque eam proponamus alijs. Sic Chrysippus dialecticus tantus qui optimè ratiocinandi artē omnem sciret, tradidissetque nobis non admodũ ea tamē uti ex pręscripto, in cōmentarijs suis uisus est: quasi qui ostendere potius illā cupiuerit, quàm ostentare, ac ambitiosè quandoque nimis ea uti. hoc se facere ex arte iactans, ut multi solēt, hanc esse syllogismi construendi figuram ostendētes, hunc propositionũ complexum hoc thema: & huiusmodi pleraque ad artium tradendarũ atque explicandarum subtilitatem pertinentia, neque exercendis tamen eisdē aut in usum deducēdis necessaria, sæpe ne utilia quidē futura, putidaque non minus sæpe & futilia euasura, si inaniter uenditentur. Ex arte scribendum sine artificij ostentatione, præsertim minutissimarum minutiarum in his, quæ scripturam sæpe totam dehonestant.

Ἡ δὲ ἐπίνευσις οὐδὲν μᾶλλον ἐν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἢ ἐν τοῖς κατὰ τὸν θώρακα. *Annuitio uerò siue annuere nihilo magis in partibus, quæ capitis sunt quàm quæ thoracis.*) Imo multò magis quanto quidē uerisimile magis est, à principio annuere homines solere, & cũ principio quàm ad principium. Itaque à capite annuimus, & cum capite ad pectus, tanquā à motus sensusque principio & origine certa. Ad pectus autē & thoracem adducimus tunc caput ex contingenti, quia annuendo aliter nō possumus: quin ut aliquam omnino ad partem moueamus caput:

argu-

argumento quòd attollẽtes etiam id innuimus, atque annuimus interdum, tunc quidem longius remoto à thorace capite.

CAP. IIII.

Διττῇ μὲν ἀποστάσει ἀφεστῶτα τῶν ἐπιστημονικῶν, *Quæ duplici abscessu à scientificis abscedunt.*) Prima enim & scientifica quæ à re proposita in quæstione dicuntur, lemmata sunt: alia ab his, & secunda ex appositis ad rem non autem in re ipsa positis, deducta: tertia ab hominum opinionibus diuersorum generum prolata. Iam igitur duplici ista recessu à primis illis abfuerint.

Υπάρχει δὲ τῇ καρδίᾳ θέσις, καὶ πηλικότης, καὶ πλοκὴ, καὶ διάπλασις, καὶ διάθεσις, καὶ κίνησις. *Insunt autẽ cordi positus, & quantitas, & nexus, & cõformatio, & affectus, & motus.*) Positus & magnitudo in corde, siue quantitas, per se patent satis manifestaque sunt. Nexus uerò siue copulatio partium intelligi debet earum, quibus partibus corporis reliquis annectitur, copulaturque multis, arteria uenosa pulmonibus, & tracheæ, uena arteriosa pulmonibus tantummodo, uena magna iecori, arteriæ magnæ exortu corpori toti. Affectus autem accipiendus paulò in uniuersum magis: affectũ enim dicere cor possumus naturali & magnitudine hac & conformatione, & motu, & huiusmodi alijs.

Ἀλλ' οὔπω τούτων οὐδὲν ἐπιστημονικόν. *At nondũ horum ullum scientificũ.*) Quippe ut alterũ à cordis positione desumptũ ad syllogismi constructionẽ lemma uerum esse reperiatur, nõ cõtinuò alterũ quoque si qđ aliunde sumatur, uerũ fuerit. Itaque quãuis ab his, quæ rebus ipsis insunt, petãtur propositiones, sæpe & lemmata, nisi aliter præterea ad rem faciãt, atque ex altera quoque parte cõueniant, minimè sanè effecerint, quod uolumus. Sic nec à positu quidẽ ducta, nisi hoc modo.

Ἀλλ' ἡ τρίτη μοῖρα τοῦ λόγου παντός. *Sed totius rationis pars tertia.*) Nerui primum sunt, musculi deinde tertio atque ultimo loco, quibus nihilominus uox primò formatur, larynga cõstituentes membranæ habentur rectæ, motrice facultate à neruis per musculos ad eas missa.

Υφ' ἑτέρων μὲν ὀργάνων τε, καὶ μυῶν, καὶ νεύρων εἰσπνοὴν ἀβίαστον γιγνομένην. *Ab alijs quidẽ instrumentis, musculisque, & neruis, inspirationem fieri non uiolentam.*) Vt quam septum ferè transuersum unum regat. Violentæ enim reliqui preterea thoracis totius inferiores, superioresque una musculi perficiendæ auxilio ueniunt.

Καὶ φαίνεται τὰ ζῶα τῆς καρδίας ἤδη κατὰ τὸν βωμὸν ἐπικειμένης. *Ac uidentur animalia corde iam aris imposito.*) Magnum hoc argumentum, probandi quod uult, ut exempto corde, neque læsa thoracis ciuitate alterutra, respirare adhuc & uociferari, quin fugientia etiam procurrere animalia possint. Nec minus certè erit, quod ipsi uidimus, huic non dissimile prorsus est, de lepore sclopetti glande medio in corde perfosso, peneque eadẽ qua antè ictum, cursus uelocitate ad teli iactum durante, priusquam concideret: in quo tamen transfossa eodem ictu utraque thoracis cauitas esset: quod minimè mirandũ, quoniã læsa ea traiectaque, non corporis statim motum, sed uocis impedire inprimis formationem queat. nec aliter accipienda hic Galeni dicta fuerint.

Ὡς γὰρ αἱ κινήσεις ἑτέρου γένους εἰσὶν, οὕτω καὶ τῶν ἀρχῶν οὐδετέρα προσδεῖται τῆς ἑτέρας. *Etenim sicuti motus alterius generis sunt: ita principiorum neutrum alterius eget*) Intelligendum neque cor cerebro, formandæ fundandæque pulsatrici uirtuti indigere, neque corde cerebrum motrici sensitriciue. Cæterum producendis his, stabiliendisque, diuque exercendis, haud dubiè mutuum auxilium expectant partes hæ, officiorum suorum principes. sed quæ ad permansionẽ sustentari inuicem desiderent. Sanè de iecore quoque non aliter existimandum fuerit, naturalium functionum principe atque architecto, sed quod ipsum quoque alterius adminiculo, ímò uerò aliorum duorum habiturum opus sit, ut perduret: in quo conspiratio Hippocratica illa uires suas ostendit.

Οὔτε γὰρ ὡς οὐκ ἐνδεχομένων εἶναι πλειόνων, οὔθ' ὡς μὴ οὕτως φαινομένων ἐπιδείξ. *Neque enim quòd plura nõ esse posse principia cõtingat, neque quòd nõ ita appareat, demonstrauerit.*)

Hoc

Hoc est neque ratione id ostendi unquam ulla, neque ex euidenter apparentibus, & sub oculos positis poterit.

CAP. V.

Τὸ γὰρ χωρεῖ τοῦτο ῥῆμα ἐγὼ μὲν ἠξίουν ἀκούειν ἐν ἴσῳ τῷ ἐξέρχεται ἢ ἐκπέμπεται. *Verbum enim hoc* χωρεῖ, *ego quidem pro eo ac* ἐξέρχεται, *uel* ἐκπέμπεται *est, audiendum esse iudicabam.*) Proximius tamen significato uerbi ἐξέρχεται, quàm ἐκπέμπεται χωρεῖ significatum esse uidetur: quanto quidem procedit, & progreditur, quod χωρεῖ est, ἐξέρχεται conuenit magis, quod exit & egreditur, quàm ἐκπέμπεται, quod emittitur, significat, in quo motus aliunde pendentis causæ significatio quædã inest, quum in prioribus per se esse motus queat: exit, egreditur, progreditur, qui per se hoc facit: emittitur qui ab alio. Cæterùm utrocunque modo accipiatur ualebunt aduersus Stoicos quæ à Galeno hic proferũtur, magisque si pro ἐκπέμπεται sumatur illud χωρεῖ.

Εἰ μὲν οὖν ἀντὶ τῆς ἐξ. *Si quidem igitur pro ex: & mox:* ἀλλ' ἀντὶ τῆς ὑπὸ, *quòd si pro ab.*) Ὑπὸ si genitiuo iungatur, potẽtiam ac facultatem notat: ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀποθνήσκειν, à iudicibus interimi, quasi propter iudices, iudicum nimirum sententijs: ἐξ locum tantùm ac tempus. Itaque quum dicimus, ἐξ ἐγκεφάλου, aut καρδίας prodire, uel mitti aliquid tanquã ex loco tantummodo eo uel sede intelligendũ: quum ὑπὸ facultas & potentia uirtusque aliqua significatur. Igitur ex trachea arteria, & ex corde prodit uox & egreditur: ἐξ non autẽ ὑπό. At bene ὑπὸ τῆς καρδίας ὑπὸ ἐγκεφάλου mittente quippe facultatem hanc cerebro ex corde, & aspera arteria, uel per cor melius & asperam arteriam.

Ἀλλ' ἀπὸ μόνου τοῦ συνημμένου τῷ προβλήματι. *Sed ab eo solum quod coniunctum problemati est.*) Positio rei essentiam nõ admodum attingit. ita ne cordis quidem uel cerebri: quanquam proprijs utrumque de causis suo repositum à natura loco sedeque fuerit: habiturum tamẽ utrumque etiam alibi in corpore collocatum essentiam suam non secus, ac iecur quoque ipsum cuius sicuti cordis, & cerebri melius essentiam constituet substantia propria conformatio, partium numerus, exortusque & cum alijs communicatio, atque huiusmodi quàm positio. Melius dixere, inquit Galenus, cerebrum Latini, quàm ἐγκέφαλον Greci, quòd necessariam Græcum hoc partis huius in capite repositionem significet, quæ necessaria non est, constituendæ quidem illius essentiæ.

Τοῦ τετάρτου γένους ἐν τούτῳ μετέχει. *Quarti generis participat in hoc.*) Genera intelligit, quæ suprà recẽsuit lemmatum, scientificorum, dialecticorum, rhetoricorum, sophisticorum, cuius generis habendum esse Zenonis illud ait.

Ἀλλ' ὑφ' οὗ μέρους ὁ λόγος ἐκπέμπεται. *Verum à qua parte sermo emittitur*) A qua nempe propter quam uel qua mittente, siue efficiente, & archritectrice: illud enim ὑπὸ potentiam diximus, & faciendi mittendique significare facultatem ac uirtutem his locis.

Διαφέρει γὰρ πάμπολυ τὸ ψεῦδος τοῦ ἀδιανοήτου. *Plurimum nanque differt falsum ab non considerato.*) Latini fortasse significantius mentiri alterum dicet, alterum mendacium dicere, de his qui fallere alios conantur, primum qui nescientes imprudentesque & ἀδιανόητοι inconsiderati scilicet hoc faciunt, secundum & ut apud Gellium, Nigidius, uir bonus præstare debet, ne mentiatur, prudens ne mendacium dicat, breuiter (mentitur falles, mendacia dicit oberrans) pueris etiam inter grammatices rudimenta usurpatum sæpe. Rei huius rationem totius explicatissimam habes in Platonis Hippia minore.

Καθάπερ οὐδὲ τὸ οὖρον οὐδὲ τὸ πτύελον οὐδὲ ἡ κόρυζα οὐδὲ τὸ ἀποπάτημα. *Sicuti nec urina, nec sputum neque mucus neque alui excrementum.*) Quorum nullum sine uoluntate atque arbitrio nostro, quum secundum naturam agimus, de locis suis exit, neque ibi tamẽ propterea arbitrij hac in re nostri, aut uoluntatis constituendum esse sedem ac principium ostenderint.

Ἀλλὰ τὰ μὲν τὴν ἐξ, τὰ δὲ τὴν ὑπὸ πρόθεσιν ἔχοντα. *Verùm alijs quidẽ ex, alijs autẽ à prœpo-*

præpositionem habentibus.) Quoniam, ut dictum suprà fuit, ex præpositio locum significat, à siue ὑπὸ apud Græcos potestatem efficientemq; uim, ut ex iisdem ideo terminis construi syllogismus haud dici queat, fallaciaq; committatur ex significationis diuersitate.

CAP. VI.

Κατ' ἀμφοτέρας τὰς διαφορὰς τῶν εἰρημένων ἀναπνοῶν, καὶ ἐκπνοῶν. *Secundum ambas differentias dictarum prius inspirationum, & respirationum*) Grauiores & leuiores has intelligit, inter quas ἐκφωνήσις quoq; illa, id autē fit eo quòd incisis, qui iuxta soporales arterias sunt, neruis, uox sola perit, quippe quibus læsis, laryngis musculi formandæ uoci constituti lædantur, inspirationem uerò & respirationem qui faciunt, alij leuem grauemq; illæsi manent.

Οὐ μὴν ἀληθὲς οὐδ' ἀλλὰ καὶ τὰ ψευδῆ ... κατὰ τὰς ἀνατομάς. *At minime uerum est, sed falsa retulerunt de his, quæ in dissectionibus uisuntur.*) Sunt hodieq; ex uulgo, qui in eodem decipiantur simul & decipiant alios, ostensis animalibus, quorum soporales arterias illas in collo, laqueis prius adstrinxerint mutis statim factis, simul constrictis etiam ab ignorantibus se hoc facere, iuxta positis neruis, in utroq; peccātes, & quòd soporatum animal, careq; affectum esse arbitrentur, uoce tantum priuatum, quum dissepararata hæc inueniantur sæpe, & quòd sola id arteriarum constrictione illarum fieri existiment, quum si solæ eæ constringerentur, nihil omnino tale sequuturum fuerit, & sequuturum si soli stringantur nerui illiusmodi. De eo autem quòd neruum contendant ex corde in cerebrum delatum oriri, ut cerebro ex corde mouēdi sentiendiq; offerri facultatem assceuerent, quum nusquam id, ne huius quidem tempestatis nostræ, in tam exquisita undiq; rerum harum omnium cognitione appareat, peræquè stultè fieret ab eo, qui cū his de hoc quod comprehendi sensus tantum fide debet, uerbis diutius altercaretur, ac stultè factū initio ab illis fuit: qui phantasticè hoc & imaginaria quadam uisione sibi ipsis finxerunt. Aiunt præterea radicatas in corde facultatum omnium uires, sedem suam ibi, tanquam in nobilissima corporis totius parte posuisse, unde impertitæ deinde communicarentur cerebro iecoriq; sua utriq;, animalis huic, naturalis illi facultas, lēmatis ad hoc nobis persuadendum usi, nihil aliud quàm (quod hic quoq; à Galeno dicitur) dialecticis quibusdam aduersus demonstratam sensuq; & oculorū fide nixam rationem parum admodum ualituris, nōnullis etiam horum falsis. Nam & cor primum omnium generari ipsi sibi assumunt, quod falsum, & occultari atque euanescere neruos tunc in cerebrum à corde protensos, fluuij in morem, quem in lacum diduci, disseminari ipsi dixerunt, ampliorem uideas, quod non falsum minus ac imaginarium est, de comparatione autem illa ridiculum etiam superius dicto magis. Tum propaginem quandam fictè ac phantasticè rursus cor inter atq; hepar continuari tradunt. Vnum attulere uerissimum, sed omnium maxime contrarium sibi idem, atq; aduersans, ubi principiū uirtutis, inquiunt, ibi & instrumenti principium existet, nihil hoc uerius; propter causam quam addunt ipsi mer. Hoc enim (dicunt) nimirum instrumētum ordinatur ad aliud uirtutem scilicet ipsam: ut operatio tandem ex hoc proueniat. Et finis, ac reuera necessariò instrumentum requirit facultas, quæq; proprium sibi, idoneum, aptum, concinnum, quod quasi inhabitare commode facultas possit, quoque uti obeundis functionibus suis ualeat. Videre igitur unusquisq; poterit, quàm uitali facultati accommodum excipiendæ cor ipsum, & aptum sit, formandæ, retinendæ, promendæ. Animali uerò, uel naturali, uel utrique etiam quàm ineptum & incommodum futurum illud ipsum esset; imò uero quàm fieri non possit, perspicere licebit. trium harum ut facultatum receptaculum cor unum habeatur conueniens, uitalis, animalis, naturalis, uitali quidem facultati simul & spiritui eiusdem conditionis gignendo, continendoq; ualidum inprimis ac robustum factum fuit, motibus assiduis atq; irrequietis sufecturum, arteriasq; fortu-

sortitum, per quas corpori toti uires, uitalesq́ spiritus suos cõmunicaret. Idem si alterius generis animalem naturalemq́ spiritus. Et facultates gignere, continere, emittere debuisset, nónne alterius quoq́ generis temperamentum essentiamq́ ac substantiam, aliaq́ sortiri oportuit additamenta, & exortus, unde in corpus transmitterẽtur, quod nec factum fuisse à natura uidemus in corde nec fieri potuisse, aut debuisse par est, existimemus. ubi igitur uel de horũ ipsorum sententia instrumenta rebus his accommoda spectamus, ibi & facultates suis quasq́ idoneas collocabimus, ubi autẽ quæso quàm in cerebro alibi & generandorum animalium spirituum, quæ ceu instrumenta facultatis animalis habenda sint, aptitudo & commoditas maior propter naturale parti illi temperamentum, quo spiritus ex eo corde delati in animales facilè cõuertuntur, mitiores placidioresq́ uitalibus, & tenuiores, prorsusq́ alterius iã generis & concipiendorum colligendorumq́ eorum capacitas iustior, propter uentriculos, & distribuendorum expromẽdorumq́ promptitudo aptior, propter neruosum è cerebello exortum, per corpus omne deductorum. Rursus ubi naturalis spiritus, atq; eiusdem sortis facultatis aptior collocandæ quàm in iecore sedes easdem illas ob causas, quæ quum in corde nullæ sint, sic sanè ne commoda quidẽ rei huic sedes fuerit unquã illud uitali alioqui facultati, ut diximus, & illiusmodi spiritui commodissimam præbiturum semper sedem ac principium tale primum, quoniam quidem ibi demũ primum accepta à iecore materia uitalis spiritus gignitur, formamq́ induit suam propriamq́ ac peculiarem, alterius iam quàm spiritus alius ullus in corpore speciei aut generis, ut iccirco locũ quoq; alium lociq́ temperamentum diuersum diuersam atq; aliam loci constitutionem ac formationem & partium edendis functionibus diuersis uariarum diuersitatem necessariò postulet, ubi autem primo acquiritur rei alicui forma ac species additur propria, ibi conuenientissimũ est, ut & propria nanciscatur cõfestim instrumenta proferendis actionibus suis accommoda futura & idonea. Eodemq́ modo accepta rursus de corde materia cerebrum dicemus proprios sibi spiritus facere & in speciem aliam transformare, primo illius omnino inibi constituto principio. sicuti iecur suos sibi ex chylo, sanguinisq́ rudimento de uenis mesaraicis accepto, quem ipsum tandem chylum inquam exquisitè sanguificat, spiritumq́ inde sibi naturalem creat, naturalis quippe antea facultatis principio primo præditũ ipsum, tum reliquis omnibus corporis particulis huius ipsius facultatis uires elargiens ac libenter impertiens, non secus ac ipsum à corde uitalem impertitam accipit. Et à cerebro animalem, mutuo quodam ac necessario semper trium harum inter se facultatum adminiculo atque auxilio, nisi id fiat, & mutuis his uicissitudinibus & suppetijs iuuentur, periturarum citò. Neq; enĩ cor minus (quãq; uitæ largitor ipsum sit, & dicatur) animali, quæ sensum illi, & refrigerationis necessitatem continuè subministrat, destitutum facultate, naturaliq́ quæ alimentum perierit, quàm aut uitali, & naturali cerebrum, aut animali, & uitali iecur, simillimo exemplo (quoniam similitudinem hanc omnium primus, quos scimus ostendit nobis, explicatamq́ aperuit Plato) atq; in bene instituta ciuitate ac republica uidemus, & sapientissimum senatum, & fortissimam militum potentiam, & multiplicem artificiorum uarietatem. locis quamuis, & sedibus suis adeoq́ officijs & conditionibus, primoq́ quodam gerẽdæ propriæ sibi, ac peculiaris rei principio distincta, inuicem tamen consentire, nec potentissimam licet militum partem reipublicæ totius salutis custodem & cordis uirium in corpore nostro similitudinem referentem aliorum principia, ac statum sibi unquam uẽdicare, tantisper quidem, dum moribus ac legibus rectis actum fuerit. quòd si aliter agatur, iam tũ occasura protinus cuncta sint, & itura pessum: sic in corpore (quoniam corporis similitudinem hanc (ut dixi) ad ciuitatis uniuersæ rationem traduxit Plato) relinquendæ suæ cuiq; parti partes sunt officia sua ac principia. Nec existimandum cordi

inesse

inesse radicitus uires aliorum cunctas, quarum (ut probauimus) species formaq; & essentia, ac principium primum πρῶτον nempe ἀρχὴ alibi claris nimis argumentis existere, atq; apparere in aperto sit, materia licet aliunde ad rem hanc petatur. Nam si substātia (ut hoc quoq; hic addatur) idē manet spiritus quisq; qualitate autem noua solum, ut uolunt, quadam & constitutione diuersus, tam peragere diuersa potest naturalia, uitalia, animalia, at uariatio tantum materiæ quædam hæc esset, non formæ alterius, & speciei penitus diuersæ introductio minimè quæsitas ad hoc faciendū diuersorum prorsus temperamentorū partes à natura oportuit: quibus diuersum atq; omnino aliud spiritibus temperamentum diuersis, coq; & natura & essentia alijs (quandoquidem medicis natura temperamentum est) conciliaretur, cuiusmodi esse scire facile possumus iecur, cor, cerebrū diuersi, quinimò etiā cōtrarij inter se parte omnino ex aliqua temperamenti partes, ut esse proinde essentia diuersos spiritus quoq; opus sit.

CAP. VII.

τὸ λαβεῖν ἐκ προχείρου τὸ ζητούμενον. *Quàm prompte quæsitum arripere.*) Quasi qui ratiocinando principium peteret, quod uitiosum maximè est, sic reprehenditur hoc loco Chrysippus.

CAP. VIII.

ὁ μὲν δ' ἂν νίκανδρος ὧδέ πως φησιν. *Nicander quidē ita ait.*) Inter initia Alexipharmacorum hi sunt uersus, τοῦχος ἢν κραδίην ἐπιδόρπιον οἱ δὲ δοχαίην κλείουσι στομάχοιο πυλήν, ἐπικέκληνται ἀρχαί· πρῶτα κόλων.

θουκυδίδης δὲ ὧδε. *Thucidides uerò sic.*) Quæ uerba leguntur ex Thucidide libro secundo statim post Periclis funebrem concionem.

ὁ δ' ἱπποκράτης. *Hippocrates autem.*) Secundi Epidemiorum libri sectionē secundam inchoant hæc uerba, mendosa hic, sed ex eo loco emendanda.

οὐδὲ δεῖν ἀναγκαῖον ἐν τῷδε τῷ λόγῳ τὴν αἰτίαν ἐπισκέψασθαι, δι' ἣν τοῦτο συμβαίνει. *Neq; necessarium est hoc in sermone causam scrutari propter quam hoc cōtingat.*) Quæ nihil aliud est, quàm ex paulo uehemētiore exercitatione collecti, acresq; magis facti biliosi humores uētriculo incumbentes, morsuq; illius os uellicantes. In mœrore autem & tristitia idem alia de causa fit, quippe paulatim tunc, sensimq; intro cōferentibus se cū sanguine unà humoribus ad præcordia, & quod coniunctam sæpe habeat, sociamq; sibi asciscat iram, iccirco & bilem tristitia, humore sese eo colligente ita ac uentriculum mordicante. Vtrobiq; autem in quibus hoc fortè euenit, natura partem eam uel casu etiam aliquo imbecillam, noxæq; illi suscipiendæ esse obnoxiam posse censendum.

ὥσπερ γε καὶ τὸ πάλλεσθαι τὴν καρδίαν ἐν τοῖς φόβοις, ἀπὸ συμβεβηκότος ἐπικειρεῖται, ὧν ἑκάτερον οὐκ ἔστιν ἐπιστημονικόν. *Quemadmodum etiam quòd cor in timore palpitet, ex accidenti sumitur, quorum utrumq; scientificum non est.*) De positu dictum suprà non esse eum, qui rei essentiam attingat, propterea quòd res ubicunq; locorum sit, essentiam suam obtineat, tametsi corporis partes à natura suis quæq; commodè & ad corporaturam totam idoneè locis ac sedibus dispositæ & collocatæ fuerint: palpitatio autem (sit enim παλμὸς ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι denominatum palpitatio, sicuti & πάλλεσθαι palpitare dicimus) cordi ex accidenti contingit quodam, accidit nempe cordi id sanguinis, humorumq; ad loca ea concursu, quo ne opprimatur, laborat cor. Sed & pallor insuper eodem tempore ex accidente eodem corpori toti cōtingit, ac paulo maior si timor ingruat tremor etiā toti, omnia ex accidente, quandoquidem si à rei essentia ducerentur hæc non minus trahi argumētum ex tremore de cerebro, quàm de corde ex palpitatione posset, quòd tremorem neruorū affectus, qui ex cerebro oriuntur, faciat, ut palpitationem arteriarum sæpe quæ ex corde, eapropter ualere neutrū debebit, quoniam quidem primum illud minimè ualet, neq; enim certum affecti essentia sua cerebri argumentum tremor, affectus licet neruorum certus.

ἀρχὴ γὰρ τροφῆς καὶ ὑγρᾶς, ἢ ξηρᾶς στόμα, στόμαχος, κοιλίη, φησὶν ἱπποκράτης. *Principium*

m *nanq;*

nanq; alimenti, & humidi, & sicci os, gula, uêter, inquit Hippocrates.) In libro de Alimento, quamuis aliquando Hippocratis esse negauerit libellũ illum Galenus.

Ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος στόμα, ῥῖνες, βρόγχος, πνεύμων. *Principium alimẽti, spiritus, os, nares, arteria aspera, pulmo.*) Libello eodem uersu præcedente.

Ἀληθὲς μὲν τὸ πρότερον λῆμμα. *Verùm quidem lemma primum.*) Id nimirum quod primo alimentum & spiritum haurit, in eo principale motus, & sensus principium, siquidem primum illud pro principio accipiatur, unde primum exoritur motus his quæ hauriunt partibus, at falsum ità lemma alterum fuerit, quod scilicet à corde hoc fiat, à cerebro enim fit, mittẽte quippe facultatẽ cerebro, magisq; ὑπ' ἐγκεφάλου, quàm ἐξ ἐγκεφάλου, quũ id fiat, iuxta annotata in superioribus.

IN LIB. III. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS.

CAP. I.

Ὅσοι γε μὴ ἀλογίστως ἅπτονται τῆς τέχνης. *Quicunq; quidem non sine ratione artem attingunt.*) Quos idcirco λογικοὺς, ac rationales appellamus, & dogmaticos, necessumq; est cuncta hæc non ignorare siquidem rationibus rectis nixi exercendam sibi medicam artem desumpserint, ne uidelicet phrenitide, aut letharax forte aut mouendi, sentiendiq; potentia priuatum frustra adhibitis cordi remedijs distorqueant, quum capiti applicuisse debeant, at methodici communitatibus suis illis fusis nimium cõtenti, & empirici experimentis solis confisi, nihil horum curaturi sunt, quum alioqui seruatis legibus suis hi ferendi sint: quales ueterum multi fuisse scribuntur, non quales nostri temporis ueræ illius ac legitimæ empirices prorsus exleges, aut quales Theophrastici, qui ita uocari gaudent, rationales quidem conati esse illi, at longissimis interea à recta ratione erroribus in incertissima prolapsi, & præcipitia.

Ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων τῷ μορίῳ λαμβάνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ προβλήματος οὐσίαν. *Illorum aliqua quidẽ ab his, quæ insunt partibus sumi iuxta problematis substantiam.*) Quæ rei propositæ substantiam tangunt, erunt lemmata à temperamento ducta à partium numero, partisq; figura ac cõformatione, & magnitudine, contentisq; in ea. At quæ ab his sumuntur, quæ insunt quidẽ rei cæterum non secundum aut iuxta propositum uel quęsitum, hac quidẽ gratia extra rem esse, aut non ad rem facere propositam dici debebunt, ἢ μὴν κατὰ τὸ προβεβλημένον τε, καὶ ζητούμενον, sicuti præter hęc quæ ex positu ducũtur, sunt, ut antea quoq; dictum, & lemmata, quorum in calce superioris libri mẽtionem fecit Galenus à Chrysippo & Diogene ad rem hanc usurpatorum, lemmata autem dicimus, quæ & sumptiones dicere potuissemus, uerum non ineptum quoq; uisum id fuit, si usitata iam à multis uoce uteremur.

CAP. II.

Ὅ γε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο Iliad. Σ.

Αὐτὸ τὸ ζητούμενον λήψεται. *Quæsitum siue id quod quæritur sumet.*) Quod quidem uitiosissimum esse cõstat, ut quod in quæstione positum est, & de quo inprimis ambigitur, id uerò tanquam probatum quis cõfirmatumq; arripiat statim, principij petitione usus imperite nimis.

Κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει, Odyss. Υ.

Στῆθος δὲ πλήξας, κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ, Odyss. Υ.

Ὣς πυκίν' ἐν στήθεσσιν ἀνεστενάχιζ' Ἀγαμέμνων, Iliad. Κ.

Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ ὁππότ' ἐκείνου μνήσομαι Iliad. Ι.

Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα, Iliad. Δ. & Θ.

Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ, Iliados. Α. præcedit enim εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ.

Καὶ χόλος, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι, Iliad. Σ.

Κραδίη

Κραδίη ἄληκτον πολεμίζειν, ἠδὲ μάχεσθαι Iliad. B. & Ξ.

Δὺν ἄχος κραδίην λαερτιάδην ὀδυσσῆα, Odyss. Σ & Υ.

Ἔνθ᾽ ἄρα οἱ στήθεσσι μένος πατρώϊον ἧκεν ἄτρομον, Iliad. E.

Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς ἄγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν, Iliad. I.

Σοὶ δ᾽ ἄληκτόν τε, κακόν τε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι θεοὶ θέσαν εἵνεκα κούρης, Iliad. I.

ὣς Αἰνέα θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γεγήθει, Iliad. N.

Καὶ δ᾽ ἐμοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν, Iliad. N.

Σῶσ᾽ ἐπέδ᾽ αὐτὸς ἀΰσε μάλα μέγα τοῖσι δὲ θυμὸς ἐν στήθεσσιν ἔπληξεν, Iliad. O.

Νέστορ᾽ ἐμ᾽ ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ, Iliad. K.

Οὐ περί μεν πρόφρων κραδίη, καὶ θυμὸς ἀγήνωρ, Iliad. K.

ὦ γέρον εἴθ᾽ ὡς θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι, Iliad. Δ.

Οἶσθα γὰρ οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός, Odyss. O.

Σὸν δὲ φίλον κῆρ τετλάτω ἐν στήθεσσι, κακῶς πάσχοντος ἐμεῖο, Odyss. Π.

ὣς φάτο τοῖσι δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθε, Iliad. Z.

Τηλέμαχος δ᾽ ἐν μὲν κραδίῃ μέγα πένθος ἄεξε, Odyss. P.

ὥς ἔφατ᾽ ἐνὶ στήθεσσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ, Odyss. Υ.

Ἔγνως ἐννοσίγαιε ἐμὴν ἐν στήθεσσι βουλήν, Iliad. Υ.

Αἰεί τοι τοιοῦτον ἐνὶ στήθεσσι νόημα, Odyss. N.

Ἀλλ᾽ ὅτοι τοιοῦτον ἐνὶ στήθεσσι νόημα, Odyss. P.

CAP. III.

Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ.) Homerus Odysseæ Υ. Ex quibus omnium maximè dignosci rationem inter & iram certamē potest. Quo argumento Plato inprimis utitur, ut contrarias has inter se, sibiq́ inuicem pugnantes animæ partes statuat, diuersisq́ ideo eas locis reponat. Ac propterea, qui opposita his sequitur placita, quod Chrysippus facit, huic adducenda hæc ad dogmatis confirmationem sui non fuerint, multoq́ minus ea, quæ iam inesse cordi & pectoribus dicunt, relictis illis, quæ uoluntatem & cōsilium, his enim comprobari eorum poterat placitum, quod quidem ad poetarum testimonia attinet, sicuti alijs destruitur longè pluribus, quibus irascēdi solummodo inesse ibi uim probatur magis, sicuti sanè cogitandi & consulendi minus. Quòd hæc duo quibus non admodum inter se conueniat, eadem planè contineri debere sede, non ualde competens esse uideatur. At Chrysippus imperitè nimis pro concesso accipit, ut quum irascendi inesse ibi uim ostenderit, mentis quoq; ac rationis inesse eodem modo ostendisse se arbitretur, quum contrarium potius colligendum fuerit à rectè considerantibus.

Ἔνθ᾽ ὁ δ᾽ ὀδυσσεὺς μνηστῆρσι κακὰ φρονέων ἐνὶ θυμῷ) Odyss. Υ.

Ἀκαιρότατα δ᾽ ὁ χρύσιππος *Maximè autem intempestiuè Chrysippus.*) Eo quod sui ipse ita dogma destruat prodatq́, quemadmodum paulo antè demonstratum est, Plato autem placitis proprijs commodè inprimis ac cōuenienter utens, idē semper facit, constituendis confirmandisq́ illis nihil repugnans.

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω κακά.) Euripidis hæc sunt in Medea, quæ Medeam ostendant non in errore uersari sed in affectu animi: non enim ignorantem quid agat, sed ira uictā Euripides succumbere affectui facit, quod pathos est siue affectus, ab errore siue peccato, quod ἁμάρτημα est aliud hoc sequutus è nostris poeta alius quidam dixit, *uideo meliora, proboq́, deteriora sequor*: idem de eadem.

Καὶ τοῦτο μὲν τοῖς εἰς τέλος ἥκουσι φιλοσοφίας ὑπάρχει. *Atq. hoc his adest, qui ad finem peruenere philosophiæ.*) Eorū hoc erit, qui tantos fecerūt in ea progressus, eumq́ induerunt uirtutum habitū, ut affectionibus tentati, protinus resistant his, multi ne tententur quidem, quod absoluti, & consumati philosophi est.

ὡς δύο ὄντα αὐτῆς μόρια, τῆς ψυχῆς, ἢ εἰ μὴ μόρια πάντως γε δυνάμεις τινάς. *Tanquā duæ hæ sint animæ partes, quòd si non partes; at facultates omnino quædam.*) Facultates habendas esse animæ irascendi & ratiocinandi duas, uel Aristoteles concesse-

m 4 rit,

rit, & Peripatetici ferè omnes, at ijdem partes has non dixerint. ne diuersas ac separatas faciant, quoniam unius eiusdemq; rei plures esse posſint facultates quædam, qui uerò partes facit, diuersam atq; aliam rem facere uideatur, quod illi nolēt, ueriti ne ex hoc plures quasi animas facere cogantur in homine, frustra hoc suspicati, quando sicuti aliarum rerum quas partes plures diuersasq; constituunt: ita animæ unius nihil impediat, quin esse partes plures, atq; etiam diuersæ inter se ac cōtrariæ quædam posſint. Stoici uerò ne facultates quidem has numerandas esse animæ dicent, ut cui unam iudicandi potētiam tribuant, id quod ex sequentium lectione cognosci poterit melius.

ἐναργῶς καταβαλλόντων τὴν δόξαν αὐτοῦ. Manifesto opinionem illius deijcientium.) Bifariam id maximè quidem atq; inprimis, quòd non unicam censendā esse rationis facultatē demonstrant hæc apertè satis sed irascendi præterea numerandam esse aliam ostendūt, sicuti aliam quandā concupiscendi: deinde quòd etiā cōtrarias esse iræ ac rationis inter se facultates ex eisdem manifestetur, quippe discordibus maximè, & certantibus in eodem ac uincente tandē in Medea ira, ratione autē in Vlysse, quæ si discordes tantopere sunt, quomodo esse una atq; eadem facultas posſunt, quod unum Chrysippus assertum uult.

παρὰ πᾶσαν τὴν ἐνέργειαν, ἀφαιροῦνται τῶν εἰρημένων ἐπαίνων αὐτὰ σχεδὸν ἅπαντες οἱ στωϊκοί pro ἐνέργειαν lego ἐνάργειαν, ut sit, præter euidentiam omnem dictis omnibus detrahunt ista penè Stoici omnes.) Stoicorum enim placitum hoc inter alia illorum paradoxa receptum quoq; fuit, nullum ut omnino animal, cōtra receptā eorum, quæ quotidie uidemus fidem facultates has obtinere crederetur, irascendi, & concupiscendi, homini solum ratiocinandi siue iudicandi uim tribuerūt, nihil aliud. Posſidonius tamen ex illorum secta unus aliter sensisse uidetur, ut postea apparebit, iccirco Stoici penè omnes dixit.

CAP. IIII.

οὐκ ἔχειν ἐγκέφαλον φασίν, τοὺς ἀτολμοτέρους καὶ δειλοὺς ἀκαρδίους ὀνομάζουσιν. Non habere cerebrū dicunt, minimè uerò audaces & timidos sine corde uocant) Vulgo quoq; imperitum & inconsideratum materna nostra lingua notare uolentes, carere cerebro dicimus: ignauum autē & timidum pulmonē sæpe nominamus, quasi qui cordis loco pulmones tantum habeat: codardum pariter eundem appellamus nos minus sæpe quasi corde tardum, aut tardo corde.

λάβε μηδὲν, καὶ κράτει καλῶς. Cape nihil & retine bene uel fortiter.) De his dictum qui aliquid apprehendere cupientes, & se iā apprehendisse credentes eluduntur, ut quos aperto pugno apprehensione elusos, nihil intus continere uidemus, uulgo audimus pugnum uento, aut muscis plenum quod faciunt, qui ipsi sibi rerum multarum somnia sæpe fingunt, uel etiam ut hoc loco in scientijs & artibus inania & inutilia quædam sectantur.

τῶν ἐσωτερικῶν ὑπάρχον δηλονότι. Eorum quum sit, qui intrinsecus magis habētur) ἐξωτερικοὶ sermones qui essent, notum: hi nimirum, quos omnibus inuulgatos communicarent, at ἐσωτερικοὶ abditorum magis atq; occultorum quorundam erant placitorum, priuatim atq; intimius charioribus tantummodo discipulis quibusdam impertiendi, nempe ἀκροάσεις quædam quæ dicerētur. ironice ergo à Galeno dictum hoc accipiendum est de Chrysippi scriptis.

τί ποτ' ἐργάσεται μεγαλόσπλαγχνος. Quid tandē faciet magni uiscera.) Euripides in Tragœdia, quę Medea inscribitur, τί ποτ' ἐργάσεται μεγαλόσπλαγχνος δυσκατάπαυστος, ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσιν, σπλάγχνα autē uiscera sunt Græcis potisſimùm ac propriè, quæ uētre medio & inferiore cōtinentur: cor, pulmo, uētriculus, intestina, iecur: eadē sunt exta, unde extispex, & amandi miserendiq; esse inprimis sedes credūtur, ex quo σπλαγχνίζομαι uerbum & misericordiæ aliquādo uiscera scriptores sacri dixere. Cerebrū quomodo rectè atq; usitatè dici σπλάγχνον, & uiscus posſit, non satis uideo, posſit tamen impropriè, at misericordia affici nos ex hoc, puta ex cerebro nullo unquam modo dicetur à quoquam rectè.

ἀλλ' οὐδὲ τούτοις τοῖς ἀνδράσι τοσοῦτον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους. *Veruntamen ne his quidem uiris in tantum supra alios.*) Hinc planè quantum tribuendum sit authoritatibus Galeni iudicio cognoscere licebit aduersus eos, qui illum quādoq; in Hippocratis gratiam mentiri solitum ausi sunt scribere.

CAP. V.

Ἡ τε γὰρ ἐν τοῖς φόβοις πάλσις τῆς καρδίας ἐκφανὴς ἐστι. *Nā & cordis uibratio in timore manifesta est.*) πάλσιν appellauit, quod alibi παλμὸν ab eodem uerbo πάλλω, & πάλλομαι, deriuatū utrumq;, nisi fortè πάλσις accipiatur pro uibratione & commotione cordis ea quam animi affectus, & pathemata, plerunq; cordis multa, diuersaq; faciant, παλμὸς autem sit in morbis tantum corporis, & interna causa cordis deprauatus motus ille, quem & tremorem quoq; multi dicunt, & palpitationem & saltum, atq; hæc quo nam tandem modo inter se differant, alibi commodius dicendum, quum de morborum ratione tractabitur.

ὡς αὖ τὸ ἡγεμονικόν. *Veluti principale.*) Concedendū principalem esse cor partem irascendi potestatis, similiumq; affectionum ac uitę. nec planè aliud Chrysippi dicta hæc monstrant, at sentiendi, mouendiq; uoluntarie, quod proprie ἡγεμονικὸν & principale dicitur, negandum.

CAP. VI.

Ἐπεδείξαμεν δὲ καὶ ὡς οὐδέτερον οὐδετέρῳ χορηγεῖ τῶν εἰρημένων δυνάμεων. *Demonstrauimus autem etiam quomodo neutrum alteri suppeditat dictas facultates.*) Cor in cerebrum arterias quidem mittit utiliter suas, facultatis ita illi suæ usum communicans, at facultatem non impertit, ut eam per se cerebrum obtineat, tanquam principium eius pulsatilem uidelicet, eodē sanè modo & à cerebro cor neruos quosdam accipit sensus inde particeps factum, at non sic, ut sensus ipsum motusq; uoluntarij facultatem adipiscatur, quam expromere de suo ualeat, ueluti principium & origo eius, ut quidem pulsatilem potest, cuius fons sit.

CAP. VII.

Ὁ δὲ Χρύσιππος οὐδὲ τὰς δυνάμεις αὐτὰς διαλλάττειν ἀλλήλων ὁμολογεῖ. *Verum Chrysippus ne facultates quidem ipsas differre inter se fatetur*) Ex hoc factum, ut Stoici unicam esse in nobis facultatem contendentes, qua & appeteremus, & irasceremur, & ratiocinaremur, iudiciumq; de rebus omnibus ferremus hac opinionis propriæ falsitate nixi, quum in corde sedem suam posuisse irascēdi facultatem apertè satis perspicerēt, reliquarum quoq; partem eandem locū, sedemq; esse debere crediderint necessariò: quippe quas minimè, ut diximus inuicē distinguerent, unam solamq; habendam esse omnes arbitrati, ut si una insit, inesse protinus reliquas censerent: imò unam tantum non reliquas, quoniam plures non esse facultates iudicarent, sed unam qua cuncta obiremus.

τοῦ ἐγὼ μέσον ἧπαρ ἔχοιμι ἐσθέμεναι προσφῦσα.) Hom. Iliad. ω.

Καὶ τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν, Odyss. λ.

ὑπὲρ τοῦ τὴν φωνὴν ἀπὸ τῆς καρδίας ἐκπέμπεσθαι. *De eo quòd uox ex corde mittatur.*) Quo loco plurimum differre dictum fuit: ἀπὸ τῆς καρδίας, an uerò ἐξ uel ἐκ τῆς καρδίας dicatur, ex corde mitti uox potest nempe per loca cordis, quanquā uerius, ac rectius ex pulmonibus, & thorace, & trachea, hoc est per pulmones, & thoracem, & tracheam, emitti dicendum sit, à quorum tamē nullo, sicuti sanè neq; à corde, tanquam primo uocis authore, ac uocē formantium musculorum motore primo mittetur unquam uox, id enim quod facere possit, cerebrum omnino est, qua ratione ὑπὸ τοῦ ἐγκεφάλου id fieri iudicandum, non autem ἀπὸ τῆς καρδίας. Etenim ὑπὸ potestatem significat Græcis efficiendi quandā. Ac nos præpositionem non habemus, quæ sensum hūc referat tam significanter, nisi à fortasse, uel ab, ut à iudicibus occisum dicimus, quē illi capite damnauerint, & ab hoste interfectum militem significantius multo, quem ipse occiderit.

οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, οὐδὲ γυναικός, Hom. Iliad. Ξ.

Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα, Iliad. Δ. & Θ.

Καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι, Iliad. Σ.
Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο μῆτιν, Hesiodus in Theog. sub finem.

CAP. VIII.

οὐδὲν ἄτοπον εἶναι φασὶ τοιούτων παραλλαγῶν κατὰ συμβολον γινομένων πλειόνων. *Absurdi nihil esse aiunt huiusmodi cōmutationibus per coniecturam plurimis factis.*) παραλλαγὰς appellat, quum immutatis uocum significationibus, figuratē pro alia aliam accipimus usitatē ac multoties, ut hic (ita iudicante Chrysippo) capitis nomine os significetur, fieri porrò id κατὰ σύμβολον solet, sic nobis coniectantibus, ut pro uno accipi aliud queat, omnino nanque coniecturis res tota peragitur, & coniecturis locus est tantummodo hic.

τὴν δ' ἐς τοῦτ' ἐπιτηδείαν κίνησιν κινηθεῖς. *Idonea ad hoc motione motus.*) Nempe quæ uoluntate nostra non fiat, neque enim musculos habet cerebrum uoluntarij motus effectores, quibus hoc ipsum faciat, neque nos uoluntatem ad rem hāc conferimus nostram, sed per se fieri id uidemus, ac naturaliter exprométe cerebro, atque immittente partibus animalem spiritum, non secus, ac naturalis uirtus expultrix solet: cuius quoque ipsius accommodus muneri suo partibus motus inest, qui fibris peragitur, in cerebro autem uerisimile est cōstrictione cerebri totius aliqua fieri, quoties faciendū id sibi elegerit, ἐπειδὰν προέληται inquit, quo etiam modo attrahendi & expellendi facultatem, corque ipsum suos sibi eligere motus dicere nobis licebit, natura quamuis insitos non ut electio propriè illa sit, sed operis potius aggressio.

ὅτι δ' αὐτῷ ἀνάγκη μετὰ τοῦτο τὸ τῶν ἱπποκενταύρων εἶδος ἐπανορθοῦσθαι. *Quod futurum post hoc necessarium illi sit, ut Hippocentaurorum speciem erigat.*) In Phædro Platonis legitur de his, ac reuera si quis cuncta sibi hæc explicanda dirigendaque ad significationem aliquam sumpserit, poetarum figmēta, næ is plurimum eadem opera negocij sibi assumpserit, aliis super alia occurrētibus semper quæ explanasse, & in rectam rationis uiam reduxisse, negotium futurum ingens sit hominum quippe commēta quæ sint, fabulosis multis rerum ueritatem de industria obscurantium: quibus tamen enodandis, quod factu difficile sit, non sanè magnum insuper facturus aliquis operæpretium fuerit.

IN LIB. IIII. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS.

CAP. I.

Ἀλλοδ' ἐνὶ στήθεσι νόος, καὶ μῆτις ἀμύμων.) Homerus.
Οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, οὐδὲ γυναικὸς, Iliad. Ξ.
Ἥρη δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα. Iliad. Δ. & Θ.
Καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι, Iliad. Σ.

εἴτε ἔργα τῶν δυνάμεων, εἴτε πάθη τὰ τοιαῦτα πάντα λέγομεν. *Siue facultatum opera, siue pathe cuncta hæc dixerimus*) Vtrumque enim sunt diuersorū respectuum cōsideratione, ut postea clarescet melius. Et opera quidē alio quoque modo erunt, si suam quæque facultatē habeant, unde fiant, ut amor uerbi gratia concupiscendi, iracundia irascendi potestatē. Etiam si locis, ac sedibus diuersis distincta hęc nō sint, ut Aristoteles censuit, plures ac uarias animæ potestates statuens, quarum in corde sedes sit omnium. Tum uerò si, quemadmodū Stoici faciunt, una solùm constituatur facultas, quæ iudicium ferat, κρίσις dicta in quam hæc quoque cadant, quæ alij pathemata nominant, crises enim & iudicia sunt iuxta Stoicos hæc pariter, quoniam & amandum, & irascendum esse ita iudicet anima, non autem à proprijs ista facultatibus quibusdam fiant: pathe autem dici poterunt, si iudicium, & iudicationem factam cōsequantur, nimirum ἐπιγινόμενα. Hæc quum certa ubique habenda essent Stoicorum placita, quæ semel ita statuissent, ut crises, uel crisibus succedentia existimanda cuncta sint, idipsumque profes-

professus alibi sæpe esset Chrysippus, sui oblitus ac minime sibi cõstans in aliorum aliquando sententiam transilit, qui amorem concupiscendi esse facultatis; ut irascendi iram, seu opera, seu pathe affirmet.

C A P. II.

τῆς ἀλόγου δυνάμεως ἐσὶ παθήματα ταῖς δόξαις ἐπιγιγνόμενα. *Irrationalis facultatis pathemata sunt opinionibus succedentia, uel post eas facta,*) Hinc esse manifestum satis potest, quæ sint ταῖς κρίσεσιν ἐπιγιγνόμενα eadem enim quæ δόξαις erunt, αἱ μειώσεις, αἱ ἐπάρσεις, αἱ συστολαί, αἱ διαχύσεις, diminutiones, elationes, contractiones, diffusiones, sed cuiusnam quæso animæ partis? ut quidem illi ipsi sentire uidentur Stoici. Eius (neq; enim aliam ullam animæ facultatem statuunt) quæ iudicat, & opinatur, rationalis nimirum, at nimis quàm impropriè de ea dicentur hæc, imminui quippè illam, efferri, constringi, diffundi, in affectibus ullis. Igitur longè rectius fieri posse uidebitur, ut de duabus alijs animæ ratione carentibus partibus accipiantur ista, præsertim uerò quoties cor uariè affectum, modo quasi imminutum constringitur, modo attollitur, comprimitur modo, aut diffunditur, affectus nanque partis eius insitæque inibi facultatis hi sunt. Animæ uerò partis rationalis iudicationes erunt & opiniones, hasque insequentes affectus, succedentesque, & accedentes, nempe qui post illas, uel potius ab illis fiunt, ἐπιγιγνόμενα πάθηματα, ut mœror, & tristitia ex opinione recenti præsentis mali, timor ex mali eiusdem expectatione, anima quidem sic opinante iudicanteq;, sed insidente ob id cordi affectu, aut, si mauis, anino, ut animum hic non inuitatè pro cordis facultate accipiamus, sicuti animam pro cerebri, capitisq;, gaudium pariter, ac uoluptatem recentẽ præsentis boni opinionem dicere licebit, qua cor elatum diffunditur, sicuti in mœrore, & tristitia pressum adstringitur ex mali opinione. Decuit igitur Chrysippum animaduertisse ista, & non, iudicationibus modo, & opinionibus cunctа tribuere, modo contra sua, Stoicorumq; aliorum decreta, qui concupiscendi, irascendiq; facultatem agnoscunt nullam, has ipsas tamen inuehere, aut, ut diximus si ἐπιγιγνόμενα ταῖς κρίσεσιν hæc dicenda atq; habenda esse statuebat, nihil aliud, quàm cordis affectus esse eos, & insidentis cordi animæ facultatis considerare, ex superiore animæ facultate, quæ cerebri est. his quidem casibus originem solum ducentes, iccirco inter ἐπιγιγνόμενα numerandos.

C A P. III.

ὡς εἶναι τὸ ἄνευ κρίσεως ἴσον τῷ ἄνευ περισκέψεως. *Vt sit sine iudicio, aequè ac sine circũspectione uel consideratione*) Potest aliquis inconsideratè prorsus ac temere nulloq; adhibito iudicio in affectus ferri, id erit ἄνευ περισκέψεως, potest insuper diiudicans rem, quasiq; adhibita in consilium ratione circumspectè & considerate agens, affectu tamen corripi, qùum prius ita faciendum esse iudicarit, assensu quodam, qui συγκατάθεσις est, siue bene, siue malè id fiat. Vtrocunq; autẽ modo accipiat, non euadet Chrysippus, nam seu inconsideratè prorsus id fiat, nulloq; adhibito iudicio, esse tamen quum iudicium, & κρίσις, quæ nulla tum adhibetur, in causa non sit, causæ aliquid oportet rei huiusce, hãc proferre, nisi irascendi, aut concupiscendi facultatẽ poterit aliã unquam nullã seu ex iudicio & κρίσει fiat, assensuq; præterea & consensu, qui necessariò alterius cuiusdam erit, quid'nam hoc alterum sit, quæretur meritò: eodemq; omnino recidere cogetur, ut aut hanc, aut illam ratione carẽtem animæ partem fateatur. Cæterùm affinis est hæc quæstio illi, qua quæri solet, scientiæ 'ne uirtutes omnes sint ab Aristotele in Ethicis & à Platone in Protagora pertractata.

C A P. IIII.

εἴπερ οὖν μηδὲν ἀναιτίως γίνεται. *Quod si igitur nihil sine causa fit.*) Argumentum huiusmodi est, quæcũq; fiũt à nobis circa hæc aut cũ ratione fiũt iudicioq;, & κρίσει, idq; bifariã, uel rectа ẽm ratiõe adducti, iudiciũ quoq; assequimur rectũ, &

rectè agimus, dominium exercente ratione, & ratione carentes animæ partes uincente, uel falsa usi erratum incurrimus, quoniam error solum tunc est: succumbente irrationalibus animæ partibus rationali ex falsitate, & utrobique nihilominus ratione carentium animæ partium argumenta non desunt rectam sequentium ibi rationem, hic eam introducentium falsam, aut rursus omnem auersati rationem, nempe ἀπεστραμμένως facimus, ne agnoscentes quidem illam contemnentes certè & abijcientes, nedum ut ea uera falsáue utamur, in quo maxime affectus in nobis, & in brutis naturæ propriæ operationes omnes, qđ quum euenit in nobis, ac ratio tum nihil penitus operata faciat, quippe nullo modo rebus agendis adhibita, & aliquid tamen fiat, fiat autem nihil in totum absque causa aliqua: causam adducere necessariã erit Stoicis aliquã, propter quã hoc fiat, quæ, nisi irrationalis animæ pars aliqua, nulla fuerit alia. Has ἀλόγους dicimus, ratione scilicet carẽtes ex toto, alterius prorsus generis à ratione quam auersantur, contrariæque illi esse reperiuntur, ut ἀτράχηλον, & ἄφωνον piscem nominamus nullo penitus collo, uoceque nulla mutum, at peccata & errata ἀλόγως fiunt falsæ cuiusdam deprauatæque rationis significato, ut homines sunt ἀτράχηλοι, & ἄφωνοι quidam nonnullo penitus aut collo, aut uoce, sed prauis his, ac corruptis aut breuissimis.

CAP. V.

τὴν μὲν τῷ μὴ δύνασθαι διορίσαι πάθος ἁμάρτημα χωρίζοντας τοῦ λόγου τὰ πάθη. De eo quidem quòd nequeant ab affectu peccatum discernere separantes à ratione affectus seu pathe.) Vt peccare tunc dicamur, quoties in consilium accersimus rationem agẽdis rebus, sed falsam ueram tamen credentes, nihilque aliud, quàm aberratione seducti à uera uia, ac rediturі quamprimum in uiam, quum primum uisum nobis aliter recta ratione uictis fuerit, ratio enim omnino in hoc est, quam sequimur, licet alio sæpe erroribus abducti feramur. Affici autem tunc dicemur, ac pathematis corripi, quum scientes uidentesque à uero rectoque deflectimus, rationem omnem exosi, atque ut ita dicam, rationis rationem nullam habentes, quam tunc impugnamus, tantum abest, ut sequamur, ne quis fortè putet cum ratione nos aliquid agere in affectibus, in quibus rationi potius resistimus, ac calcamus eam, aduersarij illius facti. quod fieri, nisi à contraria prorsus rationi animæ parte haud queat, quam iccirco irrationalem dicimus.

ἀλλ' εἰ μὲν τὸ ἐναντίας εἶπεν λέγεις ὦ Χρύσιππε.) pro ἐναντίας legendum ἐναντίως quod sequentia facile demonstrant.

ἡμῖν μὲν αὐτόματον, αἰτίᾳ δ' οὐκ αὐτόματον. Nobis quidem casu, causa autem non casu.) Hippocratis sunt in libello de Alimento, quibus adduntur illa, *αἰτίῃ δὲ τὰ μὲν δῆλα, τὰ δ' ἄδηλα καὶ τὰ μὲν δυνατὸ, τὰ δ' ἀδύνατα.*

καὶ τὸ ἄνευ τοῦ πλεονασμοῦ τούτου σοβητικόν. Ac sine redundantia hac impetuosum.) σόβος impetus est à uerbo σόω, itaque σοβητικὸν impetuosum rectè opinor interpretabimur. Attendendum porrò est, Stoicos, ne de ratione carentibus animæ partibus fateri cogerent, affectus, & pathe, quæ ab his fiũt, in rationalẽ animæ partẽ reduxisse, quoties illa dijudicãs de re aliqua nimia in eo esset, nimiũque ferretur, quod illi πλεονασμὸν dixere, ut nihil aliud esset ira, aut amor, & huiusmodi alia, quam iudicium quoddã utique rationis, sed quæ nimiũ id urgeret, quasique superflue fecerit, ex eo πλεονάζουσαν κίνησιν nominauerunt. Aut rursus sine redundantia hac & superfluitate aliud quiddã σοβητικόν, quoties ratio impetu ferretur ad aliquid, & impetuose, quorum utrumque maxime incõuenit, nec rationis quicquã habet, ut ita de ratione dicatur. Nam & πλεονασμὸς ille, siue rationis superabundantia, nihil aliud, quàm quæ rationis sunt, faciet, nulla enim esse nimia ratio potest, modo rationis limitibus cõtineatur, quo nimirũ modo nullus erit affectus πάθος nullũ: sin rationis terminos egredietur, iam aliã afferant causam oportebit rerũ harum omnium quàm rationẽ, idem opinari de σοβητικῷ illo licebit. Nam si impetus sit tantum quidam, ratione adhuc utens, quam ὁρμὴν dicimus, ex ratione

tione pariter sequentur omnia necessariò, inclinatione & appetitione ad faciendum propensa quidem, sed non supra iustum modum tamen, quod rationis est: cuiusmodi in ira, & amore, ac furore, & id genus affectionibus multis specimen nullum uidemus, ubi igitur erunt pathemata, quæ esse in multis quotidie experimur? quòd si φυσικὴν impetuosam affectionem intelligunt, perquàm necessum fuerit, ut eandem iam iustos rationis fines prætergressam intelligant, aut ratio non erit ratio, si dicenda ratio erit, qua in iram sæpe aut furorem præcipites agimur. quod si ratio nulla admittit, ut fieri ista ex ratione ulla existimare debeamus, profectò alia quoque afferenda in mediũ erit, quamobrem hæc fiant, causa, ipsi si aliam, quàm irrationales animæ partes duas habent, afferant Stoici, atque hoc pacto suo ipsi gladio pereunt, uel suis potius ipsi laqueis irretiuntur: quod arbitror Galenum intelligere uoluisse, quum addit, καὶ ταῦτ' οὐχ' ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμενα.

τούτων γὰρ ὁποτερονοῦν εἰπόντες οὐκ ἂν ἔχοιμεν τὴν αἰτίαν οὐκ ἀποδίδοσθαι. Etenim utrumlibet horum dicentes, non necesse habebimus causam respondere.) Delendum quippe postremum illud οὐκ, quod autem hic dicitur, hoc est, si quis idem esse πάθος, & ἁμάρτημα censeat, affectum & erratum siue peccatũ, ab eo causa quærenda non erit affectus alia, quàm ratio, quoniam quum ratione quamuis falsa constet peccati, siue errati erroris ue natura, eadem & affectus constabit, si idẽ sunt. Nec aliud eueniet, si quis succedere peccatis affectus arbitretur, eandem enim utrumque conditionem sequetur, nempe ut affectus ex peccato geniti ortus sui naturam quoque referant, quæ ratio falsa, siue rationis falsitas est, ut petẽda ideo ab eodem utriusque causa sit, quod facere nihilominus haud liceat, apertissimè differentibus inter se peccatorum & affectuum naturis. itaque quærenda causa alia affectus, peccati alia, cuius quũ rationis falsitas aberrantis à uero causa sit, necessariò affectus alia quædam erit, quam ratio cuiuscunque modi ea habeatur falsa ueraue: nullã porrò aliam dixisse licebit, nisi uictam, calcatam supplantatam rationem, quod in affectionibus fit, hoc est prorsus nullam.

ὅθεν οὐκ ἀλόγως γυναικομανεῖς τινὲς λέγονται, καὶ ὀρνιθομανεῖς. Vnde non sine ratione amore mulierum atque auium insano detineri dicuntur quidam.) Verba sunt Chrysippi, modò iudicia affectus esse rationalis partis, modò alterius irrationalis afferentis, nunc uerò his uerbis probare adhuc conantis pathemata, & affectus crises, & iudicia, siue iudicationes esse, quantum conijcere licet ex libri locis his, non omnino mendis uacui. colligi autem uerborum sensus potest is, ut arbitror, Affectus (Stoici dicũt) iudicia sunt, sed deprauata, quoties errores in iudicando committuntur, & peccata ex iudicij imbecillitate, quæ Græcis ἀρρωστήματα dicuntur, quæ quum nimium quàm efferuntur, & in immensum tendunt, sæpe insaniæ quoque & furoris atque affectionis iam uocabulo notantur, inde γυναικομανεῖς, & ὀρνιθομανεῖς dicti nonnulli, mulierũ amore insanientes, & auium quas nimio interdum studio quodam alunt, cum animi tantum causa, tum sæpe etiam ad committendum cum alijs, ut qui Gallos olim, & perdices ad rẽ hanc nutriebant, magnas adhibità diligentia, ut pugnaces euaderent: hos insanire dicimus, & furere amore nimio captos, at insania rationalis animæ partis uitium quoque censetur. quòd si igitur ijdem iudicij imbecillitate laborant, & in affectu sunt, conficere se ex hoc credent Stoici, aut Chrysippus ipse rationalis animæ partis iudicia, & crises affectus esse, cuius sanè argumenti non admodũ difficilis solutio est, nam & concupiscendi irascendique partẽ occupãt affectus primo irrationalẽ per se, rationẽ in totum auersati, & præeunte iudicij falsitate ex erroris inualescere, eisdem que insistere, ac cõfirmari partib. ratiõe caretib. posſũt, obfirmatique ita & ualidi, iàque inexpugnabiles affectus fieri, qui insaniæ meritò ac furoris tũc nominib. circũferanẽ, affectionis ex eo notata magnitudine, quã falsũ primo iudiciũ ac deprauata quædã ratio introducit, ex errore, actioque deinde cõtinuata ad habitũ, & affectũ adducit irrationaliũ partiũ ꝓpriũ, igitur

eodem sensu illud quoque accipiendum erit, quod post dicetur in hæc uerba.

Μανία δ' ὑπὸ τῆς ἀλόγου κατὰ τὸ σῶμα γίνεται δυνάμεως. *Mania autem, id est furor, ab irrationali in corpore facultate fit.*) Profectò enim maniacos dicunt medici omnes ratione potissimum læsa laborantes ex cerebri morbo aliquo, sed si maniam furorem interpretabimur, quæ mentis totius cæcitas quædam est, magis etiamnum id dicemus, affectum hunc esse, ut de confirmata & quæ se in habitum iam induerit, irrationalis partis insania, ubi nullus iam rationi relictus locus fuerit. Aut ἀλόγου illud pro non irrationali ex toto animæ parte concupiscendi & irascendi, ut ἄφωνον piscem dicimus, sed pro deprauata ratione, ut hominem ἄφωνον, deprauata uoce qui sit, accipiendum esse credo, sequūtur enim statim illa uerba, ὥσπερ ἧττον τὸ ἀρρώστημα τῶν λογικῶν, imbecillitatem illam rationali parti tribuentis omnino.

ὅπερ οὐχ ὁρᾶται γινόμενον. *Quod fieri non uidetur.*) Suprà quoque dictum à nobis fuit, nullam esse nimiam rationem posse, quæ modo intra rationis metas consistat, nec foras efferatur, aut de se, deque potestate sua exeat. Eodem modo qui summa omnium ratione, exactoque supra alia iudicio usi, summum bonum in honesto sapientissimè posuerunt, statueruntque boni huius omnium maximi præsentia, uel expectatione etiam, quod superari à nullo alio ualeat, quodque summa & insuperabili ratione consecuti sunt, de statu tamen suo non dimouentur, eisdemque rationibus usi in eodem persistunt semper, nec affectibus animiue perturbationibus commouentur ullis. quapropter aliud omnino sit oportet, quod perturbationes animorum hasce & affectus faciat, non summa ratio, aut summi ingentisque boni alicuius existimatio, id porrò nihil aliud fuerit, quam ratione prorsus carens, uacansque animæ pars, transuersos à summa, rectaque ratione in affectus nos trahens.

ὅτι ἀσθενεῖς ὦσι μὴ κατὰ τὴν κοινὴν ἀσθένειαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπὶ πλεῖον ἐξοχήν. *Imbecilles quum fuerint, non secundum communem imbecillitatem, sed eam quæ prolapsa ad multum fuerit.*) Communis imbecillitas accipienda ea est, qua multi, minimis etiam, quæ mouere animi perturbationes solitæ sint, causis non resistunt, ut quos procliues, pronosque ad amores quoscunque, etiam si non magna amandi causa subsit, uidemus, quos mures & huiusmodi timere scimus, quique minima quaque de causa irascuntur, in maius autem prolapsa, modumque excedens imbecillitas est eorum, qui postquam amare ceperint, non leui ad amandum causa adducti, ardentur nimis amant, uel qui rursus ira furibundi aguntur atque efferate excandescunt, quorum quo maior affectus, eo imbecillitas quoque maior, uicta enim iacet ratio tunc imbecillior facta, uel nulla iam potius: hos ob hoc appellare sæpe impotentes solemus, uehementer quidem in affectus prolapsos illos, & perturbationibus uictos, ἥττονας uidelicet τοῦ θυμοῦ, τῶν ἡδονῶν, & huiusmodi. cæterum ausuros sæpenumero ob affectum magna, hocque etiam alia significatione impotentes, ut M. Antonium Cicero impotentissimum dixit, eundem & odio ardentem.

Δυοῖν δὲ τὴν αὐτὴν ἀσθένειαν ἐχόντων, καὶ τὴν ὁμοίαν λαμβανόντων φαντασίαν ἀγαθοῦ, ἢ κακοῦ. *Duobusque eandem habentibus imbecillitatem, ac similem accipientibus boni maliue imaginationē.*) Et quæ suprà de Posidonij scriptis allata à Galeno fuere, & quæ nūc ab eodem afferunt, cuncta eo tendunt, ut Posidoniū ostendant cū Hippocrate & Platone sēsisse aduersus Stoicos de animæ principatu. Neque aliter hoc loco, Duo plerunque reperient, inquit, eadem imbecillitate præditi, similique de bono aut malo opinatione, quorū alter tamen in animi perturbatione atque affectu constitutus uidebitur, alter minimè, aut etiā alter magis minus alter affectus apparebit. quorum neutrum fieri posset, si, ut Stoici opinantur, crises & iudicia, affectus & perturbationes essent, hoc enim uerum si foret, oporteret, qui eadem iudicandi fortè imbecillitate sunt, similiterque, atque eodem modo de bono & malo opinantes iudicium ferunt, pariter itidem ac similiter af-

fici &

ſici, & perturbari, cuius planè rei contrarium ſæpe uiſum atq; obſeruatum, falſam omnino arguit Stoicorum aliorum hac de re ſententiam.

οἱ γὰρ ἀήθεις μᾶλλον πάσχουσιν ἐν φόβοις, ἐν λύπαις, ἐν ἐπιθυμίαις, ἐν ἡδοναῖς. *Igitur non aſſueti magis afficiuntur in timoribus, in mœroribus, in cupiditatibus, in uoluptatib.*) Conſuetudine inprimis quòd morales hæ uirtutes introducantur, & quód aſſueti minus, non aſſueti afficiantur magis, oſtendere quoq; inprimis poteſt, nõ eſſe iudicia aut κρίσεις affectus huiuſcemodi: quippe iudicia & iudicandi ratio longè à conſuetudinis ſemota ratione eſt. Iudicium enim de rebus peragi citò ſatis poteſt, & protinus ratiocinamur ſæpe, conſuetudo ut fiat temporis mora opus eſt maiore omnino, ex quo morales quoq; uirtutes dictæ, tum uerô iudicium, & ratiocinium actionis etiam unius eſt, conſuetudo plurium, ac multarum neceſſariò, id melius ex libri huius calce patefiet.

ὡς ὁ διαγρυπνῶν Ἀγαμέμνων. *Veluti uigilans Agamemnon.*) Agamemnon apud Homerum Iliados K. Curis & timore anxius noctu Neſtorem adit, conſilium ab eo petiturus, qua ratione ſubueniri periclitantibus Græcorum rebus poſſet, in timore inquam poſitus adit, conſulturus, ex quo colligitur in perturbatione aliqua poſitos aliquos, quatenus eiuſmodi ſunt, quum aliunde conſilium, & iudicium, ac rationem quærant, petantq;, ipſoſmet iudicium ſibi, aut rationem non adeſſe arbitrari, proinde minime cenſendum eſſe, ut animorum perturbationes iudicia ſint.

CAP. VI.

ὡς Πλάτων ἐποίησε. *Quẽadmodũ Plato fecit.*) In Protagora, & de republic. libris.

ἀλλὰ τὸ μὲν ἐπιλαθέσθαι, καὶ τὸ μεταπεισθῆναι. *Sed obliuiſci quidem, & diſſuaderi.*) Obliuio ſciẽtiam prorſus aufert, diſuaſio aliam à recta inuehit, quorum utrũq; affectus nullius cauſa eſt, ſed primum imperitiæ & ignorantiæ totius, ſecundum falſæ opinionis, in quo error tantum affectus nullus.

καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα φανερῶς μαρτυρεῖ τὸ κρίσεις εἶναι τὰ πάθη. *Cunctaq; huiuſmodi, quæcunq; apertè teſtantur iudicia eſſe affectus*) Delendum τὸ & reponendum οὐ, ut ſit non eſſe iudicia affectus, nihil enim magis hoc loco Galenus molitur, quàm ut Chryſippi dicta colligat, in quibus uiſus eſt contra uulgatã Stoicorum ſententiam affectuum, & perturbationum ex illiuſmet uerbis & dictionibus aliã omnino quandã eſſe, quàm iudicium aut rationis uim cauſam, alioqui dicendum etiam fuerat, non ut ſcriptum hic legitur μαρτυρεῖ τὸ, ſed μαρτυρεῖ τοῦ.

ἡνίκα δὴ καὶ οἱ θεοὶ δοκοῦσιν αὐτοῖς ἐφιέναι ἐπιορκεῖν. *Quo tempore, Dij quoq; ipſi permittere illis uidentur, ut peierent.*) Iuxta poetæ illius illud (Iuppiter ex alto periuria ridet amantum) ea gratia, quod exiſſe prorſus de poteſtate ſua uideantur, totiq; in affectu eſſe amantes uſq; eo, ut ſurdas admonitionibus omnibus, ac rationibus præbeant aures.

τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλεις στένειν ἀεί. Euripides in tragœdia, quæ Ἄλκηστις inſcribitur Alceſtis.

Ἄγχι μάλ' ἀλίγκιον, ὀλύρετο σὴν κατὰ θυμόν. Iliad. ω.

CAP. VII.

καὶ τοι οὐδ' ἔτι τὸ πρόσφατον ἐχρῆν ἐγκεῖσθαι κατὰ τὸν ὅρον. *Atqui ne illud quidem recens additum oportuit in diffinitione.*) Qui in opinione & iudicio affectuum naturam conſtituit, criſesq; & iudicia hos eſſe dicit, huic nihil neceſſe fuerit mœrorẽ diffiniendi, mœrorem eſſe dicere recentem opinionem præſentis mali, ingentis potius, & intolerandi mali opinionem eſſe diceret. At hanc tempus non mutat, aut minuit opinionem inquam & iudicium, tempore enim poſt idem opinari, quum iam affectus nullus fuerit ac iudicare poſſumus ingens illud malum, atq; intolerandum, & inſuperabile fuiſſe iudicio, ac ratione rectè adhibita, atque etiam nunc futurum ſi eadem fortè contingant. Quòd autem tolerabilius multo poſt ferantur mœrores plurimi, quàm prius, id uerò uel inprimis contrariæ Stoicorũ ſententiæ argumentum fuerit, neq; enĩ opinionis aut iudicij im-

cij immutatiō e ulla fit, quæ eadem ſemper manet in animæ parte rationali, ſed aſſuetudine alterius omnino partis irrationalis, iraſcibilis, concupiſcibiliſue, aut utriuſq; etiam, ſi utraq; afficiatur, quæ temporis diuturnitate ferre melius affectus hoſce aſſueſcant, ac lenitæ rationis facilius dictata admittant, ut feras uidemus tempore manſuefactas ac cicures redditas mitigari, & imperata libenter facere.

Ἐγὼ δὲ παρὰ σοφοῦ τινὸς μαθών. Eurip. Quærendum ex poeta illo hoc, & quod mox ſequitur, niſi forte inter ea ſint, quæ temporum iniuria perierunt, & fruſtra quærantur:

Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ.

Καὶ τὴν περὶ τοῦ τέλους, καὶ ὅλως πάντα τὰ δόγματα τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας. *Atq; eam, quæ de fine, omniaq; in totum moralis philoſophiæ placita.*) Neq; de uirtutibus ſtatui recte quicquam à quoquam poſsit, neq; de bonorum & malorū finibus à philoſopho, neq; in uniuerſum de his, quæ ad mores pertinent, dici diſputariue rite queat, niſi iuſta de animæ facultatibus diſceptatio præeat. Nam & uirtutes in diuerſis animæ facultatibus diuerſæ, ac pro diuerſitate uarij diuerſiq; conſtituti à uarijs philoſophis fuere fines, in quo ob ueræ de animæ potentijs ac facultatibus doctrinæ ignorantiam errores contigerunt multi, alijs alibi pro opinatione ſua ſummum illud bonum reponentibus, ut hi ipſi de quibus toto hoc libro hactenus diſputatum à Galeno eſt. Stoici, qui quum facultates animę noſtræ adimerent, duas illas iraſcendi & concupiſcendi, affectusque & animi perturbationes rationis iudicia ſolum eſſe contenderent, coacti ſunt iudicio ac rationi cuncta tribuere nudæ, ſoliq; unde nata mox tot ac tanta illorum παράδοξα, uulgatumq; inter alia de ſapiente ſuo illud, quem uno minorem eſſe Ioue ſtatuant, ſolum diuitem affirment, ac Regum denique omnium Regem maximum appellent. Quanto ſapientius Ariſtoteles, proq; ueritate ac rebus, atq; uſibus humanis omnibus accommodatius in præcipua, ac potiſsima animæ parte bonum ſtatuens ille quidem, ſed aliorum adminiculo tamen, quod egeat interea pluresq; iccirco animæ facultates afferens, quarum quoq; ipſarū habenda ſemper ratio ſit. Rurſus in educandis pueris (quæ potiſsima meritò ſemper exiſtimata à ſummis philoſophis ducendę rectè deinde uitæ ratio fuit, ea enim niſi in tempore exacta inſtituatur, non ſane facile coercebuntur legibus ullis adulti) qualem nobis Stoicorum ineundam rectam ſatis uiam eſſe dicemus: ſcilicet expectandum nobis erit tempus dum iudicium & ratio accedat. itaq; quod uulgo ſapiunt, ſapere uideri poſſunt Stoici ex hoc, uulgo nanq; pueri, aut uehementer iracundi, aut deſideriorum ſuorum perſequentes nimis ætatis excuſatione tolerantur, intellectum inquiunt, nondum habent ſuum, ſtultiſsime etenim, niſi in tempore cōſulatur, ac nulla quamuis uiſantur adhuc rationis aut iudicij ſpecimina, repreſſæ tamen caſtigentur, & placatæ cicurentur iraſcendi, concupiſcendiq; in puerili ætate facultates, fruſtra id inſequutis deinceps ætatibus alijs moliemur. porrò autem id quomodo de Stoicorū ſententia faciemus nullas has in homine reperiri prorſus conſtanter aſſeuerantium: iam quod ad uſum medicum attinet noſtrum, ſi nullæ hæ ſint, quas eſſe nihilominus Ariſtoteles philoſophus ſummus iudicauit, multo minus diſtribui diuerſis ſedibus ſuis quæq;, quod cum Hippocrate & Platone medici omnes facimus, poterunt, uti tota nobis hoc pacto peritura ſit (quod quidē huc ſpectat) curandi ratio, quam tanto cum emolumento ac ſucceſſu quotidie ſequimur, pro facultatis læſæ diuerſitate, modo cerebri, cordis modo aut iecoris curam in medicando gerentes. quapropter nihil nobis hoc quidem in negotio rei eſſe poteſt, aut debet cum Stoicis.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κλαίων τε, κυλινδόμενός τ' ἐκορέσθην. Hom. Odyſſ. Δ.

Αἰψηρὸς δὲ κόρος, κρυεροῖο γόοιο. Odyſſ. Δ.

Ὥς γὰρ ἐφίεται τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς οἰκείων τινῶν ὀρεκτικῶν. *Nam quemadmodum affectilis*

affectilis animæ pars propriorum quorundam appetibilium desiderio tenetur.) παθητικὸν affectile, & affectiuum dicere fortasse liceat, analogiæ cuiusdam ratione, ut αἰσθητικὸν sensile, & sensitiuum, νοητικὸν intellectile, & intellectiuum, & alia: ergo has animæ partes, quarum affectus proprij sunt, proprium sibi appetere quiddam semper, non est dubium. Eiusque adeptione & fruitione satiari, quæ si moderatè, atque ex rationis imperio fiat satietas, bene habet naturæque legibus cuncta succedent, & usui erunt, ac necessitati humanæ subseruient cupiditates hæ, dicique pathe, & affectus haud poterunt propriè quidem intra naturæ rectè operatæ limites contento desiderio. At si titillationem præterea accipiat fruitio, & blandimenta admittat, iam tum ingenij humani procliuitate ad libidines & uoluptates omnes inducti, effrænibus illis ultra naturæ septa efferimur, affectusque, & pathe incurrimus, & abducimur blanditijs supra naturale desiderium. Quod nobis largita fuerat natura necessarijs uoluptatibus accersendis solis, at nos uim illi inferimus, sæpe contraria consuetudine introducta, qua calcata irrationalibus animæ partibus, & oppressa iaceat ratio, nihil aliud quàm mala consuetudine uicta, uinctaque, huc enim sermo noster tendebat.

οὐκ ἄρ' ἀσυλλόγιστοι τῆς παύλας τῶν παθῶν εἰσὶν αἱ αἰτίαι. *Non igitur non colligi ratiocinatione affectuum sedatorum causæ possunt.*) Vt uentriculus temperati undique natura hominis, moderato conuenientique cibo satur fit, inque eo manet, donec iusta denuo capiendi cibi causa accedat, non secundum naturam autem se habentis corruptior factus, & auersatur meliora sæpe ac sæpius deteriora admittit, quorum etiam insatiabiliter desiderio tenetur: ad eundem modum bene institutorum, ac moratorum naturalia desideria sunt, quæ temporis mora iusta satientur, aliorum præternaturalia eorum qui luctu, & planctu absumuntur interdum, nec satietas unquam ulla, ut quos in fontem eliquatos narrat fabulositas lachrymarum abundantiam significans, nec libidinibus suis facile satiantur luxuriosi, &

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

uulgò dicitur, quibus insatiabilitas quædam notatur concupiscibilis præsertim facultatis, interdum uerò & alterius animositatis, siue irascibilis, cui quandoque, quod modò diximus immoderatum, adeoque infinitum luctum, planctumque esse cordi uidemus, ut mœrorem nonnunquam, & tristitiam longissimi temporis cuiusdam ægrotantis admodum, neque secundum naturam se habentis facultatis illiusmodi argumenta, quoniam naturaliter partis utriusque animæ irrationalis affectus tempore mitigari sedari tandem debeant, temporisque tractu aliquo absumi, ex hoc sanè mores dicti in homine uideri possunt, quòd temporis mora aliqua omnino introducantur, domita irrationali parte, & parere iussa rationi, iamque edocta assuetudinibus longis, quæ non aliter, quàm in tempore fiunt, ut affectuum animi temporis beneficio sedandorum sciatur ita causæ, quod initio intendebamus, & clarè demonstrat alias habendas esse ratione carentis animæ partes hasce, quàm rationalem, utpote quæ solo temporis diuturnioris beneficio nunquam sedetur, aut immutata uarietur, quippe eadem semper retinemus ad extremum usque rationem quòd bis duo quatuor sint, & quod à centro circuli ductæ lineæ ad circumferentiam æquales sint, nullo unquam tempore, nisi cum uita aut ratiocinatricis facultatis amissione scientiam hanc deposituri.

ἀμήχανον γὰρ εἶναι φησὶ παρεῖναι μὲν τὴν ὁρμὴν ὑπ' ἄλλης δέ τινος αἰτίας κωλύεσθαι τὴν κατ' αὐτὴν ἐνέργειαν. *Fieri enim non posse, inquit, ut impetus quidem adsit, ad alia uerò causa aliqua illius impediatur actio.*) Ait Posidonius aduersus Chrysippum in sententia sua permanentem, qua affectus iudicia esse decreuit: Quicunque animi impetus fuerit, mutari is non poterit, neque aliter unquam impediri, nisi nouo superueniente iudicio, quo impetus ille ab agendo prohibeatur, aliusúe fiat, atque ab actione cesset, à nulla nanque fieri id causa poterit alia, quando nullam

ri allam

aliam ſtatuant Stoici, quàm in iudicandi ratiocinandiq́ue ui animæ facultatem, quòd ſi hoc omnino uolunt, cauſam nobis reddant uelim, inquit Poſsidonius, quamobrem multi plorantes ceſſant, rurſusq́ue plorare nolentes plorāt coacti, quum nihilominus ſubiecta ſimiles phantaſias faciant hic, & ibi ὅταν ὁμοίας τὰ ὑποκείμενα φαντασίας ποιῇ, non autem ut interpres negatione addita ſententiam totam corrupit, quum non eaſdem ſpecies ſubiectæ res ipſis exhibuerint, ſcribens ex quo ueri nihil aut recti elici queat: dicto pugnans enim contra Chryſippum Poſsidonius in hunc ferè modum dicere uelle uidetur, In chariſsimi alicuius morte lugebit aliquis, atq; idem à luctu mox deſiſtet, eadem tamen ac ſimilis quum offeretur illius menti, rationiq́ue, ac iudicio ſpecies ſemper, atq; imaginatio obuerſetur eadem, ſimiliſq́ue perpetuò mortis nempe amiciſsimi ſui atq; interea deſiſtens ceſſat affectus: rurſus quum quis plorare iuſtam aliquam ob cauſam debens, nec plorare cupiens, uolensq́ue, facere tamen id cogitur, nec plorare non poteſt, manet hic quoq; eadem ſubiectæ rei imaginatio, nec affectus ceſſat tamen ut in priore. quarum rerum ſi cauſæ quærantur à Stoicis, non habebunt, quas afferant, ſiquidem urgere opiniones ſuas uoluerint, quo modo enim afferent eius, qui in eadem, ſimiliq́ue ſubiectæ rei criſi, ac iudicio, mentiſq́ue cogitatione prius quum fleret, flere deinde deſiſtat, hoc eſt in affectu prius poſitus, poſt eundem hūc affectum aut deponat, aut certè minuat, iuxta Stoicos neceſſum quidem fuerat nouum oboriri iudicium, in affectus mutatione omni, ſi iudicia affectus habendi ſint, neq; ex alia hi cauſa pendent ulla. Quum ſi rectam ſequuti etiam fuerimus, facilis futura ſit utriuſq; cauſæ redditio: nā manente utrobique eodem de re eadem iudicio in priore deſinit affectus ſedata quippè irrationalis alterius partis quam inſiderat perturbatione, in altero adhuc perſtat, nondum placata, ſed uigente adhuc eadem illa, qua in re permanēte item ſimili rerum ſpecie animi impetum, quī ὁρμὴ eſt, eſſe alium apparet, dū ceſſare quidem à fletu cupit, nec poteſt, ut diuerſa propterea omnino animæ pars denotetur, quæ hoc effectum reddat.

IN LIB. V. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS.

CAP. I.

Ἐν τούτοις ἡγοῦμαι τάχα ἂν αἰδεσθῆναί τε τινὰ, καὶ μεταστῆναι πρὸς τὰ βελτίω. *In his existimo puditurum fortè fortuna aliquem, atq; ad meliora tranſiturum.*) Quem enim non pudeat illius dogmata tueri, qui ſibi nuſquam conſtet uoçemque in multis ignoret ſuam alibi à ſe miſſam in non parui præſertim momenti rebus, aut quis non ingenio paulo magis liberali præditus libenter meliora, ac ſolidiora quærat, in quibus horas ſuas collocet.

CAP. II.

Τὰς τῶν ἀστείων οὐκ ἐγγίγνεσθαι ψυχαῖς. *In Ciuilium hominum animis non fit.*) Sapientum uerterunt, quum nō σοφῶν ſit, ſed ἀστείων id eſt ciuilium, quo nomine ſignificantur ciuilibus uirtutibus, de quibus multa eſt apud Platonicos diſputatio. præditi homines in quos non facile affectus animi cadere ſoliti ſint, his exaduerſum inciuiles dicimus inurbanos nempè quoſdam, difficiles, moroſos, maledicos, iracundos, in affectus omnes pronos, quibuſcum non facile, aut libenter conſuetudinem habeas, uel amicitiam diu retineas, deprauatos, & malè affectos, ac uitioſos dicimus, modeſtius quum uolumus, inciuiles.

ἀλλὰ τοῖς ἁπλῶς ὑγιαίνουσι σώμασιν εἰκάσαι τὴν τῶν φαύλων ψυχήν. *Sed ſimpliciter ſatis corporibus, uitioſorum animas aſsimilare.*) Non quomodo dictum in arte medica à Galeno ὑγιεινὸν ἁπλῶς σῶμα, ſalubre, ſanūue ſimpliciter fuit corpus, à prima

fui

sui origine, simplicibus primisque particulis bene attemperatum, compositisque ex his instrumentarijs partibus commensuratum; ita accipiendum hoc quoque loco est. Quomodocunque enim sanum, idque inprimis quod male affecta sanitate, & *κατὰ σχέσιν* quadam præditum sit, corpus intelligendum, siquidem huic proportione sua ualde respondet uitiosorum & insipientium anima, dictũ autem hic simpliciter sanum, atque absolutè ægrotantis nunc, iamque & in præsenti corporis respectu.

εἴτ' οὖν ἐστιν εἴτ' οὐκ ἔστι τοιαῦτα. Siue sunt igitur, siue non sunt aliqua eiusmodi) Quid? an ignorabat Galenus nullum inueniri omnino affectionũ expers corpus, qui quidem alibi non semel pronunciarit, non esse nos adamantinum sortitos corpus, ac paulo ante *σῶμα οὐδὲν ὑπάρχειν ἀπαθές*, nullum esse impatibile corpus scripserit. Igitur non in dubio ponens dixit hoc, sed ad intelligentiam rerum aptè atque accommodè, si reperiretur tale, & quod dici passim à multis audimus, dato hoc ipso, sed non concesso admissoque nihilominus.

τὰς δὲ τῶν πολλῶν τε, καὶ φαύλων. Multorum autem, & uitiosorum.) Palàm fit ex hoc, *πολλοὺς* eos dici & *φαύλους*, qui progressus nullos fecere ad uirtutem, quales suprà diximus, ciuilium inprimis uirtutum expertes, ut de uulgi fæce qui sunt, *ἡμεῖς δ' οἱ πολλοί* legimus, & *σύρφετος πολύς*, quòd pauci reperiantur, qui capescendæ uirtuti studeant, inque ea proficere magis magisque contendant.

οὐκ οἶδ' ὅτι ποτὲ δόξαν αὐτῷ. Nescio quamobrem uisum illi fuerit.) Arbitratus uideri potest Chrysippus eos, qui in mœrore luctuue, aut affectu denique positi aliquo sunt, etiam si indesinenter illorum plerique nec mœreant, nec lugeat, quo tamen tẽpore flent, aut lugent, & tristantur, morbo animæ correptos dici posse, eosdem rursus dormientes, uel aliud quippiam agentes non posse, atque in uniuersum tamen in morbo animæ censeri, ut quidem tertiana, aut quartana laborantes febre in morbo corporis esse censemus, si intermittentes fuerint, in intermissione quamuis nihil laborent, ac febris solùm caussam putredinosæ circumferant, eo tamen discrimine quòd in his statis quibusdam temporibus; atque horis accessionum recursus expectatur, & intermissionum tempora sciuntur, at affectuum inuasiones, & accessiones illæ urgentis fletus, ac lamentationum, & eiulatuum sæpe, quoties *ἐφ' ἱκανὸν ὥραν γόοι*, improuisæ contingunt, nec præfinitum tempus habent ullum, itaque similiores esse uoluit Chrysippus non immeritò febrili constitutioni, *καθ' ἣν οὐ περιοδικῶς, ἀλλ' ἀτάκτως πυρετοὶ καὶ φρῖκαι γίνονται*, in qua non per circuitus quosdam certos, sed nullo ordine febres & horrores fiunt, eiusmodi inordinatas & erraticas nominare febres solent medici, hæc placuit Chrysippo similitudo.

τοῦτ' ἐγκαταμένειν ὡραίως τοῖς παθῶν γ' τὸ σῶμα, ὡς εἰώθασιν οὕτω λέγειν. Vt intra contingentes illis affectiones sint, quemadmodum dicere consueuerunt) Intra corporis affectiones, morbosque esse, & eorum curationes pro eo accipiendum est, quasi cognita hęc debere esse omnia dixisset, ut intimum consilijs alicuius esse aliquem dicimus, cui nota alterius consilia omnia fuerint, tali ferè loquendi modo utimur, quum secum ipse habitat dicimus, & intus sibi canit, atque huiusmodi de eo qui res suas cognitas perspectasque habeat, atque eas agat; exteriora non admodum curans, quæque ad rem suam non faciant.

εἴγε δὴ συνώνυμά φησιν ὑπάρχειν αὐτά. Siquidem uniuoca ea esse dicit.) Quæ seruari diuersa in materia possit facilè uniuocatio, ut eadem futura sit diffiniendorũ animi morborum, atque corporis ratio, deducta per eadem genera, ac differentias easdem diffinitione. Atque ad eam maximè rem ostendendum fuerat tam longo uerborum circuitu aduersus Stoicos, non unicam esse quæ animam nostram regat, facultatem; sed plures, quarum symmetria & temperamento quodam, qualique conuenientia inter se sanitas in anima consistat, ut elementorum in corpore: morbusque ex eorundem utrobique intemperamento, & inconuenientia seu discordia. Et rursus, sicut partium corporis commensuratione, & re-

spondente inuicem proportione, illius pulchritudo existit: ita in anima. Ac reliqua analoga quadam uniuocatione dicta omnia, de quibus mox. atqui horũ nihil constitui recte posset, nisi plures quædam numerentur animæ ipsius partes aut facultates.

Ἔστι γὰρ ἡ νόσος ἀνωτέρω, καὶ καθόλου μᾶλλον. Est nanque morbus superius, & uniuersale quiddam magis.) Ne de solis corporum affectibus dici morbum existimaremus communem haberi illius apud omnes notionem ostendit, quia rei natura sua cognatæ ex discordia aliqua corruptela intelligitur: sic enim diffinisse Platonem ait in Sophista, ubi Theætetum hospes interrogans ita ait: πότερον ἄλλο τι στάσιν ἡγούμενος ἢ τὴν τοῦ φύσει συγγενοῦς ἔκ τινος διαφορᾶς διαφθοράν dixerat in præcedente statim hunc uersu: νόσον ἴσως, καὶ στάσιν οὐ ταὐτὸν νενόμικας: morbum ac seditionem, seu dissensionem idem faciens. Vt meritò propterea, quum seditionis significatum late pateat, & morbi patere existimandum sit, deque utriusque notione idem censendum. Hac utique ratione sicuti corporum morbos dicimus, ita animæ possumus, & stirpium, & urbium, & regnorum, & quicquid ex partib. constat diuersis, quarum conuenientia, & inconuenientia, concordia, aut discordia sanitatem, aut morbum faciat. Sanè non parũ sæpe ciuitates, & respublicas, regnaque adeò ipsa ægrotare, aut bene habere, ualereque dicimus: multoque sæpius ac magis animam. Admonendus uidetur esse studiosus lector in Græco exemplari uerbum deesse, διαφθορά, sicque ideò legendum esse ex Platone, ἔκ τινος διαφορᾶς διαφθοράν: quod interpres ex aliqua corruptela dissensio uertit, cõuersa omnino intelligentia, pro eo quod erat, ex dissensione aliqua corruptela: nam profectò nõ ex corruptela dissensio in his, sed ex dissensione corruptela.

C A P. III.

Τό τε ἀκουστικὸν πνεῦμα, καὶ τὸ ὁρατικόν. Auditoriusque spiritus & uisorius.) Hoc loco uerbum partes, non lego, aut uideo in exemplari Græco, addita etiam aduersatiua particula, seu mutata potius, pro τε, ut apud interpretem, qui sic scribit: partes uerò spiritus auditorius, & uisorius. uidelicet ut animæ partes de Stoicorum sententia faceret spiritus hosce, aliosque præterea quosdam, quos Galenus mox nominat uocalem, genitalem, & principalem innominatis omissis alijs non paucis, si quis Stoicorum sibi sequenda decreta censuerit animam nihil aliud, quàm spiritum tenuissimum quendam esse existimantium, omnia corporis loca, ut par quidem est animam, occupantem sed propriam sibi tamẽ sedem in corde, tanquam domicilio quodam statuentem: eundem ut opinor, semper, sed alias alibi tamen functiones pro locorum diuersitate edentem, audiendi, uidendi, gustandi, odorandi, sentiendi, tangendique, ratiocinandi, discernendi, iudiciumque de rebus omnibus ferendi: in quo affectus omnes ponerentur: ad hæc generandi, uocandi, mouendi, etiam quiescendi, & id genus, quæ quotidie ab omnibus obeuntur, actiones multas expromendi. Vt hac quidẽ ratione spiritus hi non tam partes animæ, quàm anima ipsa esse unius solum rationis ab his credi uideri possint, uariè tantummodò uarijs, ac diuersis corporis partibus utentis: de quo in præsentia non disputo. Nam, ut etiam dicantur, fiantque animæ partes eiusmodi spiritus: non facile erit sanitatis, & pulchritudinis, oppositorumque his rationes inuenire, eo quòd non animaduertatur in pluribus ea contrarietas, ut in elementis, ex quibus corpus constat: aut rationali concupiscibilique, & irascibili facultatibus, ex quibus anima ad constituendam sanitatem, morbumue pulchritudinem deformitatemue: ac longè quidem minùs in rationali sola parte, in qua tamẽ Chrysippus τῆς ψυχῆς οὔσης λογικῆς ἐγγίνεσθαι λέγει, ut ὑγίειαν & νόσον eodem modo credere par sit: atque ideo neutrum cadere in eam rerum harum genus posse uideatur. proindeque nec seruari quidem quam allegare huc conabatur animæ, & corporis morborum, ac sanitatis proportio, si unicam tantum animæ rationalem partem constituere pergat. διέφθαρται τοίνυν ἡμῖν ὅλον τὸ παράδειγμα, atque ἡ τῆς συνωνυμίας ἐπαγγελία παντάπασιν οἴχεται.

Actum

Actum est de ea, ob causam opinor quã nos attulimus: uidelicet, propter cõtrariorum carentiam, defectumúe: ex quorum utrobiq; symmetria, & æqualitate inter se sanitas existit, ut inæqualitate morbus: & rursus eorundem apto quodam, & concinno inuicem commensu pulchritudo, ut commensus huius inconcinnitate deformitas. At dicent: τοῦτο τὸ πνεῦμα δύο μὲν κέκτηται μόρια, καὶ στοιχεῖα, καὶ κατασάσεις δι' ὅλων ἀλλήλοις κεκραμμένα τὸ ψυχρὸν, καὶ θερμόν: spiritus is duas possidet partes, & elementa, & constitutiones per totum inter se commista frigidum & calidum: quin & humorem aliquem acquirit ex corporibus, unde alimentum accipit: ut contrarietas inesse facilè. ostendatur constituendæ hic quoq; sanitati ac morbo, analoga illa, ut primo dicebatur ratione. Quod esse tamen non potest: corporum enim hæ sunt qualitates, & in corporibus sanitatem, aut morbum gignent æqualiter, aut inæqualiter constitutæ: animam non tangent primò quidem, multoq; minùs rationalem illius partem: quam quum unicam statuant Stoici, seruari profectò in ea constituenda sanitatis, ac morbi proportionis modus ritè haud unquam poterit, sicuti Chrysippus uolebat. tota igitur rursus οἴχεται. Cæterùm si, quomodo ex calore & frigore constet spiritus, quæratur, facientibus eundem spiritum hunc & natiuum calorem, non sanè ardua futura est responsio ex Galeno petita in libro de trem. palpi. conuul. & rig. inter ea, quæ de calido innato disputat, ita scribente: κινητὸν γὰρ ἐκ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ γέγονε: Ex calido & frigido factum esse inquit: primumq; id, ac primigenium, atq; innatum, siue insitum: moxq; etiam αὐτοκίνητον & ἀεικίνητον: per se, semperq; mobile, ut ferè spirituum esse naturam uidemus. ac prima quidem sui ratione calidum id esse dicit, proinde & per se mobile ferriq; extra & in sublime natura sua: repressum uerò à frigore ne nimium id faciat, prohiberi: atq; ita eo accepto ex utroq; quodammodo refocillatum conflari.

Τὸ μὲν δὴ κάλλος τοῦ σώματος ἐν τῇ τῶν μορίων συμμετρίᾳ κατὰ πάντας ἰατροὺς, καὶ φιλοσόφους ἐστί. *Corporis quidem pulchritudo in partium symmetria est, iuxta medicos omnes, & philosophos*) Symmetria qua uoce & in corporis pulchritudine, & in sanitate declaranda utitur, latinum nomen non habet, nisi à Vitruuio mutuemus fortè, & commensum dicamus. dicere & commensionem licebit, quòd Cicero uocum omnium mensionem aliquando dixerit. nam commensuratio paulo magis Latini non admittent fortasse. Et æqualitas siue æquabilitas, quo uocabulo interpres hic utitur, non satis rectè symmetriam reddere posse uidetur, quoniam ἰσότης, quæ æqualitas est, Græcis quoque diuersum omnino à symmetria significet: nec planè pulchritudo in partium æqualitate consistat ulla, hoc est ἰσότητι: quin in inæqualitate potiùs, quantitate nempe & magnitudine dispari illarum, sed quæ proportionis commensu apto inter se ac concinno tamen respondeant: sic nec æqualitas quidem elementorum sanitas semper erit, quando corporis partes plurimæ, & quidem præcipuæ quædam non æquis constant elementorum omnium portionibus, sed inæquabilibus sæpe, & ratis semper eorum partibus quibusdam, diuersisq; in unaquaq; parte naturæ eius, temperamentoq; conuenienter, qui proportionis commensus est. Cæterùm quod de pulchritudine hoc loco dicitur, rectè additum à Galeno σώματος: nam de superiore illa maior quædam atq; altior instituitur à Platonicis disputatio.

Κατὰ γὰρ τοὺς οἰκείους τοῦ λόγου μερισμοὺς καλὴν, ἢ αἰσχρὰν ἔφησε γίγνεσθαι ψυχήν. *Secundum enim proprias rationis partitiones pulchram, turpémue animam fieri dixit.*) Similiter atq; pathe & affectus, qui morbi animæ sunt, crises & iudicia rationis habenda esse dixit Chrysippus, ut eodem modo in eodem uersari genere eiusdem animæ sanitatem necessariò fateri cogatur, ideoq; in unum, idemq; animę confudisse pulchritudinem & sanitatem uideri debeat.

πότερον ἄλλο τι νόσον ἡγούμενος, ἢ τὴν τοῦ φύσει συγγενοῦς ἔκ τινος διαφθορᾶς διαφοράν.)

Legendum ἐκ τινὸς διαφορᾶς διαφορὰν, ut suprà quoque monuimus, conuersis uocibus. sic quidem Platonicum exemplar habet Græcum, quod sequutus est interpres Ficinus.

CAP. IIII.

πρόκειται δὲ δεικνύειν, ὡς οὔτε καθ' ἓν μόριον τῆς ψυχῆς, οὔτε κατὰ μίαν αὐτῆς δύναμιν. Propositum autem fuit demonstrare, quod neque in una animæ particula, neque in una ipsius facultate.) Plures esse animæ facultates possunt, nec plures tamẽ partes, quod Aristoteles censuit: rursus facultates plures simul & partes, quod Hippocrates & Plato: quorum utrumque negat Chrysippus, Stoicique una plerique omnes. Sed negantes id, atque unam tantùm animę rationalem, eamque principalem partem ponentes, quales nam sanitatis animę, aut ægritudinis, pulchritudinis aut turpitudinis rationem afferant, non habent, propterea quòd partibus constituatur suis necesse est anima, ut huiusmodi sit.

Καὶ ὡς τὰ μέρη ταῦτα ἔννοιαί τε καὶ προλήψεις εἰσί συγχωρήσομεν αὐτῷ τάγε πρῶτον. Quodque partes hæ notiones & præsumptiones sunt, concedemus ipsi, primò quidem.) Concedendum hoc esse putat nunc, & permittendum Chrysippo, quod antea negauerat, quum diceret: notiones & anticipationes partes animæ dicendas non esse, sed actiones quasdam, eoque consistere in his sanæ, aut ægrotæ animæ rationem nullam posse, & pulchritudinem tamen & deformitatem posse, quòd quamuis partes non sint, actiones tamen quum sint diuersę, pro eo, ac ritè, & congruè obeuntur, aut secus: qui motus atque impetus animæ sunt, & unà cum actionibus suis, pulchram aut deformem reddere animam ualent, sicuti Plato etiam censuit ipsemet.

ὅτι δ' οὐδ' εἴ τις οὕτω συγχωρήσειε, τὰ γοῦν ἑξῆς ὀρθῶς εἴρηται, νῦν ἐπιδεῖξαι πειράσομαι. At quod uel hoc concesso, ne sic quidem reliqua dicta rectè sunt, nunc demonstrare conabor.) Vt hóc Chrysippo concedatur, inquit, nondum tamen uincet affectus esse iudicia. Etenim in iudiciorum diuersitate quoties deliberantes contrarijs sententijs in uarias partes trahimur, iudicium suspendimus, quod ἐπέχειν est: in quo pathematis & affectus species ullius nunquam ulla. Sin persuasi in alteram feramur, alternantibus quidem iudicijs, & pugnantibus inter se, sed sententia tandem uincente una, rationibus melioribus uisis, ut quum quis utile honesto, aut ediuerso honestum utili quamuis in contrarium, ob rationem aliquam nutet aliquando sententia, præfert tandem tamen, neque in eo sanè affectus ullus, propterea quòd, uel Chrysippo ipso ita censente, non quum διαμαρτάνων φέρεται aliquis, uel παριδών τι κατὰ τὸν λόγον, aberrans scilicet iudicat, uel non satis rationem peruidens, fallitur, in affectu esse dicetur rectè, sed in errore rectius: πάθος enim est Chrysippo quoque ipsi ὅταν ἀπειθὴς ἡ ὁρμὴ γίγνηται τῷ λόγῳ, quum rationi recalcitrat appetitus, animique impetus. cuiusmodi nihil fit, neque quum suspensum iudicium retinemus, neque uerò quum aberrantes à recto, ac præter rationem assentimus tamen: in primo enim ambigimus, dubijque neutro ferimur, iudicio nullo, proinde nec affectu: siquidem affectus esse iudicium debeat: in altero assentimus rationi ueræ aut certè ueræ nobis uisæ: in utroque quorum assensus, non autem cùm ratione repugnantia usquam ulla, nisi quam error fortè facit, non animus in quo demum affectus, & perturbatio. Quod autem paulò suprà dixerat, εἴ τις καὶ τοῦτο συγχωρήσειεν, ἔχει γάρ τινα ζήτησιν λογικήν: Si quis hoc quoque concesserit, dubitationem enim habet rationalem) Sic accipiendum: Iudicia de rebus quum uariant, si in contradictionem uersantur aperta, ut hoc alterum ita esse, alterum non esse iudicet, alterutrum illorum uerum falsumúe habendum esse necessarium fuerit: at falsum esse utrumque poterit, si diuersitate tantùm quadam utantur, in qua tamen pugna aliqua sit. Qui summum bonum animi esse statuenti contradixerit, itaque censendum

esse ius

esse iudicauerit, necessariò aut uerum aut falsum iudicet, oportet: at si duo aliqui, alter fortunæ summum bonum constituat, corporis alter: falli uterque iudicio suo potest, & pugnarint tamen quoquomodo opinionibus inter se suis hi, ac iudicijs.

CAP. V.

οὕτως οὖν οἰκειοῦσθαι καὶ τὰ παιδία φαίνεται καὶ πρὸς ἡδονὴν, καὶ πρὸς νίκην. *Sic quidem naturali conuenientia quadam apti nati pueri esse uidentur & ad uoluptatem, & ad uictoriam.*) Igniculos illos dicit, qui in pueris elucent concupiscibilis omniũ primò facultatis, quam & in utero omniũ primam accepert̃, nutriendi, quæque nunc sponte sua feruntur ad capiendi cibi uoluptatem, sugendique de mammis lactis: mox & irascibilis, siue animositatis, qua uincẽdi cupiditate tenentur, & desiderio accenduntur facilè ad gloriã: postremò rationis quoque esse detegunt igniculi in his, & honestum agnoscentibus iam recteque factis gaudentibus, & erubescentibus si quid fecisse secus deprehẽdantur. Nam uagitus ille & ploratus, quem nati statim edimus, unicum est miseriarum nostrarum argumentũ, à quibus uitam auspicamur non irati, aut affecti tunc animi indicium, ut suspicari fortè quis posset.

Ἐγὼ δὲ περὶ ἑκατέρας αὐτῶν ἀπορῶ. *Verùm ego de utraque harum addubito.*) Si nullam habet puer (inquit Galenus) ad malum οἰκείωσιν, affinitatẽ, procliuitatem, consociationem: si natura quadam ad id factus non est non aptus natus: sicque rationis tantùm facultatem, ut Stoici uolunt, ac iudicandi uim obtinet, irrationalem nullam aliam: quî fit, uti exempla mali, uitijque audiens, uidénsue non ea auersatur, non odit? Necessum quidem fuerat, si solam atque unam insitam rationem possideret, non etiam ratione carentem partem aliquam sortitus esset, qua allectus mali alicuius, uitijue exemplis auditis uisisque, naturaliter capitur atque tenetur: quæ quidem peruersitas est, ἐκ κατηχήσεως τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἐγγινομένη, ex multorum auditoribus, & consuetudine siue conuersatione introducta: altera est ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως, ab ipsa rerum natura magis. Ostenditque etiamnum, quod uolumus: si quis enim naturæ penitus suæ relinquatur puer, non dubium est, maiori ex parte, quin corruptis tandem & deprauatis moribus fiat: unde? nisi quòd iuxta Comicum, procliue ad libidinem hominis ingenium habetur. Neque hoc ipsum aliunde sanè quàm ex insitis homini connatisque irrationalibus animæ partibus fit, quibus à teneris unguiculis, primosque inter annos dominantibus, conculcata prorsus, ac impeditata iacet ratio, ut suo deinde tẽpore exerere uires, principatumque obtinere suum nequeat, ut debuerat. Et continget tamen nonnunquam ut eo temperamento nascãtur aliqui, quo paulo magis sedatæ partes animæ irrationales illæ duæ eoque quietiores, præualescente paulatim deinde rationis ui, succumbãt sponte sua atque imperium relinquant omne rationi. Quo casu non nullæ prorsus erunt partes animæ eæ, sed benè institutæ à natura erunt, ac pro officio suo rationis ducatum sequutæ. Quod satis nobis sit uires hasce, ac facultates humanæ insitas inesse naturæ, atque ingenitas probaturis, modò ualidas ac rebelles, nisi castigatæ domentur, modò quietiores atque imbelles, proinde per se quandoque ad obsequium rationis accedentes.

Εἰ γὰρ μὴ ταῖς φωναῖς, ἀλλὰ τῇ γε δυνάμει τῶν λεγομένων ὁμολογεῖν ἔοικεν ὁ Χρύσιππος. *Tametsi enim non uocibus ipsis, at eorum quæ dicuntur, ui fateri uidetur Chrysippus.*) Voces uerbaque Chrysippi, quibus utitur, si primum illorum sonum audiamus, non hoc significarint: at uis, & potestas dictorum diligentius expensa, quod uolumus, notat. τῇ γε δυνάμει, inquit, τῶν λεγομένων: Vi saltem uocabulorum uertit interpres. at uis, & facultas eorum, quæ dicuntur, non in uocabulorum posita est simplicium significatione, sed compositæ orationis

intellectu sensuque melius quem tota simul fecerit, ut huius quidem loci sensus exigit.

Συνάπτει δ' εἰκότως τοῖς λόγοις τούτοις ὁ ποσειδώνιος τὰ κατὰ τὸν φυσιογνώμονα φαινόμενα. *Cöiungit porrò sermonibus his Posidonius meritò ea quæ in physiognomica euidenter apparent.*) Quid aliud magnum latumque pectus, quàm animosum fortemque notarit physiognomonicis? At rei huius non alia ratio quàm ex cordis temperamento calidiore, in quo animositas & fortitudo. Quid? qui iecore magno ualidoque esse cognoscuntur, hi nónne uoluptatum persequentes sunt, corporearum præsertim, edacesque & gulosi habẽtur, ac ueneris muneribus exercendis prompti, paratique eandem ob causam? ut iam non solùm concupiscibilem, & irascibilem partes animæ afferant hæc, uerumetiam locum sedemque earum nobis ostendant: de quo prolixior instituitur mox à Galeno sermo.

περὶ ὧν ἁπάντων ὁ μὲν πλάτων ἀκριβέστατα διῆλθεν. *De quibus omnibus Plato quidem diligentissimè pertractauit.*) De Legibus septimo dialogo per totũ, sextoque sub finem.

Μέγα δὲ καὶ ἰσχυρὸν ἀποτελεῖσθαι περὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡλικίαν. *Magnum autem ac ualidum reddi circiter decimumquartum ætatis annum.*) Id nimirum, quod λογιστικὸν dixerat: pars quippe animæ rationalis, quæ hactenus exigua & imbecillis, atque obscura in secundi ferè septennij fine ostendere se melius, signaque sui proferre ac ueluti existere incipit, & quod Hippocrates aliquãdo dixit, ἐκλάμπει. Quapropter rectè tũc melioribus disciplinis traditur puer, nec minus moribus diligenter formandus, quàm instruendus scientijs, ut institutio ita peragatur uniuersa, principatumque obtineat ratio per totum atque in uniuersum.

τῶν συμφύτων ἵππων ἐπιθυμίας τε, καὶ θυμοῦ. *Connatorum equorum cupiditatis & iræ.*) Iuxta Platonis in Phædro figurationem rationem statuentis pro auriga, pro meliore equo iram, pro deteriore cupiditatem, ut bigæ illi sint tota anima cum auriga unà suo: cuius quemadmodum summa uirtus est aurigandi scientia, iugalium uerò equorum, ut aurigæ dicto obedientes sint, nõ concitatè aut segniter nimis ferantur, aut petulanter aut contumaciter agant, sed iussa audiant, nutusque sæpe accipiant: ita maxima rationalis partis uirtus est scientia rectè atque ex ordine agendi pro rerum natura semper, & inferioribus duabus imperitandi: harum autem duarum ratione carentium uirtus, ut in omnibus rationi obtemperent, & imperata faciant, ne præcipites, si impetum detrectarint, ruant, feranturque, atque unà aurigam auferant: quod quidem non ut in auriga, sciendi modo aliquo aut uia introducitur, sed assuetudinibus longis & moribus.

Εἴτ' ἐπιστήμας τις ἁπάσας αὐτὰς, εἴτε δυνάμεις ὑπολάβοι. *Siue scientias eas cunctas esse, siue facultates existimet.*) Nempe uirtutes, quas neque uniuersas scientias esse rectè dixerit quis, quoniam irrationalium partium uirtutes scientiæ non sunt: neque rursus facultates siue potentias, quoniam rationalis partis scientia tantum uirtus sit, non potentia aut facultas ulla: quo quidem modo facultatem communiori quodam significandi modo accipimus agendi, aut faciendi aliquid potentiam, quod in scientia non est: quippe cuius ultimus semper finis scire ipsum habeatur, hoc unum, nihil præterea, tametsi alia deinde per se sequantur, quæ omnium potentissimam rem demonstrent scientiam esse ac ualidissimam, ut Plato censuit, præsertim in Protagora, & de Republica primo. Atque hactenus facultas uideri non potest scientia, quòd opus non edat de se primo ipsa, ut facultates aliæ multæ: cuiuscunque enim rei opus extat aliquod eiusdem faciundi operis facultas, ac potentia præeat aliqua necesse est, quæ effectum opus reddat. Vel hoc igitur ita intelligendum uel non malè existimaturum credendum, qui uirtutes omnes potentias esse dixerit: in potentijs enim & facultatibus uirtutes fiunt, inque his generantur, & ex his oriuntur, non ipsæ uirtutes sunt. In rationali parte ac facultate scientia, in irascibili

forti-

fortitudo, in concupiscibili temperantia & continentia: quæ omnes uirtutes sunt à potentijs suis aliæ: quippe potentiarum, ac facultatũ suarum actum perficiunt ipsæ. Quæ quidem actionis perfectio quamuis potentiæ non insit, atque inexistat, sed uirtuti potius: potentia tamen ipsa restat, & quidem essentia sua integra: ut prauorum quoque anima, anima tamẽ est, licet uirtute careat. Eapropter non damnauit Chrysippum Galenus, quòd uirtutem nullam potentiam fecerit: sed quòd quum unicam statueret animæ facultatem, quæ rationalis esset, plures eiusdem uirtutes esse dixerit quando rei unius una tantum quoque perfectio proindeque uirtus existat, summa inquã ac maxima, quod idẽ summũ rei eiusdem bonũ numeratur, ut corporis sanitas: cuius nihilominus, & pulchritudo & robur bona censentur, at summum sanitas: eodemque modo in alijs alia.

Κάλλιον οὖν Ἀρίστων ὁ χῖος. *Melius itaque Aristo Chius.*) Is Aristo cum magna Stoicorum parte quum unam tantum fecisset animæ facultatẽ, eamque rationalem esse diceret, meritò unam quoque illi tribuit uirtutem nempe bonorũ, & malorum scientiam decretis suis insistens, atque inhærens, semper non quemadmodum Chrysippus incongrua, & inconuenientia his tradens, ut ostensum sæpe iam fuit. Par est autem ut qui irrationales animæ partes eliminant, quod Stoici faciunt, solamque rationalem ponunt, nullam aliam quàm scientiam uirtutem admittant. Ex quo etiam qui unam haberet uirtutem hanc eum omnes possiderẽ dixerunt, non multo secus, quàm Platonis Protagoras: in quo dialogo Plato uirtutes ad scientiæ summam reducit unam omnes. Atque sententiæ huic si quæ colligi alibi ex authore eodẽ possunt addiderimus, expletam habebimus uirtutis humanæ diffinitionem: ut ea sit scientia bonorum & malorum cum inferiorum animæ nostræ facultatum non repugnantia. Scientiam dico nõ qualis ebriosorum aut dormitantium, atque aliud agentiũ, sed cum qua cõiuncta semper efficientia sit, eorum quæ sciuntur: ueram ac solidam tanquã caput nostri: quoniam & ratio rationisque pars summa mens caput nostrũ est, huiusque inprimis uirtus scientia: at ut inferius tamẽ positas, annexasque sibi facultates sub imperio suo habeat, duas illas irascendi, & concupiscendi: non ut plures uirtutes faciamus, sed ut ex omnibus unam eo quòd fortitudo cõtinentiaque & temperantia irrationalium facultatũ futuræ uirtutes non sint, nisi rationi in qua scientia, dicto audiẽtes esse consuetudine quadã didicerint prius aliter prorsus, atque in brutis, in quibus facultates eæ earumque uirtutes unà ac sola dictante natura inexistere uidentur, exercitatione tamẽ & assuetudine melius inuectæ factæque maiores, sicuti desuetudine, ac desidia minores, adeoque minimæ interdum sola remanẽte facultate, & potẽtia innata insitaque illa, uirtute aũt eius nulla quã quidẽ consuetudo faciat, nunquã uerò ut in homine ꝓmoueat ratio aut gubernet.

CAP. VI.

Τὸ δὴ τῶν παθῶν αἴτιον τουτέστι τῆς τε ἀνομολογίας, καὶ τοῦ κακοδαίμονος βίου. *Porrò affectionum causa, hoc est dissidentia, uitaque infelicis.*) Ἀνομολογίαν intelligit, qua irrationales animæ partes rationali reclamantes dissident ab ea in quo infelicitas. Dissidentiam hanc & discrepantiam, & discordiam & dissensionem & repugnantiam dicas, qua irrationalis animæ pars non idem confitetur, quod ratio suadet ἀνομολογεῖ scilicet.

Ἔχει δ' ἡ ῥῆσις ὧδε. *Habet autem dictio sic.*) Verba Possidonij hoc significare uidentur, ut non rectè sentire ostendant eos, qui ὁμολογουμένως ζῆν, ex confessione ac naturæ conuenientia uiuere, in id contrahunt, ut quicquid contingit, faciamus ob ea, quæ prima se nobis offerunt secundum naturam. Quod quum sic in uniuersum ab his pronuntietur, nec distinctionis quicquã adhibeatur, perinde esse uidetur, ac si uoluptatem quis aut indolentiam aut simile aliud pro fine ponat. Hac enim omnium prima secundum naturam inesse nobis uidentur, ut uoluptatem sequamur, fugiamus dolorẽ tam corporis quàm animi, qui affectus & pathe sunt. Atque hoc confusè ita dictum, & in cõmune repugnantiã

 proti-

protinus pariet melioris sententiæ, nihilq; felicitatis ueræ statuet, si promiscuā uoluptatem omnem quæcunq; nobis primò offeratur, arripiendam esse censuerimus: idemq; de indolentia illa iudicandum esse existimarimus, quam absq; diuersitatis consideratione ulla uitemus semper: quum nihilominus examinatione adhibita meliore si conuenienter naturæ nostræ, *ὁμολογουμένως* scilicet, uiuere in eo statuatur, ut dominium ac principatum exercente ratione ac subseruientibus huic ratione carentibus partibus, nec aduersantibus unquam usuatur. finem hunc duo illa uoluptas & indolentia consequutura statim sint omnium maximè, atq; eæ potissimæ ac laudatissimæ: siquidem nulla usquam maior uoluptas, aut indolentia minor, quàm in rectè factis, uitaq; sub rationis ductu peracta, etiam si labores doloresq; prius ferendi nobis aliqui fuerint. Ergo minimè faciendus erit finis in uoluptate indifferenter, ne malas etiam oblatas fortè persequamur: sed recto proposito nobis fine, qualem diximus, expectanda hunc ipsum necessariò semper comitata potior apud bonos omnes, commendabilis ingens, omniq; reprehensione carens, uoluptas.

ὥσπερ ὁ πλάτων ἡμᾶς ἐδίδαξεν. Sicuti nos docuit Plato.) In libris de Republica, tertio præsertim.

τῷ μὲν γὰρ ἀλόγῳ διὰ τῶν ἀλόγων ἥτε ὠφέλεια, καὶ ἡ βλάβη: τῷ λογικῷ δὲ δι' ἐπιστήμης καὶ ἀμαθίας. Etenim irrationali parti ab irrationalibus iuuamentum aut nocumentum accedit: rationali uerò ex sciẽtia & docilitate.) Quòd si ita se res habet, ut profectò habet. ac uehementius Phrygio modulo concitati qui aguntur, Dorio sedati reuocantur: non erunt quidem affectus iudicia, ut Chrysippus arbitratus est: in eo nanq; affectus mutatio nulla inuenietur ex iudicio mutato, sed introducto contrario tantum modulo priori, qui affectum inuexerat, sequutoq; & hic & ibi contrario affectus ipsius irrationalis effectu à contraria sed utraq; irrationali causa: ut classico excitari equos, ac ferocire uidemus, eosdem placidiore cantu, ac plausæ solum interdum ceruicis sonitu mulceri, nulla hic iudicatæ rei nouæ suspicione, sed permulto tantũ equi animo utiq; irrationali. Quam animæ partem iccirco in homine quoq; occupent affectus, non autẽ rationalem.

Οἶμαι γὰρ ἔτι πάλαι βλέπετε πῶς. Existimo enim iamdiu uos perspicere.) Ex hominibus alij quanquam in mali alicuius expectatione sint, aut mox aut postea futuri, ratione persuasi non timent tamen: scilicet assuefacta antea domitaq; irrationali animę parte longa, ac diutina malorum imaginatione quam sibi ipsi suscipiunt. similemq; rei quæ percipi sensu potest, in anima menteq; pingentes, faciũt ut crebra hac & diuturna malorum imaginatione irrationalem partem ueluti exatient, cõmotamq; ita uincant, demumq; sedent. Rursus alij non præoccupata prius multò rerũ imaginatione, oblatis repentè formidabilis rei speciebus perterrentur: ut si quis ingruentem iam leonem fugiendum esse clamet etiam non uisum fugiat, repentina specie perterritus. Alij pariter rerum nõ uisarum desiderio, imaginatione sola permoti, corripiuntur eandem ob causam, nullo certè facto tunc iudicio. Quæ quidem quomodo fierent nesciretur, nisi cognita prius atq; animaduersa inter rationalem, & irrationalem partẽ differentia. In his Posidonij uerbis loco *κινήσει τὸ ἄλογον*, legendum esse arbitror *νικήσει*, ut sit irrationale uincet: mox enim & illud afferet ex eodem Posidonio Galenus: affectibus obnoxiam animæ partẽ, quæ irrationalis est, partim tempore, partim cupiditatibus suis expletam satiari, partim diuturnis motionibus defatigari: quibus causis sedatiore iam ac quietiore facta uinci haud difficulter à ratione solita sit.

Μέσος ἂν εἴη τῆς τε χειρίστης ὑπὲρ αὐτῶν αἱρέσεως τῆς χρυσίππου. Medius fuerit inter pessimam quæ Chrysippi authoris est de rebus his hæresim.) Qui affectus non quidẽ iudicia esse, sed hæc ipsa iudicia tamen insequi ac comitari dixerint: ut quum anima ex iudicio contrahitur, aut soluitur, aut effertur, aut deijcitur, cadítq;: quas illi *συστολὰς*, & *λύσεις*, & *ἐπάρσεις*, & *πτώσεις τῆς ψυχῆς* dixere. Non illi quidem in

eadem

eadem cum Chrysippo hæresi erunt, iudicia prorsus affectus ipsos statuente, eoque irrationales prorsus animæ partes abdicāte: sed nec rursus, quod Hippocrates & Plato tradidere, sentient: id enim si sentirent, non consequi iudicia affectus sed irrationalibus animæ partibus inesse dicerent. Atque interea non habebunt, in quam animæ elationes illas & cōtractiones, & deiectiones, & solutiones & huiusmodi referant causam, postquā à ratione carentibus animæ partibus discesserint, nec iudicia esse fateri uelint affectus ipsos, sed iudicia insequi: quod falsum esse ex eo conuincitur, quoniam in brutis affectus, qui insunt (inesse autē manifestum satis est appetitus, & iræ) iudicia sequi nulla possunt, quæ in illis nulla. Nec iudicia igitur erunt affectus ex horū sentētia nec irrationali parti attribuentur. Ac medios ita se faciēt, utriusque sentētiæ abnegatione.

CAP. VII.

τρία τῆς ψυχῆς εἶναι μόρια τὰ καθ' ὁρμὴν ἡμᾶς κινοῦντα. Tres esse animæ partes secundū impetum nos mouentes.) Ad motum uoluntarium inclinationem interpres reddidit ὁρμὴν, quum nihil uerius sit ὁρμὴ, quàm impetus animique impulsio quædā ad agendum, non modò ad motum uoluntarium sed quæcunque alia: & siue ad irascendi siue concupiscendi facultate siue uerò ratione id fiat, quoties ad appetendum aut faciendum aliquid impellimur.

εἰς μὲν δὴ τὴν τοιαύτην ἀπόδειξιν ὁ λόγος ἡμᾶς ἤγαγεν προτέραν, ὅ ἐξ ἀκολουθίας τινός. Ad huiusmodi igitur demonstrationem ratio nos deduxit primam ex sequela quadam.) Nam quòd in hominibus quibusdam brutis similibus, ac pueris, eiusdem modi animæ facultates nōnullas apertè perspiciamus atque in brutis, quæ ratione carent: sequitur necessariò, facultates hasce, nempe irrationales, eiusdē generis in utrisque esse oportere. Quumque alios non paucos, multò ætate prouectiores, non eodem modo agi, ferrique facultatibus his uideamus: nō minus necessariò præter eas, aliam insuper esse, quæ hoc præstet, facultatem apparebit. Ea erit ratio, atque ita & rationalis, & irrationalis animæ inuenta pars fuerit.

καθάπερ καὶ αὐτὸς ὁ πλάτων φησί. Quemadmodum ipse quoque Plato ait.) Quū alibi, tum non minus in Protagora.

ἀλλ' εἰς γε τὸ προκείμενον ἀπέχει τὸ περαινόμενον. Verùm ad propositam rem satis est, quod iam confecimus.) Non parū retulerit diuersas esse inter se facultates quasdam animæ asserere, & specie inuicem differre easdē illas dicere, partesque animæ dissidentes facere: prius enim concesserit Aristoteles, alterum pernegarit. Quod tamē quomodo permittendum sit, adeoque ut sedibus constituendæ diuersis sint, mox tractabitur.

ὡς ἕτερον ἐστὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν τοῦ ὀργιζομένου. Quod diuersum sit concupiscibile ab irascibili.) Non hoc solùm quo nunc utitur Plato argumento, sed quotidie propē experimur exuscitari aduersus concupiscentias malas, iram, quoties nobiscum indignamur effrēnes nos ferri in cupiditates multas nobisque ipsis irascimur de incontinentia: sæpe & intemperantia: modo per nos irascētes, atque indignantes solùm, modo rationi quoque subscribentes. Quin & concupiscibilis argumenta in nō paucis animantibus sunt, irascibilis nulla: ut ostreis, & quæ ζωόφυτα Græcis dicuntur. Ex quo non esse easdem appareat.

ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτὸν κοινωνήσαντος αἱροῦντα λόγου μὴ δεῖν τι πράττειν. Reponendum ex Platone totum in hunc modum: ταῖς δ' ἐπιθυμίαις αὐτὸν κοινωνήσαντα, αἱροῦντος λόγου, μὴ δεῖν ἀντιπράττειν. Cupiditatibus autem consociatam ipsam (nempe iram) eligente ratione repugnare nihil.) Ita ad uerbū: ex quo sensus integer, rerumque intellectus accipitur, cum dictarum tum dicendarum mox à Galeno perfectus: tametsi eorum quoque uerborum, μὴ δεῖν τι πράττειν non absonus futurus sit sensus.

ἀρκεῖ δὲ καὶ θουκυδίδης λέγων. Facit autē satis & Thucidides dicens.) Historiarum libro secundo in Archidami concione prima.

καὶ δημοσθένης εἰπών. At Demosthenes dicens.) Quærat sibi lector hoc.

IN LIB. VI. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS.

CAP. I.

Ὦσ ἤγε παλαιοτέρα χρῆσις, ἣ κἀν τοῖς Ἐρασιστράτου καὶ Ἱπποκράτους εὑρίσκεται γράμμασιν. *Nam uetustior uocis huius, qui in Erasistrati & Hippocratis libris inuenitur usus.*) Hi σφυγμὸν dixere (conijcere autem licet ex Hippocrate) si qua in corporis parte euidens manifestusq; arteriarum motus sese oculis ostenderet, ut salientes illas sæpe uidemus in colli parte quibusdam, alijs alibi in corpore. ᾧ δ' ἂν ἡ φλὲψ, inquit Hippocrates secũdo epidemiorum libro ἡ ἐν ἀγκῶνι σφύζῃ, μανικὸς, καὶ ὀξύθυμος· ᾧ δ' ἂν ἀτρεμέως, τυφώδης. Cui uena in cubito pulsat, salitue furiosus is iraeq; acutę: cui quiescit, obstupidus: uenam arteriam more suo appellans. Hi non uocaturi fuisse uidentur pulsum qua parte manum injcimus ad carpum ęgrotis, arteriæ inibi motus differẽtias exploraturi, nisi antea sub oculos positus salientis arterię motus appareret. Sin, inquit, quiescit, hoc est si non pulsat, non salit: nempe quum nullus ibi pulsus uisitur. ut eodem modo pulsus dicendus non sit etiam quem tangimus, nisi oculis salire, ac uibrare arteria uideatur, iuxta hos quidem.

Ἡ μέντοι τοῦ ἡνιόχου κίνησις, οὐδὲ καθ' ἕτερον τῶν σημαινομένων ἐνέργεια ἐστίν. *At auriga motus secundum neutrum significatum operatio est.*) De auriga intelligendum, qui à iugalibus equis altero ambobúsue transuersus de recta uia uiolenter actus rapitur: is enim neq; per se mouetur tunc quod erat primum operationis significatum, neq; arti instituto'q; suo naturaliter, quod secundum. At imperans iugalibus auriga rectaq; quo uult, & rei natura fert, ducens, non ille quidem ex se mouebitur sed ab equis, qui per se mouẽtur ipsi, itaq; ex prima significatione nõ operabitur: at operabitur ex secunda quippe secundum rei naturam faciens. πολλαὶ γὰρ τῶν κινήσεων (quod mox Galenus addit) ἃ καὶ μὴ δραστικαί τινές εἰσι, μήτ' ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τῷ γε κατὰ φύσιν ὑπάρχειν, ἐνέργειαι λέγονται. Multi nanque motus tametsi effectiui nõ sint ipsi, neq; uerò ex seipsis fiant, quoniam tamen secundum naturam sunt, operationes dicuntur: ut hoc ipsum quod de auriga modò afferebamus naturaliter, atq; ex instituto suo aurigante, uero'q; ac certo uectore: ut cruris, ac manus totius motus. Is enim quoq;, si naturaliter fiat, motus iuxta primum significatum operatio non dicetur rectè: neq; ossa enim neq; musculi, neque adeo nerui ipsi breuiter nec crus totum ipsum, nec tota manus per se mouebitur unquam: quippe quæ à motrice tantum facultate spiritu'q; ex cerebro per neruos demisso moueantur cuncta. Sic quidem horum nõ fuerit operatio ulla ex priore significato, sed fuerit ex secundo quòd naturaliter moueantur, quanquam ab alio. Quòd si præterea motus illorum non naturalis accesserit aliquis, ut in tremore fit, aut conuulsione aut huiusmodi: iam tum ne secundum quidem significatum alterum dicẽda rectè operatio eorum erit, sed utroq; modo affectio, quod & ab alio & prẹter naturam moueantur. Quo in negocio licet aurigæ à Platone bigarum unarum ratio comparetur: cætera perquàm similis habebitur, sed in eo differet, quòd aurigæ nunquã significati utriusq; operatio esse poterit: nunquam enim per se ipse mouetur, sed ab equis semper. At quum ratio secundum naturam ex toto agitur, & proprij motus sunt impetusq;, quibus ex seipsa inprimis mouetur, atq; ijdem omnium maximè naturales, tunc omnium maximè propria ex utroq; significandi modo appellanda eius operatio sit.

CAP. II.

Καὶ γὰρ εἴδη, καὶ μέρη ψυχῆς ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζοι τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ θυμοειδὲς, καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. *Etenim species, & partes animæ rectè quispiam nominarit rationalẽ, irascibilẽ concupiscibilem.*) Et Aristoteles partes nõ semel appellauit animæ, quanquam ab exemplo, quasiq; aliud agens in quinto topicorum libro. At quomodo

modo accipiendum sit μέρος & εἶδος, nemo Platone melius aperuisse uidetur. Is in Politico diuisionem partium per ęqua faciendam esse docens: μηδὲ εἴδους χωρίς, inquit, nō sine specie, ἀλλὰ τὸ μέρος ἅμα εἶδος ἐχέτω: Sed simul speciem pars habeat. Iure ac meritò: parti enim addita species sua, propriaq; facilè nobis cognoscendam ueluti proprietatibus suis insignitam præbebit. Nec ita multò pòst, quid inter μέρος, atq; εἶδος intersit addens, ita explicat: ὡς εἶδος μὲν ὅταν ᾖ του ᾖ μέρος αναγκαῖον αὐτὸ εἶναι τοῦ πράγματος ὅτουπερ ἂν εἶδος λέγηται, μέρος δὲ εἶδος οὐδεμία ἀνάγκη: necessarium esse demonstrans, quæcunq; rei alicuius species fuerit. ut eadem illius quoq; pars sit: at non contrà fieri, ut pars aliqua necessariò species quoq; sit. Clarius autē & ad rem nostram propius de uirtutis partibus in Protagora disserens, cuiusq; generis habendæ partes eę sint, quęrens in hunc modum scribit: πότερον ἔφην ὥσπερ προσώπου τὰ μόρια, μόρια δὲ ἐστι στόμα τε, καὶ ῥίς, καὶ ὀφθαλμοί. Καὶ ὦτα ἢ ὥσπερ τὰ τοῦ χρυσοῦ μόρια οὐδὲν διαφέρει τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων ἀλλήλων, καὶ τοῦ ὅλου, ἀλλ' ἢ μεγέθει, καὶ σμικρότητι. Notata manifestò inter similares ac dissimilares partes differentia; ut similarium partes, sicuti auris ita carnis, ac pinguedinis magnitudine tantum ac paruitate differant, minimè uerò specie: dissimilarium autem etiā species omnino diuersæ sint, ut uniuersæ faciei os, nasus, oculi, aures, partes unà ac species uariæ: rursusq; oculi ipsius humores, membranæ, uenæ, partes multæ, specie quoq; diuersa cernuntur inter se quidem, ipsæ autem sibiipsis similares, multę. Hoc itaq; etiam modo rationalis, irascibilis, concupiscibilis animæ partes simul & species erunt, dicenturq;.

πρῶτον μὲν γὰρ αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν. *Imprimum enim ipse nos docuit.*) Id ex Politico petendum, ut paulò antè ostendimus.

Δεύτερον δὲ ὅτι μηδ' ἐγχωρεῖ λέγειν μηδὲν σύνθετον ὁμοιομερές. *Deinde uerò quòd ne liceat quidem, ut compositum aliquod similare dicatur.*) Quamobrē Plato tres animæ species quas modo diximus, partes etiam interdum uocet, mirandum nō esse ait. Primò quòd iuxta eundem illum authorem quicquid speciei nomine significatur, etiam partis significari nomine possit, ut si species fuerit, & pars esse adeoq; dici debeat, non autem ecōtrario, ut quam partem dixeris, dixisse etiam speciem possis. Deinde quòd rei compositæ ex diuersis specie rebus, ut corpus totum, corporisq; partes instrumentariæ plurimæ, quas iccircò dissimilares appellamus, quòd ex dissimilibus specie rebus conflentur: ex oculis, naso, & auribus facies: ex humoribus, & membranis, & uenis oculi: ex irascibili, concupiscibili, rationali, hæc ipsa de qua nunc disputatur anima: huiusmodi inquam compositorum bene numerabiles sunt ac definitæ partes quædam: ut qui partes horum dixerit, rerum illico diuersitatem notet differentijs proprijs in species suas deductarum, accommodèad diuisionem rerumq; illarum rectè capessendam scientiam: longè quàm in similaribus, aliter. Quorum partes, hoc genus, nullę sunt, sed infinitæ, numeroq; tantū suo differentes, nihil aliud quod differentiam rerum faciat, uel parere scientiam ualeat, obtinentes. Hac igitur quoq; de causa partes nuncupauit animæ tres illas Plato proprietatibus, formisq; inter se distinctas suis: scilicet diuersarum, ac dissimilium partium. Eorū uerò quæ ὁμοιομερῆ dicuntur, partes nō sunt uerè ita dictæ: similitudo enim addita easdem omnes facit, solo diductas numero qui abire in infinitum potest: at pars differentiam maiorem designat.

CAP. III.

Καὶ κάλλιον οὐσίαν ψυχῆς ὀνομάζειν, ἢ δύναμιν ἐν ἑκάστῳ τῶν τριῶν σπλάγχνων περιεχομένην. *Ac satius est substantiam animæ nominasse, non facultatem trium uiscerum in unoquoq; contentam.*) Posteaquam triplicem animam non tribus solum partibus, sed tribus insuper esse formis, ac speciebus distinctam ostendit: harum unamquanq; meritò substantiam potius quàm facultatem nominandam esse ait: propterea quòd facultatem si diceremus, nō substantiam unam diceremus. Esse nanq; substātiæ unius facultates multæ possunt, sicuti profectò sunt: ratio-

nalis intelligendi, ratiocinandi, imaginandi, mouendi, sentiendi: irascibilis autem animandi, mitigandi, excandescendi, dolendi, tristandi, inuidendi: concupiscibilis porrò iam huius animæ speciei, substãtiæ, formæ, essentiæ, quoniam multorum capitum bellua uocitata est sapientibus, facultates numerantur desiderandi, concupiscendiq́ penè innumeræ: tum ad hæc uegetandi, alendi, generandi: ab officiorum, operumq́ quæ una ipsa prestat, uarietate. Atq; hę quãuis diuersæ inter se substantiæ, ad unius tamen animæ explendam substantiam unam faciunt, alia alij addita ad perfectionem: quod non inconuenit.

Οἱ δὲ στωικοὶ οὐδὲ ψυχὴν ὅλως ὀνομάζουσι τὴν τὰ φυτὰ διοικοῦσαν, ἀλλὰ φύσιν. *Stoici porrò ne animam quidem omninò nuncupant, quæ plantas gubernat, sed naturam.*) Meritò hoc Græci quidẽ φυτὰ διοικοῦσαν φύσιν appellantes uocis affinitatẽ sequuti: ac Latinis longe alius est plantæ, & naturæ uocum sonus. Videntur autẽ Stoici animæ uim non agnouisse ullam, nisi in rebus quæ loco se mouerent: & nos animalia dicimus hęc proculdubio ab anima. At plantis motus quoq; sui inest species quædã sed obscurior, nẽpe augmenti, & quidẽ loci mutationis aliquatenus, quæ incrementi in partes omnes prolatione fit, siue productione & extensione. Tale quippiã in principio operis de Facultatibus naturalibus dictũ.

Εἰς ἄμφω τὰ μέρη, τοῦτ' ἄνω τοῦ σπέρματος ὡς πρὸς τὸν ἀέρα. *Vtramq; in partem, & supra semen, ut in aerem.*) Ex una solùm seminis parte prodiens germinatio supra deinde infraq; tendit, ne fortè ex superiore & inferiore seminis parte (ut suspicari aliquis posset) fieri hoc existimemus. Loci uocantur differẽtiæ hic nõ seminis.

Ἑτέραν δ' ἀρτηρίαν ἐκ τῆς αὐτῆς κοιλίας. *Alteram præterea arteriam ex uentriculo eodem.*) Nempe arteriam uenosam quam dicimus, per quam de aspera attrahitur assiduè ad cor ipsum aer.

Ὡς καὶ τοῦτ' αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐδήλωσε. *Veluti idipsum Hippocrates quoq; ipse ostendit.*) Colligi potest ex libello de Alimento ῥίζωσις φλεβῶν ait, & reliqua.

CAP. IIII.

Ἦν γὰρ δυνατὸν κατὰ τὴν καρδίαν αἱματοῦσθαι τὴν τροφήν. *Vtiq; poterat in corde sanguificari nutrimentum*) Argumentum adhuc contraria sentientium hoc uerisimile, sed cuius uerisimilitudo facile refellitur.

Ὑπηρέτου γὰρ δεῖ τὸ παρασκευάζειν μόνον: ὕλης τ' ἐκτελεστέας δεῖ τὸ μὴ διανέμεσθαι. *Ministri enim est, ut præparet solùm: materiaq; nondum perfectæ est, ut non distribuatur.*) Si iecur inquit, præpararet tantummodo cordi sanguinis materiam distribuendã relinqueret cordi: at distribuit ipsum per se. Rursus si pręparatetur solùm in iecore materia, sanè perficiẽda relinqueretur, permitteretur q; alteri alicui, utputa cordi: rem nanq; qui præparat unam aliquã non perfectam absoluit ipse, sed absoluenda tradit, defectiuam parte omnino ex aliqua adhuc, donec formam naturamq́ quam debet ex toto accipiat. Nec planè antea distribui ad opus suũ solet materia ulla. Vt ad alendum sanguis non prius rectè distribuatur in partes, nisi sanguis iam perfectus. Qui quum à iecore statim distribuatur ad alendum maxima ex parte, priusquam cor quicquam attingat, perfecta atq; absoluta sanguinis materia ea iudicanda erit. Ergo non à pręparante ministro, sed ab opifice extremam operi manum imponente. Opifex is iecur erit.

CAP. V.

Οὐκ ἐξ ἐκείνης αὐτά. *Non ex illo ipsa.*) ἐξ ἐκείνης nempe τῆς καρδίας intelligendum: ipsa enim uena caua cordi impertit ramũ de suo, non aũt ex corde accipit ipsa.

Ἀλλ' ἐκεῖνό γε οἶδ' ὅτι οὐ σμικρὸν εἶναι φησὶ τὸ πολλὰ τῶν ζώων, οὐκ' ἔχειν τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας. *At illud scio non paruum esse argumentũ dicet, quòd animalia multa dextrum cordis uentriculum non habent.*) Vnico mehercle argumento hoc uinci poterat certißimam statuendam esse in iecore uenarum originẽ cunctarum. Nã si non in iecore faciendum id erit, sed in corde perpetuum id sit oportebit in omnibus, quæcunq; uenas habent animantibus: ut exortus uenarum ex corde appareat in his aliquis, pręcipuè uerò qualem hi uolunt ex dextro nimirũ cordis

dis ſinu aut uentriculo uenæ cauæ. Atqui animalium genera pleraque nullam habent, quæ eo pertingat, uenæ cauæ portionem: ſed ea tota ueluti ramorum multorum ſerie diffuſa ſupernè, ſicuti uenulis alijs infernè ceu radicibus iecori ſemper ſoli cōtinuatur. Vt nimis quàm manifeſtò appareat in his animalibus, in quibus opus eſt, partem quandam à iecore in cor alia quadam de cauſa, nutriendorum nempe pulmonum ſolùm deriuari, ac tanquā in tranſcurſu indui, non illinc exoriri. Igitur ſententiæ de re hac Hippocraticæ, Platonicæ, Galenicæ aduerſarius conciliator quum multa afferret de ſuo bonam partem de nihilo ac futilia: Galenica autem recenſeret, quæ mox dilueret, argumenta: hoc unum non attigit ad quod (ut ego quidem opinor) uideret ſe paratam nō habiturum reſponſionē, niſi inanem aliquam: ipſe omnia interea diſquirens, quibus contrarium nobis perſuaderet, ut uenarum habendum eſſe cor originem crederemus, de Ariſtotelis ſententia. Et modò uenas cōminiſcens neſcio quas iecoris ſubſtantiam totam permeantes, quæ nullæ ſunt adeò, ut ne portæ quidem ramuli iecur ingreſsi cauæ ramulis cōtinuentur ad unam pluresue faciendas uenas, ſed obliterati utrinq; in iecoris prorſus ſubſtantiam diſsipentur: modò etiam radicibus ſuis nixas arbores dicens, aſſerensq;, ut aduerſus iniuriam uentorum ſtabilitæ firmentur: quaſi non primum illud ac potiſsimum ſit ut radicibus ſuis alantur arbores: deinde & aliud illud ſequatur, ut bene radicatæ non euellantur facile, cuius planè rei utriuſq; inſtar iuſti iecori præſtant meſaraicæ. Aiunt perfectam ſanguinis elaborationem in iecore nō fieri, ſed in corde fieri, neutrius fidem ullam facientes, & in utroq; ſenſibus ipſis abrogantes, qui iecoris nobis ſubſtantiam ſanguini in totum perficiundo, cuius rudimentum iam ex meſaraicis acceperit, aptiſsimam ſub oculos ponant, non aptiſsimam cordis. In quo præter alia ubi quæſo, ut elaboretur, reponetur ſanguinis materia? ut quidem per iecoris ſubſtantiam totā minutiſsimè quo melius atq; exquiſitius ſanguinis formam ſuſcipiat, diſperſa reponitur? Tum ſi corporis partes nutriri ſanguine nō niſi abſoluto debēt omnes, pars certè corporis maior ex maiore cauæ portione, quæ à iecore illico inferius diuiſa tendit, nec ſanguinis quicquam ad cor deſert ſanguinis alimentum acciperet non perfecti, neq; elaborati eoq; non nutriret rectè, at nutritur peræq; benè ac reliquę omnes. Inſeri autem cordi, nō inde exortam propagari (ne fortè hoc ita exiſtimet aliquis) cauæ portionem illam minorem eſſe argumento indubitato debebit, quod non ſicuti arterię ex ſiniſtro cordis uentriculo confeſsione omniū exortæ, duæ ad ſuperiora & inferiora corporis contendere manifeſta diductione uiſuntur portiones, ita in dextro cum caua fit: cuius pars ea de iecore aſcendēs ad dextrum cordis uentriculum ueluti diuertēs & aſsiſtens, unaq; atq; eadem manēs, tendit deinde ulterius: ubi ſociam relinquit exorta ſtatim ex iecore, alteram inferiores partes nutrituram. Nec ſanè oſtendent unquā quod falſò perſuaſi credunt: ex omnium primo formato corde, demitti formando deinceps iecori quoq; uenam eam: quum contrarium potius credendum eſſe multa planè dictet ratio: nempe ut formato primùm iecore, mox ab hoc in cor aſcēdens ſeſe eo induat cauæ pars, non quidem formando aut effingendo cordi, nam aliunde id illi obuenit, ſed aliā quàm paulo antè diximus ob cauſam. Verumtamen de his, quę ad anatomen pertinent, excuſari fortaſſe poſsint temporum uitio, quæ in magna harum rerum omnium quum hæc illi ſcriberent, ignoratione uerſarentur. At quę leuidenſia & inania afferunt, nec rem omnino attingentia quicquam pleraq; etiam extra rem prorſus, de his quem nam quæſo habituri ſunt, qui excuſatoria illos tueri defenſione queat? Legāt quibus iſta ſunt cordi, & uidebunt: nos enim hoc tempore non id agimus, ut ſingula perſequamur: præſertim quæ cōtra receptam iam à cōmuni medicorum ſchola, & conſenſu ſententiā importune ſæpè proferri ſolent. Cor ſanguinis generādi principium eſſe cōtendunt, quòd uiſcerum omnium calidiſsimum ſit: at tempera-

 tiſsimum

tissimum esse oportuit, potius quod sanguinẽ gigneret uiscus, quod profectò iecur est. Quippe tẽperati hominis tẽperatus maximè sanguis: idemq́ tẽperamenti secũ ad cor usq; defert: atq; ibi demũ in sinistro cordis sinu calorẽ acquirit illũ, & flauitiẽ, & tenuitatẽ: non autẽ inibi principio generatur. Cõtendunt itẽ dextrũ sinistro multo existimandũ esse nobiliorẽ cordis uentriculũ: quibus authoritatibus, aut rationibus, legere est: nõ enim necesse habemus ad omnia. Hoc unũ tamen scimus nobilissimũ uiscus cor totũ quum sit, nobilẽ inprimis existimari parte posse ac debere in qua uitaliũ spirituum tantũ sit, ac uitæ nostræ totius arbiter ille cõsistat motus ac perpetuetur: focusq; ἑστία uitalis facultatis ab omnibus rectè sentientibus iudicetur. Tale quidẽ cor est cordisq; sinisterior maximè atq; inprimis pars. Quæ quum ita se habeãt: ac si qua præterea alia afferunt ad opinionis suæ comprobationem, friuola ea sint: pugnetq; ualidissimis contra Galenus toto hoc libro argumentis: antiquari iã apud omnes, de uenarum ex corde ortu opinionem eam oportebat, sicuti antiquatam uidemus, quæ ortum uenis ex cerebro tribuebat, aliam illã ineptijs, reliquas omnes superantem, & aduersus sensibus humanis compertissima nimis pugnante.

ὥσπερ γὰρ εἰ μίαν ἦν τινα κἂν ἐν ὅλῳ τῷ ζώῳ φλέβα κεχωρισμένην εἰ τούτου εὑρίσκομεν. *Nam sicuti si unam aliquam in animali uniuerso inueniemus uenam separatam.*) Ecce tibi aliud argumentum rei eiusdem irrefragabile istis, quamuis maximè refractarijs. Id ita se habet: qui uenarum principium omnium cor ipsum constituunt, ostendere ijdem debẽt nusquam in toto corpore uenam reperiri aliquã posse. Quæ non parte ex aliqua cõiuncta cum corde sit, principio nempe suo. At mesaraicæ uenæ, quæ ita nominantur, nullam omninò cum corde cõsociationem obtinent, coniunctionemue & cum iecore habent, ut in cuius simam partem per portæ uenam ingressæ, moxq; minutissimè dissipatæ in totã iecoris substantiam abeant, nec cauæ tamen ramis (quantum quidem assequi oculorum acies, uel inprimis perspicacium ualeat) ulla ex parte committuntur, ut coniunctæ ideo dici, atq; unitæ debeant: ne quis fortè ex hoc etiam cauæ portioni ad cor pertingenti unitas coniunctasq; esse mesaraicas probare se posse, credat: iecori nanq; principio tantum suo consociatæ apparent, non cordi.

CAP. VI.

οἱ νῦν ἡμῖν ἐρεῖσι ὡς παράδοξα:) Pro ἐρεῖσι legendum ἐρίσουσι. Qui nunc nobiscum contendent aut litigabunt.

οὔτε γὰρ ἀγγεῖον ἕτερον ἔχετε δεικνύναι ἐκφυόμενον τῆς καρδίας ὅτι ἄλλο τινὸς πλὴν τῶν ὑμένων. *Neq; enim uas habetis, quod ostendatis aliud ex corde enatum alióue quopiam quàm membranis.*) Hoc sibi uult: si quidẽ sanguinem suscipit è iecore cor inchoatum solummodo & imperfectum necdũ alibilem, ut perfectum reddat, & alibilem, ut uolunt, nutriendis rectè corporis particulis quas debet: sicuti ex cauæ uenæ ramo intra se accipit, ita uiam aliam habeat necesse est, per quã extra emittat, partibusq; corporis alendis reponat. At quoniam certum est, cordis hostiola, quæ quatuor in uniuersum sunt, sic esse à natura fabricata, ut materiam extrinsecus intro admittentia membranas introrsum reflexas habeant: quæ autem foras intrinsecus repositas emittunt, e diuerso extrorsum membranas easdem conuersas gerunt: duo tantum reperientur, quæ emittant: uena ex dextro sinu arteriosa exportando ad nutriendos solũmodo pulmones sanguini facta à caua prius importato: & ex sinistro magna arteria p quã introductus, per arteriã uenosam spiritus foras de corde in corporis partes reliquas omnes educitur. Vbi igit̃ erit hostiolũ aliud ubi os, p qđ sanguinis tantũ à corde perfecti tã atq; absoluti, quantũ nutriẽdæ bene magnæ corporis parti futurũ satis sit, exportet̃ de corde? quũ nullũ penitus inuenire liceat foramẽ aliud aut uiã, nec mẽbranas q̃ nobis id indicẽt, ab interiori p̃te in exteriorẽ uersę, unde foras sanguis ille ꝓdeat tandẽ. Nã arteriosa uena nutrire pulmones solos satis habet:

magna uerò arteria spiritum spirituosumq; unà omnino sanguinem aliquem cōtinet: at is nutriendis corporis partibus quas deberet nequaquam idoneus iudicandus est.

Καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἔστιν δυνατὸν εἰπεῖν. *Neq; uero dicere liceat illud.*) Hinc & ex his, quæ mox dicūtur, peti aliquot respōsiones poterūt à uolētibus, hoc facere ad quædā cōciliatoris argumēta, ne inaniter prorsus illa repetere hoc loco habeamus.

Εἰ καὶ μηδ᾽ ὅλως ἡ γαστὴρ τρίβει τὰ σιτία. *Etiam si nihil penitus cibos erat uentriculus.*) Hanc enim inuexit in medicinæ suæ decreta sententiam Erasistratus, cōtritione quadam ciborum concoctionem peragi arbitratus: falsò inprimis: caloris enim ope & actione immutatur, alteraturq; cibus alius omnino factus, ut uidere est: id, quod sola attritione minimè continget illi.

Ὅσον τοῖς ἐξ ἀνατομῆς φαινομένοις. *Quantum ad ea quæ ex dissectione apparēt.*) Meritò quantū ad hoc tantum attinet. Nā de corde certior est & euidentior ex eo probatio, ut suprà quoq; dictum fuit: quòd laqueo intercepta arteria pulsatili, motu priuentur illico reliquę illius arteriæ partes omnes, pulsante adhuc & saliente laqueum inter & cor ipsum parte. Vt euidēter oriri de corde arterias ex hoc uno cōprobari ac cōfirmari posit æquè, ut de neruorū ex cerebro ortu.

CAP. VII.

Ὡς μὴ δύνασθαι διορίσαι παλμὸν σφυγμοῦ. *Sic ut discernere nequeant palpitationem à pulsu.*) Palpitatio tam in carne, quàm arteria fortè de corpore cū carne una rescissa frequenter apparet, motu quodā cuiusmodi in corpore quoq; uisitur uiuo: inordinato maximè & inæquali: ut modò attollere se illæ modò demittere, rursusq; nondum prorsus demissæ attolli statim quasi trepidantes uideantur. Quod flatus omnino faciat inæqualiter exhalās, tam in demortuo, quàm in uiuo corpore. At exemptum cor pisci non semel animaduertimus salire adhuc, uimq; exercere pulsatilem suam motu longè magis ordinato: sensim quidē ac minutatim remittente se moxq; etiam desinēte, sed ordinatè magis: ut natiuæ ideo facultatis remanere aliquid appareat hic, sicuti ibi nullam aliam quàm flatus causam subesse cuiusdam. Quod quum in carne pariter rescissa contingere uideatur, ut inordinatè fiat: in arterijs rescissis inordinatè pariter factum indicio esse poterit certo minimè id à pulsatili facultate fieri: non enim in carne fieret, facultate prorsus nulla tali prædita.

Εἴτε δὲ τῷ δύναμιν ἐκ τῆς καρδίας ἔχει τὴν βραχεῖαν ἐπιρρεῖσαν. *An uerò facultatē accipiat à corde influentē, quātā ut quatiatur satis sit.*) Nō ut magna arteria pulsatilem per totū, sed quæ succutiat solum, quasi suffereuescentis aquæ in morē partem uenæ cauæ illā annexam sibi atq; ex annexione tantum cordis motū sentientem, non ulterius progressum, quàm ut annexa sibi trahere secum posit.

CAP. VIII.

Θαυμαστὸν τοῦτο κατὰ πάντα τρόπον.) Addēda negatio, ut sit: οὐ θαυμαστόν, uel οὐδὲν θαυμαστόν.

Τῷ καλουμένῳ πρός τινων ἰατρῶν παρεγχύματι. *Quod à medicis quibusdam παρέγχυμα uocatur.*) παρεγχύματα dicta, quòd quasi interfusa partibus alijs uisantur. In iecoris substantia ꝑpria quod παρέγχυμα illius est, uenis maioribus, minoribusq; multis sensim in ipsum illud parenchyma desinentibus, ijsdemq; cū eo factis: in liene arterijs paruis sed nō paucis: in corde proprij generis fibrosis quibusdā ceu funiculis: in pulmone asperæ læuisq; arteriæ, & arteriosæ uenæ ramis: in cerebro uenis, & arterijs multis ac duplicatis membranis tanquā inuoluta: in musculorum genere, diductis in multa simulq; cōuenientibus in unū rursus neruorum ac ligamentorū membranulis tenuissimis, in tendines demū finientibus. Aliarum partiū substantia cuiusq; propria, suiq; generis ueluti caro, corpusq; alijs: quibus insertū interfusumq; apparet, quod primus ut opinor, Erasistratus mediciq; Erasistratij quidam παρέγχυμα appellauere.

Ἕκαστον γὰρ τῶν ὀργανικῶν τοῦ ζώου μορίων σύνθετον ὑπάρχον ἐξ ἑτέρων ἁπλουστέρων μορίων,

τὸ αὐτῷ ἴδιόν τι τοιοῦτον ὑπάρχει κατὰ τὴν οὐσίαν. *Nanq. unaquaq. instrumẽtaria animalis pars ex simplicioribus partibus alijs siue diuersis cõposita quum sit, prorsus proprium quiddam existit secundum substantiam*) Vbi sunt igitur qui instrumentarias partes non necessariò dissimilares esse contendunt, nec uaria natura cõstare posse affirmant? Quid est enim illud ἐξ ἑτέρων ἁπλουστέρων? an non diuersarũ simpliciorum partium compositionem notat? Et an nõ ἕκαστον τῶν ὀργανικῶν μορίων dixit, quæ aliæ alijs magis minùsue omnes tamen parte ex aliqua partium diuersitatem ostendent aliquam diligenter introspicienti? Omnium simplicissimæ instrumentariæ partes uenę, arteriæ, nerui, si nõ aliud at uillis, fibrisq; in longum productis, etiam per transuersum positis alijs ut in arteria, & uena, coniunctis simul subiectis, superiectisq; alijs, quod maximè in arteria spectatur, constant. Quæ profectò partium accumulatio nõ tota unius est partium illarum parenchymatis: sed sunt, quamuis tenuissimæ, aliquæ tamen (has nunc telas appellemus) quibus in longum transuersumq; protẽlis dispescitur parenchyma: & uilli fibræq; ex eo in medio comprehenso fiunt. Quod satis est ad partium diuersitatem aliquam introducendam. Ne quid interea dicam de uenarum, atq; arteriarum cauitate tam in longum producta: quæ profectò una sicuti instrumentarias, ita non minus dissimilares eas faciat, suis exsimilaribus constent: dissimilitudo enim ea compositionis est, non materiæ ex qua fit. Idem de alijs instrumentarijs partibus ex membranis constantibus censendum: uentriculo intestinis, uesica utraq;: quæ quanquam uenas & arterias suas habeant, & neruos partium diuersitatem constituentes satis liquidò: ex hoc tamen quoq; eadem constitui diuersitas poterit, nempe fibrarum uarietate, cauitateq; ac capacitate manifesta.

CAP. IX.

Ἀλλ' ἐν φυτοῖς μὲν καὶ πάμπολυ τοῦ θυμοειδοῦς ἀπολειπόμενον· ἐν ζώοις δ' οὐ τοσοῦτον μὲν ὅμως δ' οὐκ ὀλίγον. *Verùm in plantis quidem plurimum ab irascibili superatam: in animalibus autem non usq. eo quidem nec parum tamen.*) De concupiscibili ait animæ parte, cuius sedes uiscus minus calidum irascibilis uiscere sit in animalium genere. Nam in plantis ualde plurimumq; infra caliditatem eam positam esse facultatem eandem uult. Non quidem ut existimemus irascibilem quoq; inesse plantis animæ facultatem: sed irascibilis in animalibus respectu multò esse minus calidam plantarum concupiscibilem dixisse uoluit, siue animę partem siue sedem eius intelligens quæ in plantis (siquidem analogam sequi in istis rationem aliquam debemus eorum, quæ in animalibus uisuntur) qua parte radicibus, ramisq; omnibus in trũco, stipiteq; toto exortus fuerit statuẽda est. Concupiscibilis porrò in plantis argumentũ appetitio, qua nutrimentum trahunt, nutriunturq; & nutrimẽto priuatæ noxam sentiunt. Frigidioris uerò quàm in animantibus tẽperamẽti, quod sanguificatio in his à facultate ea fiat: sanguini autẽ color additur suus, caloris paulò maioris in materia terrea frigidaq; detersione. quamuis interea inter plantas quædã reperiantur bene calidæ: sed id in commune dictum accipi debet. Cæterùm plantarum & animaliũ sanguificantium in medio, quod ad concupiscibilis caliditatem attinet, sanguine carentia reponentur, in quibus succus quidã sanguini respõdet proportione frigidior.

Ῥίζωσις φλεβῶν ἧπαρ, ῥίζωσις ἀρτηριῶν καρδίη. *Venarum radicatio iecur, arteriarũ radicatio cor.*) Hippocratis sunt ex libello de Alimento: ut si uenarum inde exortus & cõcupiscibilis inibi quoq; sedes intelligatur: si arteriarum irascibilis. Radicationem autem accipit uenarũ non solùm quæ portæ uenæ est in mesaraicas, sed etiam quæ cauæ in reliquas per corpus dispersas omnes. Magisq; id in corde spectabitur, in quo arteriarum radicationẽ paulo significantius accipias originem propagationemq; illã arterię magnę: quamuis arteria uenosa magis assimilari radicibus queat, hæc autẽ trunco: ut in iecore mesaraicæ radicibus, caua uena trũco. Sed ut dixi, ꝓpagationẽ uisceris utriusq; utrinq;, qua parte ue-

næ

næ arteriæq; enascũtur, radicationẽ appellasse uisus est hoc loco Hippocrates.

Ἡπατῖτις ἐν ὀσφύϊ μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου. *Iecoraria in lumbis ad uertebram usq; magnam.*) Sectione quarta secundi epidemiorum.

ὑποκάτω τῆς ἀρτηρίας.) Atqui arteriæ uocabulum non admodum in usu Hippocrati fuisse uidetur: tantùm de aspera arteria alibi dictum, ut appareat hinc Hippocratis habendum non esse secundum librum epidem.

ἐπιτήδειον ὀξυθυμίης ἐμποιεῖν. Hippocrates epidemiorum sexto sectiõe quinta: quorum uerborum contextus initium: ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ καὶ καρδίην, &c.

Αὐξεῖται μὲν γὰρ ψυχόντων τοὺς πόδας.) Hippocratis, quarto de rati. uic. in mor. acu.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης.) Hom. Odyss. λ.

IN LIB. VII. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS.

CAP. I.

Νομίζει γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος. *Arbitratur enim uir ille.*) Aristo, ut magna Stoicorum pars, quum unam statuissent solùm in homine facultatem rationalem, quam & iudicialem dicerent, meritò unam quoq; solùm uirtutem statuebat, non plures: unius enim facultatis una uirtus. Diuersas autem uideri, ac nominibus pluribus nuncupari dicebant diuersorum respectu, ad quæ habitudinem haberet. Chrysippus contrà uarias multasq; essentia & substantia sua esse uult. Verè quidem ille hoc, sed Stoicorum suorum suiq; adeò ipsius placitis nimis repugnanter. Itaq; uti cogitur argumentis ad Aristonis sententiam refellendam (quoniam tolli, nisi ueritate hac non potest, triplicem animæ facultatẽ constituente) nõn admodum conuenientibus ei, qui rationalem solummodo animæ partem ponat, affectualem amoueat: in qua tamen hæresi Chrysippus semper esse reperitur. ut sibi non satis constare, secumq; pugnantia tradere uideatur, at constare Aristo.

CAP. III.

Δέδεικται μὲν γὰρ ὡς ἡ τοῦ γεγεννημένου ζώου διοίκησις. *Demonstratum enim fuit, geniti animalis dispensationem*) Geniti dixit, nimirum in lucem editi: in hoc enim demùm dispensatio ea rectè peragitur ex principijs tribus. In utero autem adhuc quod continebitur, id in primordio generationis non simul cũcta tria illa principia sortietur, sed ex successione, & tanquam ex προσαγωγῆς potiùs. Atq; artubus suis membrisq; omnibus absolutus, paulò tamen etiamnum aliter, quàm lucris huius usura fruens ex triplici eo principio dispensabitur, neque ingesto per os cibo, neq; indidem respirans, & aliam quandam, diuersam omnino, œconomiam obtinens in quibusdam.

Ἐν δὲ τῷ πρός τι τῆς αἰσθήσεως ἡγεῖσθαι. *In eo uerò, quod ad aliquid, ut & sensui præsit.*) In relatione posita est facultatis ipsius actio. Facultas quidem in essentia sua est, quam obtinet: eius actio quum foras prodit ad aliquid est: ut sentiens, uoluntarium motum obiens, intelligens, memorans, imaginans cerebri facultas, dum hæc agit. Cordis uitalem spiritum, caloremq; corporis partibus omnibus concilians, ac pulsatilem motum arterijs largiens: iecoris sanguificans, corpusq; enutriens uniuersum, dum singulæ omnia hæc operantur.

Ἓν μὲν κατὰ τὴν τοῦ προβλήματος ἔννοιαν, ἢ οὐσίαν, ἢ φύσιν. *Vno quidem secundum propositæ quæstionis notionem, aut substantiam, aut naturam.*) Lemma hoc alterum illud est, quod ad argumenti rationem assumitur, ubi sentiendi ac mouendi uoluntariè instrumentorum principium in corpore uisitur, principalis ibi animæ partis, nempe rationalis constituendam sedem & principium esse: meritò quidem: nam uoluntarius, siue arbitrarius motus, quicunq; uoluntatis extemplò imperium, & sensus animæ uim rationi coniunctam comitatur: ut esse propterea coniuncta cum facultate sua instrumenta illa oporteat. At mouendi,

ſentiendiq́ inſtrumẽtum nerui ad unum omnes (ut quidem exacta nobis diſſectio ſub oculos rimantibus cuncta diligenter oſtendet) principium, atq; originem ſuam deducere à cerebro uidentur. Ex quo quid iam ſequatur, ex primo atq; altero lemmate ſeu propoſitionibus, quas Cicero ſumptiones uocauit, colligere unuſquiſq; poteſt. Non aliud quippe, quàm cerebrum rationalis animæ partis principium, ac ſedem conſtitui ab omnibus debere: utpote in quo inſtrumentorum exortus, quibus mouemur & ſentimus apparens, manifeſto ſatis eſſe argumento poſsit, facultatem quoque unde iſta fluunt, ibidem habitare.

Καὶ μᾶλλον μὲν ἐπὶ τῶν πρεσβυτέρων ζώων, ἧττον δ' ἐπὶ τῶν νέων. Magisq́, in ſenioribus animalibus id, minus in iuuenibus.) Cuncta, ait, modò enumerata magis in ſenioribus conſpici, quàm in iuuenibus animalibus diſſectis. Ea autem erant inter alia, ut ſectis anterioribus cerebri uentriculis minor ſequeretur noxa: paulò maior medio: hocq́ adhuc ipſa maior poſtremo: ac quo antiquum uetuſq́ magis fuerit animal, eo magis lædetur anteriorum uentriculorum diſſectione: in reliquis adhuc magis magiſq́. Quod non aliam ob cauſam fit quàm ſpirituum animalium, ut reliquorum etiam, in ſenioribus animalibus paucitatē. Paucitas porrò ob frigiditatis, ac ſiccitatis intemperiem: eo quòd calore maximē & humore foueantur hi adeoq́ generentur. Neq; id igitur mirari debebimus, ſi quidem uentriculo oblæſo omnium ultimo, maximum deprehendatur nocumentum: cerebri enim omnium nobiliſsimus is eſt, qui ſemper magnam ſpirituum copiam requirit: reliqui duo minùs nobiles, minuſq́ ſpirituum exigunt: & in ſenibus ſubinde magis magiſq́ inanes: ut ideò quo pauciores ſpiritus eo ſemper magis lædantur, quippe maiore exinanitione & noxa, quo ſpirituum minus.

Ἀλλ' ὁ τάνγε συναχθέντων τῶν κοιλιῶν, ὀλίγον ὕστερον αὖθις αἰσθάνεται καὶ κινεῖται τὸ ζῶον, οὐκ ἔτ' ἐνὸν τι φάναι τῶν εἰρημένων ὑπάρχειν τουτὶ τὸ πνεῦμα. Cæterùm quum coniunctis uentriculis paulo pòſt ſentiat rurſus, & moueatur animal, non ulterius dicere licebit ſpiritum hunc ex dictis eſſe.) Dicta porro duo erant, aut ceu domicilium exiſtimandum eſſe animæ ſpiritum hunc, ſiquidem incorporea eſſe anima: aut, ſi corpus habenda ea eſſet, hũc ipſum ſpiritum eã ipſam credendum eſſe animã. Quorum utrumq; ex eo tollitur, quòd exinanitis ſpiritib. primò, rurſuſq́ collectis, iterum redit animali ſenſus motuſq́: non enim rediret, ſi alterutrum eſſet: quippe periret ex toto animal, uel cum domicilio unà ſuo abeunte anima initio, ſi pro domicilio illi eſſet ſpiritus uel per ſe, ſi ſpiritus ipſamet ille foret. At nõ perit, ut diximus, pereuntibus interea in totum ſpiritibus: nam qui redeunt, denuo generantur. Itaq; inſtrumentum potius dicendus erit animæ ille ſpiritus, cuius quamuis interitu & extinctione, non extinguatur tamen, & intereat anima cerebri corpus inhabitans, temperiemq́ ibi nacta ſuam, ſibiq́ propriam ac familiarem. Quam quum primum incongruam, nec naturæ ſuæ quadrantem ſatis, aut conuenientem repperit, continuo aliò migret, non ipſa quidem temperatura, ſed temperaturæ libenter illius hoſpitio uſa, ac functionibus ſuis ſpiritus adhibens illos pro inſtrumento. Ex hoc autem loco non facilè conuincetur Galenus de animæ interitu ſenſiſſe quippiam.

Ἔτι δὲ κἂν μᾶλλον ἐλπίσαις γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα τοῦτο τῶν ἀγγείων ἀναπνεόντων αὐτό. Magiſq́, etiamnum gigni ſpiritum hunc perſuaſeris tibi exſpirantibus illum uaſis.) At quônam demum pacto gignitur ſi factum iam expirant arteriæ? Sed ita accipiendum hoc: expirari quidem ab arterijs ſpiritum hunc, ſed uitalem adhuc tamen: qui deinde longa atq; exquiſita in retiformi plexu illo præparatione uentriculum ingreſſus cerebri, eiuſq́ ipſius temperamento alius factus, animalis illico euadat.

Τόδ' ἐκ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ψυχικόν, οὐχ' ὡς οὐσία ψυχῆς ὑπάρχον, ἀλλ' ὡς ὄργανον πρῶτον αὐτῆς

αὐτῆς οἰκούσης κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, ὁποία τις ἂν ᾖ τὴν οὐσίαν. *Verum qui in cerebro spiritus est, animalis est, non quasi animæ substantia, sed primum illius instrumentum in cerebro habitantis qualiscunq; tandem substantia illius fuerit.*) Ex spiritu uitali fit animalis; ut modo diximus tenui tenuissimus, temperamentóq; iam alio à cerebro accepto, proinde essentia quoque, ac substantia alia non tam, quàm uitalis spiritus efferuescente. ut si refrigerando cordi eiusqúe coercendo calori additum fuisse à natura cerebrum Aristotelem sequutus contendat aliquis, permittere id illi hactenus quidem possimus, ut uitalis spiritus expiratus de arterijs à corde deductis, cerebri temperamento occurrens, formam aliam ac naturam suscipiat paulo magis refrigeratus: non autem ut cordis uiscus cerebri uiscere, quod Aristoteles censuisse uisus est, ratione ulla alia refrigerari queat. Ergo tātā tenuitate præditus animalis spiritus, omniúmq; minime corpulentus nondum tamen animæ subire rationem ualet, dictis supra de causis, & iustum tantummodo ac conueniens animæ instrumentum censetur, hoc quidem minime non incorpoream ostendet nobis esse oportere animā qualis, qualis illius substantia sit, uel apud ambigentes de ea, siue non temperatura quidem, sed temperaturam sequens ratio quædā habenda fuerit, nescio quæ illa sint, siue quod multæ magnæqúe probare rationes possunt, substantia per se alia nulli obnoxia interneciόni.

χρόνῳ δ' ὕστερον εἰ κατὰ συμπάθειαν ἔστι κίνδυνος. *Quòd si tempore deinde per consensum periculum sequitur.*) Quippè detractis nerui membranis amittere tempore pòst facilius temperamentum suum possunt: & spiritus non continebitur motorius aut sensorius ille tam prompte.

CAP. IIII.

Προσκείσθω δ' ἐν κοινῷ σκέπτεσθαι καὶ ταῦτα μὲν ἀμφότερα τὰ νῦν εἰρημένα. *Addatur porrò in commune, ut & utraq; hæc, quæ diximus considerentur.* Primum fuerat, utrum neruis spiritus insit suus quidam, ut cerebro suus: alterum num spiritus is innatus neruis, & ceu indigena eorum sit: eiusmodiqúe ei fuerit, num per se motus sensusqúe author sit, an potius tanquam nuntium superuenientem ex cerebro expectet, quo ueluti impulsus ad opus illico accedat: ne uidelicet, si per se faceret, superuacaneus uideri possit collectus in cerebri uentriculis spiritus: uel nullum penitus nerui spiritum obtineant neq; motorium, neque sensorium, sed supernè ex cerebro expectent, quo primum tempore sensu, motúq; futurum opus sit: Tertium addendum his, καὶ πρὸς τοῖς δὲ τρίτον, ἢ κατὰ ποιότητα τῶν συνεχῶν ἀλλοίωσις, num scilicet ex cerebro spiritus substantia in neruos, an continuata successione qualitas tantùm quædam descendat facultate sua, & sensum & motum ciens. Ac priores quæstiunculas haud difficulter solues. Etenim quēadmodum non inesse pulsatilem arterijs uim natiuam, insitamq; ex eo demonstratur, quòd in laqueo interceptis, quæ post laqueum fuerit, ab origine pars continuò pulsare ac salire desinit, quod non faceret, si innatam sibi, non autem ex corde fluentem obtineret facultatem eam: ad eundem penitus modum demonstrari de neruis quoq; possit. Non enim uinculis constricta sentiet pars posterior, sensura omnino, si spiritum sortitus esset neruus animalem congenitum sibi ullum. Quòd si nullus is, ne pulsationem quidem expectabit ullam à cerebri spiritibus, tanquam nuntiam. Quocirca ea restabit quæstio una: num de cerebro in neruos spirituosa substantia ad motum sensumqúe ciendum, an facultas solum sine substantia demittatur, hoc est qualitas tantum quædam & incorporea species: an utrumque potiùs fiat. Fieri nanque id quoque potest, ut neruis aliquatenus induatur spiritus substantia sua, uehemensq; ex eo alteratio oriatur, quæ qualitate tantum absque substantia ad mouendas deinde usque partes pertingat: quo ferè modo uisionem fieri demonstratum à se alibi Galenus affirmat.

ὅπερ ἀμέλει κἀμοί, καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὑπάρχει. *Quale denique mihique, & multis alijs contingit.*) Quibus nimirum uisorius spiritus ille igneus, lucidusque, ac flammeus magis, magisque æthcrius natura, & temperamenti bonitate contigit. Ponitur autem pro argumento hoc uisorij spiritus illius nonmodò ad oculum peruenientis, sed foras etiam aliquo usque prodeuntis: neque enim noctu aliter, aut in tenebris splendescentia cõspici posse illa uerisimile est, nisi illi ipsi spiritus sint, qui foras prosiliunt.

λέουσι δὲ καὶ παρδάλεσι, καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οἷς αὐγοειδὴς ἱκανῶς ὁ ὀφθαλμός. *Leonibus autem, & pantheris, & animalibus alijs, quibus benè luminosus oculus est.*) Argumentum ad idem quod prius, ac multò tamen euidentius. Non enim nobis id òculis obuersari nostris uidetur, ut in superioribus, in quo decipi phantastica imaginatione aliqua possumus: sed quum in quorundam animalium oculis id euenire nostris ipsimet oculis perspiciamus, opinione melius nostra confirmabimur.

. Ἡλίκος ἂν ᾖ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ διαστήματος, ὁ κύκλος αὐτῆς. *Quantus quidẽ pro interuallo proportione circulus ipsius fuerit.*) Interuallum intelligit inter oculum & nares: quod quo maiǜs fuerit, maior quoque haud dubiè ad nares splendescẽs circulus apparebit, quem emissus ex oculi pupilla spiritus fecerit, usque magis magisque augescente cono. Apparet autem ex oculi conuersione ad nares, nam ibi primum denso magis corpori occurrens ex reflexione uidendum se præbet spiritus cum splendore in circulum, quippe ex oculi pupilla circulum exiens.

Ἢ ὅτι διὰ μὲν συνεχῆ ἡ μετάδοσις ἀσθενὴς γίγνεται τῶν δυνάμεων. *An quòd continuè facultatum distributio imbecilla fit.*) Spinalis medullæ exortus cauus factus est, quia si solidior densusque totus fuisset, non recepturus facile fuit immissam à cerebro, contentoque cauitate ea spiritu facultatem. Sed & id accedit ex eo præterea commodi, quòd meatu illo collectus magis magisque spiritus immitti subinde ad propinqua neruorum inexhaustus: impulsuque ob id maiore sentiendi, mouendique facultatem neruis omnibus inuehere. eamque alterationem addere successione partium potest momentanea, qua sensum, motumque exercere ualeant, etiam ut spiritus substantia per totum non deuehatur, immittaturue.

οὐ μὴν ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείνεσθαι. *At non plurimum tamen protendi.*) Videri potest ex hoc dicto Galenus, si rectè accipiatur, non spiritalium radiorum ex oculi pupilla ad cœlum usque prolationem extendisse, ut obijciunt: sed eos aliquatenus progressos censuisse substantia sua impulsuque maiore immissos aeri: quod reliquum illius sit alterare, atque immutare solere, & ad sui proprietatem uocare: cõmunicataque ita illi facultate huiusmodi incorporea, iam longisimè latisimeque diffundi, solaris luminis more, posse: ut analoga ratio seruetur, quam prius cum neruis instituit, quorum explicandorum gratia in hæc diuerterat, spinalis medullæ exortus cauus ut uisorius neruus cauus: spirituum utrobique collectio, utrobique eorundem impulsio, atque immisio: ulterior à medullæ exortu in neruorum proximam originem aliquatenus, & aliquatenus à uisorio neruo in oculi pupillam, adeoque ulterius in proximum aerem: in neruis facultatis incorporeæ per omnes distributio sentiendi, ac mouendi, momento temporis facta: in aere uisorij spiritus emisione, illiusque in aerem impulsione. Accepta inde facultas, & alteratio totum statim permeat, ut solis splendor, ut species incorporeæ omnes: ut minimè mirum id uideri debeat. Magnete quidem illitum calybem, quæ ad polum conuertit uis, & facultas, quæcunque ea sit, aut cœlo demittatur, aut longisimè ab eo disitis orbis partibus statuatur oportet. Atque hæc sunt omnia, quorum partim uidemus, partim exempla certa habemus in alijs. Visorium neruum, spinalisque medullæ exortum, ac meatus spiritum colligentes immittentesque in propinqua, uidemus: exempla non desunt eorum, quibus splendescentia noctu, ante oculos

los post somnum statim obuersantur. Idem spectatur in pantheris, siue pardis, ac Leonibus, quinimò felibus domesticis quotidie, certum exeuntis foras spiritus illius signum etiam Galenum de negotio hoc toto impugnantium confessione: qui in animalibus quibusdam contingere id negari non posse dixere, ac noctu tantum fieri concessere, illam interea causam afferentes, cur interdiu quoque fieri idem haud debeat, quod necesse futurum non sit, nec conductu-rum quicquam. Quid? causam quæso aliam uisionis suæ habebunt illa noctu, aliam atque aliam de die, quę quidem rei huius essentiam mutet, aut aliam faciat, nescierint aut scierint nescio. An non uenerit potius in mentem illis, quum illa scriberēt, nonnulla ignis, & igneorum genera noctu uideri, interdiu, quamuis existant, non uideri? ut idem in animalium id genus, oculis euenire debere ual de credibile sit, splendescensque illud ex oculis emissum, quanquam non uideatur interdiu, existere tamen, ac subesse semper? Eius porrò, quod dicebatur, in spinalis medullæ exortu spiritus immissione, atque impulsione ad neruorum originem, postquam eam paulum, alteratione deinde sola, & immutatione repentina neruorum omnium, quod reliquum est, de sensu, motuque totum peragi, idemque à uisorio spiritu in aere fieri, ut alteratus immutatusque speciem tantum cam absque ulla substantia recipiat, minimo temporis momento per omnia diffundendam: quum emissa propagataque de solari corpore luminis, tum à magnete, quæ ferrum rapiat, & ab alijs aliæ exemplo esse potcrunt incorporeæ omnino species Hic aperiendus uidebatur mihi Galeni locus hoc pacto, in quo id maximè probatum uult uisionis exemplo in neruos ad mouendum & sentiendum non demitti per totum spiritum, sed facultatem solum ad id ex alterationis & immutationis speci e incorporea.

CAP. V.

τὸ βλεπόμενον σῶμα δυοῖν θάτερον. *Quod uidetur corpus è duobus alterum.*) Hoc est dicere, aut demittitur ad nos aliquid de re uisa propter quod uideamus, aut à nobis exit ad uidendum aliquid. Non peruenire ad nos illud, esse iudicio potest, quod si decisa de corpore quod uidetur, pars aliqua, ut Democritus censuit, mitteretur ad nos, uel facultas uel idolum, uel qualitas, rei uisæ magnitudinem haudquaquam cognosceremus: nam tametsi incorporeum idolum sit, speciem tamen magnitudinis rei tenet, ac repræsentat, quam profectò pupillæ oculi exiguitas non capiet. ut necessariò foris ea propter, atque extra nos fieri ui sio uideatur. Hoc argumentum quum maximè pro Platone Galenoque pugnaret, silentio inuolutum pertransiit consiliator, causæ quam agit, hic quoque præuaricator, ut quum de uenarum origine agebat. Non solùm autem magnitudo cognoscitur, sed rerum etiam positio animaduertitur, & interualla oculorum, uisæque rei in medio notantur, cuncta illicò, ac simul. Quorum nihil in auditum, nisi ægrè ac ratiocinio demum intercedente fit: in quo confessione omnium per delatas ad aurem species sensus fit aliqua alia. Quod quum in uisu non fiat, omnino fieri ratione necessarium futurum sit Sed & id præterea satis ostenderit uisorij spiritus radios ab oculis emitti, quòd proximas nobis nebulas, adeoque intra ipsas positi non satis uidemus: quippe emisi spiritus radijs ualenter nebulæ raritatem pertranseuntibus: priusque is illius speciei occurrit, quàm extra se tantum iaciat: uisorij spiritus intra illam iam sunt. Quod plus minus uident alij alijs, longius propius: fit pro spirituum quantitate maiore, minoreque, qui procul, aut propè tantum mitti possint. Quòd, ut melius prospiciamus, assequimur pluri lumine ad obiectum, quàm ad oculum apposito: fit, quia longius protensus uisorius spiritus ideoque non satis iam ualidus, lumine eo ueluti foueatur: itaque per obiectum diffūdi ualidè potest siue obiecti potius speciem ab obiecto resilientem; cuius planè commercio, ac quadam tanquam consociatione

arione uisionem totam peragi existimasse uideri poterit cum Platone unà suo Galenus. Quòd enim alterutrum necessariò euenire debere dixerit; id non auferet nobis: quin utrumque ex parte de illiusmet sententia contingere possit, illa quam modò narrauimus ratione.

Ἅμα δὲ καὶ κατὰ μίαν ῥοπὴν καιροῦ πρὸς ἕκαστον τῶν ὁρώντων. εἰ καὶ μυρίοι τύχοιεν ὄντες ἀφικνεῖσθαι. Præter id, quòd momento etiam temporis uno ad uidentium unumquemque peruenit.) Idolum scilicet ac rei uisæ species. Aliud hoc argumentum, non suscipi rerum uidendarũ ab oculo speciem posse ad uidendum: propterea quòd fieri haud posse autumet Galenus, ut eodem omnino tempore perueniant: uidentur enim impeditura se idola eo pacto. Sed & id præterea argumenti: Aequaliter omnino uiderent omnes, si id fieret: neque speciei conus alijs dilataretur, angustaretur alijs. At responsum huic satis credunt quum dicunt: Aquam aliter speciem recipere, aliter aerem: atque alio modo glaciem, alio speculum cauum, curuum, planum: quæ tamen patiendo recipiant omnia. Non nescimus hoc fieri quatenus in diuersa semper materia recipitur, sed cuius tamen complanata & polita superficies fuerit, nec speciem transmittat. Quare quod de aere dicunt, uideant ut simile sit: aer enim, nisi densitatem quoquo modo nactus, non illo, quo alia, modo recipit species, sed per totum diffusas transmittit nec repræsentat. Specula porrò curua, caua, plana ob positum partium uarium uariè proculdubio accipient species, & acceptas reddent. At curua eodẽ semper modo, ac ratione omnia: caua itidem eodem, sed suo: & eodem plana. sicuti sanè aqua eodem modo omnis: & glacies alio, quam alia multa modo: sed eodem tamen secum glacies omnis modo qua glacies. Vt oculus quoque qua oculus, eodem omnis debuerit recipere species modo, quod non uidemus. hæc est argumenti illius uis, ad quam illi nihil: nõ enim ad rem quicquam, quod ab his dicitur, ut modò ostensum. Et oculi quidem pupilla cuiusuis, siue corneæ potiùs pupillam legens pars species recipit, eodem prorsus modo, qualescunque recipit: quas conspicere liceat in alterius sæpe oculis. De quibus nulla est nobis hoc tempore disputatio: sed de rerum speciebus, à rebus per aerem uueæque tunicæ foramen, nempè pupillam, ut isti contendunt intrò delatis. Quod si esset, perquàm necessarium foret, æquè ut omnes uiderent: at non uident. De specillis uerò quod affertur, etiam irrisione dignum putant argumentum. At nos non minorem inesse in eo uim credimus: quanto quidem probabilius uidetur in his, qui paulò remotiora intueri, ac discernere nequeunt, iuxtà positis specillis, spiritus uisiuos paucos quidem illos, sed lucidos, & illustres crystalli paratæ ad id transmissione (incumbentibus enim alio super alium ceu circulis quibusdam fit) in unum coactos, eoque ualidiores ulterius, non dissipatos ferri, facereque impressionem ita in aerem immutareque eum, & alterare ad rem usque uidendam, uel paulo magis remotam posse: quàm ut deferri à rebus paruis æquè ac magnis in specilla species per idem transmittendas specillorum spatium omnes: ut diuersa mox, ramque angusto in spacio, quod inter oculũ & specillum intercedit, magnitudinis specie, seu idolo uisui offerri credamus: quod ratione carere omni uideatur. Ad hæc non satis argumenti ex eo duci dicunt, quod interimat hominem Basiliscus, & profluentibus mensibus mulier speculum maculet: neque enim spiritus id uisiui, sed tetri uaporis emissione ex oculo erumpentis fieri. Verùm quo aut quomodo quáue demùm ratione, libenter ab his quærerem: ex oculo ne toto, an pupilla. longè opinor, ex hac & promptius, & uberius. at inde uisiuus semper spiritus prodit: qui ut esse dirus, ac uenenosus in Basilisco possit, pollutus in muliere, at spiritus tamen semper est, erumpens inde: quod nobis satis sit. Quòd si basilisco uisorius neruus aliquo pacto impeditus, non ulterius transmittere spiritum posset, aut suffusione laboret mulier, menstruis purgationibus quantumuis maximis erumpentibus, nũ aut hominem basiliscus interimet, aut polluet speculum mulier? neutrum, ut

ego

egò quidem arbitror, continget. Quod signi futurum sit, & spiritum inde emanare assiduè, per quem uidemus, neq; ex toto oculo uirus illud eiaculari.

τῷ τι ὀπτικῷ ὐχ' οἷόν τε τοσαύτην χύσιν ἐκτεινομένῳ λαμβάνειν, ὡς περιχεῖσθαι παντὶ τῷ βλεπομένῳ σώματι. Neq; potest uisiuus spiritus effluxione tanta protensus corpori, quod uidetur, circumfundi toti.) Non solùm non est in eorum sententia Galenus, ut quorundam imperitia censuit, qui uisiui spiritus radios ad cœlum usq; & astra uidenda produci posse affirmabant, uerum etiam acrius alijs impugnat illam. Alij dixere spiritus uisiui non posse exiguos, ac tenues radios dilatatos tam in longum extendi: dissipatum enim iri illos necessariò, ante quàm eo perueniant. Galenus cùm hoc tum etiam ut perueniant pertingantq;, at tantos tamē nunquam futuros, ut corpori se toti uidendo circumfundant, quod necessarium est, si futura uisio sit toti, ut puta cœli parti, quam uidemus, aut monti maximo, remotissimo. Quum igitur neq; hoc, neq; illo modo fieri uisionem perspiceret: eam quæ utrumq; complecteretur, inuit ratione quæ huiusmodi est. Exit spiritus uisiuus ex oculi pupilla aliquousq;: impressionem mox in aerem proximum facit, impulsuq; se induit in eum ualido: immutat, alterat, participē qualitatisq; suæ facit, iam non corporeæ, quæq; se in omnem aeris partem diffundere queat, specierum incorporearum ritu: fortasse etiam quę obuias uidēdarum rerum species suscipiat: eaq; demùm ratione sequatur extemplò uisio ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ cuncta, ob spirituum tenuitatem simul, simul specierum repentinam & assiduam effluxionem, ac coitionem. Clamant hîc miranturq; ad id erroris compulsum Galenum, ut sentientem aerem faceret. Non fecit, qui uisionis sensum fieri in arte tantum dixit. Sanè nec qui uocum, uerborumq; significationem fieri in arte dixerit, propterea significantem hac aerem dixisse aut fecisse uideri debuerit, dūtaxat ex effectione, aut forma rei, nisi forte ex materia significationem suscipiente, cuiusmodi nos uisionis causam nō quærimus hîc, sed efficientem potiùs ac formalem. Et alioqui suscipiens aer promptè rerum species omnes, alteratuq; & immutatu facilis, cur non hanc quoq; posset, non ut uidendi munere fungatur ipse sed ut uidendi uim, ac potentiam deferat, particeps quadamtenus illius factus ut mouendi sentiendiq; facultatem neruus defert, qua similitudine paulo pòst usurus Galenus est. Rursus alij aeris impulsionem & intentionem illam reijciunt, nihilo peius inquientes uideri res à retrocedentibus: atqui regrediendo fieri impulsionem non posse. Nescisse hi uidentur, aut non repetijsse memoria, nihilò secius proijcere nos de manibus iaculum, nec multo minùs uehementer resilientes ac gradientes cessim: fugientesq; olim Parthos ferire hostem solitos non minùs nec imbecillius multo. Vt eadem ratione retrocedentes intueri res, spirituum emissione facta uehementi satis possimus: ac tanto magis, quanto tenuitate sua spiritus hi citissimè per omnia penetrare non magna difficultate, ac nullo penè temporis momento possunt: etiam ut is à quo emittuntur, retrogrediatur: maior enim multo spirituum ac uehementior processus, quàm corporum retrocessus.

Στερηθήσεται ὐχ' ὡς Ἐρασίστρατος οἴεται τοῦ παρὰ τῆς καρδίας ἐπιπεμπομένου. Priuata nō quemadmodum Erasistratus putat, immisso ex corde.) Deest πνεύματος uel tale aliquid. Arbitratus enim fuit Erasistratus arterias non iccirco impleri, quia attollerentur, sed iccirco attolli, quia implerentur immisso à corde spiritu aut spirituoso sanguine: quod non est. Attolluntur enim uirtute, ac facultate incorporea à corde repentè, atq; assiduè in omnes emissa: trahuntq́ue ad se eo pacto materiam aliquam qua replentur: non autem replentur illa primò, qua exterisa deinde attollantur.

Αἱ γὰρ τῶν οὐσιῶν ἰδιότητες οἰκείας ἑαυταῖς ἔχουσι καὶ τὰς τῶν δυνάμεων ἰδιότητας. Nam substantiarum proprietates, familiares sibijpsis habēt facultatum quoq; proprietates.) Partium proprietas ex temperamento maximè fuerit atq; inprimis: tum ex cōstitutione nempè συνθέσει: utrumq; substantiam partis faciet, totius nimirum οὐ-

σίαν quæ ex tali temperamento taliq; constitutione,siue consistentia malimus, existit. Hanc ex duobus his substantiæ proprietatem proprietas comitabitur sua,appositaq; illi ac familiaris: ut cerebri substantiæ proprietatem facultatis proprietas quæ spiritum animalem generet. Ac nerui oriuntur quidem à cerebro & temperamenti illius multum retinent:substantiam uerò totam non retinent,quia nec cōstitutionem,compacti magis facti illo,plus,minus,omnes. Itaq; nec gignere quidem spiritus illos quos cerebrum possunt:ideoq; ex spiritibus cerebri quod secundo loco illis fuit,demissam sentiendi,mouendiq; facultatem repente temporisq; momento usq; accipiunt.

Καὶ τὴν διασώζειν ὡς οἷόν τ' ἦν τὴν ἐγκεφάλου φύσιν. *Atq; ut seruaretur quoad eius fieri potest,cerebri natura.*) Seruatā oportuit uisorio neruo,quatenus possibile fuit,cerebri naturam quam modo substantiam eius esse diximus: temperamentum nempe & constitutionem:interiori in parte præsertim ut mollior esset,caususq;,accommodus ita futurus & spiritus animalis ex parte generationi quòd temperamento non multùm diuerso esset, multoq; magis eiusdem conseruationi. Quod quidem erat opus suggerendis continenter, ferasq; emittendis spiritibus quorum magna copia donandus ille erat:ut spinalis medullæ originem spirituum plenam esse uidemus eadem ratione atq; eandem ob causam.

ὥσθ' ὃν ἔχει λόγον ἐγκέφαλος πρὸς τὰ νεῦρα, τοῦτον ὀφθαλμὸς ἔχει πρὸς τὸν ἀέρα. *Quare quam habet cerebrum rationem ad neruos,eandem habet oculus ad aerem.*) Hactenus quidem,ut sicut emanat è cerebro impelliturq; ad neruos spiritus, ex quo mox sentiēdi,mouendiq; facultas per solam qualitatem neruos omnes statim permeat:ita ab oculis emissus,impulsusq; in aerem spiritus, uidendi deinde facultatem per aerem totum absq; substantia corporea ulla,materiaue largitur.

ὅτι μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ἐνίοτε τῆς ἁφῆς. *Nisi uerò ex accidenti quandoq; tactu.*) Attrectando benè res quas tangimus,& magnitudinem deprehendere rerū poterimus & figurā:sed ex coniectura id erit quadam potiùs non sensu primo,ac per se:ex accidēti igit̄:ut & grauitatē,& motum eodē tactu ex accidenti sentimus. Ad eundē modū iudicandū de auditu & odoratu.quod mox tangit̄ à Galeno.

ὅθεν οὐδ' οἱ γεωμέτραι μετ' ἀποδείξεως. *Vnde neq; Geometrici cum demonstratione.*) Opticos intelligit,qui perspectiuam docent,ὀπτικήν: ea enim quoq; Geometriæ pars est. Hinc ut opinor Geometricos scripsit, non Geometras, denominatiua uoce,& non primitiua.

οὐχ' ὡς βακτηρίας τινός, ἀλλ' ὡς ὁμογενεῖ τε, καὶ συμφυεῖ ἑαυτῷ μορίῳ. *Non quasi baculo aliquo sed quasi congeneri,ac cognata sibiipsi parte.*) Tanquam per baculum aspicere nos dicebant: hoc est immissa in oculum specie perrectam lineam, ut per baculum rem extra oculum minimeq; ab eo eductam.

CAP. VI.

ἅπαντι μορίῳ νεύρων μετειληφότι δύναται αἰσθάνεσθαι. Existimarim esse addendū, ὂ, ut sit, οὐχ' ἅπαντι. *Nō quauis parte neruorum participe sentiri possunt*) Probat enim exemplo sensus tactus,instrumenta sensuum omnium sensibilibus familiaria, & apposita,eiusdemq; esse naturæ oportere Siquidem corporum renitētiam, quum tactui occurrunt,acutum uidelicet eorum & obtusum,quam primā Galenus constituit differentiam tactilem:tum & secundam,caliditatem eorum & frigiditatem non percipiet uisus,aut auditus instrumentum proprium,qua tale nisi neruos præter proprium,tactus differentijs percipiendis delegatos sortitum fuerit:quòd si fuerit,tunc non addendum fore illud ὂ, uerbis iam recitatis dixerim. Reliqua quæ communia dicuntur sensibilia ex accidenti cūcta accedent. Ac prima sensibilium differentia in sensu tactus meritò acuti, & obtusi fuerit:calidi & frigidi secunda:quòd illa corporis quanti esse potius uideatur ista qualis. Prima autē forma extensio materiæ,quæ quantitas habetur: in qua soliditas,& occursus seu renitentia,ac tactus instrumentum terreum quum sit, ac solidum,huius primo discrimina persentiscet.

οὐκοῦν

οὐκ ἐστιν ἀλλοίωσις ἡ αἴσθησις, ὥς τινες φασὶν, ἀλλὰ διάγνωσις ἀλλοιώσεως. *Non igitur alteratio est sensus, ut quidam aiunt, sed alterationis dignotio.*) Quam multa enim alterantur, quæ non sentiunt. Ergo cum alteratione unà sentiendi quoq; facultas coniuncta sit, opus est, ut dignoscatur alteratio, sensusq; ita peragatur.

Εἰ δὲ καὶ τὴν διάθεσιν αὐτὴν ἐθέλοις καλεῖν ὀδύνην, ἢ πόνον, οὐ μοι διαφέρει. *Quòd si affectum etiam ipsum uocare libuerit dolorem non curo.*) Sicuti sensum aliqui alterationem esse ipsam dixere, quum tamen alterationis perceptio potius sit, & dignotio: ita dolorem affectionem esse ipsam dicere aliqui possint, quum affectionis præternaturalis sensus potius dolor sit. Idcirco nonnulli ex nostris Latinis sensationem malam, & prauam dolorem dixere. Atq; hæc modò sciantur ita se habere, nihil sanè retulerit, hoc illòue modo dicatur. Esse porrò dolorem non affectum sed affectionis sensum maioris, ac præternaturam factæ, uel illud argumento fuerit, quod ab Hippocrate dicitur in aphorismis: quicunque dolentes parte aliqua corporis, dolorem non sentiunt, his mens ægrotat. Dolentes inquit, dolorem non sentiunt: nimirum ij, qui causam, propter quam dolerēt, habent, si mente constarent: ut in affectu quidē positi sint: nec dolere tamen queant, quippe non sentientes, doliturí omninò si sentirent. Ergo coniunctum cū sensu dolorificum affectum esse oportet: ut dici ideò affectus huiusmodi dolor non debeat, nisi sensus prætereà adsit: sicuti sanè ne alteratio quidem ipsa sensus, nisi alterationis dignotio, & immutationis, sed naturalis & exiguæ, ac sensim factæ accedat. Nam dolor uiolentæ ac præter naturam affatimq; ingruentis alterationis sensus erit.

CAP. VII.

Ὡς κινδυνεύειν ἄχρονον εἶναι. *Propè ut sine tempore fiat.* Contendunt optici, illuminationem in tempore omninò fieri aliquo, quāquam omnium breuissimo, nec quod percipi satis possit: iccirco ὡς κινδυνεύειν ἄχρονον εἶναι dictum. At concessurus non uidetur Aristoteles ut in tempore illuminetur aer, quod nos lateat: exiguo enim in spacio latere id fortasse posse permittendum: ut sed ad longissima sæpe uidemus in remotissimos tractus solis illuminationem fieri ut idem sequatur, rationi consonum non uideri ait, secundo de anima.

μορφὴν μὲν γὰρ τῆς ποικιλίας τῆς περὶ τὰ μόρια σχημάτων ἐργαζομένης. *Nam formam quum figurarum, quæ in membris sunt, uarietas constituat.*) Figura dispositio quædam est extremitatis corporis, siue extremarum partium corporis, ex quibus forma totius erigitur, quæ aut quantitas est, aut certè in quātitate posita. Quomodo igitur, quum species solùm rei, sine re ingredi oculum possit, uelut in alijs sensibus euenit, qui per specierum receptionem fiunt, ut coloris species suscipiatur, quantitatis suscipietur, aut rei in quantitate positæ, ut figuræ? & quomodo fiet occursus uarietatis partium in speculo? factusq; quomodo deferetur intra oculum per refractionem, nisi frangatur? at fracta, reflexaq; ita figura quomodo partium extremarum dispositionem seruare intro delata poterit? imò uero quomodo deferri, nisi corrupta atq; inuersa penitus, quippe quæ ingredi integra, ut coloris species non potest? quæ omnia, si rectam sequuti fuerimus rationem, constabunt sibi: nam & figura uidebitur rei in loco in quo est: & emissionem occursumq; radiorum, ac facultatis uisiuæ ad oculum facilè tuebimur: & refractionem reflexionemq; illam rei prius ab oculis emissæ affirmare nobis licebit. Sine re, inquient, ingrediūtur species. Sanè ita sit: at sub specie tamen magnitudo ingreditur sua, forma, figura, distantia, quæq; suis quod fieri hic nequaquam potest: speciei enim rerum harum diuersarum inter se conus ad oculum idem fieret, ut seruare propterea integram ad uisionis usq; instrumentum speciem suam nequeant. Quin in sensibus, qui sine controuersia patiendo fiunt, quum proprij sensilis species ad sensus instrumentum deferatur, reliquorum sicuti sensilium communium, non deferuntur, sed eorum & cogitatio est, & memoria, & ratiocinium. Quod quoniam longè aliter euenire

tam longo ſpacio titubans uacillet, ac tremat? An non tranſmitti uiſum per maris meatus in problematis dixit? non'ne ibidem nigrum id eſſe alicubi pronunciauit, per quod meare uiſus nequeat? διοῦ μὴ ἔρχεται ἡ ὄψις, inquit. Vt niſi ſententiam ſuam alibi prolatam relinquat, effectorum huiuſmodi rationem cauſamq́ quam afferat nullam ſit habiturus, & poſtea nihil retulerit quamcunq́ uiam ſequamur. Derogeť ergo fides libris problematū omnib. quod Galenus dixit, in quib. aut hæc aut propria abrogetur eius ſententia: alterutrū enim neceſſariū.

ὥσπερ τὸ νεῦρον εἰς τὴν τῶν ἁπτῶν. *Quemadmodum neruus ad tactilium dignotionem.*) Neruus ad exortum ſuum ſpiritus animalis impreſsione, atq́ impulſu uehementi, ſentiendi, tactilesq́ differentias percipiēdi facultatem accipit, immutatus alteratusq́ totus facultate illa. Sic aer ſpiritus uiſiui impulſu qui animalis & ipſe eſt, uidendi facultate alteratus induit illam & aliquatenus particeps illius fit. Vt quod neruus ad tactum, id aer ad uiſum ſit. Ac ſicuti non opus eſt alterationem factam ab occurrentibus per neruum ad principalem uſq́ animæ partem diſtributam adducere nos in tangibilium rerum dignotionem, quòd ſentiendi uis in neruo ſtatim inſit: ita'ne à uiſibilibus quidem ſpeciem per aerē in oculū traducere, ut uideamus, quòd in aere uis ſentiendi aliqua iam ſit & uidendi. Rurſus quemadmodum neruus à cerebro eiusq́ ſubſtantia, rami cuiuſdam uel ſurculi inſtar, exortus parti toti cui inſeritur, extra ſe ut carnoſis omnibus (in quarum non omnes tamen particulas ſubſtantia nerui peruenit) ſentiendi facultatem diffuſam impertit: ad eundem modum circūambiens nos aer illuſtratus à Sole inſtrumentum uiſionis euadit quoquomodo, qualis ex cerebro prodiens ſpiritus, à quo facultatem eam ſuſcipit, illuſtris tamen priùs factus lucidusq́: nam anteà, impulſus licet, ictúsq́ ab eodem ſpiritu uiſiuo, alterationem tamen eam non induet, ut inſtrumentum ad id accommodum fiat: quando ne neruus quidem aliquo pacto denſatus, aut oppilatus, (quæ illi pro tenebris & obſcuritate aeris fuerint) ſuſcepturus ſentiendi ullam ſit facultatē.

μὴ τοίνυν ὡς διὰ βακτηρίας τοῦ πέριξ ἀέρος ὁρᾶν ἡμᾶς οἱ στωικοὶ λεγέτωσαν. *Igitur ne dicant nobis Stoici tanquam per baculum. per circumfuſum nos aerem uidere.*) Quum rem aliquam tangimus baculo, & occurſum rei ſentimus, & ratiocinantes, mollitiem, aut diritiem dignoſcimus illius: & compreſſa ne ſit, an ſolubilis, & huiuſmodi. Eadem ratione uiſionem in nobis fieri arbitrati ſunt Stoici, ut ceu per bacillum intueremur. Id autem minimè ita eſſe poſſe diuerſitas oſtendit: quòd nō earum qualitatum, quas modò per baculum ſentiri diximus, aliquam ſenſu percipiat uiſio: ſed colorem & magnitudinem, & poſitionem ſimul: idq́ ratiocinatione nulla, ut in ſenſu per baculum facto contingit, per quem nullum horum dignoſci hoc pacto queat.

εὐλαβήθη γὰρ ὅλως αἰσθητικὸν ποιῆσαι τὸν πέριξ ἀέρα. *Veritus enim fuit penitus ne ſenſitiuum faceret circumambientem aerem.*) Tanquam inconueniens ducendum nō ſit, ſentiendi capacem facere aerem, carnis exemplo, ipſius quoq́ ſenſitiuæ, nō quidem per ſe, ſed peruenientis eo demiſſaq́ à principio nempe cerebro, talis facultatis beneficio, demiſſæ inquam per neruos, qui & ipſi facultatem eam ſine materia accipiunt, ut eodem, quo acceperunt modo, transfundere in proximam carnis ſubſtantiam ualeant, quanquam ſubſtantia ipſi ſua & corpore non omnem attingant carnem, ſic Galeno uiſum fuit, non diſsimili modo poſſe aerem uidendi facultatem ſuſcipere: non tam quidem ut ab aere uiſio fiat, quàm ut in aere: quod dictum quoq́ ſupra memini: ſicuti ſanè uerborum pariter quæ proferuntur ſignificatio in aere magis quàm ab aere fieri exiſtimanda. Ita planè aer uiſionis cauſam hanc minimè habebit, quamuis proprium uidendi inſtrumentum ſit exiſtimandus: ſicuti ne caro quidem, ſentiendi, tactusqúe proprium. Ex quo colligere liceat carnem ſentire, cumq́ hac cutim: neq́ aliter tamē quàm radiante ex neruis facultate ea: atq́ ita quoquomodo, tactiōis quoque inſtrumentum (ſi neruus id eſſe ſtatuatur) habituram. antequam ſenſilibus

 ſuis

suis tangatur, medium aliquod sit, non necesse est in omnibus, quando neruũ quoq; ipsum carne, cuteq; omni detectũ, si tangatur, sentire confestim, & punctum uehementissime dolere quotidie experimur. Quo in loco correptum fuisse Galenum uideo, quòd scripserit tactum dolorisq; sensum in parte fieri cæsa aut fracta, aut usta, nec necessum esse principem animæ partem ad alterationis illius dignotionem accersere, uel (ut hi interpretati sunt) nulla qualitate per neruos in sentientis animę principatum relata. At, inquiunt, si hoc ita est, idem de alijs quoq; sensibus erat ab illo afferendum. Atqui de uisione ipsissimũ hoc attulit: imo uerò quæcunq; eo loci de tactu scripsit ad exemplum, uisionis traxit cuncta: ut quemadmodum neruus alteratus à spiritu animali, acceptaq; ab eo sola, sine materia qualitate facultateq; sentiendi, quam in carnem quoq; diffundat tactilia percipit, sentitq;, pariter de uisione existimaremus: aerem scilicet, sed illuminatum solum suscipere à spiritu uisiuo uidendi facultatem non dissimiliter posse, nullo etiam ad oculum, cerebrumúe internuntio: foris quippe uisionem fieri. Eamq; ob rem cerebri constare substantia oculi partes plurimas docuerat nos priùs: ut ab eo emissus uisiuus spiritus in aerem, ueluti ex cerebro animalis, sentiensq; in neruos, uidendi facultatem aeri, ut animalis sentiendi neruis, importaret: quo quid similius? Quòd si aliorum sensuum sensoria (sic enim uocari cœpta iamdiu uideo, quę Græci αἰσθητήρια dicunt) productiora uiserentur, pauloq; à cerebro elongata abessent, idem omnino animaduerteretur: & animaduertitur in gustu quod is tactum magna similitudine referat, & neruos habeat gustandi facultatem ad linguam carnemq; eius deferentes, Ex quo quousq; ac quocunque peruenerit cuiuscunq; tandem sensus uis, ac facultas, illic semper, ubi uis ac facultas extiterit illa, ibidem pariter peragi sensus illius opus, functionemq; expleri posse non solum uerisimile, sed etiam necessarium: neq; semper in sentientis animæ (ut illi aiebant) principatum referri necessum fuerit. Semper tamen ac continenter demissa, ac suppeditata per cõtinuam quandam atq; assiduam ueluti radiationem ad sensoria omnia facultate, ad singula sua ac propria. Itaq; quod addunt: ex eo, quòd interceptis, obstructisúe tangendi neruis, subditis particulis sensus motusq; adimatur, dilucidè commonstrari, tangendi uim non esse neruis ingenitam: quid sibi uelint, non satis dispicio. Num aut unquam, uel usquàm aliter scriptum à Galeno inuenient, quàm demitti & illabi à principio (opinor, cerebro) ad sensoria commune quandam facultatem? quòd non ingenita sit, sed demissa & (ut ita dicam) irradiata facultas ea, propterea non sentiet quo demissa & illapsa peruenerit, corporis pars, quæcunq; tandem? An ut sentiat, necesse habebit referre per neruos qualitatem eam in sentientis animæ principatum, ueluti internuntio usa ad alterationis dignotionem, non sensura ipsa est, & dignotura facultate sua, licet non ingenita, neq; insita, sed immissa, & irradiata? Aut quid tandẽ? Quapropter nihil esse impedimento posse uidetur quominus in partes facultate tali prædita quam immissam obtineat, unà & alteratio, & alterationis inesse dignotio queat: quoniam sensuum omnium instrumenta quæcunq; à sensilibus alterantur, atq; eadem alteratiõis eiusdem dignotionem, ob facultatem à principio, ut puta cerebro, effluentem ad se obtinent: ἀλλοιοῦται μὲν ἓν τὸ τῆς αἰσθήσεως ὀργανον· ἡ διάγνωσις δ' αὐτῆς τῆς ἀλλοιώσεως γίγνεται ἐκ μιᾶς δυνάμεως κοινῆς πάντων τῶν αἰσθητηρίων ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐπιρρεούσης. Sic enim paulò post scribitur, quo scripta priùs hoc eodem in libro confirmentur magis non autem destruantur. Cæterùm quòd dolentes parte aliqua corporis quibus mens ægrotat omnino dolorem non sentiant, de quo suprà quoque relatum fuit: aut duobus doloribus non eodem in loco corpus infestantibus, minorem maior obscuret, id erit causæ: quod in primo, mente ægrotante, alioq; prorsus auersa, unde & alienatio mentis dicta, affectoq; ita principio, spiritus tũc sensificus exiguus admodum, certè non tantus in neruum decumbit, ut icere & impellere ad promouendam

per to-

per totum facultatem sensus potētem illam ualeat: & perinde futurum id sit, ac si qua alia de causa facultatis radiatione destituatur neruus: in altero integra & constante mente plus immittitur spirituum, proindeq; & sensitiuæ facultatis, quo in loco maior in præternaturali affectu maiore futura esse auxilij necessitas uidetur. Consueto naturæ instituto, in tempore subuenientis periclitanti magis semper parti: ex quo maior quoq; dolor, auocatis eo cum sanguine una spiritibus concursuq; facto dolorificæ materiæ: quæ tūc quum ad minoris doloris locum ualde minor fluat, dolorem aut nullum faciet, auersis penitus ad locū alium spiritibus, cumq; illis sentiendi facultate, aut (quod magna ex parte euenit) maioris illius doloris comparatione, obtusum, obscurumq; sed aliquē tamen. Quid enim mirum, si quum utrobiq; & alteratio, & alterationis dignatio sequatur, hoc est locus uterq; doleat, in maiore affectu dolor existat maior, ut in minore minor? Ac ferè idem contingit in sensu & dolore, quod in motu. Nam & motum partis corporis alicuius, digiti, puta, aut pedis, aut manus, uoluntarium dicimus. Est enim: quamuis mouendis his non semper uoluntatem ueluti deliberabūdi applicamus: sæpiusq; aliud omnino, quàm hoc ipsum agentes, mouemus. Ita in membro uno aliquo & sensus esse, & dolor poterit, cum alteratione, & alterationis dignotione, siue apprehensione, quæ sensatio quædam est partis illius: nec mens tamen aut phantasiæ uis maior illa animaduersionem adhibebit, in hoc suam quæ quum adhibetur, maior profectò atq; exactior sensus, dolorisq; comprehensio, & dignotio fiet: ueluti quum ad mouendum uoluntatē applicamus maiorem, maiores proculdubio ac uehementiores motiones obimus, econtrariò auersa mēte ex toto, aut abalienata, prorsusq; cessante imaginatrice phantasiæ ui superiore, uel nulla omnino, uel obscura particularis membri alteratio, alterationisq; dignotio futura sit. Quæ & esse quo diximus exemplo, atq; existere potest, & aboleri rursus, cessareq; ut modò proditum.

Εἰ δὲ καὶ περὶ ψυχῆς οὐσίας ἀποφήνασθαι χρή. *Quòd si de animæ quoq; substantia pronuntiandum fuerit.*) Cautè semper materiam hāc attingit Galenus, ac uitabundo similis libenter abstinet, quòd argumentorum satis nō habere ad id uideatur. At hoc tamen loco ea ueluti indagine inclusam tenere se arbitratur animæ substantiam ut euadere nequeat, quin in duorum altero comprehēsa reperiatur: nempe, uel in fulgido, & ueluti æthereo corpore uel in substantia incorporea, sed quæ corpore tamen, ueluti æthereo illo, pro principali uehiculo suo utatur, & quo intermedio cum reliquis corporibus communicationem obtinet. Hæc est illa celebrata Platonicorum sentētia, excepto quòd suum illi animæ tribuunt pro uehiculo corpusculum non quasi æthereum, sed æthereum prorsus, & cœleste quo medio mortali corpori immortalis ipsa consociata, connexaq; teneatur.

Εἰς ὃ κἂν μὴ βούλωνται κατ' ἀκολουθίαν ἀφικνοῦνται Στωϊκοί τε, καὶ Ἀριστοτέλης. *Quo etiam si nolint, conueniunt per rerum consecutionem quandam Stoici, & Aristoteles.*) Stoici, quòd quum tenuissimum corpus quoddam animam fecerint, necessariò idem æthereum, uel quasi æthereum (id enim tenuissimum habetur facere coguntur: Aristoteles quòd secundo de generatione animaliū libro ita scriptum nobis reliquerit: πάσης μὲν οὖν ψυχῆς δύναμις ἑτέρου σώματος ἔοικε κεκοινωνηκέναι, καὶ θειοτέρου τῶν καλουμένων στοιχείων. Et item: καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογος οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. prius uerò scripserat: τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. Summum animæ caput mentem, diuinam rem audimus, cuiusmodi substātiæ incorporeæ multæ sunt. Quin eodem ex loco leges, nullum mentis functioni cum corporea functione commertium esse: οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. Iam corpus elementis diuinius, & natura spiritus, quæ proportione quadam respondeat astrorum elemento, quid, nisi ueluti æthereum nobis corpus significatione omni expressum referunt?

IN LIB. VIII. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS.

CAP. I.

Ἐδιδάξαμεν ἀναγκαιότατον ὑπάρχειν ἰατρικῇ τε, καὶ φιλοσοφίᾳ. *Omnium maximè necessarium fore docuimus medicinæ & philosophiæ.*) Quî poterit medicus non modò diuersas esse animæ facultates nesciens, uerũ etiam ut hoc nouerit, diuersa illorũ loca, sedesq; ignorans affectis illis rectè opem ferre ullam? aut qui philosophus, unam tantum ut Stoici, faciens animæ facultatem, hoc est rationalem, irascibilem autem & concupiscibilem amouens, moribus (quæ non postrema est totius philosophiæ pars) rectis imbuere pueros: posteriores enĩ duas illas effrænes actas & rationi repugnantes facultates nullo modo correxisse curabit, quas nullas putat. At neglecta educatione, frustra deinde quicquid reliquum fuerit uitæ expectabitur, non mille animorũ perturbationibus obnoxium ac sollicitudinibus innumeris conficiendum: non sibi & suis infestum, totiq; reipublicæ incommodum: non regna & imperia euersurum aliquando si peccetur in eiusmodi hominibus.

Τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν τὸ κατάρχον αἰσθήσεώς τε, καὶ κινήσεως τῆς κατὰ προαίρεσιν. *Principalem animæ partem initium esse sensus, & motus uoluntarij.*) Princeps animæ pars rationis est, cui sensus plurima ad ratiocinandum subministrat. Eiusdem est uoluntas, siue animi impetus & incitamentum scilicet quæ ὁρμὴ dicitur, ad agendũ faciendúmue aliquid: huic maximè subseruiunt corporis motiones. Proinde nõ immeritò unde duo ista motum uoluntatem illico sequentem, & rationi uim suam commodantem sensum originem dixisse apparuerit, sedem ibidem principatus animę esse oportere, communis omniũ notio quædam habeatur. At sensus & motus instrumenta certissima nerui sunt ex cerebro originem habentes: ideò princeps ibi animæ pars constitui debet.

Καθάπερ καὶ τρίτον ἄλλο γένος κινήσεων, αἱ περὶ τὴν τῆς τροφῆς οἰκονομίαν. *Quemadmodum tertium aliud motionum genus earum quæ circa alimẽti dispensationem sunt.*) Hi naturales dicuntur motus, quum nihilo secius uoluntarius naturalis quoq; sit, nempe secundum naturam: sed quòd is ex animi nostri uoluntate, atq; arbitrio agatur, cesset'q;, nomen id adeptus retinuit. Naturalis singulis temporum momentis per corpus uniuersum exercetur in alimẽti dispensatione attrahendo, expellendo, retinendo, concoquendo, & huiusmodi: quę munia fibris maximè tunicarum multarum ac uillis absoluuntur, rectis, transuersis, obliquis, diuersè commotis.

Ἡ δ' οἷον πρόληψις αὐτοῦ. *Altera uerò tanquã præsumptio eius.*) Verbũ uerbosi reddatur, ita erit: nisi πρόσληψις potius scribendũ fuerit, hoc est assumptio altera, ad priorẽ addita, assumptaq; cõficiẽdo syllogismo: lemma alterũ ꝓpositio altera.

Ἐσομένης τῆς γυμνασίας ταύτης εἰς πολλὰ χρησίμης. *Futura exercitatione hac ad multa utili.*) Ἐκ παραλλήλου τῶν λόγων dixerat: Ex mutua rationum orationumq; collatione. Nã edito à Galeno Chrysippeę sententiæ confutationis exemplo, doceri de alijs quoq; poterimus eiusmodi multis collatis utriusque Chrysippi, & Galeni argumẽtis. Orationis autem usu, postquam alterum apparebit ex quouis obuio duxisse propositiones: modò rhetoricas ad demonstrandum, modò dialecticas tantum nonnunquam etiam sophisticas, interdum quod positum erat in quæstione præripuisse sibi, tanquam probatum ineruditè nimis, ut qui principium petere, magno in argumentando, uitio dicitur: item Platonis, qui contrarium opinionis suæ sensit, non (ut par fuerat) argumenta & rationes diluendas sumpsisse prius, ut stabilius deinde confirmaret sua: & id genus uitiosa alia: orationem autem attulisse uerbosissimam, exitu plerunq; nullo, obscuram, intricatam, uerba ambigua multa, quædã minimè quæ ipse uolebat, significantia: alia à Græcorum loquendi consuetudine abhorrentia protulisse: in altero contraria omnia: maxima nostra utilitate & commoditate statuere nobis exemplum poterimus, alterius quod fugiamus, alterius quod sequamur.

διὰ τοῦτο δὲ καὶ τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως. *Ob id autem etiam altricis facultatis.*) Quoniam in iecore non solùm sanguificatiò uiget potisimū, atq; inprimis, sed sanguinem iam factum per uenas, quarū principium est, in corpus uniuersum distribuit: iure altricis facultatis principium dicetur: quippe alimenti conficiendi primùm tum & distribuendi, dispensandiq; eiusdem author.

CAP. II.

τό γε μέρος τινός: ἔστι μέρος. *Et pars alicuius est pars.*) Est autem elemētum rei, quæ constituit, pars: ut si pars ex relationis prædicamēto fuerit, necessariò elementum quoq; futurum sit.

Η μὲν γὰρ κατὰ τὸ μέγεθος τομὴ τοιοῦτον οὐδὲν ἐλάχιστον ἔχει. *Magnitudinis enim diuisio nullum tale habet minimum.*) Magnitudinē in semper diuisibilia diuisibilem esse demonstrant Geometræ: at naturales philosophi naturalia dari minima contendunt, uincuntq; ea ratione: quòd lapidis fortè cauitatem priores guttę plurimæ non faciunt: afficere tantùm possunt præparatione quadam ad id: nihil penitus adimūt: posterior aliqua adimit, lapidis omninò aliquid cauans: ea erit minima lapidis partium, ex quibus componitur indiuisibilis in alia. Et quam mathematicus diuisibilem in semper diuisibilia magnitudinem intelligit, actu diuisibilis non est: ut alia ex mathematicæ intellectione multa sunt quæ in natura non existunt, sicut nec minimum quidem fortè, in alia quòd diuidi queat.

CAP. III.

Καίτοι γε οὐδ' αὐτὸς ὀνόμασιν αὐτὰ στοιχεῖα. *At ne ipse quidem uocauit ea elemēta.*) Pro hoc uerò libellum, in quo hæc asserit, eadem significante titulo inscripsit: περὶ φύσιος ἀνθρώπου, de hominis natura. Naturam nanq; philosophi intelligunt non minus materiam statim ipsam, cuiusmodi elemēta in composito sunt materiæ primæ illi proxima, ut dici materia secunda posſint. Ac proinde qui de natura inscripsit, hoc nomine de elementis inscripsisse uideri non iniuria debeat.

Ἄχρηστον ἰατρῷ σκέμμα. *Inutilis medico inquisitio.*) ἐπέκεινα τῆς τέχνης sunt ista, eiusq; omninò septa transiliunt. Et tenendæ quidem medico fuerint elementorum qualitates primæ: tum non minus eorum tenuitas substantiæ, & crasſities, & penetrabilitas, & crassum & tenue faciendi, & incindēdi & diuidēdi, & huiusmodi non pauca facultas: quæ cuncta medicus, uel experimento iuuenta suo sibi ipse paret, uel parata iam ab alijs, & comprobata accipiat. Cæterùm modum inquisiuisse, & inuestigasse causas, qua ratione primæ secundæq; qualitates eæ in materiam introducantur, id uerò philosophi naturalis munus, & officium fuerit, non medici, nisi philosophum quoq; agere uelit medicus. Neq; id nūc dico, non cōuenire medico, ut philosophus præterea sit: maximè nanq; conuenit, rationali, inquam & dogmatico, ut ex toto pro morali & logico, hoc est rationali, unde nomen accepit, gerat se: pro sophista nulla omninò ex parte: pro naturali ex maxima ac potissima, qua coniuncta cum philosophia medicina est. Extrema enim partis eius philosophicæ, quæ de natura agit, occupant principia medicinæ: occupant autem plurima & philosophicis annexa cohærent: quæ ipsa teneri non satis rectè queant, nisi ex antegresſis prioribus, multisq; philosophiæ speculationibus, ut nō sanè superfutura ualde multa sint non medicæ considerationis: qualia ferè sunt quæ hoc loco traduntur, & de cœlo quæstiones omnes. Atque hæc tamen quoque ipsa cognita planè non dedeceant medicum: tanta enim est Medicinæ magnitudo, ac nobilitas, ut decere illam plurima uideantur capacem multorum maximorumque, quamuis non necessaria, atque etiam ἄχρηστα, quod hîc dicitur, sed tamen interea decora.

Κατ' ἐπίνοιαν ἀσ[illegible] τὴν ὕλην καὶ τὸ σχῆμα. *Consideratione in materiam & figuram.*) Materiam in elementis, & figuras hasce considerare nobis solum & concipere mente licet, non etiam oculis intueri. Cæterùm στοιχεῖον uox Platoni nō infrequens quamuis uocabulum, id aeri, aquæ, igni, terræ non accommodarit arbitratus figuras quasdam priores his esse ex quibus tanquam elemētis componantur alijs alia pyramidali ignis; aer octaedra, icosaedra aqua terra cubo. Vt meritò dictum fuerit à Galeno elementa, à Platone in materiam, & figuram diuidi, non autem formam, ut interpres uertit: siquidem εἶδος forma. Eorum uerò qualitates primæ sunt, ex quibus & materia cōstant, inque ea ueluti prima principia sui consideratione iuxta Peripateticos resoluuntur: at secundum Platonem in materiam & figuram. ὕλην porrò nusquam nominauit in Timæo Plato, quamuis significāter satis sermone illam indicarit, χώραν appellans & τόπον.

Προελθὼν δὲ καὶ αὐτὰ τὰ περιοριζόμενα σώματα πρὸς τῶν εἰρημένων ἐπιπέδων ὀνομάζει στοιχεῖα. *Procedens uerò ipsa quoque præfinita à prædictis planis corpora nominat elementa.*) Vt Platonē intelligamus solida corpora pyramidalia multa ex planis finita elementa appellasse: nimirum ignis ipsius minimè uerò ignem, ut ipsum elementum uocaret. Seruabiturque eadē in alijs ratio: sicuti tritici aceruum si quis ex triticeis granis multis constare diceret, tanquam elementis, elementum tamen ipsum non esse diceret. Atque ut elementi nomine non appellet quatuor hæc Plato, quod nec Hippocrates quidem fecit: elementa tamen esse fatetur reipsa: quippe qui cūcta ex his generationi, & interitui obnoxia corpora concrescere affirmet: non aliter ac Hippocrates ex his oriri, & in hæc desinere tandem cuncta scripsit. Quòd si ita fuerit, ut exemplū hoc de triticeo aceruo admittatur, iam naturalia corpora Platonem existimabimus nō ex figuris, & numeris, quasi ex elemētis, & partibus naturalibus, sed quasi ex terminis, ac figuratis dimensionibus cōstare censuisse ignem suis, itemque cætera suis, tanquam ex congerie sui generis, atque aceruo quodam: quæ quoquomodo nuncupari elementa possint adaucta nempe inde rei compositione: igne ex congeneribus, & ex congeneribus aere: pariter & reliquis duobus: quum interea horum singula species suas naturales retineāt, quibus uerius ac propè magis elementa esse, dicique debeant: uidelicet caliditatis, frigiditatis, siccitatis, humiditatis: in alias species naturales simplices magis non resolubiles. quòd primas has materia ipsa prima induat: in numeros autem & figuras resoluantur, quasi terminos suos quibus finiuntur, non autem ulla ex parte suam essentiam sortiuntur. Rursus syllabæ ex literis elementis primis componuntur, ut ex syllabis dictio ex dictione oratio tota. Atqui orationis elementa, & syllabæ sæpe ipsæ dicuntur & dictiones quadamtenus, & impropriè: propriè enim ac uerè elementa fuerint literæ minima quippe cōpositæ orationis totius pars neque in aliā diuisibiles speciem factura ad rectam orationis cōstructionem, nisi fortè hę quoque ipsæ in figuras & numeros diuidantur, terminosque suos ueluti elementa alia, sed alterius omnino generis, nimirū mathematica, ex quibus orationis structura non constet, multoque minus corpus naturale aliquod. Quæ uerò hîc dicuntur elementa à multis, orationis syllabæ, & dictiones, nomenque & uerbum & præpositiones, partesque orationis reliquæ, composita potius referunt naturalia, quorum ex elemētis quatuor plures resultant facultates ac formæ, una deinde cunctas illas perficiente, contentæ. Prima ratio in composito nostro est temperamenti ex elementis: deinde tot facultates, naturales, uitales, animales: concupiscibilis, irascibilis: & quidem specie differentes, multæque ideo inter se sed sub una unum omnes quæ illas tandem omnes integret, cunctasque postremo cōtineat: rationali, compositi totius forma una. Quod quidem minimè inconueniens est: quippe ut forma una pluribus alijs addita, ac ueluti superueniens has ipsas cōtineat, sibique accommodans unum omnes faciat, & pro materia usa informet, habeatque sub imperio: sicuti orationis cōpositæ forma una signi-

ſignificatio,tanquam anima eius, dictionum omnium ſignificationes cōtinet, & ſyllabarum ex literarum primis elementis,quorum gratia obiter hæc dicuntur:diuerſas multasq́; ſed una tamen ſuperiore illa contentas ideoq́; unum.

CAP. IIII.

Ὁ δὲ πλάτων δευτέραν μὲν τινὰ σύστασιν ἔφη εἶναι τῶν σωμάτων. *Plato uerò ſecundam quidem conſtitutionem corporum quandam eſſe dixit.)* Quo loco in Timęo ita ſcribit: δευτέρων αὖ ξυστάσεων κατὰ φύσιν ξυνεστηκυιῶν, δευτέραν κατανόησιν νοσημάτων τῷ βουλομένῳ γίγνεσθαι, ξυννοῆσαι. Secundis rurſus cōſtitutionibus natura conſiſtentibus ſecundam fieri morborum conſiderationem uolenti intelligere licebit. Poſt quæ uerba nō dubium ponere morborum inſtrumentariorum ſpecimen uiſus eſt,idq́; quū paulò ante ſimilarium partiū morbos retuliſſet,ſic inquiens: τεττάρων γὰρ ὄντων γενῶν ἐξ ὧν συμπέπηγε τὸ σῶμα, γῆς πυρὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος. Genera enim quatuor quum ſint, ex quibus corpus concreuit, terra, ignis,aqua, & aer. Concreta ex quatuor his corpora dixit, nempe elementis, quando ex his corporibus ortus natura tributus. Mox etiam ſimplicium morborum quatuor qui ſimilaribus partibus accidunt, allatis differentijs manifeſtò calidorum,frigidorum,ſiccorum,humidorum. Quæ omnia legere cupientibus poſita in medio ſunt.

Τὰ τοίνυν ἐν μιᾷ περιγραφῇ σώματα. *In una igitur circumſcriptione corpora.)* Circumſcriptionem unam dixit, qua una tantum naturæq́; unius pats clauditur; ὁμοιομερῆ Gręcis dicta,noſtris ſimilaris:medulla, pinguedo,caro, os,cartilago membrana,neruus, ligamentum, & alia quorum ſi plures fiant partes cunctæ ſimul inter ſe eodem & totius nomine appellari poſſunt: quamuis neruus & ligamentum propius iam ad inſtrumentariæ partis naturam accedere uideantur:quatenus ex uillis cōſtant ſectilibus in longum multis inſtrumētarię:quatenus eiuſdem omnes generis ſunt, ſimilaris ſpeciem partis referētia: ut ambigere dici poſsint.

Αἷμα δ' ὀνομάζω τὸ κατ' ἐπικράτειαν οὕτω καλούμενον. *Sanguinē uoco, qui ab exceſſu id nomen accepit.)* Hoc eſt cum alijs unà humoribus tribus mixtum: quos quum quantitate ſua ſuperet,maſſæ toti nomen ipſe dedit,ut ſanguis uocaretur:quæ alioqui uox priuatim etiam purum, & ſyncerum, nec aliarum humorum quicquam habentem ſanguinem ſignificet.

Δυνάμει μὲν γὰρ ἔστιν ἐν τοῖς σώμασιν, ἐνεργείᾳ δ' οὐκ ἔστιν. *Poteſtate enim ſunt in corporibus, actu uerò non ſunt.)* Magna de hoc controuerſia. Nunc id quoq; nos accipiamus à Galeno ita ſimpliciter dictum hîc,ſed quod alibi ſequutus quoq; ſit, quum de elementis ſcriberet, & eruditiores non pauci ſequuntur. Plura quidē manere incommoda eos uidemus, qui actu in miſto elementa collocarūt: grauiſsimum illud:quòd quum ex recepta rectè philoſophantium ſententia miſti unius una tantum forma ſemper ſit: exiſtentibus actu elementorum quatuor formis in miſto, non iam futurum miſtum unum ſit, neq; forma illius una, ſed compoſitum ex multis ueluti aceruus: nec continuatio compoſiti fuerit, ſed quæq; per integram ſuam exiſtentiam diſtincta elementa etiam quantitate ſua diſtinguentur:quaſi futura ſit ex atomorū concurſatione compoſitio, & cohęſio,nō miſtio per totum,atq; unio. Quomodo nanq; formis ſuis,formaſq; neceſſariò comitātibus qualitatibus integris tam inuicē pugnātibus,ac cōtrarijs, uniri, aut unita tā diu perdurare poterūt, quin multo q̄ uideamus citius diſſoluantur? Quantò igitur rectius ſentiendū, elementorū formas in compoſitis, ꝑpter quæ ea facta fuere, formæ potioris inceptione atq; ingreſsione cedere, melioriq; ac nobiliori formæ ſuſcipiēdæ aptari edomitis, quo nobilius cōpoſitū fuerit, magis magiſq; qualitatibus ad nouā generationē? ita ut ignis iā futurus ignis nō ſit,in hominis generatione actu inquā & in præſenti: neq; terra terra: aerq; & aqua pariter:ſed aliud quiddā, qđ hæc ipſa referat:cūctaq; terrea

dicenda potius ignea, aerea, aquea, ut flaua ignem bilis, terram atra ut referat, pituita aquam, & purus syncerusq́ sanguis aerem: quæ quidem in sanguinis massa reperire omnia sit, & semine hoc quoque ipso ex sanguine genito. Ac duo hæc ex multorum, quæ eduntur, materia existunt in corpore animalium: plantis animalia uescuntur, ex elementis demum plantæ ortum suum ducunt. Quàm multis igitur infractas, immutatasq́ alterationibus elemētorum simul formas, ac qualitates ad misti compositionem uenire necesse est? Vt nō sit dubitandum, quin non actu futuræ in generatione sint. Quod Galenus censuisse uidetur: cuius sententia aeris solummodo elementū in animalium corporibus proximè ad sui naturam accedere uidetur: proinde reliqua lōgius à natura suâ recessisse, specimina ignis, aquæ, terræ facta. Sed aeris specimen non minus uisitur in sanguine spirituoso, qui instar, ut ita dicā, & similitudo illius est: quippe temperamenti natura calidi & humidi: ut bilis calidi & sicci: & in alijs aliæ sunt alia elementa natura & temperamento referentes qualitates: quæ illorum natura & forma sunt, minus tantummodo efficaces, quàm in primis.

CAP. V.

Ὥσπερ ὅταν ἐκ τῶν τῆς γλώττης χρωμάτων διαγιγνώσκῃ τὰς ἐν τῷ σώματι διαθέσεις. Sicuti quum ex lingua coloribus corporis affectiones dignoscit.) In libro Epidemiorū sexto sectione quinta: semel quū ait: γλῶσσα οὖρον σημαίνει γλῶσσαι χλωραὶ χολώδεις, & reliqua: iterum quum mox addit: γλῶσσα ὁμόχροος τῆσι προπόσεσι.

Ἰχὼρ δὲ ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥὸς πρᾶος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξὺς καὶ ἄγριος. Sanies porrò sanguinis quidem serosa pars mitis: atra bilis autem acida & fera.) Ichor quid sit, aperitur nobis hoc loco: serum quippe quod humor exhibet. Humoris ichor est cuiusq́: saniem Latini dicimus: at sanies non est, quāuis saniem similitudine quadam referat, & substantia. Paulo supra quum elementa negaret sincera in corporibus inueniri, ichorem pro toto accepisse humore uisus est: ἀλλ' ἰχῶρας τινὰς ἐπιμιχθέντων ἀλλήλοις: sed sanies quasdam inter se mistorum: aquosi nimirū elementi, & ignei atq́ aliorum: quo loco, non de humorum parte, sed de tota humoris substātia sermo est. Mox addit: ἀλλά τι πάχος ἰλυῶδες προλαβόντων: uerum etiam limosam crassitiem assumentium. Sic quidē humor existet si ichori crassitudo addatur, primariæ parti crassescenti solummodo: ut inquinari elementa hoc pacto demonstret: quippe flatulentum quoq́ spiritum in corpore, προσλαβούσης γε τῆς ἀερώδους οὐσίας ὑγρὰν ἰκμάδα, acquirente uaporem humidum aerea substantia, fieri dixit: hîc quoq́ crassiore facto aere neç iam aere, sed aeroso spiritu ac flatu. Sanguinis autem mitem dixit saniem Plato: sanguinem intelligēs distinctum ab alijs tribus: humorem purum, & sincerum illum.

CAP. VI.

Περὶ τῶν πλεοναζόντων καθ' ἑκάστην ὥραν τε, καὶ ἡλικίαν νοσημάτων τὰς οἷον συλλαβὰς ἐπὶ τοῖς στοιχείοις ὑφηγήσατο. De frequētibus in quocūq́ tempore, & ætate morbis, præter elementa, ueluti syllabas exposuit.) Simplicissimum est ætatum seorsum, & naturarum & anni temporum regionumq́ per se, ac constitutionū temperaturas tradere: rursusq́ seorsum contrariorum contraria esse remedia dicere: ut qui hoc facit, ceu elementa tantum rei medicæ expônere quædam uideatur. At si ætati huic illiue aut naturæ aut uiuendi rationi, itemq́ anni tempori, ueri, æstati, hyemi, autumno hoc illudúe morbi frequens genus est, totum simul dicatur: iam compositius dictum fuerit, & quasi pro syllabis in re medica haberi quibusdā poterit. Dictio erit in hoc negocio, uel quasi dictio: hæc ætas aut natura, hoc anni tempore, aut constitutione facilè morbis corripietur his: puta iuuenis biliosus natura æstate, in calida simul & sicca constitutione, tertiana febre. Oratio integra, ex qua theorema medicū existat, uel quasi oratio: in calido, & sicco cœli statu, quacunq́ de causa, siue anni id tempus fecerit, siue constitutio, siue regio, calidis & siccis temperaturis natura aut ætate, in calido itidem, & sicco

morbo

morbo constitutis, frigida & humida conuenient, quòd contraria contrariorum esse remedia certum sit.

εἴπερ φιλοσόφῳ προσήκει τῇ τάξει, καὶ μεθόδῳ χρῆσθαι καὶ διδασκαλίᾳ μᾶλλον ἢ τοῖς ἰατροῖς. *Siquidem philosopho magis quàm medico conuenit, ut ordine utatur, & methodo, & doctrina.*) Sciendi inprimis magister est philosophus & sciendi modorũ, docendiq́ue uiarum omnium: quod absq; rerum inuestigatione, & inuestigatarum ordinatione, & inuestigationis modo ac uia quam quæq; præcedere, aut sequi inuestigatio debeat, non facilè succedet. Hoc quanquam Dialectici inprimis officium est, cuius est pars philosophiæ tertia logica sic dicta: at tenendum tamen à Philosopho est in uniuersum morali æque ac naturali: ut qui de suo præcepta hæc tradant, quoties usus eorum uenit, non & ipsi sequi sua uideantur. Medici satis habuerint precepta exequi quo tempore medicinam faciunt: in medicinæ autem captu ordinem habebunt ipsi quoq; quem sequantur, rerum discendarum, sed quem acceptum totum philosophiæ referre debeant, à qua didicerunt. Proinde rectissimè dictum fuit decere omnium maximè philosophum ordinem, methodum & doctrinam, siue docendi rationem: quoniam hæc illius propria maximè sunt atq; ab illo accipiunt, qui ad res suas utuntur, quicunq; alij artifices.

CAP. VII.

τὸ δὲ ἔμφυτον θερμὸν εὔκρατον εἶναι κατὰ μὲν οὐσίαν ἐν αἵματι, καὶ φλέγματι τὴν ὕπαρξιν ἔχον μάλιστα, κατὰ δὲ ποιότητα μικτὸν ὂν εὐκράτως ἐκ θερμότητός τε, καὶ ψυχρότητος. *Calidum autem innatum temperatum esse, substantia quidem in sanguine, & pituita subsistentem naturam habẽs maximè qualitate uerò ex caliditate, & frigiditate attemperatè mixtum.*) Sanguinem intelligit humoribus alijs commixtum in quo calor innatus unà cùm spiritu cui primo inhæret, maximè atq; inprimis subsistit plurimus, tum uerò & in pituita, quoniam hæc omnium proximus sanguinis naturæ humor est, paulo elaboratiore concoctione sanguis futura: dum bilis utraq; flaua, atraq; sanguinis naturam iam egressæ ac longius prouectæ, nunquam redire, ut sanguinis naturam & temperamẽtum accipiant, possint. Illud autem maximè adduũ quòd nulla sit, in toto corpore particula, ubi non & primigenium humidum & qui humido huic radicitus insidens assiduè id depascitur, innati caloris omninò, inueniatur aliquid: licet multus ac potissimum in sanguine & pituita cũ spiritu unà suo, cui inhærere in humido primigenio innatum hũc & naturalem calorem diximus, tenui quidem & illustri, sed ex elementorum materia nihilominus constante tenuissima, ut ætherius propterea sæpe dicatur: quum tamen caloris illius substantia talis non sit, sed aliud quoddam corpusculum, hoc ipso tenuius adhuc, multoq; simplicius, & splendidius, q̃ deuecta, demissáque cœlitus in mortale hoc corpus induit sese anima nostra (Platonicorum enim optimos libenter in hoc sequimur) uehiculo iccirco appellato. Id demum uerè ętherium cœlestis substãtiæ particeps prorsus factum est. Quod nobilius licet & illustrius: tamen haud difficulter consociatur spiritui, quem diximus substantiæ tenuitate, ac splendore cognato: annexumq; intermedio hoc corporibus tenetur mortalibus immortale, annexamq; secum retinet animam simul, donec laxatis ruptisue, aut quocunque tandem modo amissis retinaculis liberior facta euolet, spirituumq; ac caloris innati presentia destituatur. Ita colligimus innatum calorem in spiritu esse suo: & utrumque in sanguine, & pituita, quo suprà diximus modo: idcoq; caliditatis, & frigiditatis qualitatibus, attemperatum dici posse calorẽ innatum. Sed & ob id præterea, quòd ut subsistat, uigeatq; refocillatione cõtinenter indigeat frigidioris aeris. Nec diuersi tamen admodum inter se sunt spiritus, & caloris: nec rarò ab authoribus promiscuè usurpantur: ut qui unum dixerit, dixisse alterum quoque uideatur. At diuersa tamen in quibusdam alijs utriusq; animaduertetur natura. Vagi & penetrantes per omnia spiritus sunt, partemq; in omnem discurrentes

ſeq; ipſos uerſantes: ut animatos multi iudicarint. Stabilis magis calor, membris quippe inſitus, & ut aliqui de noſtris dixere, complantatus, non abſurdè prorſus: quo ſolidiſsima quæq; corporis imbuuntur, membranæ, nerui, tunicæ, cartilagines oſſa ipſa omnia: in quibus ſpirituum diſcurrentium horum ueſtigium nullum, certe non manifeſtum: & innati tamen caloris neceſſariò pars ſua. Vt ſubeſſe omninò diuerſitas uideatur hactenus, quòd præter ea quæ diximus, ſpiritus melius pro inſtrumento ſe exhibēt facultatibus, uitali, atq; animali, miniſtri earū facti, curſitantesq; ſemper & ex argumēto influentes dicti: paulo à naturalis facultatis cōditione remotius, innati caloris maximè propria utpote fixo magis, firmoq; ſpiritu donata. Itaque ſi quem facere ſpiritum eum calore innato eundem licebit, naturalem maximè licebit, una cum calore naturali ingenitū, infixumq; membris: ex quo craſsiore omninò uitalis deinde, poſtremo etiam animalis, aſſumpta ſemper magis, magisq; tenuitate, ſplēdoreq; maiore, ac mobilitate, exoriantur, alterius iam generis, & cōditionis facti. Naturalis autem craſsior ſit, membrisq; cū calore unà ſuo inhærens, ut propè ſubſiſtens eadē utriuſq; natura ſit. Cuius planè ſpiritus, naturalis inquam, tametſi non adeò manifeſta aliorum oſtendantur in corporibus ſigna: tamē ualde ueriſsimile fuerit, huius quoque facultatis, ut aliarum duarum, inſtrumentum aliquod eſſe propriū, quo functiones peragat. Atq; hoc pacto de quo quæſitum à multis fuit, & à Galeno poſitum in dubio legimus in therapeuticis, an eſſet, naturalem ſpiritum eſſe, & huiuſmodi eſſe permittemus: quaſi calorem naturalem ipſum cuius totius tenuiſsima pars ſit ſpiritus: eſſeq; ideo ſubiecto, & hypoſtaſi idem: ac partibus tantum diſtare poſsint. Quòd ſi aliū præterea ſtatuere à iecore per uenas in partes corporis omnes influentem libuerit, ſanè nō repugnarim modò generis prorſus eiuſdem ac cōditionis eſſe ponatur, cuius fixus is & primitus inſitus ſit: ita ut ne duplex fiat naturalis ſpiritus, qui quidē ſimplex & naturæ unius eſt. Nam influens, ipſe quoq; ab origine congenitus atq; inſitus, quaſi de foco, aut pœnu proprio largiter alijs ſubminiſtrās, ſuamq; copiam impartiens, inſitum congenerem, ſociumq; ſuum uſque fouebit. Qui etiam inſitus, ſuſcepto illo quoq; alterius generis de corde, unus in totum fiet, naturalis nimirum. Atq; huic planè opinioni melius ſentētiam Ariſtotelicam accommodabimus, ſi calor nobis innatus ipſe ſpiritus, aut cum tali ſpiritu futurus ſit. Ariſtoteles enim hunc ipſum quaſi animal feciſſe uidetur: τὸ θερμὸν ἐν ἡμῖν ὥσπερ ζῷον, inquit in problematis: quòd mouētem ſe per corporis omnia, ſumma, media, infima uideret. Atqui hoc maximè proprium ac peculiare ſpirituum eorum, quæ in corpore ſunt omnium: quos iccirco nō abs re animatos exiſtimaſſe uideri poſsint quidam. Ita ſanè naturalem hūc quoq; ſpiritum non priuabimus, quin dici, haberiq; influens etiam poſsit.

Τὴν ἐρυθρὰν χρόαν γεννᾶσθαί φησιν ἐν τῷ αἵματι διὰ τὴν τοῦ πυρὸς ἐξόμορξιν. *Colorem in ſanguine rubrum fieri ob ignis abſterſionem inquit.*) Vbi enim humidior materia, aut cum terrea humida, ſimul fuerit, operatus in ea calor qualitatem facultātemq; relinquet ſuam & abſterſione facta multa colorē inducet rubrū ut uidere quotidie eſt in cācrorum coctura, in iride, in accenſis carbonibus, pluribusq; alijs.

CAP. VIII.

Ἐμψύξεως, ῥιπίσεως, γενέσεως πνεύματος ψυχικοῦ. *Refrigerationis, uentilationis, animalis ſpiritus generationis cauſa.*) Triplex attracti per arterias in corpus aeris exterioris uſus: primus refrigerandi cōuenienter innati caloris: ſecundus ab hoc uentilandi: qui quamuis eſſe à primo diuerſus non uideatur, quòd uentilatus ſimul refrigeretur calor: diuerſus tamen eſt, quòd in hoc, uento & motu excitatur calor, tanquam flabello, quo non minus indiget, ut ſuſtentetur, ſunt porrò, quę ſiue uentilatione refrigerent multa, ut eſſe omnino diuerſa ineſſe ſe appareat. Tertius uſus qui additur animalis ſpiritus generādi gratia, attracti quidem ore, naribusq; aeris inprimis fuerit: nam arterijs qui attrahitur, uitalis primum

mùm fiat necesse est: tum & animalis in cerebro, desumpta ab aere ita attracto materia.

Ας ἀμφοτέρας εἰς ἓν συναγαγὼν ὁ πλάτων, οὔτε συνημμένας ἀλλήλοις, οὔτ' ἀπὸ μιᾶς δυνάμεως γιγνομένας. *Quas utrasq; in unum adducens Plato, neq; coniunctas inter se, neq; ab una facultate factas.*) Ἀναπνοὴν dicit, & διαπνοὴν: quarũ altera ore fit, per cutim altera, disiunctim ualde. Atq; altera respiratio uidelicet, ἀναπνοὴ, uoluntariorum musculorum motum authorem habet: altera difflatio (sic enim interpretari διαπνοὴν liceat) naturalem motum cordis, & arteriarum. Atq; in utraq; sequitur attractio aeris exterioris, quæ in altera arteriarum distentione, & constrictione fit per cutim, in altera thoracis itidem distentione, & constrictione per os: iccirco respiratio potius dicenda utraq;. Nam difflationis, & perspirationis uox, sicuti etiam διαπνοῆς, non minus occultæ illi, quæ sensum fallit, per habitum uniuersum transpirationi accommodari potest. Cæterùm obtinuit usus, ut respirandi quoq; modus ad cutim per arterias factus διαπνοὴ diceretur, ἀναπνοὴ potius dicenda, idem quippe quod illa, præstans, & quanquam ab alia, ut modò diximus, facultate, eodem tamẽ modo effecta distentione nimirum, & cõstrinctione. Quo autem nomine διαπνοὴ melius, quàm difflatio, aut perspiratio reddamus, nunc quidem non habemus.

Τὴν τοῦ τροχοῦ περιαγωγὴν οὐχ' ἁπλῆν δεῖ νοεῖν, ἀλλ' ἐξ ἐναντίων κινήσεων συγκειμένην. *Rotæ circumactum non simplicem intellexisse oportet, sed ex contrarijs motionibus compositum.*) Exemplum Platonis de rota, non accipiendum est, quũ tota circumagitur, aut circumuoluitur peracto orbe & circumferẽtiæ circuli totius ductu expleto, ut in eodem perseuerans progressus fiat. Sed quasi quum circuli circumductu peracto, retro per eundem circulum reditur circumactu contrario ad punctum, unde prior motus incœperat. Sic quidem reciprocatione quadã per ἀναπνοὴν, siue expirationem, quæ ex ore fit, impulsus circumactusq; externus aer corpori intruditur per cutem: rursusq; per διαπνοὴν, siue perspirationem, quæ ex cute fit, reciprocans idem impulsusq; corpori intruditur per os, ut non in orbem, aut circulum agatur per totum assiduè circumuolutus in eodem pergensq; per idem: sed tam ab ore in corpus per cutem quàm à cute in corpus per os impulsus feratur contrario motu: in quo respiratio, & perspiratio agere dicãtur meritò altera ab ore, à cute altera aerem in corpus impellens: pati uerò inspiratio, & quæ per cutim aerem intrò ab ore efflatum, atq; impulsum accipit, & quæ per os, à cute.

Ἐκείνῃ τῇ συστολῇ ἀκολουθῶν ὁ περικεχυμένος ἡμῖν ἀὴρ χώραν παρέχει, τῷ ἐκπνεομένῳ. *Cõtractionem illã insequutus circumfusus nobis aer locũ tribuit ei, qui expiratur.*) Quò magis contrahitur thorax in expiratione, eo semper maior concedetur expirato aeri locus: quippe cedente locũ suum aere, qui circumfusus thoraci contractionem statim eiusdem succedens simul sequitur: ut non necessum sit, alio in corpus per cutaneos meatus deferri, expiratum aerem, utpote cui in proximo locus relictus uacuus alius sit.

CAP. IX.

Ἐνίοτε δὲ καὶ βηχίον μικρὸν γενόμενον ἐσκέδασε τὸ γαργαλίζον, οὐδεμιᾶς ἀναπτύσεως γενομένης. *Interdũ uerò & tussicula parua id, quod titillabat, discussit, nulla interim facta excretione.*) Si tantum illapsum erat in tracheam, ut non modò titillationem faceret, sed moueret tussim, neque eius excretio aliqua apparet, nec reiectione, nec sputo: delapsum penitus in pulmones oportuit: dissipari enim aliter non potuit. Delabitur autem asperæ arteriæ tunicis adhærens.

IN LIB. IX. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS.

CAP. I.

Αλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐν οἷς διαφέρονται. *Verùm multò magis in quibus differunt.*) In his enim demum nō rectè animaduersis deceptio est: Decipimur specie recti (ait poeta ille) cui similitudo inest recti, & facies quædam, at diuersitas latet, quæ eruenda est diligentiore animaduersione.

Καθόλου μὲν οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἀπεφήνατο. *In uniuersum igitur Hippocrates definiuit.*) In libro de officio medici, ut primo de ratio. uic. in mor. acut. & prognosticorum item primo.

Ο δὲ πλάτων ὧδε. *Plato autem sic.*) In Phædro scribuntur ista.

Καὶ ἡμᾶς εὐτυχέστεροι κατὰ τοσοῦτον ἐκείνων ἐσμέν. *Nosq́; tantò feliciores illis sumus.*) Veteribus nimirum illis artium multarum & scientiarum inuentoribus, quorum labore parta hęc, si uiri essemus, studiumq́ & diligentiam rebus adhiberemus: quod enim reliquum factum est, possemus artibus & scientijs addere summamq́ illis manum imponere. At in contrarium cadūt iam omnia conuersaq́ uidemus cuncta: quid aliud sequentes, nisi segnitiem, & ignauiam pro studio & diligentia, quæ esse nobis subsidio debebant? Galeno enim operum suorū initio traditū optimum medicū futurum, eundē philosophum esse oportere.

CAP. II.

Εχει δ' ἡ λέξις ὧδε. *Habet autem dictio in hunc modum*) Ex secūdo de Rep. libro transumpta hæc sunt.

Καὶ φαίνεται γε σαφῶς οὖσα τοιαύτη τέχνη λογιστική, ἡ ῥητορική, καὶ ἡ διὰ τῶν ὀργάνων ἐνεργοῦσα μουσική. *Eiusmodi esse ars apparet liquidò logistice, rhetorice, & quæ instrumētis opus suum exercet, musica.*) Nec ratiocinator bonus unquam erit aliquis, ut ex libro tantum aut à magistro supputandi artem subducendarumq́ rationū modum omnem discat, atq́ Algorismum totum teneat: nec Rhetoricus eodem modo: ac multo minus tibijs canet, aut pulsabit cythara exactè aliquis artem tantum edoctus, non qui etiam diutissimè se exercuerit. Adde his, quod alibi allatum à Galeno memini: qui nauigandi artem didicerunt à magistris aut descriptam uiderūt in tabellis solùm, uel medicinam reportarunt ex scholis, nunquam reuocarunt ad usum, nónne caligare eos oportet? quo primum tempore uela fecerint hi reflante uento fortè aliquo, aut in morbis affectos inciderint illi non antea sibi de facie notos satis, oportuerit quidem rerum omnium earum inexpertos.

CAP. IIII.

Εν δὲ τοῖς ἀποσπάσμασιν οὗτος μὲν ὁ αὐτὸς διαμένει. *In auulsionibus uerò is quidē idem manet.*) Απόσπασμα auulsio dicitur, quum citra luxationem distrahuntur inuicem partes aliquæ, quod in musculis quoq́ fit, disseparatis sæpe & quum illorum interdum in profundo auelluntur fibræ nonnullæ, ὥσπερ γε καὶ ὅταν ἶνες τινὲς αὐτῶν ἀποσπασθῶσι διὰ βάθους, inquit Galenus primo commentariorum in librū de Medici officio. Nā quemadmodum cōtractis, in seq́ reductis fieri conuulsionem uidemus fibris: ita distractis fiet auulsiò: ueluti hîc quum brachij capite in loco suo manente summus humerus sursum exijt: quo facto necessum sit locum illum statiui uideri depressiorem atq́ humiliorem, æquè ac in luxatis, quum tñ re uera non sit humilior, & solum uideatur: facto quippe summo humero elatiore cuius comparatiōe depressior apparet. nā humero alteri sano si conferatur altior statim deprehendetur alio locū suum obtinente: simul si axillæ partis depressioris uisæ diligenter contrectetur, caput ibi brachij, quod certissimum luxationis signum habetur, non reperietur. Hac igitur dissimilitudine constabit, luxationem factam non esse brachij, sed humeri summi auulsionem factam. Est & alia his casibus similitudo quędam & eiusdem tamen ratio-

rationis nisi quòd diuersè eodem tempore affecta spectatur pars utraque dextra sinistraque humeralis: qua decipi facilè quispiam possit non animaduersa diligenter dissimilitudine alia, ut quidem deceptos sui temporis medicos quosdam fuisse meminit Galenus libro commentariorum modò memorato. Si cui fortè, aut percussione aut casu summus humerus alterius partis auulsus sursum exierit: deinde aliquam aliam ob causam brachij alterius sequatur luxatio in alam inferius: speciem exhibebit humilis cuiusdā cauitatis pars utraq, quo loco ἐπωμὶς est, brachij nempe summi humeralis pars. Itaque latens facilè occultabitur partis alterius luxatio, similitudine hac aspectum statim primum fallens. At duplici mox dissimilitudine detegetur, non difficulter notata: & quòd alis diligenter manu attrectatis, in altera rotundi apparēs aliquid duriq quod locum eum præter naturam cum tumore aliquo occupet, euidenter caput id luxati brachij esse omnino debere indicabit: in altera nihil tale tangenti occurrens auulsum fuisse humerum summum demonstrarit: & quòd summi partis utriusque humeri collati simul, alter altero humilior manifesto, & deiectior sub oculos ponatur.

ἀλλ' ἐν πολλοῖς τε καὶ ποικίλοις γυμνάζεσθαι. Sed in multis, & uarijs exerceri.) Actiones circa particularia fiunt: itaq non est in uniuersalibus subsistendum, quibus propositum fuerit cognitionem rei per exempla tradere: siquidem particularium actionum exempla referūtur semper multarum & diuersarum in quibus exerceamur. Veniendum igitur ad particularia. Quod si faciendum fuerit, illustria profectò attulisse exempla operæpretium erit in omnibus.

C A P. V.

ὀνομασθήσονται τοιγαροῦν ᾗ μὲν ὑγιείας εἰσὶ δημιουργοὶ κοινῇ πάντες ἰατροί. Nominabuntur itaq, quatenus sanitatis artifices sunt, communiter omnes medici.) Non simpliciter atq absolutè medicos appellādos esse censet Galenus, qui in facienda medicina aliud quàm sanitatem propositum sibi habent, aliquid: sed ambitiosum medicum, & gloriosum totum hoc, si gloriam & honores proposuerit sibi ex eo: quæstuosum, si lucrum. At si benè Platonis, cuius testimonium hoc loco citat Galenus, ex primo de Repub. sensum percipimus, nullo nec hoc quidem modo medici nomine dignabimur, qui hoc faciunt: τῇ δὲ ποιμενικῇ (ait ibi) οὐ δήπου ἄλλου του μέλει ἢ ἐφ' ᾧ τέτακται, ὅπως τούτῳ τὸ βέλτιστον ἐκποριεῖ. Quòd si pastor nihil aliud quàm pastor, aut pastoralis ars (ferè enim melius quod uolumus in arte, quàm in artifice spectabitur) illud proponere sibi unum debet, ut prouinciæ ad quam instituta est, curam gerat, Gregi nempe optimè semper cōsultum ut uelit id unum illiq laudatissimum statū ut acquirat, & conseruet, nihil præterea: à quo si desciscit, artis illico quoque nomen amittat: nec qui pastoritiam ob aliud exercent dicendi ideo pastores sint: ita planè nec medici, qui medicinam aliter quàm in unam ægrorum utilitatem tractant. Quomodo quęso medicum dicemus, qui pluris lucrum quàm ægroti sanitatē facias? qui productos morbos cupit, ut plus accipiat, & citò nimis finitos doleat? huiusmodi nominare possumus quosdam: artificij autem sui nomē quo tuebitur pacto qui finē assequutus, quo maximè contendit, eo quum peruenerit, ægro laturus sit animo se peruenisse, atq ultra pergere cupiet, contra artis propriæ naturam & leges, quasi exlex professionis suæ? quid est enim Medicina, quid hoc sibi nomen uult tandem? an non mederi, est opitulari, opem ferre, succurrere, subuenire, auxilio esse, remedia adhibere, quibus remedio opus est? Profectò qui cuicunq tandem remedium attulit in tempore, qui egeno suppeditat, quo opus habet, & qui afflictum cōsolatur, remedio illi est: etiam iacentem qui alleuat, remedium affert. His omnibus mederi dicimur ualde propriè & significanter magis, quo magis citò & expeditè factum id à nobis fuerit. Et postea medici nomine dignus erit, qui ægrotum eximere morbo quū possit, cunctatur, & ulterius progressus, quæ contra artem quam profitetur sunt, quærit? qui

pro medico, lucrosus, gloriosus, ambitiosus rectius dicendus? etiam sceleratus aliquando quod maximè abominandum est, & flagitiosus (scio quid dico) inuentus? Hosce ego medicos nunquam dixerim abutentes arte, & remedia, quæ manus Dei olim à maximo medicinę magistro Herophilo meruere nomen, in perniciem mortalium uertẽtes. Nam quod obijcere quis posset: tu hoc pacto nobis nc eum quidem medicum appellãdum permittes, qui humanitate & misericordia ductus medicinam alicui faciat, quando ille quoque non solam pro fine sanitatem præfixam habet, quam assequatur, sed humanitatem præterea & misericordiam, ut non medicus absolutè sed misericors & humanus dici medicus debeat? Totum hoc rectè sanè: uerum fini medico dicemus: qualitas & conditio addita talis perfectiorem etiamnũ reddet nobis eum atque absolutiorem multo non alium prorsus faciet: ac longè minus medici officio priuabit, aut repugnabit illi aut deterius ulla ex parte faciet: augebit potius, & promouebit: tantũ abest, ut destruat. Etenim nomina cuncta habebit, qui humaniter & misericorditer medicum egerit, quæ paulo antè afferebamus, succurrendi, subueniendi, auxiliandi, opẽ ferendi, medico cõuenientissima. Itaque pulcherrimum est audire humanus & misericors medicus: at quàm abhorrent aures quum medicus lucrio audimus, ambitiosus, gloriabundus, inuidus, scelerosus? Quid ita? quia auocare à recta medendi uia, ac transuersos in aliena penitus, & deuia rapere solere hæc experimur sæpenumero. Quomodo tandem cum medici nomine nomina concordabunt medici omnino muneri, ac fini maximè discordia? Medicus scelerosus, & huiusmodi alia? humanus medicus non solùm medicus, sed optimus, & exquisitus medicus: quòd cõiuncta cum humanitate & misericordia medendi peritia concordi inprimis copula citius, & tutius, ueluti mutuo inter se auxilio adiutæ, ad finem tendant. Discordia illa & dissidentia feruntur, distractaque in diuersum abeunt sæpe longissimis à recto fine deuiationibus.

Εν γὰρ δὴ τῇ δυνάμει τὰ τρία ταῦτα σκέμματα. Vnum enim potestate sunt tres considerationes hæ.) Quid enim aliud communia sunt quàm quæ pluribus similia inter se habentur, atque eadem? Proprium uerò & peculiare, quod dissimile & diuersum ab alijs uni alicui contingit?

Ον τινὰ λόγον ὁρισμὸν ὀνομάζοντες καὶ ὅρον ἐκάλεσαν οἱ μετὰ πλάτωνα. Quam orationem uocarunt definitam, & peculiariter definitionem Platone posteriores.) Meritò: definire enim nihil est aliud quàm separare, & distinguere ab alijs alia ac propria rerum quærere reiectis, reiectisque communionibus: quod in diffinitione fit per differentias quibus species quæque genere aliquo cõuenientes seorsum inter se disiunctæ priuatisque proprietatibus noscendæ uisuntur, communes, similes, eædem generibus suis, quod diximus, propriæ: dissimiles diuersæ differẽtijs quibusdam diffinitionem constituentibus. ut nõ immeritò priori, de similitudine & dissimilitudine rerum cõsiderationi proximam hanc esse dixerit, de diuisiua methodo sine qua definiendi ars futura inanis omnis est. Diffinitio autem intelligenda uidetur nobis esse hoc loco, quæ substantiam rei breuiter & apertè referat, ὑπωδὴς dicta, non nominis modò notionem quandam quam ὀνοματικὸν ὅρον dixere.

CAP. VI.

Τοῖσί τε γὰρ ἐγνωσμένοις διὰ πείρας ἐπιμένοντες, ἐκεῖνα μόνα παραλαμβάνουσιν αἰτιώμενοι φύσιν ἢ τέχνην ἤ τι τοιοῦτον τῆς βλάβης αἴτιον. Nam qui ab experimẽto cognitis insistunt, sola illa assumunt reiecta in naturam aut artem aut tale quippiam nocumenti causa.) Arbitror pro φύσιν legendum τύχην, prius enim dixerat: ὁ κατὰ τὴν τύχην αὐτοῖς ἐφαίνετο, & τὴν ἀτυχίαν δεδιότες: ac paulo pòst in uerborũ Hippocraticorũ relationis calce: οὐκ οἴονται τὴν κακὴν ἐπιδίαιταν αἰτίαν εἶναι τῆς βλάβης, ἀλλ' ἄλλην τινὰ ἀτυχίαν. Qui namque experimentis solis fidunt: nec naturam rei ullius sequuntur ullam,

nec

nec considerationem ad hanc adhibent unquam: ut propterea non rectè scriptum sit φύσιν. Ac si quid peccantes aberrant à scopo, culpam referunt in fortunam, quòd successus spem infortunium euertent aliquod: aut in artem, quòd artis suæ præcepta empirices aliqua ex parte non satis rectè obseruata tenuerint. Nam naturam causari, uel de rerum causis in medicina aliquid omninò dicere, id uerò rationalium, & dogmaticorum fuerit, non empiricorum.

γλυκύν τε οἶνον, καὶ οἰνώδη. *Dulce uinum, & uinosum*) Libro de ratio. uic. in mor. acut. tertio, de uini, oxymelitis, aquæ, & reliquorum differentijs tractatio est.

CAP. VII.

ὅσων δὲ τὸ πιθανὸν ἄδηλον, ὅπως ἀδηλίας ἔχον παραπλήσιον τῷ ἀπιθάνῳ. *Et quorum probabilitas incerta, quæ incertitudine similia rei non probabili uideantur.*) Probabile habetur, (ut in arte nostra uersemur, exemplisque agamus nostris) occultã transspirationem illam esse debere, quæ nec constat tamen, & incerta est: eaque incertitudo ex eo nascitur, quòd non appareat, proinde & probabilitati repugnet, probabilis tamen maximè quum sit, uel eo solo quum sicuti repleri corpus uidemus quotidie, ita depleri idem quoque necesse sit nõ solùm alui, uesicæque excrementis, sed his insuper quibus habitus totus euacuetur, quanquam sensum fugientibus, & cogitatione tantum comprehensis. Idem de perpetua patibilitate dici illa potest, & de senectute morbo assiduo, probabili utraque, sed incerta: incertitudineque ea, quæ sensibus, & cogitationi atque intellectui primò occurrat, ideoque non probabilibus uisis, absurdæque rei similibus, & ueris nihilominus, & inprimis credendis, ut postea demonstrantur.

ὥσπερ γε καὶ τὴν ἑτέρως ἀδήλων.) Reponendum ἀδήλων, ut sententiæ priori respondeat. Ne pigeat enim hæc quoque notasse minutiora, sed impeditura lectionis cursum, si conniuenter prætereantur.

οὐ μόνον πιθανὸν ἀλλὰ καὶ περιωδευμένον καὶ ἀπερίσπαστον. *Non modò probabilem, uerùm etiam circumspectam & immobilem.*) Iudicium de rebus dicit, quod non solùm probari facile sit, sed etiam diligenti undique examinatione inspectum, uijsque omnibus circumlustratum: id enim περιωδευμένον est: inconcussumque ac stabile & firmum, id ἀπερίσπαστον sit. Porrò hoc quod ita definiuere noui Academici, idem erit quod Chrysippus comprehensionem dicebat: Plures autẽ sensui, aut intellectui perspicuum, euidensque ac manifestum, cui scilicet refragari nemo mentis compos sensibusque suis integer audeat.

εἰ καὶ μηδεμίαν ἀναγκαίαν ἀκολουθίαν ἔχει πρὸς τὴν στοιχείωσιν. *Etiam si necessariam sequelam nullam habeant cum elementari principio.*) Στοιχείωσιν uocat iacta sectę aut scholæ cuiusque, ceu fundamenta, quæ pro confessis habentur, & ueluti elementa ac propria principia recipiuntur: quibus quæcunque repugnant, haud mirum fuerit, si non admittant sectatores quique. At nihil contra se facientia quædam improbare uelle, deque his altercari, quæ si concedantur, & permittantur decreta ac placita sua non euertunt, nec principia conuellunt, id mirum sit: ut quum philosophi de principatu animæ nobiscum digladiantur, quorum nihil refert, in corde ne, an cerebro sedem posuerit princeps animæ pars. Nam nostra plurimum semper retulerit, qua in parte sit, quippe aliter curaturis ea animæ facultate laborantes, si in corde esset, quam nunc facimus, pro indubitato in cerebro esse credentes.

ἐξ ἄλλων δογμάτων τε καὶ ἀσκήσεων ἐπὶ τὴν κτῆσιν αὐτῶν ἀφικόμενοι. *Ex alijs placitis atque exercitationibus ad earum possessionem peruenientes.*) Philosophi omissa quæstione de principali animæ parte, quam corporis sedem occupet, facile possunt ad uirtutum acquisitionem omnium peruenire, si tantum nouerint diuersas esse animæ partes facultate ac uiribus distinctas, etiam si uarijs locis non insideant. Decretum igitur hoc sequuti & dogma, de facultatum animæ diuersitate, quod aliud est à dogmate de locis, & sedibus animæ: iuxtaque id

exercitationibus usi, quibus inferiores animæ facultates irascendi, & concupiscendi, superiori rationali dicto audientes esse assuefaciant: & fortes, & temperantes, & iusti & prudentes euadent, atque etiam scientiam & sapientiam adipiscentur, ut qui rationalem animæ partem non aliter excoli meliùs posse uideant. Quum igitur hoc scient ipsi, atque ita hoc facient in adipiscendis uirtutibus, tum alios ita dicendum faciendumque esse docere poterunt. Simul illud perspicuum ex hoc eodem fuerit: scientias uirtutes esse: rationalis nanque partis scientia, & sapientia uirtus est. Et irascibilis fortitudo uirtus, concupiscibilis temperantia: consuetudine maxime nobiliori animæ parti obtemperandi introducta. Sic tamen, ut non ignoremus hæc ita se habere omninò: nempè principi ac nobiliori parti dominatum permittendum, quòd scientia assequimur: & illius imperio assuefaciendas alias, quod moribus & diutina ita exercendi illas consuetudine. Atque hæc philosophorum propria sunt placita, & exercitationes, absque quòd de animæ sedibus disputetur, aut quæratur quicquam: itaque ἐξ ἄλλων δογμάτων τε, καὶ ἀσκήσεων erunt. Ac reperiuntur philosophi tamen naturales dicti, qui rerum tantùm causas inquirunt, & naturam perscrutantur, speculatiuam solum philosóphiæ partem sequuti, ut sciant, non ut agant, faciantúe: quorum instituto ne illud quidem ipsum magnopere necessarium erit, de animæ facultatibus pluribus inuestigare: Ideò quod ad moralem imprimis philosophiæ partem quæstio ea pertineat, instituendis rectè, informandisque hominum naturis ad mores imbuendos, quibus paulò antè diximus rationibus, ciuilesque actiones omnes ritè, atque ex ordine decenterque inprimis obeundas. Possunt nihilominus hæc quoque, sicuti multa insuper alia, ad morum formationem, aut domus, aut ciuitatis gubernationem facientia, inuestigari, ut sciantur id unum, non autem ut ad actiones ullas conferant, uel etiam perturbationum animæ medelas, quibus sanandis tum demum maximè pertineat de partibus animæ & facultatibus cognouisse.

Καὶ γέγραπται περὶ αὐτῶν ὑπὸ Ξενοφῶντος κάλλιστα *Proditumque literis à Xenophonte de his est optimè.*) Quæ ad mores formandos domesticasque ac ciuiles actiones tuendas, animorumque affectiones curandas facerent, non facerent, quęstiones in philosophia uidentur uiri quidam pręcipui, initio ducto à Socrate, quem sequutus eius uestigiò fuit Plato, magna diligentiaque in consideratione habuisse semper: & alteras admisisse, reiecisse alteras: ut prorsus philosophiam appellarent per excellentiam hanc unam, quæ de moribus uiuendique rationibus, seseque ritè ac decore & κατὰ τὸ καθῆκον in actione omni per totum uitæ decursum gerendi, tractaret, tanquam utilem, ac necessariam in commercijs hominum, & consuetudinibus futuram: reliquas logicen & physicen pro additamento atque accesſione haberent, dũ præferrent illam. Propterea Plato, qui sub persona Socratis ethica sua facit, physica Timæo Locro tribuit in Timæo: dialectica (quę Platonicis metaphysica sunt) Parmenidæ, libro ab eo nominato. ἐς τὴν φυσικὴν θεωρίαν τῇ φιλοσοφίᾳ προσθείς. De Platone loquens ait hoc loco Galenus, philosophiam moralem unam nuncupans ab excellentia & nobilitate, uti dictum uerbo usus προσθείς, quo aduentitia potiùs ueluti accesſio quædam significetur.

Δι' ὁμοιότητα μέν τινα τοῖς χρησίμοις τῶν λογικῶν, καὶ φυσικῶν θεωρημάτων καὶ ἡ τῶν ἀχρήστων προσετέθη ζήτησις. *Ob similitudinem tamen quandam logicis, ac naturalibus speculationibus utilibus inutilium etiam addita quæstio.*) Vt separatæ habeantur philosophiæ partes, moralis, naturalis & rationalis, nec magnopere, ut diximus, moralis naturalem desideret, sic in uniuersum: at sunt tamen quædam non inutilia in ea, quæ tractentur: Nam ut de mundo genitusúe an ingenitus, unus an plures, finitus an infinitus, & huiusmodi quædam quæsiuisse, nihil ad rem facturum sit: at Deorum ne prouidentia, an fortuna cuncta gubernentur, temereque ac fortuita agantur, mundi huius omnia: id uerò uel inprimis, formandis, retinendisque bonis moribus, & rebuspublicis conseruandis utile, ac necessa-

necessarium fuerit, non ignorasse. Huiusce generis de animæ uiribus quæstio quoq; habenda est. Quæ quem in corpore locum obtineant, non admodum sollicitum esse moralem philosophum opus sit: quot uerò eæ ac cuiusmodi inter se una'ne, an plures eædem, an contrariæ sint, maximè opus. Sed naturali, cuius officium rerum natura constantium causas omnium, modosq; ac rationes inuestigasse, etiam sedes, locaq; in corpore perquisiuisse earum, non inconueniet. Cæterùm omnium maximè medico necessarium, ritè atq; ordine læsis animæ functionibus diuersarum facultatum diuersis, diuersam medicinam facturo, diuersaq; in parte pro facultatis natura, quo quamq; in loco repositam esse sciuerit, remedia commodè adhibituro. Præter hæc autem affinitate rerum quadam & similitudine, eo quod philosophiæ quamuis triplicis, unum tamen ceu corpus quoddam sit conspirabile inter se: logicis interdum & naturalibus, quæstiones miscentur morales, sicuti moralibus naturales, & logicæ. Non enim fieri aliter potest, tam inter se affinia & uicina tractantibus, quin ad proxima transgressio aliquando fiat. Vt hinc quoq; appareat quod uerborum Galenicorum initio dicitur, propositumq; fuerat, ut probaretur: similitudine rerum quadam deceptos cum utilibus sæpe de re aliqua considerationibus inutiles etiam quæstiones miscere solitos authores, aut certè non necessarias.

ἣν ἐχρῆν μάλιστα κρίνεσθαι κατὰ τὴν ἡλικίαν τῶν παίδων *Quam in puerili maximè ætate dijudicatam oportuerat.*) Maximum præceptum futurum erat hoc, si sequeremur semper: ut pro naturali solertia cuiusq; ingenij, quod potissimum in pueris elucet, ad ea, ad quę natus unusquisq;, factusq; à natura uideretur studium animumq; suum applicaret. Et fit tamen à multis petiq; ab Astrologis solent ista sæpe, qui ex astrorum notitia artisq; suæ peritia ac syderum cœlesti conuentu, bonum futurum hunc medicum augurantur nobis, Iurisconsultum illum, & alia de alijs promittunt.

CAP. VIII.

τῆς δὲ τῶν τεχνῶν φύσεως, ἣν ἅπαντες ἄνθρωποι φύσει ποιοῦνται. *Artium uerò naturæ, quam omnes homines natura faciunt.*) Non faciunt aut exercent natura homines artem unam aliquam, quomodo natura dicimus araneos texere, extruere hirundines, & id genus: sed quòd naturam habeat ad artium omnium captum factam homo, propterea dictum fuit: & ut probaretur, quæ ex arte fiunt, longè ab his distare quæ à fortuna, & temerè facta uidemus: fine enim usuque aliquo proposito fiunt, & in finem utilem aliquem tendunt artificiosa omnia, qđ in fortuito factis non est. Ea quidem habetur artium natura, ut constitutæ fine subsistant suo, quæq; utili futuro alicui rei. Nam etiam quæ artes suas, sibiq; naturaliter insitas exercent, animalia ut natura tantum propria ad id ducantur, at à superiore tamen facultate, ac uirtute quadam in finem, usumq; diriguntur suum: quam multi ex nostris appellauere intelligentiam non errantem.

ἐπεὶ δίκαιον ἔχουσι τὸ σῶμα ἄνθρωποι *Quoniam iustum habent corpus homines.*) Hippocratis libro de Articulis: Galenicæ uerò commentationis primo.

ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἀνθρωπείων παθῶν ποιούμεθα. *Ergo sicuti in humanis affectionibus facimus.*) Corpus humanum tam iustum seruare partium inter se omnium commensum, idquē perpetuò, uel certè multo maxima ex parte, quod temeritatis, aliciuius & fortunæ non est, cuius uariabilia semper opera rarò tenorem eundem seruant animaduertentes, traducere eandem considerationem ad cœlestia debemus, ac diuina: in quibus miro quodam ordine, nec uariante unquam, orbium omnium circumuolutiones easdem, cursusque syderum, & recursus in idem statis quibusdam temporibus redeuntes uidemus: certissimo argumento, longissimè à fortuitis & temerarijs uagationibus cuncta ista abesse, quæ tam certa semper lege ferantur, ab ijsdem in eadem, perquā eadem

atq;

atque etiã in eodem, rationibus eisdem, eisdemque ordinibus. Quo potissimùm indicio persuasum nobis uult Plato, decimo dialogo de legibus, mentem animamque esse, quæ gubernet omnia, minimè uerò fortunam. Vt in his quoque non diuersa esse Platonis decreta uideantur, redeatque nobis ita de similitudine, & dissimilitudine rerum repetita hoc pacto ratio illa, quantum quidem huc spectat.

ὅστις ποτ' δὴ θεῶν. *Quicunque tandem Deorum fuerit.*) Vltimam esse diuinorum suprà diximus, de Platonicorum sententia, corporis nostri formatricem rectricemque, deinde semper ad extremum usque uim, in materiæ commercium deductam, immiscentemque se ei, & excolentem illam.

οὐ φυλάξομεν ἔτι τὴν ὁμοιότητα τῆς πρὸς τὰς τέχνας κρίσεως. *Non seruabimus similitudinem ulterius cum artibus iudicij.*) Quod in eo positum erat, ut ubicunque in unum finem dirigi cuncta, & quæque suam partem ad summam certi alicuius usus conferre, plurimumque assequi, eodem semper ordine, legeque progressa uideremus, artem ibi esse iudicaremus. Quod quum in artium operibus spectetur, multumque inesse propterea in his aut illis artificij, iudicium nostrum proferamus, etiam ut artificem, authoremque operis ignoremus: sic quamuis ignorato corporis nostri opifice, quum tantum perpetuo artis adesse illi animaduertamus, stultum fuerit, non summi id artificis habendum esse opus fateri: cunctaque eo pacto naturę opera: artifex enim hic talis. Proinde φύσιν. loco, si φύσεως legeretur, conuenientior futura fortasse lectio sit. Id quidem hic agitur: ut opera naturæ semper maxima exacti artificij ratione constare probentur, humanæ maxime fabricæ exemplo: quò uidelicet similitudo ex hoc quoque ostendatur & dissimilitudo rerum: quóue modo qua dissimiles, & qua rursus similes accipi parte res debeant: ut de uiris, ac fœminis ac capillatis diuersarum ex parte naturarum eandem tamen sæpe artem exercentibus traditum à Platone fuerat in libris de Repub.

τούτοις τοῖς κριτηρίοις χρώμενος ὁ ἱπποκράτης. *His iudicij legibus usus Hippocr.*) Sexti Epid. libri sectione quinta: Νούσων φύσιες ἰητροί καὶ τὰ λοιπὰ] & ἀπαίδευτος ἡ] φύσις ἐοῦσα. Illud aũt, φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν, scriptũ inuenies in libro de Alimento.

CAP. IX.

Καὶ ὡς κατὰ τὰ θνητὰ τῶν ζώων ἐνεργοῦσι μόνον. *Atque ut mortalia animalia tantum operentur.*) Sic uertit interpres egregiè alioqui doctus. Ego aliam sententiam ex his colligo: ut duæ illæ animæ nostræ partes, irascibilis & concupiscibilis, immortalitati, in qua diuina ac superior reposita pars est, eximantur, mortalesque censeantur: non quòd ita sint, sed quòd cum nobiliore ac diuina parte collatæ, esse uideantur: & quod secundum ea tantum, quæ animalium uel in animalibus mortalia sunt, agant. Nemo enim fuerit, qui nõ morti longè magis obnoxia, & caduca penitus existimaturus sit, quæcunque irascendo, aut mille modis concupiscendo operamur, proindeque etiam animæ partes quibus hæc eduntur, bestiali brutorum more, quàm quæ consilio certo, ac rationis ductum sequuti agimus. Vt hoc modo interpretemur ad uerbum: atque ut secundũ mortalia animalium tantum operentur. Actionibus nimirum partium inferiorum duarum illarum intellectis & operibus, quæ mortalia sunt in animalibus. Nam si ut mortalia animalia tantùm operari intelligentur inferiores animæ partes, intellectus erit uerborum rectus satis nullus: tam enim mortales nos, quam bestiæ, brutaque omnia sumus, quorsum igitur illud: mortalia animalia tantum? Vel ergo eo, quo diximus modo accipiendum, uel ut mortales inferiores censeantur animæ partes duæ, eo quod mortalibus tantùm animalibus contingant, hisque functiones suas illa edant, atque per eas, earumque facultates operentur: quod melioris cuiusdam conditionis animalia nõ

faciunt,

faciunt,ut puta Dij ex quorundam sententia quidam minores, siue Angeli à quibus mortalitate differimus, quum rationem communem cum illis habeamus. λογικοὶ ἐσμὲν, καὶ ἡμεῖς, καὶ οἱ ἄγγελοι, ἀλλὰ τὸ θνητὸν προστιθὲν διέστησεν ἡμᾶς ἀπ' ἐκείνων, scripsit Porphyrius, qui scimus quantus author, inter philosophos habitus semper fuerit. Igitur partes inferiores animæ nostræ duæ, quas communes cum belluis sortiti sumus, mortalibus omnibus, mortales & ipsi haud perinde mirandum, si morti ipsæ quoque existimatæ obnoxiæ fuere, à multis: quemadmodum superior animæ eiusdem pars ratio, rationisque caput mens, communis nobis cum Angelis immortalibus ipsa haud dubiè eodem modò immortalis habita semper ab omnibus rectè philosophantibus fuit. Sciri ex hoc poterit, quid opinionis habuerit Galenus de animæ nostræ immortalitate: qui quidem demonstrationes haberi scripserit, quibus probetur, partium animæ, ὅτι τὸ μὲν αὐτῶν θεῖόν ἐστι, ᾧ λογιζόμεθα quòd ea qua ratiocinamur, diuina est, ut immortalem quoque statim esse sciremus: reliquas uerò duas in ambiguo omiserit, quòd demonstrari de his non perinde posit. Ipse illud interea tamen addens de Platone: non quesiuisse, num partes animæ inferiores hasce propriè mortales appellauerit in Timæo, an potius immortales quum sint, hoc illis tamen nomen tribuerit tanquã rationali parte deterioribus, & quia per has mortalia tantummodo animalia operarētur. Quasi qui hoc quoque de his sentiri rectè posse autumet, adeoque idem sensisse Platonicorum non paucos mox scribat. Qui, tametsi certa de eo afferri demonstrationes nequeant, tamen diceret, animæ partes inferiores muneribus suis functas iam, in terreno hoc fragilique corpore, in morte cum superiore illa emigrare aut euolare potius, ueluti appensas nobiliori, eiusdem essentiæ, iamque potestatis etiam illius factas. Quod ueritati consentaneum sit, neque absurdi quicquam admittat.

Εἰσὶ μὲν γὰρ τρία κεφάλαια. Capita nanque tria sunt.) Ex modò dictis de partibus animæ, dicendisque mox, ac quarto de Republica libro relatis à Platone, clarescent omnia. Nam & quomodo diuidendæ rursusque componendæ partes animæ sint, notescet. More siquidem diuisionum omnium partes fiunt: quæ in unum deinde adductæ componi quoque possunt: & quid partes quasque sequatur scietur, quibusque sibi inuicem modis pugnent. Irascibilem facultates suæ multæ comitantur: multo plures concupiscibilem: rationalem aliæ quædam. Itemque dissidet concupiscibilis à rationali plurimum atque euidenter satis: non tam ab irascibili, & dissidet tamen: sicuti à rationali irascibilis quoque. Probanturque à Platone ista manifestis demõstrationibus libro de Rep. quarto. Nec minus hanc ita positam rerum harum rationem alia erunt multa, quæ consequantur, pugnentque. Pugnabunt, quæ Stoici maximè inuehere conati sunt, de una tantum animæ facultate, deque animi perturbationibus, quòd iudicia uel iudicium insequentia quædam sint: de certa liberorum educatione, & huiusmodi, superioribus libris explosa refutataque omnia. Sequentur econtrariò diuersa ab his cuncta, quod secundum & quod tertium fuerat caput. Non ignorabitur rerum pariter inter se mutatio, secundum magis & minus, æqualiter & similiter quum fit, uel inæqualiter etiam & dissimiliter: non quidem quòd rerum essentiæ mutentur, sed quod sibi inuicem succedant facultates concupiscibilis irascibili hæcque illi contrà: deque rationali eodem modo cum duabus alijs: ut mutentur inter se uincantque & uincantur, aliæ alijs magis, minusque atque etiam in alijs aliter. Ferocior per se ac uehementior, animosque sumens indomitos sæpe ira, ac diuturnos ingentium sæpe malorum causam: concupiscentia effrænis quidem, at natura tamen sua sedatior non tam in præcipitia feret. Eadem imperari sibi facilius permittet in multis à ratione: quantò quidem facilius cohiberi rei alicuius concupiscentiam sæpe numero uidemus, quàm iram. Rursus utraque in uno aliquo cuncta hæc, quæ modò diximus, magis minusùe erit. Et quum utraque ab initio assuefacta, dicto audiens ratione

futura

futura ſit,ita etiam auxilio erit,feretq́ ſuppetias peragẽdo melius operi,quodcunq́ faciendum propoſuerit ratio. Sic ſit, ut ſimiliter ac diſsimiliter ſe habeant hæc in omnibus his. Quibus inſuper eiuſdem ac diuerſi cognitio proportione reſpondet: non enim dubium eſſe debet,quin animæ partes eæ eorum,quæ attulimus nonnulla eadem inter ſe obtineant,alia uerò diuerſa. cunctis uero communia ſimilitudo, & diſsimilitudo, poſsibile & neceſſarium erunt. Nulla quippe pars,quæ non parte aliqua ſimilis cum alia ſit, atq́ alia diſſimilis:tum cuius non neceſſaria eſſentia fuerit,poſsibilia autem,& contingentia multa:quæ longum nimis eſſet hoc loco recenſere.

οὐχ ἥκιστα καὶ διὰ τὰς ὁμωνυμίας διττὰς οὔσας. *Nec minus propter æquiuocationes, quæ duplices ſunt.*) Aequiuocationum modi plures: hîc duo ponuntur. Alter eiuſdem linguæ:ut ſi quod fortè uocabulum Græcis omnibus uſurpatum æquiuocæ ſignificationis fuerit:puta κύων tritum illud. Sunt quippè Græci omnes ὁμόγλωττοι,& apud omnes uox ea tam ſydus ſignificat cœleſte, quàm canẽ terreſtre animal,quàm etiam marinum. Nec alia Latinis ſignificata uocis huius ſicuti nec alterius, Aries,qua & muralis machina expugnandis urbibus,& cœleſte Sydus,& quadrupes animal ſignificentur. Alter ἐξ αὐτῆς τῆς διαλέκτου, nempe ex dialecti cuiuſq́ proprietate. διάλεκτον appellant propriam,receptamq́ loquendi regionis unius alicuius conſuetudinem: quæ quinq́ apud Græcos numerantur. In eo erit æquiuocatio,ſi uocis unius uſitatæ aliud fuerit apud Atticos,Doricos aliud,& Ionicos,& Aeolicos ſignificatum.

οὐδὲ τοῦτ' ἐννοήσαντες, ὅτι τὸ μὲν ποιεῖν ὑπὸ τῆς δυνάμεως ἐκείνην ἐγχωρεῖ, τὸ πάσχειν δ' οὐκ ἐγχωρεῖ. *Neq́ hoc intelligentes quòd facultatem facere audire licet,pati non licet.*) Facultas,ſeu potentia nulla unquam pati rectè dicetur:illicò enim potentia & facultas eſſe deſierit,patiens. Itaque de potentia paſsio intelligi nullo modo poteſt,quatenus potentia:etenim perplexitas quædam ſtatim ſequitur contradictionis in intellectu ut potentia non ſit potentia. At rei ſubſtantia, & agere, & pati poteſt,& ſubſtantia ſimul eſſe:neq́ eodem tamen tempore,neque ſecundum idem,& ad idem id fiet. Hæc autẽ eo dicta ſunt,quod ſi pati facultas poſſet,uerum futurum erat,contra Platonem,ut idem eodem tempore ageret ſimul & pateretur. Sed neq́ ſi enſis incidens retundatur eodem tempore id eodem modo in utroq́ fiet:quoniam alia ſit agendi patiendi alia in eo ratio: Igitur οὐ κατὰ ταὐτόν.

οὐ μὴν τάς γε οὐσίας διαιρεῖσθαι φασὶν εἰς τὰς ἐν αὐταῖς δυνάμεις. *Attamen diuidi non dicunt in facultates quæ in illis ſunt.*) Vt plures diuidendi modi numerẽtur, quos multos recenſet hic Galenus: nullus tamen erit,quo ſubſtantia in facultates, quas continet diuidatur,quibus quidem operatur agitq́ indiuiſibilis ipſa ſecũdum eſſentiam ſuam,nec in facultates modo ullo diuiſibilis,quippe ex quibus ne componatur quidem,aut conſtituatur:ſicuti neque ſubſtantia ulla ex actionibus proprijs quæ ſubſtantię facultatibus inexiſtunt. Nam de eodem hoc ſuprà etiam,quinto operis huiuſce libro dictum: οὐδ' ἐν ἐκ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν σύγκειται. Vt ideò intelligamus ne diuidi quidem in illas poſſe, proinde neque in facultates,quæ actiones ipſas edunt. Exemplum afferebatur de oculo,cuius partes ſunt cornea,uneaq́ tunica cum alijs,cryſtallinusq́ ac uitreus humor,& aqueus,in quæ diuidi rectè poteſt:facultas autem uiſoria eſt, colorum genera omnia diſcernendi potens:& actio uiſio:in quas nemo ſanæ mentis diuiſerit oculum,quoniam ne partes quidem oculi,eas dixerit ſapiens quiſpiam. Repetitur ergò hoc quoq́ loco erratum id, ad confutandum:quo loco de ſimilitudine,& diſsimilitudine rerum agitur,cum recta diuidendi, componendiq́ ratione coniunctis,in qua res qua ſimiles componuntur,diuiduntur qua diſsimiles.

IN LI-

IN LIBELLVM, QVOD ANIMI MORES TEMPERATVRAM CORPORIS SEQVANTVR.

CAP. I.

Ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεσθαι τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς. *Quòd corporis temperaturas sequantur animæ facultates.*) Pertinet ad animæ functiones, de quibus toto superiore de Placitis Hippocratis & Platonis opere, disputatum est, scire animæ facultates temperaturam corporis sequi. Nam si rectas probasq́ue esse animæ functiones uoluerimus, ut uelle debemus: non aliter id consequemur meliùs, quam si prius, quid causæ habeant quam insequi statim solitæ sint functiones, sciuerimus: quòd si functiones: etiam facultates à quibus illæ proueniunt. At hoc temperatura corporis est: ut qui temperaturæ suæ curam gesserit. protinus & facultatum animæ & functionum gesturus sit: si functionū necessariò & morum: quid enim mores aliud, quàm partium animæ functiones inferiorum duarum superiori parentium? Cuius rursus facultates & actiones siue functiones, facultatum propriæ ac peculiares, quæ sentiendi ratiocinandiq́; sunt, & intelligendi non minus corporis temperaturam sequentur, iuxta illud: αὐγὴ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη: &, σῶμα παχὺ ὃ τίκτει νοῦν. Nec propterea assero temperaturam eam esse, ut temperaturam tamen insequatur.

Ὡς οἱ περὶ πυθαγόραν, καὶ πλάτωνα. *Vt Pythagoras, & Plato.*) Nota sunt Pythagoræ præcepta de abstinentia à multis, & Platonis frugalitas bis in die saturū fieri damnantis. Et quidem corporali ieiunio uitia comprimi mentemq́; attolli, alta sæpe uoce canentes audimus in templis.

CAP. II.

Εἴπερ γὰρ ἦν ἀπαράλλακτος αὐτῶν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς *Nam si indifferens esset eorum animæ substantia.* Non propterea dicit uariari animæ substantiam in pueris, siue naturam (pro eodem enim utrumq; sumit) ut alia omnino fiat: sed quòd seruata uiuificandi semper, atq; animandi potentias, per modos tantum quosdam differat, non interiens sed euarians, temperamentorum quidem diuersitate, omnium tamen humanæ naturæ conuenientium.

Ὥσπερ γὰρ ἐνοικοῦντός τινος πράγματος ταῖς οὐσίαις, ὥσπερ ἡμῶν ταῖς οἰκίαις. *Tanquam enim inhabitante re aliqua in substantijs, ueluti in domibus nos.*) Qui domos inhabitant, diuisi à domibus sunt, prorsusq́; separati atq; exempti, neq;, ut domus varietur, uariabuntur ipsi. Non sic facultates, quæ rerum substantias quascunque comitantur consequunturq́; semper: nam uariantibus illis, ipsæ pariter uariantur: quippe quæ inde effluant ac proueniant.

Οὕτω δὴ καὶ τὴν ἐπιθυμητικὴν αὐτῇ δύναμιν ὁ πλάτων ὑπάρχειν ἔλεγεν, ἣν δὴ κοινῶς ἐπιθυμητικὴν, οὐκ ἰδίως ὀνομάζειν ἔθος αὐτῷ. *Sic autem concupiscibilem quoq; adesse illi facultatem dicebat Plato, quam communiter concupiscibilem nominare non propriè, illi mos est.*) De rationali animæ parte adhuc est sermo, cui Plato desiderium etiam, & appetitum, & uoluntatem tribuat, in uniuersum ista ἐπιθυμητικὴν δύναμιν appellans: ὁρμὴν uidelicet, & animi impetum ad agendum, faciendumúe aliquid. Nam quæ propriè dicitur ἐπιθυμητική, tertia illa animę pars est, iecori insita, peculiariter ita per excellentiam dicta, quoniam multa plures huius desideria habeantur, quippe multorum capitum bestiæ, quàm aut rationalis aut irascibilis. Vt sciamus tribus animæ partibus impetus inesse, & desideria sua cuique, quæ ἐπιθυμίαι sunt, & ὀρέξεις: at tertiæ illi longè & plura, & diuersorum magis generum: unde ἐπιθυμητική appellata κατ' ἐξοχὴν sit à Platone: nam Ari-

ſtoteles modò γεννητικὴν, aut θρεπτικὴν, modò φυσικὴν dixit.

CAP. III.

Ἃ κἀκεῖνῳ κἀμοὶ συνωμολόγηται φθείρεσθαι κατὰ τὸν θάνατον. *Quæ & ille, & ego interire fatemur in morte.*) At de placitis Hippocratis, & Platonis quum ageret, ſub finem non deeſſe ſcripſit, quæ diuinam habendam eſſe rationalem animæ partem demonſtrent: conijcere ex eo nobis ut fas eſſet, immortalem exiſtimandam eam eſſe: addiditq́ue reliquas duas mortales dici à Platone potuiſſe nobilioris illius comparatione ſolum, uel quòd eæ tantum mortalibus animalibus ineſſent, non etiam ut ita ſint. Hanc igitur ſuam ambiguitatem, & incertitudinem profeſſus eſt, ita ſcribens: ἐγὼ δ᾽ οὔθ᾽ ὡς δεῖν. οὔθ᾽ ὡς οὐκ δεῖν ἔχω διατείνεσθαι πρὸς αὐτόν. Rurſus hoc eodem in libro paulo pòſt, ſi corporis futura ſpecies eſt anima, εἶδος nimirùm mortalem ſtatim agnoſcit. quid ni, ſi quidem ita eſſet? idem hoc contendunt Alexandrei, & profitentur. At mox addit: τολμῶ δ᾽ οὖν λέγειν αὐτοῖς, ὡς οὐ πᾶν εἶδος σώματος ἐπιτήδειον δεῖν ὑποδέξασθαι τὴν λογιστικὴν ψυχήν. Quod ſi non omnis ſuſcipere idonea eſt rationalem animam corporis forma, ſpeciesúe, eſtq́ue ſpecies temperatura: non omnis etiam temperatura excipiet rationalem animam. At recipiet una aliqua certè, non anima, ſed temperatura animam: his qualitatum primarum quatuor, quæ elementorum ſunt portionibus, his numeris nobis incognitis conſiſtens ipſa, ac ſubſiſtens, cœlitus miſſam illam, nam quamlibet qualibet, ſed humanam, ac rationalem humanæ ſuſcipiendæ apta nata, ceu materia ſubſtrata illi: ut materia non unaquæuis ignem ſtatim concipit, ſed præparatione ad id idonea inſtructa: nec aer quiuis admittit lumen. Quapropter animam faciemus non temperaturam, neque uerò temperaturæ rationem illam incorpoream, neque harmoniam: ſed hæc ſuſcipiendæ animæ extrinſecus aduenienti, forma nempe ipſi, ſubſternemus pro ſubiecto, & materia idonea, in qua libenter diuerſetur ad tempus, tantiſper dum temperamenti ratio, & ceu muſicus concentus, atque harmonicus rerum quatuor commenſus, qui in re hac exigitur, maneat. Quæ res quo primum tempore diſcordia. Ferentur parte aliqua, uel illatum domicilio huic anima nocumenti aliquid fuerit, ſenſura quamprimum anima quoque ipſa ſit, atque adeò diſceſſura protinus, ſi paulò maius nocumentum fuerit, quo harmonia & temperamenti ratio diſsipetur. Vt habeat ex hoc Galenus ad omnia, quæ quærit: ad quæ tamen reſponſionem paraſſe huiuſmodi, uiſus eſt ipſemet. Cur enim excalfacto ſupra modum cerebro, refrigerato, humecto, ſiccato, ſeparetur anima? Cur ſanguinis euacuatio multa idem faciat, febrisq́ exæſtuans, & epota cicuta? ſcilicet cuncta hęc domicilio nocumentum inferunt, quatiunt, deſtruunt: corruptoq́ue ac pereunte domicilio, ſaluam illam migrare cogunt.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ πῶς ὅλην ὅσα τοῦ σώματος, εἰς ὅλον αὐτὸ δύναιτ᾽ ἂν ἐκτείνεσθαι. *Sed neque qua ratione, nihil quum ſit corporis per totum extendi, illud queat.*) Non defuerint rei huius exempla quærentibus. Quorum illud certiſsimum, & quotidianum: de aere, in cuius corpus (corpus enim aer eſt) de ſolis luce incorporeum lumen totum ſe per totum indit atque inſinuat, illuſtrans id & clarificans, moxq́ue diſcedens atrum, & obſcurum relinquit. ſimillima ratione qua ſe anima in corpus induit, uiuificans illud ac uegetās: poſt uerò deſtituto eo abiens, mortuum motuq́, ac uiuiditate omni priuatum derelinquit.

Ὥσπερ γε, οὐδὲ διὰ τί χολῆς μὲν ξανθῆς ἐν ἐγκεφάλῳ πλεονάζούσης, εἰς παραφροσύνην ἑλκόμεθα. *Quemadmodum neque bile quidem flaua in cerebro redundante in delirium rapimur*) Non difficilis futura eſt cauſæ redditio, quibus corpus animæ ut inſtrumentum quoddam cenſetur. Malè enim affecto eo, quacunque tandem ratione, nunquam uti rectè poterit. Quod uerò aliter atque aliter affecto, alia atque alia ac diuerſiſsima contingant, quid mirum?

rum? An non Galeni uox est, alia bilem pituitam alia afferre symptomata solere in corpore redundantes? Quare enim? opinor quia calidus & siccus humor is natura, frigidus & humidus ille alter. Vt mirum magis uideri debuerit, si eadem euenirent ex tam diuersis ac contrarijs. Quamquam uideo non hoc mirum uisum fuisse Galeno, sed illud potius: quomodo proprietates affectionũ contingant quædam, desipientiæ, melancholiæ, memoriæ, prudentiæ, intelligentiæ amissarum aut corruptarum.

Καὶ μέντοι καὶ διὰ τί μωρίαν αὐτὴν ἐργάζεται κώνειον. *Et quidem cur stultitiam ipsam efficiat cicuta.*) Κωνᾶν Græcis conuertere & conuoluere significat: inde κώνειον nomen accepit, quod conuersionem siue subuersionem, & stultitiam ac uertiginem faciat: minimè uerò quod insania quam cicuta fecerit, κώνειον uocetur. Nicander in Alexipharmacis, cicutæ potus inter alia καρήατι φοινὸν ἰάπτει scripsit: &, ἰλλώπεσιν δ' ἐν καὶ ὄσσοις: capitis noxa, & oculorum inuersione siue oculis potius obuersantium ac ueluti circumrotatarum rerum imaginatione notata. Amentes certè factos esu cicutæ quosdam, & uertiginosos sunt historiæ à fide dignis relatæ. Ac de eo quidem, quod frigiditate sua nimia interimat cicuta mirandum fortasse perinde non sit: causa nempe manifesta satis, & aperta. At qđ uertiginem prætereà & stultitiam inducat, id uerò mirandum magis. Nam Socratem (sorbitio tollit quem dira cicutæ) Platonicus Phædon facit, integra ad extremum usq; spiritum mente constanter perijsse. Eadem esse de iusquiamo quæstio potest, frigido perinde pharmaco, atq; idem sæpè faciente. Et de uino est: afferturq; mox à Galeno hic: quod esse tamen calidum concedimus omnes. At ex utroque ebrietas. Puerum scimus iusquiami semine temerè, ac largiter deuorato ex calyculis ebrio primùm similem, ut uini potu factum fuisse crederemus omnes: mox insaniuisse uertiginosoque affectu correptum iacuisse aliquam diu. De uino quæsitum ab Aristotele multum ac diligenter, Problematum sectione trigesima: præter alia, cur ad insaniam propemodum interdũ agat, & stultos reddat, eorumq; in morem circumuertat, qui à teneris comitiali morbo laborare soliti sint: quod longè plus, quàm uertiginosum tãtùm esse, est. Causam in flatulentiam magna ex parte relatam legimus: quod ut ita esse existimemus, non tamen cuiusuis naturæ flatus id faciet, sed in hoc, uel ex hoc temperamento genitus aliquis, cuius proprietas ea sit. Itaque fiet, ut in id tandem recidamus, de peculiari rerum multarum facultate, ex totius substantiæ uiribus operata: quæ temperamenti ratio est, supra qualitatum primarum quatuor commixtionem, at ex ea tamen resiliens constansq;.

Καὶ Ζήνων, ὥς φασι, ἔλεγεν. *Zenoq;, ut aiunt, dicebat.*) Similitudine usus est Zeno lupinorum maceratorum aqua, deponentiumque in ea amaritudinem: ut eodem modo uini se potu temperari diceret. Plato in secũdo de Legibus morem habitumq; animi, nempe ἦθος, ex duro molliorem reddi uini usu scripsit, tanquam impositum igni ferrum: καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα: fieriq; eo modo formabilem magis, εὐπλαστότερον, qui fingi, duciq; possit.

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον νηπενθές. Odyss. δ.

Οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅς τε καὶ ἄλλους βλάπτει. Odyss. φ.

Ἀναγκαῖον ἔσται, καὶ τοῖς ἰδίαν οὐσίαν ἔχειν ὑποθεμένοις τὴν ψυχὴν ὁμολογῆσαι δουλεύειν αὐτὴν ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν. *Necessarium erit his quoq; qui propriam habere substantiam statuunt animam, corporis temperamentis seruire eam fateri.*) Fatebimur: quid tum? Immersam quippe tempore aliquo corpori totam, ac degrauatam, fœdatoque eo usam sæpe, atque instrumento abreptam deorsum suo, ei seruientem, sed non omnem nec semper. Nam & exerunt multæ caput extra corpus, seseque attollunt, neque immergi sinunt, supra cælestia, supraque mundana speculantes: hac parte beatæ ante etiam exitum de corpore. Et quæ hoc non possunt naturę tandem tamen restituuntur suæ, nihil aliud quàm exutæ corpore hoc omnes ac terrena sarcina hac deposita euolantes, nulla quidem

substantia, aut essentia noua accepta, sed priore natiuaque sua purificata solùm, sordibusque iam emundata omnibus, & faecibus liberata aduentitijs: ut aurū luto fimoque inuolutum, sterquilinio si eximatur detergaturque, non illud quidem nouum aurum aliquod fiet, sed detersum tantummodo euolutumque fimo, naturam suam accipiet primam emaculatam. Sic nō esse pro argumento animorum mortalitatis debebit ullo, quòd corporibus inseruiant, teneanturque illis tempore & afficiantur, inficianturque saepe, propè dixerim lutentur quoque, & maculentur. Quandoquidem cuncta haec quamuis fiant, at illi interea aliquando tandem abiecto omni onere, exutisque immunditijs, & effracto carcere naturae suae sese asserunt rursus, & in libertatem uindicant, terrena faece omni relicta, neque seruitutem illam seruientes amplius, & excussis perturbationibus, qui quidem liberi prorsus hinc emigrarint.

CAP. IIII.

τί χρὴ νομίσαι πάσχειν τὸ θνητὸν εἶδος αὐτῆς; *Quid pati censendum erit mortalem illius speciem.*) Qui morti obnoxiam animae eiusdem speciem unam aliquam, aut partem habendam esse asserit, nae is eiusdem illius animae immortalem partem aliquam aliam relinquere, ac fateri uidetur. Et de Galeni quoque igitur sententia, hac quidem ratione partem animae rationalem immortalem dicemus, mortales concupiscibilem & irascibilem: hasque solum temperaturas esse iuxta authorem eundem apparebit: quippe sic mox scribit: δέδεικται γὰρ ἐν τῷ προσθεν τὸ θνητὸν τῆς ψυχῆς κράσεις οὖσα τοῦ σώματος. Demonstratum, inquit, prius est, mortalem animam corporis esse temperaturam. quas illicò nominatim simul citet irascibilem cordis, & iecoris concupiscibilem. quid innuens aliud, nisi reliquam rationalem eiusmodi non esse? ac quum temperatura non sit utique ne in tertiu quidem addictam existimandam? De Galeno inquam sententia hoc duntaxat: nam rectius fortasse opinabimur, unam esse animam totam facultatum plurium, alia aliam perficiente & postremò superuenientis formam suscipientibus primis, naturae eius[illegible]m factis, subiectis tamen ac substratis illi.

Καὶ μέμφομαι τῇ προσθήκῃ τῆς δυνάμεως. *Deque facultatis additione queror.*) Dixisse animam temperaturam satis fuerat, neque additum oportuit, facultatem: haec nanque animae protinus substantiam, quam temperaturam esse Andronicus Peripateticus statuerat, consequitur. Qui formam dixit, consequentia etiam formam dixisse uideri debet: ut non necessum sit ea addidisse.

Ἐν ταὐτῷ δὲ γένει τῆς οὐσίας καὶ ἡ τῆς στωικῶν περιέχεται δόξα. *Eodem autem substantiae genere Stoicorum quoque opinio comprehenditur.*) Totus in eo est Galenus, ut animam temperaturae genere concludi probet, eoque simul illius mores temperaturam (quod propositum initio habet) sequi comprobet. Ambiguus tamen fertur, ut suprà ostendimus, an de rationali animae parte existimandum idem sit. Nunc Stoicos non diuersum sensisse inducit, quòd animam spiritum esse quendam uoluerint & naturam: humidiorem, & frigidiorem hāc, calidiorem & sicciorem illam: alteramque hoc est naturam, alterius materiam quandam esse: alteram animam nimirum formam: quae igitur ueluti ex contemperamento alterius frigidi humidique aeris & calidi, alterius siccique ignis existat. Vbi attendenda uerba illa: τὸ εἶδος τῆς ὕλης εἶδος, ἤτοι κράσεως: Materiae autem forma uel temperaturae, ut arguere possimus ex hoc non temperaturam formam facere Galenum ex hoc quidem dicto, nam alibi pluries aliter de his: sed cum materia potius collocare. ὕλης, inquit, ἤτοι κράσεως. Vt non ineptè icircò, temperaturae potius ratio quaedam Galeno, quàm temperatura fuisse anima uideri queat.

Περὶ μὲν οὖν τούτων ὀλίγον πρόσθεν ἐπισκεψόμεθα. *Igitur de his paulo ulterius considerabimus.*) Quo loco sub libri huius (quantum quidem extat) finem, intercisa, imperfe-

perfectaq; spectantur reliqua. Quæritq; ibi quomodo iure quis laudetur, aut uituperetur, odio sit aut ametur, prauus aut bonus factus non ex seipso, sed à temperatura.

CAP. V.

Ἄνευ τοῦ σώματος εἶναι δυναμένη. Sine corpore esse quæ possit.) οὐ δυναμένη legendum esse existimo melius, ac uerborum sensui, quæ hic dicuntur, conuenientius. Nam siue temperatura, siue temperaturæ ratio illa, temperaturam tamen statim insequens, fuerit nobis anima, esse sine corpore haud poterit, nisi non solùm incorpoream fecerimus iuxta Platonem, (incorporea enim ratio quoque temperaturæ est) sed per se subsistentem (quod ratio non est) ac foris corpori accedentem.

Ἀλλὰ τό γε δεσπόζεσθαι, καὶ δουλεύειν τῷ σώματι. At quòd dominium patiatur à corpore, illiq; seruiat.) Redit in uiam. Atque hoc ipsum nos quoque fatemur: quaq; fieri optimè ratione queat, ut immortalis quum sit, corporis tamen obnoxia seruitio reperiatur, suprà satis ostensum.

Ὅταν δ' οἴηται βλέπειν τὰ μὴ βλεπόμενα, καὶ ἀκούειν ἃ μηδεὶς ἐφθέγξατο. Quem uerò uidere se putat, quæ non uidentur, & audire quæ loquutus nemo fuerit.) Non uideri tàm mirum debuit, si corruptè, ut in multis ista fiunt, Chimerasq; sibi fingit, & Hippocentauros, & ineptissima quæq; corruptior facta, omnium animæ facultatum addictissima corpori, imaginatrix uis, & phantastica obuersantibus malè affectæ tunc illi mille rerum diuersissimarum speciebus, modis mille, etiam ratione sæpe uacillante, & inania colligente, ex commercio imaginatricis uanissima sæpe suppeditantis, mira quadam concurrentium inter se specierum fluctuatione: manente interea integra semper mente, summo nempe rationis capite, quamuis obnubilata & offuscata, neq; tamen corrupta. Scimus causam cur suffusionum initio muscas, culices, formicas atque alia circumuolitantia uidere nobis uideamur, non etiam uideamus. Idem causæ transferamus ad paulò interiores animæ facultates: non magnoperè mirabimur: nec sanè aliud inde argumenti ducemus, quàm commercio eas teneri corporis, etiam seruitio illius alligari sæpe, quod fatemur, ut uolunt: & confessi non officere id animæ immortalitati docuimus. Accipiant ediuerso, quibus doceamur dominium & imperium sæpè exercere easdem in corpus. Quo animi ardore fertur corpus ad uindictæ cupiditatem iubente irascibili: salit cor, & arteriæ saliunt, præcepsque agitur uniuersum corpus. Quo feruido rubore irascitur, quo pallore timet? Qua capiendi cibi potusq; uoluptate ferimur, aut in uenerem præcipites agimur, stomachi, iecoris, pudẽdarum partium concupiscibili facultate impulsi? Vtero gerentis mulieris auiditas, cum imaginandi ui, quas quantasq; repræsentat in fœtibus notas rerum cupitarum nõ acquisitarum? quarum quàm altè sæpenumero uestigia apparent in corporibus, quæ miremur omnes? At quibus fascinationibus quàm multis noceri uidemus tenellis? Alios exanimauit lætitia, alios metus, nimio quàm utrumque si fiat: & animi utrumque opus. Quid? an non pallemus timentes, uerecundantes rubemus, in præcipitio constituti caligamus & contremiscimus toti? Crœsi filio ingens loquendi uoluntas, animæ facultatum una, non'ne uocem expressit, muto anteà natura, uocalisque factus illico est? Porrò mœrentis, timentis, cupidi, irati, gaudentis animi quàm manifesta uisuntur in corpore, uultuque præsertim, signa? Iam (ut de parte animæ rationali loquamur) speculationes continuæ atque intentæ, quàm emaciant corpus totum? cogitationes assiduæ & literarum studia non idem faciunt? ut aliqui ijs impallescunt? Non pauciora mehercle habituri sumus dominantis, imperiumque exercentis in corpus animi signa, quàm e contrariò, nec sanè minora: imò maiora multo, quando nec semper, nec tam

facile à corpore in animum affectus trãsit, quàm ab animo in corpus. Etenim, ut à circumfuso nobis aere afficiatur quoquomodo corpus, non eodem modo afficietur animus semper. Incalescit sępè corpus, refrigescit, siccescit humescit: non semper trahetur in consensum eundem animus, nisi quum uehementius ingruentes qualitates ex alteratione ingentem fecerint: & quum fecerint tamen, non antè quàm alterationis illius animo sensus oboriatur, dolor fiet: qui suprà in libris de placitis Hippocratis, & Platonis, alterationis potiùs sensus, & perceptio quàm alteratio ipsa demonstratus est esse. At quoties, & quot iam, in alta quadam quietissimæ mentis tranquillitate positi, & speculationibus intenti maiores etiam corporum alterationes non persenserunt? Ab animo perturbato necessariò deriuabitur in corpus mali semper aliquid: modò citissimè, ut quum in metu extemplò pallescimus, rubemus in ira: utrumque experimur temporis momento in uerecundia. Modò paulò serius, quum curis & animi sollicitudinibus afflictati, primò alimentum non sentimus, mox toto etiam corpore contabescimus. Commercij cuncta hæc indicia sunt cum corporibus animorum consentientium sæpe mutuo, & dissentientium, afficientium, & affectorum inter se, quod non negamus. Sicuti ne illi quidem repugnamus, quod hic probandum assumptum fuisse uidemus à Galeno: uidelicet animi mores temperaturã corporis sequi: qđ ipsum quoque non perpetuò sanè uerum habendum esse scimus. Quàm multi enim sunt, qui seipsos uincunt, moresque sæpe à corporis sui temperatura alienos ostendunt? Studijsque philosophiæ adiuti, bonaque educatione, & instituto proprio nuncium remiserunt affectibus ac perturbationibus animi quas natura afferebat? idque manente adhuc temperatura, hoc est natura propria perdurante? Quin hac ipsa eadem persistente, temperatura inquam, non diuersa facta, diuersa nihilominus rationis iudicia sequimur nostræ. Iam facilè ac sæpè irascimur, quàm iram compescimus: à uoluptatibus ducimur, abstinemus ab his: nulla dũ tam breui tempore temperaturæ immutatione facta. Vt quum certa quidem, ac uera hæc sint, quæ modò narrantes omisimus, atque ita se habeant utraque ex parte euariantia: certi propterea uerique statui ideò nihil quicquam possit ex his de animorum mortalitate aut secus. Nosque animaduersa hoc genus argumentorum eiusmodi ambiguitate, eam, quantum licuit, demptam uoluimus animis nostris: ostenso, ut spero, nihil eam ad mortalitatem animorum asserẽdam facere, quin potiùs immortalitati cõcedere. Maioribus autem alijs efficacioribusque persuasi argumentis, sententiam amplectamur certam, ueramque ac maximę spei plenam de animæ immortalitate, cui præsertim patrocinetur Plato, qua authoritate philosophus? Qui quidem de diuinis diuinæ loquutus semper fuerit scripseritque: at diuina anima nostra est: ut hac etiam in parte eundem idem fecisse credamus, ut diuinè sic uer è etiam.

CAP. VI.

ὅτι μὲν γὰρ ὁ πλάτων αὐτὸς ὁμολογεῖ. *Itaque quod Plato ipse fatetur.*) Fatetur, fatemur & nos: fatebitur mox idem Aristoteles & Hippocrates: concedimus totum. At nobis mortalem animam propterea nostram non faciemus: neque existimabimus Platonem præuaricaturum fuisse in causa hac, ut quam sibi defendendam semper sumpsisset animæ immortalitatem, aperteque ac libenter ubique profiteretur eo in negocio argumenta aliquando afferret de suo, tam ex professo, quibus recepta, ac uocibus proprijs tot, toties à se non uno in loco missis contestata prius, deinde abrogata tolli tota de immortalitate animorum sententia posset.

CAP. X.

οὕτω καὶ ἡ τροφή. *Ita quoque alimentum.*) Educatio uertit interpres, planè non rectè, cõtendẽte mox Galeno disertis satis uerbis, τροφὴν uerbũ pro eo, qđ editur sorbe-

sorbeturq́ & bibitur (quo uinum etiam continetur) accipiendū hoc loco, non educationem aut uictus rationē uniuersam: neq; aliud agitur hîc quàm ostenditur Platonis testimonio, ex alimento, temperatura tamen interueniente, diuersos mores introduci affectis animæ facultatibus nō solùm inferioribus, irascendi & concupiscendi duabus, uerum etiā superiore rationali. Cæterùm his Platonis uerbis addātur ea insuper ex septimo de Republica libro describenda, quibus simul hoc ipsum comprobetur, modò dictum simul clarè ostendatur, ut rationalis quoq; pars ex alimento noxam aut usum temperaturæ opera sentiat, superiorem tamen existimandam esse illis, neq; tam addictam corpori, utpote quæ diuinum magis sortita aliquid sit. Libet autē quoniam autea omnino sunt ac maximè ad id quod probatum uolumus, facere uidentur, adscribere hîc bonam eorum partem, αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς, κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τῶν τοῦ σώματος: τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἐνοῦσαι πρότερον, ὕστερον ἐμποιεῖσθαι ἔθεσι, καὶ ἀσκήσεσι. ἡ δὲ τοῦ φρονῆσαι παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγχάνει, ὡς ἔοικεν οὖσα, ὃ τὴν μὲν δύναμιν οὐδέποτε ἀπόλλυσιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιαγωγῆς χρήσιμόν τε, καὶ ὠφέλιμον, καὶ ἄχρηστον αὖ, καὶ βλαβερὸν γίγνεται. Igitur aliæ animæ quæ uocātur uirtutes, propemodum ex his uidentur, quæ corporis sunt: reuera enim quum non insint primo, posterius assuetudinibus, & exercitationibus inuehuntur. At quæ sapiendi est, multò maximè ut apparet, diuinioris cuiusdam est, quod facultatem quidem suam nunquam amittit: ex circumductione autē utile iuuans, rursusq; inutile ac nocuum fit. Non esse prius inferiores animæ uirtutes & facultates audimus, & consuetudine atq; exercitatione introduci: eo quòd totæ corporeæ sint, addictæ obnoxiæq; illi: ut si corpori, etiam temperaturę immersæ corporis, quam sequantur, semper meritò iacere & latere uideantur, nec usq; propterea appareant, nisi moribus & usu existāt, bonis malisue: bonis ut ad superiora malis ad inferiora, tenebricosaq; & rerum simulachra tantum quędam in specu illo Platonico positæ circumagantur, id enim esse credo, ὑπὸ τῆς περιαγωγῆς. At quæ sapiendi est, nimirum eadem quæ intelligendi, & ratiocinandi, φρόνησις, à nobilioris mentis parte rationis totius capite dicta ea uerò facultatem uiresq; nunquam amittit suas, eo argumenro, quòd non paucos ratiocinantes & intelligentes egregiè uideamus: & eosdem prauos: quorū animula (ut mox ait Plato) acutè uider, cunctaq; acriter discernens perspicit, uiribus suis pollēs, & facultatem retinens, at malitiæ interea etiam neq; tamen corpori prorsus addicta seruit, nihil aliud quàm additamētis extraneis, & ascititijs ueluti quisquilijs infecta degrauataq; plūbeis puta scobibus, quas hîc μολυβδίδας appellat, uel deterioris alicuius metalli recrementis, aurea ipsa tota, inq; natura sua persistens, infuscata tantū excrementitijs, atq; alienis sordibus, αἳ δὴ ἐδωδαῖς τε, καὶ τῶν τοιούτων ἡδοναῖς τε, καὶ λιχνείαις προσφυεῖς γιγνόμεναι, περὶ τὰ κάτω στρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν. Quæ ex comestionibus, & eiusmodi uoluptatibus, gulosisq; edacitatibus, quum accretæ inhæreant, animæ aciem ad inferiora conuertunt. Has igitur circumcidendas iubet Plato à teneris statim: quasi qui ita naturæ suæ relinqui rationalem partem putet, abscisis abiectisque extraneis, & aduentitijs, officientibus illi ex aduersa tantum temperatura, quam potus, eiusque & inconuenientes uoluptates concilient, neque uerò aliam faciant, sed grauatam deturpent solùm restituendam si emundetur, & accretis infixisque ueluti maculis quibusdam repurgetur: tantum sicuti suprà de auro dixisse meminimus puro, lutosis sordibus turpato, cui si cœnosa illa modo ablata demantur, aurum confestim existat purum, putumque. Vt sciamus nec temperaturam esse rationalem animam neque de temperatura exire, neque illam sequi, aut subijci illi, ut irascibilis, & concupiscibilis: fœdari tantummodo, ac turpari: emaculatam autem (ut sæpè iam repetimus) nitidam in natura sua apparere, id quod prius erat, fuitq; semper. non nunc scilicet rationalem factam, sed fœditate omni abiecta, recisaue, natiua facie suā uisendam:

caput, nempe mentem altius etiamnum positum, atque exertum seruantem, tanquam in pharo, flantibus circum ac personantibus sæpè uentis, pulsatum nec extinguendum tamen.

IN LIBELLVM DE DIGNOTIONE ET CVRATIONE AFfectionum animi propriarum.

CAP. I.

Ἐπειδὴ καὶ δι' ὑπομνημάτων ἔχειν βούλει. *Quoniam habere ex commentarijs etiam uis.*) Eiusdem argumenti, cuius superiores quos percurrimus, habebuntur non immeritò insequentes libelli duo de dignoscēdis curandisq; animi affectionibus proprijs, & uniuscuiusq; animorum erratis. Siquidem ad animæ actiones, de quibus hactenus, ab affectionibus atq; erroribus, ne in eos incurrant, coercendas, & ingressas iam retrahendas, reuocandasq; nō parum pertinet, cuncta hæc scire. ἰδίων autem additum titulo hîc, & ἑκάστων ibi, ut propria, ac particularia, quibus tenetur quisq;, errata & affectiones notētur, in unoquoq; priuatim propè remedijs proprijs curandæ.

Κοινῇ δ' ἀμφότερα κατὰ γενικώτερον σημαινόμενον, ἁμαρτήματα καλεῖσθαι. *Communiter autem utraq; secundum generalem magis significationem peccata uocari.*) Propria significatione affectiones, & perturbationes animorum dicuntur, quæ irascibilem, & concupiscibilem tangunt facultatē: peccata quę rationalem. At communi magis uocabulo affectiones etiam & perturbationes peccata dicentur: non autē ediuerso fit, ut peccata perturbationes dici possint, aut sint. Sumantur exempla Galenica, intemperantis, & iracundi, concupiscibilis nimirum, & irascibilis facultatis: rationalis uerò calumnijs fidē facilè adhibētis. Non rectū enim iudiciū ferentis est, quod rationis est. Si quis temerè fidem omnibus adhibeat, propriè is peccare atq; errare dicetur: priores duo affici animo ac perturbari, communiter peccare cuncti, at non affici cuncti: non enim qui credulus nimis non rectè iudicandi ratione errat: quoniam in eo tantum peccat, non etiam perturbatur aut afficitur.

CAP. II.

ὅτι μὲν εἰκὸς ἐστὶν ἁμαρτάνειν. *Porrò quòd probabile sit peccare.*) De cōmuni significatione accipiendum hoc: ut intelligantur tam qui in perturbationibus animorum uarij generis positi sunt facultatis animæ inferioris utriusq; concupiscendi, & irascendi, quàm in iudicij de rebus falsitate superioris ratiocinandi. Tametsi titulus priore hoc libello perturbationū tantummodo dignotionem & medelam polliceatur, ac præstet: posteriore enim de peccatis, siue erratis, seorsum agetur.

Ἧττον δὲ καὶ μᾶλλον ἕτερος ἑτέρου. *Plus autē ac minus alius alio.*) Iuxta illud: optimus ille est, qui minimis urgetur.

Ἀλλὰ καὶ ταῦτα κατάδηλα γίνεται τῷ προσμελετήσαντι τὴν ψυχήν. *Verùm hæc quoq; manifesta fient animam rectè prius exercenti.*) Vulgo damnantes audimus, quicunq; minima quaq; de causa irascuntur, aut quoquomodo tandē perturbantur animo. At in magnis etiam excusamus sæpe, tantum abest, ut damnemus. Meritò dicimus, iustaq; de causa in morte filij luget ille, tristatur, dolet: aut alter, magna facta iactura pecuniarum. At hîc quoq; latent perturbationū semina exigua quædam, sed radicibus sensim actis ad summum euasura, nisi antequam expullulent, obterantur. Itaq; hæc quoq; ipsa cognoscenda initio statim ut repressa conculcentur, ne caput exerant.

Τυφλώττει γάρ φησι τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. *Occæcatur enim amans circa rē amatam.*) Plato dialogo de Legibus quinto ita ait: τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν.

CAP. III.

Εἰκὸς γάρ πω καὶ διὰ ταῦτα ψευδῶς ἡμᾶς δοξάζειν. Credibile enim est ob hæc quoque falsò nos opinari.) A multis circũfertur authoris nescio cuius dictũ: in malignam animam non intrabit sapientia. At quod à Platone scriptum, relatumque à nobis suprà fuit: quorundam animulas, qui praui maliique sint, acutè tamen uidere, & discernere cuncta: ea sapientia non est uera illa ac legitima, quę diuinarum humanarumque rerum scientia habetur, quam assequi isti non possunt. Quomodo enim assequentur aliò semper à ueritatis uia affectionibus animi distracti, perturbatique ac repleti antea his, ut nec ingredi scientia multa posśit, nec ingressa qualiscunque manere diu, ut quæ occupato iam aliis animo facile excidat: ἐμπίπτοντα τῇ ψυχῇ ἡμῶν διὰ τὸ φθάσαι πεπληρῶσθαι τοῖς πάθεσιν αὐτήν: quod paulo pòst à Galeno dicetur. Proinde meritò impedimẽto ista esse autumat, quo minus ferre rectum de rebus iudicium queamus: ideoque purgandos antea animos esse monet: id quod suprà quoque narratum fuit.

CAP. V.

Ἃ γὰρ μόνος ἄνθρωπος ἐξαίρετα ἔχει. Nam quæ solus homo peculiaria habet.) Pro ἃ legendum . Corruptus omnino locus, ut mendosus liber totus: sed qui sibi tamen hoc uelle uideatur: quæ homo propria sibi ac præcipua sortitus est, rationis uim & de rebus agendis iudicium, ea si rationi adempta proiiciat, iræque largiatur, indulgens illi & concedens, iam hominis uita non erit illa: οὐκ ἀνθρώπου βίος, inquit. Sensum hunc nõ uidetur assequutus interpres, aliàs ualde doctus: contrarium enim protulit, ac diuersum omnino quid.

Ψυχῆς πάθη πέντε ταῦτα, λύπην, ὀργήν, θυμόν, ἐπιθυμίαν, φόβον. Animæ perturbationes quinque hasce, tristitiam, iram, furorem, cupiditatem, metum.) ὀργή, ex Ammonio, πολυχρόνιος μνησικακία est: Diuturna iniuriarum memoria, & cum uindictæ desiderio reminiscentia: θυμὸς autem πρόσκαιρος, recẽs & temporaria excandescentia, furor breuis quidam uidelicet, qui non multo pòst deponitur. ἄλλως Galeno prior illa est: αἰωνίως enim dicet mox implacabiles quosdam. Præter hos autem quinque affectus animi si qui sunt, ut nonnulli præterea nominantur, in dictos hosce facilè reducentur omnes: concupiscibilis partis qui fuerint, in ἐπιθυμίας: irascibilis, in reliquos quatuor, mœror, pauor, formido, terror, exanimatio, pudor, uerecundia, stupor, odium inuidia, & alii quidam non nominibus solum differentes, sed modis etiam omnino quibusdam, quibus aliquo pacto inter se distinguantur.

CAP. VI.

Προσέοικεν οὐχ ἵππῳ καὶ κυνί, καθάπερ ᾔκασα. Similia non equo ac cani, quemadmodum assimilaui.) Transit ad correctionẽ concupiscibilis animæ partis affectionum, irascibilis iam correctione & curatione tradita quam equo, & cani simile fuerat, familiarisśimis nobis animalibus mansuefieri solitis, blandè ac placidè si tractentur, modò paulo magis generosæ stirpis sint, potius quàm acriter, ac uiolẽter corrigi, aut corripi postulent: qualis irascibilis habetur sæpè generosorũ: secus ac concupiscibilis, cui magis castigatio conuenit seuera, atque acris, cuncta, quæ plus æquo appetere uidebitur, denegando. At hæc sic quidem uolens sequitur, sed inuita trahitur primò ut aper, ut caper, nunquam in totum mansuescentes, & placidè tractari recusantes, neque ex eo profecturi unquam, ut feritatem prorsus illam exuant, ac mansuetiores fiant. Generosi sæpè spiritus experimur iratos uerbis mitigari placidioribus, & oratione leniri molliore: signumque id ducimus ingenii benigni ac facilioris naturæ, in qua animi magnitudo uincat cupiditatem iræque impetum ad uindictam. Et irascendi facultas concupiscendi facultatem à qua non ducitur desiderio iniquiore acta ipsa rectius instituta, atque animata, & rationi parens. Contrario modo se habentes, qui iracundiam compescere blandis persuasi nequeunt,

nequeunt, magisq́ eo efferantur, & implacabiles euadunt, ingenium nobis ostendent non bene institutũ: in quo facultas concupiscendi quæcunq́ libuerit, siue uindictam, siue aliud, indomita ac ualidior, animositatem (ut ita appellem) quæ parere rationi edocta fuerat, uictam conculcet.

Ἄλλη δ' ἐστὶν ἐν ἡμῖν δύναμις ἄλογος ἐπὶ τὸ φαινόμενον ἡδὺ προπετῶς φερομένη. *Alia uerò est in nobis rationis expers facultas, quæ in id quod uisum iucundum fuerit, inconsideratè fertur.*) De facultate loquitur ea, quæ communi magis uocabulo nuncupatur concupiscibilis, nempe ἐπιθυμητική, ut suprà quoq́ dictum est: qua aliquid concupiscimus, siue ex impetu id rationis quodam sit, siue irati animi cupidine uindictam appetentis, quod tamen irascibilis magis facultatis est: siue cupiditatibus agamur partis eius, quæ propriè ἐπιθυμητική, & concupiscibilis dicitur, ac multiplices continet luxuriæ, libidinis, edacitatis, gulositatis, curiositatis, & huiusmodi rerum aliarum modos. Iubemur ergo nõ solùm posterioris huiusce cupiditates uoluptatibus ingẽtibus delibutas, paruas adhuc cohibere, priusquam inualescant, & uires sumant: sed etiam irascẽdi illius desideria & appetitus reprimere, ne paulatim increbrescẽs maior fiat, quàm ut imperari illi à ratione deinde possit: ac tantum animorum sumat (qui proprij parti huic sunt) ut rationis iussis nõ obsequantur. Quod ideo magis faciendum, quia huius quoq́ desideria non minor sæpe comitari solita sit uoluptas, melle dulcior suauitas, ut Homerus ait, qui καταλειβομένοιο μέλιτος suauiorem uindictam θυμὸν, fecit hoc uersu: ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο, Iliad. Σ. Porrò rationis impetus, qui ὁρμὴ est, quamuis rationis sit, adhibenda tamen mora & consultatio in eo, ne aliud temerè fiat & ex præcipiti: rationis enim non est, quod ex præcipiti est: falli enim potest, nisi discurrat & inuestiget cũcta prius. At hæc tempore aliquo fiunt: itaq́ maturè iudicandũ: nec ut uisum primo occursu suaue, & iucundum consiliũ dete aliqua fuerit, arripiendum continuò id. Vt sciamus hac quoq́ in parte temperandum esse hoc modo rationi, & sustinendum iudicium, ne assuetudine ista insolentior facta præceps feratur, & falsis sæpius implicetur, labaturq́ in uarios errores. Huius enim partis errata & peccata sunt, ἁμαρτήματα scilicet non satis rectè iudicantis.

Ἑλοῦ βίον ἄριστον ἡδὺν δ' αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσεται. *Elige uitam bonam iucundam autem eam faciet consuetudo.*) Rationis & iudicij primum illud est, in quo uitam ex delectu instituimus nobis optimam, ut rationi concupiscentia, & ira obsequentes se pręstent: ad hoc enim ratio nos ducit, & iudicium. Secundũ ex consuetudine fiet, ut iucunda ea & suauis euadat. Diximus quippe consuetudine inprimis fieri, & exercitatione, ut superiori obedire, ac nobiliori animæ parti inferiores, ac deterioris multo conditionis aliæ, repugnantes licet primo, ac recalcitrantes sæpè dicant: in quo meritò futurus uitæ optimæ status sit, ductante atq́ imperãte meliore semper parte sequutis uilioribus & imperata facientibus. Atque hoc factum quum fuerit, & introducta consuetudo, quoniam ad consueta libenter accedimus, libẽti omnia animo fient, adeoq́ iucundè & suauiter. Quapropter & omnium optima erit uita, proindeq́ alijs etiam omnibus præferenda, quæ potioris partis dominio atq́ imperio utetur, ideoq́ uirtutes habitura omnes sit: proptereaq́ iucũdissima quòd uirtutibus nihil amabilius, & nihil rectè factorum conscientia suauius aut iucundius.

Ἢ διὰ τὸ πολυχρόνιον ἔθος, ἢ δι' ἐγκράτειαν. *Vel ob multi temporis consuetudinẽ, uel ob continentiã.*) Tanta esse aliquãdo rationis uis in aliquo siue per se animaduersa siue ab alio audita potest, ut ex incõtinente ꝓtinus cõtinens fiat: quod de Polemone referũt historię. Alius quispiã, nulla ad id faciendum ratione adductus uitæ cõtinẽtis institutũ forte fortuna ingressus, ut de media plebe multi, ex lõga tãtùm cõsuetudine, diuturnoq́ usu uoluptates, quas gulosus, aut libidinosus aliqs acriter ꝓsequeretur, auersabitur. Quidã utrũq́ adhibẽt: ac propositã sibi rationem sequuti, eam longioris tẽporis consuetudine atq́ usu cõfirmant.

Χαρίεν

CAP. VII.

Χείριστος δὲ ὁ φθόνος ἐστὶν ἔτι ἐν τῶν παθῶν, ἔτι λύπης ἐστὶν εἶδος. *Pessima uerò inuidia, siue affectionum una siue tristitiæ species.*) Tristitiæ proculdubio species, nō per se separatum affectionis genus unum aliquod, quæ quinque in uniuersum numerata superius fuere. Tristantur inuidi omnes; hoc illis cum alijs commune multis: priuatū illud quòd alienis bonis anguntur, quæ inuident, siue inuiti uident, ac uidere nollent. Iccirco omnium pessima affectio ea: posita nanque in aliorum potestate causa est, propter quam augeatur. Quô magis enim prosperant res eorum, quibus inuidetur: eo maior semper inuidiæ affectio succrescet. Ac quū reliquarum affectionū conditio tempore minuatur omnium plurimarum etiā cesset ex toto: huius unius auctior fieri indies potest, augescentibus quo diximus modo causis.

Εἶναι νομίζειν προσήκει ἔτι περὶ τὸ φιλοῦν ἔτι περὶ τὸ φιλούμενον. *Par est causam existimemus esse, aut in eo, quod amat, aut in eo quod amatur.*) Decipitur, inquit Plato, amās circa rem amatam. Quorū utrunque quum perpetuò circumferamus nobiscū (natura enim φίλαυτοι habemur, nostrique ipsius amatores) decipi facilè tam separatim in alterutro, quàm in utroque simul possumus atque in utroque facilius: ut quum non satis rectum de rebus iudicium ferētes, quod rationis est, uoluptatibus insuper aut animi furoribus abducimur, quod ratione carētis partis: atque ita utrobique peccatur: quin etiā utrinque cōcorditer quippe parte utraque in errores delata amore quodam mutuo amantes, atque amatæ inter se hoc pacto. Vel (si in irrationali tantū parte, & perturbationibus animæ solis quærendū exemplum fuerit) quum inferiores animæ facultates, duæ illæ concupiscendi & irascendi inter se amant, & idem uult, cupitque utraque fortassè etiam rationi cōtrarium quod nihil aliud est quàm φιλοῦν, & φιλούμενον. Falletur ergo, qui ita afficitur in utroque: circa alterum autem τὸ φιλοῦν, si aut iudicio suo fallitur quod amat, aut immodicè nimis cupit amatque: circa alterum τὸ φιλούμενον, si quod amatur, cupiturque non dignum satis est amari, cupirique aut non tantum. Amorem enim suiipsius nō esse uituperandum legimus aliquando in Aristotele, secundo Politicorum: naturale enim id esse dixit: sed quod in maius tendat, quàm opus sit, id demum in eo esse, quod uitio uerti debeat.

Ἡ λύπη δ' ἅπασι φαίνεται κακόν, ὥσπερ ὁ πόνος ἐν τῷ σώματι. *At tristitia omnibus uidetur malum ut in corpore labor.*) πόνος labor est: multoties dolorem quoque significat: hacque significatione accipi hoc loco debere existimo. Quemadmodum enim affligit atque excruciat corpus dolor quàm labor magis, ac uehementius, ut rectius quoque propterea dici malum possit: ita animū tristitia, ac mœror affectibus reliquis magis, præsertim si tristitiæ nomine inuidia quoque intelligatur: spiritus (inquiunt) tristis resiccat ossa: tanto magis inuidia.

Μή τοίγε τοῖς παισί. *Nedum pueris.*) Aliquis fortasse dictum de seipso à Galeno accipiat hoc tanquam puero quum hæc scriberet. Sed nihil aliud quàm senescit se dicit, cuius quum puer esset naturæ fuerit: quòd ea examinatio etiam in perfecta ætate futura difficilis sit, ut naturam quisque suam cognoscat: nedum ut in pueritia expectandum id esse arbitremur.

CAP. VIII.

Ἀλύπους μέντοι κατ' ἀλήθειαν εἶναι κἂν μὴ φαίνονται τοῖς ἄλλοις. *Sine tristitia autem esse reuera etiam si alijs nō uideatur.*) Hoc nomine peior tristitia affectibus alijs multis, quòd omnium maximè contraria bono sit, cuius ea natura ut longè magis habere uelimus id & cupiamus, quàm uideri habere. Bonum certè aut quod boni se specie offert, ut diuitias multi quum habere se inficiētur, minimeque uideri cupiant habere, possidere tamen uolunt maximè. Pariter sed opposito tamen quodam modo, expertes tristitiæ esse mœrorque omni carere, etiam si nō uideamur, uouemus tamen & optamus omnes. Sic peior tristitia alijs. At inuidia pessima cū hac ipsa de causa quòd tristitia in cōmuni: tū priuatim, propria peculiarique sua quam antea attulimus.

Καὶ νομίζω τὸ πάντας ἀνθρώπους ἐπαινοῦντας ἐπιθυμεῖν ἔχειν, ἐοικέναι τῷ ἅπαντα ἔχειν ἐθέλειν κτήματα. *Putoq; omnes homines habere uelle laudatores, simile esse ac si quis omnes aliorum habere uelit possessiones.*) Eo tamen discrimine, quod qui possidere cuncta aliorum bona sibiq; dari exoptant, id sine aliorum & quidem propriorum dominorum priuatione, atq; expoliatione optare nõ posse uidentur: qui laudari se ab omnibus uelint, nemini alteri, ut ne idem contingere queat, præripiunt: neq; quantum quidem ad hoc attinet, quenquam laude sua spoliant. Aequaliter tamen in eo peccant, quôd nunquã satis sibi habere uidentur, neq; illi fortunarum, neq; laudationum aut dignitatum hi.

CAP. IX.

Ἣν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ ἐνίοτε μὲν ἀπληστίαν, ἐνίοτε δὲ πλεονεξίαν. *Quæ Græcis modò ἀπληστία, hoc est insatiabilitas, modò πλεονεξία, quasi exuperans auaritia dicitur.*) Habendi uertendiq; ad se omnia cupiditas, & inexplebile desiderium ἀπληστία est. Nunquam desinens, sistensq; se. Hanc dicimus insatiabilitatem. Cui affinis altera, πλεονεξία dicta, cõiunctam iniuriam retinens. Propriè nanq; πλεονεκτεῖν est, quum iniurius aliquis alteri factus communis iuris æquabilitatem ex contemptu transilit, dignitate uel fortunis etiam ereptis. Hunc habere finem hęc possit, ut quamuis plus sibi poscat, atq; arroget, limitibus tamen quibusdam contineatur, quum alienam fortè partem suam fecerit, contenta eo. Et πλεονεξία est redundantia rerum non necessariarum.

IN LIBELLVM DE DIGNOTIONE ET CVRATIONE CVIUSQ; ANIMI PECCATORUM.

CAP. I.

Ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τῶν κατὰ κρίσιν οὐκ ὀρθῶς γιγνομένων. *Interdum quidem super his quæ secundum iudicium non rectè fiunt.*) Dictum suprà quoq; fuit, ἁμαρτήματος nomine, quod peccatum interpretamur, cõtineri, & quę ex non satis recto iudicio committũtur errata, quod ad rationalem animę partem pertinet: & quæ ab affectibus & perturbationibus proficiscuntur, quod ad rationis expertes duas. Delicta hęc quoq; dicuntur, & sunt: quod uocabulum haud satis scio, an rectè aptari possit rationalis partis erratis, quæ peccata dici melius possunt, quàm delicta. Delictum prætermissio est officij sui, & eius quod fieri debebat omissio, quasi quum faciendum aliquid relinquimus, tunc enim delinquimus: Ratione carentium animæ partium, ac facultatum rationi non obtemperantium proprium frequensq; uitium: rationalis non item cuius proprium ac peculiare ueritatem solum rerum sequi, deq; ea deliberare, nõ exequi quicquam proinde nec omittere. Sed peccata statim fient, si falsa ratio faciendum ita esse dictatit.

Ἴσως μὲν ἐπὶ πρεσβύτου δι᾽ ὅλου τοῦ βίου σχολάσαντος *Forsan uerò in sene qui in omni uita operam dederit.*) Non ueris peccatis, ut interpres addit, uerum demonstrationibus potius: de imbecillo enim assensu loquitur, quo non cuiuis assentimur hoc illudúe pro peccato habendum esse pronuntianti. Imbecillum assensum dicẽs, quoties non statim assentimur, & iudicium de re nostrum retinentes suspéndimus. Potest igitur senex tota uita sua exercitatus in his, ut experiẽtissimi solẽt quibus rerum diu uersatarum differentiæ minutissimæ quæque notæ omnes sunt, nolle quibusdam assensionem suam prębere non rectè demonstrari uisis.

CAP. II.

Ἱκανῶς ἐπὶ τῶν ἀριστῶν γεγυμνάσθαι. *Satis in uirtutibus exercitatos esse.*) Ἀριθμῶν legendum: ut sit, in numeris exercitatos. Sequitur enim mox: περὶ λογιστικῶν ἢ ἀριθμητικῶν θεωρημάτων.

ὅπερ ἦν ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν πραγμάτων εἶπε. *Ergo quod Hippocrates de rebus Medicinæ dixit.*) De deceptionibus ex rerum similitudine hisq; omnibus dictum antea satis, in opere de placitis Hippocratis, & Platonis.

Καὶ εἰ ἂν αὐτῶν τὸ σφάλμα κατὰ τὸ καλούμενον ἰδίως ἁμάρτημα. *Fueritq́; horũ error secundum id quod propriè uocatur peccatum*) Qui inscitè atq; ignorãter errant, rectamq; se credentes agendorum aut faciendorum uiam capessere, non capessunt, sed aberrãt, rationibus falsis, corruptoq; iudicio ablati de uia: propria significatione peccatum hi committere dicũtur, quod rationis est iudicijq; errantis. Nolentes autem faciunt, & inscientes: neq; si rectè se non facere arbitrarentur, facerent. At qui uolentes scientesq; non falluntur, ipsi sed alios fallunt: peccant illi quidem quoq;: sed quòd illorũ peccatum causam affectum unum aliquem animi habeat, in animi perturbatione rectius esse dicuntur, ut si quis uoluptatem summum bonum esse contendat, falsum se opinari sciens, sed aut inanis sapientiæ, aut ambitionis causa id faciat, aut ne dogma tantum prodat suum: more sectatorum multorũ qui patriam potius, quàm placita propria arrepta semel, proditurí esse uidentur, ut Galenus dicebat. Hi & perturbationibus animi ducuntur, quod est irrationalium facultatum: & iudicium falsum fouent, quod rationalis: ut peccare ideò magis uideantur. Cæterùm examinanti rectè apparebit totum esse irrationalium partium id: quarum si affectiones solæ deponantur, iam cum ratione iudicium quod iam antea rectum illorũ erat, opus etiam proferet rectum suum. Itaq; quamuis maximè peccent, ac maximè etiam noxium eorum peccatum sit, quo magis ad plures deriuatur: communiter tamen tantum peccare existimãtur, quod communi significatione etiam animi affectionibus laborantes peccare dicãtur, sicuti suprà traditum. Sæpius autem nũc accommodari uidemus, atq; usitatius peccati nomen affectis perturbatisq; quocunque modo irrationalibus animæ partibus, erroris rationali. Quippe errata nuncupamus frequenter, & errores, opiniones falsas, & iudicia rationis inepta: peccata, iram, excãdescentiam, odium, maleuolentiam, superbiam ac peccatorum agmina septem illis capitibus à sacrarum literarũ magistris comprehensa, ac castigationibus punienda maximis.

CAP. III.

Εὐθεῖαν μὲν δοθεῖσαν ὁ λόγος λέγει. *Rectam quidem datam sermo dicit.*) Exẽpla hæc mathematicarum disciplinarum sunt, in quibus quòd inuenerit ratio demonstrans, comprobari lineari demonstratione posit, cui acquiescat omninò animus, nec refragari liceat.

Οὐ μὴν εἰ γέγονεν ἢ ἀγέννητος ὁ κόσμος ἐστὶν *At non genitus, an ingenitus sit mundus.*) Eorum exemplũ quorũ quanquã demonstratio afferatur, confirmari tñ ea sensus alicuius fide, & rerum exitu aliquo quasi experimento nequeant: nõ ut inuenta mathematica, quorũ fides attestante reipsa met manifestè fulcitur, & ut ait ipse μαρτυρήσαντος πρὸς αὐτὸ τοῦ πράγματος ἐναργῶς, probationemq; accipiunt eam inde quæ βέβαιος est, ac fidem certam ut uti deinde indubitatè pro certissima audeamus. Huiusmodi habẽdas esse demonstrationes uelle uidetur, quibus adducti, persuasiq; de finibus bonorũ & malorum statuamus, & de felicitate, deq; recto uitæ nostræ totius instituto eligendo. Quæ quidem omniũ maxima est consideratio maximeq; necessaria ad uitam, ne quid in ea aberretur.

Ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὰ πνευματικὰ προσαγορευόμενα. *Inter quæ illa sunt etiam quæ spiritualia uocamus.*) Machina aliqua significatur, quæ spiritu flatuq; aliquo ageretur certo: cuius specimen ex ueteribus, nõ habeo ad manus quod referam: sed nostrorum temporũ illud, quo molitur in farinam triticum, aut secale instrumentum uentis circumductum, cuius frequens est in Belgio usus. Hoc quidem inuentum qui primi excogitarunt, proculdubio demonstrationibus mathematicis usi quibusdam fecerunt: ut quomodo excipiendus esset uentus considerarent primum: quo pacto disponẽda ueluti tabulata quædam quæ afflxa impelluntur

pelluntur uento: qua forma, quo situ, quibus dimēsionibus: breuiter qua ratione conficienda machina omnis foret, ut quod quærebant, obtinerent, idq; successu demum quoq; comprobaretur: ut in clepsydris & horologijs factum olim fuit, hodieq; fit multo magis ac subtilius. Huiusmodi fortasse aliquid esse potuisse uidentur πνευματικὰ illa, quorum Plinius quoq; meminerit aliquando hauriendis è puteo aquis, quamuis parandi modum non tradat. Possunt & ad hanc rationem reduci instrumenta musica templorum, quæ per excellentiam quandam organa dicimus. Follibus quidem uentosis inflata cōcentum edunt longè lateq; sæpe exaudibilem omniumq; maximè musicum, ac mirificè concinnum, si docta manu tractentur.

C A P. IIII.

Ἀρχὴ μὲν οὖν ἐστιν αὖ πολλῶν ἁμαρτημάτων ἡ περὶ τέλους ἑκάστου βίου ὑπόληψις ψευδής. *Igitur peccatorum multorum origo est, falsa de uita cuiusq; fine opinio.*) Ne quid errati aut peccati admittatur in rationali parte animę, cuius propria ea dicuntur esse, nec quicquam aliud sunt, quàm ignorantia ueri, attendenda diligenter norma, ac regula aliqua erit, qua à falso uerum discerni queat, neq; rerum multarum (quod toties iam dictum) similitudine decipiamur. Idq; semper quidem & in omnibus faciendū: potissimum uerò atq; omniū maximè in uitæ electione, uiuendiq; instituto à fine aliquo desumpto, ne quid à nobis peccetur erretúrue, prouidendum: ex eo enim ueluti ex fonte in omnem uitam bona æquè ac mala rectè aut secus proposito deriuantur. Itaq; in hoc statuendum exemplum: quod à Galeno ex parte fit.

C A P. V.

Εὑρόντες δὲ τοῦτο ἐξ ἀναλύσεως καὶ συνθέσεως. *Inuento autem hoc ex resolutione & compositione.*) Quibus duabus rationibus ac uijs pleraq; omnia inuenta olim fuere, atq; hodie inueniuntur, & inuenientur in posterū, actionesq; omnis generis fiunt, quæcunq; rectè atque ordine fiunt: sicuti solaria quoq; horologia quorum cōficiendorum usitatissima passim iam ratio linearibusq; dimensionibus pro locorum positura, diuersis domorum parietibus cum gnomone foris uisendorum: quo ferè modo parandorum illorū rationem docere conatur Galenus nos hîc: quid dicturus, si tot tam diuersorum generum inuenta postmodum horologia uidisset, tam artificiosè tamq; subtiliter fabricata, quę nobiscū circumferimus, solaria ualuulis inclusa geminis, pictisq; intus lineis horarū interualla ex inserto, quod pro gnomone est, filo demonstrantibus, illitu magnete styli in medio ad polum semper conuersione, ubicunq; locorum fuerimus, ostenso meridie? Mirabimur magis, si inuentam fuisse rationē sciuerimus horologij etiam lunaris, ut ex nocturno lunæ lumine eundem accipere usum possemus, cognoscendarū exactè noctis totius horarum: mirū maximè quod fit in astro tam uarijs sæpè ambagibus pererrante cœlum, ut teneri in tam erratico cursu horarum tamen ratio potuerit omnis, ut iam tenetur. Dono datum accepimus ab amico cum pagina, qua scriptis regulis instrueremur ad cognoscendum rectè: nam non fieri (opinor) aliter posset ob syderis, quam diximus naturam. Iam horologia quibus certa horarum spatia dies, noctesq; assiduè nullo nec lunæ nec solis luminum auxilio, monstrētur, imò temporis momentorum omnium admoneamur non solum ex uisione, sed etiam ex auditione: noctu excitemur à somno quotacunq; uisum hora fuerit: quot uidemus quotidie, & qualia? quam mirifica? quam sæpè quantitate sua minima? ut ueterum αὐτόματα superare artificio posse uideantur omnia? gladij summo in capulo gestari sæpe uidemus: etiam annulis conclusa non desunt. Globus est sphæricus, Christiani gentilis siue Hadeni, opus non maior quàm qui manus unius uola acceptus comprehendi commodè queat: in eo præter horarum tempora cœlestium orbium motus insunt: syderum spectātur ortus et occasus: cursus & recursus planetarum: coitus conuentusq; & discessus: ingressus in duodecim

zodiaci

zodiaci signa omnium: dierum longitudo ac noctium uaria. Vnius syderis, lunæ, assequi discursus omnes nõ potuit hactenus, & assequuturum se tamen nõ desperat, totusq; iam in eo esse dicitur. Atq; cuncta hæc quæ faciant & monstrent, ferreæ intus armillæ, rotulæ plures, bracteolæq; ac lamellæ replicatiles ex uno omnes capite pendent: adducunturq; eo & reducũtur sponte sua, clauicula tantum quadam ad id fabrefacta horarum uiginti quatuor spatio semel circumductibus aliquot conuersa. quippe hæc quoq; inter αὐτόματα habenda. Huiusmodi machinulas qui fabricant, & nouarum subinde inuentores haberi uolunt, hos antequã perueniant eò ut usu cõprobare inuenta sua posint, quot resolutionibus, & compositionibus mentem prius fatigasse credemus?

Τοῦτον μὲν τὸν ἀριθμὸν ὡς χρησιμώτατον προείλοντο. *Hunc quidem numerum tanquam utilissimum elegerunt.*) Nempe duodenarium: ut duodenis semper horis dies singulos anni temporis cuiusq; metirentur, itemq; noctes singulas duodenis. Quo sanè fiebat, ut excepto æquinoctij utriusq; tempore, uerni & autumnalis, reliquo omni uterentur inæqualibus horis, æstate diei maioribus minoribus noctis, contrà hyeme noctis maioribus, & diei minoribus. Nunc æquinoctialium perpetuus est usus, hoc est æqualiũ, sed uigintiquatuor coniunctis noctis dieiq; simul temporibus, duplicatoq; ita duodenario, sed eiusdem tamen semper rationis horarum numero utriusq; temporis: ea tantum differentia, quòd æstate, siue ab æquinoctio uerno, ad autumnale plures numerantur diei, pauciores noctis horæ: hyeme ediuerso, siue ab autumnali æquinoctio ad uernum usq; plures noctis, diei pauciores. Quam planè rationem iamdiu gentiũ ubiq; recepit usus, longaq; ætatum multarũ consuetudo comprobauit, commodiorem ut opinor multo usibus humanis omnibus, nec tam uariabilem eoq; longè faciliorem & captu, & obseruatione. Nam illa alia (ut ex his, qui de re rustica scripserunt, discere licet) singulis mẽsibus alia semper atq; alia ineunda fuerat, laboriosè nimis profectò quum facilius ac commodius agere in his multo liceat. Horologij illius ex aqua aut clepsydræ, de quibus Galenus in his, nõ satis explicatu facilis uideri ratio potest omnis, propter mendas in uerborũ contextu quasdam: & paulo omnino operosior ea est: quanquam in plurimis tempora metiri consuessent illi hoc pacto etiam oratoribus ad præscriptum. At nunc quãto minore cum opere, & labore ac certitudine semper maiore horarum tẽpora metimur, quæ uolumus, & quomodo ac quoties uolumus ex minutissimo puluisculo factis horologijs, ad manus semper quæ habeantur, & in promptu sint uolentibus?

Καὶ γὰρ ἥμισυ ἔχει καὶ διμοιρον, καὶ τέταρτον καὶ ἕκτον. *Etenim & dimidium continet, & duplum & quartum & sextum.*) Dimidium & duplum in duodenario qua ratione diuersa sint, nõ satis accipere posũ. Quid si igitur τριμοιρον legatur, ut tertia duodenarij numeri pars intelligatur, quę sunt quatuor? sicuti quarta eiusdẽ numeri pars erunt tria, sexta duo, dimidium autẽ sex & sex idem ac duplum?

Εἰ γὰρ αὐτὰ τὰ πράγματα διδάσκει τὴν ἑαυτῶν φύσιν. *Si nanq; res ipsæ suam ipsarum naturam docent.*) Quasi qui secundum Protagoram, ut ex Platonis Theæteto colligitur, πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι: Rerum omnium mensuram hominem habendum cẽsebant. Vt enim cuiquã sese offerret res quęq;, ita quoq; esse eaq; ratione doceri à rebus ipsis dicebant homines: quas non alia quàm qua unicuiq; repræsentantur, facie acciperent ex sensu & superficie.

CAP. VI.

Δεύτερον ἐπὶ τῷδε μέγιστον δὴ ἀπὸ τῶν ἐναργῶς φαινομένων γνωρίζειν τὰ τοιαῦτα. *Secundum ab hoc maximũ est ab his quæ euidenter apparent, talia discernere.*) Interpres ita: quæ euidenter clara sunt, huiusmodi esse cognoscere. Nõ satis (ut uidetur) aptè ad rectum rei intellectum. Plurimũ enim referre ait, ut ab his quæ euidenter & apertè manifesta sunt distinguere conemur, quæ talia sunt qualia modò dixerat, uidelicet pugnantia inter se: quorum alia intellectui alioqui euidentia

 sunt,

sunt, sensui alia: cuiusmodi erunt quædam quæ intellectus statim accipit, manifesta sensibus uerò interim repugnant: ut ea quę moueri necessariò intelligentia protinus affirmat, sensus non uidet: gnomonis, puta, umbrarum aut solis lunæue motũ, aut perpetuam in re medica patibilitatem, & occultam transpirationem illã atq; huiusmodi alia ab intellectu indubitatè apprehensa, reclamante sensu. Hæc dignoscenda nobis ab illis, quæ sine ulla controuersia manifesta sunt, esse præcipiuntur, non autẽ eadem aut eiusdem modi esse dicuntur hîc.

ἐνὸν γὰρ αὐτοῖς οὐκ ἀποφαινομένοις εἰπεῖν ἀφῖχθαι τὸν δ' ἐ τινὰ τῶν ἀποδημούντων φίλων, ἀλλ' ἀκηκοέναι παρά του. *Nam quum liceret illis peregrinantium amicorum unum aliquem non affirmanter dicere rediisse in patriam sed ab aliquo audysse.*) Alius rursus hîc interpretationis error, nolo dicere interpretis. Nihil enim aliud hoc loco agitur, quàm monemur uitandam & fugiendam esse, præcipitem & inconsultam ad rem quamcunq; quam dici, aut referri audimus assensionem: in ea enim nos sæpe falli: ac perinde id esse in intellectu, ac si in sensu uenientẽ eminus aliquem conspicati, quem putemus Dionem esse, deinde propius mox accedentem Theodorum fortè, aut Theonem decepti esse uideamus. Sic multa quæ aspectu primo, & auditione uera credimus, ueritate mox carere comprehendimus propius examinantes: ut si quem fortè domi suę inuiserimus heri ægrotum iacentem in lecto, atq; eundem eodẽ in loco hac quoq; hora esse pro certo persuasum nobis habeamus, deinde trãslatus ille alio interea fuerit, opinione q; ita nostra fallamur. aut, quod hîc exẽpli attulit Galenus, de quiete & motu corporum in uacuo: cuius rei si periculum facere nobis liceret aliter ac asseueranter primo pronunciassemus, rem se habere exploraturi simus. aut de ligni, & aquæ grauitate illud.

IN LIBELLVM DE ODORATVS INSTRVMENTO.

CAP. I.

Ὄσφρησιν ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες. *Odoratum nominãt Græci.*) Inter animalis facultatis actiones sensilis quoq; est: & inter sensiles odorandi & facultas, & actio una. Vt meritò disputationibus, quę hactenus habitæ à Galeno fuere de animalium facultatum actionibus, ac postremò de inferiorum animæ facultatum perturbationibus, quę corruptæ quædam atq; illaudatæ functiones illarũ sunt: & modo omniũ ultimò de ratione utẽtis partis peccatis siue erratis, quoniam animalis facultas in rationalẽ sensilem & motricem diuiditur: hoc loco addatur de odoratus instrumẽto libellus: quem eadem ordinis ratione sequuturi mox sint de motu musculorum duo, in quibus de motrice agitur

οὐ μόνον τὴν διάγνωσιν τῶν χυμῶν. *Nõ solum dignotionẽ succorũ.*) Hoc est nõ solum functionẽ ipsam odorandi, sed etiã facultatem, à qua exit functio. Sicuti gustũ dicimus, & gustãdi actionẽ qua quid gustamus, & facultatẽ cuius uiribus gustamus. χυμῶν autem dixit, id est succorũ in quibus cum sapore cõiunctus odor maximè & quòd succos odor inprimis detegat ac distinguat, isq; ex succorũ & corporum exhalatione fiat, duoq; hi sensus proportione inuicẽ sibi sæpe respondeãt. nisi uerò pro χυμῶν restituendũ ὀσμῶν sit, qđ uerisimilius mihi uidet.

CAP. II.

Δύο κατὰ τοῦτο ἀποφύσεις. *Duæ secundum hoc propaginis.*) Siue processus malumus Interpres foramina uertit.

ἐκχύσαιμεν βιαιότερα. *Scribendum* ἐκφυσήσει: *ut sit, efflatione uehemẽtiore*) Est autem ἐκφύσησις (ut postea dicetur) confertim facta expiratio, qua uehementiore facta de cerebro incidens uiscidior fortè mucus foraminibus, quæ in os ferũt, ibiq; hærẽs, efflatus propellitur per nares foras, ut per screatum in os prius deriuatus, attractusq; expuitur. ἔκφυσις autem exortus est, qui nihil hîc ad rem. Et alterum ἐκφυσάω uerbum habet, unde descendat ipsum uerbale: ἐκφύω alterum.

διάτε

CAP. III.

Διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ τοῦ φάρυγγος, καὶ τοῦ στόματος καὶ τοῦ ῥινός. *Per arteriam aſperam fauces, os, & nares.*) Vtiq; ut eundem aerem, & cũ aere odores interius eodem modo ad cerebri uſq; meatus peruenire poſſe exiſtimemus.

CAP. IIII.

οὐ μὴν ἀδύνατον τοῦτο. *Neq; hoc impoſſibile quidẽ eſt.*) De aere loquitur loco aliquo contento, qui denſatus collectusq; in ſe cõtinui ratione proximum attrahere poteſt, ut propellere fuſus, ſed nõ magno utrobiq; motu. βραχυτάτην ἑαυτῆς παρέχεσθαι κίνησιν. id quod in ſequentibus repetet his uerbis: ἀλλὰ συστέλλεται καὶ χεῖται βραχὺ παραχωροῦν ἐφ' ἑκάτερα: ſed cõſtringitur & dilatatur parum utramq; in partẽ abſcedens, ne quis forte de cerebro id hoc loco dictũ exiſtimet. Ideo autẽ dicuntur à Galeno iſta ut tã exiguo denſati fuſiq; aeris motu odorũ perceptionem conſtare non ſatis poſſe credatur, quę inſpirati aeris attractionẽ expoſcat.

ἴσως δὲ καὶ αὐτῷ τῷ ἐγκεφάλῳ παρέχειν τὴν ὀδύνην. *Fortaſſe uerò cerebro quoq; ipſi dolorem afferre.*) Quòd affirmanter ſic abſq; ulla omnino cõtrouerſia aſſeuerare non liceat, ſentiendi ui præditũ eſſe cerebrum addidit uerbũ fortaſſe. Receptius autẽ à medicis uidemus eſſe non ſentire: ut qui percipitur in nigellæ per nares attractione ſiue rerũ huiuſmodi aliarũ dolor, mẽbranæ credendus ſit, tametſi ad cerebri quoq; loca peruenire carũ pars aliqua poſsit, coniectura facta non ſumpto ex doloris ſenſu argumento, qui deſincre in membrana poteſt.

προσηκόντος δὲ ἡμῖν ἐξ ἐπιμέτρου πίστεις οὐ σμικραί. *Acceſsit uerò nobis exabundãti multiplex fides.*) Multiplicem ait fidem ſibi factam eius, quod opinabatur. Totum autem in eo uerti uidetur ut intrò ad cerebrum deferri ſpiritum probetur attractum ſeu quid aliud & expulſum foras protrudi: ut hoc conceſſo non in naribus, alijsũe citra cerebrum partibus odoratus inſtrumentum, ſed intus, ad cerebri anteriores uentriculos eſſe oſtendatur.

ὃ γὰρ εἶχε μόνον βραχὺ τὸ πιθανὸν ὑπ' Ἀριστοτέλους εἰρημένον. *Nam quod probabilitatem exiguam habebat ab Ariſtotele dictum.*) Ambiguus potius ferri uidetur in his Ariſtoteles ſi rectè examinentur illius ſcripta in libris de anima & de ſenſu, & ſenſorijs quæ mox referẽtur à Galeno, & alibi interdum: ut quum de hiſtoria animalium ſecũdo neq; nares, neq; aures habere aues ſcribit, ſed ſenſuum horum meatus ſitos illis eſſe, narium in roſtro auditus in capite: ἀλλὰ τοὺς πόρους τούτων τῶν αἰσθητηρίων τῶν μὲν μυκτήρων ἐν τῷ ῥύγχει, τοὺς δὲ ἀκοῆς ἐν τῇ κεφαλῇ. Vtiq; non arbitratus odorandi ſenſorium auibus in roſtro poſitum, ſed pro meatu illis roſtrum eſſe qua ſicuti in animantibus alijs per nares, ita per roſtrum auibus longius ad caput progreſsi peruenire odores poſſent, quorũ ſenſorium ipſum quoq; calua contineretur. Huc eodem tendit illud de operculo ſecundo de anima & de retectione eius per reſpiratum, quum hoc ipſo in libro de anima ſecundo tum in libello de ſenſu & ſenſorijs. Quę profectò non in naribus ſtatim, niſi tanquã meatibus, ac uijs quibuſdam locaſſe odorandi ſenſorium Ariſtotelem clarè ſatis oſtẽdere poſſunt: ut interea nullum ſit operculum illud, aut oſtiolum, quod reſeretur. Itaq; addit: διευρυνομένων τῶν φλεβῶν, καὶ τῶν πόρων: dilatatis uenis ac meatibus. At quorſum dilatãtur, niſi ut ulterius permeare odores queant? Vlterius porrò quòd permeent, hæc legi poſſunt authoris eiuſdem uerba ſectione problematum xiij: ὅθεν θερμὸν καὶ αἱ ὀσμαὶ πᾶσαι ἀνωφερεῖς διὰ τὸ ἐν ἀέρι εἶναι, καὶ τὸ αἰσθητήριον αὐτῶν ἄνω εἶναι καὶ οὐ κάτω, πρὸς γὰρ ἐγκέφαλον περαίνουσα ἡ ὀσμὴ αἴσθησιν ποιεῖ. Quo quid afferri clarius potuit? Et odores omnes ſurſum ferri legimus, & eorum ſentiendi inſtrumentum ſupra non infra haberi, & (quod præcipuè animaduertendum hîc) penetrantem ad cerebrum odorem ſenſionem mouere. Mammillares quippe carunculæ illę cerebri extremitates ſunt ad naſi ſumma ſpongioſaq; oſſa poſitæ. Vt intra caluam omnino odorãdi inſtrumentum eſſe ſciamus: nec propterea tamen cerebrum ſentire ipſum fatendum nobis ſit: ſed cerebri potius productiones quaſdam & extremitates: tubercula

ſcilicet illa papillarum ſimilitudine, quas in mammis uidemus. Ac nihilo tamē ſecius gemino narium meatui odorandi uim hanc tribuiſſe Ariſtotelē contendit Auerroes, cui notiſsima hæc omnia eſſe debuerant, tanto Ariſtotelis interpreti: argumento etiam allato, quòd ſi non in naribus, ſed in caruncul is mamillarū papillis ſimilibus, ut Galenus cenſuit, odorandi uis ineſſet, fore obſtructis naribus, ut accepto per os intrò foramine odoremur, productis per palatum ad ſummum naſum, & cerebri initia geminis foraminibus. Ad quod ille argumentum reſponſionem accipere poruerat à Galeno diligentius excuſſo. Nam ſicuti ab eo acceperat, nullam futuram unquam odorum perceptionē, niſi inſpiratione facta tāta, ut peruenire attractus ad cerebrum ſpiritus poſsit, ut etiā refertiſsima aromatibus loca ingreſsi nō odoremur tamen, niſi bene reſpirantes: ita ſcire debuerat, obſtructis oppilatiſq; naribus, per os palatiq; foramina illa eam fieri non poſſe reſpirationem, qua penitus ad naſi ſummum & colatoria, ſeu ſpongioſa oſſa quæ dicūtur, mamillareſq; propaginis odores deferantur. Nam ad hoc ipſum etiam in loco fabricatæ fuerunt à natura nares, quo exhalationes fumidæ unitæ magis, eoq; uehementius ferrentur ad cerebrum cerebriúe extrema ubi odorum ſenſio. Atque hactenus agnoſcemus nares pro odoratus inſtrumento.

CAP. V.

Ἣν ὡς ἔφην οἷόν τ' ἐστὶν τεχνάσασθαι καὶ χωρὶς τῆς εἰσπνοῆς. *Quam uti diximus artificio conſequi poſſumus etiam ſine inſpiratione.*) Vt ſi extrinſecus in nares ingruat acriter aer ſponte ſua, nullo attracto per inſpirationē alio: uel ſi admodū perflanre uento opponantur nares: uel naribus ijſdem admotis inſtrumētis, quibus plurimum aeris impelli, ac uehemērer poſsit, ſufflerur, calamis fortè aut ueſicis aut corniculis, aut follibus etiam. Quę omnia ut in loco fiant uehemētiſsimis odoribus pleno, niſi attractus accedar inſpiratione aer, nulla tamen ſequetur odoris alicuius ſenſio. Certo ſatis argumento non eſſe poſſe in naribus, aut narium tunicis, tenuibusúe illarum meatibus odoratus ſenſorium ulium.

Ὅπερ εἰσπνεόντων μὲν οἷόν τ' ἐστὶ γενέσθαι· διαστέλλεται γὰρ πρῶτον ἵν' ἕλξῃ κἄπειθ' οὕτω εἰσδέχεται τὸν ἔξωθεν ἀέρα. *Quod inſpirantibus quidem fieri poteſt ut ſit: dilatatur enim primò ut trahat ac ſic deinde intromittit extrinſecum aerem.*) Proportione quadam reſpondent omnia in cerebro pectoris inſpirationi & reſpirationi: niſi q; qua ratione cerebrū dilatetᷓ, & cōſtringatᷓ aſsignare nō eſt, qbúsue id muſculis fiat, ut quidē reſpiratiōis totius numerare multos poſſumus effectores muſculos.

Εἴτ' οὖν ἔργον ἐστὶ φυσικὸν εἴτε πάθος ὁ ὕπνος. *Siue igitur opus eſt naturale, ſiue affectio ſomnus.*) Meritò dubitabile poſuit Galenus de ſomno hoc. Nam ſi actionum multarum quies eſt ſomnus & ceſſatio, priuatio erit operū potius, quàm opus ullum. Vt propterea ſi huiuſmodi fuerit ne cauſam quidē formalem habiturus ſit, & cenſeri proinde affectio quædam poſsit: nempe τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ ἀργία. At huic ſenſitiuo inquam primo, actio naturalis multo magis, quàm quies eſt: proinde præternaturalis hæc, ut affectio eſſe probetur hoc quidē nomine ſomnus. Qui ſi alia ex parte æſtimetur, quàm multis ac neceſſarijs de cauſis inſtitutus à natura fuerit: reficiendis renouandiſq; actionibus omnibus melius recenti ſemper atq; ubere ſpirituum procreatione: quibuſdam etiam exactius ac fortius perficiundis, ut cōcoquendi & nutriendi: ſanè operis rationem cuiuſdam obtinere naturalis non paruam exiſtimari debeat.

CAP. VI.

Καὶ μέντοι τῆς ἀναπνοῆς ὅλης ὑπ' ἐγκεφάλου γινομένης. *Et quidem quum reſpiratio tota à cerebro fiat.*) A cerebro reſpiratio fit, quatenus ex cerebro originē ducunt nerui, muſculis thoracem uariè ad reſpirationem mouentibus largientes motum.

Ἤτοι θερμαινόντων, ἢ ψυχόντων. *Vel calefacientiū uel refrigerantiū.*) Si cordi inquit Galenus author eſt cerebrū ne calore ſuo nimio exæſtuet, & tēperamentū ex reſpiratione accipiat; cur nō eadē quoq; opera cōſultum ſibi inprimis uelit, ut

aut

aut excalfactum frigidū inspiret, aut refrigeratū calidū aerē uel odores etiam?

Καὶ μάλισθ' ὅταν ὕπτιοι τύχωμεν ὅλης νυκτὸς κατακείμενοι. *Præsertim quoties supini fortè nocte tota cubamus.*) Si expellendi noxia uim cerebro non concesserimus, & ex decliui tantum situ fieri existimauerimus, uti delapsa à cerebro excrementa, muciq; pondere, grauitateq; sola defluant, facultate nulla abacta: in decubitu supino, quum minimè sperandum est, ut sponte sua tunc illa delabātur, morbi expectandi essent magni semper. Quippe in corporis capitisq; totius positu tali facultate nulla operata, quæ propellat, iacebunt excrementa, replebunturq; illis uentriculi, ex quo aut attonitus, aut comitialis, aut carus, aut illiusmodi effectus uentriculorum cerebri repletionem sequi consueti fient. Nam si in caluariæ perforatione, quum fortè paulò maior fit compresio, caro similes affectus contingunt, & non ita magna læsione ea: tanto magis ex noxiorum excrementorum repletione id fieret: neq; fieri tamen uidemus. Vt proinde uim inesse cerebro expultricem suam fatendum necessariò sit: quæ quamuis in positu non admodum commodo, expellat tamen: magis quidem id factura, ac uehementius largiusq; multò, si eo insuper adiuuetur.

IN LIBRVM PRIMVM DE MOTV MVSCVLORVM.

CAP. I.

Ὄργανα κινήσεως τῆς καθ' ὁρμὴν οἱ μύες εἰσίν. *Instrumenta motus uoluntarij musculi sunt.* Ordinis rationem qua reponi hic debeāt libri duo de motu musculorum, suprà attulimus. Vt, quoniam de animæ motricis facultatis actione in his agitur, actumq; in superioribus libris multis de animæ actionibus alijs fuit, ac postremo de odoratu, qui sensitiuæ animæ actionum una est: hoc loco duo hi libri, in quibus de motricis facultatis actionibus agitur, optima serie collocentur.

ὁ γὰρ ἰδίως, οὐ κοινῶς ὀνομαζόμενος. *Qui quidem propriè non communiter dictus sit.*) Propriè dici σύνδεσμοι debent hoc est ligamenta, & copulæ, & uincula, quorū proprium id ac peculiare officium est, ligare simul articulos corporis omnes & connectere. Sunt porrò ea corpora quædam specie neruosa, artuum inter se extremitates copulantia: quibus id muneris præstatur, ut ne in motionib. præsertim paulò maioribus, luxata exeant ossa, sed loco suo contineantur. Communi uerò, ac fusa magis significatione, etiam tendones ligamenta appellari poterunt, & uincula: quòd hi inferiorum osium capitibus commisi de superioribus, nonnihil etiam alligent. Imò (quod postea dicetur à Galeno) in eo nihil differt à ligamento tendo: καὶ ταύτῃ μὲν οὐδὲν διαφέρει συνδέσμου. Sed hi sentiendi uim retinent: propriè dicta ligamenta nullam omnino. Et ligamenta ex osse semper ortum suum ducunt: ex musculis tendones, consociato ligamēto neruis, quorum semper ex cerebro aut spinali medulla exortus.

ὅτι νεύειν καὶ τείνειν πέφυκεν. *Quod nutare, & tendere natum sit.*) Nuere, seu nutare capite propriè dicimur: quod quoniam non aliter, quàm tensum prius caput flectentes facere possumus: pro artuum flexione omni accipi posse uisum est. Ex quo neruus dictus, cuius inprimis opere hoc fiat, ἀπὸ τοῦ νεύειν Nullus autem flectetur articulus, nisi tensus prius, uel extensus

ἰατρῷ σοφωτέρῳ τυχόντες τεμόντος τὸ νεῦρον. *In medicum incidentes sapientiorem, qui neruum dissecet.*) Totum nimirum per transuersum: quo facto conuulsionē illico cessare necesse est, intersecta continuitate nerui, qua integra conuellebatur pars: ut interea motu, sensuq; priuanda sit. Nam meritò prudētior medicus habēdus est, qui uitæ totius usurā unius alicuius partis usui præfert: aut (si quis finem solū atq; ultimū medico propositū cōtendat sanitatē, non ipsam uitam)

partis unius deperditioni conseruationem reliquarum omnium.

τοὺς δ' ὑμένας τοὺς ἀμφ' αὐτοὺς γεννῶσι. *Et membranas, quæ circa ipsos sunt, generant.*) Ipsos uidelicet musculos, in quorum carnem omnem intus, forisque tenuissimis quibusdam, ac membraneis filamentis induunt sese ligamenta.

Α'πὸ τῆς τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν κινήσεως. *Ab arteriarum ac uenarum motu.*) Arteriarum motus manifestus: uenarum quem esse dicemus: non aliũ possumus, quàm quo rectis fibrarum uillis trahunt, transuersis pellunt, ut continent obliquis: in quibus omnibus motionis omninò aliquid exercetur, magisque trahendo, & pellendo, sed continendo etiam non prorsus nihil. Non diuersa omnino ab his traduntur à Galeno libro de Locis affectis primo in fine.

CAP. III.

Ἅπας μὲν οὖν τένων εἰς ὀστοῦν καταφύεται τὸ πάμπαν. *Omnis igitur tendo ossi inseritur omnino.*) Ε'πίπαν hoc loco prorsus, atque omninò significare debet: quod sequutus Leonicenus quoque est: non enim arbitror, tendo reperietur in corpore, qui nõ ossi inseratur, ullus. aliàs, ἐπίπαν, plurimum, maximaque ex parte significat: ut quum Galenus: καὶ οἱ γε πυρετοὶ τὸ ἐπίπαν οἷον συνεχεῖς εἰσὶν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι: Aphorismum explicans secti secundi decimum nonum. mox nanque addit: σπάνια γὰρ χωρὶς πυρετῶν: ut illud, τὸ ἐπίπαν non possit intelligi, in uniuersum, ac semper.

Εἰ δέ τῳ δοκεῖ καὶ ἡ καρδία παραπλησίως ἔχειν. *Si cui uerò uidetur cor quoque similiter se habere.* Hoc est, si quis cordis quoque ipsius, ut linguæ musculos esse censuerit, qui in tendones non desinant, fallitur, quasi qui ex musculis constare cor existimet. Quod alibi etiam ineptè arbitratos fuisse quosdam scribitur.

Α'κουέσθω δὲ νῦν τοὔνομα κατὰ τὸ κοινὸν τοῦ συνδέσμου σημαινόμενον. *Accipiatur autem nunc nomen secundum commune ligamenti significatum.*) Proprium enim, ut priùs dictum, illius unius est, quo ossa inuicem commissa nectuntur, sensus expertè, ab osse exorto, & in proximi ossis caput chartilagine illitum inserto: commune, quo quid alteri quocunque modo copulatum coniungitur. Vt suprà de tendonibus, nunc de cordis tendonum naturę similibus illis ceu funiculis dicitur: his quoque enim ipsis assimilari possunt.

Ε'κεῖνοι μὲν γὰρ ἡνίκα ἐκτείνονται, καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἀνασπῶνται, κυρτοῦνται. *Illi enim, quum extenduntur & ad principium retrahuntur curuantur.*) Pro ἐκτείνονται, legendum τείνονται: quippe extendi simul & ad principium suum retrahi musculus ullus haud poterit: tendi autem quasi contendi & retrahi poterit. Illud igitur ἐκεῖνοι, id est illi, de articulorum musculis intelligendum est: qui quum tenduntur, siue contenduntur atque ad principium suum reducuntur nimirum quum in opere sunt, curuantur: remittentes autem se ab opere laxati átque exporrecti extenduntur: contrà quàm abdominis musculi faciant: qui quum tenduntur, siue potius contenduntur, ad principium suum reducti contrahuntur: laxati autem & remissa contentione, atque opere curuantur. Videre enim est semper, contractiores fieri abdominis musculos, contractiore simul facto uentre, si cõtenti sint nec curuari tamen: laxatos autem, & remissos curuari promi nulo iam abdomine: quod propter inferioris uentris laxam, cedentemque uacuitatem fit: ut intrò contentio feratur, remissio autem extuberet, & curuũ faciat, secus in articulis: in quibus musculorum corpus, internodia articulorum occupans, si contendatur, ob subiecta ossa foris curuari necessum est: quod deinde in relaxatiõe, & cõtentionis remissione subsidens exporrigit̃ amissa curuitate.

CAP. V.

Τοῦ μὲν ἐντὸς διακοπέντος. *Eo quidem, qui intus est, abscisso.*) De brachijs accipienda ista fuerint, ἐντὸς, & ἐκτὸς: in his enim qui intus sunt musculi cubitum flectunt, intrò ad pectus brachium adducentes, qui foris extendunt abducentes foras. Nam in cruribus qui genu extendunt, anteriores esse meliùs dicent̃, posteriores qui flectunt: in homine quidem.

Οὐκ ἄδηλον δὲ ὅτι τοῦτο μὲν ἐκτείνεσθαι, καὶ εἰς ἑαυτοὺς συνέλκεσθαι. *Non obscurum autem est, quod*

est, quod extendi, & in seipsos contrahi.) Clarius fortasse dictum acciperetur ἐκτείνειν, & συνέλκειν extendere, & contrahere: eæ enim propriæ sunt, atque innatæ insitæque musculis actiones. Tum uerò extensionem hanc, & contractionem musculorum, quorum actiones hæ sunt, oppositorum sequuntur non iam statim actiones sed laxatorum, & remissa actionis suæ contentione omni, ad aliorum actionem consequentia, seu cónsequutio: ut ή rectius ἐκτείνεσθαι, & συνέλκεσθαι dicantur: si flexum extendatur brachium, ab exterioribus, simul remissa flexione, extensis interioribus: si extentum flectatur, ab interioribus extensis exterioribus: nihil aliud, quàm motum agentium priorum consequutis: eorum nimirum qui flectunt, quique extendunt.

C A P. V I I.

Ἡ δὲ νῦν προστεθεῖσα. *At nunc adducta.*) Nimirum κατάπτωσις dicta, qua remissa musculorum actione omni ac tẽsione, ut in resolutis, pondere tantùm ac grauitate sine corpus decidit, aut corporis pars aliqua.

Τί γὰρ οὖν; οὐδὲ κινεῖται τὸ παράπαν; *Quid igitur? an non mouebitur penitus?*) Interrogatiuè legendum: probare enim uult moueri aliquo tandem modo in καταπίπτοντας musculos, quippe ex naturali tãtũ põdere, motrice facultate destitutos.

Ἡ δ' ἔκτασις ὡς ὀργάνου μὲν, ἡ μὴν ἐνεργείας γε, ἀλλ' ἁπλῶς κίνησις. *Extensis autẽ, ut instrumenti quidem, at non ut actionis, sed simpliciter motus.*) Extensio hoc loco intelligenda non musculorum, qui membrũ ullũ extendant: ut exteriorum brachij, qui cubitũ, aut anteriorum fœmoris, qui genu: horum enim actio omnium est: sed ἔκτασις hic erit nulla alia, quàm oppositorũ mouentibus propriè relaxatio, & contentionis remissio, qua extenduntur tam qui intus, quàm qui foris sunt, uicissim quasique exporriguntur: quod paulo pòst ἐπεκτείνονται dicit à Galeno.

C A P. V I I I.

Ἐν γὰρ τοῖς φυσικοῖς περὶ κινήσεως λόγοις τὰ τοιαῦτα ἐρευνᾶσθαι δικαιότερον. *Nam in naturalibus de motu sermonibus huiuscemodi inquirere æquius est.*) Vt quum à naturali philosopho disputatur, an cum motu omni coniuncta semper quies aliqua sit: propter motuum celeritatem maiorem, minoremúe in multis, quod argumento sit plus motus in celeriore, minus in tardiore esse: eoqúe quietis in hoc plusculum, sicut paulo minus in illo.

Τέτταρες μὲν οὖν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ τῶν κατὰ τοὺς μῦς εἰσὶ κινήσεων. ἢ γὰρ συστέλλονται, ἢ ἐπεκτείνονται, ἢ μεταφέρονται, ἢ τεταμένοι μένουσιν. *Quatuor igitur omnes sunt musculorum motuum differentiæ: uel enim contrahuntur, uel extenduntur, aut transferuntur, aut tensi maneat.*) Contractio musculorum semper est, quum agunt: contracti quippe reducuntur ad capita sua necessariò membrum moturi, siue flexum tẽdant, siue tensum flectant. Extenduntur, quum ex opposito locati alij consequuti motum hunc primo dictum extensi, exporrectique elonguntur, seu extensio, seu flexio fiat. Transferuntur & μεταφέρονται, (quod melius καταφέρονται dictum fuisset, κατάπτωσιν enim priùs appellarat) quum pondere suo decidũt, tanquam inanimati. Tonicus motus notus omnibus, qualis quem Socrates nõ semel præstitisse dicitur ab ortu solis ad alterum solis ortum in eodem uestigio perstans: & quem quum aliquando, brachium puta, aut crus, eodem situ, staque suspensum, immotumque sustinemus diu.

Τίνα οὖν καὶ ταύτης τῆς ἀπορίας ἐξομεν λύσιν. *Igitur quamnam inueniemus dubitationis huius solutionem.*) Vtique eius, quæ adhuc restat, de tetano. Nam si ab animali facultate musculi extensio nulla demonstrata est esse, qua oppositó eregione mouentique membrum musculo quasi sese elongans, ac producens cedat: a natura inest musculis omnibus contractio ea: iam contrahentibus se utrinque semper musculis instar tetani cuiusdam perpetuus erit in corporis partibus affectus. Soluetur, si dixerimus contractionem eam, siue recursum in se, (sic enim mox appellat Galenus, συντρέχειν) natura quidem insitam musculis esse: at ea motum non perfici partium rectè: quæ tum demum extensæ aut flexæ mouentur, quum animali facultate adiutæ motus hosce integrè, ac perfectè

fectè adipiſcuntur:contractio autem illa,quæ ſponte ſua fit,nihil motionis huiuſce eſt:ac in natura ſua manentis potiùs partis eſt, inſtrumentiq́ ſuapte iam natura eodem inclinantis uergentisq́, quo accedens motrix facultas partem motura,expletè ad motum adiget. Quocirca ne tetanum quidem effeciſſe poterit prior illa niſi benè contentis,contractisq́ utrinq́ muſculis. Ita appellandum,quamuis præternaturaliter id fiat.

Ἢ εἰ πρὸς τοὐναντία ῥέπον αὐτὸ τοῖς τοῦ κινοῦντος ὁρμαῖς ἐποίησεν. *Quàm ſi ad contrarium uergens feciſſet ipſum mouentis impetus.*) Quod quidem fieret, ſi muſculis extendendi producendiq́ ſe inſita potiùs eſſet natura, quàm contrahendi ſeſeq́ in unum cogendi. Qua ratione quum muſculi moueant,(contracti enim mouẽt) iam anteà natura in id procliues ut contrahantur,facilius multo contrahentur perficiundo motui ad caput reducti ſuum. Hancq́ eandem ob cauſam fiet, ut naturalis muſculi poſitura contractioni propior, quàm extenſioni habenda meritò ſit:qua de re multa hic à Galeno.

CAP. IX.

Ἀλλήλοις συμβάλλοντα δύο σειρὰς ἐκ νεύρων πλειόνων πλεξάμενος. *Inuicem catenas duas committens,ex neruis pluribus complicatas.*) Nempe materia eiuſmodi,quæ diſciſſa,non minus ac muſculi,contrahatur. Quocirca idem, quod de muſculis dicebatur,ac quotidie uiſitur,ſpectabitur hic quoq́. Tum præterea integra manens,quibus annexa fuerit,oſſa trahet. Quæ quoniam ad articulos ſic formata ſunt,ut ſummam accipere extenſionem & contractionem poſsint, ſi manibus noſtris contentæ catenæ adducantur in utramuis partem:ita quoque remiſſæ medium inter duo hæc occupare locum uidentur.

IN LIBRVM SECVNDVM DE MOTV MVSCVLORVM

CAP. I.

Ἐπειδὴ τὰ πρῶτα ἡμῖν, καὶ οἷον στοιχεῖα τῆς τῶν μυῶν κινήσεως ἀποδέδεικται. *Quoniam uerò prima ac tanquam elementa muſculorum motu. demonſtrata nobis fuere.*)Præcipua ea quæ de muſculorum & tendonum natura tradita ſunt, deq́ue eorum inſertionibus & diuerſitatibus:contractio illorum & extenſio quomodo fiant rurſusq́ impediantur:non omnem motum actione muſculorum conſtare,neq́ immobilitatem omnem quietẽ:quatuor in uniuerſum motus numerari quo contrahuntur,quo extenduntur,quo deijciuntur,ſiue decidunt, quartumq́ tonicum:contractionem inſitam illis à natura eſſe non extẽſionem: qui fiat,ut magis minusùe contrahantur,diuerſusq́ ex eo partium corporis poſitus ſequatur & figura.

Πᾶν οὖν ὅτι ἂν περὶ μυὸς προβληθῇ, ῥᾳδίως ἐξευρίσκειν. *Facile quicquid propoſitũ de muſculo fuerit,inuenire.*)Quippe eam demum perfectam, atq́ exquiſitam de rei cuiuſq́ natura peruestigationem eſſe ex Ariſtotele cõſtat,qua ad propoſitam ea de re quæſtionem quamcunq́ reſponderi commodè poteſt, ambiguitatesq́ue omnes ſolui,atq́ expeditè dilui.

Ὅταν δ' εἴς τι τῶν ὑπερβολικῶν σχημάτων ἀγάγοις αὐτό, οἱ ἕτεροι μύες ἱκανοὶ εἰς τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν. *Quum uerò ad exuperantium figurarum aliquam adduxeris ipſum, muſculi alteri huiuſmodi actioni ſatis erunt.*)Vt ſi aduerſus aliquem, cubitum ad ſummum extentum uiolenter flectere,aut flexum extendere conantem, nitamur, ſatis facturi ſint operi atque actioni, ne extentus inflectatur cubitus alteri, qui extenſionem moliuntur muſculi, ſicuti ne ad ſummum inflexus extendatur, alteri qui inflexionem,tonico utrobique motu operato. Nam qui extenſionis, & inflexionis mediam figuram , ac poſitum ſeruare in eodem aduerſus uiolentiam uoluerit, is ad id neceſſariò adhibebit contentum motum muſculorum generis utriuſq́,extendentium ſimul & flectentium.Ex quo cõijcere

iſcere licebit, difficilius futurum, mediam hanc figuram repugnantis dimouere, nimirum ob geminam utriuſque generis muſculorum cõtentionem, quàm aut ſummè extentam aut ſummè flexam ob alterutrius tantùm, extendentium hic, flectentium ibi.

CAP. III.

τὰς δὲ κοιλίας ὀνομαζομένας ἄνωθεν. Ventres autem nominatos ſuperius.) Muſculorum uenter eſt media ferè muſculi pars, ubi carnis plus quædamq; corpulentia illius maior. Sic γαστροκνημίαν appellarunt cruris pulpam, in quam muſculorum media conueniunt omnium partis illius ex quibus corpus id conſtat. κοιλία porrò & γαστὴρ non diuerſa.

CAP IIII.

ἐν τούτοις τὸ πλεῖστον ὑπνοῦμεν. In his magna ex parte ſomnum capimus.) Hoc loco τὸ πλεῖστον, plurimum, maioriq; ex parte ſignificabit.

ἐν ᾧ γὰρ ἂν τούτων καταστήσῃς τὸ κῶλον. In quacunq; enim harum cõſtituto mẽbro.) Figuris exceptis in ſummo contentis, ut ad extremum flexa uel eodem modo extenta in reliquis: ſiue motus fiat aliquis extenſionis uel flexionis membrorum, ſiue tonicus tãtum motus ſit, ſomnum capere poſſe uidemur, ſeruata ſemper illiuſmodi generis aliqua figura, remiſſa autem cõtenta ualde, quam unam admittere ſomnus non uidetur poſſe. Quocirca & ſedentes ſæpe, & progredientes interdum, quum dormimus, in aliqua ſemper figurarum harum id facimus: nunquam iri ſumme aut extenta, aut flexa, partis alicuius aliqua, utpote quam nonniſi uigilantes obire ualeamus, requiſita, ut partem unam aliquam intente, atq; ad extremum extendamus, aut flectamus, maiore animi applicatione, ac motricis facultatis contentione atq; acceſsione, quàm ut peragi id à dormiente queat. Atq; ut in ſummo contentam extẽſionem muſculorum, aut inflexionem non feret ſomnus, & remiſsiores quoſdam fert motus ita tonicũ quoque feret, eum, qui citra ſummam illam contentionem fiat, neq; enim tonicus motus omnis contentiſsimus. Eiuſmodi in ſomno motus ſpecimen in his ſpectabitur, qui dormientes manibus paruum inflexorum digitorum cõpreſſu, aut aurum, aut lapidem, aut numiſma fortè retinent: inq; inferiore maxilla, quam cum ſuperiore commiſſam dormientum plurimi habent, niſi qui ſupini in ſomno ſtertunt, uel ex ebrietate laboreúe oſcitanter ualde dormiunt: multoq; magis apparet id in muſculis excrementorum uias claudentibus, qui uelut clauſtra appoſita officium ſuum uel in profundo ſatis ſomno exquiſitè explent, tonico quidem motu, nec contentiſsimo tamen, qui, ut fiat maiore quadam contentione ac uiribus habiturus opus ſit. Motus autem illos remiſsiores extentorum, inflexorumq; membrorum (quod dicebamus) frequentiſsimos uidemus dormientium, quum iacentes decumbunt: quoſdam etiam quãdoq; ſtantium ac gradientium: quod de ſeipſo teſtatur Galenus. Vt, quod mox dicetur ab authore eodem, dicendum nobis quoq; hoc loco ſit: dormientibus non otiari ex toto animam, ſed contentionis remiſsionem potiùs quandam eſſe, οἷον παῦλαν τινὰ τῆς συντονίας qua operum, atq; actionum uigor, ac robur remittitur, non tollitur ex toto, aut ceſſat: ut quidem in alijs quoq; animæ actionibus contingere experimur. Et in muſculorum motrice, de qua hîc agitur, exemplo confirmati certo poteſt eorum, quos Galenus dicebat primo de Spirandi difficultate libro uiam ingreſſos interdum ſollicitè, ac feſtinanter ad rem peragendam aliquam, contendere ad id ſedulò & ſtudioſe ſolitos primo, & ut ipſe ait, βαδίζοντας συντόνως ἐπί τινα πρᾶξιν: quibus ſi fortè deinde pergentibus ita animo, ut fit, obrepat negotij alicuius conſideratio, in qua mentem cogitantes defigant, remitti paulatim de progreſſus contentione illa ſolere plurimum: πολὺ, inquit, τῆς κατὰ τὸν περίπατον συντονίας ἐκλύομεν: neque id ſe facere animaduertunt perſiſtente quidem cogitatione ea. quæ ſi ceſſet, deponaturqúe tota, ac ſolum redeat de pergendo, proficiſcendoqúe ſtudium, tanquam

tanquam de somno exciti animaduersa profectionis, promouendiq; segnitie, pergendi atq; eundi diligentiam resumunt, tanquam de somno, inquit, exciti, ut in quo agamus aliquid, sed non uehementer, nec contentione acriore, progrediamurq; quandoq; quanquam segniter: ut propè par sit somnus, atq; quū aliquid agentes, minimè diligenter id ac studiosè, sed quasi aliud agentes agimus. Atq; ex his omnibus apertum esse debet, in somno non occupatas esse animæ sicuti actiones alias multas, ita ne musculorum quidem motricem, tam qua extendunt flectuntq;, quàm qua tonice mouent membra, quamuis contentissima illa nunquam tum sit motio quod initio probatum uolebamus. Porrò motus hi cuncti uoluntarij sunt, & uoluntate nostra ineuntur, ac fiunt semper: tametsi euidentius id in paulò magis contentis appareat, propter applicationem ad id animi & attentionem maiorem, in remissioribus non item ob eiusdem defectum uel relaxationem potius. Quod enim minùs attentè facimus ne facere quidem sæpe uidemur: certè facti memoriam non retinemus facilè, nullo adhibito animi studio. Itaq; facti ex tali uoluntate motus elabitur nobis memoria non attendentibus, nec, dum fit, animaduersi satis.

CAP. VI.

Τὸ γὰρ τῷ φανταζόμενον τῆς ψυχῆς ὅτι ποτ᾽ ἂν ᾖ, ταυτὸ τοῦτο καὶ μνημονεύειν ἔοικεν. E enim pars animæ, qua imaginamur, quæcunq; ea sit, eadem & meminisse uidetur.) Imaginatrix animæ facultas rerum species apprehendit, quas sensus illi, quasq; intelligentia obtulerit. Has si fideliter præterea retinet, in quo memoria consistit, eadem memoratrix insuper dici non iniuria posse uidebitur. Eodem quidem in loco utramq; statuit Aristoteles imaginandi & memorādi facultatem: ut sic quoq; eædem haberi aliquo pacto debeant, quòd non alibi custodiendas collocet, quas acceperit species, sed in thesauris suis reponat bonus ac frugi promus condus. At medici intereà occipitio semper adhibebimus remedia in memorandi oblæsione, siue una atq; eadem facultas. Species apprehendat, atq; eas alibi reponat, resumendas inde, quum opus futurum sit, quod non inconuenit: siue facultatum diuersarum duarum altera apprehendat, diuerso altera loco retinendas suscipiat.

Ἔδειξεν οἰκέτης βάρβαρος. Ostendit seruus Barbarus.) Quod is fecit, Cato minor ille, qui Vticensis dictus est, facere se posse non ignorauit: cui subtractum à filio gladium reposcenti quum negarent famuli, ne dare uererētur hortatus est: non enim se id ad consciscendum sibi mortem quid suspicari fortè possent, sed ad tuendum se facere: quando si mori uellet non defuturas sibi mortis uias alias, ut uel caput ad parietem afflictum allideret, uel spiritum interclusum ad tempus non multum comprimendo moreretur.

CAP. VII.

οἱ πολλοὶ δὲ ἄγειν ὅλως) Interserenda negatio *οἱ πολλοὶ δ᾽ οὐδ᾽ ἄγειν ὅλως.* Multi uerò ne omnino quidem adducere. Quod sequentia uerba ostendunt.

Καὶ καλῶς εἴρηται φύσις ἐπίκτητος. Ac rectè dictum natura acquisititia.) Nimirū ἔθος. Scilicet consuetudo in naturam tandem abit, quam sensim uenientem, assuetudinibus multis introducimus, & acquirimus: ut propterea dici acquisititia debeat, atque aduentitia: de quo suprà quoq; dictum meminimus aliquid.

Κατὰ λόγον οὖν τοῦτο μὲν τὸ ἀκριβῶς εὐθύ. Iusta igitur ratione hoc quidem quod exquisitè rectum.) De brachialis articulo agit: quòd quum omnem in partem flectatur æquè ac reflectatur, optima ratione exactè rectus, neutram q; uel nullam potiùs in partem inclinans, expertem omnino doloris positum retinebit.

φησὶν Ἱπποκράτης. Inquit Hippocrates.) Iustam naturam appellauit Hippocrates: imò iustissimam aliquando etiam: *κατὰ γὰρ*, inquit, *ἡ δικαιοτάτη φύσις* initio libri de Fracturis.

CAP. IX.

Ὄνομα γὰρ ἴδιον οὐκ ἔχει. Propriū enim nomen non habet.) Vt sicuti ἀφύσησις una

uoce

uoce expiratio magna dicitur, ita una alia inſpiratio magna diceretur, quæ nulla intelligitur, niſi σφοδρὰ addatur.

Δέονται δὲ αὐτῆς. *Indigent autem ipſa.*) Nempe oppoſitione in qua & expiratio uehemens, quæ ἐκφύσησις eſt, & uehemens inſpiratio, quæ nomine caret.

Καλουμένου ποδός. *Vocatum pedem.*) De hoc & Epidemiorum ſexto. Eſt autem, quum contentiſsimo ſpiritu inflantur buccinæ, aut tibiæ, aut tubæ, aut claſsicũ canitur: uel etiam, ſi præco aliquis uocalis maximè in immenſum continuatam uocem altiſsimè attollat, quod γεγωνεῖν, & γεγωνίσκειν eſt. Egetq́ uociferatione ingenti opus id & muſculorum contentione omnium, quibus uehemens fortisq́ inſpiratio iuxta, atq́ expiratio peragi ſolet.

Ὥστε δ᾽ ἱκανώτερον ἄν τις τοὺς ἔξωθεν τοῦ θώρακος μῦς. *Quapropter rectius aliquis exteriores thoracis muſculos*) Ex hoc explicatum habere licebit quod paulò antè traditum fuerat his uerbis: ὡς δ᾽ ἀναπνευστικὸν τοῦ μὲν ἔχει τοῦ δ᾽ οὐδ᾽ ὅλως ἔχει: Quatenus uerò reſpirandi inſtrumentum, partim habet, partim nequaquam habet: de ſepto tranſuerſo ſcilicet acceptis, quod quum ſolùm inſpirationem faciat & expirationem, hancq́ ex accidẽte potius: non enim ab actione muſculi ullius fit, ſed factam à ſepto tranſuerſo inſpirationem ſequitur expiratio, thoracis tantũmodò deiectione, nempè καταπτώσει: hactenus nullum penitùs habebit oppoſitũ ſibi, ut alia multa muſculum, ſeptum tranſuerſum. At quum inſpirationem, & expirationem uehementiorem illam intercoſtales muſculi faciant, cum his unà, q à ſcapulis, & collo ad thoracẽ externus deſcendunt: hactenùs expirationẽ huiuſmodi facientes muſculos quadamtenus habere oppoſitq́s poterit, non ſimpliciter tamen, quod tum demum fieret, ſi quemadmodum inſpirationis author ipſe eſt non uiolentæ, eodem modo oppoſitum haberet non uiolentæ expirationis authorem muſculum unum aliquem, pluresúe qui nulli ſunt. Nũc ut inſpirationem ſolummodò uehementiorem faciens habet.

Ὅλως μὴ ἐκπίπτει.) Delendum μὴ niſi fallor, ut ſit ὅλως ἐκπίπτει: Veruntamẽ excidit. Oſtendere enim nititur, quomodo connexa ſepti tranſuerſi pars in uentrem anterius tendat in decubitu prono, atque ubi coſtarum muſculi agant, & neutris quieſcant id, quod libenter facere poſt exercitationes Gymnaſtici ſoleant, ut ea ratione facilius excrementa à ſuperioribus ad inferiora detrudantur, propellentibus thoracis, & abdominis concedentibus muſculis.

Τὴν δ᾽ ἑτέραν διττῶς γιγνομένην. *Alteram autem dupliciter factam.*) Septum tranſuerſum in ſeipſum concurrens, contentumq́, ac contractum inſpirationem facit non uiolentam: hancq́ unam tenſionem, ſiue contentionem ſortitum eſt: alteram enim qua ad motum agentis per ſe muſculi commotus aduerſarius, atq́ oppoſitus alius extenditur, habet nullam: ut quum in brachio contentis exterioribus, qui tendunt, extenduntur, ſiue exporriguntur, qui flectunt, interiores: & interioribus, qui flectunt contentis, exteriores elongantur, atq́ exporriguntur qui tendunt. Horum nihil in tranſuerſo ſepto: neq́ enim oppoſitum ſibi, atq́ aduerſarium muſculum habet qui hoc faciat, aut ille oppoſitus alteri, atq́ aduerſarius in hoc eſt, dum propriam actionem ſuam edit, quæ non uiolenta imperatio eſt: huic enim ex aduerſo poſita non uiolẽta expiratio nullam muſculi actionem propriam habet, ſed thoracis tantùm decidentia, ſiue deiectione & καταπτώσει fit, in qua nulla ſepti tranſuerſi extenſio. Sed nec quum uẽtris muſculi agunt: neq́ tunc enim extenditur. Vtrobiq́ autem quam reliqui muſculi extremorum motuum in medio retinent, conſtitutionem eandem ſeruat, modò ſpinam uerſus connexum ſuum tendens, modo in uentrem, ut in pronè iacentibus, quumq́ pectoris muſculi agunt, quieſcẽtibus uentris. Quæ omnia propterea fiunt, quòd oppoſiti actionem muſculi nullam habet, quam extenſum ſequatur. Nam uehemens expiratio quamuis inſpirationi quoquomodo oppoſita ſit non uehementi, quam ſeptum tranſuerſum facit: oppoſita tamen propriè non eſt ſicuti antea dictum: uehemens quippe ipſa, non uehe-

 menti

mentissit. Proinde nec oppositos musculos habet, quibus contentis contractisq́ extendatur septum, ut in alijs multis contingit.

ἐνθάδε μὲν γὰρ ἀργοῦντες. Recti enim quiescentes.) Idem, quod antea quoq; allatũ à nobis fuit, ratioq; eadem: nisi quòd ibi de uentris solum, inferioris nimirum musculis dictum, nunc addendum & de thoracis.

ὁ γὰρ τοῖς ἄλλοις διὰ παντὸς ὑπάρχει, τὸ τῆς ὑποκειμένης ἕδρας ἀντίτυπον. Nam quod alijs perpetuò adest subiectæ sedis renitentia.) Vt appareat non propter aliud thoracis, uentrisq́ musculos dum agunt, & ad principium suum contrahuntur, quo magis factum id fuerit, curuos minus, minusq́ fieri intrò compulsos, nisi propter laxam intus ac uacuam cauitatem, & cedentia locorum spatia. Quippe repletis tensisq́ bene locis his, quod in affectibus quibusdam, & utero gerentibus fit, non intrò pellentur.

IN LIBRVM PRIMVM DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. I.

Ὥσπερ τῶν ζώων ἕκαστον ἕν εἶναι λέγεται. Quemadmodum animalium unumquodq; unum esse dicitur.) Actionibus animæ perficiendis, de quibus tractatum hactenus à Galeno fuit, tantisper dum corpus hoc incolit, quo pro instrumento suo utitur anima, partes esse corporis oportet aptas & idoneas: quæ planè aptitudo non aliunde intelligitur, quam ex commoditate, atq; usu, quem absoluendis meliùs functionibus omnibus cõferunt. Vt propterea post tractatum de actionibus, de usu partium corporis tractari quoq; conueniat. Formatæ enim atq; institutæ à natura fuere corporis humani partes diuersæ huiusmodi, atq; illiusmodi, quo actiones tales ac tales expleantur.

μήτε πάντη συνηπται πρὸς ἕτερα. Neq; penitus coniuncta cum alijs sunt.) Vtiq; nulla est in uniuerso corpore pars, quæ non alteri alicui parti coniungatur: alioqui totius pars non futura. Hactenus uerò aliqua non penitus coniuncta uidetur, quòd circumscriptionem propriam quandam habeat: caput, pes, manus, & huiusmodi, quæ μέρη, καὶ μέλη nominata fuere à Platone in Timæo: τοῦ θνητοῦ ζώου μέρη, καὶ μέλη ξυμπεφυκότα: Mortalis animalis connatæ partes & membra. Sunt porrò partium harum omnium partes aliæ, & particulæ, suis omnes usibus, uel minimæ, destinatæ.

CAP. II.

Τὸ γὰρ σῶμα ταύτης ὄργανον. Corpus nanq; instrumentum huius.) Hoc qui probè scire uoluerit, remq́ue omnem de hoc tenere, Alcibiadem Platonis ade[illegible], uerset primum.

ἤθεσί τε καὶ δυνάμεσι. Moribus simul & facultatibus.) Ex facultatibus prodeunt mores, ex moribus actiones & functiones: iuxta mores enim actiones h[illegible]unt, quibus omnibus commodè fabricatum fuisse à natura corpus in animalium genere quocunq; uidemus.

Καὶ μόνον τῶν ἐπὶ γῆς θεῖον. Solumq́, eorum quæ in terris sunt, diuinum.) In hoc conueniunt philosophorum optimi, ac præcipui: ut homo, quamuis rerum omnium indigus, atq; egenus, nudus, atq; inermis nascatur, principatum tamen inter animalia omnia obtineat, inq; eius gratiam facta reliqua omnia esse rectè iudicentur. Idem prudentissimus habitus ab Anaxagora, quòd manus haberet: id quidem non rectè: prudentissimus ille quidẽ, at non quia manus habeat: uerùm quòd has potius habeat, quia prudentissimus existimandus. nota igit, & indicium summæ in homine prudentiæ manus est, non causa. Quòd si prudentissimus homo, & prudẽtia σπουδαιοτάτη optima scilicet, & honestissima res est: optimũ certè quiddã homo est: ἄτοπον γάρ (ut Aristoteles inquit moralium sexto)

ſexto) εἰ τὶς τὴν ἐπιςήμην πολιτικὴν, ἢ τὴν φρόνησιν σπουδαιοτάτην οἴεται εἶναι, εἰ μὴ τὸ ἄριστον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἄνθρωπός ἐστι. Neceſſariò optimum nobis facit rerum, quæ in mundo ſunt, omnium hominem propter prudentiam. Idem author alibi de humano genere loquens quid ait: τοιοῦτον δ' ἐστὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος inquit: ἢ γὰρ μόνον μετέχει τοῦ θείου τῶν ἡμῖν γνωρίμων ζώων, ἢ μάλιστα πάντων: uel enim ſolum particeps diuinitatis eſt eorum, quæ quidem nos nouerimus, animalium, uel omnium maximè. Libro de partibus animalium ſecundo. Nam quòd Plato aliquando leges tradens eundem hunc hominem παίγνιον fecerit, ac dixerit τῶν θεῶν: nõ erit nobis fraudi, nec diuinitatis auferet participationem. Simus ſanè παίγνια, & ludicra deorum, modò & diuinitatis participes ſimus. Ego uerô minus etiam quàm ludicra nos eſſe arbitror collatos pijs, atque intereà tamen diuinos eſſe haberiq́ue poſſe exiſtimarim. Nec aliter ludum non eſſe deorum prolatum à Platone fuiſſe crediderim, quàm ut id tantummodò de corporis noſtri fabrica intelligi deberet: in qua tamen modis omnibus diuinæ mentis imago quadam expreſſa apparet, ac ſimilitudo, atq; id per ludum, quoniam ludere natura diuinorum ultima noſtriq; formatrix illa in inferioribus his creditur. Ac (ne uagari extra propoſitum noſtrum uideamur) eodem modo, quo quia prudens futurus erat, manus habere oportuit hominem, etiam quia ſapiens in omnibus, quia ratione uſurus, rationis functionibus omnibus ſubſeruiturum corpus ſortiri debuit, quod rationali animæ pro inſtrumento eſſe iam docuimus, uel potius à quo auctore, & quo loco doceretur, oſtendimus. Cumq; ſtructuram tàm affabrè per omnia formatam uideamus in tot uſus, qui non niſi optimi & ſapientiſsimi utentis eſſe poſſunt: coniectura non abhorrente à uero augurremur, domicilium id eſſe diuini alicuius habitatoris. Vt nihil interim de pulchritudine dicam, cuius ſæpiſsime elucent in facie cultuq; ac corpore toto facie autem inprimis notæ, quas admirantes ſuſpiciamus, quibusq; rapti extra nos quandoque feramur, itàque inhabitantis diuini omnino animi admoneamur.

CAP. III.

Ἐγὼ γοῦν καὶ βοὸς μόσχον πολλάκις εἶδον κυρίττοντα. *Ego quidem uitulum ſæpenumero uidi impetum facientem.*) Κυρίττειν cornu petere eſt. at uitulus, cornibus nondum exertis ullis, κυρίττειν ſignificanter ſatis & propriè dici poterit Græcis: nobis cornu petere non item. Vitulus inermi fronte prurit in pugnam, inquit poeta Martialis. Hoc ergo quum faciat inermis prorſus, natura ſua adductus faciet, non confiſus cornibus, quæ nulla dum gerit: & quum tamen habuerit utetur ad idem ut feriat antea edoctus id facere naturæ tantum naturæ ſuæ dictatis, qua de re Horatius: *Dente lupus, cornu taurus petit: unde, niſi intus, Monſtratum?*

CAP. IIII.

Καλῶς μὲν οὖν καὶ Ἀριστοτέλης. *Pulchrè igitur quidem Ariſtoteles quoq;.*) Libro de Partibus animalium quarto, author is ita ſcribit: ἡ δὲ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον, ἀλλὰ πολλά. ἔστι γὰρ ὡσπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων: tanquam inſtrumentum ante inſtrumenta, ut quàm dignitate, tam tempore præcedere, atq; anteire reliqua omnia inſtrumenta uideatur: manus quippe quæ inſtrumentorum genus omne ipſa fabricauerit.

Ἄνθρωπος δὲ μόνος ἁπάντων ζώων τέχνην ἔχων πρὸ τεχνῶν ἐν ψυχῇ, κατὰ λόγον ἐν τῷ σώματι πρὸ ὀργάνων ὄργανον ἐκτήσατο. *Homo igitur animalium omnium artem habens ante artes in anima, recta ratione in corpore ante inſtrumenta inſtrumentum adeptus eſt*) Idemq; e diuerſo ac reciproca ratione licebit dicere: Inſtrumentum ante inſtrumenta in corpore quum habeat homo, in anima artem ante artes poſsidet meritò. Neque illud dico, quòd inſtrumentum ante inſtrumenta ſortitus fuerit, propterea artem quoque ſortitum ante artes fuiſſe, ne reprehenſionem incurramus Ariſtotelicam de manu: ſed hoc dico: indicio nobis eſſe huius illud, atque illius hoc poſſe, quoniam reſpondere hæc inuicem ſibi in his mu-

tuoꝛ consentire uideamus: ut in congruenti sibi corporis domicilio inhabitet anima: & idcirco nobis rursus cum Platonicis multis colligere liceat, pulchram in pulchro inesse oportere. Ac propemodum æquali argumento de congruentia dici potest, tam animam exposcere sibi atꝛ eligere corpus idoneum cōsentiensꝛ, quàm hoc suscipere illam: nisi quòd propter animam factum est corpus, in quod conuenienter introduceretur, non propter corpus anima: sicuti propter prudentiam & sapientiam hominis ipsa manus, non propter manum sapientia & prudentia est: quæ nihilominus manum requirant pro instrumento, sicuti manus generis illius tam exquisitum instrumentum artificem exigit, atꝛ etiam indicat, qui eo utatur, sapientem ac prudentem. ut prorsus (quod di cebamus) alterum alterius indicio esse atꝛ argumento possit, ac debeat.

CAP. V.

οὐκ ἀχρήσιμον ἁπλῶς. *Non an utile simpliciter.*) Hoc enim probatum iam esse ac pro confesso sumi debet.

CAP. VII.

Καὶ διὰ τοῦτ' ἀλλήλοις συμπίπτουσιν. *Atq. ob id inter se concidunt.*) Prælongi nimis ungues paruum, atꝛ exiguum quippiam, capillum fortè, aut spinulam, aut milij granulum si apprehendere debeant, mutuo occursu conuenientes nihil eorum tenebunt: apprehensuris enim elabentur semper pulposæ carnis suffulcimento destitutis, quam nimis elongati superantesꝛ exeunt.

Ταῦτ' ἄρα καὶ Ἱπποκράτης ἔλεγεν. *Atq. iccirco Hippocrates dicebat.*) In de medici officio.

CAP. VIII.

Πλάτων. *Plato.*) In Timæo.

Ἀριστοτέλης. *Aristoteles.*) Quarto de Part. anim.

Λέγοντος γοῦν Ἱπποκράτους. *Dicente igitur Hippocrate.*) In libro de Alimento.

Εὔδηλον ὡς ὅσοι περὶ τὰς ἐνεργείας τῶν ὀργάνων ἐσφάλησαν, ἤτοι καὶ τὰς χρείας τῶν μορίων διημάρτον. *Manifestum, quod quicunq. in actionibus decepti sunt instrumentorum hi in partium quoq. usu aberrarunt.*) Ea propter necessariò præcedere de actionibus & functionibus opus debere diximus, subsequi de partiū usu, quòd ignoratis illis, nec rectè satis examinatis, falli in his plurimum contingat. Notādum autem, dixisse Galenum, ὀργάνων ἐνεργείας, & χρείας μορίων, non sine significatione aliqua: quoniam membrorum functiones sint: quamuis instrumentaria habentur, partium uero eorundem, & particularum sunt usus in functionem, atꝛ actionem unam conferentium: quum interea utroꝛ appellari nomine possint ut oculus corporis pars, & instrumentum: pes item, manus, thorax, & alia: illa tantum diuersitate, quod partis instrumentariæ totius dicendæ functiones sunt, usus partium, ex quibus totum conficitur, & resultat actio atꝛ existit: ita tamen, ut meminerimus semper: principalis partis unius principalem pariter habendam esse actionem, ut crystallini in oculo, quæ uidendi est.

Πρὸς δὲ καὶ τινὰς μὲν ὀρθῶς εἰρηκέναι τῶν πλείστων τὰς ἐνεργείας. *Præter id quòd rectas attulere nonnulli plurimorum actiones.*) Vt inter alios Hippocrates, qui unguium functionem uerissimam illam scripsit: ὄνυχας μήθ' ὑπερέχειν, μήτ' ἐκλείπειν, δακτύλων κορυφῆς: Vngues neꝛ excedant, neꝛ infrà digitorū summitates sint. Quibus planè uerbis non modò actionem unguium, quæ aliter fieri non potest iustè ostendit, sed etiam commoditatem, atꝛ usum insinuauit. At sequuti Hippocratis ætatem Plato, atque Aristoteles non satis animaduersa hæc pertransiere: rectum certè, iustumꝛ neuter attingere unguium usum potuit: quamuis eorum alter, Aristoteles tegendo utiles esse scripserit: quod quidem ita est ex parte: at interea multo maiores habendi sunt illi, quos Galenus attulit usus.

Ὁ μὲν γὰρ τὴν καρδίαν, ὁ δὲ τὰς μήνιγγας. *Hic enim cor, ille uerò membranas.*) Cor Aristoteles

ristoteles principatum continere animę arbitratus est: cerebri μήνιγγας, hoc est ipsas membranas Erasistratus, primò quidem: nam postea factus senior, ut posteriores melius sentientes, & qui diutius anatomen uersassent, ipsum cerebrũ cerebri nimirum corpus, & substantiam Quod scire ex Galeno liceat, de Placitis Hippocratis, & Platonis libro septimo.

Τὰ μὲν ἀσαφῶς εἰπόντος, τὰ δ' ὅλως παραλιπόντος. *Alia quidem obscurè quum dicat, alia uerò ex toto omittat.*) Eadem ferè, quæ de authore eodem Hippocrate à Galeno scriptis testata nobis relicta fuere libris therapeutices methodi sexto ac nono.

CAP. IX.

Ὥσπερ ἀπὸ θεοῦ φωνῆς. *Tanquam à Dei uoce.*) Cur non facere nobis Deum Hippocratem medici posimus, εὐεργέτην σωτῆρα, & benefactorem, ex relicto nobis ab eo artificio, duntaxat ut medicum pro Deo quodam habeamus? uel etiam, ut suum sibi Aristotelem Peripatetici, Platonẽ Academici ueteres, poetæ Homerum fecerunt: inter quos Naso omnes quoq; sui temporis poetas pro Deis habuit, non solùm coryphæos. Quotq; aderant uates rebar adesse Deos, ait. Tametsi hoc loco ab Hippocratis uerbis, ueluti à Dei uoce, inchoandum esse dicat Galenus, nempe ueridicis, ut Dei quoq; sunt: ut enim unitas ac bonitas, ita & ueritas Dei propria.

Τὸν παρὰ τῷ Ξενοφῶντι Σωκράτη. *Socratem apud Xenophontem.*) In symposio, post libri dimidium, ubi de lenocinio suo Socrates, & pulchritudine mox.

Τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, διὰ τὴν ἐκ τῶν εἰρημένων τεττάρων ποιὰν κρᾶσιν ἐγένετο *Hoc quod est ob prædictorum quatuor qualem aliquam temperaturam factum fuit.*) τὸ τί ἦν εἶναι, parti unicuiq; ob certam quandam propriam, ac peculiarem elementorum inter se quatuor temperaturam contingit, eiq; parti hæc erit substantia apud medicos & naturæ ratio: quam calidam licet, aut frigidam, siccam, aut humidam proferre posimus, ratas tamen interea uniuscuiusq; portiones non possumus.

ὥσπερ ἐν ὀφθαλμοῖς διὰ χροιάν. *Vt in oculis propter colorem.*) Nam & humores coloribus suis præditi sunt, & membranæ siue tunicæ suis, magno in omnibus ad uidendum usu.

CAP. XII.

Τὸ δ' ἀκριβῶς κυκλοτερὲς οὐκέτι. *Exquisitè uerò circularem nondum.*) Propter angulos, quos necessariò articulorum inflexiones faciunt, musculorum carne explẽdos, ut circulus fiat internodia uestientium intus: ita nanq; inflexione facta facilè in unum conueniunt faciendo circulo.

CAP. XIII.

Ὅτι δὲ ἅπασα θερμὴ συμμέτρως νοτίς. *Quòd autem modicè calida humiditas omnis.*) Humores ij sunt secundi dicti, caliditatis, & humiditatis, temperatarum participes omnes: ut in quibus plurimum semper naturalis caloris resideat, cuius humore sæpe siccus æstatis squallor humescat, calore hyemis frigiditas repellatur.

CAP. XIIII.

Τρίβουσι, καὶ μαλάττουσι, καὶ λαμβάνουσι τὰ πάντα. *Terunt, molliunt, & apprehendunt cuncta.*) Quæ omnia aptius multo & commodius præstant, quæcunque non conuexa admodum, aut æquali superficie constant instrumenta: plana enim, quam conuexa, plures semper partes attingent eodem tempore, & inæqualia, quàm æqualia altius sese induunt.

CAP. XVII.

Καὶ συνδοῦσι τοὺς μῦς ὀστέοις. *Ac musculos ossibus connectunt.*) Secũdario quodam modo: nam primarium officium hoc & munus est eorum, quæ ex argumento propriè συνδεσμοί, ligamenta scilicet & copulæ nominãtur: à quibus ipsi quoque tendones acceperunt ut cõnectere & colligare articulos inter se possent, secundaria quadam (ut diximus) ratione.

t 5 οὕτω

Nec minus in ſiniſtra eadem omnia manu ſpectabũtur, in qua e diuerſo index dextrum medius ſiniſtrum locum occupabit: ſequenturq́ꝫ iiſdem obſeruatis modis reliqua, ſi rectè riteq́ꝫ animaduerſa notentur.

Ἐν αἷς ἐνεργοῦσιν οἱ πλάγιοι. Legendũ ἀργοῦσιν: in quibus quieſcũt laterales.) Sequitur enim: τούτων δ' ἐνεργησάντων, his autẽ agentibus. Nec planè accipi aliter poteſt.

C A P. XXI.

Ἐπὶ πολλῆς κάμψεως. Legendũ ἐπὶ πολὺ, ut ſit: Flexionis multæ.) Ea ſcilicet, quã primus digiti magni articulus facit, magnam, hoc eſt bene & ualde flectendo.

C A P. XXII.

Καλεῖν ἀντίχειρα τὸν δάκτυλον τοῦτον. Vocaſſe ἀντίχειρα digitum hũc) Ἀντίχειρ dictus quaſi pro manu tota ſit, uicemq́ꝫ eius gerat: uel ſecundum Macrobium, quaſi manus altera: uel quòd contra & ex aduerſo (hoc enim ἀντὶ eſſe poteſt) quatuor digitorum reliquorum poſitus, quippe qui manus totius alterius partis munus totum ipſe expleat: pollex haud dubiè Latinis dictus, quod polleat.

Μὴ ὅτι τὸ μάλιστα πάντων κεκοσμημένον. Neq́ꝫ omniũ maximè ornati.) Videlicet hominis: non quidem quòd is ornatum à natura ſortitus fuerit, animalibus aliis maiorem in eo, quòd maius hic quàm ibi adhibitum fuiſſe à natura ſtudiũ aut artificii plus & diligentiæ exiſtimemus: quando pro eo ac expoſcere animantis cuiuſq́ꝫ natura uidebatur. ἐν κατὰ τὸ τί εἶναι, tributũ omnibus corpus ſit conuenientiſsimum, eoq́ꝫ in cunctis artificio atq́ꝫ ornatu, ut maiore non potuerit: ſed quòd homini huiuſmodi ſtructura, & corporis fabrica conueniebat, quam uidemus, omnium reliquarum ornatiſsima ſimul & ſpeciei ſuæ conuenientiſsima: ex cuius elegantia, aſpectuq́ꝫ ac corporis uniuerſi facie ab aliis tam diuerſa animi naturam conîicere nobis liceret nobiliſsimi, & ſapientiſsimi: breuiter humanitatẽ ex hac ſicuti brutalitatem (ut ſic dicam) ex omnibus aliis perſpiceremus. præſtito interea uniuerſis pro naturæ animæq́ꝫ conditione exornandis corporibus artificio, quanto fieri potuit maximo.

C A P. XXIII.

Τὸν μὲν δὴ μέγαν ἀπολέσαντες. Magno nanq́ꝫ amiſſo.) Notum, relatumq́ꝫ ſuprà Athenienſis ducis illud: qui captiuorũ manus utriuſq́ꝫ pollices abſciderit: priuandis ita illis remigandi officio.

C A P. XXIIII.

Καὶ γὰρ ἐν κἀκεῖ τὰς μέσας μεγίστας ἀπεργάζονται διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Etenim ibi quoq́ꝫ medios eandem ob cauſam maximos efficiunt.) Triremium ueterum ſtructuram cognitam melius habere oporteret, ut rectius ſcirentur iſta: nam nũc quidem diuinare tantummodo liceret.

IN LIB. II. DE VSV PARTIUM CORPORIS HVMANI.

C A P. II.

Τῶν λοξῶν κινήσεων τῆς ἑτέρας ἐξηγοῦνται. Obliquorũ motuum alterius authores ſunt.) Eius nimirum qui intrò agitur.

Τὸ δ' ἀκρόχειρον ὀνομάζεται. Hoc autẽ ſumma manus nominatur.) Extrema ac ſumma manus intelligẽda, nõ uti fortaſſe aliqs acciperet, digiti ſummi uel toti etiã, ſed cũ his metacarpiũ, & carpus quo man⁹ extrema circũſcribĩt, ἀκρόχειρον dicta.

Καὶ πρὸς τοῦτο τὸ σχῆμα βλέπον. Atq́ꝫ ad figuram hanc ſpectans.) Nempe qua cubiti os radii oſsi ſubſternitur: in ea enim ſiue ſupina, ſiue prona, ſiue inter has media locetur manus, interior erit pars ubi inflectentes muſculi ſunt, exterior ubi extendentes, ſuperior ubi radius, inferior ubi cubitus ſeu ulna.

C A P. III.

Τὰ θέναρα καλούμενα. Quæ thenara uocantur.) Sic manus pulpã uocamus à muſculis factam unà cum manus cauitate, quam quidem uolæ partes magis aſſurgentes, altioresq́ꝫ ambiunt.

Ἀλλὰ καὶ τοὺς μικροὺς μῦς. *Sed paruos etiam musculos.*) Præter illum, qui ex cubito superius ad primum, & tertium digitorũ articulum maior descendit, hunc esse opus sit musculum minorem multo.

Καὶ σοὶ πάρεσι θεάσασθαι τῷ χ. γράμματι παραπλήσιαν. *Videreq́ licet tibi χ literæ simi-lem*) Aberratum in his generisq; huius aliis quibusdam à Galeno fuisse contendunt Anatomicorum coryphæi. Concedimus in eo quòd coniectura falsa usus quædã quæ in simiarum dissectione notasset, ad corporis humani fabricã transtulerit, eadẽ esse debere credẽs: hoc unũ coniecturali opinione deceptus.

Μέχρι τῆς ἐσχάτης φάλαγγος. *Ad ultimam usq; aciem.*) Hoc quoq; non prorsus ita se habere animaduersum diligentius inquirentibus.

Ἀτρεμούσης ἄκρας τῆς χειρός. *Summa manu quiescente.*) Videlicet secundum articulationem propriam, qua radio atq; ulnæ committitur.

C A P. V I.

Η δυσπερίτρεπτον. *Aut inuerti difficilem.*) Facilè inuertitur, plicaturq; & corrugatur alibi in corpore cutis: at ubi musculis hæret connata, annexaq; aut illorũ tendonibus, ut in uola manus firmitatem maiorem accipit, nec perinde uersatilis est. Hunc quoq; igitur usum ex hoc interior manus cutis habet: melius eñ apprendit, [illegible] inde & sensilis magis facta: quippe rebus occurrens nuda, sinceraq; quo[illegible] maximè sentiendi uim promouet, nõ solum quòd qualitatum omnium in medio posita, nullã magnopere intensam habeat, ut dici his quoq; nudata possit: uerumetiam quòd nullo alio uestitu obducta facilius admissura atq; etiam perceptura sit, quæcunq; sese offerent.

C A P. V I I.

Καὶ τί δήποτε χωρὶς τῶν τενόντων. *Et cur tandẽ sine tendonibus.*) Quum quidem dictum alibi fuerit, in tendones finire musculos omnes, præsertim uerò qui ossibus inserantur, ut in primo de motu musculorum: quanquam ibi additum legitur τὰ πολλὰ, quod magna ex parte sæpe significet, ut locus propterea exceptioni aliquis sit ob idipsum, quod hîc de radii musculis dicitur.

Πλὴν ὅσα τοῦ νῦν εἰρημένου.) Lege, πλὴν ἑνός. Præter unum nunc dictum.

Ἀγαπητῶς ὑποδεξαμένη κἂν τὸν ἕνα. *Cui satis fuit uel unum suscepisse.*) Eleganter inprimis dictum à Galeno hîc fuit. Est enim ἀγαπητὸν quum quod factum in re aliqua fuerit, cõtenti eo esse ac benè nobiscum actum existimare debemus, nedum aliud præterea quæramus. Sic tantum abest, inquit, ut locus is duos suscipere musculos potuerit, ut unum etiam accepisse satis illi superq; fuerit.

Ἵνα λεπτότατον ἑαυτῷ γίγνεται. *Vbi tenuissimum in seipso fit.*) Sic enim uertendum opinor, nõ autem sicuti interpres uertit, ut subtilissimus fiat: nõ enim loci minus quàm causæ significatiuum est ἵνα: atq; hîc multo rectius locum partemq; extremam significarit.

C A P. V I I I.

Φησὶν ποῦ Ἱπποκράτης. *Inquit quodam loco Hippocrates.*) Ἐν τῷ κατ᾽ ἰητρεῖον. Sic enim scribitur præter alia: δάκτυλον ἐκφύλασσε μέγαν τὸν ἐν μέσῳ τοῦ δακτύλου, κἀναντίον τὸν μέγαν τῷ λιχανῷ.

Ἀλλὰ καὶ τὸ κάτω πέρας. *Sed etiam inferiorem terminum.*) Pars inferior ossium brachialis & extremum illorum intelligẽdum, qua parte metacarpii siue post brachialis ossa attingunt.

Παράλληλα μὲν ἄχρι τῶν δακτύλων φέρεται *Eisdem quidem interuallis ad digitos usq; feruntur*) Hoc loco παράλληλα non eandem ubiq; distantiam significabit: à principio nanque minore ad finem maiore ferri distantia uidebuntur ossa hæc: sed quòd usq; æqualibus inter se spatiis diducta ad extremum usq; deferãtur: nullo scilicet uel suprà uel infrà magis, quàm alterum recedente.

Οὕτω γυμνὸν ὡς ταῦτα πρέπει εἶναι γυμνοῖς. *Ita nudum ut nuda conuenit esse hæc.*) In tantũ, ut ne nimio carnis pondere grauata manus apprehendẽdo impediretur.

Τὸ ὀκ-

τὸ ὀκτωκαιδέκατον. *Octodecima.*) Cui dubium δωδέκατον scribendum esse, id est duodecima pars, quot scilicet carpi, & metacarpij simul ossa sunt.

τὰ δ' εἴκοντα κατὰ βραχὺ τὴν βίαν ἐκλύειν τῶν ἐμπιπτόντων. *Cedentia uerò sensim incidentium uim resoluere.*) Vsque adeò quidem ut hac una ratione, bombardarum impetus tantus ac tanta uiolentia retusa hebetescat quoquomodo, saccis gossypio, aut qua alia eiusmodi materia plenis obiectis. Illud autem κατὰ βραχυ in medio tam præcedenti, quàm insequenti accommodari dictioni posit: quippe sensim cedentia, sensim impetum occurrentium imminuunt.

C A P. X.

τὰ δ' οὐχ ὡς ἕν. *Hac uerò nec tanquam unum.*) Nempe alterius ordinis, & secundi brachialis ossa, quæ post brachiale attingunt.

Ἀποφύσεων τε, καὶ ἐπιφύσεων. *Deque enatis & adnatis*) Ἀποφύσεις uulgò iam processus interpretari uideo: ἐπιφύσεις autem adhærescētia, & adnascentia quædā erunt quales ulnæ, ac radij mox haberi dixit adnatas ἐπιφύσεις, quasdam.

C A P. XI.

γλινώδει ἂν κοιλότητι. *Oculari leuitate.*) Quæ uidelicet oculi interioris cauitatem similitudine quadam refetat, aut melius fauos apum.

C A P. XIII.

Καὶ ὡσαύτως λοξά. *Atque ad hunc modum obliqua.*) Forinsecus incipiens, ac intus finiens necessariò ad usus, quibus eiusmodi positus commodat inprimis.

Ἐν δὲ τῇ πρὸς τὸν βραχίονα. *In ea uerò qua ad brachium est*) Sicuti, quia dearticulatio, quæ ad brachium est, propter multo maximos manus totius ad actiones plurimas, usus, ulna siue cubito niti inprimis debuit, cubiti extremitas ea facta altera crasior fuit: ita quia quę ad carpum est, ad extremę manus rectè obeundos usus, radio præcipuè committenda erat dearticulatio, radij partē eam esse crasiorem oportuit eoque ulnæ partem uicinā tenuiorem, ueluti ad brachium radij quoque pariter pars est, mutuò eo pacto cedentibus sibi, hîc radio ibi ulna ut utrobique crasioribus eorū partibus dearticulationes obfirmatę retinerētur.

C A P. XIIII.

Διότι περιφερεῖς εἰσὶν ὅτω θέμενοι τοὔνομα. *Quòd rotundi sint, imposito nomine hoc*) Quicquid κορώνη nomine significandum uenit, aut incurui, aut inflexi, aut rotundi, huius maximè nempe rotundi, significatione ueniet. Quæ quum in cubiti procesibus maiore, minoreque horumque utriusque in medio figuræ spectentur meritò κορῶναι appellatæ, & κορωνὰ fuere.

C A P. XV.

Βαθμίδες εἰσίν: οὕτω γὰρ ἱπποκράτης ὀνομάζει. *Sunt Βαθμίδες, ita enim Hippocrates nominat.*) Peculiari hoc nomine Hippocrates brachij osis cauitates, in quas ulnæ extrema & processus manum rotam flectendo, & extendendo insinuantur, quibusque finiuntur motus illi appellauit, quòd ueluti sedes basis ulnæ eæ sint, in quibus ad flexus & extensiones mouendo se uestigia figant, tractatu de fracturis.

Ὅταν γὰρ μήτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ πήχεως. *Quum enim neque in alia ulla ulna parte.*) Βαθμίδες, de quibus agitur hîc siue fossulę (sic enim uocemus nunc) in ulna certè minus in brachio euidentes magis sunt. Itaque pro πήχεως nisi fallimur βραχίονος legendum. Irrepsit autem error, quum de utroque hîc esset sermo ut alterum pro altero scriberetur, ex inconsideratione.

Ἢ εὐθυτέρων ἢ κοιλοτέρων ἢ στενοτέρων. *Vel rectis uel cauis uel arctis magis.*) Putarit aliquis illud κοιλοτέρων nō esse in ista recipiendū, quādo cauitas nullo pacto ulnæ procesibus cōuenire uideatur posse, qui rotundi potius, & nodorū ac tuberculorū quorundā instar habeantur. Sed si paulo suprà dicta in memoriā reuocētur, cōueniet admodū: ut enim curui, ac gibberosi pcessus hi sint, foris & ad latera: at intus caui sunt. εἰσὶ δὴ ζεῦς ἀποφύσεις ἐνταῦθα τοῦ πήχεως διτταὶ κυρταὶ μὲν ἔξωθεν ἔσωθεν δὲ κοῖλαι. Et mox: ἐσχημένων δ' εἰς ἀλλήλας τῶν ἐν αὐταῖς κοιλοτήτων μία

μεγάλη

μεγάλη γίγνεται κοιλότης ἐξ ἀμφοῖν. De hac igitur dictum conueniet illud κοιλοτέρων. Quamquàm si quis uelit defendere, quòd modo ubi est, ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ πήχεως, reponendum esse βραχίονος uidebatur, possit sanè. Additur hîc (ut hoc quoq; obiter adnotetur) ἐοικὼς τῷ σῖγμα γράμματι: similis literæ Græcæ σῖγμα, cuius quidem character sit is, C, nō ille Σ quem quoq; uelle poteris, si circumflexus utroq; sinu notetur in hunc modum S.

C A P. XVI.

ὅτι δὲ αἱ σάρκες μόρια τῶν μυῶν εἰσίν. *Carnes aūt musculorū partes esse.*) Ἀκριβολογία, hæc est, exquisita quippe locutio: nā alibi nō semel pro toto musculo, carnē legas.

C A P. XVII.

Διττὴν εἰργάσατο κατ' ἀμφότερα. *Duplicem effecit in utroq;.*) Et ad cubitum, & ad brachiale nimirum.

τὴν δ' ἑτέραν ἐπὶ τῶν δακτύλων. *Alteram autem in digitis.*) Exactæ scilicet compositionis & articulationis: ut quoniam ligamentis, & musculis non poterant securitatem obeundis uehemētioribus actionibus nancisci, alterius causa auxilio iuuarentur: ossium coarticulatione paulò magis exquisita.

IN LIB. III. DE VSU PARTIUM CORPORIS HUMANI.

C A P. I.

Ὅτι χεῖρας ἔχει. *Quoniam manus habuit*) Priorum crurum in quadrupedum genere locum occupantibus manibus necessariò bipes euadit homo edendis melius functionibus suis. Manus hic intelligenda tota ab humero ad digitorum usq; extrema.

ὃς ἵπποισι Μαγνητίδεσσιν ἐμίγνυτο ἐν Πηλίου σφυρῷ. *Qui cum equabus Magnesijs concubuit in pelij uallibus.*) Pindar. Pythior. ode 2.

Ἄμεινον μέντ' ἂν ἦν οὕτως αὐτῷ καὶ δύο στόματα γεγονέναι, τὸ μὲν ἀνθρώπειον, τὸ δ' ἵππειον. *Satius autem fuerat ita duo illi ora quoq; facta fuisse humanum alterum, alterum equinum*) Non tam quibus in uentriculos duos duobus diuersis locis ingereretur cibus, quàm quibus proprius ac peculiaris suusq; utrisque adderetur, ex diuerso oris utriusq; appetitu, quē uentriculorum diuersitas faciat. Atqui hæc omnia maximè ab omni rerum natura abhorrent, & fidem omnem superant.

Κινδυνεύσει γὰρ ἂν καὶ δύο καρδίας ἔχειν. *Fortasse autem duo quoq; corda habuerit.*) Quod pro inconuenienti maximo relinquitur, quando in absolutè perfectorū animalium genere, quod duo obtineat uitalia ex æquo principia, indiuiduum reperiri queat omnino nullum.

C A P. III.

Ἔχει αὐτανγέα πρὸς Ὄλυμπον ἀταρβέσι προσώποισι. *Aspectum tulit contra Olympum intrepida facie.*) Cuius authoris aut ubi hæc sint, quærendum.

Τὸ δὲ μηδὲ Πλάτωνος αὐτοῦ ἀκηκοέναι λέγοντος. *Quòd autem ne Platonem quidē ipsum audierint dicentem.*) Libro de Rep. septimo: οὐ γὰρ αὖ οὐ δύναμαι ἄλλο τι νομίσαι ἄνω ποιοῦν ψυχὴν βλέπειν μάθημα, ἢ ἐκεῖνο περὶ τὸ ὄντι ἢ καὶ τὸ ἀόρατον, ἐάν τέ τις ἄνω κεχηνὼς ἢ κάτω συμμεμυκώς.

C A P. V.

Καὶ οὐ παντάπασιν ἔτι φυλάξομεν ἁπλῆν αὐτοῦ τὴν ἔννοιαν. *Non omnino simplicem seruabimus deinde ipsius notionem.*) Quæ est pedis in homine ad gradiendum quidem facti, sed ratione utenti animali conuenienter totum hoc.

Τοῦτ' ἐν αὐτὸ τὸ περιττὸν ἐστὶ τῆς τῶν ἀνθρωπείων σκελῶν. *Hoc igitur rarum illud est humanorum crurum constructionis.*) Quatenus nimirū manuum structuram pedes quoq; ipsi imitātur: ut, quoniam rationali animali manus conueniebant, & pedes manibus ex parte similes, necessariò conuenire debeant. homini quippe qua rationali: nam qua gressili firmitudo satis est & motus.

C A P. VII.

Ἀλλὰ καὶ τὰ μὲν ἔνδον αὐτῶν. *Sed & interna quidem eorum altiora.*) Eorum, nempe pe-

pe pedum, non autem digitorum, ut suspicari quis posset.

CAP. VIII.

Διὸ καὶ τοῦτο πρὸς τῶν ἀνατομικῶν ἐπετέθη τοὔνομα τόδε τῷ μέρει τοῦ ποδός. *Quapropter & nomen hoc impositum ab anatomicis fuit parti huic pedis.*) Nempe πεδίον, quod quidem Græcis campus, & solum est: quo quum maximè pars pedis hæc nitaretur, πεδίον uocarunt: unde pes quoq; totus nomē accepisse suum uideri possit, sic scribēte Aristotele libro de partibus animalium quarto: ἡ γὰρ τῶν ποδῶν πρόσθεσις πρὸς τὴν ἐπὶ τῷ πεδίῳ κίνησιν χρήσιμος ἐστιν. Pedum enim additio ad motū qui in solo peragitur, utilis est. Addit Gaza: unde & nomen inditum pedibus est: quæ in Græco nulla leguntur exēplari. Idem Gaza, pro πεδίῳ, legisse uidetur πέδῳ, quod propriè solū est. Vtiq; sic à πέδον rectè πεδίον diceretur in pede.

Τὸ γὰρ ἓν ὅπερ ἀφῄρηται τοῦ μεγάλου δακτύλου, τῷ πεδίῳ προστεθέντος ὁ αὐτὸς ἐφυλάχθη *Vno enim quod ademptum digito magno fuerat, addito, plāta idē seruabitur numerus.*) Vt in totum decem & nouem numerentur, extremarum manus ac pedis partium: in manu digitorum quindecim, metacarpij quatuor: in pede digitorum quatuordecim, pedij quinq;: unus enim hic digito magno ablatus, additur pedio seu plantæ.

Ἐπιτήδειος ἐστὶ τοῖς ἕρπειν εἰς ὑψηλὰ πεφυκόσι. *Conueniens est in alta repere natis.*) Quod mures faciunt, ut paulò antè dictum: inprimis autem ij, qui σκίουροι Græca uoce dicūtur, uulgò schirati, uelocissime altissimas arbores conscendentes: quin qui in proximas etiam facillimè transiliant, crurum aptitudine hac commodè ac promptè hærentes, quamcunq; partem apprehenderint.

CAP. IX.

Ταύτην αὐτοῦ τὴν ἰδέαν καὶ Ἱπποκράτης οἶδε. *Hanc ipsius figuram Hippocrates quoq; nouit.*) Sic ait in libro de fracturis: προσιμωσῆναι δὲ χρὴ καὶ τόδε ὅτι μηρὸς γαῦσος ἐστιν ἐς τὸ ἔξω μέρος ἢ ἔσω· τὸ ἔσω καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν μᾶλλον ἢ ἐς τοὔπισθεν.

Βλαισοῦνται πάντως κατὰ τὸ γόνυ. *Blesi omnino secundum genu fiunt.*) Intro scilicet conuersis genibus ac mutuo sese impedientibus.

Ἕτερον ἂν οὗτος ἦν βλαισώσεως τρόπος αὐτοῖς. *Alter quippe his esset blesitatis modus.*) Nimirū quo genua diuaricantur, incuruata extrorsum, qui uari dicūtur: quorū cōtrarij uatij, & ualgi nēpe introrsum cōtortis. Cōmune utrisq; esse uidetᷓ nomē βλαίσωσις hoc loco: ꝓpriè tñ ῥαιβοὶ esse legunᷓ distortis extrorsum cruribus.

Καθάπερ καὶ τὸ γράφειν ἐκτείναντες κατὰ τοῦ μηροῦ τὸ βιβλίον. *Quemadmodū & scribere extendētes in fæmore librū.*) Quod quidē interdū facimus, sinistro fœmori super imposito plerūq; dextro, exarātes aliquid. Qua in parte nisi curuū os esset, nō uidetᷓ successura modo ullo scriptio, aut nō peræq; certè cōmoda futura: quippe ducere calamum manus per simum nō facilè posset cauitatibus impedita.

Τὸ μὲν ἐπὶ πλέον αὐτὰ διαστρέφειν ἐφυλάξατο. *Nimium quidem distorquere ea cauit.*) Futurum hoc erat currentibus non paruo impedimēto: cum ob figuræ distorsionem nimiam cursum manifestò præpedientem: tum ob ossium nimietatem, proinde & grauitatem maiorē pondusq; necessariò maius quo maior distorsio ossis maiorq; facta fuisset. Sed iusta tamen fœmoris totius longitudine seruata, plus extrorsum excurrens spatij ac uiæ caperet, quamuis ad perpendiculum introrsum rediret, eoq; firmitudini, ac stabilitati nihil propterea officeret.

Εἴγε δὴ καὶ ἀναψύχεσθαι καὶ τρέφεσθαι καὶ ψυχικῆς μεταλαμβάνειν δυνάμεως ἅπασι τοῖς μέλεσι χρηστὸν ἦν. *Siquidem & refrigerari, & nutriri & animalem facultatem participare utile membris omnibus sit.*) Quorum refrigerationem ab arterijs accipiunt, ut à uenis nutritionem, & à neruis participia fiūt animalis facultatis. Huius autem quum duplices sint uires sentiendi, & mouendi: sentiendi communes magis sunt, nō quidem partibus omnibus, sed multo pluribus ac potissimis: mouendi autem propriæ musculorum ac tendonum intermedijs neruis. De crurū igitur musculis, & tendonibus nunc.

CAP. X.

Καιρὸς γὰρ ἂν εἴη μοι τῇ τοῦ Θουκυδίδου χρήσασθαι λέξει. *Opportunū enim fuerit iam ut Thucididæ uerbis utar.*) Verba sunt Thucididæ lib. 3. in principio cōcionis Diodoti,

IN LIB. IIII. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. II.

Αλλ' ὥσπερ ὅμηρος ἐποίησεν αὐτοκίνητα. *Verùm sicuti Homerus sponte sua mobilia fecit.*) Iliad. Σ.

CAP. IIII.

ὥσπερ καὶ πλάτων ἔλεγεν.) in Timæo.

CAP. V.

Καλεῖ δ' αὐτὴν ἱπποκράτης ὄχημα τροφῆς. *Vocat autem ipsam Hippocrates uehiculum alimenti.*) In calce libelli de Alimento: ὑγρασίη, ait, ὄχημα τροφῆς.

CAP. VII.

Καὶ πρό γε τούτων ἁπασῶν ἡ ἀλλοιωτική. *Atq; ante has omnes alteratrix.*) Non quidem tempore, sed dignitate, simul enim innascuntur inseruntur cunctę á natura: at præcipua, ac potissima haud dubiè fuerit, qua cibus alteratus in chylũ uertitur, propter quam & attrahitur idem & prius retinetur, postremò repurgatus excernitur. Vti iam licet eodem insint tempore omnes, officia tamẽ prima sint attrahentis, tum retinentis, & dignitate maximę concoquentis: omniũ ultima excernentis. Potestate insunt semper omnes: temporibus distribuuntur officia, ut diximus alteratricis gratia instituta omnia.

πρὸς τῷ πόῤῥω γῆς εἶναι κατὰ τὰς συμφύτους τῶν μορίων ποιότητας. *Præter id quòd à terra procul abest secundum innatas partium qualitates.*) Animal etiam si eodẽ loco maneat naturales tamen illius facultates, quæ particulis insunt, eius omnibus longius distant à terra: quippe nullo pacto terræ infixæ, ut trahere ex ea plantarum more, possint. Atq; hoc ipsum tantò quidem magis erit quòd mutare loca sæpius animal cogitur.

ὡς καὶ τοῦτ' ἐν ἄλλοις ἀποδέδεικται. *Sicuti alibi demonstratum hoc idem fuit.*) Videlicet in opere de Facultatibus naturalibus.

ὁ δὲ σπλὴν κατωτέρω δι' ἣν ὀλίγῳ πρόσθεν ἐλέγομεν αἰτίαν. *Inferius autẽ lien, ob caussam quam paulo antè attulimus.*) Quo loco ita scribitur: ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἦν ἐνταῦθα χώρα σχολάζουσα: at nullus uacabat hîc locus. Ostẽditur enim pręoccupatis à uentriculo locis, futuris reponendo lieni inprimis commodis collocatũ illum paulo inferius necessariò fuisse.

περὶ τῆς τρέψιν αὐτῶν καταγίγνεται.) Legi utrumq; potest, τρέψιν & πέψιν: etenim concoctio ipsamet, non sanè aliter quàm immutatione aliqua & conuersione fit, siue alteratione. Quin & θρέψιν per θ, non minus rectè reponas uerbale de τρέφω ductum, quod in futuro τ mutat in θ, θρέψω, unde θρέψις, ut à τρέψω differat, futuro pręsentis uerbi τρέπω. Sic τρέψιν & θρέψιν, & πέψιν habebimus: immutationem, nutritionem, concoctionem: tria non sanè magno ualde (quod ad rem hanc attineat) significationis discrimine.

CAP. VIII.

Τοῖς δ' ἐντέροις (ἑλκτικῆς γὰρ οὐδὲν ἔδει δυνάμεως) αἱ προωθεῖν ἐπιτήδειαι γεγόνασι μόναι. *Intestinis autem (neq; enim attrachice quicquam opus erat facultate) qua propellere solùm possent; facta sunt.*) Præter fibras tamen paucas quasdam alimentum intestinis necessariò adducentes per uenulas, non secus ac in gula fit: quæ quũ transmittendo solum in uentriculum cibo facta esset, ad sui alimentum uenis quibusdam indiguit. itaq; de hac mox ita scribet: τῇ δ' ὁδῷ τῆς τροφῆς εἰς ἑαυτὴν μόνον ἔδει φλεβῶν: cibi autem uiæ pro seipsa solum opus habuit uenis. At de intestinis alibi quoq; idem scriptum inuenitur, ut tertio de Facultatibus naturalibus: περιστέλλουσι γὰρ μόνον, inquit, ἕλκουσι δ' οὐδέν. Adstringunt tantùm, trahũt nihil. Quod de chylo, & siccioris cibi excrementis intelligendum: nullas enim habent ad id à natura factas fibras interius, ut uentriculus, & gula: at interea tamẽ extrinsecus prædita quibusdam alijs sunt, quibus alimentũ per uenas ad se trahant.

hant. Nã & quas in gula fibras uidemus rectas, eas trahẽdo potius cibo factas à natura fuisse apparet: quum interea tamẽ uenis quoq; suis alatur paucis quibusdam. De intestinis porrò sub libri huius finem scribetur ita: νιοις δὲ τῶν ἐντέρων ἐπιτείνονται ἔξωθεν ἶνες εὐθεῖαι κατὰ μῆκος: intestinis quibusdam fibræ protenduntur extrinsecus rectæ quædam. Si fortè per has quoq; trahi alimẽti aliquid in ea, ex proximis mesenterij uenis quę ad iecur non pertingunt, queat: quamuis Galenus eas roborandis continendisq; simul melius intestinorum tunicis factas fuisse existimet. Et hunc tamen quoq; usum præstare poterunt hæ fibræ & ad alendum qua diximus ratione facere, nec quicquam tamẽ trahere ad intestina uentriculi excrementorum, in quem usum nullas esse intestinis fibras dictum à Galeno fuit.

C A P. IX.

Καθάπερ δέδεικται δι' ἑτέρων. *Quemadmodum demonstratum alibi fuit.*) In libris de Facultatibus naturalibus.

Ὅσον δ' ἀτμῶδές ἅμα καὶ χρηστόν. *Quodcunq; autem uaporosum simul & utile fuerit.*) Vt sciamus uaporosum aliquid non inconuenire naturæ: quod uidelicet calore quodam atq; humore placido mitiq; sit, non flatulentum. Modò enim dixerat: ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ἐδέσμασιν ἀτμώδους, καὶ φυσώδους πνεύματος ἀναπίμπλανται. Vaporoso & flatuoso spiritu implentur: flatuositate damnata, & repletione.

C A P. XI.

Καὶ τροφὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἐν ταῖς ἀσιτίαις γιγνόμενον. *Atq; innati caloris nutrimentum inediæ tempore factum.*) Naturalis quippe calor in alimenti defectu per os ingesti, cibum quærit: itaq; intestinum aliquem quem pinguem reperit, alijs præfert: meritò: nempe familiarem sibi, & temperamento maximè conuenientem suo, utpote calidum & humidum.

Ὅθεν περ καὶ τοὔνομα κέκληται. *Vnde sanè nomen quoq; accepit.*) De omenti uocabulo, quod ἐπίπλοον Græcis est, dictum suprà quoq;. Latinæ autẽ uocis etymum quærendum: à quo non longè abest omasum pro pingui intestino.

Καὶ πάγκρεας ὀνομαζόμενον. *Et pancreas uocatum.*) Glandula hęc est omenti maior quædã, carnis modo rubẽs tota, ex quo nomẽ illi, quasi quæ carnea tota sit.

Ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ. *Opportuno tempore.*) Quum de uenarũ atq; arteriarum distributione agetur: quæ secura, ac tuta quæsita naturæ opifici omenti huius proinde & peritonæi beneficio fuit.

C A P. XII.

Ἃ δὴ καὶ ὄργανα καλοῦμεν. *Quæ planè etiam instrumẽta uocamus.*) Apparet ex hoc, composita esse debere cuncta instrumẽta, uel ex diuersis substantia rebus, cuiusmodi multò maxima eorum pars est, quæ compositiora omninò sunt: uel ut figuræ, formæq; ab alijs diuersiras compositionem faciat, quamuis non diuersa esse uideri posit illorum substantia, ut simpliciora quædam uenæ, nerui, arteriæ habentur, sine dubio inter instrumentarias ac dissimilares, ut alibi ostendimus, partes numeranda, & quidem composita, quo diximus iam modo.

Ταῦτα γὰρ ἡμῖν ἐν ἑτέροις ἀποδέδεικται. *Hæc enim alibi demonstrata à nobis fuere.*) Sexto de Placitis Hippocratis, & Platonis.

C A P. XIII.

Ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν δυνάμεων τῶν φυσικῶν. *Cæterùm de his reliquisq; naturalibus facultatibus omnibus.*) Qui attractricem esse facultatẽ probat, is eadem opera ac ratione secretricem quoque illam probat, quæ cum attractrice cõiuncta necessario est. Non enim trahitur quicquam nisi secretum, quod quidem proprietate, ac peculiari quadam facultate trahatur: ut si commixtum alijs sit, quod trahi hoc tractionis genere debet, modo nõ connexum penitus ut seiungi facilè nequeat, id statim trahẽs sequatur solũ segregatumq; iam: ut bilis flaua attrahendi uesiculæ in iecore facultatem, nigra lienis, serosa pars

pars renum cuncta prius ſanguini commixta. Vt uideri non immeritò poſsit Galenus ſecretricis huius facultatis non nimium frequenter meminiſſe, utpote quam cum attractrice eandem habẽdam eſſe animaduerteret, coniunctaq́ utriuſq; officia, uel potius eiuſdem facultatis utrumq; munus, atq; adeò idem iudicandum eſſe uideret.

Τῆς πλατωνικῆς παραινέσεως ἀεὶ μεμνημένους. *Admonitionis Platonicæ ſemper memores.*) in Politico circa principia.

Δέδεικται δι' ἑτέρων. *Demonſtratum alibi.*) Libro, ut diximus, de Placitis Hippocratis, & Platonis ſexto.

Η φησὶν ὁ πλάτων. *Inquit plato.*) in Timæo cuncta hæc fuſè ſatis.

CAP. XIIII.

Τὸν σοφώτατον ὀδυσσέα γράφων ὁ ποιητὴς. *Sapientiſsimum Vlyſſem ſcribens poeta.*) Odyſſ. ι. οὐτάμεναι πρὸς στῆθος, ὅτι φρένες ἧπαρ ἔχουσιν.

οὐ τὸ φαυλότατον πάθος ὄργανον.) πάντως, uel πᾶς, pro πάθος, legetur meliùs: nanq; omnino nihil hîc ſignificati habet πάθος.

CAP. XV.

Εἶτ' οὐ καὶ δεῖται.) Quis non uidet ſcribendum eſſe, εἶτ' οὐκ αἰδεῖται. Deinde nõ pudet eum.

ὥστι οὐκ ἐόν.) Melius ſcribetur: ὥσπερ οὐκ' ἐόν: quaſi non liceret, aut liceat.

Εν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων. *In opere de facultatibus naturalibus.*) Secundo ut opinor libro.

Αὗται μὲν αἱ προειρημέναι δύο χρεῖαι, τοῦ πλήθους τῶν κατὰ τὸν σπλῆνα πεφυκυιῶν ἀρτηριῶν. *Hi quidẽ duo ſunt, quos diximus uſus multitudinis arteriarum quæ in liene ſunt.*) Primus, ut in multas diſtractus arterias melãcholicus, craſſusq́ ac limoſus ſanguis, melius ita elaboretur: alter ut hac demum ratione cõueniens ſibi alimentum ſortiatur lienis παρέγχυμα.

CAP. XVI.

Καὶ κατ' ἄλληλον τόπον γεγόνασι.) Melius, κατ' ἄλλον, καὶ ἄλλον τόπον: alio atq; alio loco. Nòn enim aliud hic quàm uarietas quædam rerum notatur.

CAP. XVII.

οὐ μὴν οὐδὲ πόῤῥω ταῖς τῆς γαστρὸς ἡ τῶν ἐντέρων οὐσία. *Sed nec uentriculi ſubſtantia, ab inteſtinorum ſubſtantia multum differt.*) Propius tamen accedit multò (ut dictum ſuprà fuit) uentriculo gulæ, atque oris ſubſtantia, quòd tria hæc eadem tunica ac membrana obducta interius ſuffulciãtur. Quod ut ita ſit, ac propterea concoquendi uiribus non careant os, & gula: exiguitas tamen temporis, qua ueluti in tranſuerſu tantummodo tangitur cibus ab his, plurimum operis eiuſmodi demit: at inteſtina tametſi non tam omnino ſimilis ſubſtãtiæ, diutius retinent tamen (cuncta ſimul intelligo) eoq; plus afferre cõcoctionis poſſunt multò melius compenſante paulo magis diuturna permanſione diſsimilitudinem aliquam, quàm oris & gulæ ſimilitudine maiore, temporis illius breuitatem corrigente. Neq; tamen non & propinquitas, qua coniuncta uentriculo inteſtina uiſuntur, multum ad hoc fecerit: ut quanquam non eadem ueſtiantur tunica, propinquitate tamen hac iuuentur: non ſolum quòd ut Galenus hîc dixit, eo modo non ualde diuerſa eorum natura eſt, ſed etiã quòd in proxima & continua facultates transfundi ac deriuari ſoleant, ut paulo antè author idem ſcripſerat, quũ de immiſſo in circumambientem iecur membranã neruo ageret: ὡς εἰς τὰ συνεχῆ μόρια μέχρι τινὸς αἱ δυνάμεις διαδίδονται: quòd in proximas partes aliquatenus diſtribuuntur facultates. Vt ideo intercedente præſertim temporis mora, cõcoctionem promouere inteſtina queant proximi uentriculi, in quo cõcoctionis officina, concoctricibus uiribus adiuta, nõ modò ſibi inſitis.

Καὶ τοῦτο ἄρα ἦν τὸ πρὸς τοῦ πλάτωνος εἰρημένον. *Et hoc igitur erat, quod Plato dixit.*) in Timæo.

Αλλὰ γὰρ καὶ περὶ τούτων Αριστοτέλει καλῶς εἴρηται. *Sed enim de his quoq; præclarè dictũ*

 ab Ari-

C A P. V.

Ὅπως μὲν οὖν διεκρίνοιτο τὸ ποτὸν, τοὺς νεφροὺς ἐργασάμενος πλησίον ἔθηκε τοῦ ἥπατος. *Quo itaq; hoc secerneretur fabricatos renes propè iecur posuit.*) Quod suprà dixisse meminimus attractricem eandem esse & secretricem facultatē, idemq; utriusq; habendum officium, hinc quoque colligas ubi non nominata attractrice iuxta iecur constructos renes, secernendæ serosæ sanguinis parti fuisse dicit. Nam nō sanè aliter quàm trahentes secernunt eam, aut secretam iam trahunt, eodem opere.

Κἀντεῦθεν εἰς τὴν κύστιν διὰ τῶν οὐρητήρων ἐκπέμπεται. *Indeq; ad uesicam per urinarios meatus emittitur.*) Animaduertendum, ad renes usq; serosam partem trahi à renibus: inde à uesica trahi per meatus urinarios trahētes & ipsos, ut quidem fellea uesicula bilem per canaliculos trahit flauam. ἐκπέμπεται autē dictum à Galeno, quòd trahentibus urinarijs meatibus, & uesica emissa ex renibus, uel renum locis transmittatur ac defluere permittatur urina, non autē à renibus propellatur, ut fortè credi posset ab aliquo.

Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἀγνοίας ἧκεν ὁ Μακεδὼν Λύκος. *Ad tantam enim ignorationem deuenit Lycus Macedo.*) De quo in fine primi de Facultatibus naturalibus.

C A P. VI.

Τί δή ποτ' οὖν ὁ μὲν ἀνωτέρω τὴν θέσιν ἔχει τῶν νεφρῶν ὁ δὲ κατωτέρω. *At quánam de causa renum alter altius positus est, alter uerò inferius.*) Nollē ætatis nostræ τοὺς ἀνατομικωτάτους, ingenium suum nudassent, studiumq; ut alibi sæpe detexissent hoc loco contradicendi Galeno, non ad usum literarium, in quem intueri semper debemus, quum ueterū receptas antiquare opiniones in animo habemus: sed efferendi sese causa, Galeni depressione: nihil enim aliud causæ uideo. Ait Galenus renum alterum factum fuisse altiorem altero, ne si æquali positu essent, ut erq; mutuo se in attractione impedirent: dextrum uerò sinistro superiorem, propterea quòd facilior ita illi futura fuerat serosi excremēti de sanguinis massa attractio: posito scilicet in dextro quoq; latere iecinore, & cauæ uenæ germinibus plurimis ferè in dextram partem osculis suis desinentibus. Porrò autem non esse dubium debere, longè promptius fore corpori cuicunq; attractricem facultatem sortito, ut ex ijs, quæ directè & κατ' ἰθὺ positis, trahat. Hoc quū ita dixisset Galenus: hi (quàm rectis dialecticæ regulis, uel quàm probato argumentandi, disputandiq; genere seruato, uiderint quæso eruditi) ad unam omnia transtulerūt cauam uenam, cuius caudicis latus utrumq; à iecoris substantia æqualiter complectatur, neq; quicquam ideo confingere liceat, quo hîc in cauæ lateribus discrimē occurrat. At, ô boni (ut mitissimè dicam) de rene pronunciatum à Galeno fuit dextro, ac dextris cauæ uenę exortibus seu germinibus, haud dubiè paulò magis à cauæ caudice in dextrum latus proiensis: & rene inprimis, qui tracturus ideò ad se ex directè eadem in parte oppositis melius ac ualentius est, etiam ut cauæ caudex medium totius occupet, si quidem ualere Hippocratica rectitudo illa debuerit, κατ' ἴξιν, & καθ' ἰθὺ dicta positurā corporis totius, dextræ sinistræq; partis inprimis comprehendens, non autem uenarum filamenta. Quæso (agamus enim medicè) num si iecur aut ren dexter laboret phlegmone, alterutram incindent hi, dextri sinistriûe brachij uenā nullo discrimine, quod cauæ caudex in medio sit: an eiusdem semper lateris uenā secandam sibi sument? opinor sument, Hippocratico illo, κατ' ἴξιν, & καθ' ἰθὺ coacti quando Galenum nihil morātur. Sciant igitur, eadem omnino ratione renem dextrū altius positū trahere efficacius posse, existimatum ac dictum à Galeno fuisse, propter propinquitatem maiorem in rectitudine positam. At enim non parum sæpè occurrit rē sinister altior dextro: scio, & uidi: quid tum? dicā enim eo casu, atq; in eo homine causæ illius ac rationis defectu, & absentia, minus quoq; semper traxisse dextrum renem: ualet enim ratio: quæ tamen rationem propterea nō tollit aliam illam qua quam repertus altior fuerit, eum uehementius atq; efficacius trahere semper solitum existimemus: dextrum in-

quam renem. Hæc pauca digreſſus ſcripſi: quum tamē non pauca ſint eiuſmodi, in quibus manifeſta appareant ſigna nō optimè affecti in Galenum animi, interdum etiam amarulēti nimis, eorum quos noſtri temporis ἀνατομικωτάτους, & diſſecandorum corporum humanorum experientes dixi.

Κακὸν δ᾽ ἀπτεχνῶς ἔχουσι τι περὶ τὸ σῶμα. *Mali aliquid omnino habent in corpore.*) Vel præſens, uel futurum ſcilicet, niſi caueatur: cuius nihilominus etiam futuri notæ uiſantur plerunq; in corporibus.

Τό τε ῥᾳδίως ἕλκεσθαι τὸ τοιοῦτον ὑγρόν. *Et quod facilè trahitur huiuſmodi humidum.*) Spiſsitudine uidelicet, & denſitate renum ualentius attractum, quàm ſi laxitas ac raritas eſſet, quibus attractrix facultas diſsipatior facta nō æquè trahit, neq; tam fortiter.

C A P. VII.

Εἰς γὰρ τὸ διὰ μακροῦ παχὺν ἕλκειν χυμὸν ἐπιτηδειότερον τοῦτο. *Vt nanq; craſſus humor longiùs trahatur, accommodū magis hoc.*) Nā & longioribus uijs deductus attenuatur melius elaboraturq;: & laxiorē ſubſtantiā ingreſſus melius accipietur.

Καὶ φόβος οὐδεὶς ἦν ἀκολουθῆσαί τι καὶ τοῦ αἵματος. *Nec timendū fuerat, ut una ſanguinis etiam aliquid ſequeretur.*) Renes quòd denſi ſpiſsiq; ſunt, ſanguinem retinē ad ſe alendum, tranſmiſſo ſtatim ſeroſo aquoſoque excremento, quippe longè magis ſanguine ipſo ſenui. At qui ad lienem adducitur cum melancholico unà excremento ſanguis, manēs lienem alet: nimirum quia & melancholicum excrementum manet, donec tempore aliquo elaboretur, nutriendoq; ipſi um pariter idoneum efficiatur. Quòd ſi excremētum id quamprimum tranſmitteretur, ut è renibus ſeroſum: proculdubio ſanguis etiā fluxurus unà fuerat ob lienis laxitatem, niſi paucus aliquis, qui in tranſcurſu ſæpè ab attractrice lienis ui raperetur ad alimentum.

C A P. IX.

Διότι δ᾽ ἐξ ἀνάγκης αἴσθησις ὑπάρχει παντὶ νεύρῳ. *Propterea autē quòd neruo uni uiq; neceſſariò ſenſus adeſt.*) Sic fiet, ut nerui omnes mouendi facultate prædıti, etiam ſentiendi neceſſariò retineant: quum tamen è diuerſo non fiat, ut qui ſentiendi ſortiti fuerint, mouendi etiam facultatē ſortiantur omnes, non iniuria. Quanto enim plus requiritur ad mouendū uirtutis, ad ſentiendū minus: ut ubi maior, ibi eſſe minor quoq; poſsit, quāuis paulo diuerſi generis, ſed quarū utraq; deferri per neruoſam ſubſtantiam conuenienter queat: nō autem contrà fit, ut ubi minor uirtus ibi maior quoq; eſſe reperiatur neceſſariò, eiuſdem modi

Ὁ δὲ τρίτος σκοπὸς τῇ φύσει τῆς τῶν νεύρων διανομῆς ἦν τῶν λυπησόντων ἔσεσθαι αἴσθησις. *Tertius porrò neruorum diſtributionis naturæ ſcopus eſt, eorū quæ moleſtiam illatura ſunt ſenſus.*) Quid? an non eadem ſentiendi uis habenda fuerit, quæ prior, & hæc quoque tertio à Galeno loco poſita? Vtiq; fuerit in genere: & aliquid tamen quoq; diſcriminis fuerit, quod tertiam hanc faciat differentiam, ut nō omnino eadem exiſtimetur. Siquidem prior illa tactiles ſolùm differētias percipiet per neruum: ut per oculum uiſiles diſcernuntur, & auditiles per aurem, ac per alios quos ſenſus reliquæ duæ guſtandi atq; odorandi: quarū ſanè facultatum unicuiq; ſua ac propria quædā ſunt ſenſoria quæ dicuntur: quod genus eſt neruus in ea, quæ tactiles percipit: ſic enim ponamus nunc: tertia autem quod moleſtiam allaturum ſiue dolorem eſt, cōtrariumq; huius uoluptatem percipiet ſolummodo: per neruum quidem hoc quoque ſed nonnullo tamen diſcrimine. Quapropter in libris de cauſis ſymptomatum, triplicem illorum differentiam, deperditæ prorſus facultatis, oblæſæ & uitiatæ ponit primò ſentiendi quiq; inſtrumentis proprias ſuas cuique: inter quas & tangendi facultatis ſymptomata recenſentur, ablatæ itidem ſiue deperditæ, læſæ ſiue imminutæ, & tertio loco uitiatæ ſiue corruptæ: ſeorſum uerò ab his omnibus de dolore & uoluptate agens, peculiaria de his ſymptomata affert: ut, quamuis nerui ſint omnia ſubſtantiæ ſint, diuerſarum tamē eſſe facultatum quarundam appareat.

Quin

Quin licet utraq; communis ſentiendi inſtrumentis alijs ſit,oculis,auribus,naribus,linguæ,quorum ſenſoria præter proprios ſenſus,qui uidendi, audiendi, odorandi,guſtandi ſunt,tangendi etiam ſenſu prædita omnia ſunt, ac tam ſenſuum peculiaribus,quàm tactus corripi ſymptomatis uidemus: prima tamen æqualiter omnibus conuenit, quoniam æquali ferè tactus facultate pollent. Secus in tertia: in qua ſenſus tactus uoluptate, aut uoluptati contraria moleſtia,ſine dolore, non illo quidem,qui ex tactu fit,ſed proprio, atq; alterius generis,quem ſanè triſtem ſenſationem appellant,longè maiore afficitur, quàm uidendi ſenſus, in quo minimè hoc apparet. Ac reliqui ſenſus prout magis, minusùe craſsitię aut tenuitatem participant,ita doloris hoc genus,aut uoluptatem perſentiſcent etiam magis,uel minus.

CAP. X.

Δυσεντερίη ἢν ἀπὸ μελαίνης χολῆς. *Difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile inceperit.*) Aphoriſmorum ſectione quarta.

Κατὰ γὰρ τὰς τούτων ἐπιστροφάς τε, καὶ καμπάς. *Secundum enim horum anfractus, & flexiones.*) Diuturnior igitur mora eſt, quæ faciat hoc:ideoq; ſi liber, atq; expeditus fuiſſet atræ bili exitus, nihil futurum fuiſſet tale.

IN LIB. VI. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. I.

Το μὲν τοῦ δεομένου καὶ αὐτὴν τῆς ἀέρος τῆς οὐσίας. *Indigens ipſum quoq; aliquid aeris ſubſtantia.*) In libro de Vſu reſpirationis.

Νομίζουσι δ' οἱ πολλοὶ μὴ μέσον ἀκριβῶς. *Exiſtimant autem multi non medium exquiſitè.*) Ex multis Ariſtoteles quoq; ipſe eſt.

CAP. III.

Καθάπερ αἱ ἀρτηρίαι, καὶ ἡ κοιλία, καὶ ὁ στόμαχος.) Reſtituendum pro κοιλία, καρδία, ut ſit ita: Quemadmodum arteriæ & cor, & gula: De his enim agitur hîc, quæ thorace continentur, medio corporis totius uentre: at uentriculus inferiorem occupat: gulæ autem & cauæ uenæ tranſitus per medium uentrem eſt.

CAP. IIII.

Τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ μέσου κατὰ τὸ στῆθος ὀστοῦ τοῦ στέρνου καλουμένου. *Superioribus partibus medij oſsis pectoris quod* στέρνον *uocatur.*) Sicuti thorax uentris medij, ſpiritalibus partibus dicati, tota ea cauitas eſt, partemq; omnem undique continens, capacitas antè & retro, intus forisq;: ita στῆθος dicitur anterior ſolùm huius pars: cuius deinde in medio quod poſitum, coſtisq; undiq; incluſum eſt, στέρνον erit.

Τοῖς γε τοῖς πιλητοῖς κτήμασιν ὁμοιότατος. *Coagmentatis rebus ſimillimum.*) πιλητὰ fuerint Græcis, quæ Latinis coactilia, uulgò feltrum dicitur: molliter in unum coactis lanis, minimè uerò contextis. Quo ferè modo molles etiam ſculponeę ſæpè parantur, quibus induti tam molliter tangimus terram pedibus, ut non ſentiamur, & pedes ipſi molliſsimè incedant.

CAP. VII.

Τῆς ἀναβάσεως.) Lege, ἄνω βάσεως. Superna baſi.

CAP. VIII.

Καὶ μάλιστα τῶν λοξῶν. *Ac præſertim obliquis.*) Quippe quæ cõtenta amplexãtur facultati, q̃ contentrix eſt, dicatæ maximè ſint. Hæ igit̃ in corde eo tẽpore exercent̃, quo quieſcẽs attractis furit̃ cor: qđ quanquã exiguũ, aliquod tñ eſt: quãdo inter motus duos, quies ſemp aliqua intercedat neceſſe eſt. At dilatatio cordis, quo tẽpore trahit, operatis lõgis fibris fit, cõtractis illis & breuiorib. factis, ut in omnib. alijs euenit, laxatis intereà trãſuerſis, q̃ ſi cõtrahant̃, tã expellentur contenta, tũ aũt laxatis in longũ protenſis fibris, protendet̃ & longitudo ut cõ

tractior statim necessariò latitudo fiat. Seruantur hoc pacto in corde, quæ alibi quoque in musculis, ac membranis, tunicisque multis, eadem prorsus fibrarum officia, quamuis hæ habeantur diuersi generis: eo insuper discrimine, quòd cordi insitus innatusque à natura motus continuus est, cum uiuendi tempore incipiens, & moriendi cessans: at musculorum uolũtatis arbitrijque nostri totus est: multarum autem aliarum partium, quarum naturales functiones habentur, & dicuntur, nutricationi inprimis destinatarum, non ille quidem uoluntarius, sed nec, ut cordis continuus. Qui motus, quum naturaliter omnes insint, facti à natura, adeoque insiti partibus, instrumentisque suis, omnes dici meritò naturales queant: naturalis tamen sortitus nomen est, à ceproprium sibi fecit, qui partium nutritioni destinatarum est, quòd illarum potissimum conditioni naturæ nomen conueniat, quæ φύσις est: unde φυτὰ dicta, quorum nutritio sola. At uitalis nomen fecimus cordis facultati ac motui, ut cerebri animalis, quod uitæ totius fons proculdubio cor sit, sicuti cerebrum motus, qui uoluntate peragitur. Atqui non minùs ex hoc arguimus animal, quàm fortasse ex sensu: siquidem animam, unde animalia dicta, motus esse principium existimandum nobis non immeritò fuerit.

C A P. IX.

οὐκ ὀρθῶς Ἀριστοτέλης διῃρεῖτο περὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ κοιλιῶν. *Igitur non recte Aristoteles de cordis uentriculorum multitudine distinxit.*) Libro tertio de Partibus animalium.

αὐτὰς δ' αὖ πάλιν τὰς ἐνεργείας τῇ πρώτῃ χρείᾳ μετρεῖ. *Ipsas autem rursus actiones prima utilitate metitur.*) Oculi functio uisio est Hanc ipsam functionem siue actionem, utilitatibus, quæ illam perficiant, metiri necessum: quod nihil aliud est, quàm actioni usus accõmodare, quibus melius absoluta exeat. Id porrò tot particulis ad id à natura fabricatis, optimè fit. Sic dicimus suo quemquã modulo metiri oportere: hoc est aptare, atque accommodare unicuique quòd quadret. In hunc modum de respiratione quoque dicendum, atque existimandum hoc loco, cui peragendæ, hæ atque illæ aptæ, atque accommodæ futuræ sint particulę, quarum utilitates illam ueluti metiantur.

C A P. X.

ὡς ἀτμίζειν ἑτοιμότερον. *Quò facilius uaporescat*) Non illud dicit: ut pulmonis alimentum postquã aluerit, uaporetur facilè: sed ut sanguis, quo nutriendus pulmo sit, uaporosus fiat. Non semel nanque paulo antè puro, tenui ac uaporoso, ἀτμώδει nempe, sanguine nutriri pulmones debere dixerat: iccircò uaporescere uult sanguinem ad hoc, id est uaporosum fieri alendo pulmoni. Hocque conuenienter ac congruè magis, quàm alimentum euaporari, intelligetur.

ὧν οὐδέτερον ἐκ τῆς κοίλης φλεβὸς ἐνεχώρει γεννηθῆναι. *Quorum neutrum ex caua uena oriri poterat.*) Quomodo nanque, quamuis à trunco, uel non longè à trũco cauæ, exoriri alia uena poterat sexcuplo crassior, quàm illa sit, adeoque etiam propè maior, ore saltem atque exortu suo? præsertim cui addendæ insuper essent membranæ, ut certè addendæ necessario fuerant?

μεταλαμβάνουσι δέ τι διὰ τῶν λεπτῶν ἐκείνων στομάτων τοῦ αἵματος. *Accipiunt aliquid per tenuia ora illa sanguinis.*) Arteriæ nimirum uenosæ, quæ thoracis adstrictione compressæ, facilè contenti spiritus remittunt partem: eodemque compressu atque impulsu uenæ arteriosæ, tenuis, quem habent, ac uaporosi sanguinis partem remittent, quem arteriæ uenosæ accipiant. At id non fieret, si per uenas arteriosas remearet sanguis nullis ad ostia fabricatis mẽbranis impeditus. Hocque in thoracis motu uoluntario, qui cõstrictione fit: nam alias etiam motu suo, sibique proprio, atque innato, ut cor, & arteria magna, frequentius actæ eædem hæ arteriæ uenosæ, & constrictæ, cõpressæque, sed per se, id est συστελλόμεναι, remittẽt de suo in proximas arteriosas uenas aliquid: & dilatatæ, siue διαστελλόμεναι, accipient ab ijsdem, minime accepturæ, nisi orificio, quo cordi committitur uena arteriosa, membranarum claustra imposita reciprocationem immissi iam à corde sanguinis impedirent,

βίαιον

CAP. XI.

Βέλτιον ἦν ἀπὸ καρδίας τρέφεσθαι τὸν πνεύμονα. *Melius eſt à corde nutriri pulmonē.*) Præter alia, quoniam cor illi ſanguinis nutrimentum præparat tenuis, rari, uaporoſi, cuiuſmodi eſſe pulmonis nutrimentum debet.

CAP. XII.

Καὶ δεῖξαι, τὸν τῆς Ἀδρασίας, ὡς οὐδεὶς ἐκφεύξεται θεσμόν. *Ac oſtendere, neminem eſſe, qui legē Adraſtiæ effugiat.*) Lex eſt ineuitabilis Adraſtiæ, quippe quam ueluti ultionis cuiuſdam Deam faciant, quę errantes peccanteſque perſequitur, nec quicquā tandē malè factum, aut dictum (ut nunc de Aſclepiade) abire ſinit impune, quoquo tādē modo: ſæpius uerò, ut in auctorē ſuū pœna ultioq; redeat.

Ὥσπερ καὶ πλάτων ἐπιδείκνυσι. *Vt aliquādo oſtendit Plato.*) Opinor, in Phędone.

Καὶ πέμπτον, εἰ βούλει, τὸ καθ᾽ ὅ. *Ac quintum, ſi uis, ſecundum quod.*) Formam ſpectat hoc cauſæ genus: ſecundum enim formam, & iuxta formā res fiunt. Quartum autem hoc præcedens, δι᾽ ὅ, per quod, ſine dubio inſtrumentale cauſæ habendum genus eſt, de Platonicorum maximè ſententia inuectum. Tria porrò illa notiſsima hîc enumerata, primum, ſecundum, ac tertium, δι᾽ ὅ, ὑφ᾽ οὗ, ἐξ οὗ, propter quod, à quo, ex quo, finis, efficiens, materia fuerint.

CAP. XIII.

Καὶ τὴν οἷον ὑλικὴν τὴν δευτέραν. *Ac ueluti materialem ſecundum*) Quam unam attuliſſe Eraſiſtratus uideri poteſt.

Ἀλλ᾽ ἤτοι κατὰ συμβεβηκὸς ἢ ἐξ ἀκολουθίας αἰτίαν, ὅλον τοῦτο. *Sed uel ex accidenti, uel ex conſequenti cauſam, totum hoc.*) Ex accidenti cauſam uocat, quæ falſitatem continet. Quod nanq; nec primò, nec per ſe tale eſt, ſecundariò id, ſiue ex conſequenti, ac ſecundum aliquid aliud eiuſmodi erit; ſi non ſimpliciter, at ſecundū quid: ſi non uerè, at falſò, nomine tantum ac uoce, non re μετὰ προσθήκης, dicebat Galenus in libello de Bona halitudine: Cum additione: ſimia pulchra, nō ſimpliciter pulchra, ſed ut ſimia. Drachma Chœnix, cubitus, ſi menſura, uel pondere non æquo iuſtoq; fuerint, minimè quidem ſimpliciter eiuſmodi dicent̄, ſed iniqua aut falſa: quippe hoc addito, totumq; hoc ſimul. Eodem modo de cauſa quæ reperta non uera fuerit, non ſanè ſimpliciter ac primo cauſam eam rectè appellaueris: ſed totum hoc: cauſam falſam, cauſam ex accidenti, atque huiuſmodi.

Τὴν τοῦ σπληνὸς κίνησιν.) Lego τοῦ σπλάγχνου: non enim aliter poteſt, ad ſenſum quidem hîc commodè.

Ὠρεῖον οἷ τε, καὶ πέλλαι.) Corruptè legitur: ſignificantur enim, de quibus Vergilius: (hinc & Aloidas geminos, immania, uidi, corpora) ſexto Aeneidos.

Εἰς δὲ τὴν ἑτέραν, τὰς φλέβας. *In alium autem uenas.*) Deeſt in Græco integer ferè uerſus, ſic ex Latino reſtituendus: κἀπειδὴ ἔδει ἀμφοτέραις τὴν προσήκουσαν ὕλην δίδοσθαι εἰς μὲν τὴν τοῦ πνεύματος κοιλίαν, τὰς ἀρτηρίας, εἰς δὲ τὴν ἑτέραν, &c Et quoniā oportebat conuenientem utriſq; materiam exhibere, ad ſpiritus quidem uentriculum arterias, ad alterum uerò, &c.

Ἐπειδὴ ἐξ ὕλης δὲ, καὶ δι᾽ ὀργάνων ἐχρῆν αὐτὰς δημιουργῆσαι. *Et quoniam ex materia, ac per inſtrumenta fabricare ipſas opus erat.*) Inſtrumentaria cauſa efficientis acceſſio aliqua eſt potius, continetur q; ea ſemper. Itaq; per has duas, efficientem inquam, & inſtrumentariam fiunt, quæcunq; fiunt ex materia, ἐξ ὕλης, καὶ δι᾽ ὀργάνων quæ efficienti cauſæ accommoda fuerint.

Καὶ ἰχῶρα χυμὸν ἐξ ἀμφοῖν. *Atq; humorem quendam ex utroq;*) Apparet humorem hunc quamuis liquoris ſemper ſpecie offeratur conſtitutionem tamen, (ſic enim σύστασιν dico) aliquam habere à ſicco debere: aliter futurus non erat ſuſcipiendæ formæ, uel figurę alicui idoneus, εὐτύπωτος.

Οὐ τὸ θεῖον εἶδος τῆς αἰτίας, ὡς ὁ πλάτων ὀνομάζει. *Non diuinum cauſa genus ut Plato nominat.*) in Phœdone. Ea uerò eſt finalis cum formali ſæpe coniuncta.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ τὸ ἀναγκαῖον. *Sed necessarium.*) Est porrò ista materialis tantùm causa, ut ibidem in Phædone de Platonis sententia colligitur. Sed & iuxta Peripateticos, necessitas materiæ est quædam, ἐξ ὑποθέσεως dicta.

Οὔτε γὰρ ὡς ἦν ἀναγκαῖον ἐνταῦθα κεῖσθαι τὴν καρδίαν. *Neq; enim, quòd necessariū erat, cor ibi collocari.*) Hæc iam non illa est, quæ modò antegresso uersu allata fuerat, materiæ necessitas: sed ad finem potius pertinet partiumq; usum. Cor necessariam habuit materiam eiusmodi, ut cor fieret, musculosam carnem, & ceu funiculis pluribus contextam: hæc iam materiæ necessitas est. Cor rursus thoracis in medio locatum oportuit, necessario: hæc rursus ad usum finemq; spectat necessitas.

Εἰς ὄγκους, καὶ κενὸν ἀνάγουσι τὰς γιγνομένων ἁπάντων τὰς ἀρχάς. *Eorum, quæ fiunt, omnium principia in tumores, & inane referenti.*) Quod qui faciunt, iidem casu & fortuitò cuncta fieri arbitrantur: ut propterea causas afferre, quas debent, iustas partiū usuū in corporibus, nullas queant: quippe quas partes omnes ad cōmoditatē, atq; utilitatē certā aliquā natura fabricauerit: ipsi uerò id p̄negēt, adeoq; negare coganr̄, modo à principijs discedere suis, q̄ initio posuere, nolint.

Διαπαντός μὲν κινουμένη. *Perpetuo quidem moto.*) Dilatationis nimirū, & constrictiōis, siue eleuatiōis, ac submißionis motu: hi nāq; sunt cerebri quoq; motus.

Οἷον χλόη τις. *Tanquam herba quædam.*) Vt herbulæ flantibus auris, ita inspiratione pulmones uentilantur.

Ὁμοίας δὲ τοῖς ἐν παντὶ μορίῳ τὰς ἀρτηρίας ἐχούσας, καὶ τὰς φλέβας. *Similes autem parti unicuiq; arterias habente, & uenas.*) Ambientem cor uenam perquè illius substantiam, & corpus distributam intellige quam coronalem dicunt, nutriendo cordi additam: coniunctamq; huic arteriam qua refocillatur.

Ἢ γὰρ ἑλκεσθαι χρὴ τὸ μεθιστάμενον, ἢ βάλλεσθαι, ἢ παραπέμπεσθαι. *Vel enim trahi oportet, quod loco suo mouetur uel ab aliquo impelli, uel trāsmitti.*) Aristot. 7. de Phys. auditu.

CAP. XV.

Ἀρχὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ὑπάρχουσα *Innati caloris principium quum sit.*) Caloris tantummodo ui secundus is attractionis modus quum fiat, meritò uiscerū omnium calidißimum cor, hac quoq; ratione inprimis trahet. Cæterùm & duo alij trahendi modi. hoc iuuari maximè uidentur posse: qui ex consequutione ad uacuum fit quiq; ex proprietate. Ideoq; fuere, qui calore attractionem omnem fieri contenderent, totumq; ei uel maximam certè partem tribuerent.

Ἀλλ' ὠνόμασαι μάτην. *Sed nominata temerè fuerunt.*) Quasi quæ multo maiorem cordi usum præbeant, quàm corpori aures: uitāq; eius tueantur, & substātiam, non ut aures, ex quibus ut melius solùm uiuamus, habemus, auditu nō priuati: uitā ipsam illis simpliciter non debemus. Oportuerat igitur nobiliore illas nomine aliquo insigniuisse quàm à parua illa similitudine ducto, ideo qđ utrinq; cordi, ut capiti ipsi aures applicentur, sicuti Galenus quoq; ipse mox refert.

Τὸ μὲν οὖν φλὲψ ἐστὶν ἀκριβῶς. *Hoc quidem, quoniam uena planè est.*) Venam cauam intelligit, cordi insertam, ducto ex iecore initio.

CAP. XVI.

Καθάπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε. *Quemadmodum Hippocrates dicebat.*) In libro de Locis in homine, cùm alia quædam ad rem hanc facientia scribuntur, tum illud quoque: ἐν τῷ σμικροτάτῳ, πάντ' ἔνι τὰ μέρεα.

CAP. XVII.

Οὐδὲ συνάγχη τις, ἢ κυνάγχη. *Neq; Synanche aliqua, aut cynanche.*) Nota satis inter utramque differentia, & inter παρασυνάγχην, ac παρακυνάγχην: Quæ planè differentiæ colligi possunt ex Galeni commento, aphorismi illius sectionis quartæ, qui ita incipit: ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ φάρυγγι, &c.

Ἀλλὰ διὰ τί δ' ἐξ ἀνάγκης προΐ: *Sed propter quid.*) Mēdosi hoc loco codicis sēsus huiusmodi tñ esse apparet: Hic nō quærimus rē, quomodo se habeat, sed quā obrē ita se habeat. Proinde quū iuxta Aristotelis sentētiā initio secūdi posteriorū analyticorū libri, quæstionē propter quid præcedere quæstio quia soleat: hoc

hoc est quãobrem ac propter quid ita se res habet, illud anteeat oportet, quod & quia ita se omnino res habet: functiones porro partium corporis humani sci re, nihil aliud est, quàm quia ita se res habet, scire: usus autem partium quæstioni propter quid simillimus habetur: hoc igitur loco, quo loco usus partium tractamus, tractare functiones earum, siue actiones non debemus, quas ita demum se habere sciuisse prius aut nunc supposuisse par est.

ἥν ὅπερ ἡ γαστὴρ πρὸς τὰς φλέβας, τοῦτ' ἐκεῖνα πρὸς τὰς ἀρτηρίας ὦσιν. *Vt quod uentriculus uenis est, hoc illæ arterijs sint*) De foueis agit, quas βοθύνας dixerat: sicut in uentriculo chylus ad sanguinis formam suscipiendam præparatur, ita in ijs crassior sanguis ad tenuioris, spirituosiq; magis, ac arterijs proprij naturam elaboratur: mox etiam, ut spiritus inde in cerebro animalis ex conuenienti maximè materia gignatur.

Ἀναθυμίασις δ' ἐστὶν αἵματος χρηστοῦ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα. *Euaporatio est sanguinis boni spiritus animalis.*) Atqui sanguis alius etiam bonus, quo reliquæ corporis partes nutriuntur omnes. Sed sic hoc dictum, ut quum dicimus, ex bono auro Pannonicos nummos aureos cudi solere: omnium nanque optimum intelligitur aurum, purum, atq; obrizum.

Ἡ ἐς τὸν πνεύμονα φλὲψ ἐμφυομένη, τῆς εἰσαγούσης εἰς τὴν καρδίαν τὸ αἷμα μείων. *Pulmoni insecta uena, ea, quæ cordi sanguinem infert, minor est.*) Vtiq; ingressus illius minor multo, partesq; reliquæ omnes, uno excepto ostio, quod si cum altero conferatur, maius, uel non minus certe esse apparet.

C A P. XVIII.

Διὰ τί τῇ καρδίᾳ φυσικὸν ἐχούσῃ τὸ ἔργον. *Quamobrem cordi, naturale opus habenti.*) Pulsatilem cordis facultatem naturalem uocat, ut pote qua insita, atq; ingenita sibi naturaliter continuum motum illum exerceat, non animalem, ut musculi, quem uoluntarium appellamus. Huius igitur ipsius respectu, naturale dici, haberiq; potest cordis opus id: quod alioqui frequentius à digniore uitale dicitur, & cordis facultas uitalis quum esse, ut diximus, utrumq; possit.

C A P. XX.

Οὕτω κατέγνωσιν ἡμῶν τε καὶ τῶν ἔργων τῆς φύσεως.) κατεῖρωνεύσω legendũ esse uidetur, ut sit: ignoscendum pcurrentibus, siue, quod Latinè magis sonat, insultantibus nobis, & naturæ operibus. Quin mox dicet: κἀγὼ τοῖς οὕτω κατειρωνευσι,

C A P. XXI.

Τοῦτο γὰρ δὴ τὸ ἀγγεῖον, περὶ τῶν κυουμένων. *Hoc enim uas in utero contentis.*) Arteria nempe uenosa, in quam uena caua inseritur in fœtibus.

Ἐκ δὲ τῶν ἐν μὲν τοῖς τελείοις αἱματικῶν, ἐν δὲ τοῖς ἔτι κυουμένοις πνευματικῶν ὀργάνων. *Ex instrumentis autem in perfectis quidem sanguinis, in utero autem contentis, spirituosis.*) Venam arteriosam dicit, cui in fœtibus arteria magna inseritur, ut proptea tum spiritosum dici instrumentum possit: qua quum in absolutis, ac iam respirantibus animalibus, per plurimas, ac tenues quasdam, quæ Græcis συναναστομώσεις dicuntur, nobis esse mutuo respondẽtes osculorum apertiones possunt, sanguinẽ transfundi demonstratũ sit: facilius, & proptius in utero adhuc contentis fœtibus, spiritum cordi transfusum cõmunicari posse existimandũ.

Κἀν τοῦδε δῆλον, ἅμα μὲν ὡς ἡ κινοῦσα τὰς κατὰ τὸ χωρίον ἀρτηρίας δύναμις, ἀπὸ τῆς τοῦ κυουμένου καρδίας ὁρμᾶται. *Atq; manifestum ex hoc fit, simul quidem quod mouens secundarum arterias facultas, ex fœtus ipsius corde prodit.*) Vtiq; ducto omnium primo initio ex utero gerentis corde, atq; arterijs: fieri enim aliter non potest: sed sic tñ ut per inserta fœtus pulmonibus uasa, de quibus dictum, perq; eiusdẽ fœtus cor uis eadẽ progressa tendat, quæ mouere aliquandiu etiã secundarũ arterias ualeat: maximo eo argumẽto à Galeno allato, de adstrictis ad umbilicũ arterijs, uinculo ac secũdarũ arterijs statim, eo facto, cessantib. à motiõe, salientib. interea, quę fœtus ipsius sunt: rursus adstrictis simul uinculo cũ arterijs unà uenis quoq; ad umbilicũ, iã fœtus quoq; ipsius arterijs cessaturis à motu ꝙ primum.

ὡς οὐ

Οὐ διότι πληροῦνται τῆς περικαρδίου πνεύματος αἱ ἀρτηρίαι, διὰ τοῦτο διαστέλλονται.) Lego, παρὰ καρδίας: Non quòd replentur misso à corde spiritu, propterea distenduntur arteriæ. Id enim arbitratus Erasistratus fuit: quum contrà potius fiat. Quia enim distenduntur, iccirco spiritu eo replentur: hoc est distentio repletionis causa est, nõ distentionis repletio. Dicere autem distentionem, siue dilatationem, siue eleuationem, nihil retulerit. Hæc nanque omnia διαστολὴ sunt, sicuti συστολὴ, constrictio, compressio, submissio.

Εὔπορος ὁ λόγος αὐτῷ.) Nemo non uidet, ἄπορος, dicendum esse, si quidem probari debeat, nullam Erasistrato constare rationem posse, falsa imaginanti & siue hoc, siue illo opinanti modo.

IN LIB. VII. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. III.

Ὁμοιοτάτοις τοῖς τῶν κοράκων ὀστράκοις *Simillimis coruorum ostracis.*) Inuestigandum hoc, quærendumque. ὄστρακον quidem testa est: sed quæ coruorum testæ membranosis uinculis his simillimæ sint, non satis uideo.

Χόνδροι πολλοὶ σιγμοειδεῖς ὑμενώδεσι δεσμοῖς συνεχόμενοι μέχρι τῶν ἐσχάτων λοβῶν τοῦ σπλάγχνου διαφυλάττονται. *Cartilagines multa, sigma litera figura, membranosis uinculis contenta, ad extremos usque uisceris lobos conseruantur.*) Quomodo ad extremũ usque per pulmones totos literę illius figura producantur chartilagines eę uidendũ: quum id earum tantummodo chartilaginum proprium, ac peculiare esse dictũ fuerit, quæ gulam tangunt: nam in commune de omnibus dictum id accipiendum ueniet, non priuatim de illis. Sed scriptum uidemus σιγμοειδεῖς πολλοὶ, non omnes: etenim ad ultimos usque pulmonum lobos perueniunt quidem omnes, sed non ea literæ figura omnes. Quod ideo adnotaui, quia offendere uidi non ineruditum in hoc: aliàs per se non magnopere notandum fuerat.

CAP. IIII.

Οὐκ ἀκριβεῖς κύκλους ποίησεν. *Non exquisitos circulos fecerit.*) Vt eas intelligamus quæ gulæ tantùm coniunguntur, chartilagines.

CAP. V.

Ο μὲν οὐρανίσκος, οἷον ἠχεῖον τι προκείμενος. *Palatum quidem, ueluti sonum edens quoddam appositum.*) Quod sonitum mittit, cauum, uacuũque, ἠχεῖον erit: ut quas uulgò campanas habemus. Quarum etiam illud à summo pendens quo altrinsecus Campanæ partes diuerberantur circum oras intus, rectè dici πλῆκτρον poterit.

Καὶ ὅτι διαφέρει τῆς ἐκπνοῆς αὐτῆς. *Atque in quo ab expiratione ipsa differt.*) Expiratio septi transuersi opus est, submittentis se: ἐκφύσησις, id est eflatio, etiam musculorum intercostalium, uoci proferendæ necessaria.

CAP. VII.

Κατὰ τὰ κηλώνεια καλούμενα. *Ea, quæ celonia uocantur.*) Ciconias appellant rei rusticæ scriptores: & telonem aliqui, & tollones, & tollenones.

Τὰς ὑπὸ ἱπποκράτους ὀνομαζομένας. *Ab Hippocrate nominatas.*) In Prorrhetico non semel.

Κλαγγῇ ταίγε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων. Iliados. γ.

CAP. VIII.

Καθάπερ σοιβή. *Tanquam Stœbe.*) Fulcrũ molle Stœbe est hîc. aliàs herbę genus.

Περὶ ἧς ὕστερον ὀλίγον ἐροῦμεν. *De qua paulo pòst dicemus.*) Ea est, accipiendo largiter aere, præparandoque eo, ueluti elaboratione maiore quadam & concoctione, ad spiritus generationem & alimentum: ut quidem iecur quoque ipsum sanguinem præparat ad alimentum partium corporis.

Τὴν

τὴν μὲν οἰκείαν τε καὶ φίλην τῷ τοῦ ζώου πνεύματι, τὴν δ' ἀλλοτρίαν τε, καὶ φθαρτικήν. *Hanc quidem (nempe qualitatem) animali spiritui familiarem, atq. amicam, illam uerò alienam, ac destructricem.*) Hac quidem uia & modo, non solùm de recens structis muris, illitisq; calce parietibus, aut carbonum fumo, sed de omni in totum mephiti constare nobis ratio poterit, & causa: illo autem non poterit, si spiritus tantum tenuitatem sequamur: quia mephitis, haud dubiè non omnis tenuis: quin crassioris cuiusdam exhalationis plures numerantur. Et aliàs corruptior aer ipse ille ambiens nos, crassiorum sæpè partium, caligineq; obductus spissa, densaq; apparet.

ᾧ μηδ' ἐν περὶ τῆς τοῦ αἵματος γενέσεως εἴρηταί τι. *Cui ne de sanguinis quidem generatione dictum quicquam fuit.*) Vt quidem secundo de Facultatibus naturalibus libro clarè ostenditur.

Ἐξ ἀριστερᾶς κοιλίας μιχθὲν τι ἐξ ἑκατέρου. *Ex sinistro mixtum aliquid ex ambobus peruenit.* Nimirum aereus ac spiritosus sanguis: quem simul uaporosum sæpe dicit, ἀτμῶδη. Libri huius quum sanè pars non parua quam nunc insistimus, in Græco codice desideretur, nos Græca uerba, de Latino utcunq; transumpta apponemus, ut eodem cuncta modulo spectentur.

Ἀρτηρίας γὰρ τὰς λείας. *Laues enim arterias.*) Læuem arteriam dixisse, & arteriam uenosam idem omninò fuerit. Læues autem dictæ arteriæ asperarum respectu, in eodem uiscere, pulmonibus scilicet repositarum, τραχειῶν: quas utique bronchiorum seu chartilaginum partim orbiculatarum, partim sigma referentium, interuentus asperas reddat.

Διατί καὶ τῷ πνεύμονι ἄμεινον ἦν, ὥσπερ καὶ τῇ καρδίᾳ, καὶ τῷ ἥπατι, καὶ σπληνί, καὶ νεφροῖς ἐλαχίστων ἔχειν τὰ νεῦρα; *Cur & pulmoni melius fuerit, ut & cordi, & hepati, & spleni, & renibus neruos habere minimos?*) Dictum de his suprà, quinto operis huius libro in uniuersum: quòd quum neq; sentiendi instrumenta sint, quæ αἰσθητήρια Græcis dicuntur, ac sectoria, & sentiteria Latinis dici cœpta sunt: neq; mouendi, ut musculi: paruis donari neruis opus fuit, ex tertio tantùm distributionis neruorum usu, ἵν' ᾖ διαγνωστικὰ τῶν λυπησόντων: Vt quæ molesta uel noxia futura essent, discernerent.

Ἀλλὰ διὰ τὸ τρίτου τῆς κινήσεως γένει οὐκ ἐδεῖτο. *Caterùm quum tertio motus genere nō egeret.*) Sic tertium dictum motus genus hîc, quasi præter duos illos, nullum: ut quum duo tantùm quædam aliqua in re esse inueniuntur, nihil in his medium aut tertium reperiri dicimus.

Ἀλλὰ τοῖς ἐνεργοῦσιν ὑπηρετεῖ. *Sed agentibus subseruiunt.*) Vt in oculo uidendi actio crystallini humoris est principalis: reliquæ omnes agenti huic subseruiunt particulæ, quæ tot sunt. Hoc igitur ipsæ quoq; agunt: non utiq; principaliter actionem, functionemq; ipsam uisionis, sed illius tamen ipsius operi utiliter subseruientes. Iccirco harum omnium usus, & utilitas esse dicitur, uniuscuiusq; sua: illius autem actio, seu functio. Dici uerò possunt nihil utile agere, & præstare animali primò quidem, quoniam functiones sunt partium instrumentorum principalium, quæ primo animali conferant: reliquarum, ut diximus, usus est obeundis functionibus rectè atq; ordine: ut propterea, quum functionum interuentu id faciant, non utile animali conferre uideantur primo, ac per se, seu principaliter.

Γλωσσοκόμειον καλοῦσι. *Glossocomium appellatur.*) Huius structura in libro de fracturis reperietur, commodè discussit: iamq; etiam ex editionibus ultimis benè picta.

Μείζονα γὰρ οὐκ ἐπαίνων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕμνων τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἐστί. *Maiora namque non modo laudibus, sed etiam hymnis huiusmodi opera sunt.*) Dijs canuntur hymni sonorè, atque altè: dicuntur laudes hominibus sedatè. Sed quædam sunt tanta admiratione digna Deorum opera, ut hymnis quoque celebrari dignè satis non queant.

CAP. XVI.

Τῆς γλωττίδος ἰδίωσιν, καὶ χρείαν.) reponendum, ἐπιγλωττίδος. Epiglottidis formam intelligit & utilitatem: ne quis fortè putet de laryngis ligula hic agi.

CAP. XVII.

Ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων. *In de Hippocratis & Platonis placitis.*) In calce octaui libri operis totius.

CAP. XIX.

Καὶ προσαγορεύουσι βαρβαρίζοντες κιονοειδεῖς. *Vocantq́ Barbarè columniformes.*) Quare Barbarum hoc sit, considerandum melius: nam & κίων & εἶδος Græcæ uoces quum sint authoribus non inusitatæ, quid insit Barbari, uiderint doctiores.

Καὶ δ' ὑμένων ζυγῶν, πρόσω τὸν λάρυγγα.) Interserenda negatiua dictio, hoc pacto: δ' ὑμένων ζυγῶν, οὐ πρὸς τὸν λάρυγγα. Non enim accipi aliter sensus uerborum ullus potest, ut mihi quidem uidetur.

CAP. XX.

Τῶν μορίων αὐτοῦ τὰ μὲν ἄνω φέρεσθαι, τὰ δὲ κάτω. *Partium ipsius alias quidem sursum alias deorsum ferri.*) Superiores thoracis partes inspirando attolli manifeste satis uidentur, submitti inferiores: expirando oppositus peragitur motus non minus manifestè.

CAP. XXI.

Οὐ καὶ ταύτην ὠφελεῖ τὰ μέγιστα δ' ἐδήλωσα. *Quòd hanc quoq́ maximè iuuat ostensum.*) Partem nempe illius exercens, quæ inspiratio est εὔβιος dicta: facilem scilicet illam, ac liberam.

Ἤδη δὲ καὶ τῆς καρδίας. *Iam uerò & cordis.*) Nimirum ex superiore sui parte.

Τοῦ περὶ τῆς ἄκρας χειρὸς ἀναμνήσθητι λόγου *Sermonis memineris de manu extrema.*) Quo loco ex pluribus ossiculis compositum fuisse carpum & metacarpium dicebatur, exercendis melius ac tutius motibus necessarijs. Vt eadem ratione constructum fuisse pedem appareat non ex unico, tametsi non ita euidenter, ut in carpo & metacarpio.

Διὰ τί δ' ἐξ ἑπτά. *Cur autem ex septem.*) In teneriori ætate manifestius hæc apparebunt semper: in adultis minimum tria conspiciuntur: ita in unum coalitis ætate omnibus, ut tria tantum extent. Quòd autem ab initio septem sint, causa multitudo costarum, quibus pari numero respondent ossa. τὸ πλῆθος, inquit, τῶν συναρθρουμένων πλευρῶν αἴτια. At sunt nostri temporis authoritatis non sanè uulgaris Anatomici, qui aliquando pectoris, quod στέρνον est, undecimum se os numerasse assueuerent.

CAP. XXII.

Ὁμοίως τοῖς ἔξωθεν ἐπιτιθεμένοις ἡμῖν ἑτέροις ἐπιβλήμασιν. *Similiter alijs iniectis nobis indumentis.*) Secundo de Simplicium medicamentorum facultatibus, idem de oleo dicebatur, tractabaturq́ hoc.

Καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἐφ' ἵππων παρεφύλαξε. *Quemadmodum Aristoteles quoq́ obseruauit in equis.*) De historia animalium secundo, scriptum ab Aristotele hoc est.

IN LIB. VIII. DE VSU PARTIUM CORPORIS HVMANI.

CAP. I.

Καράβοις μὲν.) Scarabæis uertit interpres, quum debuisset locustis uel squillis.

CAP. II.

Οὔτ' ἄρ τῶν αἰσθήσεων ἁπασῶν τὰς ἀρχὰς εἰς αὐτὸν ἀνήρτησεν. *Neq́ uerò sensuum omnium principia applicuisset ipsi.*) Etenim quid nam tandem conferre sensibus, uel eorum principia foueret, res queat, uisceris tantū alterius refrigerationis causa facta?

facta: mox enim addit: Καὶ τὰς αἰσθήσεις συνάψαι μηδὲν δέον.

Ἀλλὰ τό γε διηνεκὲς τῆς κινήσεως, ἱκανὸν ἐκθερμαίνειν. *At continuus motus ad excalfaciendum satis*) Continuum motum ac perpetuum cerebro tribuit, quod & alibi facit non semel. Sanè quem manifestò satis indicet aeris facta per nares attractio, perque easdem expulsio: ut interdum etiam ex sternutamentis colligere idem liceat, quæ fieri, nisi ex cerebri motu neutiquam possint.

C A P. IIII.

Τὴν δ' οὐσίαν αὐτοῦ βουλόμενος ὁ Πλάτων δηλῶσαι. *Eius autem substantiam indicare volens Plato.*) Propius accessit Plato ad indicandam cerebri essentiam, uocis etymon sequutus, quod positum tantum quendam significat, sed ex parte essentiam attingens, quum dixerit medullam: uerè namque genere medulla quædam est cerebrum, ab alijs differentijs proprijs suis dispescenda.

Ἀλλ' ἐγκέφαλον, ἢ τὸ ἀνάλογον ἐγκεφάλῳ. *Sed cerebrum, uel cerebro proportione respondens.*) Analogiæ significatio duplex: altera, qua uniuocatio rei propè eadem significatur, essentiaque eadem, uel quæ officium certè idem præstet: ut in sanguine carentibus animalibus, quum sanguis nullus sit, at humor inest proportione sanguini respondens, propè uniuoce, utpote quo egregiè membra nutriantur, ut sanguine in sanguine præditis, quod sanguinis maximum officium est: altera, quum paulò longius abit proportio, atque ad æquiuocationem propius accedit: ueluti signis simiam (exempli causa) analogam habere rationem ad hominem dicat. Quo sanè pacto nequaquam cerebrum, quod in exanguium aut sanguine carentium animalium pectoribus est analogum, dici sanguine præditorum cerebri debebit: sed priore potius significatione: nempe, idem omnino præstans in exanguibus, quod in sanguineis, officium ac munus, sensusque ac uoluntarij motus principia in se continens, prorsus ut cerebrum omnino dici hac ratione debeat, non proportione tantum quiddam respondens. Sequit enim mox: ὧδε γὰρ αὐτὸ ὀνομάζω καλεῖν ἅπαντα τῆς ἐνεργείας ὄργανα προσήκει.

C A P. V.

Οὐκ ἂν μοι δοκοῖμεν εὑρεῖν, ἄλλως γε, ἢ ὡς δὴ νῦν γε ζητεῖν ἀπηρξάμεθα. *Non aliter uideo posse nos inuenire, quàm quo quærere iam cœpimus modo.*) Nimirum ut, quemadmodum cuius gratia factum in animalibus esset collum, inuentum à nobis fuit: asperæ scilicet arteriæ pulmonumque causa, quòd cum collo hæc semper essent, nec sine his collum unquam: pariter propter oculos factum à natura caput esse diceretur, quod cum capite uel in capite oculi semper, nec sine capite oculi unquam, quales quidem animalium sunt sanguine præditorum. Vel fortasse rectius: quia altiorem animalis locum occupare omninò debebant oculi, is autem futurum erat caput: propter oculos simul factum fuisse caput dicendum. simul reliquas cum oculis sensorias partes necessariò cerebrum in propinquo habuisse, omnes caput constituentes. Hac rerum necessitate eo loci cum oculis caput in alto positum à natura in animalibus uidemus, cumque sensorijs deinde omnibus necessariò.

C A P. VI.

Καὶ γὰρ τοῦτ' ἔπρεπε τῷ πάσας μὲν εἰς ἑαυτὸν τὰς αἰσθήσεις ἐκδεχομένῳ. *Etenim conueniebat hoc omnes in seipsum sensus recipienti.*) Mollem quidem factam oportuit cerebri substantiam propter narratas à Galeno causas: sed in temperatura tamen tali, elementorum mixtionem, apta & concinna rerum quatuor proportione factam, insequuta quæ forma partis est, multo supra simplicem elementorum mixtionem posita, ut à qua partium functiones omnes prodeant, mixtioni tamen inhærens, insidensquê tali & tali, diuersa pro functionum diuersitate.

Τὰ δ' ἐν τῷ μέσῳ τὴν δυσπάθειαν, ἐξ αὐτῆς εἶχε τῆς θέσεως. *In medio autem quæ sunt, patiendi quidem difficultatem ex ipso positu sortita fuere.*) Vt propterea dura esse non opus fuerit uitandis læsionibus: intereáque mollia esse potuerint, aptè

mollioribus neruis procreandis.

ὡς ποῦ καὶ πλάτων φησίν. *Vt quodam in loco Plato quoq; ait.*) in Timæo.

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ὥσπερ οὐδ' ἄλλο μάτην εἴρηται πρὸς Ἱπποκράτους. *Nam nec hoc quidem, sicuti neq; aliud quippiam, frustrà dictum ab Hippocrate fuit.*) Opinor his uerbis in libello de Alimento: ἀρχὴ τροφῆς πνεύματος, ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, πνεύμων, &c.

CAP. VII.

ἀλλὰ νῦν γε συγχεομένων τῶν ἐνεργειῶν. *At nunc mixtis actionibus.*) Quæ nam uerò fuerint hic actiones, quæ miscentur? non quidem inspiratio & respiratio, quæ misceri nequeunt eodem quidem tempore, quippe contrariæ inter se: sed cum expiratione miscetur expulsio cerebri, uel coniungitur potius, qua ad expellendum insurgit contractum: & cum inspiratione eiusdem attractio qua dilatatum attrahit. Hæ coniunctim misceri inter se actiones poterunt.

οἷον κωλύειν μὲν τοὺς ἀτμοὺς, διαπέμπειν δὲ τὸν ἀέρα. *Quod uapores quidem arcere, aerem uerò transmittere queat.*) Suprà quoq; uapores crassiores aere statuit: ac sic quidem in aere ut auferri tamen ab illo possint, & ne cerebrum ingrediant, prohiberi, non prohibito aere. Non igitur aeris partes ullæ erunt uapores.

CAP. IX.

ὥσπερ οὖν ὁ πλάτων *igitur quemadmodum Plato*) in Timæo sic ait: δυοῖν δὲ μόνοιν εὖ νοεῖσθαι τρίτου χωρὶς, οὐ δυνατόν, δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινὰ ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίγνεσθαι.

ἀλλὰ ἣ μὲν λεπτὴ πλείων τῆς ὀστῶν σκληρότητος ἀπολείπεται. *Sed tenuis quid amplius ab ossis duritie abest.*) Hoc est, dicere: tenuis membrana mollior est quàm ut conuenire cum ossis duritie possit, absq; intermedio aliquo: & crassa durior quàm ut cum cerebri mollitie, nullo intermedio.

ὁδοὺς δὲ αὐτῆς, ὥστε μὴ διεκπίπτειν ἐκτός.) Videtur illud, μὴ, redundare delendumq; esse, ut ita sit: uia autem ipsius, ut foras excidat. Exit quippe de Cranii, hoc est caluariæ, suturis membrana durior, & ex ea pericranium fit. Sic quidem apparet, intellexisse locum hunc interpretem, ex quo μὴ illud deleuerit. Ego re ponendum esse μὴ iudico, atq; ita legendum: Viæ autem ipsius ne excidat: interpungendumq; hic: tum deinde sequitur: ἐκτὸς αἱ ῥαφαὶ τῆς κεφαλῆς εἰσί. Foris sunt capitis suturæ: eo uerborum sensu: Ne excidens cadat cerebroq; incidat, sed adalligata caluæ perstet, patere duræ membranæ foris uias per capitis suturas, per quas prodiens uinculisq; suis & ligamentis, supra Vulcani etiam artificium caluæ affabrè connexa, ligetur, facto demum pericranio.

CAP. X.

καὶ ἡμεῖς ποτὲ τὸ παράδοξον ἐκεῖνο θέαμα. *Ac nos quandoq; spectaculum illud præter hominum opinionem.*) De hoc sexto quoque Aphoris. libro traditum non diuersum.

CAP. XI.

ἀλλὰ τὰς ἀποφύσεις. Lego, ἀλλὰ δὲ τὰς ἀποφύσεις.

CAP. XIII.

ὡς γ' ἐν ἑτέροις ἀποδέδεικται. *Quemadmodum demonstratum in alijs fuit.*) Colligi ex libro septimo de Placitis Hippocratis, & Platonis possit.

τοῦ περιέχοντος αὐτὴν σώματος. *Cõtinentis ipsam corporis.*) De anima uidetur sentire, tanquam quæ non ex corpore prodeat, corporeaúe substantia ulla sit, sed quæ corpore tantum contineatur, incorporea ipsa. Qui nanque contineri animam corpore dicit, alterius ipsam naturæ, non corpus contineri corpore innuere uidetur: quæ igitur aliunde immigret.

IN LIB. IX. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. I.

Οὕτω καὶ ταῦθ᾽ ὑπ᾽ ἀνάγκης διὰ τὴν σύμφυτον ὄρεξιν. *Ita hæc quoq; necessariò propter innatum appetitum.*) de Ratione uictus in morbis acutis, libro quarto, non dissimile prolatum ab Hippocrate legas & in commento Galenus: οὕτως καὶ ἡ ἐν τοῖς φλεψὶ δύναμις ἑλκτικὴ διὰ παντὸς ἐπισπᾶται, μὴ διακρίνουσα τὴν οὐσίαν ὁποία τίς ἐστιν.

Δυῶν περιόντων ἀντιβαινόντων ἀλλήλοις.) Quis non perspiciat, περιιόντων legendū?

Διαιρεθῆναι δ᾽ ὡς πλείω τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν ἐχρῆν ἑτέρου τινὸς ἕνεκεν. *Diuidi uero in multa capitis os opus erat ob aliud quiddam.*) Nimirum ut quoniam appendi pericranio necessum fuerat duram membranam, fieri autē id, nisi diuiso in partes cranio, non poterat: propterea suturæ capitis factæ fuerint, per quas coniungerentur. Simul ob id: ut parte offensa una, inoffensæ manerent aliæ, neúe calua parte sui una aliqua læsa, in totam transiret læsio, si continua, atque una esset, quod in contigua tantum non fit, uel non tam facilè fit, præsertim interueniente membrana.

Τοῖς λεπτοτέροις δὲ καὶ αὐτὸ τὸ κρανίον ἐστὶ βάσιμον. *Tenuioribus autem, ipsum quoque cranium peruium est.*) Superficie cranij utraq; utrinq;, extima atque intima, siue conuexa & caua, quas factas læues, politasq;, ac planas oportuit, ne asperitate læderetur pericranium, aut dura membrana, meatus, quanquam sensus nostros ualde fugientes, habente tamen: intus autem cauernosa toto cranio. Rectè autem dixit, tenuioribus patere exitum: quippe tenuioribus, quàm fuliginosa excrementa sint, quibus nullus sit per cranij totam substantiam exitus. Suprà enim scripserat: ἐν δὲ τοῖς σκληροῖς σώμασιν, εἰ μὴ πρότερον ὁδός τις παρασκευασθείη διεξελθεῖν οὐδὲν δύναται. Nihil, nullum fuliginosum excremētum intelligo, quod tenuissimo uapore aliquo crassius sit, quodqúe solùm suturas habeat peruias: dum ille etiam ipsum cranium.

CAP. IIII.

Ταύτης οὖν ἐγκεφάλῳ μάλιστα τῆς βοηθείας ἡ φύσις προὐνόησε. *Huiusmodi itaque auxilium, ut cerebro maximè adesset, prouidit natura.*) Vt uidelicet animalis spiritus in retiformi plexu inferius posito egregiè elaboratus, naturali ascensu substantiam cerebri totam permearet, hocq; adiumento perueniret eò, quò trahi facilè alioqui non posset: in partes scilicet, quæ longius à succingente cerebrum meninge absunt, ex cuius arterijs propinquæ magis cerebri partes trahere promptius animalem spiritum possunt, quum paulo longius positæ non possint, aut non æquè facilè possint. In eas igitur peruenit animalis spiritus ascensu naturali suo facile. Porrò in toto cerebri corpore contineri spiritum huiusmodi: dictum à Galeno superiore libro fuit.

Πρῶτον μὲν ὅτι κυριώτατον ἦν ἁπάντων. *Primo quidem, quoniam principalissimum erat omnium.*) Non quidem, quod ad uitales facultates attinet, quæ cordis prærogatiua est: longè minus, quod ad naturales, quæ iecoris: sed ob nobilitatem animalis facultatis dictum hoc, cuius ipsius potiores partes, quæ sentiendi & ratiocinandi habentur, dicuntur principales, scilicet ἡγεμονικαί: quæ quidem cerebri sunt omnes.

Καὶ γὰρ συντονίας πλείονος δεῖ τοῖς ἕλξουσι, καὶ θερμασίας. *Etenim robore maiore, ac calore opus est attracturis.* Quibus planè nominibus cordis maxima est attractio, insigni tum robore, tum calore adiuta, præter ingenitam trahendi proprietatē qua non minus pollet. Hac quidem cerebrum quoq; pollet, sed duabus illis lōgè minus ualet: minus scilicet & calens, & fortè minus habens roboris. Spirituum enim, quos elargitur, præter eos, qui mouendi sunt, reliqui, quippe sentiendi, & ratiocinandi, non sanè admodum roboris egent, ut officium suū faciāt: quos quidem illustres magis esse necessum sit, quàm robustos, aut ualentes.

C A P. V.

οὐδ' ἐκ μὲν τῶν αὐτῶν μερῶν πάμπολυ διεστήκασιν. *Neq; uerò ex iisdem partibus plurimum distant.*) Dextris scilicet, & sinistris, anterioribus, & posterioribus: ut ostendat, non solùm ex diuersis partibus non oriri uenas, atq; arterias, sed in iisdem etiam ortas non abire in diuersas, sed coniungi, & coire.

Ἐπόνουν γὰρ ἂν οὕτω γε κατὰ τὰς κινήσεις προσκόπτουσαι τῷ κρανίῳ *Laborarent enim hoc pacto, secundum motiones incidentes in cranium*) Venarum qui motus esse possint, non facilè est uidere, ut quidem arteriarum manifesti sunt. Motus quidem earum aliquis quoq; est, quum repletæ extenduntur. Cęterùm intelligendum, de uenis agi hîc, quæ ex præsupposito nullis uinculis adalligatæ oberrarent inter cerebrum & meningem crassam, motoq; facilè animali, aut quasso quoquomodo capite, mouerentur loco suo.

C A P. VI.

Ἣν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο προσαγορεύειν ἔθος ἐστὶν Ἡροφίλῳ ληνόν. *Quam etiam ob hoc ipsum nominare mos est Herophilo torcular.*) Atq; hoc ambigunt recentiores Anatomici, quo loco inueniri, uel reponi in capite debeat. At quod inuexit in medicinam primus, uir in ea tantus, Herophilus, non de nihilo inuectum, neq; impositum rei inani fuisse nomen existimandum: quem quidem constat hanc quoq; medicinæ partem diligenter inprimis exercuisse, anatomen inquam, idq́ue in corporibus humanis: ut, sicuti fides de his abrogatur Galeno, quem homines secuisse nolunt, quod ne ego quidem uolo, aut magnoperè contendo: ita non abrogetur Herophilo, quem secuisse uolunt. Cæterùm nos hoc loco contenti lectionis Galenicæ remoras abstulisse, si quæ inesse uidebuntur: non ualdè anxiè quęremus, rectè, an secus scripta sint ista, hîc quidem, ubi rerum tantummodò intelligentiam indagamus.

Τρόπον ὁμοιότατον τοῖς κατὰ τὰς πρασιάς. *Modo sulcis simillimo.*) Interpres de suo addidit: quo sulci in porrorum, ac olerum tetragonis: supra interpretis officium explicationem molítus, nescio quam ueram. Ego sulcorum densitatē quoquo uersus exaratorum, uenarum densitatem hanc referre magis crediderim, quàm quadrangularem olerum ordínem ullum.

C A P. VIII.

τὰ δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἰδίᾳ κατὰ τὰ δεξιά.) Legendum κατὰ τὰ ἀριστερά: uel, κατὰ τὰ ἐναντία ut quidem legisse uidetur interpres.

ὅταν ἐκτὸς αὐτοῦ λόγου κατὰ στησόμεθα τοῦ νεύρου.) hoc est: Quum primum in sermonem inciderimus nerui, qui iam capitis os egressus fuerit, redeundum in uiam.

C A P. XI.

Κατὰ βραχὺ δὴ καὶ οὗτος εἰς ὅσον ἀποχωρεῖ κάτω, σκληρότερος γίνεται. *Paulatim uerò is quoq; quo magis infrà abscedit, durior fit.* De spinali medulla intelligendum. καὶ οὗτος, dixit δηλονότι ὁ νωτιαῖος: ne quis fortè de posteriore cerebri parte accipiendum hoc esse existimaret, quæ cerebellum est.

οὐ μὴν οὐδ' ὅτι τοῖς σπλάγχνοις τῶν μαλακωτέρων ἀσφαλές.) Reponendum, ἀφανές, ut dicatur ita: sed neq; quòd uisceribus, opus erat mollioribus, scilicet neruis, ἀφανές, obscurum uidelicet, aut non manifestum. Dixerat enim prius, membra durissimis opus habere manifestum esse. ἀλλὰ καὶ τοῦτο δῆλον dicit igitur, hoc ipso non minus manifestum illud quoq; esse: quòd scilicet mollioribus indigeant uiscera, duntaxat ad sentiendum. Quod quanquam ita sit, ut utrumq; manifestum satis appareat: ne quid tamen sermoni desit, dicendum ἀλλ' ὅπως μηδὲν ὑπολείποιτο λόγου ῥητέον.

περὶ τὸ σῶμα καλούμενον.) σῶμα debere legi, nullus non uiderit.

ὥστε καὶ αὐτὰ τῆς γαστρὸς οὐδὲν ἧττον ὀρέγεσθαι φασί. *Vt eas uentriculo ipso nihilo minus appetere dicant.*) De naturalis facultatis appetētia nemini dubium, qua partes quæq; alimentum ad se tractum arripiunt: id quidem appetendi genus est insitum, ingenitumq; partibus animātis cuiuscunq; tandem omnib. atq; adeò plantis quoq;. Verùm non de hoc, sed de animalis facultatis appetitu hic agit, quo

quo dotata animalia, oris uētriculi inprimis beneficio, propter neruorū agentium copiam cibum extrinsecus appetunt, & per loca quærunt. Hunc esse partibus quoq; circum uentriculum sensum censuere ante Galenum medicorum nonnulli nō minus exquisitum, quàm in uentriculo esset. Galenus esse concedit, sed obtusum, & paruum: nempe transfusione quadam eiusdem facultatis ē uentriculo potius quàm partibus illis innatæ. Scilicet dictum meminimus ab authore eodem hoc: trāsfundi, deriuariq; partium multarum uires, ac facultates in propinquas solere: præsertim uerò ab his, in quibus facultatis unius alicuius fons, & origo est, fomesq; quidam ac focus, id est ἑστία. Vt propterea, tametsi ad partes illas omnes circum uentriculū nō pertingant sexti paris nerui, uentriculi ori appetendi uim cōciliantes, quanquā aliqui pertingūt omnino ex uetriculo tamē peruenire ad eas uim facultatēq; candē posse aliquā credamus.

Ἦν δ' ἂν καὶ τοῦτο κακοῦ δυσπαθέστερον ἢ εἰ κατ' εὐθὺ φερομένων ... *Erat enim hoc quoq; multo ad patiendū difficilius, quàm si rectà quum ferrentur, facta fuisset diuisio.*) Transuerso nanq; uel obliquo positu nerui in recto corpore ueluti c... barc uidētur, quiescētes melius q̄ si recta protēsi, ac tanquā appēsi ferantur.

C A P. XIII.

Ἀπαρχὴν εἶναι τοῖς μυσίν.) Lege, κυταρχὴν εἶναι.

Τῷ τε τοῦ χρόνου μήκει καὶ τῷ τῆς ἀποστάσεως σκληρὸν ἀπεργάζεται. *Temporis & distantiæ longitudine durum efficit*) Vtroq; enim multum semper absūmitur humoris, ut proinde duritia accedat. Tempore ut in rebus plurimis fit, quæ euaporatæ exhalatæq; diuturnitate durescunt: distantia quòd longius à principio medulli abscedēs teneritudinis illius multū amittat, plus plusq; semp in prioribus relictæ modo uiæ interuallū id humiditate nō redūdet, de quo paulò post admonebit.

Σὺν ἤδη τῷ ὑδρῷ) Lege ὑγρῷ.

C A P. XVI.

Κατὰ δὲ τὰ πρόσω, καὶ ὀπίσω. *Secundum uerò anteriora, ac posteriora.*) Partes intelligit capitis, quę anterius ultra coronalem suturam protenduntur, & posterius ultra lamdoida: frontem nimirum & occiput.

C A P. XVII.

Τὸ τέταρτον δ' εἶδος φησὶ κεφαλῆς ὀξυειδοῦς νοεῖσθαι μὲν δύναται, γενέσθαι δ' οὐ δύναται. *Quarta autem species acuminati capitis cogitari quidem potest, fieri uerò non potest.*) Atque hunc tamē se in duobus obseruasse affirmat: nano, alioq; quodam. Conciliator addit: fuisse quidem his longius capitis spatium, quod ab aure ad aurem est eo, quod ab occipite in sinciput: at non usq; adeò tamen ut esse in naturali figura solet hoc illo longius: quod inquam ab occipite in sinciput eo, quod ab aure in aurem siue inter utraq; tēpora. Vt mirum uideri non debeat, esse hoc non posse, scriptum fuisse à Galeno: qui non tantum esse excessum ea in parte ad præternaturalem statū posse intellexerit, quàm naturalis status est: proindeq; meritò quatuor solas tradiderit Hippocrates quoq; capitis figuras: naturalē unā præternaturales tres: quintæ illius nusquam meminerit. Quamuis inter nostri temporis anatomicos nō deest, qui scribat, Indorum qui Peru prouinciam incolunt, hac esse ferè capitis figura eodem modo esse posse dicemus: ut excedat quidem latitudo capitis in his longitudinem, at nō intantum in quantum longitudo in alijs excedere latitudinem solita est.

IN LIB. X. DE VSV PARTIUM CORPORIS HVMANI.

C A P. I.

Ὥσπερ τις ὕελος ὑπὸ θερμοῦ κεχυμένη. *Tanquam uitrum aliquod à calido fusum*) Vt pariter existimemus, quum de pituita uitrea agitur, quæ ὑαλώδης χυμὸς est, similitudinem eam ex nomine de fuso à calore uitro accipiendam: eni quidem simillimā ualde frequēter uidemus pituitam, ab ægrotorū corporibus excretā.

Δῆλον οὖν ὡς κατὰ διάδοσιν τρέφεται. *Itaq; manifestum secundum distributionem nutriri.*)

triri.) Nã neq; in reliquas omnes corporis partes, aut partiũ particulas quasq; pertingunt uenæ, & nutriuntur tamen omnes. Vt neq; in hortis riui deriuãtur in omnem partem, ut facti riuuli particulatim ad omnia perueniant: & tamen aquæ irrigationem ueluti nutrimentum sentiunt omnia per distributionẽ: distribuitur quippe & διαδίδοται. Sic ab ἀμφιβληςροειδεῖ, ut cui uenæ multæ insint cum arterijs, in uitreum humorem, ab hoc in crystallinum distribui alimẽtum, & transfundi potest. C A P. II.

Ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ τρέφεσθαι, καὶ σκέπεσθαι, πανταχόθεν. *Sed ad nutriendum & regendum undecunq;.*) Propter uenas, quęque multæ insunt meningibus his, dixit nutriendũ: multæ inquam adeò, ut illarum altera χοροειδὴς propterea nomen acceperit.

ὡς ἐοικέναι τὴν κατάφυσιν αὐτῶν ταῖς ἐπὶ τῶν βλεφάρων θριξίν. *Vt earum insertio palpebrarum pilis similis esse uideatur.*) Cũcta hæc præter quam quòd spectari ex anatome uel bouini oculi possunt egregiè: repræsentata uidebuntur ex nonnullorum iam anatomicorum picturis.

Καὶ ὅτι τῷ ὑαλοειδεῖ καὶ κρυσταλλοειδεῖ τῷ μὲν καθ' ὅλον ἑαυτὸ τῷ δὲ κατὰ τὴν ἶριν μόνην. *Atque ita uitreo, & crystallino humori.*) Scilicet applicãtur meninges: de his enim agitur: uitreo per totum, totum enim ambiunt: crystallino per irim.

ὥστε διὰ τῶν μέσων σωμάτων τὸ ὑαλοειδὲς ὑγρὸν τῷ πάντων ἔξωθεν ἑνοῦται χιτῶνι τὸ μαλακώτατον τῷ σκληροτάτῳ. *Quo fit, ut per media corpora uitreus humor omnium extimæ tunicæ uniatur, mollissimus durissimæ.*) Quem locum sic uertit interpres: durissimæ quidem illi, iridi uerò mollissimæ: additis de suo, uel inuersis potius uerbis, præter Galeni omninò sententiam & (quod deterius est) rerum ipsam ueritatem. Aperta enim satis Galeni sententia est: uitreum humorem, qui mollissimus sit, coniungi siue uniri extremæ omnium tunicæ, quæ durissima, siue ea adhærescẽs, adnataq; sit, quæ à pericranio, siue carnea, quæ à dura crassaq; meninge oriuntur. Fieri autem id interuenientibus corporibus primum quidem retiformi tunica, quæ ἀμφιβληςροειδὴς est, ac pro illa simili aranearũ telis habuisse hîc uidetur Galenus, aut unam utramq; fecisse, quippe ex retiformi enatam: tum & χοροειδεῖ, tenui scilicet meninge, quæ uueam anterius producit: deinde & crassa duraq; quæ corneam: postremo est & pericranium, ex quo adhærescens, siue adnata. Horum corporum interuentu commodè ita à natura distributorum uniri, rectè dici poterit mollissimus humor uitreus durissimæ tunicæ corneæ, siue etiam adnatæ. Nã quomodo dici, aut esse mollissima his debeat, non uideo: siquidem ad corneam posita iris est, qua parte album nigro oculi in unum coit, ac reliquarũ tunicarũ circuli cõueniunt omnes. Cornea porro ipsa quoq; à dura meninge producitur: & durior firmiorq; ac dẽsior, quàm in proprio ortu, tenuior licet, cẽset. Pro externarũ rerũ obiectu cõmodè atq; utiliter.

C A P. III.

Ἡ δὲ τὴν συμπάθειαν ἐκπορίζουσα.) Δυσπάθειαν legendum. At quæ patiendi difficultatem largitur.

Ἆρ' οὖν ἂν καὶ προμηθεῖσθαι τὰ τοιαῦθ'. *Num uerò etiam sic prouidere ista.*) Promethei in re omni pauci, Epimethei multi experimur hoc quotidie. Nõ absimile multum huic Homericum quoq; illud ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Τοὺς μὲν διὰ τῆς πολλῆς χιόνος. *Qui per multã niuem.*) Xenophõ libro de ascẽsu in Persidẽ quarto: ἐλέιποντο δὲ τῶν στρατιωτῶν οἵ τε διεφθαρμένοι ὑπὸ τῆς χιόνος τοὺς ὀφθαλμοὺς.

ὥσπερ καὶ τοῦτο γινόμενον, ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὸν χρόνοις, ἔγραψε θουκυδίδης. *Quemadmodum hoc quoque factum fuisse temporibus suis scripsit Thucidides.*) Libro secundo sic ait Thucidides: ὁ ἥλιος ἐξέλιπε μετὰ μεσημβρίαν, καὶ πάλιν ἀνεπληρώθη γενόμενος μηνοειδὴς καὶ ἀστέρων τινῶν ἐκφανέντων.

Εἰ δ' ὑπομένεις τι καὶ φυσικώτερον ἀκοῦσαι. *Quòd si naturale aliqd magis audire sustines.*) Cuncta suprà allata à Galeno argumẽta, & dissipari multipliciter spiritũ uisiuũ magno uisionis incõmodo ostẽderũt, & eũdẽ rursus colligi nõ paruo uisionis eiusdẽ usu. Hoc aũt naturale magis est, quod de lucernæ, aut qua alia flãma affertur, Quid enĩ naturalius elemẽtis, atq; inter hæc igne? aut q similius adduci

exemplum

exemplũ poteſt negocio huic, pſertim ſi cũ Galeno igneos ſtatuamus uiſiuos ſpiritus? Qui igitũ ut ignis à maiore minor rerũ quarundã exemplo diſijciãtur.

C A P. V.

Καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ λόγου μὲν δῆλον, ὡς πληρωμένη μὲν πνεύματος οὕτω διατίθεται. Atq, hac ratione quoq, manifeſtum eſt, quòd ſpiritu repleta ita afficitur.) Dictat ratio, oculo altero clauſo alterius aperti ſi dilatetur pupilla, nõ poſſe id ab humore fieri ullo: quonã enĩ pacto per uiſoriũ neruũ tranſierit humor aliquis ab uno in alterũ oculũ, idq; tam repẽtè? ut ideo neceſſariò ſpiritus, alicuius cauſam oſtẽdat hoc.

Αὐτὸ δὲ δὴ τοῦτο τὸ ἔλαττον ἐπιῤῥεῖν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸ πνεῦμα, μάλιστ᾽ αἴτιον γίνεται τοῦ ῥυσσοῦσθαι κατὰ τὴν κόρην. Idipſum uerò quòd minus influat à principio ſpiritus cauſa maximè eſt, ut pupilla corrugetur. Ob cauſam paulo antè dictã de membranoſis & tenuibus omnibus, foramina habẽtibus, & cribris, quorũ omnium, niſi extentę perſtent tunicę, cõcidere foramina, & anguſtiora reddi ſolẽt. Maxima autẽ & potiſsima corrugationis cauſa, ſpiritus defectus, quòd maximè atq; in primis tunicæ extẽſio à ſpiritu fiat, quamuis partẽ etiã cõferat ſuã albugineus humor, cuius quoq; ipſius quandoq; inopia anguſtari ſolita ſit pupilla, ut mox dicet à Galeno: *γίνεται δὲ καὶ δι᾽ ἔνδειαν τῆς λεπτῆς ὑγρότητος [illegible] ῥαγοειδής*: Fit, inquit, interdũ ob tenuis humoris inopiã laxata plurimũ uuea. Vt appareat, ſpiritus defectum non ſolùm maximam ſed etiã magis frequentẽ eſſe anguſtæ pupillæ cauſam.

C A P. VI.

Καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς κόρης εἴδωλον οἷον ἐν κατόπτρῳ τινὶ τούτῳ συνίσταται. Quin pupillæ quoq, imago in hoc ueluti in ſpeculo aliquo conſiſtit.) Quam quidẽ imaginem ſecundũ ſolũ in cornea eſſe ſuſpicari quis poſſet; nec tamẽ alibi q̃ in tunica araneorũ telis ſimili cõſiſtere poſſe apparet, eo q pupilla ſemper cõtineatur, intraq; eã ſit: at pupillam cornea exuperãs ambit totã, ad iridem uſq;, ubi nuſquã imago hæc uiſitur.

Αὐτὸς ἐν κύκλῳ τετμημένος.) Legendum *πεπηγμένος*.

C A P. IX.

Καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ πρὸς ἱπποκράτους. Atq, hoc eſt, quod ab Hippocrate.) Koacæ prænotiões inter ſigna ab oculis deſumpta mala, hoc quoq; habẽt: *[illegible] χείλεων κατασπῶντος*. Et mox: *κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός*. Et in Prorrhetico, *ὀφθαλμῶν ἰλλώσις*.

Ἣν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰπεῖν ἀνεβαλλόμεθα. Quam paulo antè dicere ſuperſedimus.) Suprà cap. [illegible] his uerbis: *ὡν τὴν μὲν μείζονα τέχνην σοφωτέραν ὀλίγον ὕστερον ἐξηγήσομαι.*

C A P. X.

Ὡς εἰς τοσοῦτον ἥκει σοφίας ἡ τέχνη τῆς φύσεως ὡς μὴ πᾶσαν [illegible] ἐν τοσούτῳ χρόνῳ εὑρῆσθαι ὑπὸ τηλικούτων ἀνδρῶν. Quòd ad tantum ſapientiæ accedit naturæ ars ut per tantum tẽporis à uiris tantis nondũ inuenta tota fuerit.) Hæc argumento eſſe nobis certo ſatis poſſunt, ac debẽt, ſperaſſe Galenũ, quũ iſta ſcriberet, multa ſe adhuc inuenturũ in diſſectionibus, de quibus nondũ ſatis liqueret: qui quidẽ nondũ ſibi compertũ ſatis eſſe de muſculo ſcribat, ad maiorẽ oculi angulũ poſito, qui palpebras deorſum trahere credatur, ut qui ad minorẽ angulum ſurſum adducere, idq; de ueterũ ſentẽtia. Quî nanq; credã (inquit) fieri hoc poſſe ut in maiore cãtho muſculus aliquis palpebrã inferius detrahat, quũ uideam in ægylopum chirurgicis curationibus, partẽ illam excindi aliquãdo totam, ſæpe etiam aduri, nihiloſecius tamen mouente ſe adhuc palpebra expeditè, ut prius? Hîc quum Galenus, nimis quàm apertè iuxta ueterum ſentẽtiam, (tametſi alibi, ut de locis affectis quarto, diuerſa ac recẽtioribus anatomicis penè eadẽ tradiderit) in maiore oculi angulo, qui procul dubio omni ad naſum eſt, muſculum ponat inferius palpebram detrahentẽ, in minore autẽ alium eandẽ ſuperius attollentẽ: Veſalius libello ſuo de Chinę radice cõtraria omnia tradidiſſe Galenũ facit. Galeni uerba paulo ante ea q̃ modò deſcripſi, hæc ſunt: *ὃ γοῦν ἐστὶν μὲν ὁ π[illegible] πρότερος εἰρημένος ἐνεργεῖ, καθέλκει τὸ συνεχὲς αὐτοῦ μέρος τοῦ βλεφάρου τὸ πρὸς τῇ ῥινί, ὁ δ᾽ ἕτερος τὸ λοιπὸν ἀνέλκει.* Et qdẽ quũ prius dictus agit, deorſũ trahit, cõtinuã ſibi palpebræ partẽ, q̃ ad naſum eſt: quũ uerò alter reliq; ſurſum trahit. Veſalij hæc: in libris enĩ de uſu partiũ duos recenſet muſculos ad ſingulos oculi angulos: unũ

quorum illum qui interiorem angulũ sibi uendicat, palpebram sursum ducere asserit: illum uerò qui in minori exterioriùe angulo occurrit, palpebrę ad inferiora ductus authorem censet. Quæ tandem quæso de cætero adhibebitur à nobis fides scriptis his, quæ authorum nobis, quos impugnant, uerba contrario prorsus, quàm quo dicta scriptaq; ab illis fuere, referunt modo? Illud etiã nodus quæstionis à Galeno propositæ de ægylopis curatione, cur non extricatur ab his, anatomicis inquam recentioribus, si modò ad maiorem atq; interiorem oculi angulum musculum aliquem reponunt, ut quidem reponunt?

CAP. XI.

Μία μὲν ἣν ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἡνίκα περὶ τῶν ἀπ' ἐγκεφάλου νεύρων ὁ λόγος ἦν. *Vnam quidem quam prius diximus, quum de neruis ex cerebro sermo esset.*) Superiore libro, capite sextodecimo.

CAP. XII.

Ἐπειδή γε τὶς ἐκέλευσε δαιμόνων *Quoniam quidem dæmonum aliquis iussit.*) Platonicè sentiens hoc dixit. Admoneri quippe nos de rebus multis per insomnia à dæmonibus existimant Platonici: quorũ alios præsides haberi prouinciarum uolunt suarum quosq; seorsum: alijs curæ esse priuatas magis familias, ac domos: adeoq; regi ducique hominum unumquemq; his particulariter tum bonis tum malis. Ab his insomnia: καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν, ut Ioue accipiamus, quicquid supra nos, supraùe naturam nostram agens, uiuensq; habetur.

Ὁμοταγεῖς ὀνομάζω.) Græcus hoc loco codex, ut quidem toto penè hoc opere, multò q̃ Latinus, deprauatior. Itaq; adeũdus is, Latinus nẽpe ut expeditior lectio habeat: p̃sertim cui affixæ, appictæq; sint mathematicæ figuræ sine quibus adipisci loci huius intellectum difficile futurũ alicui sit, ut per illas facile.

Μόνα τοίνυν τὰ μὴ βλεπόμενα κατ' εὐθὺ τῶν βλεπομένων κείσεται. *Sola igitur, quæ non uidentur, è directo eius quod uidetur, ponentur.*) Vt dextro oculo G.H. sinistro F.E, in apposita figura secunda: quæ magnitudines sunt utriq; oculo non uisæ suæ cuiq; quum clauditur alter, aperto altero: ut dexter si claudatur, aperiatur sinister, atq; è diuerso.

Ἀλλ' ἀνακαὶ τῶν ἑτέρων.) Lego, ἑτέρων licet per se satis pateat, ita legendum esse: ita esse, ut adnotandũ proinde non fuerit: at aduocasse tamẽ libuit, quòd Græcum exemplar utrumq; Aldinum & posterius excussum Basiliense, inanimaduersum hoc prætererint: magno argumento subesse toto opere, multa huiuscemodi insigniaq; librariorum typographicorum, atq; oscitabundę cuiusdam negligentiæ errata.

Τοῦτο δ' ὅτι μὲν φαίνεται, παντὶ τῷ πεπειραμένῳ δῆλον. *Atq; hæc quòd quidem appareant, unicuiq; experto manifestum est.*) Quod non fieret, nisi proiectiones essent uisionum per παραφαινόμενα illa, manentibus suo loco rebus, ex secunda hypothesi. Vnde insuper non parum sanè colligi argumenti poßit, per spiritus uisorij emisionẽ fieri uisionem: propterea quòd demissæ à rebus species medium, quod aer est, latißimè occupent, eisdem semper positionibus: at uariæ erunt oculi dextri sinistriq; emißiones, quod ad loci positionem hanc attinet.

CAP. XIIII.

Θαυμαστότερον δέ τι μαθήσῃ περὶ τὴν ἔκφυσιν αὐτῶν ἕτερον ἔργον τῆς φύσεως. *Porrò admiratione maiore dignum naturæ opus aliud quoddam addisces de illorum propagine.*) Si diligenter perlegatur totus ille sermo, aut liber decimus sextus, nihil inueniri poterit tamen in quo præstitisse Galenus dici poßit, quod hoc loco facturum se promiserat. Itaq; redit illud μνημονικὸν ἁμάρτημα. Et traduntur quidẽ ibi de mollitudine & magnitudine uisoriorum neruorum quædam: sed hoc nihil ad propaginis miraculum.

CAP. XV.

Δι' οὗ κοινωνήσειν ἔμελλε τοῖς αἰσθητοῖς. *Per quod cõmunicaturus erat sensibilibus.*) Rectè quidem communicaturus, nõ etiam recepturus species intrò: hoc enim foris fit, extra oculum uisorijs spiritibus emißis, obuiamq; euntibus speciebus. Hoc pacto obiectis communicat crystallinus humor, eò magis, quo cõuexus minus:

minus: plus enim ſpirituum ita emittit, ex maiore ſuperficie plana, & obiectorum ſenſus fit maior atq; amplior.

IN LIB. XI. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. I.

Eis ἄνω κορώνην περαινομένη.) Κορώνη apud Græcos multa ſignificat: interpres extremitatem uertit: Hippocrati in libro de fracturis, κορῶναι etiam dicuntur. Suprà pariter libro ſecundo, quòd περιφερεῖς, id eſt, rotundæ eſſent, uocem hãc accepiſſe dixerat.

CAP. II.

Καὶ τοὺς λυκοδόντας μικρούς.) Lego κυνόδοντας: tametſi dici etiam lupini dentes ijdem poſsint: figura eadem magnitudo maior.

Ἀλλ' ὥσπερ κατ' ἀρχὰς ἐδείχθη, λόγῳ καὶ χερσί. Sed quemadmodum demonſtratum initio fuit, ratione & manibus.) Libro omniũ primo: quo, nomine ratio rationũ λόγος instrumentum inſtrumentorũ dici χεὶρ meruit. His pollet homo quibus reliqua omnia ſupat: agẽdorũ, faciẽdorũq; rationib. & iudicio, atq; artificiorũ uarietatib. exactiſsime fabricatorũ. breuiter, altero, ſũma animi dote, altero, corporis.

Ὡς καὶ τοῦτ' ὑπ' Ἀριστοτέλους ὀρθῶς ἀποδέδεικται. Sicuti hoc quoq; rectè ab Ariſtotele demonſtratum fuit) In de hiſtoria animalium octauo, inter libri principia.

CAP. III.

Εἰ τοίνυν ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε. Quòd ſi igitur, ut Hippocrates dicebat.) Libro de humoribus leguntur in hunc modum uerba hæc: τὰ ἐγγὺς καὶ τὰ κοινὰ πονεῖ τοῖς λυμασι, πρῶτα καὶ μάλιστα κακοῦται.

Διὰ τοῦθ' οὖν καὶ Ἱπποκράτης μὲν ὀρθῶς. Igitur ob hoc & Hippocrates quidem rectè.) Ex libro de Articulis commentariorum Galenicorum ſecundo, hoc modo legentur hæc rectius: Ἢ δὲ αἱ πληγαὶ καίριοι καὶ ναρῶσαι αἱ κροταφίτιδες γίνονται.

CAP. V.

Οὔτε τὸν στόμαχον. Neq; uerò ſtomachum.) Στόμαχος proprio hîc ſignificato accipit Galenus, hoc eſt gulam.

Οὔτε ἀρτηριῶν μήτε φλεβῶν) Addendum ἤ ut ſit: ἤ μήτ' ἀρτηριῶν: aut neq; arteriarum particips eſſe caput.

CAP. VII.

Τὸ ἄνω ποταμῶν.) Prouerbium deſumptum ex rebus, quæ inuerſo & præpoſtero ordine procedunt, atq; quũ, ut Euripedis interpres ait in Medea, ἀνεστραμμένα ταῦτα τὰ πράγματα: ueluti conuerſæ ſunt res. Nõ diſsimile illud: iungentur iam Gryphes equis.

CAP. VIII.

Ὀξεῖς καὶ πλατεῖς. Acutos & latos) Qũ fieri id poteſt dicat aliquis ut eadem in parte acuti ſint & lati? At fieri poteſt hoc pacto: ut quemadmodũ enſis, aut cultelli aciẽ eandẽ acutã & in longũ extẽſam intelligimus, ita inciſorios dẽtes, acutos ac latos intelligamus, nõ utrumq; ad latus, ſed ad dentiũ ordinẽ utrinq;.

Σκληροὶ δὲ τ.. Lege, σκληροὶ δὲ μή.

Ἀλλ' ἴσως ἐστὶ τοῦτο σύμπαν τὸ σοφῶς ὅτι κατὰ ἀγαθὴν τύχην ἐγένετο. Verùm fac cuncta hæc quoq; ſapienter adeò bona quadã fortuna facta fuiſſe.) Quomodo ſapienter & à fortuna? pugnant enim fortuita ſapientiæ. Sed hoc dicit: demus ut horum omnium quæ fortuitò fieri creduntur, tam bona aliquando fuiſſe fortuna dicatur, ut ſapienter egiſſe uideri alicui poſsit.

Ἠπίστατο γὰρ οἶμαι καίτοι νοῦν οὐκ ἔχουσα. Nouerat enim opinor quãuis mente carens.) Rurſus eadẽ implicatio. Etenim quomodo mentẽ non habẽs ſcit? Igitur deſtruentis fortunæ opus in naturæ artificio uerba hæc ſunt, ac mẽtis opera oſtendẽtis, ſicuti paulò antè ſapiẽtiæ: & q quaſi ironico quodã modo cũcta hæc ptractet. Exagitat aũt hoc quidẽ potiſsimũ in loco atomos, quippe manifeſta in re, nec quæ plurimũ habere artificij negari poſsit, niſi à maxime refractarijs

καίτοιγε οὐχ οὕτως ὑπαρχουσῶν τῶν γενύων ἑκατέρων. Quum tamen nõ ita ſint maxilla utraq;.) Maior quippe multo ſuperior.

CAP. IX.

Τὴν ἀλκὴν οὐκ ἐκ τῆς τοῦ σώματος ῥώμης, ἀλλ' ἐκ τῆς σοφίας ἔχον. Fortitudinẽ nõ ex corporis robore,

robore, sed ex sapientia habiturum.) Et habiturum tamen corpus sapientis animæ officijs deseruiens, & conuenientibus artificijs cõuenientissimam instrumentorum instrumentum omnium manum, qua fortissima quæq; uincens animalia persequatur, fabricatis sibi instrumẽtis Prærogatiua hominis sunt uires nõ corporis, sed mentis & animæ. Hoc sibi uult locus is.

CAP. X.

πῶς ἂν ἡμέτερον ἦν ἔργον τὸ μασᾶσθαι. *Quomodo quæso nostrum esset opus masticatio.*) Quippe quam iuuari maximè lingua paulo antè scriptum sit, reque ipsa experimur ita esse: linguæ nanque inprimis auxilio, cibũ in ore pro arbitrio nostro quo uolumus impellẽtis, uersamus, masticamusque siue mandimus, & mãducamus: quæ cibi commansio est, siue comminutio in ore facta.

CAP. XI.

ὡς εἰς μέγεθος, καὶ κάλλος αὐτῇ συντελεῖ. *Quod ad magnitudinem & pulchritudinem eius conferat.*) Maior redditur uox gurgulionis usu, quia feriente eo, tanquam plectro exauditur melius: pulchrior autem & elegãtior, quia modulata magis, ac sonora argumẽto maximo, quôd qui eo carent, nec exaudiri facilè, nec nisi audientium fastidio percipi possunt, & perspicui nihil loquuntur.

τὸ πρῶτον τῇ τάξει. *Ordine primum.*) Primùm enim occurrit aeri extrinsecus, quem inspiratum recipiat.

ταῖς δυοῖν ταῖς ἔμπροσθεν εἰρημέναις. *Duabus prius dictis.*) Augendæ, formandæque eleganter uoci, & frigidioris aeris incursibus prohibendis.

CAP. XII.

οὐ μόνον ἀποκωλύσεις.) Addendum οὐ, ita οὐ μόνον οὐκ ἀποκωλύσεις.

Ἀριανὸς οὗτος ὁ ῥωμαίων ὕπατος. *Arianus is Romanorum consul.*) Quis fuerit Arianus is, ex Dione scietur.

ὀλίγον ἢ οὐδ' ὅλως κινεῖται τοῖς ἀνθρώποις ἢ βραχεῖαν τινὰ καὶ ἀμυδρὰν ἔχει τὴν κί[ne]σιν. *Itaq; hominibus parum uel nihil mouentur, aut exiguam quandam & obscuram habẽt motionem.*) Prout magis minusque tendentes eo musculi auris fortè partem [at]tingunt, præter communem ex peculiari aliqua conformatione facto hoc: at uerò quum membrana inibi ab apposita musculorũ carne fibras accipit, qu[a]re mouere parum atque obscurè partes eas possit. Hãc enim quoque causam po[ne]re, cur non solum aures, sed etiam dorsi cutis in quibusdam moueri interdum uisa sit, ut in asinis equisque semper.

CAP. XIII.

κατὰ τὸ τῶν ἐπικλέθρων) κλεῖθρον claustrum est: ἐπίκλειθρον, quod claustr[o] additur, aut imponitur, ornamenti gratia.

καὶ μάλιστ' ἀνθρώπων. *Ac maximè hominum.*) Minimè quidem, ut contemptus alijs, homini maximum omnium ornatum tributum à natura fuisse credamus: nam muscæ, formicæ, elephanto, maximus quoque ut tribui maior nõ potuerit, tributus fuit, naturæ illorũ conuenientissimus, sicuti homini suus & cõgruens inprimis: qui quidem statim omnium ornatissimus, atque elegantissimus futurus erat, scilicet pro animæ dignitate, quæ inhabitaret.

καὶ ὡς τῇ μὲν κατασκευῇ, καὶ γενέσει τῇ κατὰ τὸ μόριον, ἡ ἐνέργεια προτέρα τῆς δ' α[ξίας ἕνεκα] προτέρα μὲν ἡ χρεία, δευτέρα δ' ἡ ἐνέργεια. *Tum quod constitutione quidem siue compositione, & generatione partis actio, siue functio prior est: dignitate uerò prior usus, p[os]terior actio.*) Oculi (exempli causa) actio, seu functio uisio est: in hanc oc[uli] p[ar]ticulæ omnes tendunt: ad hoc generantur à natura, cõstituuntur, fiunt. I[d]cir[co] hoc nomine actio potior & prior est, quippe cuius causa partes singulæ constituantur, construanturque. At eadem postmodum actio utiliter deinde ed[itur], hoc est ad usum semper aliquem & commoditatem utilem: actionum [itaque] ac functionum talium finis omnium utilitas, ususque aliquis, animali conferen[s] uel ad totum uel ad partem: finis porrò omnis, ijs quę ante finem, dignior semper haberi & potior debet. Ita sanè hac ratione χρεία dignitate prior, ἐνέργεια posterior,

sterior, si quidem actiones cum usibus suis conferantur, non cum partium usu qui dignitate & actionibus, & actionum usu posterior haberi debet: id, quod ultimo operis huiusce libro dicetur à Galeno.

C A P. XIIII.

δέδεικται δὲ καὶ ὅτι τὸ ἀληθινὸν κάλλος εἰς τὸ τῆς χρείας ἀναφέρεται κατόρθωμα. *Demonstratum autem fuit, & quòd uera pulchritudo ad utilitatis refertur, rectè factum.*) κατόρθωμα Stoicorum officium est, quod adhiberi actioni omni uolunt. At transferri ad alia potest: ut & artificij alicuius κατόρθωμα dicatur; domus puta, si rectè exædificata & concinnè fuerit. Tanto magis naturę κατορθώματα erunt, fabricatarum partium ad usus suos, si nihil aberratũ in his fuerit. Hos usus quibus nihil ad perfectionem deest, natiua statim sequitur, ac uera necessariò partiũ pulchritudo, qui illarum sit exactus, atq; exquisitus commensus quidam. At esse eiusmodi nequeat, nisi unà & usus optimus sit: uitiatus quippe usus uitiatam aliquo tandem pacto partẽ sequitur necessariò, proinde & statim deformitas. Itaq; usum pariter rectũ uerumq; uera sequetur partiũ pulchritudo: sunt enim omnino simul: ut affabrè inprimis extructa domus, quę usui magno sit, utique eadem pulchra semper habebitur. Sic quidem uera pulchritudo ad usus refertur. Κατόρθωμα rectitudinẽ dixerimus, ac si liceat perfectitudinem: ut plus hæc sit, quàm perfectio: quę quidem perficiundæ, atq; inchoatæ actionem illa perfectæ iam atq; absolutæ rei essentiam significet. Veram autem dixit pulchritudinem, fucatam excludens, usus nullius argumentũ, contraq; uitiosæ plerunq; partis notam: quippe nõ fucaretur pars, nisi egens ueræ pulchritudinis: at huius defectus, deesse parti omnino aliquid, eoq; & rectũ usum significabat. Itaq; ad partis usum perfectum bonumq; minimè omnium referri fucata pulchritudo debebit. Ex quo planè fit, ut uerum ac legitimum medicum cosmotice pars non deceat: cui quidem rectus atq; absolutus partis usus habẽdus semper præ oculis sit, quem sequatur, minimè uerò uitiatus.

ἀλλὰ μόνας δὴ ταύτας τε, καὶ τὰς ἐπὶ βλεφάροις ἴσον ἀεὶ διαφυλαττούσας τὸ μέγεθος ἀπειργάσατο. *Sed hos solum atque eos qui in palpebris sunt, eandem semper cõseruantes magnitudinem fecit.*) Potissimum quidẽ palpebrarum: nam superciliorum pili in senectute producuntur, neq; adeo tamen in longũ, ut propterea obesse uisioni possint. Subest autẽ causa cur prolongẽtur ab Aristotele dicta in problematis.

Ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ ἅμα γε τὸ τῆς χρείας διττὸν ἦν. *In illis enim simul duplex usus erat.*) Quinimò crassiorum excrementorum absumptionẽ in usum operimẽti uertit natura hîc intus eadem opera, forisq; corporibus cõsulens: maiore quidem utilitate intrinseca, magisq; necessaria, at extrinseca multiplici magis, quã uariari cõtingebat pro ætatum, anni temporum, regionum, corporum, constitutionum uarietate.

τὰς δ' ἀποστέγειν ἐχρῆν. *Hos autem tegendo defensare.*) Superciliorũ nimirũ pilos.

Καὶ βέλτιον οὕτως ἢ ὡς Ἐπίκουρος. *Ac melius hoc quàm quo Epicurus modo*) Quò quidem melius est, prouidẽtiam Dei fateri quoquo modo, quàm temeritatem inuehere & fortuita omnia facere.

ἠδ' εὐθὺς κεκόσμηται. *Atq; illico ornata ea est.*) Quale illud: Dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt.

Ἀλλ' οὐ φαλακροῦνται ῥᾳδίως. *Sed non caluescunt facile.*) Quia radicantur ualide capilli, hærentq; fortiter, & constringuntur: id, quod in præcedenti hũc uersũ dixerat: ἐρρίζωται κρατεῖ τε σφίγγεται: quamuis bene sicca cutis eorum sit, propter quod calui fieri deberent, at non fiunt ob id.

C A P. XVII.

Ἐπί τε γὰρ ταῖς ἀθροωτέραις εἰσπνοαῖς, ὡσαύτως δὲ καὶ ταῖς ἐκφυσήσεσιν. *Nam & in paulo magis urgentibus inspirationibus & efflationibus.*) In utrisq; quidem, quantũ fieri potest, necessariò uasi alæ diducuntur, ut ingressus & exitus aeri latè pateat, quod absq; musculorum auxilio fieri nequiret.

Εἰ μή τις ἤδη καὶ καθ' ἑαυτὸν λογίζεσθαι δύναται. *Nisi quis iam per seipsum ratiocinari ualeat.*) Voluntarius motus, qui in potestate nostra est, tunc tantum accersendus, quum opus fuerit, accedit'q; uoluntas: at arteriarum, cordisq; motus perpetuus. Non tamen uiolenta asiduè utimur, confertaq; ac densa inspiratione, aut respiratione, quæ ἐκφύσησις est, nempe efflatio, quibus peragendis musculos adhibemus nasi alas mouentes, uoluntarijq; huius motus authores. Cæterùm inspirationis, & respirationis non uiolentæ musculi quoq; aliqui authores sunt, ideoq; uoluntarius habetur eorum omnino motus, assiduus licet, pro ducendi aeris spiritusq; necessitate, sed quem moderari tamē arbitrio nostro liceat: non ut cordis, atq; arteriarum suapte natura agitatarum semper uel nolentibus nobis. Nam inspiratio, & respiratio non animaduertentibus quidem fiunt plurimum, nolentibus nunquam. Hæc qui sciuerit, idem intelliget, nō inconueniens fuisse, ut quum naturalem minimeq; uiolētam respirationem motus authores musculi ederent, uiolentam eadem quoq; causa faceret, musculi nimirum aliqui, uenirentq; auxilio illi alij, ut etiam qui nasi alas mouent.

CAP. XVIII.

Καὶ τὰς ἐν τοῖς λεπιδωτοῖς ἐλέγομεν γεγονέναι συνθέσεις. *Et in squamosis diximus factas fuisse compositiones.*) Suprà libri noni extrema in calce.

Ὥσπερ εἰ τῶν μεγάλων τι πλῆρες ἦν καὶ πυκνόν. *Sicuti si & magnorum aliquod plenum esset, ac densum.*) Plenum intelligo substātia ossea per totum: nam medulla plena, refertaq; ex magnis multa sunt. Interpres sine sinu, uertit: rectè & uerborum sensum assequutus: sed ultra interpretandi munus progressus in hoc.

Ὁ λέων ἀμύελα πάντ' ἔχειν πιστεύεται. *Leo sine medulla cuncta habere creditur.*) Falsò: habet enim licet exiguam, quod Galenus quoque mox admonet, uidimusq; ipsi nos. In eum igitur modum accipiendum hoc, ut quum ἀτράχηλον aliquem dicimus, uel ἄφωνον exiguo uidelicet, exiliúe collo, aut uoce.

Οὐ γὰρ ᾗ ζῷον πάντως δυσπαθές, ἀλλ' ᾗ ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον. *Neq; enim quatenus animal ægrè patitur, sed quatenus ex seipso mouetur.*) Pro confesso apud omnes & indubitato arripuit, quod apud quosdam controuersum est: sentiendiúe uis animal constituat, an seipsum mouendi potius. Mouendi magis credimus, quādo quę ζωόφυτα dicuntur, in quibus primum inest animalis naturæ rudimētum minus obscurè mouentur, quàm sentiant. Quamuis alia ex parte nobis medicis aliter dicendum sentiendumq; uideatur, sentiendi ęquè ac mouendi principia in cerebro, uel quod cerebrum referat, ponentibus: quæ fluere inde & eisdem temporum initijs æqualiter possint: ut si alterum ex his, illico imò simul atq; eodē tempore momentoq; adfuturum quoq; sit alterū. Quod ut ita sit, at motus tamen magis detegitur, seseq; ostendit.

Καὶ μέντοι καὶ ὡς οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ παχύτερος ὁ μυελὸς τοῦ κατὰ τὰς σήραγγας χυμοῦ. *Et quidem quòd mirari non oporteat, si crassior sit medulla, quàm qui in cauernulis est humor.*) Vtiq; crassius oportuit esse alimentum crassioris, ac densioris ossis: hac fini crassior est medulla maiorum ossium. Fit autē crassior, ob longiorem inibi temporis moram, & simul ob plusculum calorem partis, intra crassiores parietes conclusum, eoq; minus exhalatum ut magis quoq; resiccet, ac crassius proinde faciat.

Τὸ μὲν ἑνοῦν ἀλλήλοις τἀναντία κατέγνω. *Vnire quidem inuicem contraria despexit.*) Hoc est unum facere, ac commiscere simul, atq; adducere in idem noluit, at illorum tamen extrema copulauit, chartilaginibus, tanquam glutino, & copula quadam inter se coniuncta.

Ἀφαιρεθείσης γὰρ τῆς ἑτέρας χρείας. *Ablata nanq; utilitate altera.*) Quæ mouendi erat, propter quam inferior maxilla caua cauernosaq; facta fuit, ut eam tēporales musculi mouere facilius possent.

CAP. XIX.

Σύγκειται γὰρ ἐξ ἀνομοίων ὀστῶν ταῖς οὐσίαις, ὅτι καὶ ταῖς χρείαις. *Componitur enim ex diuersis*

diuersis substantia ossibus, quoniam & usibus.) Inferiorem maxillam constitui ex ossibus ait diuersæ substantiæ, non quidem ipsius inter se, sed à superioris ossibus substantia diuersis, eo quòd usus pariter essent diuersi, ad motum scilicet aptè facta altera, quem edit, altera non itidem.

ἑβδομον δ' ἐπὶ τούτοις. *Septimū uerò ad hæc.*) Septimum fuerit palati os ita: Bregmatis, siue sincipitis ossa duo, frontis unum, occipitis unum, temporum duo, palati unum quod est septimum.

IN LIB. XII. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. II.

Καὶ μὴν καὶ τοῦτ' ἀκούεις ὑφ' ἱπποκράτους λεγόμενον. *Et quidē hoc quoq; audis ab Hippocrate dictum.*) Aphoris. sectione sexta: & de Articulis, commentariorum primo.

CAP. III.

Τοῦ μὲν νεύρου τότε παρὰ τοῦ λογισμοῦ πρόσταγμα διακομίζοντος, καὶ τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν ἐνδιδόντος. *Neruo quidem & rationis iussa deferente, & motionis principium exhibente.*) Quod substātiæ corporeæ ne, puta spiritosæ, an incorporeę instar luminis demissione eueniat, ambigi potest. Actionis celeritas, qua temporum momentis singulis iussa mouētur membra incorpoream potius arguerint: cæterùm & continua spirituosæ substantiæ esse delatio, transmissioq; è cerebro potest, quæ ad manus, & in promptu semper sit, uolūtatis iussa exequens. Pro ratione, hoc quidem loco uoluntatem accipio, & animi nostri potestatem qua ad agendum monemur, faciendumúe, cogitationes, cōsiderationesq; nostras aliquas bonas prauasúe sequuti, qui λογισμοὶ sunt, λογισμὸν autem scripsit Galenus, non λόγον: ut uertendum propterea ratione non fuerit: neq; enim rationis semper rectæ imperia motus corporis nostri faciunt: at rationis nomen absolutè prolatum rectè fuerit.

Καὶ τοῖς πιλητοῖς κτήμασιν.) Filtris, & penicillis, uertit interpres: eruditiores coactilia dici debere contendunt hęc, nō incongruè ut opinor, quòd πίλησις constrictio sit, & πιλέω constringo, unde πιλητὰ coactilia, quòd simul adstricta cogantur, & coagmententur. Filtra quidem uulgò dicūtur, uoce non benè Latina quantum memini, hac certè significatione, nō autem sunt ista poetę pallentia illa philtra, sed huiusmodi parum sanè ad rem nostram fecerint.

Ὅπως τε καὶ κρύους καὶ θάλπους ἴαμα. *Quoq; modo frigoris, & caloris remedium fit.*) Frigus arcet caro operiens ac munimentum præstans: caloris squallorem, & siccitatem demit balnei exemplo, æstatis caloribus refrigerantis, atq; egregiè humectantis operis huiusce libro primo, capite decimotertio. Verùm hoc loco mox addetur, quod omissum ibi fuerat: σκιάζοντος ἐν θάλπει: calore inumbrās σκιάζων, uelut umbram porrigens, uel umbraculum, quo nomine calores arcet, non factos minuit, ut balneum.

Οὔκουν οὐδ' ἐνταῦθα κατὰ τοῦτ' αὐτό τις ἐγκαλέσει τὸν κοινὸν λόγον διελθοῦσιν ἡμῖν. *Quocirca ne de eo quidem nos deprehenderit aliquis, quod communem super hoc sermonem percurrerimus.*) Si quid afferendum in uniuersum de re aliqua est dicendumúe aut docendum, exempla statuenda semper rei illius illustria sunt: nam & melius docentur res & memoriæ felicius commendantur. Communem igitur de articulorum in mouendo securitate sermonem instituens Galenus primarum colli uertebrarum, quæ capitis articulum faciunt, exemplo docuit, quanta sit securitatis ratio in eo necessaria.

CAP. IIII.

Καὶ τὰς παρ' ἴσως εἰς αὐτόν.) Locus omnino corruptus, mancusq; nec qui nisi castigatiorum exemplarium beneficio restitui possit: quem tamē minimè omnium deprauatum esse oportebat, propter rationalis animæ mentionē, de qua

colligi hinc fortasse potuisset aliquid. Interpres semen dixit, cuius ne syllabi quidem ulla hic: & παρέσεις omisit, quæ resolutiones & remissiones sunt: ut aliquid de neruorum resolutione scriptum fortè fortuna suspicari liceat.

πρώτης μὲν καὶ μάλιστα κινήσεως, ἔπειτα ταύτῃ δ' αἰσθήσεως. *Primum quidem ac maximè motum, post hunc autem & sensum.*) Subscribit priori sententiæ superiore libro dictæ: γὰρ ἡ ζῶον πάντως δυνατὸν, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον. Quo loco maiori quoque usui esse animalibus motum dixit, tanquam qui ex substantia illorum sit. χρησιμώτερον δ' ἐστὶ inquit, τοῖς ζώοις ἡ κίνησις ὡς ἂν καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτῶν ὑπάρχουσα. Dignitate igitur & cõmendatiõne prior iudicandus in animalibus motus quàm sensus, non tempore.

CAP. VI.

μήτ' Ἀναξαγόρας. *Neque Anaxagora.*) Cum Diagora & Epicuro quare Anaxagoram numerarit non uideo: quippe qui νοῦν, mentem nimirum rerum causam inuexerit primus, ut ideo prouidẽtiam simul posuisse uideri posit minimè τοῖος. Nisi uerò pro Anaxagora, Protagorã legamus: is enim quoque quòd Deos esse dubitaret, in exiliũ actus ab Atheniensibus esse dicitur, exustis insuper in concione eius libris.

CAP. VII.

διὰ ταύτης μὲν γὰρ ἔμελλεν ἐπινεύειν τε, καὶ ἀνανεύειν. *Hac enim quidem & annuere, & abnuere debebat.*) Hoc est deprimendum, & attollendum caput fuerat. Cæterùm diuersa sensere de his tempestatis nostræ anatomici, & tradidere.

καὶ ὁ Ἱπποκράτης οὕτως ὠνόμασεν. *Atque Hippocrates ita nominauit.*) Secundi Epidemiorũ libri sectione secũda, sic ait: ἣν δὲ ἡ κατωτέρω τινὶ τὸ ὀδόντος καλεόμενον ὀστ.

πρὸς τὴν ἐκτὸς ἔχουσα εὐρυχωρία.) τὴν ἐντὸς, legendũ esse cõtenderim hoc pacto: ad internam capacitatem habẽtia. Nam si cauitatum labia externa altiora ideo facta interna uerò depressiora, ac ueluti effluuium quoddam habẽtia Galenus censuit, ne ingressæ conuexitates foras paulò magis commotæ excidant: effluuium id ἐκρέοι, siue ἔκρουν id est effluxio, intro spectet, uergatque necessariũ profectò fuerit. Sic enim mox scribitur à Galeno: εἰ καὶ παραλλάξειεν ποτὲ βραχύ τι μὴ πρὸς τὸ ἐκτὸς ἀποχωρεῖ.

μὴ ὅτι καὶ ταῦτα τέχνης μόνον, ἀλλὰ καὶ θαυμαστῆς τινὸς ἔχεσθαι δοκεῖ προνοίας. *Videntur hæc non artis modò sed admirandæ etiam cuiusdam esse prouidentiæ.*) Nõ quæuis ars cum prouidentia est: satisque fuerit illarũ plurimis si opus suum unaquæque quod ad artificij rationes attinet, integrum atque absolutum repræsentet. At naturæ opera, præterquam quòd exactè artificiosa spectantur, nihil ut omnino desit, unusque omnium ea reprehendere ausus fuerit Momus, sed ineptè semper & ridiculè etiam magnæ, atque admirabilis prouidentiæ elucent in illis argumenta, ob ingẽtes usus, qui partibus singulis insunt, exquisiti. Igitur maxima in naturæ operibus omnibus cum artificio prouidẽtia. Qua gratia Medicina quoque commendationis nõ parum accepit, τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν, ait Hippocrates. Quanquam hoc ex aliqua parte aliud sit.

CAP. VIII.

οὐδὲ γὰρ ἱκανῶς ἐκτυπῶσαι λόγος οὐδεὶς οὕτως ἀκριβῶς οὐδὲν τῶν φαινομένων ὡς ἁφὴ καὶ ὄψις. *Neque enim oratio unquam ulla tam exquisitè, satisque effingere apparentium quicquam possit, quàm tactus, aut uisus.*) Quomodo nanque sensuũ obiecta repræsentarit, exactè satis ratio unquã ulla aut sermo uel effingere expressa queat: sicuti e diuerso nec rationis quidem uel orationis propria sensus unquam ullus assequetur: multoque sanè minus hoc.

Καὶ ὡς σπανίου δεῖ ἡ ἐγκαρσίας ἢ λοξὰς εὑρεῖν ἶνας ὡς πρὸς τὸ μῆκος ὅλου τοῦ μυός. *Quodque, rarò euenit, ut transuersæ uel obliquæ inueniantur fibræ, ut ad musculi totius longitudinem*) De spinalibus musculis mox dicetur, quòd fibris præditi sint obliquis.

CAP. X.

οὔτ' ἐξαρθρῆσαι ἢ παραρθρῆσαι δυναμένης αὐτ. *Quũ neque luxari, neque distorqueri posset.*) Sic interpres, et quidẽ rectè, si ἐξαρθρῆσαι, pro integra atque ex toto facta luxatiõe accipiatur,

piatur παραρθρῆσαι autem pro mediocri imperfectaq;. Vulgo quidem quoq; dislocatum articulum, quasi extra locũ suum prorsus electum dicimus, de luxatione tota: distortum aut contortum quum non in totum quod etiam sinistratum dicunt. Illud, q melius notat, quòd extra sedem iam suam sit: hoc παρὰ quòd non egressum omnino, sed sedi adhuc suæ appositum iuxtaq; ac propè. Hanc haud ita multò supra ἔγκλισιν uocauit: μὴ ὅτι μεγάλης ἐξαρθρήσεως, ἀλλ' οὐδὲ τῆς τυχούσης ἐγκλίσεως: inclinationis cuiusuis.

Ὥσπερ δ' ἡ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν τοῦ ζώου, τὸ κινεῖσθαι μάλιστα ἦν. *Quapropter quũ secundum animalis substantiam maximè sit moueri.*) Iam tertiò repetitum habemus hoc à Galeno hoc eodem opere: animalis essentiam siue substantiam cõstitui maximè atq; inprimis motu. maximè dixit nũc suprà motu magis, quàm sensu dixerat: eadem significatione de ipsius quidem sententia.

προτέραν μὲν ἀξιώματι τὴν ἐνέργειαν, δευτέραν δ' ἐπ' αὐτῇ τὴν ἀσφάλειαν, ὡς δὲ τὸ τῆς ὑγείας διαρκὲς ἡγουμένην μὲν τὴν ἀσφάλειαν, ἑπομένην δὲ τὴν ἐνέργειαν. *Priorem quidẽ dignitate actionem, posteriorem autẽ ab hac securitatem: ad sanitatis uerò permansionem anteire securitatem, sequi actionem.*) Superiore libro actio, & utilitas, ἐνέργεια καὶ χρεία, quo modo altera altera prior, posteriorúe esset, mutuò inter se comparatæ edocti à Galeno fuimus. Hîc autem simul acceptæ duæ hæ cum securitate comparãtur, ut sciremus potiorem esse actionis rationem dignitate, quàm securitatis. Etenim in fabricãdis corporis partibus natura actiones functionesq; illarum primò intendit: tum ut tutæ, & securæ hæ sint Manum, uerbi gratia fabricatur, ut apprehendat: tũ ut tutò ac securè munere hoc suo fungatur. Actionum nanque principium omnium anima est, à qua uita, quam ipsam actiones commendant, nomenq; sæpè illi conciliant suum: ut quum urbanam aut rusticam fortè uitam dicimus, quam quidem urbanæ aut rusticæ actiones faciant. Hac ratione dignior omnino actio, quoniam & uita, ut quam præterea primo loco natura intẽdat, mox ut tuta & secura reddatur actio, quoad eius fieri potest. Qua rursus ratione priores partes obtinet securitas, sequitur actio, quippe cuius parte ex aliqua posthabeatur consideratio, ut securitas actioni adliget, hæcq; illam quasi comitetur. In multis enim corporis articulus, nisi securitatis habita fuisset ratio plures prodijssent motus actionesq; ac uariæ magis: sed eæ non ita tutæ, ac securæ futuræ fuerant. Atq; has sibi partes sumpsit, finemq; hunc spectare primò dicetur medicus: securitatem scilicet actionum functionumúe, quas semper integras atq; expeditas esse cupit, tutasq; & permanentes, in hoc quoq; naturæ minister factus, ut (siquidem accommodare rationibus his exemplum liceat) quas accepit in corporibus humanis à natura, cõstitutas iã actiones functionesq; illæsas seruet, ex parte meliore medicinæ mendæ sanitati dicata, aut læsas ad statũ naturalem suum reuocet parte ex alia, quã therapeuticen dicimus. Iccirco medicus duplici licet ex parte hac unicam tamen semper quam intueatur, etenim & in quam oculos, tanquam in scopum figat, habet: sanitatem primò custoditam hanc & inoffensam inoffensæ protinus sequũtur quoq; actiones, hoc est uita, quod quidẽ ad corporales functiones attinet, ex medici officio custodita, & defensa. Nã uitam eandẽ aliæ quædam artes, alijs quibusdã officijs atq; artificijs defensam cõseruant, suis quæq;: ut nauicularia, ut militaris: quarum utraq; diuersè ab imminentibus periculis uitam nostram tuentur, sæpè etiam eisdẽ implicitam explicãt, atq; expediunt: hoc quoq; pacto utramq; partem nostræ artis referentes: sanitatis præsentis tuendæ, amissæ, uel certè læsæ, reuocandæ: ut quædam præterea aliæ eiusdem propè conditionis artes. Hocq; totum de actionibus dico corporalibus: nam quæ animæ sunt, eas sibi conseruandas aut emendandas, corrigendasq; quum uitiatæ fuerint, uendicauit artium omnium & scientiarum præclarissima & nobilissima philosophia perturbationes dico, quæ animorum παθήματα sunt & errata, quæ ἁμαρτήματα. Sanè qua parte philosophiæ auxilium expectant ista:

nā & medicina ſuppetias ferre his ſuas poteſt non paruas, uel ex eo ut ſit mens ſana in corpore ſano.

C A P. XII.

τὸ δ' ὑφ' ἱπποκράτους λεγόμενον. *Quod autem ab Hippocrate dicitur.*) Libro de Articulis: commentariorum autem Galeni tertio, & alicubi quarto.

C A P. XIII.

ὡς καὶ τοῦτ' ἐπὶ προϊόντι τῷ λόγῳ δειχθήσεται. *Quemadmodum hoc quoq; in orationis progreſſu monſtrabitur.*) Infrà quintidecimi capitis ad finem.

C A P. XIIII.

τὸ δὲ μήτε τὰς ἄλλας ἀποφύσεις ἔχειν ὥσπερ οἱ λοιποί. *Quòd uero neq; proceſſus alios habeant, ut reliqui.*) Rectè ἄλλας legendum non ἁπλᾶς, ut quidam ſcribunt: uerè nanq; non ut reliquæ proceſſus duos obtinent, colli uertebræ, ſed ſimplices, & breues. Itaq; aut ἄλλας legendum aut auferenda negatio. Inſequentis enim libri initio ita ait, quum de his ageret: τοῖς μὲν προμήκεις γενέσθαι τὰς ἀποφύσεις, καὶ διττάς, τοῖς δ' ἁπλᾶς τε, καὶ βραχείας.

C A P. XV.

οὐ μόνον τὴν τέχνην ἀλλὰ καὶ τὴν δικαιοσύνην ἐπαινέσεις τῆς φύσεως. *Non modò artificium uerumetiam iuſticiam commendaueris naturæ.*) Artificium ſiue artē, quòd tam tutò neruorum origines progreſſusq; in partes corporis protendātur, ut neq; premi illos neq; contundi, neq; diſrumpi contingat: iuſtitiam quòd ſua cuiq; portio diſtributa parti fuerit, ſua moles, ut mox dicetur. Quæ uirtutes quanquam diuiſæ inter ſe ſint, hîc tamen eodem in opere, atq; etiam opera eadem ſpectantur.

ὃς οἷον κορυφή τις ἔμελλεν ἔσεσθαι τοῦ ψαλιδίου. *Qui tanquam uertex futurus erat fornicis.*) Summo quidem loco in concameratione omni, arcuatoq; opere, inſigi ab ædificandi peritis lapidem quaſi clauum uidemus partes omnes continentem amplexu æquali. Atq; hoc eſt, quod paulò antè dixerat ſe dicturum.

C A P. XVI.

δι' ἣν ἔμπροσθεν ἐλέγομεν αἰτίαν. *Ob quam anteà dicebamus cauſam.*) Nimirum ut fornicis cuiuſdam inſtar fiat, δεύτερα in Græco exemplari præcedente hūc uerſu poſitum eradendum: nihil enim ſignificat hoc quidem loco.

ὡς ἱπποκράτης ὠνόμασεν. *Vt Hippocrates nominauit.*) In libro de Articulis: Galenicæ uerò expoſitionis tertio, ſic habet: ἐνδέονται πρὸς ἀλλήλας δεσμῷ μυξώδει καὶ νευρώδει ἀπὸ χόνδρων ἀποπεφυκότι ἄχρι πρὸς τὸν νωτιαῖον.

IN LIB. XIII. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

C A P. II.

ΟΔ' ἐφεξῆς αὐτοῦ ἵκαστος.) Lego, δέκατος paulo enim antè dixerat: οἱ μὲν γὰρ ἄνωθεν οἱ ἐννέα.

C A P. V.

ἐκ μὲν γὰρ τῶν πλαγίων ἀδύνατον ἦν διὰ τὴν ἐπὶ τοῦ πρώτου λελεγμένην αἰτίαν. *Igitur à lateribus fieri haud poterat, ob cauſam de primo dictam.*) Eo quòd & motus uehemens illius eſt, & poſitionem ualdè diuerſam habeat: & quæ paulo antè ſuperiore capite dicta de hoc fuere.

καθὸ τοίνυν μόνον ἀδύνατον.) Reponendum ἦν δυνατόν. Qua igitur parte fieri primum potuit.

ὀπίσω τῶν νώτων.) Nemo non uidet, ὤτων legendum: ſecus aures, ſiue retrò.

C A P. VIII.

διότι δ' αὖ πάλιν οὐδεμία μὲν ἐπιφανὴς ὑπάρχει κίνησις. *Rurſus quia nullus euidēs quidem exiſtit motus.*) Quaſi occultus, latensq; eſſe aliquis poſsit motus, prolatum fuiſſe uidetur hoc de capitis oſsibus.

C A P. IX.

τοῖς μεγάλοις δ' οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῖς θρέψουσιν αἰτίοις ὑπηρετήσοντα δέοντως ἡ φύσις ἐπεχείρησε.) Pro αἰτίοις, reponendum ἀγγείοις. Vaſa autem intelligit ea, de

quibus

quibus paulò ante, superioribus uersibus dixerat: in magnis spondylis considerãda foramina tenuia esse, per quæ uasa inseruntur eadem nutrientia.

οἱ μὲν ἐκ τῆς κατὰ τράχηλον νωτιαίου φύονται, ῥωμαλεώτερα γίγνεται. *Quòd igitur ex spinali in collo medulla exorti nerui fortiores fiant.*) Ob cerebri propinquitatem maiorem, qua ratione plus quoq; accipere spirituum possunt, atq; eos ualentiores: simul etiam, si cum ueruis cerebri ipsius substantia exortis conferantur hi, ob siccitatem paulò maiorem robustiores euadent. Practicas autem actiones dixit, non quomodo practicum intellectum dicimus, sed actiones intellexit & functiones, quibus mouetur corpus in præsenti.

CAP. X.

τὰ τῆς ῥάχεως ἑκάτερα.) Interponendum δὲ, ut ita sit: τὰ δὲ τῆς ῥάχεως: Spinæ autem partes utrinq;. Segreganda enim à sententia priore, quæ de processib. spinæ per longitudinem mediam rectis erat, hæc est, quæ latera utrinq; thoracis à scapulis quoq; defensa muniri docet.

CAP. XI.

Ἐπεὶ γὰρ ἀνεστράφθαι ἐχρῆν πρὸς τοὐκτὸς τὰς ὠμοπλάτας. *Quoniam enim cõuerti extertius scapulas necesse erat.*) Vt posteriores thoracis partes munirẽtur: quod modò primam, ac potissimam positionis huius causam esse dixerat.

Καίτοιγε οὐδ' ὅμοιον ἐοικέναι ταύτῃ τοῖς ἀνθρώποις εἰς ὠκύτητα βαδίσεως. *Atqui non opus erat similem esse homini, quod ad gradiendi celeritatem attinet.*) Hoc est: si quidẽ simiam ambulare celeriter, & progredi opus fuisset, minimè similem hõmini factam oportuit in scapulis & thorace, atq; humeri articulo: interpungẽdumq; hic: deinde sequitur periodus altera: ἐπαμφοτερίζει τοιγαροῦν, & reliqua. Hoc annotauimus, quia uidet̃ interpres non assequutus Galeni in his sensum.

CAP. XII.

Τοῦτο γὰρ ἕνεκα καὶ σύμπασα χεὶρ γεγόνει. *Huius namq; causa manus tota facta fuit.*) Quippe apprehendendi instrumentum quoquouersus, parteinq; in omnem moueri facilè debuit, ac circumagi: inprimis quidem hoc: dein & securitatis ratio habetur, quoad licet: iccircò dixit: οὐδ' ἦν αὐτῷ μᾶλλον ἢ τῆς ἀσφαλείας χρεία. Sic nim emendandum, loco ου, reponendum ο, & pro ἡ, ἢ. Referri hæc ad dicta superiore libro possunt, de functionum & usuum mutua inter se comparatione in dignitatis ordine, & axiomate.

CAP. XIII.

τῆς κλειδὸς ἐμπεφυκυῖα.) Lego, ἐκπεφυκυῖα.

Ἀντιτεταγμένος τῷ κατὰ στῆθος.) Lege, τοῖς, ijs, qui in pectore oppositus.

οὕτω μοι νόει τὸν ἑλίσσοντα τὸ κῶλον, ἀνάλογον ἔχειν πολλοῖς ἐφεξῆς τεταγμένοις. *Sic intellige circumuersantem membrum proportione respondere multis deinceps ordine positus.*) Scilicet tunc omnes simul, atq; eodem tempore opus suum exercent musculi, ac laborant.

IN LIB. XIIII. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. II.

Μὴ συγχωρούσης δὲ τῆς ὕλης. *Non concedente uerò materia.*) Ex materia omne malum, ut aiunt Platonici: ex forma bonum. Ita hic quoq;. Materiã porrò accipio secundam elementorum: quæ quum composita conuenerint, contraria interse agentiaq; mutuo & patientia, (à contrarietate nanq; actio) uincant, uincanturq; tandem necesse est, ex quo compositi dissolutio necessaria.

Πόλις μὲν οὖν εὐτυχὴς εἰς τοσοῦτον. *Ciuitas igitur usq; eo felix.*) Conferuntur hoc locò artis & naturæ opera, de permãsiõe diuturna. Vrbis ait, cõditor alicuius bonus, tam in longũ (omniũ licet maximè id cupiat) duraturã nũquã cõdet, ut nõ

antè pereat tamen, quàm conditoris memoria deleatur: hoc est, ut non superstes sit conditoris memoria urbis suæ excidio, felicis futuræ, (quòd quidem ad hoc attinet) si tam diu permaneret, donec conditoris memoria prorsus aboleretur. Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ? ut Pandionis nondũ perierit nobis memoria Athenarum conditoris, uel Thesei, si hunc uolumus, uel Cecropis etiam: Athenæ uerò nobis nullæ supersint. At naturæ opera multis annorum millibus, & durarunt antea & duratura imposterum sunt, ex successione, naturæ ad hoc inuento. Quod quamuis in condendis quoq; urbibus fiat, ut renouandorum ædificiorum continua quadam successione subinde instaurentur urbes, quasiq; rediuiuæ sæpè existant, at immortalitatem non assequentur unquam, ut in animalium speciebus uidemus omnibus, uel paulò minus omnibus: nã species animaliũ quasdam extingui, rectè traditum nobis, ab authoribus nonnullis est. Hæc paulò fusius quod lapsus mihi fuisse uideatur interpres, qui locum hunc ita uerterit: Nulla tamen ciuitas floruisse adeò memoratur, ut non dies ipsa conditoris memoriam deleuerit. Florent ciuitates iudicio meo, quarum conditorum memoriam dies ipsa, tempus quippe longissimum delet, magis, quàm quarum nõ delet, quod fieri in non multo tempore potest ac solet. Florent, inquam quantum quidem ad diuturnitatem, de qua hic agitur, spectat: quamuis Galenus εὐτυχὴς scripserit felix nempè, non florẽs: quod omninò aliud quippiam in consideratione hac sit.

προνοῦνται τῆς τοῦ γένους διαμονῆς. *Prouident, ut permaneat genus.*) Nihil minùs, quàm prouidentia utuntur: sed instinctu ad id feruntur naturæ, excitata, & stimulis exagitata bruta, & quod Galenus hîc dicit, ἐπεγειρόμενα, καὶ κεντριζόμενα. Veluti igitur prouidentia quadam adducerentur, eo hoc faciunt: sed instigata tantùm faciunt, trahunturq; interea ab intelligentia, quæ errare nesciat. Ab instigatione ea instinctus naturæ est, & dicitur. Ex hominibus autem, qui modò bruti non sint, plerīq; & cum deliberatione generi, posteritatiq; ita consulere suæ possunt, atque interea tamen non ignorant, se ad id naturæ instinctu ferri. Quidam etiam id agunt tantum, ut excrementi ex eo nimĳ, proinde & noxĳ molestiam deponant: qualis de Cynico Diogene à Galeno historia refertur, libro de locis affectis quinto. Instigati omnes faciunt, diuersis tamen consilĳs: ratione carentibus animalibus exceptis quorum instinctus tantummodo est quidam.

CAP. III.

τὰ λείποντα τοῖς ὑπ' Ἀριστοτέλους εἰρημένοις προστιθέντων. *Quæ desunt Aristotelis dictis, addentibus.*) In opere de Generatione animalium propè per totum, præcipuè uerò libro primo.

πόρρω τῶν κατὰ τὸ πρόσωπον ὀργάνων ἀπῳκισμένον. *Procul à faciei instrumentis locatum.*) Præsertim uerò ab oculis. Ea propter pudenda dicta loca, partesquẽ eæ, quòd pudor sit uidisse, aut nudasse.

καθάπερ ἐπιδέδεικται δι' ἑτέρων. *Sicuti demonstratum est in alĳs.*) Libris de Semine duobus, rei huic dicatis.

καὶ τῶν κινήσεων ἀπάρξασθαι τῶν φυσικῶν. *Ac motiones inchoare naturalis.*) Illas dicit omnes, de quibus in tribus libris de Facultatibus naturalibus agitur: tũ uerò etiam formatricem priuatim intelligit: ut spiritui illi incluso, cumq; semine unà ingresso cuncta hæc tribuantur, quasi qui nihil aliud, quàm calor innatus ille sit, naturalisq; nostri custos, effictor, conseruator.

CAP. IIII.

οὕτως γοῦν καὶ ἱπποκράτης ἔλεγε. *Ita quidem & Hippocrates dicebat.*) Sectione quinta Aphorismorum: Mulieri utero gerenti, & reliqua.

CAP. V.

ὥσπερ γὰρ οἱ τὰς τῶν πλανωμένων ἀστέρων περιόδους μιμούμενα. *Nam quemadmodum, qui errantium stellarum circuitus imitantur.*) Hæc uno uerbo αὐτόματα dicuntur à Græcis, & ab Aristotele ipso tale quiddam adducitur ad rem ipsam hanc, de Generatione animalium secundo.

Αὐτὸ

CAP. VI.

Αὐτὸ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον γίνεσθαι. *Ipsum muliebre pudendum fieri.* Apparet hinc in muliebri sexu, non quod foris sub oculos euidens ponitur, pudendum dici propriè mulieris debere, sed quod intus ad uteri cauitatis initia positum occultatur: hinc uerò ad extimas usque partes foras extensum collum propriè uteri (iuxta quidem hāc sententiam & cōsiderationem) rectius nominabitur: nam aliàs pudendum dici scio in muliere cunnum ipsum.

Ὡς Ἀριστοτέλης ἐπὶ πλεῖστον ἐδήλωσεν. *Vt Aristoteles pluribus ostendit.*) Quum alibi in libris de Historia animalium non semel, tum uerò inprimis octaui initio in hunc modum scribens: οὕτω δ᾽ ἐκ τῶν ἀψύχων εἰς τὰ ζῷα μετ. βαίνει κατὰ μικρὸν ἡ φύσις, ὥστε τῇ συνεχείᾳ λανθάνειν τὸ μεθόριον αὐτῶν καὶ τὸ μέσον ποτέρων ἐστί. In porrò ab inanimatis ad animalia sensim progreditur natura, ut continuatione occultetur illorum confinium, mediumque utrorum sit. Et alia, quæ sequuntur multa, eodem huc spectantia.

Οἷς οὐ μόνον αἰσθητικὸς ὀργάνων οὐδέν. *Quibus non modo nullum sensus instrumentū est*) Quomodo nullum si tactus sensum habent? utique ergo hunc habent, sed diffusum per corporis partes omnes. Non enim seorsum ab alijs in aliqua corporis parte positum, circumscriptumque sensorium unum aliquod habet tāgendi uis, ut uidendi, audiendi, gustandi, odorandi sensus.

Ὡ θειοτέρου οὐδ᾽ ἐγγίνεται θνητοῦ. *Quã diuinius nihil inest mortali*) Humanum animal ex anima, & corpore compositum mortale est: at rationalis anima è corpore ad sua migrans non mortalis: νοῦς quippe ὁ λόγος, seu λογιστικὸς Galeno quoque hic. Diuina igitur exit de suo domicilio, quod conueniens sibi, aptumque inhabitabat, incola tantum illius facta, ac tandem discessura aliquando.

Ἦν δ᾽ αἰτία τῆς τελειότητος ἡ τῆς θερμότητος ὑπεροχή. *Perfectionis autem causa caliditatis est præstantia.*) ὑπεροχὴν dicere exuperantiam possis: hic ear nihilominus præstantiam quoque & excellentiam dixisse hoc præsertim loco, ubi caloris sine dubio accipienda ὑπεροχὴ: non quidem pro caloris qualitate exuperante, hoc enim nomine multo infrà leonem erit homo quædamque præterea animalia alia ex caloris qualitate tali credita uulgo assiduè febricitare: uerùm eam dixisse uidetur potius, quæ utique calore constat plurimo, sed cum temperamento, cuiusmodi naturalis calor, ac propè cœlestis quidam est. huiusmodi calore cuncta alia exuperat homo atque excellit.

Τοῦτο γὰρ δὴ πρῶτον ὄργανον τῆς φύσεως. *Hoc nanque primum est naturæ instrumentum*) Ne fortè idem esse naturam & calorem hunc crederemus, quod tamen censuisse aliquando Hippocrates uideri possit: sed rectius hunc illius habendum esse instrumentum existimaremus

Ἀλλὰ τὸ μὲν ἁρπάζειν.) Deest negatio, ut arbitror.

Οὐκοῦν ἱκανὸν ἦν μόνον ἐσεσθαι τοῦτο τὸ σπέρμα γεννᾶν ζῷον. *Non igitur futurum satis erat semen hoc, ut animal generaret.*) Per se intelligendum solumque: etenim generando animali ipsum quoque confert cum masculino unà, ut alibi authoris eiusdem huius sententijs, & demonstrationibus probarum constat. Præterea uerò priuatim generandis fœtus inuolucris quibusdam utile fœmininum semen, hocque est quod uerbis superiorib. coniūctum additur: ἀλλὰ καὶ τότε, εἰ δὴ χρείαν.

CAP. VII.

Μὴ τοίνυν νόμιζε κατ᾽ ἄλλους μέν τινας λόγους. *Ne puta igitur secundum quidem alias quasdam rationes.*) Neque enim rationibus ullis (quæ quidem essentiam, ac naturam illorum diuersam omnino faciant) differunt maris, ac fœmellæ fœmina, sed maioris tantùm, & minoris caliditatis ratione: id quòd aliam facere per se rei alicuius essentiam nunquam dixerit naturalis philosophus aliquis, ὑπεροχῆς δὴ φυσικος, ut hîc à Galeno additur. Atque hæc statim manifesta fient meliùs.

Τοῖς μὲν γὰρ καὶ τὸ θῆλυ νομίζουσι γόνιμον σπερμαίνειν. *Nam ijs, qui fœminam quoque*

quoq; censent semen emittere generãdo aptum.) Quid? an non idem quoq; censuit Galenus? utiq; censuit, sed aliter, atque illi. Etenim ij diuersarum omnino rationum ac naturarum, adeoq; contrariarum, (μαχομένας enim dixit) semen utrũque constituebant, quamuis fœcundum utrumq;: ut, si alterutrum superaret, præualeretq;, quo tempore ad generandum mouentur: mas aut fœmina euaderet, ob diuersa tantùm ad hoc ipsum faciendum principia: mas, si maris semen, ut si fœminæ, fœmina. Quod non ita est: sed quum ijsdem omninò naturæ suæ principijs (quod quidem ad generandi potentiam attinet) ad hoc moueantur, sola caloris maioris, minorisúe differentia, diuersis sæpe de causis introducti: nihil immutata generandi in uniuersum facultate, mas fiet, aut fœmina, manente ea semper generandi in specie sua, ac propria indiuidui potestate. Nihil igitur aliud, quàm quod calidior masculi, ut generetur, conditio est, sicuti fœminæ frigidior: & quia frigidior per se, solaq; cõcipere fœmina haud poterit perfectè, nisi à maris semine adiuta: non quidem ut ita nouum naturæ suæ principium accipiat: sed ut ad generandum tantummodo efficaciam ex uirtute mascula calidiore, eoq; efficaciore trahat: argumento quòd inchoatum sæpè à se fœtum edunt in multis fœminæ: ut ouorum ὑπηνέμια, quæ subuentanea sunt, gallinæ, haud dubiè fœtus ipsa quoq;, sed imperfecti & hoc ipsum solum quod dicuntur inchoati. Quod tamen non fieret, nisi inchoandi principium teneret fœmina intra se, quod quidem deinde à mare adiuuaretur ad perficiendum, quasiq; absoluendum, minimè uerò nouum faciendum.

γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς κυήσασα. *Absq; uiro concepisse, siue uterum gessisse.*) Interpres ita: Non enim sicut gallinæ sine maribus oua pariunt, ita mulierem aliquando uiderunt sine uiro uel molam, uel eiusmodi quippiam aliud concepisse. Totũ illud de suo addens, quum in Græco sit id tantum: χωρὶς ἀνδρὸς κυήσασα: sine uiro concepisse.

βέλτιον δ' ἀρχὴν μὲν κινητικὴν ὑποτίθεσθαι τὸ τοῦ ἄρρενος σπέρμα. *Satius igitur fuerit, maris quidem semen supponere motus principium esse.*) Conuenientibus, commixtisq; ad generationem simul seminibus utrisq; fœminæ, ac maris, masculino tribuendum motus principium ob præstantiam, perfectionemq; maiorem: at eiusdem tamen generis & naturæ, conferente interea fœminino quoq; partem suam, ad animalis inquam generationem, non solùm ad sexus: sic enim addit: συντελεῖν αὐτὸ τι πρὸς τὴν τοῦ ζώου γένεσιν ὑπολαμβάνειν τὸ τοῦ θήλεος. Ad sexus uerò procreationem confert fœminæ non solùm semen, sed etiam uel maximè uterus dextro, uel sinistro sui sinu excipiens semen: quæ clarè satis mox dicẽtur à Galeno: tamen ut maiori ex parte fieri ita credamus, non perpetuò: de uteri inquam dextra sinistraúe parte.

χρόνῳ δ' ὕστερον φωρᾶταί τι, καὶ κατάδηλον γίνεται. *Tempore uerò post deprehenditur, & manifestum fit.*) Ante quod quidem tempus formatus in tantum sit fœtus, ut principia etiam insint alterutrius iam sexus, quamuis occultentur. Et causam quidem cur ita sit, mas scilicet, aut fœmina aliam ab initio statim obtinet in semine commixto utroq;, quibus sicuti reliqua membra, ita hęc quoque ipsa formantur, quæ deinde sexum distinguant intus tantummodo manentia, uel foras propulsa: quod ut fiat aliàs posterius quoq; sortitur fœtus, à locorum etiam positionisq; calore maiore, uel minore, causas, quibus ad hoc ipsum effinguntur uirilia, aut muliebria membra, calore ut diximus, conuenienti adiuta aut destituta.

ὅσον δ' ἐστὶ τοῦτ' ὃ συντελεῖ, μικρὸν ὕστερον ἐρῶ. *Quantum uerò sit, quod confert, paulo post dicam.*) Infrà, capite undecimo: ubi præterquam quòd commixtum generationi conferre, etiam fœminino semine nutriri masculinum docemur, tanquam conuenienti inprimis: atq; ex eo membranam gigni ἀλλαντοειδῆ: ususq; ad alios adhiberi.

Ἀπὸ δὲ

Ἅτε δὲ τοῦ μὲν δεξιοῦ νεφροῦ πλησίον κειμένου τῷ ἥπατι. *Tanquam autem dextro rene prope iecur posito.*) Magna ex parte accipiendum hoc: quanquam etiam nō magna ex parte contendant nostri temporis anatomici quidam.

οὕτως οὖν κἀκεῖνα πρὸς Ἱπποκράτους ἐλέγετο *Sic quidem illa quoque ab Hippocrate dicebantur.*) Epidemiorum sexti sectione quarta.

C A P. VIII.

οὕτω μὲν δὴ τὰ γάλακτα τῶν ἐπιμηνίων ἀδελφὰ φησὶν Ἱπποκράτης.) Epidemiorum secundi sectione tertia. Quamuis ibi ita scribatur: τῆς μὲν τροφῆς μεταβαλλούσης, τῆς δὲ ὀκταμήνου ἀπαρτιζούσης.

οὕτω τοι καὶ Ἱπποκράτης ἔλεγεν) Aphorismorum sectione quinta.

Ἔπειτα γαργαλιζούσης, καὶ κνῆσθαι προτρεπούσης, ἡδυνούσης τε κατὰ τὴν κίνησιν. *Titillantis deinde, & ad scabendum incitantis, & uoluptatem afferentis motu.* Simillimè ijs, quæ à Platone dicuntur de hoc in Philebo: quod quidem ad uoluptatis generationem pertineat, quæ in motu est, & ἐν γίγνεσθαι.

ὅταν δὲ δὴ τὰ μόρια ταῦτα πολὺ τοῦ δέρματος αἰσθητικώτερα πρὸς τῆς φύσεως ἦ κατεσκευασμένα. *Quum uerò partes hæ, multò quam cutis, sensibiles magis comparatæ à natura fuerint.*) Vtpotè quibus peculiarem quendam, segregatumque ab alio tactus sensu largita natura fuerit, usque eo, ut prorsus alium quendam sensum cum esse, quàm tactum, qui in Venere percipitur, existimarint nonnulli: sicuti gustum quoque: qui de tactus genere quum sit, alium tamen facimus. Atque hunc merito: nam quamuis tangendo gustemus, at gustatus ipse obiecta prorsus alia habet, quam tactus: sapores nempè, diuersi omninò generis. Partes autem, quæ in Venere exercentur, eadem sed delicatiore tantum, ac uehementiore quadam ui præditæ sunt: id quod proprium, priuatumque sortitæ à natura fuere. ἴδιον δέ τι παρὰ τὴν ἁφὴν ἐξαίρετον ἡ τῶν γεννητικῶν μορίων αἴσθησις, ἔτι καὶ δύναμιν ἰσχυροτέραν ἔχει: primo de Symptomatum causis inquit Galenus hoc præcipuum habent, cætera tangendi tantùm sensus participes.

C A P. X.

Ἀποξηραίνεσθαι ταχέως ὑπὸ γλισχρότητος. *Citoque resiccari ex uisciditate.*) Contrarium potius uidebatur expectandum: ut ob uisciditatem necessariò tenaciorem non sic statim desiccaretur semen. Et certè uiscidior eius pars non siccatur: sed imminutio potius substantiæ totius quædam ea est, exhalato uelociter contento prius ibi spiritu, atque ita humore subsidente reliquo, in quo uiscidum id. Itaque mox addit: ὑπολείπεσθαι δὲ τὸ γλισχρὸν ὑγρὸν εἰς ἑαυτὸ συνιζάνον.

Ἀτελέστερον δ' οἱ τῶν θηλειῶν *Imperfectius autem fœminarum.*) Hoc non adimit mulieribus testibus fœcundi gignendi seminis potestatem, quamuis non tam ad rem hanc perfectum generent, quàm mares: itaque ἀτελέστερον tantùm dixit.

C A P. XI.

πόσον οὖν ὄν ἐστιν ὃ πρὸς τὴν τοῦ ζώου γένεσιν εἰσφέρει τὸ θῆλυ. *Quantum igitur sit id, quod ad generationem confert fœmina.*) Hoc illud nimirum fuerit, quod suprà dicturum se postea pollicitus est, septimo huius ipsius libri capite.

Καὶ ἡ ἴασις δὲ τὴν δόξαν τῆς αἰτίας ἐπιστώσατο. *Ac curatio quidem causæ opinionem confirmauit.*) Iuxta Hippocraticum illud: δηλοῖ δ' ἰήσιες: Ostēdit autem sanatio. Quippè confirmatio hæc est eius, quod opinati fuerimus à posteriori, & ab euentu, rerumque successu certa satis.

ὃν εἰς τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον καθήκειν ἔφην. *Quod in muliebre pudendum desinere dixeram.*) Nempè introrsus ad uteri ostium, eiusque capacitatem, non quod foris sub oculos ponitur uidendum.

C A P. XIII.

Καὶ ὁ στόμαχος αὐτῶν. *Et ipsarum Stomachus*) Quod suprà collum quoque appellatum sæpè fuit: αὐχήν.

Κατέχει

C A P. XIIII.

Κατέχει δὲ συμπάσαις. *Retinet autem omnibus.*) Præsertim uerò obliquis λοξαῖς nimirum. meritò quidem cunctis simul ad continendum utitur contentrix facultas, ut undequaq; contenta amplexãs ambiat: si qua enim laxarentur fibræ, in eam solam partem contenta propellerentur.

οδ' ἰσωθῶν τούτων.) Lego, ἰξωθεν.

Εὐλόγως οὖν ἐγγύς ἀλλήλων ἐγένοντο ταῖς οὐσίαις. *Recta igitur ratione proxima sibi inuicem substantijs facta sunt.*) Videbatur idem, quod de marium testibus dictum fuerat, de fœminarum quoq; dicendum esse. Nam sicuti in maribus propter testium mollitiem, & seminariorum uasorum duritiem, in medio fuisse ceu uinculum oportuit, quo mediæ cuiusdam naturæ interuentu tutò partes utræq; iungerentur: ita idem in fœminis fieri oportere non pessima ratione uideri poterat, quarum ediuerso duriores testes, uasa ea molliora facta fuissent. Sed animaduertendum, in maribus excessum eum nimio plus, quàm in fœminis esse: in fœminis autem propè ad temperamentum quoddam accedere: in quibus testium durities ea à marium duritie recedens, ad medium potius tendat, mollities quidem adhuc, at durities dicta mollitiei maioris respectu. Nec secus seminariorum uasorum mollities in fœminis accipienda. Si masculorum uasorũ duritiæ conferatur, mollities dicenda, at quæ adhuc duritia quædam sit, temperamento medio proximior. His de causis non eguere interueniente medio uinculo illo, in fœminis partes eæ, uel non tam exactò euidentiq; eguere, propter temperamenti medij, naturęq; ideo proximitatem inter sese, multo quàm in masculis maiorem.

IN LIB. XV. DE VSU PARTIVM CORPORIS HVMANI.

C A P. I.

Ως εἰς τὰ πρόσθεν ἰδείκνυτο. *Sicuti prius ostensum.*) Philosophis quoq; perfectionis in animalibus nota, seorsum, separatusq; ad generãdum maris ac fœmellæ sexus uterque: nam in plantis, exceptis paucissimis quibusdam, coniunguntur: & animalibus præterea nonnullis hoc quoque nomine imperfectioribus.

περὶ μὲν τῆς χρῆναι κατὰ τόπον. *De eo quidem, quod opus fuerit hoc loco reponi.*) Vt, quoad eius fieri potuit, occultarentur, maximeque ab aspectu nostro semotæ locarentur.

Κατὰ τὸ ἐπίσιον.) Dictum ἐπίσκιον potius pubis locum crediderim, quòd eo tanquam umbra occulantur, teganturq; pudenda inumbrata, atq; opacata. Itaque per κ scribendum, & abijciendum χ censerem, ut ab ἐπισκιάζειν sit ἐπίσκιον.

C A P. III.

Τοῖς γὰρ ἐν ὑποσπαδιαίοις ὀνομαζομένοις. *Et quidem his, qui hypospadiæi dicuntur.*) Vox non perfectè spadones notat. ὑπὸ enim in multis diminutionem significat apud Græcos, ut apud Latinos sub: ὑπόψυχρος, subfrigidus, & multa alia. Merito igitur subspadones erunt, quibus illæsi testes, & impedimentum in penis tantum meatu est.

C A P. V.

Καὶ ἱπποκράτης ἔλεγε. *Et Hippocrates dicebat.*) Aphorismorum sectione quinta. Cæterùm distare uidetur nonnihil, si fœtus utero gerenti ipsi grauis in totum esse dicatur, uel uinculis potius, ut hoc loco, quæ utero fœtum connexum iungunt.

Ουκουν τὸ θαυμαστὸν ἀ τέτταρες ὑμένες. *Non igitur id mirum, si membranæ quatuor.*) ἀμνιος una, ἀλλαντοειδὴς altera, tertia χόριον, quarta quærenda: nisi uerò duplicata accipiatur secunda.

Σχόλιος

Σκολιὸς γὰρ ἱκανῶς ὁ τῆς κύστεως αὐχήν. *Obliquum enim satis uesicæ collum.*) Fit præterea naturæ sagacitate quadam consueta illi, ut quum paratior uia urinæ tunc temporis sit per urachum, positus ad uesicæ os, musculus urineq; effluxionem cohibens, quamuis uoluntario etiam tum motu præditus, nihil tamen se ad soluendum aperiẽdumq; commoueat, quo promptius per oppositum meatum alium illum de uesica tendat lotium.

CAP. VI.

οἰκίας θεμέλιον, καὶ νεὼ κρηπῖδα. *Domus fundamentum, & templi nauisúe basim.*) Siue fundamentum etiam dicamus κρηπῖδα. Omissum autem hoc ab interprete est, νεὼ κρηπῖδα, nullo sanè sensus totius uel lectionis rectæ incommodo. Ego iuuentutem tantùm admonitam uolui.

CAP. VII.

Μεῖζον ἢ τὰς ἀνθρωπίνους γνώσεις. *Cognitionem humanam superat.*) Hoc si diligenter nobiscum cogitauerimus, non ægrè feremus, si qua captum nostrum effugerint, imò si multa: & condonabuntur Galeno quædam, non nimis arroganter se in hoc iactanti, qui alias tantum (quod fateantur necessariò omnes) diuitiarum inuexerit, in medicinæ partem hanc ipsam quoq;, quæ anatomen spectat, & partium corporis humani usum inquirit. Nos enim, si quid de multis, & quidem minimum, minimiq; sæpe momenti, ignoratum, intactumq; illi inuenimus, quàm nos sæpe admiramur in eo, quàm magnificè circumspicimus, sed ut omnia uera sint, de quibus illum uellicamus, nunquam tamen paria cum eo faciemus neq; in hac, neq; uerò alia ulla medicinę in parte, quod quidem ad iustæ artis medicæ exædificationem attinet. Paria dixi: utinam particulam cõferremus iustam aliquam ad ædificandum, atq; aliquid ad profligandos morbos, sanitatemq; tuendam; quod rectà tenderet auxilij: dicicq; ideo, atq; haberi subsidiarij boni possemus. Nunc malumus succenturiati esse. Atq; utinam sic quoq; Architectonicen Reginam iatricen nostram operis iuuaremus melioribus. Ego me ad Reginæ huius normam architectanti Galeno operarium nõ prorsus indiligentem, si prçstitero, satis mihi habere uidebor.

ὡς ἂν μὴ διαπαντὸς ἐνοχλοίη τῇ μητρί. *Ne semper molestus esset matri.*) Nimirum lactendo: ut, quum iam per se conficere dentibus escam ualeat, ulterius molestię tantum ne exhibeat matri: quæ profectò non parua est, ex assiduo lactis de mammis suctu.

CAP. VIII.

Ἀπὸ λόγου ἀνατείνας τοῖς κοινοῖς τοῦ σώματος ὀργάνοις. *Tanquam sermonem extendens ad communia corporis instrumenta.*) ἀνατείνας dixit, quasi qui ad librum unum distulerit, prorogaritq; sermonem de his facere. Excusatio est insertæ loco huic tractatiõis de coxẽdicis musculis, q̃ suprà reponi melius debuisse uideri possit.

Δοκίμαζε τοιγαροῦν ἐπὶ τούτῳ τὸν ἐρησόμενον λόγον. *Experire ergo in hac quæ dicturi sumus.* Cui dubium si licuisset uel si moris id fuisset, ut in corporibus humanis anatome exerceretur, quin dicturus de homine fuerit, quod de simia nunc dictum ab eo audimus: in qua expendere nos dictorum suorum ueritatem iubeat, de coxendicis articulum mouẽtibus musculis, quòd hac in parte simia ut in plensq; alijs omnibus, similiter, atq; homo se habeat, exceptis in quibus ridicule ad imitatiõem hominis facta, ridiculos quoq; & incompositos motus quosdam egit, & gracilibus, uel nullis potiùs natibus spectatur. Hæc igitur aliter se habere necessum fuit. Sanè nec Galenus ipse cuncta in simijs, quæ in hominib. reperiri eadem dixerit opinor unquam: plurima eadem, similia multa, diuersa quædam esse sciebat. Sed nulla in totum, quæ iatrices nostræ rationalis cardinem parte ex ulla (in quo quidem artis totius summa, aut etiam momento digna res aliquo uersetur) labefactent, uel authoritatem dignitatemq; imminuant, & morborum quorumcunq; tandem sanationem morentur, quòd aliter affectus, quàm simia, in quibusdam homo esse reperiatur.

IN LIB. XVI. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. I.

Τοῦ θειοτάτου πλάτωνος ἀκούσας λέγοντος. *Diuinissimum Platonem dicentem audiens*) De legibus, siue legum latione, sexto libro, Plato duas statuit æqualitates, quarum altera non facilis aspectu cuiuis sit. τῷ μὲν μείζονι πλείω, τῷ δ᾽ ἐλάττονι σμικρότερα νέμει μέτρια δι᾽ ὃ ὡς πρὸς τὴν αὐτῶν φύσιν ἑκατέρῳ. Quæ maiori plura minori pauciora distribuit: utrique secundum eorum naturam mediocria siue conuenientia. Hanc uerissimam atque optimam uocat æqualitatem.

Υπὸ προτέρας τῆς φύσεως εἰργασμένας. *Prius à natura factam.*) Nempe etiam antequam doceremur hoc ipsum à Platone.

Τὸ δ᾽ ... παραβλάστημά τι τῷ ... κατὰ μίαν μόνην τὴν τῶν νεύρων ἀρχὴν γεγονέναι. *Quod uerò in uno solo neruorum principio propago quadam facta fuerit*) Ad neruorū originis defensionem maiorem, additum fuit hoc quasi amiculum, quod uidetur ueluti adgerminatio quædam usus necessarij.

Διὸ καὶ τῶν νεύρων ἁπάντων ἑκατέρας ἐχόντων τὰς δυνάμεις. *Quapropter & neruis omnibus facultates utrasque habentibus.*) Hac quidem ratione & uisorius neruus facultatis aliquid omninò tenuerit ad mouendum, quod planè perquam esse exiguum oporteat, præsertim quum comparati à natura musculi alij officio huic sint, ut oculi moueantur, & cuncta circum oculos.

CAP. II.

Οὐδὲν τῶν ἄλλων μορίων, ὅσα δέχεται νεῦρα κινεῖται, ἀλλ᾽ αἰσθάνεται μόνον. *Aliarum partium nulla, quæcunque neruos suscipiunt, mouentur, sed sentiunt solummodo.*) Aliarum dixit, partes intelligens corporis, quibus musculus nullus adest. Moue[n]di quippe instrumentum id unum habetur: ut etiam si neruus aliquis [illegible] mouendi ui præditus parti corporis alicui adesset, non adesset musculus, moturus partem eam non fuerit. Quodque modò de neruo uisorio diximus, no[n] de hoc ambigentes diximus, musculum nullum prorsus habente, sed si hab[er]et tamen, an mouere posset: tam quippè mollis neruus, tamen aliter, atque alij [ne]ruus: propter enuntiatum Galeni uniuersale de neruis omnibus illud: Facultate utraque præditis, sentiendi, ac mouendi simul.

Αἰσθάνεται δὲ μόνα.) Potior uideri posset lectio, si μόνον esset, & ad illud [...] referretur. Solis nanque partibus, quæ sensu aut motu indigent: inditi fuere à natura nerui, non autem quæ solo sensu.

Τοῖς δ᾽ ἀμφοῖν χρῄζουσιν, ἀμφότερα. *Quibus uerò utrisque opus est, utrique.*) Vel utrique seorsum, uel quibus utraque insit, & sentiendi, & mouendi facultas.

Ἀπὸ κινουμένων μορίων.) Lege ὑποκειμένων: & mox, pro ὑποκινουμένας, ὑποκειμένας.

CAP. III.

Η φωνὴ δὲ ὡς τὸ κυριώτατον ἁπάντων τῶν ψυχικῶν ὀργάνων, ἀγγέλλουσα τὰς τοῦ λόγου κινήσεις. *Vox autem, quoniam omnium maximè proprium est animalium instrumentorum, rationalis intellectiones nuntians.*) Ne forte existimetur Galenus Stoicorum sententiæ fauere, quæ principem animæ partem, τὸ ἡγεμονικὸν Græcis dictam, in corde residere censebant, quòd respiratio & uox, qua animi nostri cogitata proferimus, ex spiritualibus membris procedant, inter quæ Cor: reuocanda in memoriam erunt, quæ de re hac à Galeno scribuntur, secundo de Placitis Hippocratis, & Platonis libro, ubi latius tractant[ur] ista. Conceditur enim per Cor perque spiritalia fieri respirationem, & uocem, at non ab illis fieri tamen: quoniam origo, & initium totius in cerebro sit. ἐν ταύτῃ γὰρ ..., ait ibidem Galenus, ... γίνεσθαι, καὶ διὰ τί. Tametsi hîc ψυχικῶν ὀργάνων dixerit,

xerit, non ἀναπνδισικῶν, quæ nihilominus ex animalibus habeantur: & principalisimam horum uocem: quod de eorum significatione, quæ mente prius, ubi principium, concepimus, uerum est. Eamq; planè ob rem, ut melius nuntientur, significenturq; mentis nostræ cogitata, quod per uocem fit, uox autem per neruos, habuisse originē neruos oportuit à cerebro, in quo cogitationum nostrarum sedes.

Μὴτ' ἐγκεφάλῳ τῇ φύσει.) Quis non uiderit, ἐγκάλων legēdum, ab ἐγκαλεῖσθαι, qđ deponentis interdum significationis reperitur, ut ἐγκαλέομαι pro ἐγκαλέω.

C A P. V.

Διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων μοι λόγων. *Ob rationes à me anteà dictas.*) Libro eodem hoc capite secundo.

C A P. VI.

Ὅτι μὴ παντάπασιν ἐλαχίστη τισὶν αὐτῶν. *Nisi eorum quibusdam minima.*) Exceptis inquit eorum nonnullis, quibus aurium substantia ea minimum quiddam mouetur. Idem, quòd suprà quoq; dictum meminisse debemus, accidere quibusdam: uidemusq; nos ipsi quandoque obscurum aurium in ioculatore quodam motum. Esse porrò illud εἰ μὴ, rectè interpretanti nihil aliud debet, quàm nisi, uel, nisi quod: tametsi interpres hoc loco ab hac sententia ualdè diuersus abierit.

C A P. X.

Ὁ συνεχὲς τῇ κοίλῃ. *Quod caua continuum est.*) Partem tantùm uenæ eā, quæ ab exortu è iecore, ad insertionem usque in Cor tendit, cauæ nomine appellandam esse, ostendere uidetur ex hoc.

C A P. XII.

Ὡς ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσι λέλεκται. *Sicuti in anatomicis aggressibus dictum fuit.*) Nempe librorum duorum opere, cuius paulò antè fecerat mentionē, nec hodie ext[illegible] sicuti alterius, quod hic facturum se promiserat ac præstiterat, libris quindecim conscriptis, octo tantùm habemus, & dimidiatum nonum.

Εἰπὲ βρόχοις διαλάβοις.) Reponendum ὑγι, loco ὑπὲ, hoc enim ait: Futuras partis al[illegible] uenas & arterias sensus expertes, siue urere, siue incidere, siue uerò premere, uel [illegible]angere illas uolueris. Si quidem, ὑγι, partis illius nerui laqueo comprehensi adstringantur: hoc est, si modo adstringantur. Errore interpretis pro[illegible] rim manifestario, qui neq; illud ὑγι, scribi deberc, pro ὑπὲ animaduerter[illegible], & totum illud de neruis omiserit, quod non debebat.

C A P. XIII.

Ἀλλὰ τῶν ἕνεκα τῆς αὐτῆς χρείας. *Sed usus eiusdem causa factam.*) Vt quemadmodum suggerendo alimento uena, ita refocillando partis calori arteria in eam tendat, genereque usus idem sit, sustentandæ, conseruandæque parti, specie diuersus, ut diximus modò, diceturque mox his uerbis: τὴν δ' ἄλλην ἅπασαν νομὴν, reliquam autem distributionem omnem arterijs quidem παραφυομένην, adnatam, adiunctamque, eadem arte contineri: genere nimirum eadem: at seorsum factam, genere eadem quum sit, ob proprios, peculiaresq; usus quosdam uariari.

C A P. XIIII.

Τοῖς μὲν ὁμογενέσι κατὰ μόνην τῶν τοῦ γένους διαφοράν. *Iis quæ generis eiusdem sunt, secundum solam generis differentiam.*) Eiusdem generis habentur carnes inter se omnes, musculorum, pulmonum, lienis, cordis: deque alijs eodem modo: quibus omnibus tamen ex diuersitate, quam sub eodem genere inter se obtinent, diuersæ, pro cuiusq; temperamento & constitutione, qualitatis ac quantitatis tributum à natura nutrimentum fuit. Rursus caro, atq; os, alterius inter se generis, conditionis quoque alterius iure optimo sortita alimentum sunt: ut medulla ossa nutrirentur, ex sanguine quidem, at alterius iam propè naturæ cuiusdā: sicuti uenæ & arteriæ ex dealbato iam.

οὐδαμόθι γὰρ ἀπολείπεται φλὲψ ἀρτηρίας. *Nusquam enim derelinquitur uena ab arteria.*) per Hypallagen figuram quandam, uideri posſit dictum hoc. Senſus enim eſt: nuſquam in corpore abſque uena ſocia arteriam reperiri. Quo quidem ſenſu à uena nunquam relinqui ſolita ſit arteria, aut diſſociari: ut dici debuerit: οὐδαμόθι ἀπολείπεται φλεβὸς ἀρτηρία. Nonnunquam uerò ſine arteria uena. Quarum rerum exempla mox patebunt à Galeno relata.

φλὲψ σφαγῖτις ἄζυγής. *Vena iugularis ſine coniuge.*) Sine arteria ſocia, & coniuge intelligendum.

IN LIB. XVII. DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

CAP. I.

Κατ' εἶδος ἀῤῥήτου. *Secundum ſpeciem non dictum.*) Speciatim, atque in ſpeciem mentionem factam fuiſſe omnium dicit: quorum etſi particulariter non meminerit, per dictorum tamen ſpeciem, & ideam intelligi queunt: hocque, quod ad partium corporis humani uſum attinet, ita accipiendum. Idcircò mox addit propriè ac priuatim dicendum eſſe &, τὸ καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον: quod non per ſpeciem ſit, ſed particulatim magis, de quibuſdam.

Τῆς πάσης τῶν πολλῶν δυχρηστία καλουμένη. *Et, quæ à multis εὐχρηστία uocatur.*) Euchreſtia uſui & utilitati commoditatem addit: ut ſit nihil aliud, quàm commodus uſus, ex quo εὔχρηστον, & εὐχρηστοῦμαι quoque dicimus, de uſu rerum cōmodo, quibus opponuntur, δυσχρηστῶ & δυσχρηστοῦμαι. & δυσχρηστία. Eo quòd igitur commodiſſimè partium corporis noſtri uſum omnium inſtruxerit natura ad functiones edendas, εὐχρηστία erit maxima hæc.

Καὶ τοῦτο μὲν, ἀλλὰ καὶ τὸ δημιουργοῦ. *Et hoc quidem, uerum & authoris.*) Muſculi facultatis ex cerebro motricis inſtrumentum quoddam ſunt ad mouendum, iidemque oſſium motus autores, inter facultatem motricem, & oſſa medij: proinde utriuſque naturam referentes, efficientis & inſtrumenti: oſſa quippe mouent, facultatis inſtrumentum facti.

Πρῶτη μὲν οὖν ἡ χρεία τοῖς ζώοις ἡ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν ἐστι, δευτέρα δ' ἡ ἐκ τῶν μορίων. *Primus igitur animalibus uſus eſt ab actionibus, ſiue functionibus, ſecundus à partibus.*) Partium uſus edendis peragendiſque actionibus membrorum, & functionibus, inſtitutus à natura fuit omnis: actionum porro uſus ad uitam confert totus. Qui ſanè iure optimo dignitate primus eſt, ſicuti partium poſterior, quoniam hic illius finis eſt: actionum inquam uſus, finis eius, qui partium, actionum, functionumque ſuarum gratia, cum uſibus unà ſuis conſtiturarum. Tale quiddam ſupra quoque opere eodem hoc prolatum libro undecimo, quo planè loco actiones cum uſibus ſuis, quos afferunt, comparatæ, conſtitutione, & generatione priores dicebantur, uſus uerò poſteriores: dignitate autem priores uſus, actiones poſteriores, & ſecundæ. Hoc autem loco totum hoc, actionum quippe uſus cum partium uſu confertur, actionumque uſus partium uſui præfertur: quandoquidem (ut mox à Galeno dicetur) ita demum partium utilitas appareat, ſi actionum ſeu functionum utilitas accedat, & interueniat. διὰ μέσου γὰρ, inquit, τοῦ κατὰ τὴν ἐνέργειαν χρησίμου, τὸ τοῦ μορίου χρήσιμον φαίνεται. Partium oculi omnium uſus ſunt quidam ad uidendum: actionis huius uſus utio, uidendi nempe actus.

Ἔτι καὶ μᾶλλον ἐθαύμασα τὰ τῆς φύσεως τῶν τέχνην. *Magis etiamnum admiratus ſum naturæ artificium.*) Atqui maiori miraculo fuit authori Plinio culicis proboſcis, quædamque præterea in animalculo illo alia.

Τὸ διαπλάττειν μᾶλλον οὐκ ἐν τεχνικῶς, ἤπερ γε ἐξωθεν, καὶ τὸ ψαύειν, ἢ δι' ὅλου τὸ διαπλάττομένου

μένο διελθλυθέναι χρή. *Quod formaturum est artificiosè quodcunq;, aut extrinsecus tangat id, aut totum, quod formatur peruadat, necessum est.*) Extrinsecus ars & per totum immiscens sese natura facit atque effingit. Neutrum præstare possunt atomi: quomodo enim insectiles, & indiuisiles quum sint, nulla ut ex parte tangere omninò, quod formaturæ essent, posint? at actio per contactum. præter id, quòd incongruè, & inconcinnè, prorsusq; incompositè facerent, & inartificiosè: quippe ἀνάρμοσοι, & ἀναρμοι ipsæ quoq;. Animaduertẽdus locus, eo quôd tam crebro in has, tamq; acriter sæpè inuehatur Galenus.

Ὥσπερ ὅταν ἐπισκοπώμεθα τίνες τε εἰσί, καὶ πόσοι μύες, οἱ τὴν γλῶτταν κινοῦντες. *Quemadmodum quum consideramus quales, quotúe musculi sint linguam mouentes.*) Hinc planè appareat, non fore usque adeò necessariam de musculis omnibus, alijsq; huiusmodi multis ἀκριβολογίαν, siue λεπτολογίαν potius quãdam, quod quidem ad curandi rationem, dignoscendiq́ue morbos, uel prænoscendi consideratione attinet: multò minus quum medicamentorum compositiones facimus, secundum genera, siue etiam secundum loca: minusq́ue adhuc, quum conseruandæ, retinendæq́ue sanitatis curam suscipimus: immensum enim quantum distat hoc ab anatome omni. Neque propterea tamen existimari uelim, socordiam, & ignauiam studiorum talium inuehere iuuenum mentibus uoluisse me: neque enim ueto, si quis animi causa, aut discendi cupiditate, ac curiositate quadam rimari cuncta ista peruelit ad minima. Tantum non necessaria habenda esse dico, futuro medico, etiam bono, etiam ad summum absoluto.

Ἢ φλεβῶν, ἢ βλεφαρίδων.) Pro φλεβῶν legendum, βλεφάρων, palpebrarum.

Τίς δ' οὐκ ἂν εὐθὺς ἐνθυμηθείη νοῦν τινὰ δύναμιν ἔχοντα θαυμαστὴν, ἐπιβάντα τῆς γῆς, ἐκτετάσθαι κατὰ τὰ μόρια. *Cui non statim succurrit, mentem quandam admirandæ potentiæ, quæ terram peruadat, per partes extendi.*) Siue Anaxoræ mens illa sit, quam inuexerit primus ille, regentem cuncta: siue uerò de formatrice loquatur uirtute Galenus hîc, quod magis uerisimile est, quam diuinorum ultimam dixere Platonici, inq́ue omnes formandæ ubique materiæ extendi partes, uoluere terra, mariq;, effingendis animalibus omnibus, partibusq; eorum constituendis. Illud enim, κατὰ τὰ μόρια, de animalium partibus accipiendum: etenim de his agitur opere hoc, actumq; est per totum: non autem terræ partes intelligendæ, ut interpres intellexit.

Τί χρὴ νομίζειν ἐπὶ τῶν ἄνω σωμάτων; *Quid censendum de superhis corporibus?*) Iccirco Diuinorum ultimam fecere formatricem uirtutem, quæ materiæ huic inferiori effingendæ, atque excolendæ occupata sit, ut interea nobiliores animas corporibus cœlestibus tribuerent, quarum nihilominus specimen quoq; homini inesset præter formatricem illam, quamuis inferioris notæ. Sic quidem in quibus idipsum magis eluceat, diuinos appellare uiros solemus, uel, quos hoc loco nominibus suis prosequutus est Galenus, Platonem, Aristotelem, & alios.

Οὐ γὰρ δὴ τῆς μὲν αὐγῆς τῆς ἡλιακῆς μεταλαμβάνειν πέφυκεν, οὐχὶ δὲ καὶ τῆς δυνάμεως αὐτῆς. *Neque enim quum solaris lucis particeps fieri consueuerit, non etiam facultatis fieri particeps huius poterit.*) Vt pro αὐτῆς, legamus ταύτης, & ad id, quod νοῦς dixerat, referatur. Etenim si ambiens nos aer, lumen, splendoremq́ue solis in se recipit, totum ac per totum: tantò quidem magis mentis facultatem, uiniq; illam recipiet. Quippe utrumque incorporeum, lumen, & mens multoq́ue hæc etiamnum per omnia penetrans, seseq́ue induens. Mens facultate sua peruia cuncta habet. Interpres ambientem nos aerem, sicuti solis lucis, ita solis quoque uirium participem fieri uoluit: uerè quidem: cæterùm ad id, quod Galenus intelligendum nobis dedit hoc loco, non satis (ut existimo) apposite.

πολὺ μείζονός τι, καὶ τιμιωτέρου πράγματος ὅλης τῆς ἰατρικῆς. *Maiore multò, ac nobiliore tota medicina.*) Qui non semel alibi medicinæ philosophiam prætulerit: Iure meliore, atque optimo Theologiam quoque præferet, ad quam per philosophiam gradus fit, naturalem illam. Nimirum transnaturalia sunt, atque etiam ita appellantur, μεταφυσικὰ, quæ Theologiam faciunt philosophicam, & demonstrabilem. Atqui, quum esse medicum philosophum quoque oporteat, non egrè feret medicus, si philosophum præponi sibi audierit. Suæ nanque hę quoque partes sunt. Theologiam uerò etiam uenerabitur, cum philosophicam illam modò dictam, tum etiam magis aliam mysticam, & reconditam: de qua mox.

Καὶ κατ' αὐτὴν χεῖ τελεῖσθαι τὴν τελευτὴν.) Lego τελετὴν, ut sit: Atque his initiari oportet mysterijs. Mystica Theologia ea est, cuius sacra religiosius coluntur, ceremonijs multis, ac reconditis plena, quibus interesse, nisi initiatis fas non esset, qualia potissimùm cereris erant. Huiusmodi Theologiam non aliunde doceri melius, & apertius posse ait Galenus, quàm ex animalium inspectione in quibus tantum sapientiæ, & artificij ostenderit summus rerum omnium opifex, ut propterea mystice eum & uenerabundi semper colere cogamur, longè magis quàm si sacra illa celebraremus.

CAP. II.

Ὥσπερ ἐπὶ τῶν μεθ' ἕλκους ἐξαρθρησάντων. *Vt in Luxationibus cum ulcere factis.* De articulis sectione tertia.

CAP. III.

λέγω δ' ἐπῳδόν. *Dico autem epodum.*) ex Pindari commentarijs ita habetur· ἐπῳδὰ δέ, ὅτ' ἑστῶτες ἐν ἑνὶ τόπῳ, καὶ λέγοντες ᾠδάς. Ad dextram & sinistram motus erat in Strophe, & antistrophe, in Epodo status, in quo & celebrabantur cantus, siue laudes canebantur.

IN LIBRVM DE DIFFERENTIA MORBORVM.

CAP. I.

Πρῶτον μὲν εἰπεῖν χρὴ τί ποτε νόσημα καλοῦμεν. *Primum quidem dicere opus est, quid nam morbum uocemus.*) Hactenus tradita nobis à Galeno physiologice medicinæ totius pars, naturalem humani corporis constitutionem omnem ostenderit, & statum, quem custoditum conseruasse, illæsumqúe à morbis, artificij medici pars habenda sit potissima. Atque hæc, physiologice, inquam, si catenus tantùm tractetur, ut sciatur: philosophum fecerit, non sanè parua ex parte. Sin in eam præterea gratiam inuestigetur, ut cognita natura nostra, & perspectis sanitatis causis, conseruantes illam retineamus, ac destruentes abigamus, atque euitemus: nam tum in medicæ artis inquisitionem ingressa nomen etiam simul meritò dabit medicinæ studiosis, simul uiam nobis pararit: ut, quum quibus causis sanitas hæc ipsa amittatur, uel quoquo tandem modo lædatur, tenuerimus melius etiam quæ deperditæ, aut offensæ succurrant, & absentem reuocent, breuiter morbos ipsos profligent, non ignoremus. At, quoniam in morbis à naturali statu in præternaturalem disceditur: fieri hoc rectè, atque ex ordine non poterit, ut sciantur ista, nisi quot modis id fiat, tum quanta, qualisqúe facta in eo discessio fuerit,

sciatur antea. Nam nec commodè restituent sanitati suæ pristinæ aliquem nec redeundi eo unde discesserit, uiā struere licebit, ignorata aberratione, quo facta modo sit: nec quoniam usq; redeundum, si quantū discessum fuerit ignoretur. Quærendæ igitur morborum differētiæ & causæ: hæc enim quum sciuerimus, & quot modis discedi à sanitate possit, non nesciemus & pro causarum magnitudine, & paruitate discessus quantus existimandus sit, manifestus satis erit. Quę rursus, ut sciantur, omnia natura ac substātia manifestetur prius morbi necesse est, qui deinde diuidendus erit. Inchoanti igitur de præternaturali corporis hum[illegible] statu tractatum medico dicendum uidendumq; primo quid morbus sit, quo diffinito, differentiæ unà statim melius explicentur.

Ἀπὸ τῆς δὲ κἀνταῦθα ὁμολογουμένην ἀρχήν. *Sumendum sanè hic quoq; cōfessum principium.*) Communi notione quadam quæ in confesso apud omnes sit, nititur principium hoc κοινὴ ἔννοια: cuius usus habetur apud receptos autores non infrequens disputationum multarum initio. Ex hac primùm prodit ὁ νοηματικὸς ὅρος, rationalis diffinitio, quæ nominis ratio tantum quædam est: mox & ὁ οὐσιώδης sequitur, nempe substantialis, rei uidelicet essentiam & substantiam ipsam afferens. Cuius planè rei peti exempla possint ex libro de Pulsuum differentijs quarto. E[x] artis medicæ in principio notatum in transcursu aliquid de hoc tum de Placitis Hippocratis, & Platonis septimo nō dissimile scriptu[m] ab eodem fuit: [illegible], inquit, ἄρξασθαι μὲν ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἔννοιαν μεταβῆναι [illegible] ἐπὶ τὴν [illegible]. Incipere quidem opus est à uirtutis notione: transire autem ad substantiæ notionem, nimirum uirtutis, quum instituta de ui[r]tute disputatio forte [f]uerit. Vt eadem ratione ponenda hic quoque morbi notio fuerit prius comm[un]is. quam deinde morbi substantiam ac naturam ipsam indicaris, diffinitio subsequeretur.

CAP. II.

Ἐπειδὰν αἱ μὲν τὰς κατὰ τὸν βίον πράξεις ὑπηρετοῦσαι ἀμέμπτως ἔχωσι. *Quum aduita actiones inculpatè seruientes, siue ministrantes habent.*) Nimirum τὰς ἐνεργείας τῶν [illegible] μορίων: partium corporis functiones. Duo enim hic ponuntur à Galeno, [ἐνέρ]γεια, & πρᾶξις: quorum πρᾶξιν, actionem & actum rectè opinor interpretemur: [ἐνέ]ργειαν quū utrumq; possimus, & usitatum sit, actionem & functionem: conuenientius tamen hoc loco, ut arbitror, functionem reddiderimus, quoniam iam πρᾶξις, cui rectè satis non potest reddi functio actionem occupauit, adminiculum uertit interpres ἐνέργειαν, longè aliam rē. Acre uera actiones, sicuti & a[c]tus ad ea melius quæcunque in uita agimus accommodabuntur: quemadmodum functiones corporis partibus: hę nanq; quum agunt muneribus suis rectè fungi dicentur. Porrò actiones, si propriè adh[uc] magis loquamur, rerum sunt quo tempore agitur aliquid aut fit: actus uerò qui dici acta quoque possunt, præteritarum iam actionum sunt. Sic uidemus, Galenum significanter inprimis, τὰς κατὰ τὸν βίον πράξεις dixisse, & τῶν τοῦ σώματος μορίων ἐνεργείας. Quod ab interprete Latino obseruatum etiam uellem: multo certè fact[u]m signi[fi]cantius fuisset.

Τὴν ὑγείαν ἐν δυοῖν τούτοιν ζητητέον. *Quærenda sanitas in duobus his*) Quorum alterum alterius causa est: τὴν ἐνέργειαν ἡ κατασκευή functionum ipsarum constitutio. Quæ quoniam partium corporis ueluti actus primus quidam est, enam dormientibus, etiam nihil agētibus inexistens semper: functiones autem temporariæ habētur, & quo solum tēpore fiunt, functiones rectè ac propriè dicuntur: meritò in cōstitutione tanquam causa prima atq; ea perpetuò subsistente, sanitatis & morbi reponetur natura sit, ut alterius, sanitatis naturalis, alterius,

morbi præter naturalis, in corporibus nostris constitutio sit.

Ἀλλ' εἴπερ ἡ ὑγίεια τοῦτο, δῆλον ὡς ἡ νόσος τὸ ἐναντίον. *Quòd si sanitas hoc manifestum quòd contrarium morbus sit.*) Nempe sicuti secundum naturam constitutio, siue functionum causa naturalium sanitas est, ita sanè contrarium huius fuerit morbus. Manifestum autem, uel ob traditam nobis ab autoribus regulam contrariorum eandem esse debere disciplinam, doctrinamúe. Sed sic tamen ut iuxta Hippocratem quoque ipsum contraria apponamus eadem ratione.

Δῆλον δὲ ὡς κἂν διάθεσιν εἴποις παρὰ φύσιν ὀνόματι τῷ χρήσῃ παλαιῷ. *Manifestum quòd si affectum dixeris, præter naturam nomine usus fueris antiquo.*) διατίθημι affticio est: uerum præter significata quædam alia etiam compono significat, & dispono & constituo: ut propterea non solùm affectus & affectio uerbale inde, sed etiam dispositio, & constitutio deduci ritè satis ac facilè posit, eiusdē prorsus, ut Galenus hic ait, significationis cum κατασκευῇ: quoniam quidē utrumque uerbi, quod cōstituo significet, uerbale est: siquidem διατίθημι, ut & κατασκευάζω, constituere significet. Antiquum uerò ac uetus nomen διάθεσιν dixit, non quidem quin κατασκευὴ quoque uetus pariter sit, sed quòd paulo religiosius fortasse tunc significatum id uerbo διάθεσις applicarent: sicuti sanè hodie quoque pro affectu usitatius διάθεσιν usurpamus, quàm pro constitutione quũ utrumque tamen esse posit. Ac libentius semper multo κατασκευὴν utrumque dicemus, & morbum & sanitatem, παρὰ φύσιν alteram & κατὰ φύσιν alteram, quàm διάθεσιν: constitutionem scilicet, quàm affectum. Nam quamuis naturaliter affectæ, & secundum naturam corporis partes dicantur non parum sæpè: multò tamen sæpius ad preternaturalem corporis statum & constitutionem transferatur affectus nomen, sicut διαθέσεως apud Græcos. At κατασκευὴ & constitutio apud utrosque Græcos pariter, & Latinos æqualiter prorsus eandem retinebit tam in naturali, quàm præternaturali corporis statu significationem. Eapropter Galenus, quum hoc scriberet, διάθεσιν tantum dixit, παρὰ φύσιν, morbum n[illegible]tans, non etiam addidit κατὰ φύσιν, ut sanitatem iudicaret, quod tamen potuisset, nisi forsan id non tam receptum uidisset. Licuerit ergo quandoque uocem quoque hanc διάθεσιν usurpasse ad hoc, tanquam ueteribus nō prorsus inusitatam, atque ad usum hunc adhibitam non à philosophis solùm, sed ab alijs etiam grecis autoribus, ut dicetur à Galeno à principio lib. de Syn. differen.

Σύμμετρον μὲν εἶναι τὸ κατὰ φύσιν. *Commoderatum esse quod secundū naturam est.*) Quod naturale unicuique est, id mensuram & temperamentum teneat, necesse est limitibus quibusdam suis cōtentum unumquodque proprijs ac conuenientibus sibi, non quidem ut medium semper obtineat rerum ex quibus conflat illud (alijs enim aliud conuenit temperamentum, siue commoderato siue commensuratio, quæ symmetria est) sed ut peculiaris omnibus prorsusque sua proportione quadam rataque rerum parte constans. Et est tamen symmetria quoque æqualibus inter se omnium portionibus existens, ea est humana rerum in medio posita cunctarum: cuius eadem ratione, & symmetria sanitas fuerit, naturalem statum suum conseruantis: & ametria, morbus limites suos egressæ. Sic fortasè hoc illud fuerit Hesiodi: ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός: medium ut accipiatur, cuicunque rerum statui conueniens commensuratio, diuersissimis compositionibus.

Ἢ δηλονότι ὧνπερ ἡ ὑγίεια συμμετρία, τούτων ἡ νόσος ἀμετρία. *An uidelicet quorum sanitas symmetria, horū morbus ametria.*) Nempe à symmetria illa modoque ac mensura recessus. Non solùm autem symmetrium symmetria sanitas fuerit, eorundem ametria rectè morbus censebitur: tum si calidi & frigidi, humidi, & sicci συμμετρία sanitas, horum ipsorum ametria morbus: uerùm etiam hac eadem ratione, quòd in eodem reponēda hæc genere semper sint: ut mox dicetur à Galeno.

leno. Si sanitatem in rerum quatuor harum temperamento, & constitutione corporis nostri naturali statuerimus, non erit deinde morbus facto ab uno ad aliud trāsitu, in functionum amissione, uel læsione aliqua statuendus, ut ineptè & ineruditè faciebant medici quidam à Galeno de hoc notati therapeutices methodi primo.

Ἁπλοῦν εἴ τι σῶμα καὶ ἀκριβῶς ἕν ἐστιν. Simplex si quod corpus atq; exacte unū est.) Galenus libro de Elementis secundum Hippocratem primo, allatis de dolore, & alteratione multipliciter in corporibus nostris facta argumētis, Epicureas atomos, & incompacta Asclepiadæ corpuscula destructa refutare conatus est, & quidem refutauit. At hoc loco nō id agit, ut credere aliquis posset, primo quidem: sed datis potius nec concessis tamen (ut dici solet) atomis, compositum ex his corpus nostrum atomos ipsas non esse probare nititur: quoniā hoc magis & minus suscipiat, quod atomi illæ non possunt, simplicissimum quippe corpus, atq; exacte unum. Propterea ait: οὐκουν ἓν δὴ τὸ τῶν ζώων σῶμα, καθάπερ ἡ ἄτομος, ἢ ἐπικούρειος: non igitur unum est animalium corpus, ut Epicurea atomus: aut Asclepiade incompositum, & incompactum quiddam. Non autē ex his componi non posse dixit: imò uerò subdit statim: σύνθετον ἄρα πάντως: itaq; compositum omnino & mox: ἀλλ' εἰ μὲν ἐξ ἀτόμων ἢ ἀνάρμων ἢ ὅλως ἐξ ἀπαθῶν τινῶν σύγκειται: uerùm si quidem ex atomis, uel incompactis, uel ex impatibilibus omnino quibusdam componitur. Minimè ergo compositionem corporum animalium ex his auferet nobis hoc: adstruet potius. Neq; uerò tolluntur è medio atomi compositionis alicuius ratione: neq; quòd composita corpora magis ac minus suscipiant: ut, quòd composita atomi ipsę sint, tollatur. Tolluntur autem (neq; enim asserendas ideo fore contenderim) & destruuntur nulla alia ratione melius quàm ex dolore. Quia enim composita animalium corpora dolent: dolore porrò, nisi alterentur patianturq;, non possunt: alterabilitas & patibilitas componentibus non minus insit, necessum est, at insectiles atomi & impatibiles supponebantur. Cæterùm quin compositio corporum ex non in substantia sua alteratis fieri possit, nihil sanè obstare dico: ut domum uidemus ex lapidibus minimè patientibus aut alteratis construi sæpè: & parte ex hac lapidum inquam, & materiæ, magis ac minus hāc in compositione admittere existimandum dici, ut magis minusùe bene composita, aut constructa queat.

CAP. III.

Συνθέσεως δ' ἔτι καὶ διαπλάσεως ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ὑπαρχούσης τριττῆς. Compositio autem & conformatio animalium corporis triplex existit.) Duarū meminit hæreseum Galenus, siue suppositionum de corporum animalium constitutione: non quòd utramq; probet, alteram enim tantum sequitur: sed ut, quū utraq; aurarios fortè uncfiios & fautores haberet, sciri posset, quæ cuiusq; morborū genera aut differentiæ numerari ex ratione aliqua deberent. Et, quoniam utriusq; ualde in diuersum abeunt principia ponente altera, ex quibus animalium corpora componuntur, impatibilia, & inalterabilia corpuscula: altera uerò contrarium penitus, nempe quæ alterari, ac pati ex toto ac per totum possint: quatuor scilicet elementa necessariò quum corpora magis, ac minus suscipere uideamus, atq; euidenter diuersè semper affecta, aliud alio magis minusq;: impatibilia principia ponentibus, dicendum ueniet, non aliundè diuersitatem in animalium corporibus hāc maioris q; ac minoris rationem quàm ex corpusculorum illiusmodi compositionibus existere. Nam quum alterari nullo pacto queant, omnium prima: in eorum compositionibus animaduertatur diuersitas necesse est. ut si structura ex adamantina, quam nec alterari nec pati posse sciamus materia constet aliqua, nō planè aliter, quàm ex diuersa materiæ compositione illius diuersè affectam structuram bene aut secus dicere nobis licebit. Ita sanè animalium corpora si ex atomis constare detur impatibilibus: si bene compo-

composita ex his constituantur, bonitatem acquirent: ut uitium, si uitiose Porrò non uno tantùm modo cõpositas corporum partes uidemus, sed alijs alias, plus minus multipliciter, sicuti quidem fieri in compositionibus multis opus est: ut simplices quædam primò tum & compositiores aliæ partes in corporibus existant Conuenientibus enim in unum primò corpusculis illis impatibilibus, simplicissimæ quædam existent partes non alia inter se ratione differentes quàm quòd laxius fortè uel angustius, uel medio etiam inter duo hæc modo coniungantur: hoc est, ut meatus harũ partium uel mediocres quidam sint, uel à mediocritate, laxitate, uel angustia nimia recedant: quod genus partium numerantur in animalium corporibus à sectæ huius autoribus, nerui, ossa, arteriæ, uenæ, ligamenta, chartilagines, membranæ, carnes: hasq; ipsas hæresis illa similares omnes appellat, utpote ex corpusculis nec pati, nec alterari aptis, simplici, omniúmq; prima compositione constructas, solisq; meatuum diuersitatibus cum sensus nostros effugientium, tum manifestorum etiam inuicem differentes: atq; ideo similares ab his uocatas, nempe simplici inprimis, ut diximus ac simillima, atq; eadem meatuum ratione, ac natura cõstitutas. ex quibus deinde ipsis organicæ, & instrumẽtariæ dictæ corporis partes construantur, cerebri puta, cordis, pulmonum, uentriculi, lienis, iecoris, oculorum renum & similium: tũ prǽterea ex his ipsis tertia resultans existit corporis totius compositio. His quidem sectæ huius autoribus: nam alijs, qui elementa admittunt, & alterationem illorum quatuor inter se probant, similarium partium constitutio ex his ipsis primum fiet elementis, quæ in compositis ratione tantum deprehendimus non sensu: cuiusmodi caro inprimis ipsa est, quum musculorum fibris minutissimis quibusdam intertexta multis, tum uiscerum omniũ parenchymata, quæ caro illorũ est. Hæc nanq; simplicissima, ac uerè similaris habenda: ex qua mox, & similaribus alijs, ut nerui quoq; sunt & membranæ, cutisq; & pinguedó, primæ omniũ organicæ, siue instrumentariæ componantur partes: musculus uidelicet, & arteria, & uena. ac deinde aliæ instrumentariæ & cõpositiores, secundiq; ordinis partes: ex his digiti, pes, manus, quum extrema tũ longè magis tota ab humero ad extremam: ut cum quoq; totum cum tibia, & pede qui cruris totius extremus est. Postremò ex omnibus quasi idie[illegible]m consurgit corpus totum. Longè igitur alia ratio est (nam huc tendunt, quæ à me dicuntur omnia) similarium partium sectæ utriusq;. Primæ nanq; quæ non habeat quo ulterius progrediatur, simplicissimę partes erunt, proinde & similares, quæcunq; ex prima insectilium corpusculorum compositione constiterint, meatuum tantummodo inter se differentijs diuersæ præter neruos membranas carnemq; & alia uenæ etiam & arterię, meatibus solùm quibusdam differentes inuicem: quanquam hæ quoq; partes earum canales in longum protensos diligenter inspicientibus uideri poterant instrumentariæ, ac dissimilares satis. At secundæ sectæ quoniam ulterius progressa alterabilia elemẽta, ex quibus hæc componuntur, inuenit simplicissimæ, & similares non fuerint uenæ & arteriæ: quandoquidem ut in libello de inæquali intemperatura dicitur, ex uillis hæ fibrisq; & membranis constant: simplicibus quippe partibus magis, eq; elementis primò ipsis compositis. De illa igitur impatibilia corpuscula ponentium itaq; sententia inter similares partes relatæ fuere à Galeno arteriæ, & uenæ capite hoc: nam insequenti statim quod quartum est μῦς μὲν γὰρ inquit, καὶ φλὲψ, καὶ ἀρτηρία τῶν πρώτων ὀργάνων: ex propria nimirum sententia, eorumq; qui patibilia elementa ponerent, loquutus. Minimè uerò uerisimile uidetur, uenam, & arteriam eadem pagina, de propria quidem utrobiq; sententia, similares primùm statuisse Galenũ, tum mox organicas easdem dixisse, ob id solum quòd quum similares has nominat, ad sensum magis, quàm rei naturam spectasse uideatur: quum tamen sensibus (ut diximus) dissimilares potius atq; instrumentariæ repræsententur, quàm similares. Ac possunt quidem ex simila-

similaribus componi: compositæ autem dissimilares statim & organicæ fieri, multoq; ita rectius dissimilares dicentur, atq; habebuntur à forma quam accipiunt, figuraq; & constructione quàm similares à materia. Atqui non hîc modò sed alibi etiam ab autore eodem de similaribus partibus dicitur omnibus, scribiturq; nihil aliud uolēte, quàm naturam significare nobis similarium partium simplicium uisarum sensibus, sed quas tamen ex elementis primo constare ratio docuerit: quod de omnibus in commune similaribus partibus intelligi dictum debet, ἕκαστον γὰρ inquit, τῶν ὀργανικῶν τούτων μορίων ἐκ τινῶν ἑτέρων ἁπλῶν ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν συγκεῖται, κἀκείνων ἕκαστον ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων. Vnaquæque partium harum instrumentariarum ex quibusdam alijs simplicibus, ut ad sensum componitur: earumq; unaquæq; ex primis elementis. Vnaquæq; semper dixit, ut propterea non quædam aut nonnulla membrorum, talia dicenda sint: sed similaria omnia talia eodemq; modo. Et uena igitur quoq; & arteria, siquidem similares ad sensum habeantur, tales esse deberent: quod certè non sunt: quippe meatibus suis formatæ, atq; ex fibris & membranis compositæ, quas primò simplicissima demum corpora elementa ipsa constituant: ut ideo dissimilares potius ad sensum & organicæ habendæ sint. Et quoniam eodem ubiq; ac semper modo insuntur: non diuersè de his loquutus, eodem præsertim propè capite, uideri debeat Galenus, sensum quidem ac sententiam propriam sequutus: de aliorum autem placitis meritò id fecisse possit, ex quo simul similarium quoq; partium morbos morborumq; genera ac differētias diuersas, propter diuersam utramq; sectam hanc retulerit: instrumentariarum uerò partium easdem omnino quòd eædem utriusq; scholæ partium illiusmodi differentiæ sint. Vnde sanè illorum quoq; uiguerit aliquando medicorum familia, qui uerè ex dimidio tantum dogmatici essent, morbosq; sanare instrumētarios recta usi methodo possent, similares non itidem uel rectè atq; ordine non possent, propter falsam insectilium & impatibilium corpusculorum suppositionem, ex quibus componantur partes eæ, meatibus tantum ex hoc factis, uel mediocribus in quo similarium partium sanitas, uel in alterutram partem excedentibus angustia aut dilatatione nimia, in quo morbus: quum uerius ex elemētis quatuor, mutuò inter se alterabilibus & patibilibus cōstituantur: mediocriter hoc facto, sanæ futuræ, excessu uerò aliquo ægrotæ.

CAP. IIII.

ἐν τούτῳ δὴ παντὶ τῷ πλάτει τὰς τῶν ὑγιαινόντων. *In hac utiq; latitudine salubrium consistere differentias.*) Latissimus habetur sanitatis totius campus, quo salubriū cum & neutrorū genus omne cōtinetur, ab Hygino artifice, qui sanitati tuendæ præest (si rectè perpendātur futorum de his dicta) tractandū totum: therapeutico, qui morbos iam factos curat, his tantùm relictis corporibus quæ in præsenti ægrotant, manifestè uidelicet atq; euidenter actionibus, seu functionibus consuetis suis læsa atq; offensa. Est enim morbus (ut illius iam hoc loco ponatur diffinitio) ex Galeni sententia cum hîc tum alibi passim constitutio, siue affectus præter naturam actionem lædens: quod idem erit, ac si dicamus, actionis læsæ, siue actionum læsionis causa sed immediata. Constitutionem uerò & affectum hoc sermone non differre inter se prius indicatum. Hanc morbi diffinitionem impugnare ausi sunt sophistici cauillatores, ueræq; medicinæ prorsus Antinoi quidam ineptè mehercle nimis, nec sanè imperitè minus, & omnino inerudite: quos nominare piget. Atq; hi tamen responsionem acceperunt à me aliquando de multis: nunc planè inconsideratos pertranseamus: eruditiores quid de hoc senserint, uideamus meritò iā apud omnes docti nomen adepti. Hi morbū quandoq; ita diffinierunt: morbus est affectus contra naturā corpori insidens. Quasi alia ac diuersa hæc habenda, quàm Galenica diffinitio esset. Nā si diuersam nō existimarunt, cur nō potius quæ Galeni erat attu-

attulerunt receptam in scholis iam atque usitatam: debuerunt certè pro eruditionis suæ existimatione facere, ut rem eandem, eodem etiam modo enunciarent, si quidem eandem omnino censeri uoluissent. Nūc uideo aliam initio arbitratos esse: etenim, præter naturam, Galenico illo, quod positum ab eo in diffinitione fuerat, reiecto contra naturam hi reponunt: ut non παρὰ φύσιν esse affectus debeat morbus, sed ἐναντίον τῆς φύσεως. At Galeno, idē (ut arbitror) censebitur, παρὰ φύσιν, & αντι siue ἐναντίον τῆς φύσεως: ita enim scribit: ἀλλ' εἴπερ ἡ ὑγίεια τοῦτο δῆλον ὡς ἡ νόσος τὸ ἐναντίον ἤτοι κατασκευή τις παρὰ φύσιν: sine dubio in eadem periodo, pro eodem utrumque ponens. Si sanitas (inquiens) affectus est secundum naturam, manifestò morbus contrarium fuerit, uel constitutio præter naturam, uel functionis læsionis causa contrarium inquit fuerit, uel constitutio præter naturam: contra uel præter, pro eodem omnino posito. At hi aliud esse præter naturam & aliud contra naturam statuere nobis de suo uidentur, non allegatis autorum dictis, quos significationum diuersitate hac usos esse cōstet: atqui significantiæ uocabulorum usus penes authores est. Sed fac præter naturam ea dici, quæ nullam naturæ uim inferunt, ex naturæ licet præscripto non sint, cuiusmodi ictericorum color, & faciei lentigo est: contra naturam autem quæ uim inferunt, & naturæ uires manifestè interturbant: quid hoc aliud quæso fuerit, quàm manifesta functionū læsio id, quod ipsimet fateri statim coguntur, eo ueritatis ui adducti: sic enim aiunt, & mox: eiusque uires, & functiones manifestè interturbat. Quod igitur contra naturam, unum & idē est, atque præter naturam actionem lædens. Quorsum igitur attinuit rerum distinctionem hanc afferre incompertam atque inusitatam, si præter naturam actionem lædens rem nobis explicat omnino eandem. Sed quanto significantius Galenus morbum finiuit, affectum præter naturam actiones impedientem siue lædentem, quod perspicuè sciri protinus, ac cognosci potest, quàm qui morbum dixit affectum contra naturam corpori insidentem, in quo hæreat statim lector nihil suspicans differentiæ inter hæc ac nesciens quid inter contra & præter naturam intersit: nam non cuiuis profectò notum hoc: quam præsertim differentiam non sane apud autores quosuis reperire sit, & quam potius ipsos sibi de suo fecisse suspicari aliquis possit. Nec planè scriptores desint Latinæ linguæ receptissimi ac purissimi, qui significatione non alia præter protulerint, quàm contrà: ut in Andria Terentius, Præter ciuium morē, atque legem dixit: quid aliud, quàm contra legem, uolens? Et Cicero aliquando expulsum patria Aristidem scripsit, quòd præter modum iustus esset: opinor supra & contra modum moremque hominum uulgatum. Nec dubito eandem παρὰ apud Græcos inueniri posse autores significationem, si quæratur. Scio tamē circularem ignis motum in sphæra sua à philosophis præter naturam censeri neque contra naturā tamen. Quæ planè ratio rebus medicis accommodari rectè satis nō poterit, hoc præsertim loco, ubi nō spectatur inter motus illos discrimen sed inter affectus hosce, qui propterea necessariò actionum læsione distinguendi ueniunt, ut morbi sint, nec præter uel contra naturam addidisse futurum satis sit. Addunt corpori insidens, permansionem affectus quandam uelle uisi ex hoc, ut dici morbus possit: quod nō necessarium esse docuimus alibi, ac de eo quidem in libris de locis affectis agetur melius. Ne simus igitur quæso nouatores, nisi quū benè opus est, & usus fert medicus, aut expostulare res uideri potest.

ἀλλ' ἔστι τις κἀνταῦθα ὅρος. *Verùm est aliquis hic quoque terminus.*) Hæc erit similarium partium etiam morbum ipsum superans ueluti νέκρωσις quædam nempe mortificatio, & sphacelus & corruptio: iuxta sectarios quidem hosce, laxis, patentibusque ad internitionem partium usque meatibus, uel ab excessu in contrarium facto angustatis intántum, atque arctatis, ut pereat pars: non secus ac quū apud melioris sectæ autores eousque excalfacta iā aut frigefacta, aut humecta, aut resiccata pars aliqua fuerit, ut morticina extemplò fiat.

Κατὰ

Κατὰ μὲν τὸ πρῶτον ῥηθὲν ὅταν ἡ προσήκουσα μορφὴ. *Iuxta quidem primum dictum quum conueniens forma.*) Partium conformatio corrumpitur, aut perit, quarum immutata naturalis ac conueniens figura fuerit, aut cauitas, aut meatus, aut asperitas, aut læuitas, & huiusmodi. Qua in re notandum, meatus hosce, corpuscula supponentibus insectilia alios esse debere, atque alterius omninò rationis, quàm illi erant, quibus similares his ipsis autoribus partes constituebantur: illorum enim prima erat compositio quædam meatuum, secunda horum, & posterior: atque illis similares corporis partes, his organicæ & instrumentariæ construuntur. At nobis unius tantummodo erunt rationis semper ac naturæ: instrumentarijs nimirum partibus solummodo constituendis: quandoquidem similares ex quatuor constitui elementis opinamur nec meatus, aut poros admittimus tunc ullos, nisi secundario, ut quidē ad instrumentariæ partis rationem faciunt, Galeno dilucidè superioris capitis in fine, sic scribente: σαρκὸς μὲν αὐτῆς, ἡ σάρξ, ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ τῶν πρώτων στοιχείων ἡ διαφορὰ ἡ μέντοι μόριον ὀργανικὸν παρὰ τὴν διάπλασιν καὶ τὸ μέγεθος, καὶ γὰρ καὶ αὐτῶν τῶν ὀργανικῶν ἐν τούτοις αἱ διαφοραί. Carnis igitur quatenus caro in sola primorum elementorum compositione est differentia: quatenus uerò organi siue instrumenti pars in conformatione, & magnitudine: quandoquidem ipsorum quoque instrumētorum in his sint differentiæ Quibus planè uerbis ex sola temperamēti ratione similaris constitui naturam partis audimus: ex conformatione autem & magnitudine instrumentalis. Vt detectus hinc appareat facilè error existimātium, densitatis aut laxitatis morbos, quæ conformationem ex parte faciunt, & meatibus constant densis, laxisûe, ad similaris partis reduci morbos debere.

Ἐν δὲ τῷ λοιπῷ γένει τῶν νοσημάτων τῶν κατὰ τὴν σύνθεσιν. *In reliquo autem morborum genere qui in compositione sunt.*) Morborum differētiam compositionis partium corporis duplicem affert: ἤτοι τῆς κατὰ φύσιν ἐξαλλαττομένης θέσεως. Vel naturali positu immutato, quod in luxationibus omnibus fit: ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν μορίων κοινωνίας: uel mutua partium communicatione, uidelicet euariata: ut quum partes fortè uariant elongatæ, aut breuiores factæ, distrahūturque inuicem: aut musculi inter se non contingunt, & alius ab alio dispescitur, quod in apospasmate ferè euenit: hoc quoque enim erit positituræ uitium.

Μῦς μὲν γὰρ καὶ φλὲψ, καὶ ἀρτηρία τῶν πρώτων ὀργάνων. *Musculus enim & uena, & arteria primorum instrumentorum sunt.*) Hoc illud erat, quod suprà diximus, ex propria Galeni sententia pronunciari Nam quū quod ad instrumentariæ partes morbos attinet, rectè secta utraque sentiat: quod una existimabit de his, existimauerit altera quoque. At de similariū partium morbis longè alia ratio, quarum quidem principia ualdè diuersa ab utraque ponūtur, ut pariter in diuersum ferri sententias de his sectæ utriusque necessum sit: nec proinde uideri mirum debeat, si ab altera uenæ & arteriæ inter primas organicas, dissimilaresque & instrumentarias partes numerētur, ab altera inter similares diuersa principia sequutis: morbique ideo diuersi etiam (quod ad hoc attinet) ac uarij ab utraque afferantur.

Καθόλου γὰρ ὅσα μὲν ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν συνελθόντων ἐγένετο. *In uniuersum enim quæcunque ex similaribus conuenientibus fiunt.*) Exempla spectentur. Vena & arteria instrumentariæ partes habebuntur primę, ac dissimilares, quòd ex similaribus prorsus eiusdemque generis partibus constituantur, membranis fibrisque & una tantum functio illarum sit, sanguinem puta, continendi, cum spiritibus uitalibus altera in sanguine calidiore, altera naturalibus in moderato magis. Hæ utique primi ordinis numerabuntur instrumenta, unius tantum functionis ex similarium compositione. Secundi ordinis fuerint, quorum una quidē functio tantum quoque, sed ex dissimilaribus alijs compositio: ut digitus, cuius apprehendendi ex parte functio sola retinendique quæ manus quoque totius sit: compositio autem ex ossibus neruis, uenis, arterijs, membranis, musculis, partim

A dissi-

dissimilaribus iam, ut musculi, arteriæ ac uenæ sunt, partim similaribus, sed diuersi tamē inter se generis, ut ossa, membranas, neruos esse uidemus. Ad eundem modum de pedis digito dici queat, cuius eadem, quę pedis totius ex parte functio, gradiendi nimirū sistendiq; solo corpus. Censeriq; ideo multò magis huiusce ordinis pes totus cum crure manusq; tota debeat: unius quippe functionis tantummodo partes, atq; ex euidenter dissimilaribus compositæ. Tertij porrò ordinis existimabuntur instrumentariæ partes meritò compositiores illæ ac terminis suis circumscriptæ magis, caput, thorax, inferior uenter, plurium unaquæq; quas non necesse est hoc loco enumerare, functionum nec minus ex pluribus organicis, ac dissimilaribus partibus alijs constans. Sanè quartum si libet, his ordinem addamus ex corporis totius in unum conspirantis membris, membrorumq; & instrumentariarum partium functionibus omnibus uitæ humanæ necessarijs aut inseruientibus constitutum.

Ἡ γὰρ τῆς διαιρέσεως μέθοδος, ὡς δείκνυται τὸ ἀδύνατον. *Etenim diuidēdi methodus fieri non posse ostendit.*) Diuisionum membra si genus aliquod diuidāt specificis differentijs inter se oppositis, uel etiam priuatiuè contrarijs, nihil quicquam erit quod membro uni conueniens, quatenus tale, semper soliq; eodem modo alteri opposito, ac contrario conueniat: id enim fieri non posse docebit nos rei ipsius natura, quæ nunquam oppositis inter se priuatim utrisq; ac particulatim eadem largitur: nam in commune, & generatim nihil impedit. Rationali animalium differentiæ tributum à natura propriè ut disciplinæ (uerbi gratia) capax esset: at idem irrationali differentiæ ex opposito alteri impertiri uoluit, sed nec potuit sanè: at multa alia communia utriq; esse inuenientur. Similari corporis parti propriū, ut ex simplicissimis partibus cōstet, dissimilari ut ex compositis: iccirco similares alteræ, alteræ dissimilares dictæ. Vtrisq; sua & sanitas, & morbus constat, propriè ac priuatim u rumq; sic quidem, ut quod uni congruit, alteri non possit, quatenus talis, ac talis pars diuersarum nempe omnino inter se rationum atq; etiam oppositarum: quum interea generalius aliquod aliud conuenire partibus utrisq; morbi genus queat, de quo mox. Idq; uerius multo esse animaduertetur, si alterius sectæ uerioris, Hippocraticę scilicet, quę ex elemētis nobis quatuor ipsis alterabilibus similares partes cōstituit, sequuti placita, ut debemus, fuerimus: in hac enim longè magis diuersa, ac cōtraria inter se spectabitur similarium & dissimilarium partium natura ac ratio, quàm in altera illa quæ ex impatibilium corpusculorum compositione similares nobis partes constare facit, in quo nihil aliud quàm coitio, & coagmētatio quædam existat, meatus tantummodo faciens hos illosue: quo penè modo etiam organicæ & instrumentariæ partes, ijsdem ipsis sectæ huius autoribus, aliquatenus necessariò cōstituuntur. Quocirca necessariò pariter inter instrumētarias partis morbos horum eorundem ferè meatuum meminisse coguntur, dum cōformationis uitia recēsent, quasiq; rationem eandem quam in similari statuerant, hîc quoq; in instrumētaria sequi, lōgè quàm nos aliter, qui diuersam inprimis, ac multò aliam similarium & dissimilarium partium rationem afferimus.

Τί δ' ἐστὶ τὸ πᾶσιν ὑπάρχον κοινὸν ἑνότης τῶν ἰδίων μορίων. *Quid uerò hoc est, quod commune omnibus sit propriarum partium unitas.*) Non solum partium corporis, sed omnium in mundo rerum propriam ac peculiarem essentiam, & naturam unam tandem esse oportet. Vnitatis quidem participia omnia fiūt sicut & entitatis, ut hoc nūc uocabulo utamur: imò huius prius quàm illius, si quidem de philosophantium multorum sententia supra ens statuamus unum. Et huius quoq; igitur unitatis participant corporis partes omnes quætæ, seu simplices, seu compositę, similares seu dissimilares, ex quo continuas uidemus nō solum contiguas: qua si continuitate soluantur, morbus accidet partibus utrisq; communis, ea quæ infrà dicitur, ratione.

Εὐρύτητος δὲ τοῦ μὲν σώματος εἰς πᾶν μέρος ἔκτασις. *Latitudinis autem corporis quidem*

dem in partem omnem extensio.) Vt membro uidelicet diuisionis utrinque respondeat utrumque. Constipationis enim siue στεγνώσεως, apud autores hosce duæ erant differentiæ: συμπτώσεις prima, quum meatus, qui aperti esse debebant, undique in unum atque omni ex parte subsidentes considunt, nullo interueniente alio, quod obstruat, quæ partium ueluti conniuescentia quædam est, quum in se concidentes ex lateribus subsidunt omnes: altera quum interponente se aliquo infarcti obstruuntur meatus ipsi. Latitudinis autem siue εὐρύτητος (quam melius dilatationem dixerimus) duæ item: una quæ priori illi ex aduerso respondeat, quam conniuentiam diximus, corporis totius (quod meatuum fit: intelligo) in partem omnem extensio: altera, quæ alteri, meatuum ipsorum expansio. ita nanque ἀνάπτυξιν dixerimus, quoties corpuscula illa ex quibus meatus componuntur, loco suo excidunt, & similarem partis illius faciunt morbum patefactionis nimiæ: quoniam quidem similaris pars, autoribus hisce, ex his ipsis simplicissimis corpusculis, compositionem omnium primam sortitur, factis meatibus: ut iam dici συγκρίματα similares partes eæ propterea possint. Ex quo etiam passim apud Galenum μετασυγκριτικὰ medicamenta quędam legimus, de autorum horum opinor, sententia sic appellata, quibus συγκρίματα partium illa quoquo tandem modo uitiata, uel de naturali statu suo ac compositione lapsa, emendarentur, ac ueluti sedibus suis prioribus restituerentur.

Ονομαζομένων πυρετῶν, ἐπειδάν τὸ θερμὸν κρατῇ. *Febris nominata, quum calor exuperat.*) Animaduertendum, Galenum perquam rarò in nomine febris calori siccitatem addidisse.

Εκ δὲ τῆς πρώτης ταύτης πάντα τὰ νῦν εἰρημένα. *Ex prima autem quum hac omnia nunc dicta.*) Quum scilicet remigando, fodiendoque aut aliàs pacto aliquo laborando parte corporis aliqua incalescimus: ex quo genere etiam insolatio fuerit, quoties ex longa in sole mora, uel igne etiam caloris nimium accipiunt partes.

Αἱ τυφώδεις, καὶ πυρετώδεις. *Typhodum specie & febrium.*) Typhodes appellant febres quasdam, easdem etiam ἐλώδεις dixere, in paulò frigidiore materia accensas, & corpus totum necessariò occupantes intemperatura sua: cuius specimen parte corporis aliqua accipi posse dixi: intemperaturæ dico eiusmodi. Iccircò τυφώδεις scriptum inuenio, non τυφώδεις, quæ febrium illarum speciem seu specimen referant, non febres ipsæ sint.

ὥστε καὶ ἀποπίπτειν αὐτὰ νεκρωθέντα. *Sic ut mortificata ipsa decidant.*) Hic est ille de quo suprà dicebatur, excessus etiam morbi conditionem egressus, ad partis usque quam occupat internitionem.

Οἱ δὲ ἀποπληξίᾳ τι παραπλήσιον ἔπαθον. *Alij simile quippiam attonito morbo perpessi sunt.*) Αποπληξία, attonitus scilicet morbus frigidus meritò est, interclusis quippe ex obstructione spiritibus, in quibus caloris natiui plurimum, ne permeare corporis partes possint: ut ideo necessariò calore suo depauperatæ frigidum morbum incurrant. Similis igitur esse morbo huic morbus alius poterit, ex concepto intra corpus frigore nimio usque eo, ut, sicuti, in apoplexia, ex frigidioris humoris obstructionibus, uel sanguinis etiam interdum plenitudine immodica intercepti clauduntur spiritus, ita frigore ijdem immodico coerciti progressu per corpus suo impediantur, nulla tum obstructione alia ac sola frigiditate repulsi.

Εν δὲ τοῖς πᾶσιν ἅπασιν, ἐν οἷς ἐπιγίνεται τι σύμπτωμα. *Igitur in omnibus ijs in quibus symptoma aliquod superuenit.*) Quum quis conuelli aliquem uiderit, aut emprosthotono aut opisthotono, uel etiam tetano corripi, quum comitiali, aut attonito affligi, primore statim aspectu, commotionum deprauatione ea animaduersa, motibusque tam præter naturam factis pertractus, morbum esse hoc dicet non medicinę solùm idiota aliquis, uerumetiam ex medicis ipsis nonnulli: qui quum symptomata hæc morbos dixerint, morborum deinde causam in morbis ipsis, qui uerè ita sunt, ac dici morbi debent, necessariò statuere cogentur. Iidem hi sunt, qui conuulsiones, sensus, priuationem, torpores, atque huiusmodi

A 2 alia

alia actionum functionumq; noſtrarum euidētibus læſionibus notata,& ſymptomata à nobis dicuntur,morbos ipſi appellant: quiſi perpetuum hoc ſeruarent, ut idem de eodem dicerent ſemper ac ſentirent: ferendi utiq; eſſent, nec differremus ſanè inuicem multum,niſi nominū fortaſſe impoſitione quadam: ut quæ illi morbos,nos ſymptomata uocaremus: quæ morborum cauſam illi, nos morbum ipſum:re autem conueniremus,quippe conſtitutis iam rebus ipſis,atq; inter ſe natura ſua, & eſſentia diſtinctis, uocabula pro arbitrio quiſque ſuo addentes. Nunc alia illorum eſt uia aliter,atque aliter ſymptoma accipientium,& morbum Etenim conuulſionem,exempli cauſa, ſi phlegmonem fortè conſequatur,ſymptoma dicent, & ἐπιγίννημα, quaſi accretum additītiumq; aliquid:ſin intemperaturam ſolam morbum: quum utrobiq; eiuſdem ſemper eſſe naturæ cenſendū ſit,cauſæ tantummodo uariatione,quæ hîc phlegmone erat, intemperatura ibi: morbus tamen ſemper aliquis neceſſariò ſi rectam ingreſsi uiam,actionum læſionem pro ſymptomate habuerimus,eo quòd morbū ſemper aliquem comitetur, ut corpus ſuum umbra. Tale quippiam aduerſus hos dictum libro quoque therapeutices methodi primo; ubi de eo quoq; notati, quòd quum morbum dicerent actionis læſionem, in alio genere cōſtituebant ſanitatem affectum eam eſſe dicentes ſecundum naturam.

Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ περὶ πυρετοῦ ποιοῦσιν ἐπειδὰν μὲν ἐπιγίγνηται τινὸς μέρους αἰσθητὴ διάθεσις.) Emendanda dictio, & *αἰσθητῆ διαθέσει* reponendum: ſic enim ait: atq; hoc idem de febre faciūt, quum quidem ſenſibili partis alicuius affectui ſuperuenerit, ſymptoma iudicantes: ſin aliter, morbum & paſsionem nominantes. Videntur enim hi in uniuerſum, quod præternaturalem in corpore affectionē aliquam manifeſtam modò, atq; euidentem ſequeretur, pro ſymptomate duxiſſe:quod ſecus pro morbo:imò uerò, ſi quod ſolum manifeſtum q; malum in corpore ſubortum apparuiſſet, pro ſymptomate id duxiſſe: ut conuulſionem ſi duo pro morbo habuiſſe primum: ut phlegmonem, quam febris ſymptoma ſequeretur. Imperitè profectò nimis atque indiſtinctè:nam & latentes horum omnium,& manifeſtæ numerari cauſæ multæ poſsūt: & morbus morbum aliū gignit ſæpè atq; etiam à ſymptomate oritur ſymptoma, ſua ſemper ſibi ſeruata in omnibus natura, ſequutoq; perpetuò morbū ſymptomate, & faciente ſymptoma morbo,ut nos rectè quidem exiſtimamus.

ὧν ἡ τῆς δυσκρασίας ἀμετρία, δι' ὑγρότητα γὰρ ἢ ξηρότητα γεγνομένη τὸ σύμπαν ἐξενέκρωσεν. Quorum modum nimio quam excedens intemperatura, aut humore, aut ſiccitate, emortuum os reddidit.) Vt ſciamus, emortuas iam in corpore partes non in morbo eſſe, ſed à morbo ipſo tales factas: morticinas nempe iam ob præteriti morbi uehementiam. Mortificatum autem dixit os,atq; emortuum, qui ſphacelus illius eſt,quanquam ſenſu carentis partis, deſtructa quippe iam ſubſtantia ex toto,& corrupta.

Εἰ δὲ μηδὲν ἐκ τῶν τοιούτων, ἀτονίαν εἶναι φασὶ τῆς κοιλίας. Quòd ſi nihil horum ſit, imbecillitatem eſſe uentriculi aiunt.) Apparet, hoſce manifeſta tantùm morborum quædam,uti diximus,ſequutos: quod genus unitatis ſolutio eſt,ac inſtrumentarij ferè morbi omnes magnitudinis,numeri,poſituræ,magnaq; ex parte conformationis ipſius: ſimilares autem occultiores fuiſſe illis, præſertim ſi abſque materia ulla fuerint,intemperaturam,morbum quippè ipſum,faciente. Ita planè & alterius ſectæ, inſectiles atomos ſuas illas ponētis, occultabuntur morbi magis quo difficilius eſt: primam illam meatuum ex his compoſitionē, anguſtior'ne iuſto an patentior ſit,cognoſce. Fieriq; hoc pacto poterit, ut ex dimidio ſolùm dogmatici,de quibus non ſemel Galenus alibi, euadant,horum pleriq;:inſtrumentariarum partium morbis quorum communis ſectæ utriq; ratio eſt,recta methodo curatis:ſimilarium uerò non item,quorum quamuis diuerſus utriq; modus ſtatuatur, ex æquo tamen ignoretur ſectæ utriuſq; multis natura, uel non ſatis certè quæſita inueſtigetur, imbecillitate tantum partis pro

cauſa

causa allata, nõ aũt imbecillitatis ipsius causa: quod profectò necessariò faciendũ est, ut hãc ipsam inuestigatã teneamus. Ea aũt priori sectæ meatuũ excessus aliquis erit laxitatis aut angustiæ: secũdæ aũt, nostræ, & potiori, caliditatis aut frigiditatis, siccitatis aut humiditatis, uel compositarũ quoq; harũ quo cõponi modo possunt.

CAP. VI.

ἤδη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐκ αὐτῶν αἱ μείζους διαθέσεις ἐμποδίζουσι τὴν ἐνέργειαν. *Iã uerò aliorum quoq; affectus maiores actionẽ impediũt.*) Crystallinus humor uidẽdi actionis totius princeps pars, atq; instrumentũ uel intẽperatura aliqua præternaturali affectus, ut similaris, uel ut oculũ totum ipse quoq; ex parte cõstituens, nõ qua debet, magnitudine partiũue suarũ numero, si plures haberet, cõstans, uel locũ suũ nõ seruãs, uel preternaturaliter cõformatus, uidendi ptinus actionẽ ipsam læserit morbis his suis. At reliquarũ partium functioni huic usum suum conferentium, non sic statim unaquæq; ac non nisi paulò magis affecta, functioni incommodarit. Adhærens certè oculi membrana, siue coniunctiua, cuius phlegmone opthalmia censetur, nisi paulò magis adaucta phlegmone, uisioni minimè, offecerit ipsa tamẽ interea morbo quippe phlegmone affecta. Ad eundẽ planè modũ reliquæ oculi partes huiusmodi oẽs morbis suis quæq; corripi poterunt, & infra tamẽ uidendi læsionẽ id illis contigerit, si nõ magni fuerint.

ὅσαι μὲν γὰρ οὐ καθ᾽ ἑαυτάς, ἀλλὰ τῷ βλάπτειν τι τὸ πρῶτον αὐτοῦ ὄργανον ἐμποδίζουσι. *Quæcunq; igitur non per seipsas, sed quòd primum ipsius instrumentum lædant*) Torquere posit lectorẽ locus is, si perfunctoriè, & in transcursu tantùm legatur: at paulò magis diligẽte lectione insistenti apertus statim fiet. Vult enim sibi hoc Galenus: sed aduertendũ prius, principalẽ instrumẽtariæ partis uniuscuiusq; partẽ à qua functio primo editur, sicuti reliquas quoq; omnes quæ usum functioni conferunt aliquẽ, quæq; suum dupliciter affici morbo aliquo solere: & quatenus similaris, si intemperatura aliqua corripiatur morbosa, & quatenus dissimilaris, hoc est quatenus ex parte sua instrumentariam partẽ ipsam constituit. Suprà enim ita scriptũ inueniemus: σαρκὸς μὲν αὐτῆς ἡ σάρξ, ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ τῶν πρώτων στοιχείων ἡ διαφορά. ἡ μέντοι μόριον ὀργάνου παρὰ τὴν διάπλασιν, καὶ τὸ μέγεθος. Caro, & qua ex elemẽtis primis illis cõponitur, simplicissima quippe pars cõsyderatur, iuxta quod similari affici morbo potest: & qua musculum instrumẽtariam iam partẽ constituit, pars ipsa quoq; illius facta. Sic quidẽ qua talis, de magnitudine sua, ac conformatione expendenda ueniet: duabus enim his, si secundũ naturã se habuerit, ex parte sua musculum quoq; rectè cõstituerit. Secus uerò uitio aliquo in his accepto, musculi totius functionẽ unà læserit, instrumẽtario morbo facto. Nã de partium suarũ numero caro, quoniã unica musculi cuiusq; est & depositu, quoniã eundẽ ferè seruat, ne morbum quidẽ musculo duobus his uitiatis conciliant: tota enim si auferatur, ne musculus quidem ipse restabit. Quod de carne in musculo exẽpli attulimus, traduci id ad reliquas instrumentariarũ partium omniũ partes, harũq; ipsarũ officia poterit. Vt in oculo quoq; (ne à proposito nobis paulò antè exẽplo recedamus) tam crystallinus humor ipse princeps oculi totius pars ac functioris uidẽdi author, quàm reliquæ omnes usum solum functioni cõferentes, duplicẽ hanc considerationẽ & differẽtiam subibunt. Nã & crystallinus humor morbo aliquo affici quatenus similaris potest: quatuor nempe illis, calido, frigido, sicco, humido: & quatenus instrumentariæ partis totius instrumentũ principale, si uel in conformatione, uel positu, uel magnitudine uitij aliquid acceperit. Nam in partium numero unus tantum quũ sit, non admodũ sane aberrauerit, nisi totus deficiat, uidendi actionem ex toto protinus auferens. Verùm is oculi totius affectus censebitur melius non crystallini: sicuti mutilæ partis, quæ reliqua facta fuit, affectus cẽsetur, non autẽ abscissæ ablatæq; iam. Atq; illorũ iam dictorũ factum aliquod quũ fuerit, ut princeps oculi pars hæc inoffensis manentibus alijs omnibus, tali aliquo morbo afficiatur, & lædetur protinus actio, & morbus in ea factus causas

suas habebit. At nō ita, si conferentiū usum solummodo functioni aliquē pars correpta morbo aliqua fuerit: ut (quo superius quoq; usi exēplo sumus) adhærens oculi membrana si opthalmia laboret, nō usq; adeò aucta, ut (quod sæpe fit) nulla inde uidēdi functioni afferatur noxa. Quo planè casu membrana hęc morbo dici affecta poterit, eoq; nō uno: sicuti profectò phlegmone, quę ophthalmia ipsa est, nō unus est morbus: sed & intemperatura partē afficit, calore nimio & magnitudinis sæpè excessu lædit, adhærescentem inquā solum nihil interea oblęsa uisiōe: quippe nō in tātū aucta ophthalmia, ut facere hoc posit: propterea quòd ut Galenus dicebat, οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων ἀπ' αὐτῶν αἱ μείζους διαθέσεις ἐμποδίζουσι τὴν ἐνέργειαν: magni affectus actionē impediunt, ut paruos statim intelligamus facere id nō posse. Quod tamē factum quū fuerit, ut, accepto incremēto, uisioni quoq; ophthalmia officiat, iam tum duplici etiamnum id ratione fiet. Nam & lædi uidendi functio poterit læso prius ab ophthalmia crystallino humore, ut puta eo quoq; ob id caloris excessu laborante, aut cōformatione læsa, aut huiusmodi: quo uidelicet tempore non perseipsam membrana adhærescens, sine eius ophthalmia, sed eo quòd principale uidēdi instrumentum morbo affecerit, uisionē meritò impedire dicetur, morbiq; esse causa: quo sanè pacto morbū sæpè morbum aliū facere ac gignere solere, causamq; alterius alterū haberi ideo posse scimus. Itaq; nō ex seipsa tunc, neq; uerò ex morbo proprio, sed ex humori crystallino cōciliato alio impeditā functionē læserit: diciq; ideo ophthalmia causa tantummodò morbi debebit, utiq; in crystallino facti, non autē morbus eiusdē nimirum crystallini, sed adhærescentis tantùm ipsius. iccirco ait: ὅσαι μὲν γὰρ οὐ καθ' ἑαυτὰς ἀλλὰ τῷ βλάπτειν τι τὸ πρῶτον αὐτῆς ὄργανον, ἐμποδίζουσι αἴτιαι νοσημάτων εἰσὶν οὐκ αὐταὶ νοσήματα. Causæ morborū sunt duntaxat in parte principe factorum, nō ipsæ morbi, eiusdem utiq; partis principalis: ut interea partis sint usum aliquem conferentis, unde progressi morbum alium in principe parte fecerint. Atq; is modus unus fuerit læsæ atq; impeditæ ab ophthalmia uidendi functionis. Alter quū reliquarum partium morbi, quæcunq; usum cōferunt, nullo dum facto à se in principali parte morboso affectu, actionem tamē ipsam lęserint: ut quum hæc ipsa ophthalmia adhærescentem membranam egressa, uueæ fortè foramen occuparit, uisionemq; ita obscurarit, nihil tum prorsus perpesso crystallino humore nec in temperamento suo, nec conformatione, nec positu, neque alio illiusmodi quoquam neq; soluta continuitate, nulloq; morbo alio, quàm adhærescentis aut uueæ tunicæ. Sanè eo casu, quum nullus in crystallino factus ab ophthalmia morbus appareat, ne dici quidem morbi in eo facti causa poterit ulla: sed adhærescentis solummodo morbus rectissimè dicetur ophthalmia. Ex quo ait: χωρὶς δὲ τοῦ βλάπτειν τι τὸ πρῶτον τῆς ἐνεργείας μόριον εἰ τὴν ἐνέργειαν ἐμποδίζειν δύναιντο, νοσήματα δ' οὐ τὰς τοιαύτας διαθέσεις κλητέον. Partium utique quas correptas affectu suo tenent & functionem quidem impedientes, sed per seipsas, nullo principalioris partis morbi interuentu: non ualdè secus, ac si extrinsecus opponatur oculo, quod pupillam obturet, aliquid: eo solùm discrimine, quòd corporeus hic affectus urget, ut dici partis omninò alicuius morbus posir, crystallini licet ipsius minimè: ibi uerò extrinsecus ingruit causa. Quod autē de adhærentis membranæ affectu hoc dictum fuit, trāsferri idem ad reliquarum partium morbos affectusq; huiuscemodi multos, cum in oculo tum in partibus instrumentarijs alijs omnibus, eadem semper ratione haud difficulter poterit: ut instrumentarij partium illarum morbi dicantur hi semper ac sint.

Ἀλλὰ πάνθ' ἕνεκα τοῦ βέλτιον ἢ ἀσφαλέστερον ἐνεργεῖν τὸ σύμπαν ὄργανον. Sed cūcta quo melius ac tutius uniuersum instrumentū agat.) Melius ut pupillæ foramē, si laxius ac patentius, iusto non fuerit, uisioni commodat longius ac prolixius emittendæ: tutius autem, ut cornea & palpebræ palpebrarumq; pili: quorum usus cum multis alijs, securè ut oculus munere suo fungi posit, præstant.

Καὶ

CAP. VII.

Καὶ οἱ λείας ἔχοντες τὰς βάσεις. Et qui leues plãtas habẽt.) Neq; enim βάσις pro alio accipi poteſt, quàm plantæ, hoc loco. Hi nobis planci ſunt uno uerbo dicitq; ijdem planipedes queant: quibus illa ueluti concameratio pedum introrſus deeſt, quæ à pollice ad calcaneum ducta ceu fornicem facit, magni ad ſiſtendum, & gradiendum, & aſcendendum ardua præſertim & inæqualia, uſus.

ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι, δυσκίνητον ὑπὸ στενοχωρίας τὴν ὅλην ἔχουσι διάρθρωσιν. In huiuſmodi affectibus difficulter mobilem præ anguſtia articulationem totam habent.) Nam & quibus fractum ſupercilium cauitatum fuerit, intra quas articulus recipitur, anguſtiores redduntur eæ neceſſariò, minores quippe factę: & quibus obortus ibi callus, ſeu calloſum aliquid fuerit πῶρος nimirum: hoc enim quoq; additamento anguſtantur. πῶρος dico, non πόρος.

τὰ μὲν συμφύσει τινί, τὰ δ' ἐμφράξει. Alia quidem coalitu quodam, alia obſtructione.) σύμφυσιν uidetur accepiſſe hic pro eo, quod ſuprà συνίζησιν dixerat: quoties ſcilicet cauitatum latera in idem adducta conniuent, & conſidunt. Tametſi propriè magis συμφυσις ſit, quum ſolutæ continuitate ſua partes, unitæ ruſus coaleſcunt Quo ſenſu ſcriptum ab Hippocrate legimus in Aphoriſmis, neq; os, neq; chartilaginem, quædamq; præterea alia diſciſſa, coaleſcere.

εἰ δ' ἐκ διαλλαγμένοι ποτὲ τὴν αἴσθησιν ὑπὸ σμικρότητος, ὁ τοιοῦτος πόρος. Quòd ſi præ exiguitate quandoq; ſenſum fugiat huiuſcemodi meatus. Meatus, quos prioris ſectæ authores inuehunt, ex inſectilium corpuſculorum coitione in unũ factos, ac ſimilares illorum partes conſtituentes, meritò alij fuerint ab ijs, quos nos ponimus, & ad diſsimilarium atq; inſtrumentariarum tantummodo partiũ conformationem admittimus: uel ob hoc unũ, quòd illi ex his ſimilares partes ſibi ſuas faciunt, nos diſsimilares tantùm ex parte, qua conformantur, neq; omni tamen: non enim qua figuratæ ſunt, neq; qua ſua, aut læuitate, aut aſperitate ſpectantur, ſed qua cauitates ſolum, ac meatus multiplices habent diuerſos, ut diximus à prioris ſectæ meatibus illis. Etiã ex eo, quòd illorum nuſquam manifeſti ſatis ſenſibus noſtris apparent: noſtri eùm manifeſtè uiſuntur plurimi, tũ occultantur quidã, quos ratione ſola aſſequimur: utroſq; aũt conſtituendis conformandisq; inſtrumentarijs partib. adhibemus: id quod prioris quoq; ſectæ ſequaces facere cogent, quibus cõmunis nobiſcum inſtrumentariarum partiũ omnium ratio inſtituitur. Vt propterea hac quoq; in parte non ſatis rectè facere uideant, qui diuerſiſsimas res ſimilares ac diſsimilares corporis noſtri partes eadem ratione tractare contendant Nos diuerſis, ut par eſt, utraſq; rationibus uerſamus, multò, opinor, rectius & conuenientius. Et qui præter intẽperaturæ morbos ſimilaris partis, etiam materiæ alios inuexerunt, quos immoderatæ laxitatis aut adſtrictionis, tenuitatis aut coaſsitiæ, raritatis, aut denſitatis numerãtdefeciſſe à dogmaticis ad medicos ſectę, quę ex atomis ſimilares partes cõſtituit, earũq; morbos ex adſtrictiõe aut laxitate meatuũ facit, uideri meritò queant: non em aliter quàm meatuum horũ cõpoſitione, laxior aut adſtrictior, rarior aut denſior, & huiuſmodi, ſimilaris pars fuerit. Quos nos quoq; quidem agnoſcimus meatus, ſed ex ſimilaribus factos, ad inſtrumẽtariæ partis conformationẽ adducimus: ut morbi inde ſui generis fiant diſsimilares, nõ autẽ ſimilares. Neq; em̃ caro, quatenus caro (ut ſuprà quoq; notatũ meminimus) dẽſa aut rara laxaq; atq; huiuſmodi eſt: ſed ex quatuor tãtũmodo elemẽtorũ cõpoſitiõe rẽperamentũ ſuũ ſortita. Ex raritate uerò & dẽſitate, quoniã hę cõformationẽ, q̃ διάπλασις eſt, cũ alijs qbuſdã faciũt, organicã ſiue inſtrumẽtariã partẽ conſtituent. σαρκὸς μὲν ἡ σάρξ (aiebat Galen. nec repetere piget) ἐν τῇ συνθέσει μόνη τῶν πρώτων στοιχείων, ἡ διαφορά, ἡ μέντοι μόριον ὀργάνου παρὰ τὴν διάπλασιν, καὶ τὸ μέγεθος. Sed neq; cõfundenť morborũ genera, ut arguitanť: longè enim alia eſt intemperamento aliquo nocentis morbi, & ex denſitate aut laxitate ratio. Atq; ut dẽſitas ac laxitas pcedentẽ fortaſsè cauſam caliditatis ac frigiditatis habeat: longè tamen aliter ac prorſus diuerſè corpus afficient morboſę factę, quàm ex

ſpectu,cuius propria principalisq; uidendi functio eſt,morbi in eo facti cauſa erit ophthalmia:ut tñ interea hæc ipſa ophthalmia,ſiue phlegmone dici adhęreſcentis tunicæ morbus poſsit,ut certè dicit,ac nõ iniuria habet,quippe actionẽ illius impediens,quæ etſi ꝓpria uidendi non eſt,aliqua tñ eſt, partib. corporis omnib.alijs cõmunis,modò dici corporis partes rectè queant:nutritio puta ex facultatũ naturaliũ opera,quarũ actiones proculdubio ab ophthalmia lædentur,ne adhæreſcẽs rectè atq; ut debet nutriatur.Nulla eñ in toto corpore pars eſt,modò pars,q̃ non nutritionẽ ſentiat:& ne ritè nutriatur, impedita, meritiſsimè morbo correpta dicetur,quũ alio aliquo,tũ intemperaturæ,quandoquidẽ temperamentũ bonũ,bonã illi nutritionẽ faciebat.Nã pili,& ungues quos nõ eſſe ueris corporis partib.adnumerãdos ꝓbant,ne nutriri quidẽ di i uerè poſſunt.Cutis aũt,cuius modò dictũ nullã eſſe actionem, propriã ſcilicet ipſius quoq;,ut reliquarũ partiũ omniũ,nutritio eſt,& facultates naturales ſũt, quarũ actio lædi atq; impediri morbis eiuſdem,ut uidemus, plurib.poteſt,cutaneis dictis.Qui rurſus ſubiectarũ cuti partiũ,ut puta muſculorũ, eſſe morbi cauſa alicuius poterunt,quo muſculorũ actio propria lædat,mouendi, præſertim ſi phlegmone,aut tumor aliqs fuerit. Vt nõ minus hoc item exemplo comprobet Galeni dictũ,quòd annotandũ propoſuimus:nullã ſcilicet habente actionem propriã corpore,quod in tumorẽ attollit. Affectum eũ cauſam tãtùm dicendũ morbi eſſe,non aũt morbum,muſculorũ dũtaxat(ſi, ut dixi,cõtingat) reſpectu ac ratione:quum interea cutis morbus ſit indubitatus. Atq; in hũc ſenſum ſi accipiant iſta,non neceſſum habebimus eo deſcendere,ut dicamus, qđ dixiſſe uidemus,qui membranã uenæ,de qua Galenus in exemplo, nullum habere uſum dixere ad indiuidui uel ſpeciei conſeruationem:quàm rectè, aut uerè,iudicent eruditi Reliqua de rebus his dicta patebunt ſatis, ſi bis aut ter adhibito ſtudio perlecta,ac diligenter inprimis perpenſa examinentur.

οὕτως δὲ κỳ κατὰ τὸ ἔντερον. *Eodẽ aũt modo & ſecundũ inteſtinũ.*)Simile ſuperiori: Inteſtinum ſi tumore laboret præternaturali,puta phlegmone,haud dubiè intemperaturæ primùm morbus cõtinget ſimilaris inteſtini partis,quẽ ſymptomata illico comitabunt,facultatũ læſionis naturaliũ,cum aliarum,tum etiã concoctricis,qua prædita inteſtina quoq; ſunt,ꝓſertim ſuperiora. At phlegmone eadẽ cum tumore ſuo,ſi uſq; eo excreuerit,ut inteſtinorũ quoq; uias occupet: iã tum,quoniã morbus ſæpe morbũ alium facit,obſtructio inſuper accedet,inſtrumentalis partiũ illarũ morbus:quem ſymptoma ſequet impedita excremẽtorũ ad inferiora deiectio.Sic inteſtini phlegmone,ſed adaucta, geminus morbus fuerit:ſimilaris primũ ſubſtantiæ,tũ & inſtrumentalis alius ab hoc productus:ut propterea prior ille,ſecundi huius dici cauſa tãtummodo debeat, quũ tamen ſimilaris partis morbus per ſe ſit,non autem cauſa. Quæ ſi diligenter animaduerſa notentur, ut perpetuò mente diſſeparatos habeamus morbos, quos ſymptomata conſequuntur ſua quoſq;,etiam ut alterius alter cauſa ſit tricis multis euoluentur ingenia,quibus alioqui facilè implicantur.

ἐνίοτε δὲ τὸ ἐξ ἀποτελέσματος ἐνεργείας ἐστὶ βλάβη. *Interdum uerò,quod effectũ fuerit, actionis læſio eſt.*)Superiora exempla morborum,morbos alios facientiũ fuerãt, quos tñ ratio ac conſideratio diſtingueret,naturis ſuis notatos diuerſis:hęc uerò ſimplicium ſunt,atq; unius tantum facti morbi exempla, quem cauſæ præcedant ſuæ,ſequantur ſymptomata.Obſtructio morbus humores uiſcidi cauſa,impedita diſtributio ſymptoma.Refrigeratio morbus,frigidus humor cauſa,ſenſus læſio,obtuſi quippe,qui ἀναισθησία eſt,ſymptoma.Atque inter hæc, morbos ipſos,ſymptomatum quoq;,& pathematum cauſas nominaſſe licebit: humores autem,morborum quidem cauſas,id quod ſunt primo:tum uerò interuenientibus morbis,etiam ſymptomatum.

προηγησάμενον δ' αὐτῆς αἰτία, τῆς ῥινὸς ἡ σιμότης. *Antecedẽs ipſius cauſa, naris ſimitas.*) Naſi ſimi,ſi tãta ſit ſimitas,ut inde aeris,per nares attractio laboret facto nẽpe meatu eo,ſupra modum anguſto:ſimitas ea,quamuis figuræ uitium ſit,quia tñ,

non

nõ per ſeipſam,ſed interueniẽte anguſtia,meatus uitio inſpirationẽ partis eius lædit,cauſa tantũ morbi diceť rectè,nõ morbus. Qui meatus,ipſe hoc caſu,uitiatus eſt,nimirũ anguſtatus:ſymptoma ſtatim adducens ſecum offenſæ inſpirationis. Quum interea tamen conformationem partis illius utraq; conſtituant figura, & meatus: ſed meatus uitium morbus fuerit, figuræ autem, cauſa ea, quam diximus, ratione hoc quidem caſu, ex quo antecedentem ſolum morbi cauſam ſimitatẽ dixit Galenus:morbũ ſcilicet quæ anteceat non etiã morbus ſit,qui hîc eſt ipſa anguſtia. Conformationẽ porrò partis(ut hoc loco apponamus hæc quoq;) præter figurã,lęuitatẽq;, & aſperitatẽ conuenientẽ,etiam conuenientes,ac congruæ cuiq; cauitates, & meatus conſtituunt:ut quidẽ ueſicæ quoq; utriuſq;,fellęę, & urinarię cauitates,& meatus ſũt. Statuamus exemplũ in urinaria, utpote in qua notari euidẽtius ac manifeſtius cũcta poſsint Ac de ueſicæ quidẽ huius meatu,nemini dubiũ eſſe uideo,quin,ſi obſtruať is,& progreſſus urinæ impediať,morbus obſtructio ipſa dicenda ſit,quęcũq; illã cauſa fecerit,ſeu calculus,ſeu humor craſſus,uiſcidus, multusúe, ſiue etiã ſanguinis thrõbus,uel huiuſmodi quippiã:hę nanq; dubio ꝓcul morbi ipſius fuerint cauſę obſtructionis uidelicet. Morbus obſtructio:huius ſymptoma actiõis lęſio,ſiue læſa actio, quę meiẽdi eſt. At in calculo ueſicę cauitatẽ,ſiue capacitatẽ obſidẽte,alia omnino ratio quędã eſt. Ibi eñ,quoniã à calculo,nulla interueniente re alia, iuſta urinæ repletio ſeu collectio impediť: morbus neceſſariò calculus ipſe fuerit. Eſt nanq; collectio urinę hæc,ſiue iuſta repletio,ueſicę actio ipſius, & functio:ut propterea dici,aut eſſe morb.minime queat:quod tñ ſcriptũ ab aliquo legimus. Neq; unquã,ſicuti in ueſicæ colli obſtructiõe,impeditam mingendi actionem rectè dicimus ab obſtructione quã calculus faciat: ita de calculo in cauitate poſito dicere licebit.niſi uerò nugari uelimus,impediri repletionem ab alio quam à calculo,idq; primo,à quo eñ alio?niſi fortè repletione. Calculus ergo repletionẽ impediet intermedia repletione: quæ quàm inepta ſit nugatio,uides. At nõ ſic quũ dicimus,calculus intermedia obſtructione mictionẽ impedit:quid ita?quia repletio,ut dixi,& collectio hæc actio, & fũctio eſt,quod obſtructio non eſt:ut dici ideò morb.hæc poſsit,illa non poſsit. Atq; hæc eſt rerum harũ diuerſitas,quam non animaduerſam fuiſſe miror ab iis,qui & repletionem in re hac morbum eſſe dixerunt, & calculum non eſſe morbũ, ſed calculi conſtitutionem:quod profectò ipſum ne quidem, quomodo eſſe poſsit, uideo,quũ nec in q̃ calculus à cõſtitutione calculi ſua differat, uideant præcipuè uerò his caſib.ubi corporea rerum harum conſtituta, & conſiſtentia eſt. Calculus mediusfidius calculus non erit,niſi conſtitutus iam,ac cõſiſtens: ſicuti neq; humor,humor neq; aliud quippiam quippiam niſi cõſtitutiõe ſua.

C A P. VIII.

οἷ δὲ καὶ τούτων ὅσα μὲν ἐνέργειαν ἐμποδίζει πρώτως: Quòd uerò horũ quoq;, quæcunq; quidem actionem impediunt primo.) Perpetuò obſeruãdum hoc fuerit:neq; enim in morbi tantummodo genere,quod numeri eſt,ſed in omni inſuper alio ualebit hoc Neq; cuncta hæc à ſe recenſita inter morbos numeranda eſſe Galenus dixit:ſed ea ſolùm quibus primô actio læditur. Quod diligenter inprimis attẽdendum ubiq;,hiſq; præſertim omnibus,quæ mox enumerãtur: corporis partium defectibus, & mutilatis. Atq; hoc præceptum ſequuti nãque errabimus, ſi quidem diligenter attenderimus. Quædã enim ſunt, quę ambigant quędam quæ haberi naturæ utriuſque meritò poſsint. Ambigunt,ut in ueſicæ capacitate poſitus lapis,in utro collocandus ſit,morbine, an cauſæ genere: quum tñ morbus potius habendus eſſe,demonſtratũ paulò antè fuerit. Idem ſi meatum urinarium obſtruens mingendi actionem læſerit,morbi omninò cauſa erit, utique obſtructionis. Cauſa igiť, & morbus,ſed locorũ diuerſorũ reſpectu,quæ occupet:in ueſicæ collo cauſa,in eiuſdẽ capacitate morbus. Rurſus quædam morbus eadem, & cauſa,non locorum diuerſitate,ſed eorum potius, quæ faciunt ratione:ut gurgulio,qui,ſi totus amiſſus fuerit,loquutionis actioni incommodant.

modarit, primo id facies: iccircò morb. cẽſendus in numero partiũ actiõi huic deſtinatarũ. Atq; idẽ ex toto, ut dictũ eſt, exectus, eo q ablatus ita refrigeratorũ pulmonũ, ac thoracis cauſa ſit, morbũ faciens intẽperaturæ nempe partiũ illarũ refrigerationis, cauſa morbi fuerit. Illo inſuper diſcrimine, quòd morb. quẽ facit intẽperaturæ morb. eſt, & ſimilaris partis functionẽ lędit: ipſe uerò ablatus ita ac deficiens, numeri morbus erit inſtrumẽtariæ partis: quũ in ſuperiore calculi exemplo, morbus utercq; & cuius cauſa, & qui ipſemet eſt, compoſitionis ſit inſtrumentarius. Eodẽ modo ſi exectus in totũ digitus fuerit, manus totius extremæ morbus erit in numero, quippe quæ digiti unius defectu, fungi cõmodè munere ſuo nequeat apprehendendi: morb. is totius extremę manus, q̃ reliqua facta eſt, exiſtimãdus eſt, nõ aũt defecti, amputatiq; iã digiti ipſius. Idem ſi nõ ex toto defecerit, amputeturúe, ſed unus tantùm, alterúe illius articulus auferaẽ, uel ex dimidio etiã ſeceẽ: affectus diceẽ rectè geminus, numeri ſcilicet, ac magnitudinis, ſed diuerſẽ in diuerſis partib. Manus nanq; totius (extremã intelligo) magnitudo ſolùm uitiata morb. rectè cenſebiẽ: utpotè cuius uitio functio ipſa lædaẽ primò: at digiti preter magnitudinis, etiã numeri morb. erit: deficiente quippe uno aut altero articulo, qui eſſe tres in uniuerſũ debuerant: æquè enim apprehendendi functio, quæ quidem digiti ſit, utroq; lædeẽ, & magnitudinis imminutæ & defecti partiũ numeri uitio, idq; primo, quũ in manu magnitudinis hoc tãtũmodò uitio primo fiat, numeri uerò nõ primo, ſed articulorũ defectu, q digiti ipſius ſunt primo. Cuius rurſus, digiti inquã unius, ſi ex dimidio tãtùm reſectus articulus fortè extremus fuerit, morb. erit magnitudinis ſolùm, nõ etiã numeri. Hęc deduci in omnia cõſideratio ritè poterit.

τὰ δ' ἤτοι καταψύχοντα τι μόριον ἕτερον ἐνεργείας ἀπεργαστικὸν, ἢ τροφὴν ἐλλιπῆ ὑπηρετοῦντα. At partẽ aliã aliquã, qua actionẽ perficiat, uel refrigerãtia, uel alimẽtũ nõ ſatis ſubminiſtrãtia.) Lienis puta tumor frigidior aliqs ꝓpinquũ iecur refrigerarit interdũ morbũq; illi cõciliarit intẽperaturæ frigidũ: ut q dẽ factũ hydropẽ ex hoc, morbũ iecoris frigidũ, uidiſſe multos nõ dubito. Propterea dixit, partẽ alterã refrigerari actione perficientẽ, aliã ac diuerſã ab eius partis actione, q̃ refrigerat: quiã utriuſq; ꝓpria & ſeparata actio eſt, lienis ac iecoris. Defecta uẽ alimẽto ſuo iuſto pars eiuſdẽ generis morbũ incurret, frigidũ nimirũ. Ex ſanguine quippe alimentũ: at in ſanguine ſpirituũ plurimũ, calorisq; una naturalis, quo deſtituta pars neceſſariò frigidior euadet. Quodcunq; igiẽ hoc fecerit, morbi cauſa erit frigidi, ſiue ex obſtructiõe aliqua intercipiat iuſtũ partis alimentũ, quocũq; tãdẽ alio uitio alterius partis id fiat: q̃ plures numerari poſſũt atrophię cauſę. Poſſit ad hæc frigidi morbi cauſa ex accidẽte quodã eſſe: ut de gurgulione dictũ in pulmonis & thoracis refrigeratiõe: aut, ſi omento priueẽ aliqs ex toto, uel ex parte quoquomodo, id cauſa erit, q̃ priuatiua diciẽ, morbi frigidi uiſcerũ. quoniã ſicuti præſente eo, uẽtriculus & inteſtina, parteſq; inibi aliæ calore inde accepto, concoquendi munus explebãt ſuum: ita eodem priuatæ, frigidioreſq; ideò iuſto factæ, perfungi munere illo haud rectè poterũt. Cõcoquẽdi functio læſa ſymptoma: frigiditas morbus: morbi cauſa: omenti abſentia, ſiue priuatio.

ὡς ἑκάστου τῶν τοῦ ζώου μορίων εἰς ἐνέργειαν τινὰ συντελεῖ. Quod partiũ corporis omniũ, alia actiõi alicui cõferũt.) Partes corporis actiõi cõferẽtes, animali toti, utili, organicę, ſiue inſtrumẽtariæ partes illius oẽs ſunt: nulla eſt eñ omnino earum, nõ functionẽ ſiue actionẽ animali utilẽ edens aliquã, à facultate in uniuerſum emanantẽ animali, uitali, naturali: cui ſanè actioni edendæ ſimilaris pars aliqua inſtituta à natura fuit, principalis inſtrumentariæ partis totius pars: reliquę partis eiuſdẽ partes, fungenti illi munere ſuo, uſum cõferunt quæq; ſuum. Quarũ affectus uſq; adeo adauctos, ut principalis partis actiõi per ſe, ac primò incõmodẽt: modò morborũ cauſas, modò morbos dici, atq; haberi rectè debere ſuprà diximus, & exẽplũ attulimus, ſed repetẽda hoc quoq; loco nobis ea ſũt. Laboratis mẽbranæ adhęrẽtis ophthalmia, q̃ uſq; eò augeſcere põt, ut modò cryſtallinũ humorẽ morbo afficere ſimilari, uel inſtrumẽtali aliq̃ poſſit, cauſa tunc

tantum-

tantummodo morbi dicenda, utiq; in crystallino facti: ipsa interim suo affecta. Nam incremento sumto & excalfacere crystallinum poterit, qui similaris eiusdem humoris morbus erit: & maiorem iusto illum met facere, & loco moue re, qui instrumentarij. Modò nihil dum prorsus morbo affecto ullo crystallino humore, uidendi actioni officere: ut quum pupillam adaucta nimis offusçant. morbi tunc causa instrumentarij in oculo tantum nempè obstructionis dicenda. Quæ planè obstructio, quum primo ac per se uisionem lædat, nec quicquã prorsus morbi inferat crystallino, morbus merito dicet̃ oculi solum instrumentarius, non aũt causa morbi, dũtaxat principalis partis. Sic suffusio pupillæ obstructione uidendi actionẽ primò læserit: si cornea corrugata, aut dẽsior æquo facta, idẽ fecerit. Morbi quidẽ partiũ uidẽdi actioni cõducentiũ instrumẽtarij oẽs, quippe cõformatiõis, & qui nullũ afferãt crystallino humori morbũ, ut ic circo morbi dici causa nullius debeãt, in crystallino facti, sed ipsi morbi sint, uidẽdi actionẽ primò lędẽtes, nullaq; crystallini humoris morbosa affectione intermedia. Sẽper igitur cõsideranda partis uniuscuiusq; instrumẽtalis princeps pars, cuius potissimum atq; inprimis est actio. Nam quæcunq; in actionis huius oblæsionem rectà tendunt, ut primo eam, ac protinus lædant: principalis partis huius morbi fuerint, siue quatenus similaris pars ea habetur, siue etiam quatenus organica & instrumentaria, hoc est, quatenus principaliter instrumẽtaria pars ea constituitur magnitudine, numero, conformatione, positu suo, etiam unitate: quorum unumquodq; læsum, morbum semper afferet, quo inprimis, primoq; ac protinus partis actio ipsius lædatur, & quod Galenus ait, τὰς μὲν εἰς ἐνέργειαν ἄντικρυς διαφερούσας, νοσήματα ἐρεῖς πρώτως. ἄντικρυς dixit, & πρώτως, protinus ac primò: id, quod in partibus usum tantummodò suum conferentibus non est: quarum oblæsiones non protinus, ut oblæsæ sunt, rectà ac primò in actionis ipsius læsionem tendunt, nec nisi insigniter læsæ, atque offensæ actionem læserint: neque uerò primo id, sed facto in principali parte morbo prius aliquo, aut intemperaturæ, aut instrumenti: ut ideò tunc meritissimo causę potius morborum dicendæ hæ sint, utique partis ipsius principis, quàm morbi. Etenim si lædere atque impedire uisionem ophthalmia debuerit, dun taxat affecta principe uisionis parte, (nam aliter quoque impediri uisio potest ut mox dicetur) morbum prius in parte ea creet, necesse est, aliquem: causaq; ideò morbi dicetur rectẽ: at qui contingent principi parti, crystallino nẽpe ipsi, affectus, confestim protinus primo id faciunt: iccircò quoque merito morbi dicendi. Itaque aperta satis esse arbitror iam Galeni uerba hæc: (repetamus enim tota) ὡς ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ ζώου μορίων τὰ μὲν εἰς ἐνέργειαν τινὰ συντελεῖ τῷ παντὶ ζώῳ χρησίμην. τὰ δ' αὐτὰ μὲν οὐκ ἐνεργεῖ, χρείαν δέ τινα τοῖς ἐνεργοῦσι παρέχεται, δῆλον ὡς καὶ τὰς βλάβας αὐτῶν, τὰς μὲν εἰς ἐνέργειαν ἄντικρυς διαφερούσας, νοσήματα ἐρεῖς πρώτως τῶν τοῦ ζώου μορίων. τὰς δὲ εἰς χρείαν, τῶν νοσημάτων αἰτίας. Partes ostensæ, quæ actionem edunt animali toti utilem, ut crystallinus in oculo humor: & quę usum tantum afferunt actioni huic, nihil agentes ipsæ, actionis utique illius, cui usum conferunt: nam alioqui actiones ipsæ quoq; habent, sed suas naturales quippe ipsas ut partes præter crystallinum humorem, oculi omnes. Tum uerò ostensum, quæ actionem, principe protinus parte offensa, lædunt, quomodo morbi sint: & quomodo, quæ usum tantummodo conferente, parte aliqua offensa, eandem ipsam actionem lædunt, causæ. Nam affectus, qui (exempli causa) uidendi fortè functionem ipsam, nullo prorsus facto in crystallino humore affectu, impediunt, neq; intemperaturæ, neque conformationis, aut magnitudinis, aut numeri, aut positus: ut suffusio est, ac pupillæ obstructio quæcunque, ut corneæ pars pupillã tegens, corrugatior aut densior facta: hi neque morbi profectò, neque morbi causæ dici ullius poterunt, dũtaxat in crystallino humore facti, quippe qui nullus in humore eo fit: & morbi tantummodo fuerint oculi ipsius instrumentarij quidam, actionem nihilominus uidendi primo ac per se impedientes.

ποθ' ὅσα μόρια διττὰς ἐνεργείας, ἢ διττὰς χρείας ἀποτελεῖ. Quapropter quæcunq; partes duplices actiones aut usus duplices perficiunt.) Actiones duas habuerint partes in corpore aliquæ, & quidē principes instrumenti totius: ut exēpli seruetur eadē ratio. Musculi nanq; totius princeps utique pars neruus est, sentiendi, ac mouendi, cuiusmodi nerui multi sunt, actionem obtinens: qui affectu corripi potest aliquo similari, aut organico, quo utraque hæc actio prorinus ac primo amittatur, lædaturúe: duplexq; ita futura morbi ratio sit, ex una offensione. Rursus musculi tendo alicuius aliquis ex neruo, & ligamento compositus duplicē getit usum: idem principis musculi eiusdem partis, nerui nempe, neruorumúe fortè plurium actionem iuuans: nam & inferioris osis capiti infixus mouet, & (ut à Galeno docemur in libris de usu partium corporis humani) ligamenti insuper cuiusdam uicem, atque usum obtinet. Affectus igitur ipse sic, ut affectus in neruum, principalem instrumenti totius partem trāseat, morbi causa fuerit, nerui duntaxat ipsius duplex, ex duplici usu mouendi, ligandiq;.

ὥσπερ ἐνίοις εἶναι δοκεῖ, καὶ ὁ γαργαρεών. Sicuti nōnullis esse uidetur gurgulio quoq;.) Ratio supradictorum deduci facilè in alia insuper possit: ut etiam si non eiusdem prorsus instrumenti futuræ sint partes, exemplorum tñ modus retineatur. Quemadmodum si exectus gurgulio fuerit, morbi subibit rationem instrumē talis, in numero. oris totius, cuius actioni, qua uox profertur, usum quem præstare debuerat, auferat. Idem quia parti alteri, cuius ipse pars nulla est, instrumentariæ usum alium de suo largitur, thoraci ac pulmoni, ne refrigerentur: amissus morbi causa erit frigidi, alterius partis instrumentariæ huiusce: quū reuera illius usus habeatur formandæ rectè uoci, quod sit officium partium oris ac gutturis: secundarius alter ille, adeoq; alterius etiam partis: tametsi uicinitas faciat, ut utriq; æquè inseruire usumque suum præbere uideri queat, ob hoc ipsum ut arbitror, quia à priore illa uariat satis ratio hæc, ὥσπερ ἐνίοις εἶναι δοκεῖ, inquit: ut quibusdam uidetur: quasi qui alienæ sententiæ placita retulerit.

Η τοίνυν ὡς οὐκ ἔστι μία τις ἐνέργεια τοῦ ζώου ἡ φωνή, καὶ ἡ εἰσπνοή, καὶ ἡ ἐκπνοὴ δεικτέον ἐστίν. Vel igitur quòd non una sit animalis actio uox, & inspiratio & expiratio demonstrandum erit.) Manifestum est unam esse animalis actionem, uocem, & item unam inspirationem & expirationem: non enim unam cunctas has simul existimasse Galenum credendum, quæ euidēter diuersæ sunt: quippe quum uocem expiratio maior faciat quæ ἐκφύσησις est, & dici efflatio potest, respirationem autem minor. Manifestum igitur hoc quum sit, illud quoq; manifestum statim fiet: gurgulionis amissionem morbum efficere in palato, imò ipsum amissum morbum esse in numero posse partium oris actioni utriq; inseruientium, & loquendi, siue uocem edendi & inspirandi, quibus planè actionibus gurgulio usum suum præstet, nimirum in confinio positus partium utrarumq;, ut tum pro morbo, tum pro morbi causa habendus sit, qua paulò antè diximus, ratione.

Κατὰ δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα, καὶ ἡ τῶν ὀδόντων ἀπώλεια. Secundum uerò hæc ipsa dētis quoque amißio.) Comminutio cibi in ore quod mandere est, molaribus inprimis perficitur dentibus: quibus auxilio uenit lingua, in quam uolumus partem, cibum uertens comminuendum, ut usum tantùm conferat, nihil ipsa mandat. Et hic quoq; igitur rectior illa, quam priùs dixeramus, partium harum spectabitur ratio. Mandendi enim cibi actio, & officium cessabit amissis molaribus quorum actio & functio propria illa: ex toto, si omnes, ex parte, si pars amittatur: pro rata semper insequuta morbum hunc in numero actionis huius amissione, aut imminutione. Lingua, quoniam usum tantùm præstat, si mutiletur, uel aliàs commouere se muneri huic aptè in ore ex affectu morboso aliquo nequeat: actioni huic incommodârit, sed nullo interueniente principalis, cui actio hæc delegata sit, qui molares dentes sunt, partis morbo, quod quidem ad hoc attinet, si illi integri fuerint, ipsa interim morbo euidēter correpta lingua. At qui cibum incidunt, dentibus amissis, cùm incidendi functio hæc amitte-

immuteturq;, neq; quod in magnitudinis morbis maneat, propterea protulisse hoc Galenum existimandum est: nam nec manus (exempli causa) quæ quidem extrinsecus apparet figura, de qua sermo hic esse uidetur, exempto fortè neruo, aut uenula, peribit: & ut interior aliquatenus pereat, non lædetur tamen actio inde ulla figuræ utiq; uitiatæ morbo, sed numen potiùs partis scilicet defectu alicuius, sentiendi ex eo, aut mouendi actione protinus læsa, si neruus fortè deficiat, aut nutriendi si uena. Neq; non aliquando magnitudinis morbos, figuræ quoq; uitium ac morbus sequetur, si modum excesserint, ut in sequenti libro dicetur, de morborum causis: ἕτερος δὲ τρόπος βλάβης σχημάτων (ait ibi), διὰ πλημμονὴν αὐξήσεως, ἢ ἔνδειαν, ὥσπερ τοῖς ὑπὲρ παχυνθεῖσιν ἄγαν. Læditur figura ob plenitudinem nimiam aut defectum, ut in supra modum pinguefactis & crassefactis, aut tabefactis ualdè. Inq; altero supra modum excreuisse magnitudo intelligatur, defecisse in altero: morbis factis adauctæ uel diminutæ nimis magnitudinis, actioneq; ex his primo læsa: tum uerò, quoniã morbus facere morbum sæpè alium solet, etiam figuræ morbo introducto, quo pariter primaria ratione læditur actio, quum morbus sit. Antequam igitur figuræ quoque uitium hoc addatur, magnitudinis tantum morbus erit. Quo modo intelligendus Galenus hîc fuerit.

ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁ Ἀσκληπιὸς ἰάσατο. *Verùm hũc quidem Aesculapius sanauit.*) Asclepiadem opinor uoluisse dicere, dixisseq; ac scripsisse Galenum, Prusiẽsem medicum magni nominis: ut Ἀσκληπιάδης sit, non Ἀσκληπιὸς scriptum. Neq; enim tam digna res hæc Aesculapio, si quis de obesitate uel crassitia corporis nimia demat.

CAP. X.

Ἐν τούτῳ τῷ γένει, καὶ οἱ τῆς γλώττης εἰσὶν ἄμετροι δεσμοὶ, καὶ οἱ τῶν αἰδοίων. *Huius generis sunt etiam immodica linguæ & pudendorum uincula.*) Viderentur figuræ potiùs uitio contineri debere hæc, quæ incurua, aut aliter distorta his casibus redditur. Sed quia actio tunc non læditur primaria ratione à figuræ uitio, sed à positu, qui rectus in his & protentus, minimè uerò flexuosus, aut uinculis ullis distractus esse debet: positus potius morbis iure, ac meritò assignabuntur, siue cohærentiæ etiam partium & consensus, dubio procul eo casu uitiati: quorum uterque compositionis, nempe συνθέσεως genere comprehẽditur: positus inquam, & consensus siue cohærentia.

CAP. XI.

Εἰ δὲ μὴ διασπασθείη τελέως, ἀλλ' ἐκ μέρους τινὰς, οὐκέτι τοῦτο τοῦ παντὸς ὀργάνου τὸ νόσημα ἐστι. *Quòd si non diuellatur in totum sed ex parte aliqua, iam non totius instrumẽti morbus is fuerit.*) Diximus suprà partem corporis unamquamq; simplicem, aut cõpositam, unam semper habendam in natura sua esse: proinde unitate constare aliqua oportere: quæ unitas si dissoluatur in ligamento fortè (exempli hoc causa ponatur) neq; diuulsum tamen scissumq; ligamentum per totum fuerit: similaris tantùm ea erit partis continuitatis solutio, cuius unitas in simplicissimis partibus ex quibus componitur, constat: atq; interea ligamenti perstabit functio, quam articuli, dum colligãtur uinciunturq; simul, edũt, instrumentariaq; ideò parte, (quod quidem ad hoc attinet) nõdum læsa. At discisso toto, iam organicæ quoq; partis morbus fiet, solutæ continuitatis itidem organicæ & instrumentariæ, uinculo illo & ligamento scisso disiectæ. Quin uenæ pariter, & arteriæ, quæ inter primi ordinis, simplicioresq; instrumentarias partes numerantur, si inflictum uulnus fuerit, tunicas tantummodo lædens ad cauitatem non perueniens, læsa utiq; continuitate sua uena, aut arteria meritò dicetur: at ut instrumentariæ partes, sanguinemq; deferunt, non læsæ continuitatis duntaxat solutione. Quod fiet tunc primùm: quum primum eousq; uulnerabunt, ut subministrare alimentum parti debitum, in cuius grãtiam fabricatæ sunt, nequeant. At tunc communis esse partium utrarumq;, similarium ac dissimilariũ

inuenietur morbus Vnitatis solutio, hoc est, utrisque competens: quod quintũ appellauit morbi genus Galenus post instrumentariæ partis quatuor illos, quintum hunc numerans, sed similaribus tamen etiam communem.

τὰ δὲ ἀποσπάσματα καλούμενα μόνων τῶν ὀργανικῶν ἐστι μορίων ἴδια παθήματα. At quæ auulsiones uocantur, propria partium instrumentalium solum pathemata sunt) Vt intelligeremus non esse inter solutæ continuitatis morbos reponenda hæc, quũ musculus fortè à musculo auellitur, aut ab osse caro membranaúe, à carne neruus, ab hoc uena, & huiusmodi quædam, quæ consensu inter se cohærere, connectiq́ debebant, atq́ ad compositionis morbos cõmodè reducuntur. Quapropter quarti illius generis erunt morbi hi, non quinti huius: quod tũc in parte instrumentaria euenit, non quũ quatuor illorum aliquis fit, sed quũ continuitas tantum instrumentariæ partis soluitur, quo paulò antè narrauimus modo. Nam, quod dicunt, quoniam continui solutio rei figuram, & conformationem uitiat, & peruertit ipsa quidem (scilicet solutio continui) per se, & primũ instrumenti morbus est: mirum ualdè futurum hoc sit: si quidẽ continui solutio figurã, ac conformationẽ rei peruertens primo, ac per se dicenda morbus sit. Quin uerius rei figura, & conformatio uitiata morbus ita per se diceretur: continui uerò solutio morbi causa quæ figuram, & conformationem uitiet actionẽ primo lædentes, si quidem ita esset. Videant igitur quæso quo recidere cogãtur, si sic opinentur. Quanto itaq́ rectius ac uerius continuitatis solutionem dicemus instrumentariæ partis lædere actionem posse per se: quæ quanquam figuram uitiet (demus enim hoc) at non figuræ uitio, quum factum hoc fuerit (non em̃ semper fit) lædetˀ actio, sed continuitatis profectò solutione, apertè satis. Figuræ aũt uitio læditˀ primò, ac per se partis actio ex organico morbo, inter illa quatuor sui generis. Alioquin, nisi ita dicatur, ac fiat morborũ genera, cõfundẽtur inter se multa. Etenim in partiũ quoq́ luxationib. multis figuræ uitiũ fit & conformationis: nõ propterea dicemus, quia figuræ uitiũ fit, luxationẽ primũ ac per se instrumenti morbũ esse, an potius quia luxatæ sunt partes, actionem impediri? Ad eundẽ modum, non quoniã continuitatis solutio figuram uitiat, solutio ea actionem primò lædit: sed ob idipsum, quoniam soluit. Quòd diligenter obseruandũ semper est, ut quo primo ac per se læditˀ actio, in eo morbũ statuamus: presertim uerò quũ plus una morbi facies cõueniunt simul: ut si manus phlegmone laboret, ubi & mala tẽperatura, & meatuũ obstructio, & magnitudo, tumor quippe necessariò, multoq́ maius simul figuræ uitiũ, quàm in soluta simpliciter particulæ unius alicuius cõtinuitate. At nec à magnitudine lædetˀ actio ulla, nisi adaucta intantum, ut facere id possit: figuræ aũt uitio hîc q̃ lædatˀ impediaturúe primaria ratiõe actio, ne excogitari quidẽ rectè satis põt: ut mirer cogitasse ista nostri tẽporis satis bene doctos. Nã nec figuræ profectò uitiũ in soluta cõtinuitate omni reperietur: in simpliciore em̃, ubi continuitas tantũmodo partiũ soluitˀ, contiguæ aũt cõiunctæq́ manere simul possunt, qua in parte figura manifestò lædatˀ, non erit dicere. Et quoties tñ euidenter lęsa figura apparebit, quũ nũ huius qdẽ ipsius ratione impedita lędatˀ actio, ne in cõsiderationẽ quidẽ ullã uenire debebit medico? Sola igiˀ adhuc nobis restabit in his continuitatis solutio, quàm actionis læsæ atq́ impeditę, nulla prorsus dubitatione primo ac per se causam habendam esse arbitremur, unde & morbũ.

CAP. XII.

Ἀλλ' ἀεὶ τὸ λαμβανόμενον ἅπαν, ἀπ' ἀμφοτέρων συνέχεσθαι. Sed quod semper sumitur, ab utrisq́ contineri.) Quamuis exigua corporis in parte consistere affectus is poterit, diuersis, quos secta hęc supponit, meatibus, alijs dilatatis, alijs angustatis.

Ἄλλως δὲ σύμπτωμά τε, καὶ πάθημα μόνον, ὥσπερ καὶ τὴν ὀδύνην. Aliàs uerò symptoma, et pathema tãtũ, ut & dolorẽ.) Hoc illud est, de q̃ paulo antè monuimus, diligẽter attẽdendũ semper esse. Neq́ em̃, ut qđq́ sese offert nobis morbi specie aliqua, ꝓ morbo uero habẽdũ id statim fuerit: nõ magnitudo, nõ numerus, nõ figuræ

uitium,

uitium, uel huiusmodi alia: sed tunc tantùm, quum actio inde primaria ratione læsa quoquomodo esse inuenietur. Sicuti nec in phlegmone quidē magnitudo: nisi huius ipsius ratione primo ac per se læsa impediatur partis actio: ut si propter tumoris magnitudinem commouere se pars nequeat: ubi tamen indubitati morbi plures alij sunt, præsertim si cum ulcere phlegmone fuerit. Quæ quū tumore suo actionē non læserit, tumoris inquā ratione id ut fiat: tunc nullo pacto tumor ille, seu magnitudo habendus morbus erit, sed pathema & symptoma solùm: qua scilicet significatiōe symptoma accipimus pro præternaturali re, q̄ corpori accidat. Sanè dolor pariter symptoma, nō morb. cēsendus erit, rectè existimātib. quāuis morbū arbitrati sint superiorū ętatū medici nō incelebres.

Ἅπαντα μὲν οὖν τὰ φλεγμαίνοντα ἅμα, καὶ ἡλκωμένα σώματα τριχῇ μὲν ἐξ ἀνάγκης, τετραχῇ δ' ἔστιν ὅτε νοσεῖ. Cuncta igitur phlegmone simul, & ulcere correpta corpora, tripliciter necessariò ægrotant, nonnunquam uerò etiam quadrupliciter.) Vlcus morbus unus, siue solutio continuitatis: ex phlegmone calor, & humor, duo: in totū tres. Nam tumor qui necessariò hoc quoq; casu adest, non tantus esse ponitur, ut actio inde lædatur ulla, tumoris nimirum ratione. Qui tamen si usq; eò attollatē, ut pars, puta manus, phlegmone atq; ulcere eo laborans, ob eā ipsam tumoris magnitudinem functionibus suis impediatur. iam tum is quoq; tribus illis additus morbus, quatuor numero effecerit: quorum duo similaris partis erunt, calidus & humidus: dissimilaris unus, tumoris magnitudo: reliquus utrisque communis, continuitatis solutio.

Καθ' ἕνα μὲν τρόπον, οἷς πάντα περιττῆς ὑγρότητος. Vno quidē modo, quòd omnia ex redundanti humiditate.) Primus cōpositionis modus is est, etiā si nullū sit ulcus: quòd quicūq; tandē abundauerit humor, quāuis potestate futurus sit alterius facultatis qualitatisq; cuiusdā, actu semper humidus quū sit, hac ex parte humiditatis eiusmodi in præsenti redundātia morbū afferre parti poterit, qui alteri cōiunctus ab humore potentia seu potestate calido, frigido, aut sicco, cōpositionē faciet. Reliqui duo manifesti satis sunt modi: secūdus enim ex compositione constat qualitatū, quæ humori unicuiq; geminæ semper insunt potestate, ut bili caliditas, & siccitas, alijs aliæ: tertius ex plus uno humore cōpositionē habet, ubi compositio morborū maior, ac diuersarū magis qualitatum.

CAP. XIII.

Ἐπειδὴ γὰρ ἑνὸς ἑκάστου τῶν μορίων αὐτοῦ νόσημα ἐστὶν ἡ φλεγμονή. Nam quoniam uniuscuiusq; particularum eius morbus est phlegmone) Quippe qua & caro, & membranæ, & arteriæ, & uenæ, & nerui, & reliqua eodem tempore afficiantur omnia. Itaq; quoniā partes hæ intemperie ex phlegmone primò laborant: meritò secundario, atq; ex accidente instrumentum totum ex eo laborare dicetē, tanquā morbo nō instrumentali, sed similari magis parti proprio. At luxatio si præterea fuerit, morb. is utiq; primò instrumēti totius habebitē, quippe instrumētarius.

Ἀλλ' ὡς εἴρηται τὰ τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων νοσήματα τοῦ σύμπαντος ὀργάνου κατὰ συμβεβηκός ἐστι. Sed, quemadmodum dictum fuit, similarium partium morbi instrumenti totius ex accidente sunt.) Iure id quidem ac meritò: quum enim similares partes, qua tales, hoc est, ex elementis tantùm compositæ quatuor, instrumentum nō constituant, sed qua magnitudinem suam ac numerum, & positum, & conformationem habent: etenim carnis (ut inter libri initia traditur) qua caro in primorum elementorum tantummodo compositione differentia subsistit: sed qua instrumenti præterea pars est, in conformatione, & magnitudine: quicunq; similarium partium morbi numerabuntur primo, ij dissimilarium & instrumentariarum censebuntur secundo, atq; ex accidēte. Nihil enim aliud sibi uult hoc loco, κατὰ συμβεβηκός, quàm secundario. E contrario fit, eadem tamen ratione, ut instrumentariarum partium morbi primò, ac per se qui fuerint, ijdem secundariò similarium partium, & ex accidente numerentur morbi: ob naturę uidelicet diuersitatem similaris ac dissimilaris partis: quarum alteri si quid primò, ac per se competat, non possit alteri idem eadem ratione: possit autem secun-

daria, & secundũ accidẽs competere. Quocirca tres illi à Galeno relati morbi, ceratoidis ulcus, rhagoidis prolapsus, & pupillæ distortio quum oculi morbi sint instrumentarij omnes: si præterea phlegmone oculus laboret, quòd hæc similares quoq; partes proprio illarum morbo afficiat, compositum ex parte sua intemperaturæ nempe nomine, morbum in oculo non efficiet, propterea quod ex accidenti solùm oculi totius organicæ partis, morbi hi existimandi sint, qui intemperaturæ & similaris partis sunt. At compositus instrumenti unius alicuius totius morbus, ex instrumentarijs omnibus constare debeat, primo ac per se, si compositus instrumentariæ partis dici, atq; haberi morbus debuerit: ex accidenti autem ut similaris quoq; partis sit, nihil uetat. Ac si fortè, quod exempli attulit Galenus, & unguis in oculo sit, & ophthalmia & ceratoidis tunicæ erosio, & Vueæ prolapsus, & suffusionis initium: nemo compositum oculi morbum negare audeat, qui factus ex pluribus sit instrumentarijs, ut hac in parte compositus etiam instrumenti totius dici possit, per se, primoquè: tum uerò etiam ex similaribus, qui ex accidenti oculi totius dicendi morbi sint, ut partis instrumentariæ. Tametsi possit aliquis non compositum dicere morbum hunc, sed plures: qui quidem pro composito tantum morbo existimet eum, qui partem unam pluribus malis affligat: sicuti plures, qui diuersas. Quod planè quocunq; modo statuatur, ad indicationes medicas inuestigandas facturum nonnihil omnino sit. Nam, siue pluralitas hæc, siue compositio morborum dicenda habendaq; fuerit, & complicatio: illius semper maximam curam geret, quicunq; sanandos suscipiet morbos, cuius in therapeuticis admonemur non semel: nempe ut sciat, quæratq; diligenter, quis cuius causa habendus inter hos sit: cuiusq; ducenda maior ratio fuerit quam alterius: aliquisne inter eos reperiatur, qui nisi curetur prius ipse, curari, sanariq; reliqui facilè nequeant: atq; huiusmodi quædã: quæ unde inchoanda curatio, ac qua quòue usq; progrediendũ in ea fuerit, demonstrent. Quod quidem unusquisq;, utrocũq; de ijs modo arbitratus fuerit, rectè semper, atq; ex ordine facere poterit.

Ὥσπερ οὖν τῶν ἁπλῶν νοσημάτων, τὸ μὲν. Igitur quemadmodum simplicium morborum alius quidem.) Apparet simplicem instrumentarium morbum, nimirum unum tantum, idq; primò, dictam à Galeno suffusionem fuisse, eo quòd principalem oculi totius, quæ uidẽdi est actionem primo, ac per se impediat obturato meatu, qua uisorijs spiritibus prius patebat exitus: hoc est facta obstructione tantum conformationis uitio, nullo alio affectu, uel morbo: quin ne crystallino quidem humore ipso ulla ex parte offenso, sed externa tantummodo luce priuato. Ceratoidis autem ulcus ex accidenti instrumenti totius morbus dictus fuit, unus quidem ipse quoq; tantùm. sed parti similari æquè, ac dissimilari cõmunis, & in parte cuius affectus eiusmodi non rectà protinus, atq; primo in offensam tendat uidendi functionis.

Οὕτω καὶ τῶν συνθέτων νοσημάτων, ἴδια μὲν ἔσαι. Ita & compositorum morborum propria iam quidem erunt.) Simplicis, atq; unius solùm morbi instrumentarij, dictæ fuere iam primũ differentiæ qui cum per se, tũ ex accidenti talis esset: nunc etiam compositi traduntur, utique instrumentarij: alterius qui per se, ac primo, propriusq; instrumenti totius rectè compositus dicatur: alterius qui ex accidẽti. Exemplum primi, ut quum fortè oculus eodem tempore, ungue, suffusione, rhoeade laboret: quorum unusquisq;, præsertim uerò suffusio & unguis si pupillam occupet, uidendi functionem auferunt ex toto: rhoeas uerò ut non auferat, imminuit certè. Quicunq; ergo morbi instrumentarias etiam partes alias hoc pacto infestarint, simul cõpositum haud dubiè morbum illarũ efficient primo, ac per se eiusmodi. Alterius uerò generis, cõpositi quidẽ omninò, sed qui ex accidenti instrumentariæ partis qui sit, exemplũ quoties plures simul quidem quoq; partes, sed leuiusculè nec affectu, qui primo ac protinus in actionis offensam tendat, laborarint: ut si in ceratoide nubecula fortè, sed non qua

parte

parte pupillam tegit appareat:simulq; ulcus non magnũ in adhærescẽte membrana fuerit: & in palpebris (quoniam ipsæ quoq; usum suum cõferunt) asperitudo. Iam enim oculi totius dici poterit non incongruo, sed ex accidenti tamẽ compositus morbus. Quæ plane ratio deduci per omnes instrumentarias corporis partes facilè poterit. Ac scio paulò antè etiã de simplici simul ac composito instrumentariæ partis morbo dicta fuisse quædam, qui ex accidenti essent: sed ea erat compositio morborum tam similarium, quàm instrumentalium, ex accidenti tamẽ omnium. Ea uerò, de qua nunc dictum, instrumentariorum tota est, nullius autem similaris morbi: nam ulcus adhærescentis membranæ, tam instrumentariæ, quam simplici, & similari parti communis morbus est.

ὡς τόγε ἀναγνῶναι μόνον ἅπαξ ὅσα γέγραπται. Nã semel tãtùm quæcunq; scripta hic sunt, legisse.) Sententia literis aureis describenda, & his uncialibus: qua monemur, non esse oscitãter euoluendos authorum libros, sed iterata sæpius lectione pensiculatè examinanda scripta: tum uerò plurimum exercendum se in his: hoc est, traditam & exhibitam nobis methodum per multa alia agendam uersandamq;. id enim, ut opinor, uolũt sibi illa: *εἰ μὴ μελλει τις ἐν αὐτοῖς ἐπὶ πλεῖστον γυμνάζεσθαι*: nisi quis plurimum se in illis exercuerit.

IN LIBRVM DE CAVSIS MORBORVM

CAP. I.

Π*όσα μὲν δὴ καὶ τίνα τὰ σύμπαντα νοσήματα. Quot quidẽ sint, & quales morbi omnes.)* Sanaturo morbos medico, rectaq; methodo curaturo, dogmatico, & rationali, non satis fuerit morborum genera, & differẽtias quæsiuisse: etiã causas inuestigatas teneat necessum est: & has quidem efficientes à medico inprimis, atq; ante alias omnes tractandas: quas si nesciat, ac ueluti de facie ignoret, quomodo aut uenientes morbos repellere, ut sanitatem tueatur, aut iã corpus ipsum obsidentes expellere, ac propulsare cum ratione poterit? Nam empiricus perfungi officio suo etiam sine causarum cognitione ulla queat: sed paulo minus quàm fortuitò. Sic fit, ut præsens Galeni liber perquam futurus necessarius sit ad therapeuticen simul & hygiinem rationalis medicinæ partem.

ἑξῆς δ᾽ ἂν εἴη τὰς αἰτίας αὐτῶν ἑκάστου διελθεῖν. Deinceps uerò uniuscuiusq; eorum perquirenda causa.) Qui rei alicuius causam inquirit, rei quam esse scit, & quia est, non ignorat, naturam inquirit, ut propter quid sit, sciat. Ex Aristotelis quoque igitur præcepto fiet (qui quidem hãc illam sequi debere quæstionem aliquando nobis scripserit) ut post traditos morbos, quot qualesq; sint, deinceps statim propter quid hi sint, quæramus hoc est, causas inuestigemus,

Κατὰ δὲ τοὺς μήθ᾽ ἑνοῦσθαι καὶ κενόν τι παραπεπλέχθαι πάσῃ σώματος συγκρίσει νομίζοντας. Secundum autem neq; uniri, & uacui aliquid omni corporis concretioni interi existimantes [censentes].) Qui elementa recipiunt, atq; admittunt, eademq; immutari, & alterari, quum inuicem agunt & patiuntur, in mixtorum compositionibus uolũt: in unum coalescere hi, atq; uniti res misceriq; per omnia concedent, neq; enim misceri rectè aliter possint, si quidem mixtionem ueram alteratorum unione constare debere persuasum habuerimus. At qui atomos inuexere, quæ nec immutari nec alterari ualeant, sanè neq; uniri neq; misceri rectè quidem, nisi ut in aceruo fortè fatebuntur necessariò: quo[m]odo nanq; miscerentur & unirentur ritè res quæ alterari nequeunt? & uacuum semper spacium aliquod inesse rebus dicere cogentur, propterea quòd quum non rectè misceantur, nec coire quidem ritè ut unum fiant, possunt, sed ueluti coaceruãtur tantummodò accumulanturq; contigua solùm non etiã continua facta, ut ideo interceptum atq; implicatum uacui semper aliquid sit Ac meritò, *σώματος συγκρίσει*, dixit non aũt *συγκράσει*: prius nanq; *συγκρίματα* quoq; dixerat, & *μετασυγκριτικὰ*, cõcretiones rerum tantum quasdam significans, non mixtiones ueras, ac legitimas.

Καὶ λύσις τῆς αἰσθητῆς ἑνώσεως, Et sensibilis unitatis solutio.) Notabiliter audiẽdũ illud

αἰσθητῇ: neq; enim reuera, authoribus quidem illis, propter modò dictas causas, esse partium corporis unitas siue unio potest ulla, quando nec continuitas, nec mixtio, nisi quæ uideatur, atq; ad sensum tantummodo, & in speciem fiat. Hippocrati autem, & nobis, propter easdem illas causas reapse prorsus unitas, unio, & continuitas fuerit, quam & sensus animaduertens perspiciat, & rationibus assequamur multis, uerisq;.

τῆς πρώτης ὑποθέσεως. *Primæ suppositionis.*) Nempe, quam nūc quidem primo loco narrauerit: nam superiore libro prioris alterius facta fuisse mentio uidetur. Sed hoc obiter sit dictum.

C A P. II.

ἐκ μὲν κινήσεως ἐπί τε τῶν γυμναζομένων ὁποσοῦν. *Ex motu quidem, cū in ijs qui quantumcunq; exercentur.*) Horum quidē qui prius inerat, augetur calor ex motu: ut uentilata quoq; flamma, quæ prius actu erat, augetur, crescitq; maior quippe facta, quantitateq; potius sua quàm qualitate aucta: nisi, prout in maiore quāto, maior simul qualitas, extensior nempe (ut ita dicam) non intensior inest. iccirco, ἐκ κινήσεώς τινος αὐξανομένου τοῦ θερμοῦ dixerat paulò antè. Ac nihilo secius tamen fieri hic quoq; dici poterit rectè calor aliquis nouus: utiq; ex parte ea, qua maior euadit. At in mutua lapidum lignorumq; collisione fit, generaturq; totus, potentia tantùm quadam inexistens prius quæ motus uehementia, per attritum illū facti ad actum producta exit. Et ut non omnia attrita, collisaq; ignē conceptum elidant: at cōcalescunt omnia, iusta commotione facta: nam si collisio exigua admodum aut attritio fiat, nihil subsequuturum tale sit, euidēs manifestumq; uel notatu dignum.

καὶ μάλιστα σπερμάτων ἢ κόπρων. *Seminumq; maximè & stercorum.*) Quoniā horum spectari exēpla possunt, propemodū quotidiana putrescentiū. Est porrò putredinosi caloris origo, exortusq; per se in parte ubi putredo fit, non aliū insequens: sed qui tamen deriuari in proximas, & uicinas partes queat.

καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἐκ τῆς τῶν θερμοτέρων ὁμιλίας. *Et quidē quòd ex calidiorū quoq; uicinitate.*) Hoc utiq; causæ genus cōmune multis esse reperietur: quando nō solùm accedētes ad ignē solemúe cōcalescimus plus satis, sed etiā gelidorū proximitate refrigeramur: siccamur humescimus, siccorū & humentiū ꝓpinquitate.

οὕτω δέ καὶ εἰ πῦρ ἀνάψαις χειμῶνος ἐν οἴκῳ μεγάλῳ στεγνώσας μὲν αὐτοῦ τὰς διαπνοάς. *Sic quoq; si ignem hyeme accenderis, in domicilio magno, obturatis ipsius spiramentis.*) Modò non prorsus atque ex toto factum hoc fuerit: nam tunc obturatis, obstructisq; meatibus & spiraculis ad unum omnibus, imminui sępe calorē priorem uidemus. Flamma certè ignísq; actu qui fuerit accensus, perit semper hoc pacto: motu ad exteriora, quem natura propria sua habet, priuatus. Sic attoniti, frigidi utiq; morbi genus contingit, de quo paulo pòst dicetur à Galeno, quum interceptis uenarum & arteriarum spiramentis, spirituq; ita intercluso suffocatus extinguitur natiuus calor: sic accēsum cucurbitularum ignē restingui protinus uidemus succēsum prius sola angustioris oris obturatione interstincta flamma. Quapropter calorem, ne exhalet, cōseruatum auxerit circumquaq; diligens sic satis spiramentorum occlusio: plus satis, ac nimia etiam interstinxerit: imminuerit certè pereunte extemplò flamma, ut in cucurbitularū illa contingere quotidie animaduertere licet.

ἐκ τε τούτων ἤδη πρόδηλον ὅπως ἐπιγίνεται τοῖς ζώοις. *Ex his quoq; manifestū iā, quomodo in animalibus succedant.*) Nā & in exercitatiōe nimia propter uicinitatem excalfactarum plus iusto partium concalescunt aliæ: & quæ putredinoso calori proximæ sunt, calorem eundem accipient partes. Iccircò commune multis esse diximus suprà causæ genus hoc.

καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἡ ἔγκαυσις. *Et hoc est inustio.*) Ab ἐγκαίομαι si fuerit ἔγκαυσις, non opinor, reddemus melius quàm inustio, quæ nihil aliud sit, quàm æstus capitis ex insolatione contractus: tametsi ad corporis quoq; totius affectū eiusmodi crediderim referri significationē posse: ut illud τῆ corporis partē comprehendat utramq;

utramq;, non capitis solam. ᾗ τὸ τ' ὅλης, inquit, ἐγκαύσεις: quũ uidelicet tam corporis totius nudi cutis insolata, exustaq; æstuat, quàm capitis. Nam si uestito corpore reliquo, caput solum ex diutina in sole mora æstuans uratur, quamuis reliquum quoq; corpus concalescat tunc necessario, at non eadem, qua caput, ratione concalescet: quippe nõ ex insolatu, sed indumentorum interuentu excalfacto, qui corpus tangens ambit aere, perq; rarefactos ita cutaneos meatus facilè ingresso. At in nudo cutis à sole tacta uritur, siccaturq;. Eã ppter quę corporis partes uestiũtur, ab insolatione haud difficulter sudãt: nudæ nõ similiter.

Ῥιγώσας γάρ τις ἀμέτρως. *Rigore nanq; correptus aliquis immodico.*) Non solùm si quis algens rigeat, quod ῥιγῶν est, ex ambiente frigore, sed etiam si horrore aliquo alia de causa paulo uehementiore, uel rigore quoq; aliter quàm ex frigore corripiatur, sequi ex eo cutis constipatio nonnulla posit, ac deinde ob hoc ipsum calor. Quin febris non minus alicuius causa id fuerit aliquando, ut author est Galenus libro, ut opinor, therapeutices methodi octauo.

Οἷον οἶνος παλαιός, καὶ δριμεῖος προσενεχθέντος πλείονος ἀσθενεῖ σώματι. *Quemadmodũ si uetus uinũ, atq; acre ab imbecillo corpore sumatur.*) Videbatur cõtrarium potius existimandũ esse, ut in fortibus & robustis id fieri corporibus deberet: quorũ quoniam natiuus calor maior credi posset, eundẽ illiusmodi uino accensum in facilius multo ac promptius, quippe iam antea magnũ satis. Verùm qua ratione maior eorũ calor est, eadẽ fortior pariter, ac ualidior, meritò cẽsebitur. Proinde nõ solum uino, quod cõfici & uinci facillimum est: sed solidioribus quoq; cibis conficiendis bonus, ac robustus futurus: ut ideo ab eo uel cibi, uel uinũ in alimentũ iustũ corporis cõuertãtur, nõ aũt febrẽ accendãt. Quod quidẽ paulo imbecillior pstare haud satis rectè calor queat, utpote q uinũ quidẽ ipse quoq; in alimentũ cõuertendũ aggrediat̃, atq; ex parte cõuertat quãdoq;, sed uictus statim, succẽso inde ex uino præternaturali calori cedat, sequaturq; ita febris.

Ἄμεινον δ' ἦν σε μὴ ταῦτα θαυμάζειν. *Melius autem fuerat, te non ista mirari.*) Vt in quo ueterum quoq; medicorũ peccarint nõnulli, adeoq; Erasistratus ipsemet: q (ut ex Cornelio Celso discere licet, in operis proœmio) quũ uideret ex ijsdẽ causis alios quosdã affici, alios uerò minime: imò uerò eundẽ sępe ab eadẽ causa nũc quidẽ puta febre corripi, aliàs nõ corripi: nõ ex his fieri morbos dixerit. Sub Themisone aũt methodicæ sectæ authore, medici alij nullius prorsus causæ notitiã ad curationes ptinere cõtenderũt, ob idipsum nẽpe q diuersis tẽporibus causas easdẽ modò morbos afferre, modò nullos facere uiderẽt. Inuenitur ideò Galenus in hosce paulò diffusius disputãs, quòd nõ pauci tunc essent, qui ita opinarentur. Libro uerò de causis procatarcticis eadem repetit.

Ἀλλ' ἀποφαινόμενοι τολμηρῶς τε, καὶ προπετῶς: *Verùm promptè ac temerè pronũtiantes.*) Cuiusmodi uidet̃ Erasistratus quoq; fuisse, de q ita scriptũ reliqt Celsus loco, quo suprà diximus. Nã & Erasistratus nõ ex his fieri morbos dixit, qñiã & alij & idẽ aliàs post ista nõ febricitarẽt, quasi q causas nõ habẽdas esse deputaret, q nõ semp facerẽt: more eorũ qs temerarios hic uocat Galenus, & sensu carẽtes.

Τὰς μὲν δ' ἤδη κατ' αὐτὸ τὸ ζῷον εἴτ' οὖν διαθέσεις, εἴτε καὶ κινήσεις παρὰ φύσιν, αἰτίας ὀνομάζουσι προηγουμένας νοσημάτων. *In animali quidẽ ipso, siue affectus, siue motus præternaturales, causas morborũ uocãt antecedẽtes.*) Affectus dixit iã factos: motus aũt, qui etiamnũ hũt, & ἐν τῷ γίγνεσθαι sunt: ut humorũ collectio in corpore nimis multorũ aut prauorũ anteq; morbi quicq; pariãt, morbi causę rectè dici poterũt, antecedẽtes futuri mox. Atq; ijdẽ tñ in corpore humores, facti iã genitiq; à se morbi alicuius antecedẽtes aliquatenus dicẽtur causę, quẽ quasi foueãt semp, ac ppterea subinde tanquã nouũ faciãt manẽtes in corpore. Morbi porrò causæ in corpore haberi affectus qq; aliq poterũt, si affectus in morbi fuerint: ut qdẽ ex morbo sępè morbos alius generat̃, ueluti ex intẽperatura lienis morbosa, iecoris itidẽ morbosa: uel ẽt si nõ morbi fuerint affectus illi, at morbos tñ faciãt, cuiusmodi supius exẽpla attulimus affectuũ quorundã, q uideri in specie morbi

posint,

posſint,nec ſint tamē,& morbi tantūmodo alterius cauſę ſint. Quemadmodū (quod pro multorū aliorū exemplo futurū hic ſit,& de quo dictū pariter ſupra fuit)in facta ex percuſsione forte naſi ſimitudine,quod figuræ partis eius uitiū quidē eſt atq; affectus, neq; morbus tamen,quoniā nulla inde primo ac per ſe actio læditur, ſed interueniente id demū fiat interioris naſi meatus obſtructione,quā ſimitudo illa faciat,atq; inde reſpirādi per nares actionis ſequatur protinus impedimētum ex anguſtia obſtructioneq; ea.Morbus,obſtructio,reſpirandi actio læſa, morbi ſymptoma fuerit : ſicuti morbi cauſa naſi ſimitudo affectus quippe in corpore.Sed nō morbus hoc quidē caſu.Cęterùm inter antecedētes cauſas huiuſmodi, quas ita uocamus, numerari cōtinentes quoq; ſiue cōtinuę poſſunt:de quibus,quoniā ſuperioribus annis in defenſione aduerſus Galeni calūniatores mea diſputatum à me prolixè ſatis fuit,paucula tantum ex illis afferēda huc eſſe exiſtimo. Summa ſummarū dictorū ibi meorū hæc fuit:ſi continentē cauſam ita diffinierimus,ut ea ſit, qua poſita ponitur,& remota remouetur protinus unà quoq; morbus : fore ut nec Stoicorum illā admittamus paulò omnino magis diuerſi ab hac generis:quoniā rerū ferè quæ ἐν τῷ γίγνεσθαι tantūmodò eſſent,cauſſa ſtatueretur ab illis hęc: morbus autē ἐν τῷ γίγνεσθαι non ſit,neq; dū ſit, ſed factus iā cenſendus morbus fuerit. Sed nec quæ proxima & immediata à medicis morborū cauſa dicitur,eandē omnino cū hac habendā eſſe iudicabimus : quandoquidē proxima aliqua & immediata eſſe poſsit cauſa, atq; eadē nō continua continenſùe,quippe qua remota, nō ſimul remotus auferatur ſtatim morbus : ut in cauſis euenit intemperaturarū morboſarū multis, quibus ſæpe abeuntibus, aut amotis, intēperaturæ morbus ipſe ꝑmaneat, quē quidē ꝓximè atq; immediatè cauſa illa fecerit. Quod genus putredinē quoq; eſſe uidemus, proximè ſine dubio febrē, calidū & ſiccū cordis morbū, nulloq; alio interueniente, facientem: ſed qua tamē ceſſante nō ceſſet ſemper morbus quoq; cōfeſtim,cordis inquā calida & ſicca intēperatura illa, quippe quā tranſire ſæpè in hecticam experiamur. Vel quū biliosi fortè humoris alicuius præſentia parti corporis alicui calorem & ſiccitatē intulerit, neq; intermedio ullo alio morbū hunc fecerit, atq; ablato humore,maneat (quod fieri facilè poteſt) ipſe adhuc morbus. Sicuti ex frigidæ potu intēpeſtiuo,aut nimio, hydropis in iecore morbū frigidū ſequutum interdū fuiſſe meminimus,& authores meminere aliqui,ubi quę cauſa proxima & immediata fuerat,proculdubio abierit iā relicto morbo : ut eſſe ꝓpterea cōtinens, ſiue cōtinua ex diffinitione iā tradita nequeat. Atq; ita fiet,ut nō omnis ꝓxima & immediata cauſa, continua quoq; & cōtinens neceſſariò ſit: ac è diuerſo tamē fiat,ut cōtinens, & cōtinua immediata quoq; & ꝓxima neceſſariò habeat. Porrò aūt ſi exquiſitā continētis cauſę diffinitionē retinuerimus ſemper,quā ex Galeno attulimus,nō ipſam finximus ipſi nobis nos, ſic in libello aduerſus Iulianū ſcribēte : καὶ μὴν οὐδ᾽ ἄλλην τινὰ ἔννοιαν εἰπεῖν ἔχει τοῦ συνέχοντος αἰτίου παρὰ τὸ γίνεσθαί τι πρὸς αὐτοῦ καὶ παύεσθαι σὺν αὐτῷ : & certè nullā aliā cōtinētis cauſæ notionē dicere habet, quàm quòd ab ea aliquid fiat,& cū ea ceſſet: ſi ſequamur hoc, inquā,fuerimusq; ex ijs,qui morbos,actionū ſiue functionū corporearū læſiones ipſas eſſe arbitrātur,nullus erit morbus in quo nō cauſam afferre continentē perpetuò liceat nobis. Siquidē rerū ἐν τῷ γίγνεσθαι eſſe, atq; eſſentiā ſuā retinentiū, cuiuſmodi planè actiones quoq; ipſæ ſunt de Stoicorū,ut diximus,ſentētia,ſua ſemꝑ cōtinēs cauſa ſit, quæ in his ille ipſe affectus erit, actionum læſionem primò ac perpetuò faciens, quem nimirum nos morbū dicimus,ac pro morbo habemus, ipſi uerò pro morbi ſemper cauſa afferēt: hocq; pacto opinantibus,morborū erit continens cauſa ſua ſemper ac propria aliqua. Sin(ut potius facere debemus,potior enim dictat ratio, & medicorū potiores ita exiſtimauerunt) actionū læſiones inter ſymptomata numerarimus, morbum autē affectum ſtatuerimus eſſe actiones lædētem primò:inquirendæ nobis aliæ erunt morborū cauſæ: nempe quæ illū ipſum hunc

affectum

affectum faciant. Ac iam tum rectè examinãtes hîc quoq; nonnunquam causę genus hoc morbos aliquos faciẽtis, inueniri nõ dubiè animaduertemus posse. intemperaturarum quidẽ & similarium, solutæq; insuper continuitatis nullos: organicorum uerò & instrumentalium nonnullos. Eiusmodi inprimis (rerum enim tradenda exempla semper sunt aperta ac manifesta) obstructionũ causæ semper habebũtur, utpote quas, quodcunq; tandẽ causæ genus fecerit, siue multus, siue crassus, siue uiscidus humor siue præternaturale aliquid, ut quum meiendi meatum in uesica calculus fortè uel sanguinis grumus occupans obturansq;, mingẽdi actionem impedit, protinus atq; extemplò causarum huiusmodi amotioneq; simul atq; unà amoueri, & auferri, ac redeuntibus redire morbum ipsum uidemus, nempe obstructionem. Quæ uera & legitima erat continentis causæ diffinitio, & natura. Idemq; in numeri magnitudinisq; morbis, partiumq; instrumentalium quibusdã alijs spectare nõ obscurè licebit, ut quidem ostendisse me puto aliàs quod iam diximus.

CAP. III.

Καὶ στέγνωσις, καὶ μάνωσις. *Tum constipatio, & raritas.*) Constipatio non exigua aliqua, aut quælibet, sed perfecta atq; absoluta, ac meatuum spiramenta omnium intercludens, ut prius quoq; narrauimus.

Αὗται γὰρ οὖν καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ σβεννύουσιν αἱ προφάσεις. Etenim occasiones sanè ea ignem quoq; ipsum interstinguunt.) Vt intelligamus frigidum facientes causas non minores, nec pauciores, quæ calorem priuent, atq; interstinguant: imò potiores has ipsas esse, quas priuatiuas uocare solemus, quàm primo facientes ponentesq;, quas positiuas.

Ταῖς ἀμετρίαις τῆς οἰκείας τροφῆς. *Proprij alimenti si modus non fuerit.*) Immodicus alimenti proprij usus erit, quum aut nimis multo alimento obruitur calor, aut exiguo nimis, nulloúe prorsus fouetur. Etenim alimenti nimis multa quantitate obrutus, suffocatusq; ignis, motu priuabitur, quem extrinsecus habet, exigua autem ualdè uel etiam nulla sustentatus, eo quẽ intrinsecus. Vt utroq; modo perire eum necesse sit.

Ἡ πνιγέα περιθείς.) Vaporario cubiculo, uel alio quopiã id genus instrumento, uertit interpres: quum suffocatorium potius quippiam uertisse debuisset. πνίγω certè, unde haud dubiè πνιγέα deduxit Galenus, suffoco est: contrarium prorsus uerbo ἀναθυμιάζω, quod uaporo, & exhalo significat.

Οὕτω δὲ καὶ τῆς καμίνου ἂν τὰς ὀπὰς ἐμφράξαις. Sic quidẽ si camini quoq; foramina obstruxeris.) Nõ dixit θυρίδας, sed ὀπάς: fenestris eñ clausis tãtummodò calorẽ introducemus: foraminibus uerò minutissimis quibusq; ꝓculdubio suffocabimus, interclusa euaporatione omni. Caminũ autẽ dixisse uidetur, nõ qui turriculam habeat, per quam fumus exit, καπνοδοχεῖον Græcis dictã: huius eñ occludi, stipariq; foramẽ haud facilè posit: sed cõclusum undiq; cõcameratumq; locũ, in quo cũ igne focus, ex minimè fumida materia accẽso, ut sunt igniti iam carbones aut ligna ex argumento ἄκαπνα dicta, quòd fumi nihil emitterent.

Τὸ μὲν κατὰ τὴν θίξιν μόνον, τὸ δὲ κατὰ τὴν δύναμιν ἔσται τι νόσημα ψυχρόν. Huius quidem secundũ contactũ solummodo, illius uerò secundũ potestatẽ morbus aliquis erit frigidus.) Contactũ dixit eorũ, quę actu frigida habent: hæc eñ tangẽtia tantũmodo qu[illegible] p[illegible]imum uires exerũt suas. At quæ potestate talia fuerint, non sic statim, sed interueniente tẽporis mora aliqua, ut in actũ suũ à calore producta exeant.

Ἡ δὲ στέγνωσις ἡ ἐσχάτη. *Constipatio autẽ extrema.*) Summam & maximam constipationem extremam dixit, cui nihil desit, ut ad summum perueniat: hac enim demum extinguitur calor. Itaq; mentione supra nõ semel constipationis facta, qua & calidus, & qua frigidus in corpore morbus succederet, nec differentiæ causa allata ulla: nunc demum quum opus esse uidebatur, ut sciretur, discriminis huius notam apposuit ἐσχάτη: maxima, atq; in summo locata: ut intelligeretur, quæ frigidum factura esset morbum constipatio.

Καὶ τοῦτο δὴ τὸ πρὸς Ἱπποκράτους λεγόμενον. *Atq; hoc est, quod ab Hippocrate dicitur.*) Libro de Ratione uictus in morbis acutis quarto scriptum reperietur hoc. Vt cogitare nobis hinc liceat: non simplex esse attoniti morbi genus, siue apoplexiæ, sed duplex, fortasse etiam triplex. Primum uulgatum, quod interduso ex uentriculorum cerebri obstructionibus, spirituum animaliũ progressu fit. Alterum hoc de quo Hippocrates, quum ob plenitudinẽ sanguinis nimiam uenarum, & arteriarum meatus intercipiuntur, aut obstruuntur oscula, ne uentilari natiuus calor posit, concidatq́; extemplò ille ob idipsum & extinguatur. Tertium quod elici ex Galeni paulo antè dictis queat, quum ita scribebat: κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ἢ ἀπόπληκτος ἢ ἐπίληπτος ἢ κίνησιν ἢ αἴσθησιν βεβλαμμένος ἢ πῶς ἄλλως κατεψυγμένος ἐξ οἰνοφλυγίας τις γίνεται: secundum autem alteram (frigidorũ nempe morborum speciem) aut attonito, aut comitiali morbo corripietur aliquis, aut motu, aut sensu lædetur, aut alio quopiam modo refrigerabitur ex ebrietate. Quiquidẽ apoplexiæ modus ex sola intemperatura nimiæ, excedentis scilicet modum frigiditatis, accidere posse uidetur: nulla tũ humoris hoc ipsum facientis præsentia, sed innati solummodò caloris refrigeratione summa. Ac si quis tamen adsit humor, refrigerationem hanc souens: nõ ille aut cerebri uentriculos occupans, obstructionem fecerit, ut in primo modo contingit: sed frigefaciens tantum morbi causa fuerit: neq; uerò, ut in secundo uenarum & arteriarum facta sanguinis repletione nimia, spiramenta interceperit. Quæ quidem genera, causarum tantum diuersitate differant.

Φάρμακά τε, καὶ ὕδατα φαρμακώδη καὶ ψυχρά. *Medicamẽta, atq; aqua medicamentosa & frigida.*) Medicamẽtosæ sponte nascentium aquarum sunt, quarum sulphureæ, & bituminosæ raritatẽ cutis, meatuumq́; sub cute facient, frigidi morbi causam: sicuti constipationem aluminosæ, aut atramentosæ: quæ si nimiam eam fecerint, frigidos itidẽ facturæ morbos sunt. Frigidæ uerò actu aquæ dupliciter frigidorum morborum in causa fuerint: & quòd per ὁμιλίαν τῶν ψυχρῶν (quæ prima erat morborũ hoc genus causa) frigidę nempe rei contactum, id fiat: & quòd frigiditas esse tanta potest, ut nimiam illam atq; in summo constipationem faciat, proindeq́; frigiditatem inuehere morbosam parti ualeat, quam ita affecerit.

Καὶ τινὲς βίαιοι δεσμοί. *Ac uincula quædam uiolenta.*) Si uinculo adstringatur pars uiolenter nimis, primùm quæ uinculo tangentur, constringenturq́; uiolentiam eam sentient: & nigricãtia primò, mox & emortua fiẽt, si paulò diutius constrictio permanserit. Hocq́; parti illi cõtinget, cui iniectum uinculum fuerit. Quòd si superiores cõstringantur uiolẽter uehemẽterq́; partes, sicq́; arctè adstrictæ maneant, non ita multo in tempore etiam inferiores alimento, caloris q́; innati sui uentilatione priuatæ mortificabuntur: ex uenarum, atq; arteriarum superiorum adstrictione nimia impedito naturalis facultatis, & uitalium spirituum à principio progressu: ἐξ ἧς (ut à Galeno hîc scribitur) αὐτῇ καὶ ἡ σύμφυτος ἐπέῤῥει θερμασία καὶ ἡ κινοῦσα τὰς ἀρτηρίας δύναμις ἐχορηγεῖτο. Ex quo (nimirum principio) & innatus influebat in illam calor, & mouens arterias facultas suppeditabatur. Vbi adnotandum, innatum atq; etiam (ut uocant) implantatum corporis partibus calorem, foueri tamen ab influente ex principio suo posse.

CAP. IIII.

Καὶ ταῦτα ξηρότερα τὴν δύναμιν. *Et hæc potentia sicciora.*) Si quis inquit, minore utatur nutrimento, quàm quod difflatur, atq; euaporat, fueritq́; hoc natura ac potestate siccans alimentum: facilè siccum morbum incurret, duplicata nempe causa: quarum altera alimonię humectatione membra ipsa priuet, altera resiccantia inuehat: atq; (ut soliti sumus dicere) priuatiua hęc, positiua illa sit, cuius generis etiam aliæ habentur, quæ mox adduntur: curæ, uigiliæ, & ambientis nos aeris siccæ constitutiones, & alia quædam.

Καὶ

C A P. V.

Καὶ μᾶλλον μετὰ τροφήν. *Ac præcipuè post cibum.*) Euocat quippe calore suo placido mitiq; dulcis aquę balneum, alimentũ ad membra copiosum, utpote post cibum: simul etiã eadem causa, caloris uidelicet mitis beneficio apertioribus factis uijs, per quas alimentum defertur. Ac, nisi obstruendarum minutiorum quarundam uenarum suspicio obstaret, nulla futura fuit certior hac, & potior pinguescendi, eoq; humefaciendi corporis ratio.

C A P. V I.

Ἀλλὰ καὶ οὗτος ὅστις ἂν ᾖ. *Verùm is quoq; quicunq; tandem fuerit.*) Is, utiq; qui præter naturam habendus esse uideri queat in speciem, neq; tamẽ sit reuera: ut uitreus Praxagoræ humor reuera est: ut bilis, quum flaua colore, ac constitutione, naturalem prorsus illam nõ parum excedens: tum atra fermentatam terram abradens sæpe uehementia sua, & ne à muscis quidem tacta. Atq; omnes tamen ad sui generis humores reduci debebũt: biles meritò dictæ atq; existimatæ, ut uitreus humor ille pituita.

Ἢ εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ συμπήξει τοῦ ζώου πλημμεληθέν. *Vel protinus in prima animalis formatione si erretur.*) Genitorum maximè genetricumq; culpa id fit, femineæq; horum ipsorum materiæ uitio, multis de causis facto: uel etiam si uteri gestationis tempore peccetur in aliquo.

Ἢ ἐξ ὑστέρου βλαβέν. *Vel postmodũ læso.*) Hæc ex fortuitis pręcipuè casibus edito iã in lucẽ fœtui euenient: quæ cõtingere innumera frequenter solẽt, ac possunt.

Οὔτ' οὖν πέψιν. *Neq; concoctionem igitur.*) Nisi uerò illam solam, qua alimentum sibi uni apponens concoquit, & assimilat: cutis enim nutriatur ipsa quoq; necessum est ex concocto alimento, sed suo tantùm sibiq; apposito, minimè uerò quod partibus alijs animantis præparet ullis. Nutritur, non concoquit: θρέψις est non πέψις, nisi qua alimentum assimilat. Nec Galenus aliter dixit: οὐδ' ὅλως ἐνέργειαν τινὰ τῷ ζώῳ παρεχόμενον: nullam omnino actionem animali exhibens: ut quæ pro tegumento tantùm sit, communemq; actionem hanc cum alijs habet nutriendi, nullam autem sibi propriam.

Αὗται μὲν ἀρχαὶ τῆς γενέσεως ἁπάντων αἱ τῶν προειρημένων νοσημάτων. *Hæc quidem principia generationis sunt prædictorum morborum omnium.*) Partium nimirum excipientium imbecillitas, & mittentium robur. Itaq; quod dicũt, tumores quosdam ex humore præsertim frigidiore & tardo factos, nõ mittentibus partibus alijs fieri, sed congestis, collectisq; paulatim, quasi sponte sua confluentibus, humoribus gigni: principiũ id non erit faciendi tumoris ullum, sed incrementi tantum, si per se insuper inferiorem fortè in locum defluat humor. Qui nihilominus semper ab aliqua parte mittetur ualidiore ad minus ualidam in principio simul, & incremẽto. Valdè nanq; uerisimile est, sicuti suscipientis partis debilitate, & mittentis robore incœpit tumor, ita & augescere, & consistere eundem debere: nec quid sit discriminis uideo: nec qui hoc dixere, attulerunt ullũ, cur non eodem fieri modo utroq; tempore debeat.

C A P. V I I.

Πλῆθος ὕλης ἢ ποιότητος, οὐκ ἐπιτηδείου ταῖς φυσικαῖς. *Materia multitudine, aut qualitatis, non idonea naturalibus.*) Vt, si præter femineæ materiæ uitiũ mẽstrui sanguinis praua aliqua qualitas formatricis facultatis actiõibus, quæ semini inest, dum operatur, obstiterit: glutinositate, puta, aut crassitie, uel fluore etiã nimio.

Τῶν μὲν πληρουμένων τὰς φυσικὰς ἐνεργείας ἐμποδιζουσῶν. *Repletionibus quidem naturales actiones impedientibus.*) Repletarũ plus iusto partium pereunt facultates: læduntur certè cum actionibus unà suis propemodum omnes. Nam nec immissam concoquere plenitudinem nimiam, nec excrementa facta, quæ multa fieri necessum est, propellere facilè nec distribuere alimentum ritè poterunt. Quod quũ fit, pereunte distribuendi rectè per corpus alimẽti œconomia hac excrementorumq; exitu impedito, cũ obstructiones sequentur necessariò nõ

paucæ, tum cauitates uitiabuntur, uel æquo maiores factæ ob plenitudinis extensionem nimiam: uel laxæ, fluidæq; nimis fient, permanētis diutius humoris præsentia: simul læuigabuntur, si glutinosus humor fuerit, exasperascent, si acer. Quæ omnia figuræ partium uitiatæ morbos faciunt: præter ea, quæ mox dicentur à Galeno, de plenitudine nimia, & defectu: ut in nimium obesis, aut tabe laborantibus usu uenit.

Καὶ διαφθείρεται μὲν ἐν τούτοις ἅπασιν κατὰ πρῶτον λόγον τὸ κατὰ φύσιν σχῆμα, κατὰ συμβεβηκὸς δ᾽ ἐν μὲν τοῖς παραλελυμένοις. *Ac corrumpitur quidem in his omnibus primaria ratione naturalis figura: ex accidente uerò in resolutis, aut conuulsis.*) Primaria ratione dixisse hoc loco uideri potest Galenus, non aliam ob causam, quam quòd in elephantiasi, & tabe laborantibus, siue consumptis partibus, uitiū figuræ inest: ipsis uitio hoc affectis: primoq; ac per se in his apparet, seq; manifest[illegible] ibidem: id quod ex accidenti in plerisq; alijs fit, in quibus ut ipse ait, [illegible] τὸ μόριον ἄλλοτε κατ᾽ ἄλλην αἰτίαν. Pars in alterā inclinat aliàs aliam ob causam: ut si distorqueatur fortè os alterius partis resolutione, dextræ, sinistræue: ubi in altera potius, quàm resoluta, appariturum uitium parte sit: trahentibus quippe ad se resolutæ alterius musculos nō resolutæ alterius musculis. Qui quum sese, resolutos musculos illos trahendo contraxerint, neq; ex aduerso positos, qui retrahant, atq; ad conuenientem figuram reducant, habeant quippe iam resolutos: sic fiet, ut residere id uitij, magis in altera, sana nimirū parte uideatur. Quod pariter in dissectis partis unius alicuius neruis, aut tendonibus fit: ut secundū naturam se habentis partis alterius nerui, aut tendones, siue musculi, alterā cuius dissecti nerui, ad se adductam trahāt, inq; ea figura maneant, quum retrahi, reduciq; à iam dissectis alteris nequeant, nisi artificis manus ipsa redu[illegible] trahat, & figuram parti, quam uoluerit, addat: quod quidem usu sępè uenire uidemus in opere chirurgico. At si conuellatur pars altera, si phlegmone, si scirrhus sit, si cicatrix dura aliqua, affectæ quidem ita partes, alteras secundum naturam se habentes trahent: itaq; sanis quoq; & incolumibus figuræ uitium eiusdem communicabitur, ut esse uideatur, adeoq; etiam sit, sed nō primaria ratione uerùm ex accidenti quodam solum, nimirum secundaria iam ratione, utpote quę affectas alteras illas primò ac per se sequatur. Hūc Galeni locum quum transferre ad Arabas suos Auicennas uellet, ἑτερόῤῥοπον illud, secundam parte[illegible] interpretatus est, quum alterā uoluisset, ut opinor, uel certè debuisset dicere: sequutiq; Latini Auicennæ expositores, secundam sanam commenti sunt, falsò: non enim semper sana ea, sed modò sana, modò affecta, ut ostensum iam fuit. Facilis autem fuit lapsus, & condonandus, ut pro ἑτέρα, hoc est altera secunda acciperetur: at ut pro secunda, sana non itidem.

Ἔμφραξις εἰς τὴν αὐτὴν ἄγει τὰς κοιλότητας διάθεσιν. *Obstructio in eundem adducit cauitates affectum.*) Et quidē expletum iam, atq; absolutum: in στενοχωρίᾳ enim quæ constipatio est, angustantur tantummodo cauitatum meatus: in obstructione etiam obturantur ex toto, uel maxima quidem ex parte.

Μάλιστα μὲν τοὺς πόρους, ἤδη δὲ καὶ αὐτὰς τὰς κοιλίας. *Præcipuè quidē meatus: tum deinde ipsos quoq; uentres.*) Vt appareat meatus esse corporis, habitudinisq; totius uias angustiores, per quas hoc ipsum quod dicuntur, meant, ac remeant sæpè spiritus, alimentum, humores, excrementa: uentres autem capacitatis maioris (cauitates excipiendis, conseruandisq; multis factas. Quæ tamē utraq; resiccata plus iusto, & exarescentia, meritò cōstringuntur, corrugationibus multis factis, quæ si extendantur, sanè dilatentur simul cauitates ampliores factæ.

Καὶ παντελῶς τυφλοῦται πολλάκις. *Ac sæpenumero penitus occæcantur.*) Metaphoricè dictū. Occæcatio est eorū, qui nihil penitus uidēt, sic clauso uidēdi meatu, ut uisorijs spiritibus nullus omnino pateat exitus. Ita corporis meatus quoque occæcabuntur reliqui, ex toto præclusi, ac præ siccitate nimia exarescentes, ἐν ταῖς τοιαύταις, enim διαθέσεσιν dixit, modò narratam affectionē intelligens, quæ siccitatis nimiæ erat.

Καὶ

Καὶ ἡ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἄμετρος κίνησις. *Et contentricis facultatis immoderatus motus.*) Facultatis actionem motum appellauit, quæ non sanè magno admodum motu peragitur, sed aliquo tamen: commotis scilicet hîc quoque, dum sese constringunt fibris uillisque: obliquis quidē maximè muneri huic delegatis, & auxilio tamē uenientibus reliquis quoque trāsuersis inprimis. Quorū simul omniū tanta potest esse cōstrictio, uti meatus, cōstringi multò, quàm uētres, faciliores ad summum coarctentur, operata ualidè eo modo cōtentrice facultate.

ὥσπερ γε καὶ τῆς μανώσεως ἐνίοτε μὲν ἡ τῆς ἀποκριτικῆς δυνάμεως ἄμετρος κίνησις. *Quemadmodum planè raritatis quoque interdum quidē excretricis immodicus motus.*) Causa scilicet est. Hic quidē motus manifestior atque euidētior multò: scilicet erūpentibus, atque effluentibus de corpore humoribus, aut excremētis, huiusmodi excretricis facultatis ui abactis, operatisque maximè trāsuersis fibris, succurrētibus tamē actioni huic etiā obliquis, uel saltē nihil tum cōtra faciētibus, uel renitentibus: ac, si præsertim retentricis imbecillitas facultatis adsit, etiā laxantibus se & remittentibus tonum πολλάκις δὲ inquit, καὶ ἡ τῆς καθεκτικῆς ἀῤῥωστία: ex quo insignis omninò partium laxitas succedat & raritas. His nanque, fibris inquam, & uillis, opera exercent sua naturales facultates, trahendi, retinendi, excernendi: operando, contentis: secus autem laxis, atque otiosis.

Ὅσοι συγκεῖσθαι νομίζουσιν ἐξ ὄγκων, καὶ πόρων αὐτά. *Quicunque ex tumoribus, & meatibus componi eas arbitrantur.*) Hoc diximus suprà: cogi necessariò sectę illius authores, eosdem propemodum fateri similarium partium morbos, ac dissimilarium. Nos certè inter instrumentarios uitiatæ figuræ morbos numeramus hîc ex meatuum affectibus, quos illi inter similares rursusque alia ex parte inter dissimilares & instrumentales ponunt. Quod non minus sectæ illius uanitatem, & falsitatem coarguit.

CAP. VIII.

Ἡ ψύξις ἰσχυρὰ προηγῆται. *Vel uehemēs frigiditas præcedit.*) Vt quidē morbus morbi alterius sæpè causa est, sic refrigeratio mēbri alicuius nimia, ex frigido morbo emortui, defectique ideò & mutilati, morbū in numero fecerit, alterius generis.

Εἴρηνται δὲ καὶ τὰ τοῦ μὴ διαπνεῖσθαι προηγούμενα. *Dicta autem suprà, & quæ prohibitam transpirationem anteeant, fuere.*) Quum de calido, frigidoque morbo, ex diuersæ rationis constipatione agebatur: & quū in uniuersum de meatuum omnium obstructionibus, & angustia, uitijsque alijs tractaretur.

CAP. IX.

ὡς εἶναι τὸ λειπόμενον αὐτοῦ κολοβόν. *Vt quod reliquum factum illius fuerit, mutilū sit.*) Ita suprà quoque mutila mancaque rectè dicetur linguæ, quæ remanet pars, non quæ abscissa fuerit. Cæterùm qua ratione mutilatio hæc membrorū quibusque ex partibus utrumque interdū morbi genus subeat, & magnitudinis, & numeri, de eo quoque dictum antea satis.

CAP. X.

Τισὶ δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ὕπτιαί τε, καὶ προπετεῖς εἰσί, καὶ παντάπασιν ἐπιπολῆς αἱ κοτύλαι. *Quibusdam uerò ab initio statim supinæ ac procidentes sunt, prorsusque in superficie cotylæ.*) Sunt cotylæ ossium sinus quorundam nō coxarū modo, sed aliorū etiā ossium capita recipientes, retinentesque: quos nōnullis natura eiusmodi factos esse dixit, ut supini essent: nempe pronis, & profundis contrarij, & (quod mox addit) in superficie: altè scilicet ad partem supremam, quæ superficies est, positi. Nam προπετεῖς illud procidentiam, & effundendi facilitatē significare quandam uidetur: nisi uerò ex translatione intelligantur, non satis continentes: ut incontinentes ipsi pariter προπετεῖς dicūtur. Quæ omnia sinuum exiguitatem paruamque eorum capacitatem designant.

Ἢ τινος ἀρτήματος ἢ συνδέσμου χαλασθέντος. *Vel suspendiculo aliquo, uel ligamento laxato.*) Vt quū testiū quoque cremasteres qui dicuntur laxiores facti elongantur.

CAP. XI.

Κάταγμα μὲν καὶ τερηδόνα τοῦ ὀστοῦ. *Catagma quidem, & Teredona in osse.*) Eo ta-

men discrimine, ut catagma, siue fractura, pro solutione continuitatis in osse, à causa euidenti, paulo quam uehementiore facta accipiatur: teredo autem pro carioso ossis uitio aliquo, ab humore acri facto, ut mox dicetur, quasi τερηδών. Sicuti in carne τραῦμα uulnus est ictu, aut percussione acceptum in corpore: ἕλκος autem ulcus, saniosum semper quippiam retinens: ut propterea aspirationem accipere in principio apud Latinos hulcus debere dicant authores nõ triuiales, quoniam à Græco originem trahat, ἕλκος propriàs inquam si significationes sequamur: nam aliàs confundi hæc à multis solere non ignoramus.

IN LIBRVM DE DIFFERENTIIS SYMPTOMATVM

CAP. I.

Τινὰ μὲν δὴ, καὶ πόσα τὰ σύμπαντα νοσήματα. *Quales quidem, & quot sint morbi.*) Coniunctum librorum horum omnium maximè atque inprimis ad therapeuticen facientium, qui sex in totũ sunt, subiectum de quo tractatur est. Itaque Arabes, aut Arabas sequuti Latini, omnes de accidẽti & morbo inscripserunt. Rursus separari posse uidentur, ita tamen ut ordine deinceps sese sequantur quodam: quod Græci fecere, diuersis factis inscriptionibus: primi quidem de morborum differentijs: secundi, de eorum causis: tertij, qui is est, quem nunc uersamus, de differentijs symptomatum: de horum uerò ipsorum causis, reliquorum trium, quòd omnium quamuis una quædam, atque eadem tractatio, & subiectum sit, præternaturalis corporis nostri cõstitutio: diuersa tamen quadãtenus argumenta sint, quibus morbi primum natura, ac differẽtiæ, tum horum causæ, tum quæ sequantur symptomata, postremò horum quoque causæ explicentur. Iccircò, in ἑτέροις ὑπομνήμασι, dixit in commẽtarijs alijs, non autem ἐν τοῖς ἄλλοις, uel ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, quasi diuersos ita illos inter se faciens.

Ὥσπερ δὴ καὶ Πλάτων αὐτὸ διορίζόμενος ἔλεγε. *Quemadmodum sanè Plato etiam ipsum distinguens dixit.*) In Timæo, quo maximè loco, ita incipit: τὸ γὰρ κατὰ φύσιν γινόμενον, ὅταν καὶ βραχὺ πάθος ἐμπίπτῃ: & reliqua prolixè ibi explicata, tum uerò etiã alibi. Quin Aristoteles alicubi ἐνέργειαν πάθος dixisse uisus est his uerbis: τὰ δ' αἱ τούτων ἐνέργειαι, καὶ ἀλλοιώσεις ἤδη: quum quot modis πάθος diceretur, referret nobis Metaphysicorum quarto.

Ἤδη δὲ καὶ αὐτὴν τὴν μένουσαν διάθεσιν οἱ Ἕλληνες ὀνομάζουσι πάθος. *Iam uerò etiam manentem affectum ipsum πάθος uocant Græci.*) Manentem dixit affectum pro subsistente à motu iam: præsente nanque affectu cessat motus, & manet affectus, etiã si non dici deinde permaneat aliquando. Calefit aliquid, motus est, & πάθος: calefactum iã est, nõ erit πάθος, propriè si loquamur, sed affectus cessauit quippe iam motus, & quo tẽdebat, peruenit. Permansio autẽ nõ est necessaria in morbo, quãuis affectus aliquis morbus sit: sed ut actio tantũmodo lædat inde primo ex affectu: qui si perstet, pstãs erit, & pmanẽs morbus nõ solũm morbus, propriè atque exquisitè loquẽdo. Sic causa ppria significatiõe tãtisper, dũ facit solũ causa est: quãuis etiã postquã iam fecit, adeoque etiã abijt, sæpè causam dicimus. Ita affectum quoque iam peractum πάθος interdũ, sed non satis accurata locutione.

Αὐτοῦ δὲ τοῦ γεγονότος. *Eius uerò, quod factũ est.*) Κατασκευὴ nẽpe, & διάθεσις: cuius hæc qdẽ, naturaliũ actionũ causa est sanitas: alia uerò easdẽ illas lædit, morbus.

Ἐνεργείας δὲ διορίζεσθαι πάθος, ὡς ποιοῦν ποιουμένου. *Ab actione autẽ distinguere pathos, ut quod facit, ab eo, quod fit.*) Nimirum in eodem sunt actio, & passio, mutuoque sese respiciunt semper diuersa licet utriusque habeatur ratio. Quin (quod diximus suprà) secundum quo pathos dicitur modum, ἐνέργειαν, & κίνησιν esse dixit Aristoteles, quas actiones esse intelligimus, sicuti πάθος passionẽ: subiectũ utrumque idem ratione aliqua differens, ut agentis, & patientis.

Συσσημαίνεται γὰρ ἐν τῷ λοιπῷ λόγῳ. *Cõsignificatur enim in reliquo sermone.*) Nempe in illo: ἐνεργείας ποιητικόν, actionem faciens. Necessariò nanque constitutio, siue affectus

affectus actionem faciens, siue actionis causa, secundum naturam est Sanitas constitutio est actionum causa:perquam necessum secundum naturam ut hæc sit, quoniam secundum naturã maximè sanitas, ex qua actiones. Morbus constitutio actiones lædens: iam præter naturam hęc quoq; sit, oportet. Cur igitur adduntur illa, κατὰ & παρὰ φύσιν? nõ sanè ob aliud, nisi ut explicatior pateat diffinitio, & sophistarum argutiæ quædam tollãtur, συντομώτερον itaq; ut Galenus ait, finiẽdus morbus erit ita: νόσος δὲ διάθεσις παρὰ φύσιν ἐνεργείας ἐμποδιστική. Morbus affectus est præter naturam actionem impediens. Affectus, inquit, ut sciremus, non ἐν τῷ γίγνεσθαι id est in fieri morbum esse: sed ἐν τῷ γεγενῆσθαι, uel ἐν τῷ γεγονότα ἤδη εἶναι, in genito iã, ac facto esse. Vt, qui morbúsue fiens, morbus sit, quærunt, propè ineptire uideri possint. Quid? morbus fiens, hoc est, dum fit, dumq; generatur (sic enim accipio) morbus unquam erit? factus scilicet iam atq; absolutus, sic enim hoc quoq; accipio, quando aliter non possum: quippe affectum in morbi diffinitione positum lego, ut factũ iam peractumq; ac perfectum intelligere atq; accipere necessario cogar: & qui aliter accipiunt, in laqueos induunt se, ac tricas nugasq; nugantur quasdam. idem enim omninò est morbus fiẽs, id est qui fit, an morbus sit quærere, quod an quod adhuc fit, factũ iam sit, quærere: morbus enim nisi factus, esse morbus nunquam poterit, quippe affectus: atq; hoc ineptum prius esse diximus, nũc stultum etiam esse apparet, si dicatur. Morbi reperiuntur (aiunt) qui fouentem causam habẽt, facientemq; qui quomodo morbi, & affectus dicentur? ac perpetuò agit in his causa, pathos potius dicendi esse uiderentur, inquiunt ijdem. Reperiunrur sanè: quid autem mirum hoc sit, si quis morbus iam factus, & affectus iam habẽdus, dicẽdusq; causam adhuc habeat, qua fiat, ac foueatur ex parte, crescat, maiorq; subinde fiat, hacq; ex parte ἐν τῷ γίγνεσθαι sit, in fieri (loquamur ita nunc) altera uerò ex illa ἐν τῷ γεγενῆσθαι, in facto iam esse? ex qua quidem parte curatio eius sit, exquisitè ac propriè si loquamur, tanquã iam facti, ex alia uerò præcautio, tanquã qui adhuc fit, morbusq; ita futurus sit, & non morbus duntaxat factus, diuersa ex parte? An nõn legerũt in Galeno aliquando undecimi, opinor, therapeutices methodi libri initio, omnium maximè propriè curationẽ dici morborum, utiq; eorum, qui uerè morbi sint, facti iam atq; expleti: per abusionem autem etiam mixtum genus ex curatione uera, & præcautione curationẽ dici solere? κυρίως τὰ γὰρ μὲν ἐν τῷ λυθῆναι τὴν νόσον θεραπεία νοεῖται inquit: καταχρωμένων δὲ καὶ τὸ μικτὸν γένος ἐκ τε τῶν ὄντως θεραπείας, καὶ ἣν ὀνομάζουσι προφυλακὴν. Addit ephemerarum, atq; hecticarum febrium ueram, ac legitimam esse curationẽ, utpote quarum discesserit iam causa, nec præcaueamus quicquam, sed curemus tantummodo, & factum iam sanemus morbum. ὅσοι δ' ἐπὶ χυμοῖς συνίστανται σηπομένοις, ἡ λεγομένη θεραπεία τὴν προφυλακὴν προσείληφεν: febriũ uerò quæcunq; ex humoribus consistunt putrefactis, curatio pręcautionem assumpsit. Addita præcautio est febrium harũ curationi, non ablata curatio: ut & morbũ factum iam in his, & fieri adhuc nõ nesciremus. Neq; uerò in his solum spectabitur id, uerum etiam in phlegmone, ac tumoribus propemodũ omnibus, qui ex humorũ affluxionibus fiunt: horũ enim quoq; ipsorũ curatio est, qua parte iã facti actionem impediũt, & præcautio, qua à cõfluentibus humoribus subinde fiunt, fouentur, augẽtur: qua rursus ex parte, neq; morbi dici possunt, crescũt quidem, neq; affectus: sed ex ea tantùm qua eousq; progressi iam sunt, ut actionẽ impediant morbi iã facti, & affectus, & quidẽ manentes quippe cessantes iã à motu in quo erãt ea ex parte, qua fiebant, nondũ uerò facti erãt, adeoq; tẽporis omninò curriculo etiã aliquo permanẽtes, utpote affectus, qui in nõ tẽpore discedere nõ solẽt, permãsio licet nõ sit necessaria, aut de morbi (ut dici solet) essentia, quando quidẽ nõ omnis affectus etiã in habitũ abijt, ut illũ prorsus induat: & obstructiones, quas nullus non morbos esse fateatur, fieri statim possunt, ac rursus factæ statim, protinusq; amoueri, sæpe penitus breui tẽpore, neq; tamẽ prorsus nullo. In hũc (ut ego quidẽ existimo) sensum dictum à Galeno fuit, de

morbi,& affectus morbosi permansione, nõ semel, uel quum ita scribit hac eadem in pagina: τοῦ δ' ἐν τῷ διαμένειν ἐπί τινα χρόνον ὑγείας, ἢ νόσου. Aliquo, inquit, tempore, quod utiq; esse quandoq; breuissimum posit.

ὅστις δ' ἤτοι σκαιότερον ἢ ἐριστικώτερον. *Quicunq, uerò uel paulò imperitè, uel litigiosè nimis.*) Si qs nec rixosus, nec nimiũ imperitus audiat: morbus affectus est pter naturã actionẽ impediẽs, siue lædẽs, primò ac p se: audiendũ id, & accipiendũ esse sciet, quãdo q̃ simpliciter ita, atq; absolutè, pnuntiãtur, primo semp, & per se intelligãtur, pitis qdẽ, ac purè, sincereq; doctis, non rudibus, & uitilitigatoribus. Morbus actionẽ lędit: cui dubiũ, primò ac p se, nulloq; interueniẽte alio?

Καὶ ὅτι ἐστὶν ἰδιαίτατος αὐτοῦ λόγος, ἡ ἐξάλλαξις τοῦ κατὰ φύσιν. *Atq, hac est maximè propria illius ratio, immutatio à naturali statu.*) Propriam maximè ait esse symptomatis rationem hanc, sed communiter tamen, atq; in communi significatione accepti: nempe, ut sit immutatio, seu transmutatio à naturali statu, siue habitu: quo nomine etiam morbus, etiam causa, etiam quicquid omnino corpori pręter naturam acciderit, symptoma fuerit: ut color ex insolutione, præternaturalis, & huiusmodi multa. Propriè autem accepti significatio, illius tantum erit, quod morbum consequitur, ut corpus umbra suum: cuius quidẽ ipsius triplex mox exponitĩ à Galeno ratio. Ne igitur deceptus, seductusq; capiatur (quod nonnullis contigisse scio) lector Galeni uerbis his, adnotandum hoc esse duxi: imponent enim oscitanter, ac perfunctoriè nimis legẽti: qui putare fortè posset, illud, ἰδιαίτατος, idem esse, quod paulò post scribitur, περὶ δὲ τῶν ἰδικῶν συμπτωμάτων, ubi de proprij symptomatis significato agitur. Quamuis enim ἰδιαίτατος dixerit, maximè proprium quidem significatum dicens: tamen generale illud est, & communiter accipiendi symptomatis. *CAP. II.*

Περὶ δὲ τῶν ἰδικῶν συμπτωμάτων. *De proprÿs autẽ symptomatis.*) Nimirũ hoc illud est symptomatis significatum, quod medicorum quidam ἐπιγέννημα dicebant: ut, si modò receptum, atq; usitatum fuisset uocabulũ hoc proprium habitura fuerit, propriè dicti symptomatis significatio, nomẽ quo à communiter, & generaliter dicto distingueretur. Verum id non admodũ in usu apud Græcos fuisse nomen, libri statim huiusce initio dictum fuit.

οὐ γὰρ δὴ τὰ ἐξ ... προκαταρκτικά. *Non enim primitiuas.*) Neq; eñ corporeæ sunt primitiuæ, euidentesq;, & externæ causæ. At generatim sumptum symptoma, quod præter naturam corporibus accidit, significat, non quod foris.

CAP. III.

Τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς βλάβης τῆς ἐνεργειῶν ποιησάμενος. *Principio ab actionũ læsione facto.*) Vtpote q̃ maximæ cõsideratiõis symptomata sint, morbisq; ipsis cõiunctissima: tum uerò quorũ tanta fuerit à medicorũ multis habita ratio, ut loco morborum ipsorũ ducerent, tanquã qui morbi in illis naturã inspicerent quandã.

Διότι καὶ τῶν ἐνεργειῶν αὐτῶν δύο εἰσὶν αἱ πρῶται διαφοραί. *Quoniam actionum ipsarum duæ sunt differentiæ primæ.*) Rectè primas dixit: uitalis enim cordis actio differentia naturalium continebitur primo, quæ diuidi secundo in duas rursus possunt naturalem iecoris, & uitalem cordis.

Ἡ δὲ κινητικὴ τὸ μὲν προσεχὲς ὄργανον ἓν ἔχει. *Motrix autem instrumentum quidem continuum unum habet.*) Musculus instrumentũ id erit: neruus enim ut motricẽ facultatem deferat, at instrumentum & organum non est totum, quippe pars potius, instrumenti totius, musculi scilicet potissima. Modum uero quo facultas motrix hæc mouet, instrumento uno hoc, unum quoq; esse dicit, cæterùm particulatim in multis uariari. Quod propter linguæ musculos dictum est, ossi yoidi insertos: tum alibi in corpore alicubi uariẽ cuiusdã ab alijs motionis musculos: ut uideri diuersa illorum, ac multiplex ratio posit, quum non sit.

Κέκτηται σύμπτωμα τὴν ὀδύνην. *Symptoma obtinet, dolorem.*) De doloris natura dicta à nobis fuere quędam in annotationibus physiologicorum Galeni: itaq; non repetemus hic frustrà.

Ὡς ἀποκτεῖναι τινας σφᾶς αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πόνου βιασθέντας. *Vsq, eo ut conscicuerint, sibi mortem quidam, doloris uehementia coacti.*) In multis quidem, sed in colico ma-

ximè cruciatu id, duplicatis sæpè in eo dolorem facientibus causis, & quæ continuitatis solutione dolorem ereant, & quæ intemperamenti ratione. Quæ si ipsę continuum soluũt, hocq́ pacto doloris causæ sunt, utiq́ geminata sic quoque causa incrementum sumet dolor.

Καὶ μὴν δὴ καὶ τὸ κνησμὸν ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστὶ τῶν συμπτωμάτων. *Et quidem pruritus quoq́ ex hoc symptomatum genere est.*) In pruritu uoluptatis omninò commixtum nonnihil experimur: de quo in Philebo Plato: sed qua parte doloris particeps est, maior quam uoluptatis sensus. Ex ea huiusce generis symptoma fuerit, nẽpe tactus ipsius deprauatioris, ut alibi ostensum.

εἰ δὲ μὴ μόνον σπασμὸς εἴη τοῦ παντὸς σώματος. *Quòd si non solùm totius corporis conuulsio sit.*) Epilepsiæ, & apoplexiæ morbos diuersa sequuntur symptomata, ut in plerisq́ morborum fit. Epilepsiam conuulsio totius deprauata, quippe motricis facultatis actio: & sentiendi, intelligendiq́ amissio, principalis nimium, & sensitiuæ facultatis deperdita actio. Apoplexiam autem totius resolutio alteriusue partis sæpè: nempe motricis facultatis amissa actio principalisq́ insuper, & sensitiuæ pariter amissa.

εἰ δέ τις ἰδίου ἐξαίρετον ὄνομα κέκτηται. *Si qua uerò proprium, ac peculiare nomẽ obtinuit.*) Deesse uidetur negatio, οὐ κέκτηται, non obtinuit. hoc enim ait: Si qua actionis alicuius læsio, noxaue priuato, ac proprio nomine suo non notetur, nõ propterea omittendam esse symptomatis alicuius differentiam existimandũ: neq́ enim rebus omnibus imposita sunt uocabula, uel apud copiosissimam, ac ditissimam uocabulorũ linguam, quæ Græcorũ certè est: sed ipsum sibi inuenire oportuerit medicum differentias, uel quarum nulla dum nomina fuerint quas intelligat, etiã si nominare non habeat, nominibus suis proprijs. Spirandi difficultatis multæ sunt differentiæ, symptomata multa: utiq́ actionis animalis partium pectoris: neq́ proprium tamẽ, ac peculiare nomen, unaquęq; earũ obtinuit, sed pluribus explicatæ innotescũt. Secto Epidemiorũ sexto hęc ferè numerantur ab Hippocrate: πνεύματα μικρὰ πυκνά, μεγάλα ἀραιά. μικρὰ ἀραιά. μεγάλα πυκνά, ἔξω μέγα εἴσω μικρόν εἴσω μέγα ἔξω μικρόν, τὸ μὲν κατατείνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον, διπλῆ εἴσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσι. θερμόν, ψυχρόν. Symptomata hæc sunt motricis partium pectoris facultatis, inspirando, & expirando læsæ, quæ explicantur, & intelliguntur omnia, licet non omnia proprijs uocibus significentur, sic quidem, ut unumquodq́ suum habeat symptoma nomen. μικρὰ πυκνά. una est differentia, & duo sunt nomina: pariter de alijs. Idem exempli statui poterit in uitiatæ uocis symptomatis. uel enim in totum amissæ uocis symptoma erit, ut in ἀφωνίᾳ, quæ penitus talis fuerit, & per priuationem intelligatur, non per imminutionem, sicut quum ἀτράχηλον, paruo omninò collo, aliquem dicimus: uel imminutæ, ut in exili, uel deprauatæ ut in rauca, & quæ tum clangore emittitur, κλαγγώδης Græcis dicta. Quorum omnium partim esse uidemus uocabula propriè satis significantia, partim nulla: & differentias tamen extare manifestò perspicimus, quas mente concipiamus, & uerbis circumscriptas notemus. Si quis uerò tueri Græci exemplaris fidem uelit, ut sine negatione particulæ οὐ legantur hæc, ita accipiemus: si qua autem lęsio proprium, & peculiare nomen obtinuit (ut multæ aliæ intelligantur non obtinere) non ideo omissam existimandum, si qua non obtineat. Ac uerborum sensus elicietur omnino idem, qui prius.

Πολλαχόθι δὲ καὶ ἀπορήσειεν ἄν τις, ἐκ ποίου γένους ἐστὶ τὸ σύμπτωμα. *In non paucis autem ambigat aliquis, ex quo genere sit symptoma.*) Meritò ambigat qua deprauati manifestò, ac uitiati motus uisuntur in oscitatione, & pandiculatione, atq́ huiusmodi alijs, symptomata sit: omninò nãq́ pternaturalis motus eorũ est. At qua morbũ nullũ præcedentẽ habent, qui hæc faciat, sed à facultate tantũmodo expultrice fiunt, naturali ac naturæ legib. causæ licet pternaturalis aliqd adsit: rursus nõ symptomata uideri poterũt motus hi. Itaq; cõmuni solùm symptomatis significatiõe accipienẽ, minimè uerò ppria, quæ erat, ut non solùm præter na-

turam esset, quæ communiter accepti est, sed etiam ut morbum comitaretur suum quæ proprij.

Τοῦ οἷον ἐκλιπὴς, καὶ ἄτονος, ὡς ἐν κώμασιν, καὶ λυθάργοις. *Aliud autem ueluti deficiens quidam, & infirmus motus, ut in comate, & lethargo.*) Hinc colligere licebit, quanto grauiores affectus habendi sint catalepsis, & caros, quàm coma, & lethargus: quippe amissa ex toto imaginandi facultate in illis, in his uerò deficiente ex parte tantummodò, & debilitata.

Τοῦτο μὲν καὶ παρὰ θουκυδίδου μαθεῖν ἔνεστιν. *Hoc quidem uel ex Thucidide ipso discere possumus.*) Ex libro secundo: quo loco mox post libri principia & orationem funebrem à Pericle habitam pestilentiæ meminit illius memorabilis.

CAP. IIII.

Καὶ ἄμετροι σιτίων ἐπιθυμίαι. *Et immoderata ciborum appetentia.*) Hoc deprauati, uitiatiq; appetitus symptoma fuerit. Quum enim neq; deperditus in totum sit appetitus, in summo nanq; adauctus ponitur, tantum abest, ut deperditus: neque diminutus quicquam eadem ratione: restat necessariò, ut inter deprauatæ, corruptæq; appetentiæ symptomata numeretur.

Τούτου τοῦ γένους εἰσὶ τῶν συμπτωμάτων καὶ οἱ ὕδεροι. *Ex hoc symptomatum genere sunt & hydropes.*) Vt in quibus omnibus deprauata, uitiataq; & corrupta sanguificatio inprimis sit.

Ἀσφυξίαι δὲ καὶ κακοσφυξίαι. *Pulsus autem deperditio, aut prauitas.*) Vitalis, ac pulsatilis cordis facultatis symptomata, inter naturalis facultatis recenseri uidemus symptomata, quod dictum supra.

Καθάπερ τὰ περὶ τὴν μέλαιναν χολὴν. *Quemadmodum quæ atræ bilis sunt.*) De eo affectu dicit, quem medici Græci ἴκτερον μέλανα appellant, in quo discretio melancholici humoris non satis rectè fit, ut à liene, sicuti deberet, trahatur. At quæ bilis est flauæ ἴκτερος, nomen obtinuit proprium: is uerò alius peculiare ac proprium non habet, sed alterius sibi desumpsit cum additiõe ἴκτερος μέλας dictus: totum hoc: icterus niger.

Τὸ μὴ μηδ' ὅλως ἀλλοιοῦν, ὅταν οἷάπερ ἐλήφθη τὰ σιτία. *Nulla quidem ex parte est, quum qualia accepta fuerint alimenta*) Id uidelicet in lientericis fluxionibus, intestinorum nempè læuitatibus, contingere semper uidemus.

Ἀλλὰ γὰρ ὅπερ ὁ Πλάτων ἔλεγεν *Verum, quod Plato aiebat.*) in Cratylo, ubi de recta nominum impositione agitur.

Στέρησιν δὲ παντελῆ τῆς ἐνεργείας. *Actionis uerò priuationem absolutam.*) Contentricis facultatis duo erant munia: ut & arctè complecteretur cibum, & tamdiu id faceret, dum concoctrix concoqueret exactè. Ita actionis huiusce priuatio, in horum duorum amissione fuerit: quorum alterum si non sit, protinus atque unà ne alterum quidem sequetur. Nam si nullo modo amplectatur, ne retinuerit quidem: uel si non retineat, sanè neq; amplectetur: id, quod in læuitatibus intestinorum fit, sequutis simul, coniunctisq; facultatis utriusq; symptomatis, concoctricis, contentricisq;: quî fieri enim posit, ut non contenta concoquantur? cruda igitur, & inconcocta protinus egeruntur omnia: imò uerò quæ nullum prorsus caloris naturalis opus senserint, totumq; subterfugerint. Erunt nihilominus cõcoctricis facultatis symptomata ex accidẽte hic, nõ per se: quę quidẽ si contẽtrix officio suo pfungeret, defungi ipsa suo quoq; posset.

Ἡ διαφθορὰ κατὰ τὴν κάτω γαστέρα. *Vel corruptio in uentre inferiori.*) Non permanẽte ad iustã usq; cõcoctionem in uentriculo, cibo, ob contentricis facultatis imminutã actionẽ, necessariò deiectus inde, uel trudet foras expulsus quãprimũ, uel morã trahet in inferiori uẽtre hæres ibi alicubi, in intestinorũ inuolucris: ubi quũ præter naturã maneat, neq; perfici cõcoctio eius his in locis queat, putrefactiõis, & corruptelæ accipiat aliqd oportet, q̃ postmodũ ex tetro excremẽtorũ alui odore detegiẽ necessariò, corruptionẽ eã insequuto. Dicat aliqs: an nõ potest in uentriculo corrũpi cibus, cuius nulla hic fit mentio? Potest, sed cõcoctricis facultatis uitio id fiet, non aũt contẽtricis, de qua hic sermo. pariter

super-

superne quoq; per os reijci poterit, non autem, aut foras per aluum deijci, aut in intestina protrusus descendere: uerum id ab expultrice uentriculi facultate fiet, non contentricis uitium fuerit, cuius hic tantummodo traduntur à Galeno symptomata. Rursus dicat alius: quid? intestinis nónne concoquendi uis inest aliqua, ut propterea non necessum sit corruptelam sequi, operata ui illa, & facultate, sic ut imperfectam uentriculi perficere ipsa concoctionem ualeat. Inest, sed non tanta, quæ hoc præstet. Communicatur illis à Ventriculo concoquendi facultas omninò aliqua: sed cibo, qui iam in chylum abierit, formamq; eius integram acceperit, addere concoctionis aliquid poterũt, intestina de suo semiconcoctum tantùm transmissum ad se conficere non poterunt.

οὐκ ἐξ ἀνάγκης δὲ δήξεις, ἢ πνευματώσεις. *Non autem necessario morsus, uel flatus.*) Neq; enim necessum corruptum cibum, succumúe, aut acrem esse, qui mordicationem, aut flatulentum, qui inflationem faciat: sicuti necessum, fœtere eundem duntaxat corruptum.

ἐν τῷ μετὰ τοῦτον δηλώσομεν λόγῳ. *In sermone sequente hunc narrabimus.*) Libro de Causis symptomatum tertio.

ἢ βραδύνει, καὶ μέλλει τελειωθείσης. *Vel moretur, aut cesset perfecta.*) Quum, inquit, perfecta uentriculi concoctione, tardat & cessat facultas eius expultrix, tunc deprauatus dicetur facultatis huius motus. Atqui debiliter, diminuteq; ac defectiuè, potius quàm corruptè, aut deprauatè operatæ uideretur esse expultricis facultatis symptoma hoc: paulò antè enim dixerat: ἡ δ' ἀῤῥωστία συνεχῶς ἐγγίγνεται ἐν βραδυτάταις τισὶ περιττωμάτων διεξόδοις. Imbecillitas uerò continue fit, in tardis quibusdam excrementorum discursibus, aut trãsitionibus. Quod quidem uideatur esse idem, atq; quum tardat, & cessat perfecta concoctione expultrix facultas, neq; est tamen. Etenim in facultatis huius debilitate post perfectam concoctionem, incipere potest expulsionis motus statim, sed debiliter is, atq; imbecilliter fieri, languente facultate, ex quo tardius excrementa prouoluant in intestina, perq; ea transeant: διεξόδους enim dixit, transitũ, & decursum significans à uentriculo in intestina factum tardiorem. At in deprauatè, ac corruptè operata, temporis à perfecta concoctione interponetur aliquid, priusquã concoctũ iam cibum propellat: idq; motu fiet deprauatiore aliquo. sicuti econtrariò, sed eodem tamen motu, nempè deprauato ante etiam perfectam concoctionem expellendum aggreditur cibum incitatè, cumq; impetu aliquo: ita enim ait: πρὶν τελειωθῆναι τὴν πέψιν, ἐξορμήσῃ πρὸς τὴν ἐνέργειαν: prorumpit ad actionem inquit, aut erumpit ferturq; concitatè: hoc enim ἐξορμᾶν est. ut eodem usa motu intelligatur, quum quamuis tardius irruit in cibum propellendum concitatius, ideoq; corruptè: qui planè motus, uel si post absolutam cõcoctionem protinus fiat, deprauatè fiet: quod Galenus mox doceat: ἀκρατῶς αὐτοῖς ἐμπίπτει inquit, τοῖς σιτίοις ἡ γαστήρ, & ἀταμίευτον ἔχουσα τὴν κίνησιν immoderatum, atq; impetuosum propè motum innuens, proinde corruptum.

ἢ μετά τινος ἤδη τῶν εἰρημένων γίνεται συμπτωμάτων. *Vel cum aliquo dictorum iam symptomatum fit.*) Palpitatione uidelicet, conuulsione, tremore, conturbatione, siue concussione.

πλὴν εἰ μὴ τῶν φλεβῶν αὐτῶν πάθος ποτ' ὑπάρχει. *Nisi quandoq. uenarum ipsarum affectus fuerit.*) Vt quum iecur fortè, uenæq; unà omnes calida præternaturaliter intemperatura affectæ, plurimũ generarint bilis, uitiata sanguificatione, unde auriginosos fieri multos uidemus æstatis tẽpore, alteratrice uenarũ facultate, nõ rectè sanguificante. At quũ non benè sequestrata prius in iecore bili flaua, per corpus uniuersũ ea cũ sanguine unà trãsfusa icterũ fecerit, icterus is, malè secernentis simul attrahẽtisq; flauã bilẽ facultatis in eius uesicula uitio, non autẽ iecoris, uenarũq; alterãtis, sanguificantisq; culpa fiet: iccircò neq; cũ huius facultatis symptomatis numerabit hæc, sed cũ ijs, quæ ꝓpter humores ex partib. corporis alijs cõfluentes fiũt, nõ alteratricis nutritiõi famulãtis uitio cõtingũt,

Ἢ καὶ τὴν ἀρτικρυς, ἢ διὰ μέσων τινῶν συμπτωμάτων. *Vel à morbis protinus ipsis, uel interuenientibus symptomatis quibusdam.*) Raucæ, aut clangosæ uocis sonus affectus est, generis eius symptoma, quod ad auditum pertineat, protinusque ac statim morbum consequatur, arteriæ nimirum asperitatem tracheæ: morbum inquam conformationis partis illius. Simul hoc fit, simul actionis læsio in eo sentitur: uocis utique deprauatè agentis symptoma quod rursus protinus primoque, ac per se insequatur morbum ipsam uidelicet eandem asperitatē. Neque enim inconuenit, ut duo simul morbum eundē symptomata, atque eā diuersi generis statim comirentur. At in uētris, ut sæpè fit, inferioris sonitu, stridoreque, aut murmure aliquo, eiusdē erit generis symptoma aurib. percepti: neque semper tamen morbum statim ipsum sequetur sed alterius plerunque generis symptoma: ut si ex obstructione inibi aliqua id fiat, quam confestim, primoque actionis læsæ, distributionis scilicet, sequatur symptoma: tum uerò ex hoc paulatim collecta flatulentæ materiæ plenitudine, stridoris quoque ac murmuris ibidem aliquid sentiatur, alterum iam symptoma ex affectuum genere eo, quod auditus ipsius fit.

CAP. VI.

Τούτων δὲ ἡ μὲν τρῶσις, καὶ ἡ ῥῆξις, καὶ ἡ διάβρωσις νόσημα ἐστὶν ὁμοιομερὲς ἴδιον. *Horum autem, ulnus, ruptura, & erosio, morbi sunt similaris partis proprij*) Læsa quippè una ex parte tantùm, non etiā discissa tota, ut in superioribus adnotatū fuit. ἀναστόμωσις uerò instrumētariæ partis morbus erit, proprius: ad totius ēm instrumēti, hoc est uenæ, constructionē pertinet, ut oscula clausa sua retineat, quatenus uena instrumētariarum partium ordinis primi habetur, ut hoc quoque ibidē dictū.

Γενέσθαι δ' ἄν ποτε, καὶ τῆς καθεκτικῆς ἀμέτρως ἐνεργούσης. *Fieri autem quandoque posse immodicè agente retentrice.*) Hac quippè facultate ualidè nimis operata, retentisque diutius ita serosis superfluitatibus, tandem irritata nimietate simul, & acrimonia earum expultrix, eiiciendis insurget: atque eo pacto per uterum eæ erumpēt facto muliebri fluxu. Idem eueniet densata cute. Prohibitis enim ob id, ne per occultam transpirationem illam disfilentur, intrò repellentur, & protrudentur foras de corpore superfluitates in fœminis per uterum maximè per quem paratior est, collectis in corpore illiusmodi excrementis exitus, ut quo corriuentur facile, ueluti in lacunam. Obstructis uerò renibus, quum in uesicam transmitti nequeant, in proximam uteri regionem eadem facilitate deriuabuntur, & dictum symptoma facient.

Ἢ διὰ τὴν τῶν ὑγρῶν φύσιν. *Vel ob ipsam humidorum naturam.*) Cui dubium attenuatis humoribus in corpore, sudores fieri solitos multos: ut crassefactis nullos, aut paucos?

Καὶ μὲν δὴ, καὶ τὰ χρώματα τῶν ἐκκρινομένων παρὰ φύσιν, ἢ τὰς ὀσμάς. *Et quidem eorū quæ præter naturam excernuntur, colores aut odores.*) Coniuncta hic quoque duorū generum symptomata uisentur in eodem: & excrementorum præternaturalium, & affectuum in corpore, qui ad uisum & odoratum referuntur.

Καὶ προνοίας τῆς ζῶα γινομένης. *Ac cum animalis prouidentia facta.*) Eā dicit, quæ insita & instillata primitus à natura partibus omnibus animantis uniuscuiusque in est, non quæ cogitatione, & ratiocinatione fit

Ἐκ τούτου γένους δὴ τῶν συμπτωμάτων. *Ex hoc symptomatum genere est.*) Maximè propriè dicto, primique generis, quæ actionum læsiones sunt.

Ἀλλ' ἴσως τῷ ἑτέρῳ γένει τῶν συμπτωμάτων. *Verum fortasse alteri inerit symptomatum generi.*) Vt hæc, inquit, naturæ opera, & utiliter ab ea factæ in morbis excretiones, dici primo modo symptomata non possint: at ex secundo fortassè esse possint, & quidem propriè dicto, qui affectuum erat in corpore pter naturam factorū: utpote in quibus tametsi naturæ benè & rectè operata facultatibus ea fiant, & hactenus quidem nihil præter naturam adsit: at sæpè per sanguinis fluores quum fiant, aut uomitiones, hactenus inter præter naturam affectus numerari queant: si quidem præter naturam omninò sit uenarum osculo-

osculorum apertio, quod in sanguinis fluxione, & de uentriculo per superna reiectio, quod in uomitu fit. Quamuis rursus hæsitare contingat, ubi nam affectus præter naturam reperiatur ullus, si per aluum, aut uesicam, aut uterum excretiones deiectionesq; istæ sequantur. Dicerem causæ hic quoq; subesse in corpore præternaturalis aliquid, propter quam excretrix facultas ad propellendum excitetur, nisi affectus præter naturam allegandi nobis essent huc, in hoc quidem symptomatum genere, non causæ. Quod si de causa hoc admittimus, ut futurum satis sit ad statuendum hoc, si causa in corpore sit præter naturam aliqua: iam illud quoq; de sudore recipiemus Dioclis, qui præter naturam habendos eos esse disputarit: non enim temerè absq; causa præternaturali aliqua sudor de corpore exibit quisquã, si recta atq; exquisita sequatior per corpus totum alimenti dispensatio, & Oeconomia: qua ratione usum inprimis fuisse Dioclem scripserit Galenus in commento aphorismi illius: Ventres hyeme, & uerè natura calidissimi. Tutissimum ut in ambiguis existimare, symptomatis, illius quidem tripliciter propriè dicti, nihil esse in naturæ operibus, animantium usui tam manifestò conferentibus Etenim spectetur finis ratio, quo natura tunc tendit: non aliud facilè iudicabimus, nisi de communi fortè symptomatis significatione.

IN LIB. I. DE CAVSIS SYMPTOMATVM.

CAP. I.

Τὰς αἰτίας τῶν συμπτωμάτων ἐν τοῖσδε τοῖς γράμμασι σκεψόμεθα. *Symptomatũ causas in libris his considerabimus.* Quemadmodum exhibitis nobis prius morborum generibus & differentijs, eorum deinceps causas quoq; exhibendas esse uoluit Galenus: ita nunc in tractatu de symptomatis faciendum sibi recta ratione existimauit, ut causas nobis symptomatum traderet, traditis suprà illorum differentijs.

Ἐστὶ μὲν οὖν τὰ σύμπαντα γένη τρία τῶν συμπτωμάτων. *Sunt igitur omnia symptomatum genera tria.*) Vtiq; eorum, quæ propriè tantummodò symptomata dicuntur: nam communiter, & generaliter acceptorum, longè fusius patet significatio, ut & naturæ opera noxia de corpore tam utiliter sæpe eijcientis, multis excretionibus comprehendi (quod diximus) hac ipsa ex parte non absq; ratione queant: utpote in quibus quamuis opus ipsum expultricis facultatis maximè secundum naturam sit, at causæ semper subesse aliquid uideri potest præternaturalis: in aliquibus autem, præter hoc affectus etiam præter naturam aliquis omnino alius: ut in excretionibus utiliter à natura factis quæcũq; quidem per sanguinis fluxionem, aut per uomitum fortè fiunt: quorum in altero uenarum necessariò aperiuntur ora, præter naturalem illarum constitutionem: in altero reiectio de uentriculo per superiores partes fit, non quidem omninò secundũ naturam, nam naturale uentriculo est, inferius potius deijcere.

CAP. II.

οὐδὲν ἀξιόλογον βλάπτουσι. *Nihil effatu dignum lædens.*) Perinde enim est, ac quum in alterutrum angulorum mouemus oculos uisuri hac illaúe in parte positum aliquid, quod quotidie ac subinde facimus, nulla uidendi oblæsione. facta scilicet per eandem semper lineam uisorij spiritus proiectione. Discere hoc potuimus decimo de usu partium corporis humani.

Ἄντε κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον, ἄντε κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον ἐξίστηται τοῦ κατὰ φύσιν.) *Siue propria suimet ratione, siue alio quopiam modo à natura recedat.*) Ex propria ratione à naturali constitutione sua discedet Cornea tunica qua parte pupillam obtegit crassior, aut iusto humectior facta, aut immutato aliqua ex parte colo

 re, uel

te, uel etiam uulnerata: alio autem modo, quum fortè ex alijs partibus ingruet in illam noxa quod à Galeno post paulò dicetur: εἴ τι τῶν ἔξωθεν αὐτῆς προκειμένων αὐξηθὲν ἐπισκοτήσειεν: Si quid extra appositorum auctum offuscauerit: ut euenire in unguis affectu experimur, si eousque adauctus tendat, ut partem corneæ tunicæ illam attingat.

ἑωράκαμεν γὰρ ἤδη πολλάκις ἐπὶ προπτώσεσι βραχείαις τῆς ῥαγοειδοῦς συνουλωθείσας. *Vidimus nāq; sæpenumerò in prolapsibus uueæ paruis cicatrice inducta.*) Verè in paruis: nam si paulò maior fuerit prolapsus, ut disrupta ualdè tunica, tenuis, aquosusq́ extra tunicam profusus, corneam iam membranam ipsam attingat humor: & concidet in crystallinum humorem uuea necessariò, & delatus à cerebro spiritus in pupillam non feretur totus, inuento quippe etiam per uulnus exitu. Quòd si parua fuerit ruptura, paruumq́ uulnus, nihil horum fiet, & facilè coalescet, nec quicquam inde sequetur noxæ, quæ quidem curanda magnopere sit.

οἷς δ' οὐκ εὐρύνεσθαι, τούτων οὐδ' εἷς οὐδ' ἐπώποτε εἶδεν. *Quibus uerò non dilatari contigit, horum nullus unquam uidit.*) Argumento certo, quod quamuis chirurgico opere detrahatur suffusionem faciens humor: uisorij nerui restet obstructio adhuc alia ex humore alio aliquo, spiritus uisorij ad oculi pupillam progressum impediens.

ἡ μὲν οὖν τοῦ χιτῶνος αὐτοῦ μόνου διάθεσις ἔκτασίς τίς ἐστι, καὶ χάλασις. *Tunicæ igitur solius ipsius affectus extensio est, & relaxatio.*) Vtq; corporis partes multæ, membranosæ præsertim, & neruosæ, humore forte imbibito multo, eoqúe imbutæ laxantur: ut circa articulos ligamenta, neruiq́, & ex neruis ligamentisq́ compositi tendones: ut membranæ omnes: quod corijs quoq; cōtingere uidemus. In neruis igitur & ligamentis, quibus articuli connexi simul iunguntur, si hoc fiat, elongabuntur partes, porrectiores, atq; protensiores factæ. At si in mēbranis id eueniat latioribus: omnem in partem extendentur illæ, & dilatabuntur. Quę si fora minulentæ fortè fuerint: extentis ac madefactis per omnia partibus alijs, ideoq́; laxatis, etiam extremæ foraminum oræ laxentur oportet: quod quum in foraminis circuitu factum fuerit, ambitus certè illius angustior reddetur, laxis particulis orarum simul inuicem propinquantibus. Quòd si tales mēbranę nempè foraminosæ, aliqua re inclusa, ut in utre fit, aut uesica, flatu puta, uel humore e[illegible]m aliquo, ad summum impletæ distendantur, & dilatentur nondum quidem madefactis per totum membranis, humoreq́ per substantiam totam non adhuc imbuto: dilatabuntur potius foramina: quippe partibus integris omnibus nihildum se remittentibus, nec laxantibus, contraq; potius ob distensionem plenitudine nimia factam trahentibus ad se extremas foraminum oras, ac proinde foramina dilatantibus, ampliore ita facto circuitu illorum, atq; ambitu. Idem spectabitur in uueæ tunicæ mēbrana, cuius madefactæ, & proinde totius laxatæ, foramen, quod oculi pupillam facit, Galenus dixerit angustius reddi: aliàs autem extentæ siue potius distentæ repletione aliqua nimia, Neq; tamen maiore nimio ullo per substantiam totam recepto, (sic enim intelligendum) ampliari, dilatariq́: ut in phlegmone quandoq; euenit, scirrhoq́ aut abscessu aliquo: & quum fortè accideret, ut ex humorum inibi contentorū repletioné nimia eadem tunica distendatur. Quæ omnia paulò explicatius tradi à me uolui hic, quòd uiderem in loci huius Salebra, non Sophistarum modò quorundam deprauata ac distorta, de quo non ualdè mirandum, sed nostrorum etiam, adeoqúe Arabum præcipui nominis recta, ac felicia ingenia, quod mirum magis sit, hæsisse quo se uerterent, nescia.

μετὰ τοῦ καὶ συνωφελεῖν τι τὴν οὐσίαν τοῦ κρυσταλλοειδοῦς. *Cum eo, quod auxilij aliquid præstat crystallini substantiæ.*) Quippè cuius assidua quadam ueluti irrigatione, aquosi inquam, & tenuis humoris crystallinus non facilè siccari soleat: quod mox additur à Galeno.

ὑφ' ἱπποκράτους γεγραμμένα. *Scripta ab Hippocrate.*)in Prognosticis.

Καθαρώτατος γὰρ οὗτος ἐν φύσει τῷ κρυσταλλοειδεῖ ὑγρόν, καὶ τούτου αὐτὸ τὸ ὑδατοειδές. *Purissimus enim his est cryſtallinus humor, atq; adeò is ipſe, de quo nunc ſermo eſt, aquoſus.*)Puriſsimum quemq́, & emaculatiſsimum pannum albi præſertim coloris, deturpatum, maculas accipere reliquis omnibus alijs citius, ac promptius uidemus: pariter cryſtallinus & aquoſus humor faciet.

Τὰ πόῤῥω δ' οὐχ ὁρᾷ. *Procul autem diſsita non uidet.*) Non enim protendi ad longum ſatis ſpacium poteſt uiſio ſpirituum paucitate uiſoriorum ut puriſsimè tamen ſint.

Ὁ δὲ ὑγρότερος καὶ πυκνότερος εἴτε ὁμοιομερῶς, εἴτε ὀργανικῶς. *Humidior autem, & denſior ſiue organicè.*)Humidior fit cornea tunica, qua ſimilaris: denſior qua organica, & inſtrumentaria, denſatis quippe meatibus, qui conformationem ex parte faciunt, etiam ſenſum noſtrum fugientibus. Atq; hoc de cornea tunica dictum à Galeno fuit, tanquam quæ oculum ex parte ſua conſtituat: hactenus enim dici inſtrumentaria poteſt, eiusq; & conformatio conſideranda, & magnitudo erit. Nec mirum id uidebitur, ſi illius meminerimus, quod in operis huius totius principio à Galeno prolatum reperimus iam non ſemel: σαρκὸς γὰρ αὐτῆς (inquiebat) ἡ σὰρξ ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ τῶν πρώτων στοιχείων ἡ διαφορά. ἡ μέντοι μορίου ὀργάνου, κατὰ τε τὴν διάπλασιν καὶ τὸ μέγεθος: Carnis, quatenus caro, in ſola primorum elementorum compoſitione differentia eſt: quatenus uerò inſtrumenti pars, ſecundum conformationem, & magnitudinem. Si de carne hoc recipiendum, tanto iam magis de membrana, quæ compoſitior omninò carne ipſa eſt, atq; ad inſtrumentariæ partis rationem propiùs accedit, quum tñ re uera talis quippe non ſit, qu ppe quę ſi per ſe tantùm, ac ſola dũtaxat examinetur, ſimilaris omnino habeatur: ut autem oculi compoſitionem ingreditur, ea & conformatione, & magnitudine, atq; ita pertuſa, fiet illa quidem nondum inſtrumentum, ſed inſtrumenti ſolùm, oculi nempe totius ipſius pars: ut hactenus tantùm dici inſtrumentalis debeat, non autem inſtrumentum, aut organum aliquod, niſi ualdè ambigue.

Ἀλλὰ καὶ τὸ δι' ὀλίγου τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ἀναγκάζειν ὁμιλεῖν τῷ περιέχοντι φωτί. *Verumetiam quod cryſtallinum cogat in proximo circumfuſo ſplendori occurrere.*) Nimirum per uulnus, quaſi per feneſtram ingredienti, idq; etiam ſi in alio loco, quàm in pupillæ parte factum fuerit uulnus. Nam ſi ad pupillam uulnerata fuerit cornea, præter hoc, aliud inſuper ſequetur incommodum: nempe aquoſi humoris exitus, ſi penetrans fuerit uulnus διαμπερὲς εἴσω, uti mox additur à Galeno.

Ἀλλὰ τῶν τοιούτων διορισμῶν, οὐδὲν ἡ νῦν ἐνεστῶσα δεῖται πραγματεία. *Verum huiuſcemodi diſtinctionibus præſens opus nihil indiguerit.*) Vt quæ ad opus magis pertineant de affectorum locorum nonitia: tametſi ne ibi quidem mentio horum ulla fiat Sic maximos interdum authores uidemus non potuiſſe locis ſemper ſuis tradere cuncta. Excidunt ſæpè quædam: non pauca ex dictis à non oſcitabundo lectore colligi poſſe uident: humano nonnunquam more fit, ut ſurrepat ex ſcribendi diutius tædio negligentiæ aliquid Itaque transferenda eò erunt in locum ſuum hæc, non incommodè: & ſi qua huiuſmodi alia reperiuntur, idem faciendum.

Ὁ δὲ ἐπιπεφυκὼς ὑμὴν φλεγμαίνων μὲν κατὰ συμβεβηκὸς ἐμποδίζει τὴν ὀπτικὴν ἐνέργειαν. *Adhærens uerò membrana, phlegmone laborans ex accidenti uidendi actionem lædit.*) Nimirum tantiſper, dum adhærentis tantummodò membranæ phlegmone fuerit. Etenim non tam commodè, neque tam exactè in ophthalmia, quæ adhærentis membranæ phlegmone eſt, uidemus quàm antea: idq́ue ex accidenti, non primò, ſed perueniente ab ophthalmia ſecundariò ad principales magis oculi partes, nocumento aliquo. Quòd ſi eouſque phlegmone increſcat, ut oculum fortè totum occupet: iam tum proprius erit oculi totius morbus is, ac primo, non ex accidenti, aut ſecundariò, actionem lædet. Cæte-

rũm non erit tunc adhærescentis unius affectus dicendus ille, sed oculi potius totius phlegmone compositus nempe ex similari, & dissimilari morbus, quo & cryſtallinus, humoresq́ reliqui partesque simul affici uarie possunt omnes. Longè aliter in chemosi & ungue cuenict: quorum uterq; affectus in natura sua permanens uidendi functioni primò, ac per se nocumentum inferet.

CAP. IIII.

ὥσπερ οὖν ἐν τούτοις ἡ κατασκευὴ τῶν μορίων ὑπεδείξατο τὰς τῶν συμπτωμάτων αἰτίας. *Quemadmodum igitur in his partium constitutio ſymptomatum cauſas indicauit.*) Corpus omne factæ ex primis quatuor elementis similares primo, tum & organicæ, atq; instrumentales constituunt partes, hac illaue magnitudine, hoc illoue particularum numero, positu, conformatione: unitæ autem cunctæ ut sint. Quæ qui nouerit quomodo se habeant, omnia secundum naturam, idem non ualdè magno negocio, etiam præter naturam contingentia nouerit, hoc est morbos ipsos, symptomatum nimirum causas. Vt proinde rectè dictum sit, partium corporis constitutionem, symptomatum indicare causas solere. Retinenda itaq; partium constitutio natiua ut ista sciamus.

CAP. V.

Ἡ νάρκη δὲ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ κῶλα. *Stupor autem in corpore toto, maximè uerò in membris.*) Quæ Græci κῶλα uocant, non habemus Latini uocem, qua significantius reddamus, quàm membra: extremas scilicet corporis partes intelligendo, trunco adiunctas, manuum, pedumq́. Ipsa igitur hæc membra, quoniam neruis donata fuere à natura pluribus, ac maximis, motionibus plurimis itidem, ac uehementibus sæpè obeundis, & occurrentibus undique noxis sensu maximè percipiendis euitandisq;: non abs re stuporem etiam inprimis sentient: quamuis reliquis quoque corporis partibus, licet non tantus, accidere possit, omnibus quidem, quibus aliquid additum neruorum sit.

Τὸ μὲν οὖν συνέχον αἴτιον, ἢ συνεκτικόν, ἢ προσεχές *Cauſa igitur continens, uel continua uel coniuncta.*) Exemplum rursus habemus, continentis, seu continuæ stuporis causæ, quæ nihil aliud sit quàm neruorum morbus, obstructio uidelicet, aut alius quispiam instar obstructionis, descensum per neruos sensorij, motoriique spiritus prohibens, ut πίλησις. ut θλῖψις, constrictio, & compressio: qui rursus morbi ipsi causam pariter continentem habeant suam: obstructio inprimis in qua manifestiora apparent omnia: ueluti si uisorius neruus obstruatur, aut suffusio fiat, in qua obstructio indubitatus morbus uisionis actionem primò, ac per se lædat. Obstructionem porrò, morbum ipsum, humor faciat, continens itidem obstructionis, morbi ipsius, causa: quippe qua amota, protinus atque extemplò auferatur morbus, eademq; opera actionis unà quoque læsio tollatur: non quidem primo causæ morbum facientis ablatione, sed morbi primo, siquidem is quoque primò actionem ipsam lædebat. Humor obstructionis morbi causa continens: Obstructio morbus uisionis læsæ causa pariter continens. Amouetur læsio amoto humore, sed non primo, uerùm interueniente tantummodò morbi prius amotione. Et actionis quidem læsio causam habitura semper est continentem suam, morbum nempe ipsum: at morbus nõ semper. Vt quicunque actionis læsionem pro morbo numerant, ij morborum continentes adducere semper causas possint: qui uerò morbum affectum esse diffiniunt, actionem lædentem primo non possint. Animaduertimus itaque Galenum sæpius continentis causæ mentionem facere solitum, quoties illi natura huiuscemodi causæ aliqua repræsentatur, & si nullus tunc de morborum causis institutus sermo sit: uel de eorum tantum sententia, qui morbos actiones esse læsas ipsas existimabant.

Τοῖς

τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν μορίοις αἰσθάνονται, καὶ κινοῦνται μόνοις. *In capitis partibus sentiunt, & mouentur solis.*) Vtique in his, ad quas ex septem illis cerebri partibus intra caluariam neruorum portio deriuatur aliqua.

ζῶσι δ' ἑκάτεροι τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἂν ζήσαιεν οἱ ἀγχόνῃ συμπνιγέντες. *Viuunt autem ut trique tantum temporis, quantum qui strangulati opprimuntur.*) In strangulatiõe, præter neruorum compresſionem uehementer factam, tracheæ accedit constrictio, non minus uehemens, quæ mortem acceleret. Vtrosque autem dixit quique in dorsalis medullæ origine nocumentũ accepere, & qui in ipso cerebro,

CAP. VI.

ὁ δὲ ἱπποκράτης ἔτι παλαιότερος ὤν. *Hippocrates uerò antiquior adhuc.*) In libro de locis in homine scriptum reperietur non multo ante finem.

τὸ γὰρ ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν, ἀνθ' ὧν θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἥκιστον ἔχει τὴν ὁμιλίαν. *Humidum enim, & siccum, absque eo quòd calefaciant, aut refrigerent, occursum habent non uiolentum.*) Ergò sicubi qualitates duas hasce siccitatem, atque humiditatem dolorificas pronuntiauerit Galenus, non primo illarum meritò id esse accipiendum erit, sed quatenus caliditati, uel frigiditati coniunctæ reperiuntur, quarum actionem in dolore faciendo iuuare ipsæ ualeant, primo licet ac per se doloris gignere nihil soleant. Siccitas quidem exacuere caliditatem creditur, sicuti humiditas frigiditatem sæpe: Vt propterea plusculum etiam doloris harum duarum qualitatum rationibus gigni à calore, & frigore hoc pacto adiutis posſit.

καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ πρὸς τὸ φῶς ἀναχθεῖσα βλέπειν οὐ δύναται. *Nam ipsa quoque ad lucem adducta, aspicere non potest.*) Eandem hanc ob causam frigore ingenti affectas partes, si igni, flammæúe apposuerimus uehementiori, doloris suborietur statim sensus ingens, uiolenter nimis induente se calore in partes frigore adstrictas At si paulatim, sensimque ad mediocrem accedamus, cum uoluptatis id sensu omninò aliquo fiet.

ἐκείνοις μὲν γὰρ ὡς ἂν ἤδη νοσοῦσι τὸ ἐναντίον ἴαμα. *Illi nanque, tanquam iam ægrotanti contrarium erit remedium.*) Quod color niger erit, ut qui discretam uisionem ex opposito adducens cogat: neque id tamen uiolenter, aut affatim, confertimque nimis faciat ut si modò uitetur faciendi cum impetu, & affatim, uiolentia, adhiberi aliàs tutò remedia affectis partibus opposita directè econtrariò qualitatis posſint. Ac quod de refrigeratis insigniter partibus diximus iam, in quibus consilium non sit tantùm protinus admouisse flammeæ, aut igneæ qualitatis, quantum frigiditatis fuerit: idem de excalfactis uehementer partibus nõ dicemus quippe quas gelidisſimæ usu reuocare sæpè ad temperiem cum ratione liceat: non aliam, ut opinor, omninò ob causam, nisi quod non tantum in quamuis maximè refrigerantibus efficientiæ, neque uerò impetuosæ actionis ac uiolentiæ insit & penetrabilitatis, quantum in igne aut flamma.

ἐδ' ἀχλὺς γὰρ ἀσθενῶς συναγομένου ὑπὸ τοῦ παχυμερους τὸ λεπτομερὲς. *Ostensum nanque fuit à crasso imbecilliter cogi tenue.*) Ita quidem debiliter, ut sensus tamen aliquid moueat, non etiam uoluptatem inuehat. Paulò enim conferta magis alteratio à præternaturali in naturalem statum sit oportet, quæ uoluptatem mouere debeat: sicuti etiam, quæ dolorem à naturali in præternaturalem. Imbecillior autem sentiri se tantummodò faciet: uel exiguum omninò uoluptatis aliquid cre abit paulò confertior. Quæ esse talis admodum in uidendo non potest, ob substantiæ tenuitatem instrumenti uisorij non facilè coactilis à crasso.

ὥστε οἵων ἂν ἐκεῖνα δέηται χυμῶν, τοιούτων ὀρέγεσθαι. *Vt qualibus illa opus habitura sint humoribus, tales appetat.*) Idque non modò in specie, ut hominis uentriculus cibos appetat, quibus humores sustentandis corporis artubus, membrisque idonei generentur alios, quàm Bos, quàm Equus: sed etiam in numero, & per in-

Καὶ αὐτὰ ἕλκουσι τὴν τροφὴν, οὐκ ἐκ τῆς γαστρός. *Eę ipsis trahunt alimentũ, non ex uentriculo.*) Tanquam magis ad manum positis, & in promptu. Neque uerò tàm facilè trahitur à uenis de uentriculo ipso alimentum, quàm de cibis: retinente quippè nec facilè concedente attractum iam ad se alimentum uentriculo: quin trahente partem sibi suam ipso quoq;. At remittēt cibi sponte, quem uenæ trahant succum semper.

Καὶ καλεῖται καὶ τῆς ὄρεξις ὁμωνύμως θατέρῳ. *Vocaturq; hoc appetitus æquiuocè ad alterum.*) Hęc est nimirū appetentior, cuius ipsius quoq; sensationem esse quandam naturalē diximus, qua partes corporis, membraq; omnia egere se alimento sentiunt, sed naturaliter: ac proinde æquiuocè dicenda potius appetentia. quoniam uentriculi altera illa, quam animalis sensatio partis eiusdem faciat, alterius prorsus rationis cuiusdam habenda sit: hoc ipsum quippe animalis, quū naturalis altera sit: atq; illius opus animæ existat sentientis, alterum autem hoc naturæ eodem semper modo agentis. Commune utriq;, ut attractrice facultate utatur, commune desiderium: neq; enim pars corporis ulla alimentum ad se trahet unquam, nisi ut eo fruatur, in quo non omnino desiderij nihil sit. Partibus alijs membrisq; omnibus proprium, ut ex naturę tantummodò dictatis id faciant: uentriculi ori propriū, ut præter hoc animæ insuper iam sentientis maius quoddam desiderium accedat, non tam attrahēdi, id enim naturalis iam facultas est, nunquam si quod trahat habuerit, ferianitis: quàm quod deest, indipiscendi, ut deinde trahat. Itaq; in paulò magis uoracibus animalibus uidemus, acquisitum alicubi, necdum commansum satis cibum à uentriculi attractrice uiolenter penè rapi. Estq; hoc non dissimile illi, quod de genitalibus partibus dictum paulò ante à Galeno fuit: quibus quoq; ipsis à natura, præter communem illum sentiendi modum, maior alius quidam ac potior insitus fuerit: ἴδιόν ἐξαίρετον, dixit Galenus: cuius quidem sensus ui animalia ad coeundum mouerentur, partibus corporis nullis alijs communis. Magna utrobiq; opificis summi prouidentia, qua benè prouisum animantibus esset, foris ut sibi alimentum quærerent, & foris coirent: duoq; hæc sibi necessaria extrinsecus petenda haberent, propriè ac peculiari quadam appetētia: alterum quo species, in uniuersum seruaretur, alterum quo priuatim indiuiduum sustentaretur.

Τὰ δ' ὑγρὰ τῷ χεῖν ἐπὶ πλεῖον ἐκτείνουσα. *Humida uerò fundēdo plurimum extendens.*) Quo planè fiat, ut humoris copia non famescat pars.

Καὶ δὴ καὶ συμβαίνει κατὰ μὲν τὴν πρώτην διάθεσιν ὑποχωρήσεις τῶν ληφθέντων γίγνεσθαι πολλάς. *Ac contingit, ut in primo effectu sumptorū excretiones multæ fiant.*) Nō sine causa: etenim succi acidi uitiositas, quæ prima erat appetentiæ nimiæ causa, præterquam quòd ut multò plus semper colligatur in uentriculo cibi facit, quam quod coqui ab eo possit, ex quo corruptela, proinde deiectio quoq; per aluum multa, nulla uel pauca facta alimēti distributione per corpus: etiam succi acriditas illa, ut quidē uentriculi os uellicatu quodā & mordicatione suctioni non dissimili ad appetendum excitat: eiusdem partis excitare ad propellendum ante tempus excretricem facultatē poterit, unde & distributio impediatur, & necessario ideo excrementa pariter succedant alui multa.

Οἷς ἂν ἐς τοὺς τῆς κοιλίας χιτῶνας ἀναπίῃ τι περίττωμα μοχθηρόν. *Quibus in uentriculi tunicas induerit se excrementum prauum aliquod.*) Rectè induerit, uel imbibitus fuerit, atq; impactus: nam qui caninam appetentiam illam fecerit humor, is nō necessariò adactus altius intra tunicas fuerit, sed inhærens tantummodo, osq; ipsum tangens facere id poterit.

Ὀρέγονται δὲ ἐν αὐτῷ μάλιστα τῶν ὀξέων τε καὶ στρυφνῶν. *Appetunt autē in eo acida maximè & acerba.*) Vt uerisimile sit, id humoris ad uentriculum ex liene transmdi: eius nanq; inprimis qualitatis esse ponitur melancholicus humor.

Ἢ μὴ αἰσθάνοιτο τὸ καθ' ἑαυτὴν πάθος ἡ γαστήρ. *Vel affectum nō sentiat suū uentriculus.*) Cuiusmodi describuntur ab Hippocrate in Epidemijs ægroti quidā, qui in ardēte interdū febre, causo nēpe nihil prorsus sitirēt: adducto uidelicet ad id in-

temperaturæ uētriculo, ut, ueluti emortua substantia, omnem unà sitiendi potentiam abolitam perderent.

Μοχθηρῶν δ' ἐπιθυμοῦσι πομάτων, ὥσπερ καὶ σιτίων. *Prauos autem potus desiderant, quemadmodum & cibos.*) Nec tam frequens, nec tam uarius appetitus is: itaque bibendi κίτ?αν non audimus, neq; legimus, tam usitatè quàm edendi. Nō enim frequenter nobis occurrent qui cœnosæ, aut lutulentę, aut praua qualitate aliqua infectæ aquæ potandæ desiderio teneantur, aut uappam, aut muccidum, & corruptum uinum appetant, ut qui res comedendas extranei omnino saporis, γαλακτοπότας tamen referant nobis historiæ: sed in hoc nihil abhorrentis à naturæ nostræ potu. Accidere tamen id posse non iuerim inficias: frequentes hos me non uidisse dico. Ac spectari nihilominus rei huiusce specimen possit in ijs aliquod, qui ceruisiæ sæpè iumentorum urina ipsa turbidioris, interdum etiam bene amarę, uel aliarum huiusmodi potionum alicuius appetitu ducuntur, uino quandoq; ipso libentius bibitum. Hosce ego deprauato esse potandi, ac corrupto quodam gustu prorsus crediderim, præsertim quū sciam quàm praua uictus ratione utantur, ubi hoc fit, ut mirum uideri nō debeat, si temporis mora diuturniore, nō parum humoris colligatur iidem praui, uitiosiq; atq; eiusmodi ut eo imbutum uentriculi os, id symptomatis genus afferat: ἐν χρόνῳ πλείονι enim (ut mox Galenus ait) κακῶς διαιτωμένοις ἐπιγίνεται. Tempore multo praua usis uictus ratione contingit.

Ψύξις τε γὰρ ἰσχυρὰ ποτὲ μὲν αὐτὴ καθ' ἑαυτήν. *Nam & refrigeratio uehemens ipsa quidem aliquando secundum seipsam.*) Absq; humoris præsentia alicuius intelligendum, aliqua alia de causa facta: occursu puta, frigiditatis alicunde extrinsecus factæ, uel cgelidæ quoq; potu, & huiusmodi aliquo, quod frigiditatem facere insignem possit: inter quæ uenena etiam quædam numerabuntur à Galeno mox.

CAP. VIII.

Ταύτης δὲ αἰσθητικὸν γίγνεται τὸ ἀλλοιούμενον μόριον. *Huius autem sensitiuus fit pars, quæ alteratur.*) Demonstratum in de Placitis Hippocratis, & Platonis opere, non esse alterationem ipsam sensum, sed alterationis perceptionem, quæ tamen in sentiendi instrumento ipso fiat à sensibilibus proprijs: ut in crystallino humore factæ à coloribus alterationis perceptio uisio, seu uidendi actio ipsa fuerit. Percipitur porrò facultatis opera à cerebro demissæ: quod quidem pariter, cerebrum inquam, perceptionem hanc in instrumentis factam percipit, sentitq; communi illa sentiendi ui ac potentia, quæ ita appellatur, sensus nimirum communis, ex quo αἰσθητικῶν αἰσθητικὸς dictus hic fuerit à Galeno ἐγκέφαλος, cerebrum dico.

Καὶ μάλιστ' ὅταν ἐπὶ τροφῇ συμμέτρῳ κοιμηθῶσιν. *Præcipuè quum post modicū cibum dormierint.*) Causa in promptu: à nimio enim cibo degrauatur concoctio, impediturq; & distribuendi alimenti, œconomia perturbatur tota, mittunturq; uapores in caput, atque excrementa colliguntur plurima, cruditatisque non parum: quæ omnia grauatè admodum feruntur. Tum, non peracta sanguificatione bona, sanè perpauci generabuntur spiritus, atque hi non ualde illustres, neque alacres, ut inde iaceant potius membra & torpeant, tantum abest, ut subleuentur: ex modico cibo contraria omnia euenient. Sic porrò dixit, modicum cibum præcedere somnum debere, in uniuersum faciendum ita semper esse intelligens: uel quum etiam à prandio dormiendum nobis fortè fuerit, prandium ut modicum quoque sit. Ne fortè quis ex hoc cœnam prandio minorem statuat, contra Galeni alibi decreta, quòd nocturnus tantummodo somnus intelligatur huncq; præire modicus semper cibus debeat, nempe cœna. Quod nihilominus ut ita esset, neq; de alio tempore acciperetur dictum hoc: non propterea uinceret ratio, cœnandum minus quàm

pran-

prādendū esse. Respectu enim futuri solummodo somni quum hoc sit, eadem cœna, quæ nocturnum somnum præcesserit, poterit esse modica, ac mediocris huiusce habita ratione, & respectu: atq; eadem rursus prandio maior antegressо iam: nihil enim inconuenit. Vt mirum sit, duxisse hinc argumentū quosdam non incelebres de cœna, quæ prandio esse minor debeat.

Ἡ μὲν γὰρ καρδία φαίνεται κατὰ σμικρὰ τοῦτο ποιοῦσα. *Apparet enim cor hoc ipsum facere paruis interuallis.*) Hoc significare uidetur hic illud κατὰ σμικρὰ exigua nāq; admodum est quies, qua cor quiescit, quamuis gemina: & quæ post systolem, antequam diastole inchoet, interius fit, & quę post diastolem, antequam systole exterius. Quas inter (quoniam motus diuersi sunt, & in contrariū aguntur). necessariò quies intercedat opus est: quę hic exigua licet, & parua, & aliqua tamen intelligitur, factura satis cordi. At cerebri nulla prorsus quū sit, utiq; uigilantibus nobis suppeditantis assiduè membris mouēdi ac sentiendi facultatē: futura illi aliqua tempore aliquo, necessaria omninò erat, quo somni est tēpus.

Τὰ ψύχοντα δ' οὐκ ὀρθῶς, οὐδ' ὕπνον, οὔτ' ἀναλγησίαν ἐπιφέρειν ἂν λέγοιντο. *Refrigerantia uerò non sanè rectè, neq; somnum, neq; indolentiam afferre dicentur*) Considerandū principaliter, ac ueluti primaria quadam ratione, somnum ab humiditate fieri, sicuti uigilias à siccitate: quamuis humiditati coniuncta sæpè frigiditas quoq; sit, ut siccitati caliditas. Quæ somnum, aut uigiliam augeant, uel etiam faciant interdum si nimiæ fuerint: frigiditas inquam, somnū, caliditas uigilias. At modicus, moderatusq; ac cuiuscunq; naturæ conueniens somnus, ab humiditate sola fiet: cui si addatur frigiditas, iam tum producetur somnus iusto longius, & erit maior, quàm dormientes naturæ conueniat. Ita quidem à siccitate quoq; uigiliæ cuiq; competentes fient, sola: sed si caliditas insuper accedat, utiq; fient uigiliæ mediocribus, & moderatis maiores, eritq; illud, quod ab Hippocrate secundo aphorismorum secto scribebatur: ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον τοῦ μετρίου γινόμενα κακόν: somnus & uigilia, utraq; si modum excesserint, malum. In cuius aphorismi explicatione Galenus somnum modum, & mēsuram temporis iustam excedentem hūc quem longum uocant, hoc tantum μακρὸν, non enī δυσδιέγερτον, expergefactu difficilē ex primi sensitiui frigiditate fieri dixit, cerebri nempe ipsius, γίγνεται δὲ ὁ τοιοῦτος ὕπνος ψύξει τῆς ... αἰσθητικῆς. Cui si id insuper accedat, ut cum difficultate expergefiat, κῶμα rectius dicetur à ualida, uehementiq; frigiditate ortum ducēs. ἡ τῆς ψύξις ὅταν ἰσχυρὰ γένηται: quæ inquit, frigiditas, quum facta uehemens fuerit, lethargicos affectus facit, ut comaticos etiam intelligamus, & catalepsim: quanquam hanc cum siccitate. Itaq; somnus naturalis modicus, & mediocris, ab humiditate, de quo hic: ὅσα μὲν ὑγραίνει μόνως ὑπνωτικὰ δικαίως ὀνομάζεται. Longior, ac productior à frigiditate non magna quidem illa, de quo in aphorismi expositione, ægrè ac difficulter expergiscibilis, κῶμα iam dicendus, ab ingenti, & uehementi frigiditate διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ψύξεως, ut Galenus ait. Rectè igitur dictum à Galeno fuisse hic uidebitur: non rectè, uereq; frigefacientia somnum, aut indolentiam afferre dici posse Neq; enim uerus ac secundum naturam somnus is, sed naturæ iam limites egressus, uel temporis longitudine tantummodo, si non magna, nec uehemens, uel etiā difficili expergefactione, si uehemens, ac magna facta frigiditas fuerit. Indolentiam autem, quam ἀναλγησίαν dixit, non rectè afferent frigida, doloris scilicet causam ut amoueant: stupefacient potius & sensu priuabūt Nam uerè ἀνώδυνα (ut ex quinto habetur de simplicium medicamentorum facultatibus libro) calida modicè sunt, attenuantiaq; & discutientia.

Ὅσα γε μὴ διὰ λύπην ἤ τινὰ φροντίδα συνίσταται. *Quæcunq; quidē non ob mærorem aut solicitudinem aliquam factæ fuerint.*) Nam quæ ab animi affectibus oriuntur siccitates, caliditatesq; humorem habere nullum possunt initio, nisi tempore deinde easdem ob causas augescat in corpore, & uigilias tamen fecerint, non multò quàm mordax, calidusque humor aliquis, aut irritamentum aliquod mino-

minores ἐρεθισμὸς autem dixit, quibus subinde uellicamur, nec obrepere nobis somnus potest permanens aliquis, sed irritati excitamur semper ad uigilandū: modò ab humore mordicante, & calido, uaporeúe eiusdem modi aliquo, modò (quod non minus sæpè experimur) ab animi curis, & solicitudinibus, quas ideo uigilantes appellant poetæ: uigilantibus excita curis, legimus quandoq; opinor, quæ uigilare nos cogant.

οἷον ὁ βαθὺς ὕπνος. *Quemadmodum profundus somnus.*) Qualis quidē in comate esse solet. Profundum certè somnum dicimus, à quo excitari uix quisquā possit: at id comatis proprium. Cessant autem in hoc sensorij nerui omnes cū sentiendi organis, seu instrumentis omnibus, ut in apoplexia motorij.

Ἀμφωὶ δ' αὖ πάλιν θάτερα. *Altera uerò rursus utraq;.*) Nempe apoplexia, & coma, in quorum utrisq; ueluti alligatas uinciri actiones dixit, & cessare: mouendi in apoplexia, sentiendi in comate. Quòd autem κατάληψις hic nominauit, non erit accipiendum pro affectu propriè ita dicto, catalepsi, quem à frigiditate & siccitate fieri dictum fuit suprà, quanquam is quoq; non ualdè dissimilis his: sed pro interceptione oppressioneq; & occupatione actionum, quum intermissæ cessant. Propterea additum statim, ἡσυχίαν, ut quietem solum & cessationem actionum notari uerbo illo κατάληψις sciremus dicto à καταλαμβάνω, quod occupare, & opprimere, atq; comprehēdere est: qua significatione mox à Galeno dicetur: ἅπαντα γὰρ δὴ ταῦτα φαίνεται καταλαμβάνοντα τὸ μυῶδες γένος: occupantia, infestantia, atq; inuadentia musculorum genus, quippe cui noxam inferant comprehenso.

IN LIB II. DE CAVSIS SYMPTOMATVM.

CAP. I.

Σπασμὸς δὲ καὶ τρόμος, καὶ παλμὸς, καὶ ῥῖγος. *Conuulsio autem & tremor, & palpitatio, & rigor.*) Desijt superior liber in motricis facultatis symptomata quædam nominibus tantummodò suis recensita: quorum hoc iam libro naturam fusius explicatam ostendere aggreditur. Expositis nanq; symptomatibus sensitricis facultatis, quæ animalis pars est, omnibus: restabant motricis quoq; dicenda, ut postremò quod in libri præsentis calce fiet, etiam ἡγεμονικῆς, principis utiq; animæ totius partis, dicerentur. Igitur quod ad motricis symptomata attinet, tacta iam quædam fuere sub extremum superioris libri, abolitæ quidem totius toto corpore in apoplexia, siue morbo attonito: deprauatæ uerò itidem in toto in comitiali, siue epilepsia. Nunc alia eiusdē generis dicenda nō obiter, sed consequentia necessaria, modò perfectum habere tractatū de his uelimus.

Εἴτε καὶ χωρὶς ταύτης. *Siue etiam absq; hac.*) Vt naturales facultates omnes sunt, quæ sine uoluntatis nostræ arbitrio peraguntur.

Τοιαύτης μὲν δὴ δυνάμεως ἔργα πταρμοὶ, καὶ βῆχες καὶ χάσμαι, καὶ σκορδινισμοὶ καὶ λυγμοί. *Huiusmodi quidem igitur facultatis opera sunt, sternutatio & tussis, & oscitatio, & pandiculatio, & singultus.*) In omnibus his, nihil aliud quàm eijcitur ab expultrice facultate de corpore præter naturā omnino aliquid, sed quod morbi adhuc nihil fecerit. in sternutatione de cerebro, in tussi de pectore, de partibus circū os in oscitatione, in pandiculatione uerò de toto: ut de uentriculo in singultu. Fuerintq; symptomata hæc ex cōmuni tantum significatione propterea accipienda, non autem ex propria: nihil enim morbi, & expultricis tantum opera cū deprauato motu, quod symptoma ipsum fit, cuiusmodi diximus. Neq; enim præter naturam esse uidetur posse quòd factum à naturali facultate naturaliter operata fuerit, à præternaturali licet causa aliqua lacessita, duntaxat ubi affectus

fectus præter naturam nō adsit, aliquis actionē primò lædens, qui morbus est. At in palpitatione, & cōuulsione, nullū expultricis facultatis huius, alteriusue animaduertetur: & animaduertetur morbus, nempe conformationis: in palpitatione repletis flatuosa, crassaq; materia: cauitatibus quibusdam, in cōuulsione imbuto præter naturam per neruorum substantiā humore: quos planè morbos symptoma statim sequatur deprauati motus. Idem spectabitur morbus in resolutis ex toto paralysi partibus, quem nō quidem deprauati iam corruptiq; motus, sed amissi, atque aboliti comitetur symptoma. Nam quum nullum hic spectetur facultatis ullius opus, & morbus solus sit: aboleatur in totum atque amittatur motus necesse est. Sin ex toto facta nō fuerit resolutio, morbus eiusdem utiq; generis fuerit, sed motricis facultatis reliquū adhuc fiet aliquid, quæ membrum moueri ex parte aliqua adhuc possit, compositioq; ita euadat uirtutis, morbiq; simul: id quod fieri sæpè uidemus in nondū expleta paralysi: ut pendula interdum brachia iaceant prorsus, deinde iterum attollantur, reliquo motricis uirtutis adiuta. Et quod hic per longiora temporum interualla fit, idē prorsus, sed multo breuioribus spatijs, ac penè momentis euenit in tremore, modò attollente motrice facultate partem, ac protinus deprimente morbo, moxq; attollente illa rursus momētarijs uicibus: sic sequuto in his quoq; morbum semper suum deprauati motus symptomate, sed cui coniunctum facultatis adhuc aliquid motricis sit, ex uirtutis, morbiq; simul compositione.

κοινωνία δ' ἐστὶ καὶ ταύταις ἔτι πρὸς τὰς ἀκριβῶς κατὰ φύσιν. Communicatio autem his est cum ijs quoq; quæ exquisitè secundum naturam sunt.) Eæ sunt, quas naturales propriè dicimus, de quibus libris tribus de naturalibus facultatibus disputatum à Galeno fuit. *ταύταις* uerò dixit, *τὰς προαιρετικὰς* intelligens, uoluntarij motus: in hoc enim symptomatum genere deprauatos motus operata expultrice facultate fieri manifestò uidemus: communicātibus inuicem haud dubiè ad faciendum symptoma motrice facultate, sed læsa, quæ uoluntarij motus erat, & expultrice, quæ propriè & exquisitè naturalis. nam aliæ quoque multæ quamuis non tam fortassè exquisitè dici, tamen haberiq; naturales possint: præsertim uitalis cordis, adeoq; motrix quoq; ipsa communi quadam significatione: magisq; adhuc communi uirtutes, facultatesq; corporis nostri in uniuersum omnes, nulla quum omnino sit, quam non à natura nobis innatam, atque insitam habeamus.

Περὶ μὲν δὴ τῶν ἀναισθήτων αὖθις εἰρήσεται. De his autem, quæ sensu nō percipiuntur, rursus dicemus.) Excretiones de corpore sensum fallentes erūt, quæ per occultam transpirationem, attenuatis humoribus fiunt. Dici uerò sensum quoq; fallentes, siue sensu non perceptæ excretiones possint, non quidem extra corpus factæ, sed intra quum à partium aliqua ualida in minus ualidam aliam protrusi dejciūtur ab expultrice facultate humores fortè aliqui: sic enim inquit: *συναίνονσι δέ τινες παρὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι, ὅταν ἀποτρίβεσθαι τινὰ τῶν ἀποκριτικῶν τὶς ἐξορμήσῃ δυνάμεων, ἐνίοτε μὲν ἀναίσθητοι τὸ πάμπαν.* In corpore ait, *ἐν τῷ σώματι*, & *ἀποτρίβεσθαι*, quod protrudere est: quæ planè fieri omnia intra corpus ipsum non minus possunt: latent autem non solùm quòd non uidentur, sed etiā quòd nullum alium de se sensum exhibent. Cæterùm manifestæ & sensu euidenter perceptę excretiones, in uomitionibus fiunt, ac alui deiectionibus, sudoribus, urinæ, & menstruorū profluuijs, sanguinis fluoribus multis, per nares, per aluum: quarum partim nullo uoluntariæ motionis opere fiunt, ac si quæ aliqua ex parte fiunt, secundum naturam operatis musculis succedūt, ut in alui deiectionibus abdominis musculorum contractione, & sphyncteris relaxatione, eodemq; pacto profluente urina: partim coniunctæ, cum uoluntarij motus ob læsione aliqua sunt, interdumq; deprauati, ut in rigore, in quo uniuersum corpus uehemēter succutitur, & manifesta expultricis facultatis opera spectantur per corpus primò totū noxios humores, quos inuenit, propellētis mox eosdē

foras

foras etiam de corpore agẽtis, atq; exturbantis, uel sudore, uel uomitu, uel qua lia insuper manifesta excretione. Cuius inprimis rei, rigoris inquam, gratia in morbis facti, hæc dicuntur à Galeno, ut quomodo generatio eius sit, expultrice facultate operata, doceri facilius posit, quod paulo pòst fiet, hoc eodem in libro. Interim uerò ex consequentia tractationis rerum ordinata, quoniam institutus illi erat de motricis facultatis, symptomatibus sermo, unà quoq; oblęsi motus symptomata tradũtur, in quibus nullum expultricis facultatis opus uisitur, paralysis, conuulsio, tremor, torpor.

CAP. II.

οὐ τῇ τῶν συμπτωμάτων ἰδέᾳ μόνον. Nõ solùm symptomatum idea.) Hanc, speciem dicere possumus Latini: eandem & formam. Idem, quod εἶδος. Quamuis Græci, quum propriè scribant, primis illis, atq; æternis speciebus, unde originem suam ducunt aliæ, ἰδέας nomen accommodent: ac, si quando in inferioribus his utuntur eodem nomine, intelligi uolunt speciem: exquisitis differẽtijs quibusdam quæ cõstituatur: pariter ut Latini idem nominis sæpe eodem modo usurpamus, ideam dicentes liberalitatis, humanitatis, auaritiæ, superbiæ, & id genus. Igitur quatuor modò dicta ista, paralysis, conuulsio, tremor, torpor, propria habebunt symptomata, quibus peculiariter differant. Conuulsionis, uidẽ deprauatus motus est proprius, miris modis membrorũ distortione factus, uiolenter contractis ex plenitudine, atq; adductis ad originem suam, sed contra uoluntatis nostræ arbitrium, neruis: in tremore longè alia motricis facultatis deprauatio animaduertetur, nulla membrorum distortione, aut contractione facta, ac sola inter motricem facultatem, & morbosam causam pugna, attollente per momẽta quædam membrum facultate, & mox protinusq; grauatum natiuo pondere deprimente morbo, uicissimq; exemplò facto hoc. Et in conuulsione symptoma solius morbi est: in tremore, quod reliquum est facultatis, partem suam ad faciendum symptoma cõfert. In paralysi, & torpore deprauatio motus nulla: quin in torpore ne læsio quidem ulla, motricis utiq; facultatis, sed sensitiuæ tantùm diminutè sentientis. In paralysi, modò abolitæ erit in totũ motricis facultatis symptoma, si perfecta paralysis fuerit, modò diminutæ, si nondum expleta. Atq; hîc certis, ac manifestis differẽtijs distabunt hæc: generatim primò inter se, tum & speciatim per partes, si in diuersis corporis partibus contingant: quarum planè exempla leguntur descripta, allatis diuersis nominibus.

παραπλησίως δὲ τοῖς οὔροις ἐπὶ τῶν διαχωρημάτων, ἡ μὲν ἐπίσχεσις, φυσικῆς, ἡ δὲ ἀκούσιος ἔκκρισις προαιρετικῆς ἐνεργείας βλάβη. Simili autem modo, ut in urinis, in alui excrementis fit, ut retentio quidẽ naturalis, excretio uero inuitis nobis quæ fit, uoluntariæ functionis noxa sit.) Meminerimus hoc loco de partium paralysi, siue resolutione agi, ideoq; quæ hîc dicuntur, de ea solummodò uel maximè certè atq; inprimis accipi debere: mox enim addetur: ὅτως μὲν αἱ παραλύσεις ποικίλαι ταῖς ἰδέαις ὑπάρχουσιν. Quamobrem quod & urinæ, & excrementorum alui retentionem, siue suppresionẽ naturalis facultatis fieri uitio dicatur, à Galeno, de uitiata ex uesicæ urinalis, & intestinorũ resolutione, excretricis facultatis functione, quamuis aliæ insuper rei huiusce causæ sint, intelligendum: uitiatam dico, à Galeno edoctus, etiam quę deperdita, atq; amissa ex toto fuerit. Quod fit, quoties partium illarum excretrix facultas noxę nihil sentiens, ne excitatur quidem ad excrementorum de corpore depulsionem: uel quum (cuius aliquando rei mentionem facit Galenus) negotiosi quidam, uel pudibundi nimis meiere tempestiuè neglexerint, retentumq; ita dici urinæ pondus, distẽtæ iam uesicæ excretrix facultas ne propellendum quidẽ aggreditur, torpens prorsus facta, resolutæ instar. At exeretio inuoluntaria, inuitisq; nobis facta, seu urinæ seu excrementorum alui, musculo fiet resoluto, qui uesicę ibi ceruici, hîc sedis sphyncteri appositus à natura pro claustro fuit: ex uoluntarij utiq; hîc motus uitio, sicuti

ex

ex naturalis facultatis ibi, dum quo diximus modo partis utriusque supprimuntur excrementa, non immeritò. Nam quum utrumque opus & meiendi, & per aluum excernendi, in tempore cōpositum ex naturali, & uoluntatis, arbitrijque nostri facultate sit: edendoque operi, ac perficiendo utraque conueniat facultas, semper operata naturali, ac permittente uoluntaria: fuerit satis, si altera perficiundo non adfuerit.

Δοκοῦσι δέ τισιν καὶ αἱ λύγγες. *Videntur uerò nonnullis & singultus.*) Videri quibusdam singultum cōuulsionem, sicuti paulò antè gonorrhoeę genus alterum εἶναι σπασμόν tanquam conuulsionem esse dixit, eo quòd propriè dicta conuulsio, neruorum ipsorum sit: at penis & uentriculi os, quorū alterius gonorrhœa, alterius singultus symptoma est, ut neruosæ partes sint, nerui tamen ipsi non sunt: quamuis utriusque symptoma, id ex plenitudine fiat, ut maximè propriè dicta conuulsio, licet interea aliqua siccitatem quoque causam habeat. Desinant hoc loco argutari qui singultire uentriculum non posse dicunt, quod musculos, & tendones non habeat, conuelli solitos, quū uideant ex similitudine quadam cōnuulsionem dictam hanc fuisse, non propriè. Transferre autem uelle symptomatis huius locum in septum transuersum, nescio quorum hominum sit: certè est non cogitantiū causas, quę singultum sæpè confestim faciunt, multas, non tam citò afficere septum transuersum posse quàm citò uentriculum afficiunt: tum ructus singultū comitantes, non aliunde quàm de uentriculo prodire, clarè, lucidè, manifestè, nulla ut contra ire cauillatio queat.

Πνεῦμα πταῖον ἐν τῇ ἔξω φορᾷ. *Spiritus offendens, quum foras fertur.*) Hippocrates libro de ratione uictus in morbis acutis: καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ πυκνόν, ἢ μέγα λίαν.

Εἴτε οὖν τεινομένων ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, εἴτε καὶ διὰ πνεύματος ἐμπτώσιν. *Siue igitur ad principium tensis, siue spiritus incursu.*) De his, quem adnotatū in physiologicis fuerit satis, adnotasse hic non erit operæpretium.

ὡς Ἱπποκράτης ἐδήλωσε, πλήρωσίς τε καὶ κένωσις. *Vt Hippocrates ostendit, plenitudo, & euacuatio.*) Aphorismorum sectione sexta.

Ἣν δ' ἀρτίως ἐλέγομεν, ὑπ' οὐδετέρου. *Quam uerò nuper dicebamus, à neutro.*) Nimirum eam, in qua deposita super rem aliquam solidam ualens & incolumis manus, nihil operatis, ac quiescentibus prorsus musculis omnibus quiescit. Neque enim à morbo id fieri, ut in paralysi poterit, benè ualente quippe manu: neque rursus à facultate ulla, relaxatis uidelicet musculis, nec cōtentis ad opus. Quid? super eadem re paralysi resoluta manus si quiescat, cuius ea generis erit quies? eiusdem dicemus: perinde enim deputandum habebimus, quod quidē ad naturale manus pondus attinet, quum paralysi resoluti illius fuerint musculi, & quum uolentes resoluimus ipsi relaxatos ex toto, nullaque prorsus contentione. Pariter tremula manus, caputue tremulum super eadem re si quiescant, perinde ac nullo prorsus tremore quiescent affectæ partes illæ: itaque deputabuntur ab omnibus eadem omnino esse, quietè ac incolumes si forent: at quum primum loco mouere partes easdē conabimur, trement statim, & deprehendetur morbus. Sic quum resolutas paralysi ad motum adducere tentabimus, nec promouere quicquam poterimus, quies tunc ea morbi tota fuerit, ut in ijs qui brachia fortè resoluta circumferunt: si enim pendula gestent, quiescere animaduerti facilè poterunt ex morbo, secus quàm si solida aliqua re niterētur, proinde additur à Galeno mox: αἱ λοιπαὶ δὲ δύο κατ' οὐδένα τρόπον ἐφάπτονται κινήσεως. Aliæ duæ nullo pacto motum attingunt: duas dicens, & quæ deposita super solidam rem bene ualente manu, & quæ ex paralysi resoluta, neque rei tamen solidæ alicui incumbente, sed corpori solū natiuo suo pondere hærente, atque ita quiescente fit, quarum primæ similem habendam eam esse existimamus, in qua super re solida aliqua quiescat, resoluta ex paralysi fortè manus.

οὐ γὰρ ἀμοιβὴ κινήσεως δεῖν, ὑπὸ μιᾶς ἐπιτελουμένη φύσεως. *Neq; enim uicissitudo motuum est, ab una quæ perficiatur natura.*) Quòd si esset, quies necessariò esset inter motum utrumq; aliqua, Aristoteli enim credēdum est hoc demonstranti, Physicæ auscultationis libro quinto, inter motus contrarios omnes quietem interuenire mediam semper statuenti, modò factus à natura eadem motus sit. Nūc quum non hoc sit in tremore, & arteriarum pulsu formicante, non erit necessarium: utpote in quibus non agatur motus à natura eadem in contrarium: uerùm potius in utroque motus alter antequam perficiatur, ad breuissima spacia progressus, protinus uiolenter, ac præternaturaliter in diuersum retractatur nulla intermedia quiete, quæ quidem sensu percipi ullo queat.

ὡς οὖν τὸ ψυχικὸν πάθος ἀῤῥωστίαν ἐργασάμενον τῇ κινούσῃ δυνάμει. *Igitur quemadmodū animi perturbatio imbecillitatem motricis facultatis faciens.*) Spiritibus enim omnibus unà cum sanguine intrò se agentibus id fit, atq; ideò extremas corporis partes robore suo destituētibus ad obeūdos intrepidè, ac sine tremore motus.

ἐπαιρομένου μὲν ἐνίοτε τοῦ κώλου, καταπίπτοντος δ' αὐτίκα. *Sublato quidem interdum membro, ac mox decidente*) Obseruanda diligēter, quæ dicuntur à Galeno erūt: nō rarò enim occurrent medicinā factitantibus, si rectè animaduersa notētur.

ἑτέρας ταύτης κινήσεως ἐν ταύταις γιγνομένης, παρὰ τὸν σφυγμόν. *Alia motione hac in istis facta præter pulsum.*) ἐν ταύταις dixit, in his, siue in istis arterias, & cor intelligens: dixerat enim, καὶ ταῖς ἀρτηρίαις, καὶ αὐτῇ τῇ καρδίᾳ. Alium autem ac diuersum dixit à pulsu motum hunc palpitationis in corde, aut arterijs, eo quòd quemadmodum in corporis partibus alijs contingit sępè ut moueantur, & palpitent simul, licet ualdè diuersa ratione: idem in corde & arterijs non minus sępè eueniat, ut & diastolem expleant suam, & systolem, ac palpitatione interea quoq; laborent, propterea quòd, ut Galenus ait, hæc sint inter partes corporis, quæ distensionem accipiunt. Atq; ob idipsum, ob naturæ scilicet diuersitatem, de cordis tremore quoq; quod legitur ab authoribus scriptum, non perinde fortasse recipiendum sit: repugnante nimirum cordis natura, tremore ut afficiatur. Nulli nanq; corporis parti unquā tremor, nisi quo motrix facultas per neruos deducta ad musculos tendit, contingit: at in corde nihil tale: nec musculus nec uoluntarij motus quicquam. Quocirca affici palpitatione cor possit, tremore non possit, propter naturæ congruentiam ibi, repugnantiam hîc. Et existimari fortasse à nonnullis tremulus, qui κλονώδης, aut uibrans dicitur, pulsus queat: uerumtamen rectè si cōsiderentur omnia, longè alia inuenietur esse huius ratio, quàm tremuli, si tremulus propriè sic dictus pulsus aliquis esset.

ὥσπερ ταῖς ἀρτηρίαις ἀεί τε καὶ κατὰ φύσιν σφυζούσαις, εἰκὸς εἶναι, τινὰ δύναμιν ἔμφυτον. *Quemadmodum arterijs semper ac secundum naturam pulsantibus, uerisimile est, insitam fuisse facultatem.*) Sic arterijs insitā innatamq; esse pulsandi facultatem accipiendum est, ut uenis sanguificandi, neruis mouendi insita, atq; innata facultas esse dicitur à nobis, uulgoq; id in ore medici habemus: non nescientes interea, sicut sanguificandi iecur, mouendi cerebrum, ita pulsandi quoque cor originem, ac ueluti fontē, & caput esse. Quibus ipsis, unà cum exortis à se arterijs, neruis, uenis, innata, insita, instillata à natura fuerit facultas sua quibusq;.

C A P. III.

Κατὰ δὲ τὰς βῆχας ἑτέρως. *In tussi uerò aliter*) Vterus, sicuti & uētriculus, in expellendo trāsuersis inprimis, sed & obliquis auxiliātibus fibris usi, cōtractisq; illis, inquam id, quod expellendum fuerit, arctè undiq; incumbentibus agunt: quæ fieri in tussi, & sternutatione nequeunt, ob partium ineptitudinem. Alia igitur inuenienda fuit à natura, eijciendo de partibus his nocumēto, uia: quod & fecit eo, quo à Galeno hîc ostenditur modo.

C A P. IIII.

ἐν δὲ τοῖς παρὰ φύσιν ἀριθμοῦνται συμπτώμασιν. *Inter symptomata uerò numerantur præter naturam.*) Nimirum quæ communiter dicuntur, non quæ propriè.

Καὶ

Καὶ μάλιστα τὸ σαφῶς οὐκ ἀφώρισται τὰ συμπτώματα. *Atq; ob id non satis manifestè distincta symptomata sunt.*) Quòd eodem plerunq; modo de intestinis, utero, uesica, & quæ secundum & quæ præter naturam insunt, protrusa eijciantur. Pariter enim excernuntur excrementa quotidie ex intestinis naturalia, & quū corrupta fortè excernuntur eadē: pariter mingimus à naturali lotio ad id adducti, atq; à paulò magis præternaturali: uterus porrò octaui fortè mensis abortum non ualdè diuerso, quàm iusti temporis fœtum edet, tempore. Vt propterea apparere symptomata in his etiam communiter dicta illa non satis possint, ubi quidem non admodum discessum à naturali habitu fuerit: & apparent tamen perpendenti cuncta. in tinesmo autem & intestinorum tum difficultatibus, tum etiam leuitatibus, & urinæ tum stillicidijs, tum fluoribus euidenter apparent propriè maximè dicta symptomata: utpote quæ morbos tunc suos, quos sequantur, habeant manifestos. Quin & strepens flatus, & stridor, & ructus, & murmuratio, quamuis non ita euidenter, ut modò dicta, non minus propriè symptomata dicentur tamē, si quis exactè loqui uelit: οὐδ' ἀκριβολογῆται τις, inquit Galenus: non tàm manifestò tamen hîc idē apparet, propterea quòd neq; tam manifesti morbi sint, sed exiguæ sæpè intemperaturæ quædam, at morbosæ, quæ ista faciant. Erunt porrò ex ordine propriè dictorum symptomatum illa, quæ ad auditum ex strepitu in animalis corpore, reliquasq; omnes sensibiles differentias pertinent.

Ἐπὶ δὲ γε τῆς γαστρὸς ἐναργέστερον ἤδη τὸ κατὰ τοὺς ἐμέτους ἐστί. *In uentriculo autem euidentius etiamnum, quod in uomitionibus fit.*) Iam enim in his expultrix facultas, non per naturales uias infernè, sed supernè paulò magis præter naturam protrudere noxia conatur: iccirco quum magis præter naturam hoc fit, manifestè quoq; magis symptomatis in eo apparebit natura, ratioq; ueluti elucescet, ut quod semper præter naturā sit. Propterea multi non opera hæc naturæ esse, sed symptomata indicarunt: quòd uiderent per præternaturales omninò uias agi de corpore noxia in his. Eodemq; modo tussis, quàm sternutatio, præter naturā magis esse uidebitur, ut in qua sursum magis abactæ extrudantur de corporibus materiæ. Quum omnia tamen huiusmodi præter naturam quoquo modo habenda sint, proinde etiam symptomata, uel communi fusaq; illa significatione, accipiēda ubi morbi nullius facies uideatur ulla, & expultricis tantummodo facultatis opus appareat, causam noxiā propellentis extra corpus: uel propria etiam, ubi morbi species sese aliqua ostendat.

Ὁ δὲ τρόπος τῆς κινήσεως, οὔτ' ἐν ἅπασιν ὁ αὐτὸς, οὔθ' ὑπὸ τῆς αὐτῆς γίγνεται δυνάμεως. *Motionis autem modus neq; in omnibus idem est, neq; ab eadem fit facultate.*) Modi diuersitas dicta iam dicetur & mox. In alijs enim amplexantibus undiq; arctè, & protrudentibus fibris eiectio fit noxiorum: in tussi uerò & sternutamento, spirituosi flatus impetus & uiolentia est, quæ faciat. Facultatis autem diuersitatem non tam apertam legimus: ea uerò est, in alijs sola expultrix de naturalibus facultatibus una: in tussi & sternutamento motrix musculorum, uoluntatis arbitrijq; nostri, sine qua nihil quicquam expellere in his expultrix facultas ualeat. Eapropter interpositis uersibus aliquot, hæc quoq; demum uerba addet: ταυτὶ μὲν οὖν τὰ συμπτώματα προαιρετικῆς ἐστὶ δυνάμεως: de tussi, & sternutamēto loquutus: &, οἱ δ' ἔμετοι ἀνάλογον τι τούτοις ὑπάρχων, φυσικῆς: cum uomitis'ne plurima alia complexus.

Καὶ ταῖς τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος φλεγμοναῖς. *Et in iocinoris gibbosarum partium phlegmonais.*) Non facile uidere fit, quamobrem fiat, ut laborantibus phlegmone iecoris gibbis, itidem ut in peripneumonia, & pleuritide fit, in arterijs pulmonum asperis colligi humoris quippiam possit: phlegmones quidē ipsius causa, intermedio præsertim septo transuerso. Nam de sicca tussi non perinde difficile sit inuenisse causam: præcipuè uerò in quibus ueluti appensum septo iecur fuerit. Irritata enim tunc phlegmones uicinia spirandi instrumenta ad tussiendum

ſiendum mouebſtur, cum expuitione aut nulla, aut perquàm exigua, nec quæ ob contentum in aſperis arterijs humorem fiat. Attamen diligenter cogitanti uideri poterit fieri hoc quoque poſſe. Etenim ſi in empyemate morbo, pleuritideq; adeo ipſa, cuius hoc loco meminit Galenus, purulentæ ſæpè materiæ tantum per tot uias, membranarumq; quarundam ſubſtãtiam de thoracis cauitatibus prodire, tuſsiq; demum per arteriam aſperã eductum mitti uidemus: etiam de uicinarum thoraci iecoris partium phlegmone, reſudare eo aliquid poſſe credibile fuerit, quod in aſperis arterijs collectum eijciatur tuſsi. Poſsint inſuper ex iecoris phlegmone illa in cauam deriuati, ad uenas deinde, pectoris partes nutrientes, cum ſanguine ſimul deuehi humores interdum non pauci, atq; hi paulatim in aſperas quoq; arterias per pulmones adduci.

Αἱ δ' ἐγὲ βίαιοι βῆχες οὐ νικῶνται κατὰ τὴν ἐπίσχεσιν τοῦ πνεύματος. *Violenta autem tuſſes non uincuntur ſpiritus detenſione.*) Non uincẽ dixit, non ſolùm quia non ſanantur, ut in factis ex ſola refrigeratione ſæpè euenit: ſed quia qui uiolenta, ac uehementi tuſsi corripiuntur, non poſſunt hi, ut ualdè tamen conentur id facere, quin tuſsiant, ſeſe continere, ut quidẽ continent, altero illo tuſsis genere ſortè correpti.

ὥσπερ ἔλεγεν ἱπποκράτης. *Sicuti dicebat Hippocrates*) In libro de locis, in homine.

C A P. V.

Καθάπερ γε ἐκ τῶν ψυχικῶν παθῶν ὁ θυμός. *Quemadmodum ſanè ex animi perturbationibus, ita quoq;.*) Hæc tantum non quondie fieri ab ira uidemus pauló concitatiore: febremq; inſuper non raró.

Ῥίγεος ἐπιγενομένου λύσις ἱπποκράτης φησί. *Rigore ſuperueniente ſolutio, inquit Hippocrates.*) Aphoriſmorum ſectione quarta.

Ἐν μὲν γὰρ τοῖς σπασμοῖς ὡσαύτως μὲν, οὐ μὴν ὑπό γε τῆς αὐτῆς δυνάμεως αἱ κινήσεις ἀποτελοῦνται. *In conuulſionibus uerò ſimiliter quidem, uerùm non ab eadem facultate motus perficiuntur.*) Non modò non ab eadem fiunt, uerum à nulla prorſus. Conuulſio nanq; ut dictum nõ ſemel ſuprà fuit, ſolius morboſæ cauſæ effectus est, nullius penitus facultatis opus. Quum igitur à nulla fiat, uerè neque ab eadem fieri dici poterit.

Τῷ δ' ὑγρῷ ποτὲ μὲν ἡ πέψις ἀρκεῖ μόνη, ποτὲ δ' ἡ κένωσις, ἔσθ' ὅτ' ἄμφω συνελθεῖν. *Humida autem cauſa concoctio interdum ſatis eſt ſola, uacuatio interdum: aliquando etiam accidit ut utrumq; ſimul fiat.*) Humori cum calore rigorem facienti neceſſariò febrem ſuccedere, & remedio eſſe euacuationem dixit, nulla concoctionis mentione: in humore autem cum frigiditate uel ſolam quandoq; ſufficere poſſe concoctionem addidit. Propterea quòd frigidior humor concoctionem ſemper indigeat maiore, quæ uel humorem ex toto abſumat, uel paratiorem certè euacuationi faciat: at in calidiore neceſſariò accedẽs febris (calidus enim iam antea facilè accendetur, quod in frigidiore non fit) quum ex parte concoquere ualebit, tum attenuare magis, proinde ualentius quoq; expellere, & ad euacuandũ idoneum reddere: ut non magnopere futura neceſſaria concoctio ſit, in humore præſertim ſuapte natura tenui, ſatis ſæpè ad euacuandum, & auxili. Qua planè de cauſa in calido facta concoctionis mentio non fuit: utpote qui uacuari ſponte ferè ſuã, & dilui, ſoluiq; ſatis facilè poſsit.

Ῥιγῶσιν ἀνεκθερμαίνοις. *Rigoribus non caleſcentibus*) Nimirũ qui à frigore, quod ſecum ſemper afferunt, tranſire ad calorem nunquam ſoleant: hoc eſt nihil unquam febris, in his ſuperueniat.

Τοῦτο τὸ ῥῖγος ἐπὶ τοῖς ψυχροῖς χυμοῖς οὐκ ἂν ποτε γένοιτο. *Is rigor in frigidis humoribus non ſanè fiet unquam.*) Qui quidẽ uehementer cõcutiat corpus totum, atq; exagitet. Nã pauló antè minus uehemẽtem, minus & κλονώδη, tum uerò quẽ nulla ſubſequatur febris ex ciborum qualitatibus gigni ſolere dixit, frigidioris ac pituitoſioris temperamẽti. Qui uerò in quartanis fiunt benè uehemẽtes, præſertim ſub finẽ rigores, ut ex frigido humore ſint, ex pituitoſo non ſunt: ideirco in qu-

in quotidianis nõ uisuntur febribus, & in quartanis uisuntur, quòd quartanam faciens humor attenuari, accẽdiq́ facilior sit, ac plus semper acrimoniæ putrefactus accipiat, quàm pituitosus humor unquam ullus.

ἔοικε δ' οὖν ἥτις ποτ' ἂν ᾖ δυοῖν θάτερον. *Videtur igitur quæcunq́ tandẽ fuerit è duobus alterum.* Adnotata legi poterunt quędam in physiologicis de hoc: ut operæpretij futurum nihil sit, si hîc repetantur.

ἐν ὁμοίῳ μάλιστα τρόπῳ κινήσεως. *Simili maximè motionis modo.*) Rectè motionis: nam reciprocationis modus idem, at causa diuersa. In pudore enim caloris, spirituumq́ intrò cum sanguine actorum, reciprocationis foras factæ causa rationis impulsus: in frigidæ uerò lotione, nulla id rationis ui, sed sola fit caloris in unum collecti, ideóque fortioris facti repulsione ut uehementius agat reuocatus.

ὥστε καὶ ῥιγοῦν ἐνίους αὐτῶν. *Sic ut eorum quidam etiam rigore corripiantur.*) Causam habebit frigidam rigor is intemperaturæ inæqualis frigidioris: nulla quidem humoris alicuius præsentia factæ, sed ex caloris solummodo absentis destitutione refrigeratis partibus. Causa (ut uerbo uno dicatur) priuatiua, non positiua.

οὐ γὰρ ἅμα τόνῳ καὶ ζέσει κινεῖται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἡ ψυχικὴ δύναμις. *Neq́ enim cum robore simul & feruore mouetur exterius animalis facultas.*) Vindictæ cupida, quam ira spirat, paulò feruentior multum colligit spirituum, collectosq́ in unum adducit, ualidos fortesq́ ita unitos futuros, ad quicquid iusserit ipsa, faciendum. In gaudio autem præsertim paulò magis exultãte, dispersi disgregatiq́ feruntur, quacunq́ possunt, obuiam ituri lętæ rei, remissi palantesq́ ut fruantur tantum non ut agendo, faciendoúe laborent. dissipantur igitur negligentius à principio suo abducti.

τὴν ὕλην ἔχουσα σύμμαχον, εἰς τὸ μέγεθος αὐτῆς. *Materiam auxiliarem habẽs, ad eius magnitudinem.*) Quò nanq́ acrior materia, quò calidior natura, aut maior, aut mobilior fuerit, eo quoq́ maior post rigorẽ semper accendetur febris meritò.

CAP. VI.

Καὶ ταῦτα γίγνονται λυγγῶν ἰάματα. *Atq́ ob id singultuum remedia fiunt.*) Hoc quoq́ nouerat multo ante Plato: nouerat inquam, singultus remediũ esse sternutationem: qui in symposio Eryximachum medicum ita Aristophani dicentem faciat: εἰ δ' ἄρα πάνυ ἰσχυρὰ δὴ ἦν (nempe ἡ λύγξ) ἀναλαβὼν τι τοιοῦτο οἵῳ κινήσαις ἂν τὴν ῥῖνα πτάρε. καὶ ἐὰν τοῦτο ποιήσῃς ἅπαξ, ἢ δίς, καὶ εἰ πάνυ ἰσχυρὰ δὴ παύσεται.

CAP. VII.

Οἷόν τι καὶ ὁ θουκυδίδης φησίν. *Quale quid Thucidides quoq́ ait.*) Libro historiarum secundo.

ὥσπερ οὖν καὶ τὰ ἀποπληκτικά, τὰ δ' ἐπιληπτικά.) *Ita potiùs legendum:* ὥσπερ οὖν τὰ ἀποπληκτικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικά. Non enim Apoplexia (quod suspicari quispiam posset, si priori modo & cum prioribus legantur uerba hæc) affecto cerebri corpore fit: sed quàm epilepsia tam apoplexia quoq́ ipsa à pituitosi humoris plenitudine in uentriculis cerebri collecti fieri uidentur.

Ὃ πρὸς ἱπποκράτους εἴρηται. *Quod ab Hippocrate dictum fuit.*) Aphorismorum sectione sexta.

IN LIB. III. DE CAVSIS SYMPTOMATVM.

CAP. I.

Γίγνεται δ' ὑπὸ τῆς γαστρός, ὁμοιούσης ἑαυτῇ τὰ σιτία. *Fit autem à uentriculo assimilante sibi cibos.*) Alteratum enim in alterantis naturam abit quoquomodo: sic in

uentriculo ex concoctione chylus fit, nõ dissimilis prorsus uentriculi [illegible]tiæ: atque ex similitudine hac (esse enim debet simile nutriens nutrito) [illegible]iusdam in modum nutrimenti aliquid semper accipit uentriculus.

ἡ δευτέρα δὲ οὐδὲν ἴδιον ὄνομα κέκτηται. *Secunda uerò nullum proprium nomen [illegible]buit.*) Sed quam tamen suprà, libro de symptomatum differentijs, mani[illegible] δυσπεψίαν uocari posse scripserit, sic inquiens: καίτοι σαφέστερον ἦν ταύτην μὲν ἀπεψίαν ὀνομάζεσθαι, δυσπεψίαν δὲ τὴν πλημμελῆ μεταβολὴν βραδυπεψίαν [illegible] ἄρρωστον ἀλλοίωσιν. Non inditum igitur nomen proprium dixit, quia nondum [illegible]ceptum in usum hoc, neque usurpatum satis fuerat: sed uocari ita tantum posse scripserat.

ὁ μὲν ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα περιττώμασιν. *Is quidem in uentriculi excrement[illegible]*) [illegible] qui extrinsecus non esse uidentur ista, ac ne sunt quidem, quum uentric[illegible] psius sint. Verùm eo nomine extrinsecus esse poterũt, quoniam errata ex[illegible]secus uentriculo aduenientia hęc ipsa excrementa faciant, quæ in genere [illegible]θεν πλημμέλεια dicta à Galeno fuit. Possint nihilominus eadem excreme[illegible] ex alijs corporis partibus in uentriculum ipsum decumbere, puta capite, [illegible]ienc[illegible]core, habitu toto, atque hactenus uẽtriculo extrinsecus accidere dici. Sim[illegible] neque inter uentriculi intemperaturas numerari, neque cum instrument[illegible]lius morbis censeri queant, extrinsecus quodammodo ita quoque c[illegible]n[illegible]gent. Quamuis temporis mora conciliare ipsa quoque uentriculo morb[illegible] utrumque possint.

ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις νοσήμασιν, ὅσα μὲν ἁπλῶς ἐστὶν ὀργανικά. *In alijs uerò morbis [illegible] quidem simpliciter organici sunt.*) De hoc relegenda fuerint prius libro [illegible]borum differentijs adnotata: quum qui rectè similares, quiue instrum[illegible]tum qui propriè quique ex accidenti haberi, dicique partium quarunda[illegible] deberent, explicatum fuit. Hic enim quoque eadẽ seruabitur ratio: ut q[illegible] concoctrix uentriculi facultas ex temperamento inprimis agit, intemper[illegible] pariter morbi proprij eius sint, dicique secundum propriam (ut hîc scri[illegible]sius substantiam debeant. Ex simpliciter autem instrumentalibus m[illegible]b[illegible]pediatur solum facultas ea, quasique ex accidenti quodam id fiat: ut [illegible] oculi phlegmone dictum meminimus, qua uidendi functio, quæ crystal[illegible]set, impediretur. Sicuti sanè ex similaribus simul & instrumen[illegible]libus, [illegible]mul componuntur, utroque affici modò rectè dicentur partes, & secund[illegible]priam substantiam, & ex impedimento, quòd ueluti ex accidente quodam

λέγω δὲ ἀταξίαν μὲν εἰ μῆλα. *Dico autem inuersum ordinem, si poma.*) ἀτα[illegible] posterus est & inuersus ordo: qui error si in capiendis cibis admittat[illegible]r, eue[illegible]re solent quæ à Galeno referuntur, libro secundo de alimẽtorum faculta[illegible] in rhetoris cuiusdam historia.

ὅτι γὰρ ἡ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων τοιάδε τις κρᾶσις, ἣ καὶ τὴν ἰδιότητα τοῦ τῆς γαστρὸς [illegible] γαστέρων σώματος. *Nam quòd ex elementis quatuor talis quæpiam temperatura proprietatem quoque corporũ uentriculo faciat.*) Proprietatem non solùm eam corpus uentriculi humani aliud conficere alimentum solet, quàm boum asinini: uerum etiam, qua ex hominum uentriculis, is caseum exempli ca[illegible]benter acceptum concoquit, ille auersatur in totum: & huiusmodi m[illegible]lia, quidem proprietates proculdubio elementorum quatuor mistura con[illegible] Vt proinde aut calidum, aut frigidum, siccum aut humidum, coniunctimque [illegible] his aliquid, uel temperatum etiam omnino eorum uẽtriculi corpus esse p[illegible]teat: cognoscique hæc nobis signis notisque suis deprehensa liceat: at ratas, proprietates has constituant, elementorum in miscendo proportiones, m[illegible]pliciter calidis, frigidis, siccis, humidis uentriculis contingentes, non lic[illegible]

ἢ τὸν καλούμενον τυμπανίαν ὕδερον ἀφικνεῖται. *Vel in hydropem tympaniam u[illegible] deuenit.*) Ita tamen ut extremus ille facultatis uentriculi concoctricis, d[illegible] Galenus hîc loquitur, casus, siue affectum hunc faciens intempetatura, [illegible]

q[illegible]

quoque ipsi communicetur, absque cuius intemperaturæ omninò alicuius affectu, nullum esse intercutis genus ualeat. ac si quis in corpore apparuerit (ut aliquando euenit) in speciem hydropis affectus, modò non affecto iocinere hydrops dicendus propriè quidem non sit: sed aut humoris in uentre fortè alicuius, flatulentæúe inibi materiæ collectio aliqua alia de causa facta: aut sub cutem pituitæ transfusio, quæ hyposarcam referat, sicuti ascitem, & tympaniam priores duæ.

θάτερον δὲ εἰς ὕδερον τελευτᾶ. *Alterum uerò in hydropem desinit.*) Ἀνὰ σάρκα dictum, uel congenerem huic. Ascites nanque causam aliam habet, ut paulò post apparebit. At ἀνὰ σάρκα facultatis sanguificantis imbecillitate plurimum fit, siue in uenis, siue in habitu corporis toto imbecillitas ea fuerit: communicante tamen semper iecoris, uti suprà diximus, intemperatura.

φυσώδεις τε καὶ ὑδαλέοι τὴν ὄλην ἕξιν ἀποτελοῦνται. *Inflati, aquosique per habitum uniuersum tumore euadunt.*) Tales uidimus non semel, pueros presertim, aqua intercutim laborantibus simillimos, & una tamen, aut altera repurgatione, ac modicis quibusdam discutientibus, siue per balnea, siue qua alia ratione medicamentis restitutos: quos dixisse hydropicos non liceat, propriè quidem ita dictos: utpotè nondum insignitè affecto iecinore (ut antea monuimus) intemperatura maiore aliqua, neque instrumentario morbo, ut quidem necessarium in hydrope fuerit.

Περὶ τῶν λοιπῶν ἐστι γιγνώσκειν ἀντιθέσεως, καὶ συζυγίας. *De reliqua cognoscere oppositione, & coniugatione.*) Siccum & humidum intelligit. Quorum oppositionem dixit, qua contrario inter se modo opponuntur: coniugationem uerò, qua utrũque modò calido, modò frigido, oppositioni alteri, coniugatur: calidum humidum, calidum siccum, frigidum humidum, frigidum siccum.

Ἰδίαν δὲ ἑκάστην, ὡς ἂν φύσεως ἔχει. *Propriam autem unumquodque, prout naturam habuerit.*) Corruptela ex caliditate nimia, nidorulentiam referet semper quandã. Commune hoc corruptelæ eiusmodi omni, quorum intemperatura iusto calidior fuerit: ut certo sciri hoc posit, calidiorẽ iusto ita affecti naturam esse. Proprium id, ut uel uirus aliquod uel cœnum redoleat corruptela, uel crudorum piscium, uel indicibilis penitus putredinis alicuius nidorem referat: cuius causam, ut calorem esse immodicum certò sciamus: at quibus elementorum inter se portionibus, quibusúe id ratis partibus fiat nesciamus: hoc est, ἰδιοσυγκρασίαν uniuscuiusque propriam ac priuatam illam ignoremus.

Καὶ πυρέττουσιν ἐνίοτε λεπτούς, καὶ μικροὺς ἑκτικοὺς πυρετούς. *Atque interdum febricitant, tenuibus, ac paruis hecticus febribus correpti.*) Potest ex tanta corruptionis putredine, calidus, & siccus uapor, in cordis quoque ipsius corpus induere se altius, non ut id putrefaciat, lethalem enim febrem, & ex pestilentũ genere faceret) sed ut febrem tantùm: caliditate nempè cum siccitate inuecta, & quidẽ in corpus cordis ipsum: id est hectica facta, sed parua, primique ordinis illa neque in cotũ ualdè progressa: tum quæ temporis motula, cessante corruptionis illius putredine, unà cesset ipsa quoque propterea paruas febres hecticas, ait.

Δυσκρασίας εἰς τοσοῦτον ὡς ἀπολέσαι τὴν ἐνέργειαν. *Intemperatura affectus tanta, ut actionem perdat.*) Amissa quippe, atque abolita ex toto concoquendi functione: id enim non fieri, nisi tẽpore benè multo poterit. Et humiditatẽ præcedat hydrops necesse est, ut quo morbo diutius permanente per totũ humescere, humiditateque ea intimius imbui uentriculus soleat: siccitatẽ uerò aut senectus, aut tabes, siue marasmus. nam quod naturaliter senectus facit, ut solidarum partium humiditatibus interioribus sensim consumptis siccitatẽ extremam inuehat: præternaturaliter id faciet marasmus. At extrema hæc siccitas, nõ secus, atque humiditas, facilè functionẽ concoquendi omnem amissam perdet, & uires omnes deijciet: quãdo (ut paulò antè dictũ) ἅπασαι αἱ μεγάλαι δυσκρασίαι, καταβάλλουσι τὴν δύναμιν. Atque ut siccitatis tantũ facere ex ætatibus senectus ipsa potest: sic nul-

la est, quæ inuehere humiditatis tantum posſit ætas, qua cōcoquendi functio, quæ uentriculi eſt, aboleatur. Nam puerilis ætatum omnium per omnia, etiam in ſolidis partibus omnibus humidiſsima, quoniam humiditate abundat. Naturali cum calore ſimul natiuo multo, tantum abeſt, ut peſsimè aut nihil cōcoquat, ut omnium etiam optimè id faciat. Vnus igitur erit hydrops, qui id faciat morbus. Quære, inquire diligenter omnes: non facilè inuenies, in quo uentriculus propter nimiam humiditatis redundantiam, concoquendi functionē amittat omnem: & inuenies Galenum non temerè protuliſſe, neceſſariò autē ire Hydropem, ut humiditatis tantum uentriculus concipiat, quæ abolendæ ex toto concoctioni ſatis ſit. nam diminutam aliæ facere poſſunt cauſæ nō paucæ. Sicuti econtrariò ex ſiccitate nimia deperditā prorſus, ſola fecerit ſenecta, atque maraſmus: diminutam uerò aliæ multæ. Ac poſsint quidem cauſę hę, inualeſcant uſque magis, magisque concoctricem facultatem imminuere: uerùm antequam proſternant totam adauctæ ad ſummū, & humiditas hydropis genus aliquod fecerit neceſſariò, & ſiccitas maraſmū: qui demum morbi extremam illas, atque in ſummo poſitas humiditatem & ſiccitatem introducent in uentriculi ſubſtantiam: humiditatem hydrops, ſiccitatem maraſmus uel ex ſenio, uel alia ex cauſa: utique cum frigiditate ſiccitatem extremā illam qui maraſmus, & tabes uentriculi eſt. Nam uentriculi eiuſdem altera, de qua libro therapeutices ſeptimo Galenus prolixè egit, ſiccitas, ea certò quamuis ualdè ac multum imminutam concoctricem uētriculi habeat, at ad ſummum tamen, atque extremè deiectam, proſtratamque non habet. haberet, ſi factus maraſmus & tabes eſſet.

C A P. II.

οὐδένα γὰρ ἀτμὸν ἡ τοιαύτη γεννᾷ διάθεσις. *Vaporem enim nullum affectus huiuſmodi gignit.*) Imbecillis enim caloris eſt hoc facere, ſed alicuius tamen. At ubi [illegible] geratio fuerit magna, ac uehemens (ait enim καλεψυχθῇ σφοδρῶς) calor [illegible] lus, uel tam exiguus certè, ut agere in materiam nequeat, ad faciendum uaporem: ita ne inchoat quidem.

οὕτω δὲ καὶ αἱ ναυτίαι, καὶ οἱ ἔμετοι τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως κινήσεως εἰσὶ [illegible] *Eodem autem modo nauſea quoque & uomitus deprauati ſunt excretricis facultatis.*) Primò quidem huius, tum & contentricis ſecundariò, eodem pro[illegible] in ſingultu fiebat, modo uno paulo magis. Nam in uomitu, & nauſea manifeſtior contentricis facultatis apparebit læſio ob humoris ſemper alicuius, uentriculi tunc cauitate contenti, præſentiam, ne amplecti cibus rectè poſsit [illegible] entis ſeu ſuccus ille, ſeu humor aliàs aliquis alius fuerit, ut fortè uini, aut aquæ: at in ſingultu, ſingultum noxa faciens, quæcunque ea fuerit, uentriculi co[illegible] ac ſubſtantiæ impacta prius, propulſaque ab excretrice, mox contentrici [illegible] uitium afferet, impedita illius actione. Vt meritò proinde expultricis [illegible] contentricis motum habendum eſſe illum deprauatum dixerit Galenus.

Αμεινον γὰρ οὐχ ἕλκειν αὐτὴν ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ὑπολαμβάνειν. *Satius enim [illegible] trahere ipſum cenſere in huiuſmodi affectibus.*) Quid enim traheres, quum [illegible] tim uentriculus non ut Cor, uſque adeò uehementer trahat, neque pluribus [illegible] onum generib. utatur, atque eam ſolam, quæ familiaria, ſibique propria trahere eſt, retineat maximè atque inprimis, idque per os, magna utique ex parte: nam [illegible] unde de corpore interdum trahit, ut alimentum ex propinquo ſi eo deſtituat ac tum proprij ac familiaris ſpecie, trahere ad ſe noxium quippiam non negauerim poſſe uentriculum, ut aliæ quoque corporis partes multæ faciunt. ſed [illegible] ſteres, de quib. hoc loco ſermo, tam à ſe procul & ſtercus in uoluulis tam [illegible] quę trahere ſolitus eſt alienum, tametſi aliqua eſſe perſuaſio poſſet, quod [illegible] trahat, caloris fortè uel doloris alicuius ratione: uerìſimilius tamen ac credibilius multò fuerit, ſi id ab inteſtinorū propulſrice fieri exiſtimemus facultate, [illegible] pellentib. nimirū inteſtinis ad uentriculū nō trahente ipſo. Propterea, ἄμεινον [illegible] ſe potius ac melius dixit: quū interea alterū quoque illud nō, prſus pnegandū [illegible]

καὶ

Καὶ γίνοιτ' ἄν ποτε καὶ διὰ τοιαύτην αἰτίαν ἀλλὸς. *Fieriq; interdum possit ex huiusmodi causa Volunlus.*) Nempe emortua expultrice intestinorum facultate, qua suscitari,moueriq; ad expellendum noxia quæq; debebant per inferiora.

Ἀλλ' ἐπὶ τὰς διακρίσεις τῶν περιττωμάτων ἰτέον. *Sed ad excrementorum secretiones ueniendum.*) Notetur diligenter id dixisse Galenum, τὰς διακρίσεις, non autem τὴν διακριτικὴν δύναμιν. Neq; enim priuata, aut peculiaris, quæ hoc ipsum faciat uirtus est in corporibus naturalis aliqua, aut cui delegatũ à natura munus hoc fuerit segregandi tantummodo ab alijs exremẽta, ut segregatrix, & secretrix propterea diceretur: sed est attractricis maximè quidem, tum & expultricis sæpe, coniunctũ semper cũ trahẽdi, pellendiq; opere opus secretionis, sequestrationisq; huius. Nã & attractrix secretũ, segregarumq; (neq; enĩ aliter potest) trahit illicò qđ trahit: & expultrix expellit, eadẽ opera usa. Etenim quomodo trahi aliquid, aut expelli possit, nisi secretum prius ab alijs, adeoq; ab eodem, qui trahat, aut expellat, non uideo. Propterea opus solum, actionemq; uirtutũ facultatumq; harum nominauit, non peculiarem, aut propriam secernendi facultatem ullam, διακρίσεις, non διακριτικὴν, ut diximus. Quod si διακριτικὴν tamẽ quandoq; dixisse, aut scripsisse inuenietur Galenus: at hoc loco, ubi maximè referebat non fecit, notabiliter inprimis, ut ego quidem existimo, atq; ἐκκριτικὴ eadem prorsus, & διακριτικὴ intelligi ab eo aliquando potuit.

Μία μὲν ἡ τῶν κκαθαιρόντων αὐτὰ μορίων ἀτονία. *Vna quidem repurgantium ipsa partium imbecillitas*) Eccum tibi uocabulum aliquot etiam post uersus bis, ter, repetitum, quo id, quod modò diximus, facilè probetur. Repurgantium, inquit: at hoc multò propius accedit ad trahendi opus, quam secretio: & de eisdem tamen dictum intellectumq; à Galeno fuisse reperietur hîc: ut eiusdem proinde omninò facultatis appareat esse hæc. Repurgantia certè quoq; medicamenta eadem sine dubio sunt, quæ trahentia trahuntq; hæc secernendo simul, & repurgando repurgãt trahendo simul secernẽdoq;: secernũt trahentia unà & repurgantia. Quę ad eos dicta intelligi, accipiq; uolo, qui priuatam quandam, & à facultatibus naturalibus omnibus alijs secretam inuehere nobis conati sunt, secretricem hanc facultatem, quam nullam uideo per se quidem ponendã esse.

Εἴρηται καὶ Ἀριστοτέλει μεμνημένῳ χωρίων. *Dictum etiam ab Aristotele mentionem faciente regionum.*) Tertio de historia Animalium. & quum eodem in libro, ex diuersorum fluuiorum potu, modò candorem, modò nigritiam pecoribus conciliari scripsit: multasq; esse aquas, ex quibus si biberint oues, moxquè inierint nigros generent agnos.

Ὁ τε σκληρότατος λίθος ἔχει τι κοῖλον. *Lapisq; durissimus cauitatis aliquid retinuit.*) Ὑπὲρ ῥινῶν κοιλαίνεται ψεκάσιν ἐνδελεχέσιν. à Galeno alibi allegatus ad rem hãc uersus.

Ἐφ' ἕτερον τι γένος συμπτωμάτων ἐγγὺς ὂν κατὰ τὰς βεβλαμμένας ἐνεργείας. *Ad aliud symptomatum genus, proximum illi, quod secundum actiones læsas est.*) Nam symptomata, quæ excretorum, & retentorum præter naturam genere continentur, propè actiones læsæ ipsæ sunt, uel eas certè insequuntur statim: ut quidem symptomata sæpenumero cum sui tum alterius quoque generis alia comitari solita sunt. Nam & retenta præter naturam expultricis facultatis debilitatam actionem, uel contentricis etiam nimium operatæ, deprauatam candem causam habuerint: & excreta præter naturam pariter contentricis debiliter, sicuti expultricis nimium, ac supra modum, proinde deprauatè operatæ, læsionem sequentur. Itaq; affinia maximè inter se uideri poterunt duo hæc symptomatũ genera, actionum læsio, & excrementorum suppresio, aut excretio nimia. Facimus autem medici proprium utriusq;, ac separatum genus quoddam, quòd utriusque propria, ac peculiaris sese nobis offerat consideratio: ac tanta interdum, ut sæpe curationis partem non exiguam ad se rrahant: ut fieri in primo actionum læsarum genere, delinquentibus animo ægris (exempli loco tantum hoc sit) uidemus, quibus festinãter succurrere, hoc tantummodo tunc a-

gentes cogimur. De altero autem illo excretorum, & retentorum exempli profluuiorum penè uniuscuiusque generis nobis sese offerunt tantum non quotidiana, quæ supprimere, aut prouocare, si non procedant, quacunque tandem ratione, adeoque neglectis, posthabitisque alijs omnibus nitimur sæpè: atque Hippocrati adhibenda fides, Menstruis pluribus profluentibus morbos sequi, & retentis sequi scribenti. Porrò tertium illud symptomatum genus, in affectib. præternaturalibus quibusdam positum, paulò longius ab his abest, utpotè quòd affectionum iam corporearum genere contineatur: actionum autem læsio, & excretorum, ac retentorum ratio, ἐν τῷ γεγνῶσθαι potius scientiam suam retineant.

τὸ δὲ ἰσχνὸν δι᾽ ἀμφοτέρας τὰς τοιαύτας τῶν φλεβῶν διαθέσεις. Tenue autem ob ambas hasce uenarum affectiones.) Venarum tenuitati si alterutra accedat, mollities aut durities, nemini dubium, ruptum in facilius semper eas, à quibuscunque ingruentibus foris, aut intus causis: tenue enim pasioni obnoxium.

Καλοῦσι δέ τινες καὶ διαπήδησιν αἵματος, ὡς τέταρτον γένος. Vocant autem nonnulli sanguinis diapedesim, quasi transilitionem dicas, tanquam quartum genus.) ῥῆξιν putat, διάβρωσιν, & ἀναστόμωσιν, tria illa: quibus quartum addere se posse crediderunt quidam, διαπήδησιν. quoties per uenas transilit, ac ueluti resudat, exudatque non iam sanguis, sed sanguinis potius serositas quædam, siue sanguineum serum, αἱματώδης ὀῤῥὸς, transilem dicere licebit serositatem sanguineam, quæ uenarum tunicas permeans transiliat, sicuti transilem dixere palmitem rerum rusticarum scriptores aliquando. At id διαπήδησις quidem erit, sed non sanguinis: ideò ne sanguinis quidem excretionibus præternaturalibus adnumeranda, quum aliud esse sciamus, humorem succumue unumquemque, atque aliud humoris illius ipsius serum. Quòd si uenulæ fortè alicuius aperiatur osculum, aut meatus tunicarum sensum nostrũ fugientes laxentur, & excretus prodeat inde sanguis: erit id quidẽ sanguis proprius, uerusque, sed ἀναστόμωσις id erit tertium utique sanguinis excreti genus, & ἀναστομώσεως genere διαπήδησις ea continebitur: adapertis quippè tunicarum meatibus in uenis, sicuti earundem oscula adaperiuntur.

Ἀλλὰ καὶ γλυκὺ πολλάκις ἐν τῇ γαστρὶ συστὰν, εἰς ἔμετον αὐτὴν ἐξορμᾶν εἴωθε. Sed dulcis quoque sæpenumero pituita in uentriculo consistens, excitat ad uomitum illum.) Atqui dulcis pituita non prorsus inidonea est, ut concoqui, & concocta alere possit: itaque hoc nomine ciere uomitum non deberet. Verum est: at non omnis idoneus uentriculus ut concoquat: & sæpè nimietate redundans in uentriculo quamuis satis bono excitare uomitionem poterit dulcior pituita. Quocirca πολλάκις dixit, sæpenumero contingere ita innuens, non semper: imò contrarium frequentius: illud enim sæpè, pro nonnunquam ab authoribus poni solitum est non parum sæpè, ut quum à poeta nescio quo dicitur: sæpè etiam est stultus ualdè opportuna loquutus. Sæpius nanque sine dubio stulta & inopportuna loquetur. Sæpè pituita uomitum ciet, sæpius non ciet.

Ἤτοι κατ᾽ αὐτὴν ἀπογεννώμενον. Vel generatum in ipso.) Cuiusmodi inter alia bilis est, tum porracea, tum æruginosa.

Καὶ μὴν δὴ, καὶ αὐτῶν τῶν σιτίων τὰ μὲν ἐλάττω τοῦ δέοντος. Et quidem cibi quoque ipsi pauciores quàm par sit.) Eadem fuerit ratio alimentorum etiam: quorum quamuis iusta sumatur quantitas, naturæ tamen sunt, pauciora alijs excrementa generandi: hæc enim ipsa pariter ob idipsum, quòd pauca gignant excrementa, tardare deiectionem alui poterunt.

Ἢν μὴ φυσώδης ὑπάρχει φύσει. Nisi natura flatulentum fuerit alimentum.) Meritò, ualidus licet & fortis calor noster, alimentum natura flatulentũ conficere absque flatus, spiritusúe alicuius generatione haud quit. Nam nec plantarum natura flatuosarum, iuniperi fortè, lauri, ilicis folia, ab igne omnium efficacissimo confici, uríque possunt, absque quòd flatus alicuius, qui inest, edatur signum crepitus inter urendum.

οἱ μὲν

οἱ μὲν δὴ τοιοῦτοι πάντες ἐν τοῖς κατὰ τὴν νῆστιν μάλιστα συνίστανται χωρίοις. *Ac strepitus huiusmodi omnes, in locis secundum intestinum ieiunum consistunt maximè.*) Vacuitas ieiuni fecerit, simul ut flatus generentur plures ibi (in uacuo enim facilius id fit, & consistere plures possunt) simul ut geniti multo exaudiantur melius, & acutius sonent: quippe uacua benè sonant, quod dici solet.

τὸ μὲν δὴ τοιοῦτο περίττωμα περὶ τὸ ποσὸν μόνον ἀλλότριον ἐστίν. *Excrementum quidem huiusmodi quantitate solùm alienum est.*) Quemadmodum muliebri sexui menstrua sanguinis purgatio naturalis quum sit, tunc quum quantitate nimia profluxerit præternaturalis fiet: ita in membro aliquo mutilis factis, aut qui à negotiosa in desidem atque otiosam prorsus uitam transierunt, quoniam statis quibusdam temporibus sanguinis excretio aliqua propè in naturam iam abijt, naturale hoc esse illis dici poterit: ut præternaturale, si maior solito quantitas profluat.

Κἀκείνου τοῦ προειρημένου χρηστοῦ. *Prædictiq; utilis illius.*) Nimirum puri sanguinis, qui in fœminis mense quocunque, quibusdamque alijs, per stata quædam temporum prodire de corpore soleat, ac si nimius prodeat tantummodo, futurus præternaturalis sit.

ἀλλ' εἰς ἀκρίβειαν τῆς εἰκόνος ἐναίμων τε, καὶ νεοσφαγῶν τῷ λόγῳ προστιθέναι. *Verùm ad exactam similitudinem, sanguinolentarum, ac recens occisorum, sermoni addidisse.*) Nam si diu antè iugulatorum animalium lauentur carnes, non sanè admodum sanguinea lotura fiet: quippe quarum siccatus iam sanguis sit penè totus, ut cruentari ideò aqua nequeat. Nuper mactatas igitur cruorisque adhuc aliquid retinentes esse oportet carnes, quæ hoc faciant.

ὡς ἐξ αἵματος, καὶ μελαίνης χολῆς κεκραμένον. *Tanquam ex sanguine & atra bile mixtum.*) Miscetur sanguini bilis atra, impedita distributione diutius permanens: quum iam arrepta trahi à liene debuisset, antequam atra bilis fieret, μελαγχολικὸς χυμὸς tantùm quum esset. Atque hæc quum natura sua splendescat, manens, mixtaque splendorem addet sanguini toti.

θερμότητος δὲ μετέχουσα. *Caloris autem particeps facta.*) Nimirum ὑπερόπτημα hoc est illud Aristotelicum. Assatione enim longa id fit, & permansione in iecore sanguinis multa, ob prohibitam aliqua de causa distributionem in corporis partes, ut nec sanguinis ipsius fæx, qui melancholicus humor est, in tempore à liene trahatur, nec opportunè satis à fellis uesica fel. Atque hæc sanguinis excrementa duo, dum sanguificatio fit genita, si tempestiuè attracta locis suis reponantur, ut debent, & purum syncerumque relinquent sanguinem, & ipsa usus, quos naturaliter agentia solent, præbebunt alimenti œconomiæ toti. Sin sanguini impermixta diutius in iecore maneant, ubi caloris nostri assiduè operati officina feruet: ex melancholico humore naturali fiet atra bilis præternaturalis pariter alia acrior, mordaxque magis. Vt minimè mirum esse debeat, si sanguinis deiectionibus huiusmodi & splendor accedat ab atra bile exassata est, ut in ueris intestinorum difficultatibus à bile flaua paulò magis acri, mordicationes quæ suspitionem intestinorum difficultatis afferant.

Καὶ οὐκ ἔτ' ἠδυνήθησαν ἐκκρῖναι τὸ οὖρον, κἂν ἱκανῶς βιαζόμενοι τύχωσιν. *Nec ualuerunt ulterius lotiũ excernere, etiam si admodũ conarentur id facere.*) Distenta ualdè undiquaque ex urinæ repletiõe nimia uesica, pauloque diutius ita morata, deinde cõmouere se ad excernendum, expultrice facultate sua usa, non facile potest: fibræ nanque quibus id muneris facultas ea obit, præ lotij multitudine, distentioneque tanta, spatium non habent, quo sese colligere incipiant, aut paulùm modò contrahere ad id faciendum queant. Sic fit, ut necessariò supprimatur lotium, quum ne inchoare quidem expulsionem, quamuis admodum nitens, possit facultas.

ὡς ἐκλυομένης ἐνίοτε γίγνονται τῆς ἕξεως. *Vt resoluta interdum habitudine fiant.*) διαφορητικοὺς appellare solemus medici sudores hosce, quibus difflatur, dissoluitque habitus quandoque totus, sequiturque animi ex hoc deliquium defectis uiribus, unde sanè affectui meritò nomen factum fuerit, συγκοπή.

μύουσι δὲ δι᾽ εὐτροφίαν, ἢ ψύξιν, ἢ μαλακότητα. *Clauduntur uerò, siue conniuent ob bonum alimentum, aut refrigerationem, aut mollitiem.*) ἀτροφίαν habuisse in suo exemplari, uel mutasse, & ἀτροφίαν maluisse uidetur interpres: uertitque inediam, quum non omnis atrophia inedia, neque uerò ex inedia omnis sit: & frigiditatē omisit, certam ac ueram sæpè conniuentiæ causam. Rectè autem, quod pro εὐτροφία, ἀτροφίαν reponendum esse censuerit. Nam licet in habitu athletico illo, quem εὐτροφία quoque faciat intercludi perspiratio habitudinis totius, tantoque magis sudoris etiam impediri uiæ possint: at ex meatuum cõniuentia id non fiet, sed carnis copia nimia erit, & habitus conferti plus iusto moles, quę hoc faciat, oppletis potius quàm conniuētibus meatibus habitudinis totius, & uijs. At conniuere in atrophia facilius multò poterunt alimento destituti suo, quo satis distenti manebant: ut quidem uenæ quoque sanguine nimium exinanitæ conniuent. Quod si tamen εὐτροφίαν quoque tueri quis uelit, possit is sanè in conferto nimis ex alimenti bonitate, ac copia corpore, conniuentiæ meatuum aliquid omnino esse contendere: quæ tamen multò in atrophia certior sit.

CAP. III.

Ὅσα μὲν ὑγρὰ καὶ μαλακὰ παραπλησίως τοῖς ἀκμάζουσι· ὅσα δὲ σκληρὰ χεῖρον πέττουσι. *Quæcunque quidem humida, & mollia, æquè ac ætate uigentes: quæcunque uerò dura, deterius concoquunt.*) Videntur pueri meliùs concocturi, quàm ætate uigentes, humida hæc, & mollia: ut pote calore tanto, quanto ætate uigentes: eodemque insuper, quo illa temperamento, cuius congruentia, & conuenientia non sanè parum concoctionem iuuare uidetur posse. Quod quidem ita dicendum foret, si idem prorsus esset iuuenum ac puerorum calor. Nunc quum tantus quidem in his, quàm in illis sit: humidior tamen in pueris & uaporosior, in ætate uigentibus siccior esse reperietur: quæ calori addita siccitas, eumque planè exacuens, etiam efficacem reddet: ut, quamuis non admodum temperamento suo conuenientia, concoquere tamen iuuenes non minus, quàm pueri, ac conficere rectè ualeant: utique temperamento iuuenili iusto, moderatoque qui fuerint: nam caliditas temperamenti modum si excesserit, corrumpent potius humida hæc & mollia, quàm ritè conficiant: hocque modo, quod ad cibi in uentriculo cō coctionem attinet, æquabuntur utrique. Cæterùm de nutricatione quæ postrema omnium est, in ea quoniam non solùm alterari, ut in uentriculi concoctione, sed etiam uniri, atque assimilari, postquam appositum partibus fuerit alimentum debebit: congruum utrisque conueniet magis nutrimentum: pueris humidius, iuuenibus ac ætate uigentibus siccius. in quibus, ut humida illa, ac mollia peræquè concoquantur, ut in pueris, in uentriculo: at partium corporis nutricatio ex illis neque ætati ei accommoda conueniet satis, & exhalata difflabitur citius quàm oporteat.

γέρουσι δὲ πρὸς ἁπάσας σχεδὸν τὰς ἐνεργείας κακῶς διάκειται τὸ σῶμα. *Senibus uerò ad omnes propemodùm actiones malè afficitur corpus.* (Naturales, uitalesque, ad unam omnes: adeoque animalium multò maximam partem sentiendi quocunque modo, mouendique omnium: ratiocinandi uerò, & intelligendi non omnium. Quæ enim prudenter ac sapienter obeundæ actiones sunt, usuque rerum longo, & experientia iuuantur, perficiunturque melius: eas senes dubio procul retinemus meliores, corpusque ad eas non malè prorsus affectum, non magnis corporis uiribus obeundas, circumferimus. Propter has unas arbitror illud propemodum additum à Galeno fuisse. Nam aliàs Aristoteles secundo Rhetori-

Καὶ γὰρ καὶ διαστέλλεται, καὶ συστέλλεται χαλεπώτερον. ὧν τὸ μὲν ὁλκὴν ἐργάζεται, τὸ δὲ ἔκκρισιν. *Etenim & distenduntur, & contrahuntur difficilius: quorum hoc attractionē, illud excretionem facit.*) Attractio fit dilatatione, ac distentione, excretio constrictione, & contractione: pariter ut in corde cuius propria systole, & diastole euenit ut per systolem excernat atq; expellat per diastolem attrahat tametsi fibræ opus suum exerceanr constringendo sese ferè: attractionem longæ expulsionem transuersæ, retentionem obliquæ.

Αἱ δὲ ψυχρότητες εἰς οὐδεμίαν ἐνέργειαν χρησταί. *Frigiditates autem actioni nulli utiles.*) Iis duntaxat actionibus de quibus institutus hoc loco sermo est, & in genito, editoq; in lucem animali: nam in generando formandoq; aliquis frigiditatis etiam usus sit, constituendis cogēdisq; partibus corporis multis, & retinendis.

Ἤρκει μὲν ἴσως κἂν ταῦτα πεπαῦσθαι ἤδη τῆς πραγματείας. *Ac satis fortasse fuerat finem operi hic imposuisse.*) Hactenus tradita methodus, atq; explicata satis eorum quæ excernuntur, & retinentur præter naturam omnium: obiterq; alicubi addita, ac ueluti affixa in commune, dictis particulariter quædam exempla rerum, quibus maximè iuuari, instruiq; ualeamus Nunc paulò etiamnum prolixè magis instituendo melius, lectori de distillationibus addit, & menstruis fœminarum purgationibus profluentibus nimium, suppressisúe: tam frequenter occurrentibus nobis, ut maximè quoq; iuuari ex his possimus.

CAP. IIII.

Τοιοῦτον ἑκάτερον τῶν εἰρημένων, ἐν ἐγκεφάλῳ. *Tale dictorum utrumque, in cerebro.*) Intemperatura nimirum & plenitudo.

Κατὰ τοῦτο πού τὸ γένος ἐν τῇ τοῦ λόγου διαιρέσει καὶ τῶν ἀτρήτων εὑρισκομένων. *Alicubi secundum genus hoc in orationis diuisione inuentis etiam imperforatis*) τρητός perforatum significat omnibus: ut ἄτρητος ideo omnibus itidem non perforatus, siue imperforatus esse debeat. ita hic quoq; ἀτρήτων (est enim per η scriptum) imperforatarum rectè sit Interpres ἀτρύτων, per y, legisse uidetur, & steriles uertit: quum ἄτρυτος indomitum, & infatigabilem frequentius designet, nonnunquam uerò etiam infructuosum: non autem propria ac prima significatione sterilem: ac per metaphoram tantummodò quandam significare hoc soleat Vt si Galenus steriles nobis hic intelligendas proposuisset, non (ut arbitror) propriè maximè significantia relicturus fuerit, στειρῶν, ἀγόνων, ἀφόρων, στεριφῶν, & ἀτρύτων positurus, metaphoricę ac longius accersitæ cuiusdam significationis. Quum igitur genere hoc, quod propriorum uteri morborum erat, ἀτρήτας etiam inuentas comprehendi posse dixerit: & cornuū, & ceruicis, & totius spatij mentionem faceret: ualdè uerisimile mihi fit, de imperforatum uteri os habentibus accipiendum, intelligendumq; hoc esse. Quomodo nanque recens natorum quorundam anus, quarundam uerò muliebre pudendum ipsum, non perforata apparent: eodem modo interius uteri in nonnullis os, natura sua ut cludatur fieri aliquando poterit: quæ dici ἄτρητοι, hoc est non perforatæ, hac in parte, siue imperforatæ, meritò debeant: habendaq; sit hæc non sanè minima suppressionum mensium deinde causa ex toto, si obstructum in totum naturaliter fuerit os ostiumúe id: ex parte autem ut imminuti ualdè menses profluant, si adstrictius natura foramen id fuerit. præsertim quum non ea adhiberi malo huic remedia, neq; tam facilè possint, quæ ani, aut pudendi muliebris, imperuijs naturaliter meatibus, digitis sæpè ipsis disrumpendis aut exscindendis scalpello, aut quo alio instrumento eiusmodi.

Ἢ ὑπονοστοῦντας εἰς τὸ βάθος. *Vel ad profundum subducentes se.*) Decolor fit extimi corporis superficies, subeuntibus in profundum humoribus: coloremq; propterea alium habet, quàm naturalem ex causa priuatiua.

σύμπτωμα οὖσα καὶ αὐτὴ διακριτικῆς ἐνεργείας. *Ipsa quoque discretricis facultatis symptoma quum sit.*) Erratum secernendorum excrementorum in sanguificando symptoma esse ait secretricis, siue discretricis actionis: actionem, functionemque facultatis, pro facultate ipsa ponens, ut sæpe facimus: ex facultate enim prodit actio, debili debilis, uitiata ipsa quoque uitio notanda. Neque facultas tamen separata hæc, ac seorsum per se una aliqua est, secretrix, siue discretrix: sed cum expultrice semper, uel attractrice eadem, coniuncta munia duo habens quæ quidem attrahendo, aut expellendo, una quoque, ac simul secernat, quod trahi, pelliue debebit, fueritque pernecessum: ut ostendisse alias meminimus. ideoque eodem sæpe significantur nomine, quia idem omninò sunt.

IN LIB. I. DE LOCIS AFFECTIS.

CAP. I.

Τόπους ὀνομάζουσι τὰ μόρια τοῦ σώματος. *Locos nominant partes corporis.*) Partis medicinæ, morborum nobis signa & indicia tradentis, quam σημειωτικὴν dicimus, multiplex quædam est ratio. Præter alias enim differentias, illa quoque est non sane postrema: quòd διαγνωστικὰ quædam sunt, quædam uerò προγνωστικὰ morborum, & affectuum omnium indicia, ac signa: sicuti sane nonnulla præter hæc habentur ἀναμνηστικὰ dicta, præterita nobis in memoriam reuocantia, quorum non sane magnus in medicina usus: sicuti diagnosticorum, & prognosticorum maximus: nempe quibus & præsentes affectus dignoscimus, & prænoscimus futuros, præiereaque non pauca circa hos factos iam præscire nobis datur, medentibus, inprimis ad præcognoscendum, prædicendumque utilia, præsertim uerò instituendam in acutis conuenientem, rectamque uictus rationem, qua rite instituta iuuari ægri maximè solent. Verumenimuerò, hanc præsagiendi, itaque prædicendi partem non oplanè tractare unquam posset, nisi cognitis anteà morbis: neque enim quorsum tendant, queinue sortiantur quemodocunque exitum sciemus unquam rectè, nisi qui qualesue fuerint, aut quem in corpore locum occupent, sciuerimus prius. Ergo post hæc potissima, & prima tradita: morborum morbosque insequutorum symptomatum genera, ac causas: arripienda cognoscendorum ueluti de facie sua morborum tractatio erit: quod opere hoc de Locis affectis à Galeno fit, præcipua quadam ex parte. Abstrusa enim morborum & recondita altius manifestantur hic indicijs signisque suis: non obuia quæque, & sub oculos posita. Ea propter Arabum aliquis Libros hosce citans, scientiarum libros dixit, quasi ἐπιστημονικοὺς dixisset: scientificos & doctrinales, non uulgares, non triuiales. alius nescio quis de affectorum locorum notitia inscripsit, idem sequutus: Barbaro latini, de interioribus dixere, τῶν ἔσω: nimirum: rectissimè: profunda enim, & intima perscrutantes rimantur libri hi. Vt miter fuisse, quibus non satis placuerit Græca Galeni inscriptio, περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, quum omnia hec sit, uocisque [illegible] φασιν habeat, morbos, affectusque cognitu, scrutatuque difficiles denotantis. Videntur autem maluisse, περὶ τῶν παθόντων τόπων. Quod πεπονθότων aiunt (rationem enim hanc afferunt sententiæ suæ) non amplius patitur: non igitur eget opera medici. Quasi uerò παθόντων participium non sit ab ἔπαθον aoristo secundo uerbi πάσ-

bi πάσχω, ſicuti πεπονθὼς à πέπονθα eiuſdem uerbi præterito: aut quaſi aoriſti ipſi præteriti quoque temporis ſignificationem non retineant perquàm uſitatè apud omnes. Dixiſſent, περὶ τῶν πασχόντων, debuiſſe Galenum inſcribere, melius quod uolebant, explicaſſent nobis: hoe enim ſine controuerſia præſentis eſt temporis. nunc aliud omnino ſenſere, ac ſcripſere. Sed ne ſic quidem erat, in quo damnare Galenum rectè poſſent. Quæro enim: πάσχοντες τόποι num ijdem dici, adeoque haberi πεπονθότες quoque poſsint ſæpe? poſſe cogentur dicere, ac fateri: quòd ſi negent, tamen exemplis conuincentur manifeſtis multis. Cephalæa & Hemicrania capitis dolores ſunt peſsimè affecti: nec dici non affectum caput ab ullo unquam poterit ratione ulla, quamuis peruicace & cauillatore. At ſic affectum in his caput, quęſo dum quotidie dolet, affligitur, cruciatur, nonne etiam tunc affici, ac pati rectiſsimè dicetur? & πεπονθότα locum corporis hunc, eundem πάσχειν quoque, ſiue πάσχοντα εἶναι? qui amant, (ut animi affecti exemplum pariter habeatur) perturbato iam animo, maleque affecto ſunt ſine dubio, uehementer, ſi uehemens amor ſit. Iidem dies, noctesque ita affecti, & perturbati, perturbantur ſubinde, atque afficiuntur aſsiduè, recurrentibus ſemper imaginarijs moleſtiis, quæ animum exulceratum iam, affectumque continuè exedant, ut uigilantes ſæpè ſomnient: quo tempore nemo, niſi ipſe inſaniens, non inſanire eos dicat, iam antea inſanos. Permanſio igitur, & perſeuerantia doloris afflictum prius affectumque caput, affligentis adhuc afficientisque hæc eſt: ſicuti amoris illa. Atque ideo qui περὶ τῶν πεπονθότων τόπων inſcripſit, idem περὶ τῶν πασχόντων ſimul inſcripſiſſe uideri non immeritò debeat: tantò quidem magis, περὶ τῶν παθόντων, quòd à πεπονθότων illo, non ſanè ualdè diuerſum ſit, præteriti in utroque (ut ſuprà monuimus) ſignificatio quędam quum omnino inſit ideoque. &, quod in opere intenditur magis quoque, indicans, affectorum quippe locorum perpeſſorumque, non autem tunc primum affici incipientium, ſignificationem retinet: mali utique maioris indicatione. tametſi inchoans pariter malum comprehendatur una, ut oſtendimus. Ne plura (nam nimis propè multa de hoc iam) idem Galenus, qui titulum operi huic, περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, præfixit, fecitque, idem inquam, ſexto ſtatim poſt uerſu, ita ſcripſit: νυνὶ δὲ μόνον, ὅπως ἄν τις διαγι[illegible]σκοι τὰ πάσχοντα μόρια, πρόκειται σκοπεῖσθαι. Vt appareat, utrumque dici potuiſſe, atque alterum tamen prælatum ab eo, quòd ſignificantius utriuſque, ut docuimus, temporis repræſentet indicationem. Quæ ſi legiſſent Galeni reprehenſores iſti, ſiue obtrectatores potius, (legiſſe autem debuerant tam in libri ipſius aditu, limineque adeò ipſo poſita) non Galenum inſimulaſſent de eo, cuius contrarium feciſſe inueniatur, neque admirationem nobis de ſe exhibuiſſent, quomodo enim non miremur, exigere à Galeno hos præſentis temporis titulum quem operis ſtatim initio ponat, πάσχοντα μόρια, ut interea alium tamen præfixerit ſuis, atque his iuſtis de cauſis, tempus quidem utrumque ſignificantem? Quàm benè uerò Græciſſent aoriſtos præſentis eſſe deberc temporis ſignificatiuos exiſtimantes, Græciſſantibus meliùs me, diiudicandum relinquo. παθὼν quidem, perpeſſus, uel qui paſſus eſt rectè reddetur latinè: ſicuti πάσχων patiens uel qui patitur. At hi πάσχοντας τόπους & παθόντας, eiuſdem ſignificati ponunt, utique præſentis. Addunt (addatur enim hoc quoque à nobis debuiſſe, de malè affectis locis inſcribi, quòd ſimpliciter, atque abſolutè affectis ſi ponatur, de benè quoque affectis intelligi poſsit. Enimuerò, ô ingenioſiſsimi quotus quiſque tandem fuerit eorum, qui, quum medicum eſſe ſciuerint opus hoc, & Galeni, non ibidem protinus non de benè, ſed morboſè potius affectis agi locis, intellecturus ſit? Quamquam Galenum hoc non tangit, qui quidem diſertè, περὶ τῶν πεπονθότων ſcripſerit: ſed Latina potius reprehenditur inſcriptio, atque id ineptè tamen, ut diximus: non

enim necessum poni: & uel non positum, intelligitur tamen in operibus quidem medicis, ac medicorum. Hippocratis est liber, περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, sic absolutè inscriptus: neque tamen aliud quàm morbos, tractans cur non authorem quoque hunc reprehendimus, quod παθόντων non addiderit, nec πεπονθότων, nec πασχόντων? Dicam id, quod sentio: obtrectationes uidentur mihi, & cauillamenta hæc uerius quàm iustæ reprehensiones.

Ὥστ' οὐ μόνον ἡ τῆς οὐσίας ἰδιότης, ἀλλὰ καὶ τὸ μέγεθος ἐνδείκνυται. *Quapropter non substantiæ modò proprietas, sed magnitudo quoque indicat.*) Quæ capillorum specie repræsentantur, ex asperæ arteriæ uasis, quæ in collo sunt, esse, indicio erit, cum hæc ipsa capillorum species propria illis: tum & magnitudo minor sit, utpotè capillos referens At maiora frustula ex pulmonibus fuerint, ex quorum parenchymate decidi portio maior queat: præter id, quod alia illorum species est, quàm capillorum: nempe fungosa, & laxior multò.

Διαφέρει δ' οὐδὲν ἢ τὸν ὑπεζωκότα τετρῶσθαι λέγειν, ἢ συντετρῆσθαι τὸν θώρακα. *Differt autem nihil, uel succingentem membranam uulneratam esse dicere, uel confossum thoracem.*) Quandoquidem confodi thorax nequeat, nisi succingens pariter membrana confossa transeatur.

Ἰδιότης δ' ἑτέρα πάλιν, ὅταν ὀστῶν πεπόνθῃ κατά τι μόριον. *Proprietas rursus altera quum passum fuerit os aliqua in parte.*) Nam & porus innascitur ossium fracturæ, quo commissa demum coalescunt simul: & alias offensis sæpè ossibus, exire de cute squamas, ceu lamellas quasdam, ac ueluti ossium frustilla non rarò uidemus.

Ὅταν ἐν ἀλλοτρίᾳ χώρᾳ περιέχηται τι παρὰ φύσιν. *Quum in alieno loco præter naturam continetur aliquid.*) In ephelcide, quacunque de corporis parte exierit, semper erit corporis partis alicuius particula aliqua, exulceratæ nimirum: & ab osse decisa squama ossis tamen aliquid est. At in renibus, aut uesica lapis, & in thorace pus, præternaturalia omninò. Proinde diuersus is modus dignotionis ex signis.

Ἢ τόπος μὲν οὐδεὶς πέπονθεν. *Vel locus quidem nullus affectus sit.*) Quum uiderent in calculo, uerbi gratia, uesicæ collum occupante nec affectam mala intemperatura aliqua uesicam esse, nec tumore præter naturam, neque continuitate sua solutam, arbitrati fuere medicorum quidam, tunc quidem affectam dici uesicam non posse, & tamen interim à re aliqua præter naturam infestari animal. Quia propè ratione quæri à nostris nostrique temporis medicis solere uidemus, de eodem, eademquè cauitate contento calculo, morbus ne sit, an causa morbi potius: de quo, quid sentiremus, dictum alibi à nobis fuit. Quæ sanè pariter, ut ueterum illa, medicinæ operibus non admodum necessaria, aut utilis futura quæstio sit: utrocunque enim modo iudicetur, illud constat, amouendum aliquo pacto calculum, ut sanitas restituatur. At de uesica collum occupante calculo, & meiendi actionem impediente, clarior, atque apertior omnino ratio est: proculdubio enim obstructionis morbo, quàm protinus mingendi actionis læsio sequitur, causam præbuerit calculus. tametsi hic quoque, absque quòd anxiè nimis, ac scrupulosè de hoc quæratur, mictionis impedimento inuento, amotóque, assequamur quod uolumus. Neque uerò aliter agendum, quum in opere uersamur medico, præsentésque, atque in re præsenti ægrotis medemur. Vt si fortè (quod hic Galenus exempli attulit) ad aliquem uocemur, qui toto triduo, nihil lotij remiserit, quis tam stupidus, aut ineptus sit, ut non statim considerandum sibi esse arbitretur, ἡ τίς ποτε δὴ τῶν εἰρημένων αἰτία, δι' ἣν ἴσχεται τὸ οὖρον, quod Galenus ait? minimè uerò, quid propriè dicendum morbus sit tunc, quæ-

rat.

rat, quæ morbi causa, quod symptoma: quippe quæ habere ad manus semper, & in numerato debeat, non ad disquisitionem uocare tunc, quum opem ferre periclitantibus opus sit. Hoc dixi, ne quis fortè existimet, Galenum in totum abijciendas esse quæstiones huiusmodi præcepisse nobis, quibus ipse postea dicturus sit, exerceri ingenia: tum uerò quas libris sex de morborum, & symptomatum generibus, & causis, claras nobis, & illustres reddiderit, magna diligentia, ac prorsus διδασκαλικῶς conscriptis. Et alioqui rationalem profiteri se medicum quis unquam poterit, qui ista nesciat? Sed (ut dixi) benè institutum medicum in promptu habere eas oportet, quæsitas antea, adeoq; inuestigatas, & inuentas, non tunc demum quærere, quum medicinam alicui facimus: quo tempore inutiles sunt tractatu, imò putidæ, & odiosæ inprimis habendæ: in tempore autem ac sobriè quæsitæ, & instruunt medicum, & absolutum perficiunt. Nec ut inutiles, ac non necessarias esse dixerit Galenus, non medicas tamen esse dixit. Ac, si rectè modò dicta hæc considerentur, id unum dicitur: inutiliter quæri ex affectis ne locis habenda aliqua sint in corpore, & id genus quædam, quum in dignoscendis affectis locis, locorumq; affectibus occupari potius esse tunc debeamus. Iccircò mox audiemus ab eodem: ὅθεν ἡμεῖς ἀφελοῦσα ἐπὶ τὰ τῆς τέχνης ἔργα.

Ἐφεξῆς δὲ διὰ τῶν οὐρητήρων ἐπὶ τὴν κύστιν ἀφικνεῖται. *Deinde uerò per ureteras in uesicam deuenit.*) Rectè deuenit: transmittitur enim ab urinarijs meatibus hisce in uesicam lotium non minus, quàm attrahatur ab illis.

Ἐν ἅπασι σχεδόν τι τοῖς τοῦ σώματος μορίοις, ἀποκριτικὴν τῶν περιττωμάτων ὑπάρχειν δύναμιν. *In omnibus ferè corporis particulis expultricem superuacaneorum inesse facultatem.*) Σχεδόν τι dixit, propemodum propter corporis particulas suscipiendis potius, quàm expellendis excrementis, à natura factas: cuiusmodi glandulæ multæ sunt, tum cutis etiam ipsa. Nam pili, & capilli, & ungues fortasse, quibus nulla penitus facultas huiusmodi adest, non sanè rectè corporis partes appellabuntur.

Ἢ εἰ καὶ ἀνωτέρω τῶν νεφρῶν ἀπόστημα, καθ' ἕτερον μόριον προγεγενημένον εἴη. *Aut si supra quoq; renes factus prius fuerit secundum partem aliam abscessus.*) Atqui paulò ante triduanæ lotij suppressionis, non inquirendam esse causam dixerat in iecore, aut pulmone, aut liene, uentriculoúe aut corde, renum loco absq; dubio superioribus, propterea quòd horum nullum urinæ instrumẽtum sit. Considerandum, symptomatis causam huius, quod meiendi impedita actio est non alibi quàm in urinæ instrumentis quærendã esse dixisse Galenum: uerè. Symptomatis enim cuiusq; causa morbus aliquis est: qui ut urinæ suppressæ causa sit, non esse in mingendi instrumento aliquo non poterit: licet causa morbũ hunc faciens, & ex antecedentibus aliqua ac remotioribus, oriri in supra renes positis quoq; corporis partibus, earumq; morbis, & abscessibus, atq; inde ad morbum in lotij instrumentis faciendum descendere ualeat.

Χρήσιμος ἡμῖν τεχνικὸς στοχασμός. *Vtilis nobis artificiosa coniectura.*) Ea opinor, quã Hippocrates τέκμαρσιν appellauit, initio libri de ratione uictus in morbis acutis, & Galenus, τὴν διὰ τεκμηρίων γνῶσιν, interpretatus ibidem est.

Ὅταν οὖν ἡ κύστις ἀβλαβῆ τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν ἔχει. *Quum itaq; & uesica inoffensam retineat actionem suam.*) Hoc illud erat uidelicet, quod suprà quoque dictum fuit. Quum enim uiderent, partes aliquas corporis interdum nulla nec intemperatura, nec tumore, nec continuitatis solutione affectas, actionibus tamen suis impediri: ut ex uesicæ calculo iustam urinæ collectionem, si cauitatem uesicæ occuparit calculus: mictionem autem, si ceruicem: arbitrati sunt, dici posse partem quidem affectam non esse, sed eius tamen actionem à causa impediri præter naturam qui calculus sit: sicuti nunc dicere coguntur,

oculorum humor ipse exquisitè fuerit purus, tum visoria facultas omnium maximè sensus.) Verisimile est, humorem omnem, quo purior, ac nitidior fuerit, eo semper facilius maculas accipere, ut quidem nitidissima quæque promptissimè maculantur: & uidendi facultatē exactam itidem, ac sentiendi exactè uiribus pollentem, noxam quamcunque minutissimè persentiscere. Humorem autē intelligit, non tam crystallinum (quanquam hunc quoque) quàm tenuem aqueumque ipsum, in quo tum ueræ suffusiones consistunt, tum uerò imaginariæ hæ quoque quæ uaporibus ab inferioribus partibus, utputa uentriculo, sursum ad oculos ipsos delatis contingunt, fieri facillimè possunt.

ὅστις δ' ἂν ἐν πυρετῷ μὴ θανατώδει. *Quicunque uerò in nō lethali febre.*) Prognosticorum tertio, sub finem.

οἷσι χολώδεα διαχωρήματα, κωφώσιος ἐπιγενομένης παύεται. *Quibus biliosa deiectiones, superueniente surditate cessant.*) Sectione quarta Aphorismorum.

ταύτην μόνην χρὴ νομίζειν πεπονθέναι τὸ μόριον, ὅταν τῆς οὐσίας αὐτοῦ μόνιμος διάθεσις γίνηται. *Censere autem hanc solum affectam esse partem, quum substantiæ ipsius permanens affectus est*) Hinc apparet, Galenū cēsuisse affectam dici debere semper partem, & quū permanēs affectus iam sit, & quū factus iam actionemque lædēs aliquam, partim fit adhuc quidem permāsionem autem nondū acceperit, si in parte ipsa faciens affectum causa fuerit, uel etiam partem tantummodo ipsam pertransiens, faciat: his solum differentiis adnotatis: semper tamē existimantibus nobis affectam esse partem. Quod exemplo probatur colici maximè cruciatus, uehementer interdum affligentis, ut dici nō affecta pars non possit, dū ex causa tamen id fit, in transitu tantum faciente aliquando. Ac propterea, περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, inscriptio de omnibus his intelligēda sit, non de permanentibus solum affectibus: id, quod sequentia adhuc, quæ à Galeno dicuntur, ostendunt. Ait enim mox: ὡς ἂν οὕτω ἡμῶν καὶ χρωμένων τῷ τοῦ πάθους ὀνόματι καὶ τῷ τοῦ πάσχειν ῥήματι: tanquam igitur, qui affectus nomine, & uerbo pati usuri semper simus: qui modus eorum erat: in quibus, quamuis amota causa cessaret statim affectus, nemo tamen dicere posset non pati, uel non affici.

ἔντερον κοιλίας ... *[illegible]*.) Versiculus ex quo non minus argumenta sua capiant philosophi, de minimo naturali.

τὰ δ' οὕτως μικρὰ πάθη. *Affectus uerò tam paruos.*) Qui parui licet, & exigui sint eosque natura sæpè per se sanet, nullo medici auxilio: at affectus tamen sunt, dicique ita debent, πάθη.

CAP. III.

τὰ μὲν οὖν τῆς ἰδίας οὐσίας αὐτῶν ἐνδεικτικὰ πάθη. *Hæc quidē, ut propriæ ipsius substantiæ affectus indicantia.*) Morbos nimirū: quos similares uocamus. Propria enim partis substantia temperamentum est, ex elementis quatuor constans, inque eo secundū naturam se habēte sanitas inest: ut proinde necessariò propriæ quoque substantiæ morbi, intemperaturæ aliquæ sint, quos similares dicimus, quoniā quidem propriæ pariter substantiæ temperamentum sanitas est, licet constitutio partis ad hoc ipsum accedat.

διορίσωμεν δὲ καὶ τὰ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρου μορίου γινόμενα πάθη, τῶν κατὰ ἰδιοπάθειαν. *Distinguemus insuper affectus per consensum alterius partis factos ab iis, qui per affectum proprium.*) ἰδιοπάθεια proprius est affectus partis: συμπάθεια partis est affectus, ex alterius alicuius partis affectu factus: quæ differentia alia est à modò dictis. Possunt enim affectus, tam facti iam, & permanentes, quàm qui fiunt adhuc, nec dum permansionem habent, & tam quorum in affecto loco causa est, quàm quorum non est, proprii affectæ partis esse, rursusque iidem per consensum fieri. Rectè autem opponitur ex aduerso proprio partis affectui affectus per consensum, συμπάθεια inquam ἰδιοπαθείᾳ, non

non autem affectus primus, siue primarius, id est πρωτοπάθεια. Diuersa quippe sunt inter se hæc: & alterum temporis est, πρωτοπάθεια, cui δευτεροπάθεια potius contraria erit: naturæ & essentiæ alterum ἰδιοπάθεια. Tum transire m per cōsensum affectus in proprium potest: fieri scilicet ex συμπαθείας ἰδιοπάθεια: ex συμπαθείας autem πρωτοπάθεια nō potest, primus uidelicet, aut primarius affectus: semper enim secundus fuerit affectus, qui per consensum fuerit: ut in mala iecinoris temperatura frigidiore fortè ex frigida itidē lienis intemperatura per consensum facta, si aqua sequatur intercus, utiq; proprius euader iecoris morbus, & affectus, qui per consensum de liene prius fuerat: at idē primus primariusúe iecoris dici affectus non rectè satis poterit, utpote quem lienis, uti posuimus, affectus præcesserit.

Η μὲν γὰρ κυριωτάτη χρῆσις δὲ τὸ πάθος φωνῆς. *Proprius quidem maximè πάθος uocis, usus.*) Eadem penè, uel nō diuersa certè dicuntur ab authore initio libri de differentijs symptomatum.

Ὅταν εἰς μόνιμον ἀφίκηται διάθεσιν ἡ ἀλλοίωσις, νόσημα. *Quum alteratio in permanentem affectum uenerit, morbus nominatur.*) Quę nimirum facta in corpore nostro præter naturam fuerit, & actionem læserit. Permanentem autem dixit affectum, non tam temporis diuturnitatem notans, quæ non necessaria est, ut morbus dici debeat: (disertè enim dictum suprà fuit, etiam qui in transitu tantùm quodam, causam facientem habent, morbos dici, & affectus posse:) quàm alterationis finem innuens, quum uidelicet eò peruenerit alteratio, ut alterata iam sit, non alteretur solùm res: incaluerit (ut exempli hoc gratia d[illegible]atur) iam, non tantùm incalescat. Quo tempore, uel si exiguum admodum futurum tempus id sit, μόνιμος dici διάθεσις queat, [illegible]nem nempe suum, quo tendebat, indepta, manēsq; ac cessans iam: etenim præsentibus habitibus, quod dici solet, cessat motus, ut proinde permanens quoq; iam sit, atq; ita uocari nō immeritò poßit.

Ὑπαλλάξας γὰρ ἄν τις ὁ βουλόμενος περὶ τῶν ὀνομάτων ἐρίζειν, οἰκειότερον ἑρμηνεύσειεν. *Commutans enim aliquis, qui de nominibus litigare uoluerit, magis propriè interpretetur.*) Sic, ut opinor, uertendum, non ut interpres. Non enim probat ista Galenus, quæ paulò suprà clarè damnauerat: sed quum utriq; à recto uocum usu aberrent, magis tamen propriè dicturos eos, atq; interpretaturos esse dixit, qui pati dicant caput, quum uentriculo compatiatur, ægrotare autem quum affectu proprio laboret: quàm qui nihil prorsus pati partes affirmet, quod nondū permanentem affectum habeant, τοιοῦτον φασιν, inquit, οἱ φάσκοντες, ἐν ταῖς βλαπτομέναις ἐνεργείαις, μηδέπω τὰ νενοσηκότα μόρια, διὰ τὸ μηδέπω διάθεσιν ἔχειν μόνιμον. Post quæ uerba, alia statim subiūgit ea: ὑπαλλάξας γὰρ: utrosq; dānans, has tñ illis minus.

Τρεῖς γὰρ αἱ πρῶται, καὶ οἷον γενικώταται τῶν διαφθορᾶς τῶν σιτίων ὑπάρχουσιν αἱ διαφοραί. *Tres nanq; primæ, & ueluti generalißimæ existūt ciborum corruptionis differentiæ.*) Has sciuisse, diligēterq; adnotasse, atq; indicijs, signisq; inter se suis distinxisse, ingens semper operæpretium fuerit. Cæterum quod cuiq; uoluerit imponere quisq; nomen permittendum, modò res ipsæ constent. In his conuenire semper necessum, ut quomodo se habeant non ignoretur: in uocabulis non necessum. Quamuis præstabilius fuisset, uocibus quoq; uti proprijs maximè atq; usitatis, ijsdem omnes.

CAP. IIII.

Ἡ γάρ τοι βεβαιοτάτη γνῶσις ἁπασῶν τῶν τοιούτων διαθέσεων γίνεται τοῖς ἀκριβῶς ἐπισταμένοις, ὑφ᾽ οἵων ἰαμάτων ἑκάστη καθίσταται. *Etenim certißima affectuum huiusmodi omniū cognitio, his contingit, qui exquisitè nouerint, quibus unusquisq; medicamentis tollatur*) Scimus cōtentum in ipso uentriculi sinu humorem, si semel tantùm constiterit, uomitu expurgatum facilè quiescere. Huiusmodi contineri uentriculi sinu humorem existimantes uomitum ciemus, nec quiescit tamen facto uomitu malum: certißima habebitur ex hoc cognitio, non semel gigni in uentriculo

culo humorem illum, sed aliunde ex aliquà parte corporis mitti eo: quæ pars deinde inquirenda restabit. Rursus experti scimus, imbibitum, impactumq́ uentriculi eiusdem tunicis humorem, exhibito medicamēto facto ex aloe to li. Damus pictam medicamentum: succedit certa usos nos fuisse cōiectura uidemus iam, non succedit: certò conijcimus, non esse id causæ, quærendamq́ aliam. Nec multum sanè absunt hæc ab Hippocratico illo, ἀνάλογοι αἱ ἰήσιες.

ἑώρων τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ μὲν τοῖς θερμοῖς ἐδέσμασιν. *Videbam hominē ex calidis quidē cibis.*) Historia hominis duodecimo etiā Therapeutices methodi libro relati.

καὶ διορίσασθαι γε, τίνα μὲν ἴδια τῶν παθῶν ἐστὶ σημεῖα, τίνα δὲ τῶν πασχόντων μορίων. *Ac distinguere, quanam affectuum quidem signa propria sint, quæue partium, quæ afficiuntur.* Hactenus exēplis actum tantummodò quibusdā à Galeno ac digressibus, ad rerum harum instructionem præparantibus melius. Nunc duo statuit cognitionis uniuersæ huius ueluti capita: dignoscēdorum affectuum alterum, & affectorum locorum alterum: quibus indagandis uias aperit nobis, ex ceu semitas quasdam monstrat, quinq́ dignoscendis autem affectibus quatuor.

CAP. V.

πολλάκις δ' ἅμα τόπου, καὶ διαθέσεως ἐξ ἑνὸς γνωρίσματος ἐστὶν ἡ ἔνδειξις. *Ac sæpenumero loci simul, & affectus ex signo uno indicatio fit.*) Iure id quidem, ac meritò. Nam quum inter alia iā affectus loci, quàm locus ipse ex proprijs symptomatis cognoscatur: proprium esse symptoma poterit aliquod quo utrumq́ indicetur: ut ecce, adunci ungues pariter & tabis affectū, & pulmones affectos esse docere poterunt.

τῇ δὲ τῶν ἐκκρινομένων ἰδέᾳ διαγινώσκεται τὸ πεπονθὸς μόριον, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. *Ex eorum autem quæ excernuntur, specie dignoscitur affectus locus, ut antea dictum.*) Libri initio quum de pulmonis, & asperæ arteriæ substantia dicebatur, quod ad substantiæ ideam, seu speciē attinet: & quum de iuuene referebatur ex uulnere post triduum demum urinam reddente, quod ad locis suis contenta.

ὡς δ' ἔνιοι φασὶ καὶ κῶλον. *Vt autem quidam dicunt, & colum.*) Iam non desunt historiæ inuentorum tempestate hac nostra lapillorum etiam in fellis uesicula, etiam in pulmonibus, in caluaria, in mesenterio, in ipso utero.

τὴν καρδίαν δ' αὖ πάλιν ἐξ ἀδύνατον ἀπόστημα παθεῖν. *Cor autem rursus fieri nequit, ut abs[...]sum patiatur.*) Valebit ergo argumentum: cor patitur, abscessus ergo nullus est: quòd nullo unquam abscessu uisum fuerit laborasse cor. Cognoscendi affectus modus est per abnegationem.

Ἐστὶ δ' ὀλίγα παντάπασιν παθῶν αὐτῶν ἴδια σημεῖα χωρὶς τοῦ συνενδείκνυσθαι τὸν πεπονθότα τόπον. *Sunt porrò pauca ualdè propria affectuū ipsorum signa, quæ nō simul affectuū locum indicent.*) Vt propterea uerè suprà dixerit, sæpe eodē ex signo indicium sumi affectus, affectiq́ unà loci posse. Desipientia est, & melancholia ex signis suis, laborat ergo cerebrū: febris si fuerit, necessariò afficitur cor: si concoctio uitiata, uentriculus: si sanguificatio, iecur: ictericus niger lienem, flauus bilis uesiculam affectas esse notarint: & huiusmodi alia. Cæterùm quemadmodum affectum ipsum indicantes notæ plurimum unà affectum quoq́ locum ipsum indicant: non sic ediuerso fit, ut quæ locum ut plurimum, simul etiam affectum ostendant indicantes notæ. Proinde ait: τῶν παθῶν αὐτῶν ἴδια σημεῖα: propria accipio, quæ sic affectum indicent, ut locum nō indicent: quæ pauca esse ait. Ergo quæcunq́ affectus ipsos, eadem etiā loca indicant, magna ex parte. Etenim indicabātur affectus ab excretorū specie, à doloris proprietate, & symptomatū itidem proprietate: quę tria locum similiter indicant. Quartum erat affectuum dignoscendorum genus à loci natura: quo si affectus dignoscitur, indicaturq́ tantò magis locus. Quin cognitus iam antea atque indicatus sit, oportet, si de eius affectu cognoscendo agitur. Indicatur quippe affectus ex loci natura, quę esse indicio nequeat, nisi indicata prius ipsa, locoq́ simul. Sic fit, ut quocunque indi-

indicationis genere affectus dignoſcitur, eodē locus quoq; dignoſcatur. Contrà uerò (quod diximus) non fit, ut quocunq; locus, eodem affectus quoq; indicij genere dignoſcatur. Nam præter tria illa modò dicta, locus & actionum læſione, & ſitus differentijs cognoſcitur: quorum neutrum affectum per ſe indicarit. Neq; enim actionis læſiones, ut Galenus hic ait, ſed illarum differentiæ affectus, indicant. Læſa nanq; cōcoquendi, puta, actio, uentriculū affectum ſignificat: at concoctionis corruptela ad nidorem, uentriculi caliditatem: ad acorem uerò (quæ actionis eius læſæ differentiæ ſunt) frigiditatem notarint. Vt proinde actionis læſionibus affectus indicari in commune atq; abſolutè dici non poſsit: & ſitus ipſe locum tantummodo, nullo autem modo affectus indicio ullius eſt.

Μόνα τοίνυν ἐκεῖνα τῶν παθῶν ἐστὶν ἴδια σημεῖα. *Sola igitur illa propria ſunt affectuum ſigna.*) Quia ualdè pauca dixerat eſſe propria affectuum ſigna: ut quæ eſſent, ſciremus, ea eſſe ait, quæ ex accidente aliquo affectus ſequuntur ipſos, qualia ferè ſunt, quæ ἐπιφαινόμενα, & ἐπιγινόμενα dicūtur. Tumori præternaturali alicui rubens color accedens cum renitentia, quæ ἀντίτυπία eſt, phlegmonen indicarit: locum uerò nullum: quando quacunq; corporis in parte id fiat, phlegmones ſemper affectus erit.

CAP. VI.

Ἐν δὲ τῷ παρόντι τὸν περὶ τῶν ἰδιοπαθούντων, καὶ συμπαθούντων λόγον ἔγνωκα προσθεῖν. *In præſentia autem, addito de propriè & per conſenſum affectis ſermone, decreui.*) In affectorum locorum indicatione prima eſt conſideratio, num affectus locus ſit: ſecunda autem, & (ut ipſe paulò antè dixerat) δεύτερον σκέμμα, num proprius dicendus partis affectus ille ſit, an per conſenſum potius, an uerò etiā utrumq; quoniam quidem fieri utrumq; poſsit, ut & propriè & per cōſenſum ſimul patiatur: quum tamen primo & ſecundo, ſiue primario & ſecundario ſimul, id ex affectu ut fiat, non poſsit, ut in exemplo paulò ſuprà adducto, de hydrope, ſiue intemperatura iecoris frigida: ex lienis uitio codē, ſimul utrumq; affici uiſcus poteſt, quiq; iecoris prius per cōſenſum affectus fuerat, proprius eiuſdem fieri: at ſicuti ſecundarius, affectus idem eſt, iecoris inquam, primarius eius fieri, non itidem: qui lienis ſemper erit, unde iecinoris pariter affecti origo omnis. De proprio igitur & per conſenſum affectu, ſuo, ut uidetur, loco agitur à Galeno hîc.

Ἄμεινον δὲ καὶ σαφέστερον ἐφ' ἑτέρῳ πάσχειν ἄν εἴποι τις τὸ συμπάσχον. *Melius autem, ac manifeſtius ab altero pati dixerit aliquis, quod compatitur.*) Quum pars in corpore alteri compati, ſiue compatiens dicetur, intelligemus neceſſariò pati atq; affici utramq;, tam quæ patitur, quàm ob quam patitur: id enim συμπάσχειν eſt, duo quædam minimum, ſimul affecta, pati. At contingere interdum poterit, ut uapores à uaporoſo ſuapte natura cibo aliquo ab inferioribus partibus, nullo ideo morbo affectis, in caput delati dolorem creent, & afficiant: quo caſu ab alijs affici rectè dicetur caput, cum alijs unà affici, nō rectè, quippe nō affectis alijs. Hac de cauſa melius Latini per conſenſum affici caput tūc dicimus, partes ſolum illius affectu notato uoce hac, non alterius ullius, quamuis cauſa ab alijs miſſa ſignificetur, quæ nihilominus nihil tunc affectæ eſſe queant. In uocis autem amiſsione, ex materiæ uocem facientis, quæ per efflationem fit, defectu, minus adhuc propriè συμπάσχειν dicentur uocis quidem inſtrumenta ipſa quippe nihil prorſus affecta, & materia tantummodò ſua deſtituta.

Δύναμίς τις ἀφικνεῖσθαι κεκώλυται χωρὶς οὐσίας. *Facultas quædam peruenire prohibita fuit ſine ſubſtantia.*) Subſtātia intelligitur corpus, corporeaq; res aliqua hoc loco: ea enim facultas à cerebro ueluti lumen, incorporeæq; ſpecies aliæ, demittitur: ut quidem diſertè hic, atq; apertè pronuntiatum legimus à Galeno qui in de Placitis Hippocratis, & Platonis opere incertus adhuc de hoc feratur.

εἰς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μετ' οὐσίας. *Ad oculos autem cum substantia.*) Vapor nempe & exhalatio corporea.

ἄχρηστος φαίνεται τῶν λογικῶν προβλημάτων ἡ σκέψις. *Inutilis uidetur logicorum problematum consideratio.*) Ingenium, uti diximus, exercent potius hæc: & alioqui, ut medicam considerationem attingant, nõ ex ea parte attingunt, quæ dignoscendi, aut præcauendi, aut curandi est, sed qua morborum genera, & differentias, adeoq; illorum essentiam, & quæ circa essentiam sunt, inuestigant, ac diligenter perquirunt. Quod prius quoq; diximus.

ἐπὶ τῇ πληγῇ φλεγμονήσαν σκιῤῥώδη διάθεσιν ἐσχηκέναι. *Post phlegmonem ex percussione, scirrhosum affectum habere.*) Rectè. neglecta nanque uera phlegmones curatione, & triginta dierũ spatio exhalatis tenuioribus partibus, sequi facilè scirrhosus affectus potuit, quod adnotandum hîc duximus.

ἐδόκει δ' αὐτοῖς ὀρθῶς εἰρῆσθαι τὸν λόγον. *Quũ uerò uideretur illis rectè dictus fuisse sermo.*) Duntaxat probabiliter, sed qui cõtrarium potius, quàm quod in quæstione proponitur, probet. Nã si sensus patiendo, motus faciendo fit, atq; ideo minore multò eget facultate sensus, quàm motus ut fiãt: in historia hac motus, quàm sensus amitti magis debuit, quippe cui exercendo non satis relictum esset facultatis, at peragendo sensui satis. Propterea mox ait: ὅσον γὰρ ἐπ' ἐκείνῳ τῷ λόγῳ. Quòd quidem ad rationem hanc attinet, fieri neutiquam potest, ut amisso sensu, restet motus: quoniã nec fieri pariter potest, ut ubi minor facultas non est, quæ sensum edat, ibi maior sit, quæ motum, si ex eodem oriri credatur utrumq;. Veniendum itaq; ad diuersam neruorum originem, sensus motusq; authorum, exortu uario.

ὁμοίως τοῖς τόνοις ὀνομαζομένοις, ὑφ' Ἱπποκράτους. *Similiter atq; toni ab Hippocrate uocati.*) Epidemiorum secundo, sic enim ait sectione quarta: δύο δὲ τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου, ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου.

μηδὲν νόσημα τῆς σωματικῆς οὐσίας αὐτῶν πασχούσης. *Nullo morbo corporea ipsarũ substantia affecta.*) Vt quũ incorporea substantia à cerebro demissa priuantur tantummodo, cætera benè & secundum naturam habent partes.

CAP. VII.

ὅτι δ' οὐκ ἔχουσι σύμφυτον αἰσθήσεώς τε, καὶ κινήσεως ἀρχήν. *Eo quòd autem insitum non habeant sensus, ac motus principium.*) Insita, atq; innata musculis quoque ipsis, ut partibus alijs, quæ nutriuntur omnibus, alimentum ad se trahendi per uenas, facultas est: cuius nihilominus origo & fons, focusq; positus in iecore sit, unde subinde alendi suggeritur facultas partibus: quæ tamen initio, quum primum generantur inseritur, atq; implantatur eisdem, cum iecore unà omnibus. Rursus refocillandi natiui partium caloris huius causa à corde, tanquam à fonte altero, demissa influit facultas: influentem calorem uocant: cum substãtia utraq; aliqua sanguinis & spirituum: qui quanquã tenuissimæ, corporeæ tamen substantię alicuius sunt, uitales pariter, ac naturales. Demus enim nunc naturales, de quibus ambigi solet, esse spiritus non minus quosdam. At quæ de cerebro, mouendi, sentiendiq; ad musculos mittitur per neruos facultas, ea incorporea prorsus, luminis, splendorisq; cuiusdam in modum tota, absq; substantia corporea alia ulla descendere existimatur à Galeno hîc in partes, quibus sensum, motumq; largiatur: propterea quòd tam exiguis, prorsusq; inanimaduersis temporum momentis id fiat, ut & sentiamus, & quum uolumus, moueamus, & à substantiæ corporeæ ullius descensu fieri id posse credibile uisum nõ fuerit. Vel igitur facultas erit sola, corpore prorsus uacans, quæ hæc dicto citius semper faciat, ut splendor, ut lumen: uel si spiritibus hæc quoq; utetur ad rem hãc suis animalibus, esse eiusmodi hos, ut naturalibus ac uitalibus tenuissimis illis tenuiores etiamnum sint, dicendum erit, & incorporeis penitus simillimi: quamobrem sine substantia esse dixerit Galenus, proq; incorporeis habuerit,

minimo minus tales. Cęterùm de musculorum natura quæ hîc dicuntur, habes eadem propè principio primi de motu musculorum.

Ἀλλ' ἀεὶ τὸ κατὰ τὴν ἐνέργειαν βλάβος αὐτὸ πεπονθέναι πρότερον. *Verùm semper in actionis læsione ipsa prius affici.*) Musculus, quatenus naturalis pars (ponamus autem uitalem eius facultatem cum naturali unà nũc, quoniam quod ad hoc attinet, eadem est utriusq; ratio) actionibus suis non læditur unquam naturalibus quidem, nisi quoquo tandẽ modo afficiatur prius ipse morbo, uel similari, uel instrumentario aliquo. Nam quamuis affecto prius iecinore, aut affecto corde, ipse quoq; noxam tandem sentiat: & morbo aliquo correptus, actionibus suis lædatur: at id tamen non antea fiet, quàm insita primitus naturalis illi facultas, innataq; ac ueluti ab origine implantata, ex morbo partis proprio aliquo nocumentum contraxit. quod quidem ei, quatenus animalis pars, non necessarium continget: nõ ab re. Quatenus enim naturalis, & uenas & arterias habet facultatum insitarum, à iecore quidem, & corde fotarum, ac ueluti sustentatarum, sed non minus tamen propriarum sibi, cumq; sanguinea materia, spiritibusq; unà suis, quibus utrisq; insunt, sanguini inquam, & spiritibus, ibidẽ permanentium: ut propterea non affici in actionis suę læsione, quoniam actionis quoq; edendæ causam coniunctam secum perpetuo habet, nõ possit. At quatenus animalis pars, sentiendiq; ac mouẽdi munia obtinens est, non necessum: priuatus enim facultate, quam non manentẽ possidet, sed temporum momentis aliunde suppeditata fruitur, ob hoc unum, ipse nihil intérim aliter affectus, actionis suæ læsionem senserit. Aduertatur autẽ id quoq;: non id uoluisse Galenum, nunquã musculum affici hac in parte ex affectu priore aliquo alterius partis, quũ per consensum afficiatur: afficitur enim uti diximus, sæpe: sed quod nunquam actionibus suis naturalibus lædetur, quin prius morbi aliquid sentiat ipsa, nimirum priusquam actionibus suis lædatur, non autem priusquam pars ulla alia afficiatur, quod ei ut animalis pars est non eueniet: quippe qui actione sua læditur, atque adeo priuetur ex toto quandoq; sentiendi duntaxat, ac mouendi, priusquam morbo corripiatur aliquo similari, aut dissimilari, siue instrumentali.

IN LIB. II. DE LOCIS AFFECTIS.

CAP. I.

Πρόκειται μὲν δὴ ὡς Ἐρασίστρατος ἀεὶ κελεύει. *Propositum quidem est, ut Erasistratus semper iubet.*) Duo inprimis sunt, quæ toto hoc opere inquirũtur: qui loci corporis affecti sint, atq; hi latentiores quidam: tum quis, qualisúe horũ affectus. Quorum utrumq; quum alijs quibusdam uijs inuestigatum quæratur: potissima tamen illa est, & utriq; commuuis, qua tanquã certo quodam ad indaganda hæc: calle procedimus, per symptomatum ac doloris (qui ipse quoq; inter symptomata numeratur) proprietates. Totus itaq; secundus liber rei huic dicatus est, usq; eo ut hoc ueluti tertium caput statuerit Galenus, quo tum loci, tum locorum affectus ipsi perquirantur: conuerso quodam ordine. Prior enim est, quum propositis locis, aut affectibus hæc, illáue symptomata, quibus indicentur, sequi solere dixerimus: alter atq; in idem tamen rediens, licet ex uerso, quum ex huius, illiusúe symptomatis, aut doloris proprietatibus, hunc illumue locum, aut affectum significari posse tradiderimus.

Νάρκη δὲ μετρία ὀδύνης λυτική. *Torpor autẽ modicus dolorẽ soluit.*) Quod ab Hippocrate dicitur sectione Aphorismorũ quinta. Vt esse propterea dolor torpor non possit uerè quum dolorem tollat ipse: dolor enim dolore nõ tollitur primò quidem ac per se, nisi ablatione fortè causæ: ut si dentis dolor, dentis ipsius extra-

extractione, quę cum dolore fit, auferatur. Secundariò, atque ex accidenti: amota nempe simul doloris causa.

Καὶ τοῦτον μόνον ἐκάλουν οἱ παλαιότατοι σφυγμόν. ὕστερον δὲ καὶ πᾶσαν αἰσθητὴν κίνησιν ἀρτηριῶν ὡσαύτως ὠνόμασαν. Atque hunc uocabant solùm uetustissimi pulsum: postea uerò quemcunque etiam sensibilem arteriarum motum eodem nomine appellarunt.) Hîc, antiquissimos medicorum dolorificum in phlegmone laborantibus partibus arteriarum motũ, pulsum tantummodò uocasse scribit. Additur in libello, quòd animi mores temperaturam corporis sequantur, παλαιὸς ueteres scilicet, quos uetustissimis illis, παλαιοτάτοις quos dixit: paulò posteriores accipio, solum arteriarum motum sensibilem homini, omninò uehementem ualdè nominasse pulsum: οὐδέπω δὲ πᾶσαν ἀρτηριῶν κίνησιν ὠνόμαζον σφυγμὸν ἀλλὰ μόνον τὴν αἰσθητὴν αὐτὴν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ· πάντως οὖσαν σφοδράν. Quam planè sententiam utramque coniunctè ab eo in unum adductam, prolatamque fuisse legimus, libro quarto, de differentijs pulsuum, ita scribente: ὡσαύτως δ' ὅταν ἀναγνῶμεν ἔν τινι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν βιβλίῳ σφύζειν τὸ φλεγμαῖνον μόνον μόριον, ἢ τὴν ἐπὶ φλεγμονῇ κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν σφυγμὸν ὀνομάζοντας μόνην, ἐπειδὴ δὲ τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος σώματος οὐδέποτε χρωμένων τῇ προσηγορίᾳ, λογιζόμεθα μὴ πᾶσαν ἀρτηριῶν κίνησιν, ἀλλ' ἤτοι τὴν μεγάλην, καὶ σφοδρὰν ἢ τὴν αἰσθητικὴν αὐτῷ τῷ κάμνοντι προσαγορεύεσθαι σφυγμόν: pariter igitur, quũ in aliquo ueterum medicorũ libro, phlegmone laborãtem particulam solummodò σφύζειν, hoc est pulsare seu salire, legimus, aut solum arteriarum in phlegmone motum pulsum uocantes: in corpore autem secundum naturam se habente, nunquam uoce hac utentes audimus: ratiocinamur, nõ omnem arteriarum motum, sed aut magnũ, uehementemque aut laboranti ipsi sensibilem, pulsum nominari. Cuncta adscripsimus, quod alia Galeni dicta ex his clarescere magis uidentur. Nam & ueterum usum animaduertimus melius uocis, σφύζειν, & σφυγμός, qui (ut hoc quoque libro dicitur) phlegmone tantummodo laborantium partium erat, in quibus arteriæ salientes pulsarẽt: & (quoniam in corporibus naturaliter se habẽtibus, nunquam uoce hac uterentur illi) admonemur qua nobis significatione accipienda sit uox illa, si quando ab illorum tamẽ aliquo, uel ueteres illos insequutis mox alijs, etiam de non phlegmone affectis dicta, aut prolata fuisse inuenietur: nam ea uidelicet, quæ uehementem, ac magnum uel à laborante ipso qui percipiatur, arteriæ motum indicet. Quo nimirum significato dictum aliquando ab Hippocrate fuit in Epidemijs: ὧν ἡ φλὲψ ἡ ἐν ἀγκῶνι σφύζει, μανικοὶ καὶ ὀξύθυμοι. Hæc nanque ita saliens, pulsansque arteria: & sentiri ab ita affecto, & notari ab alio, uiderique non minus potest tanquam uehemẽs. Atque proximus ætate ueteribus illis Hippocrates, magna ex parte usus uocis huius significato, quibus iam diximus modis fuit. Maiores autem suos in hoc aliquatenus sequutus, ad promouenda deinde, ut in multis alijs factum ab eodem uidemus, artis medicæ pomoeria, percipiendumque ex his quoque usum, motus arteriarum quoscunque etiam non magnos, etiam non uehementes, aut laborãti homini sensu perceptibiles, qualiscunque tandem differentia illorum esset, appellasse pulsus uisus est. Sic enim eodem in libello scribitur à Galeno: Ἱπποκράτης δὲ ὡς καὶ πρῶτος ἄρξας τοῦ μετὰ ταῦτα κρατήσαντος ἔθους, εἴρηκέ που σφυγμόν, ἁπασῶν τῶν ἀρτηριῶν τὴν κίνησιν, ὁποία τις ἂν ᾖ: Hippocrates autẽ tanquam qui primus consuetudini, quæ postmodum inualuit, principium dederit, pulsum alicubi arteriarum omnium motum dixit, qualiscunque foret. Sed qui tamen oculorum sensui repræsentaretur non tactui: ut quidem nunc arteriarum pulsum exploramus tangendo quas non uidemus. Nam quòd libro de pulsuum differentijs primo scripserit, Hippocratem non omni arteriarum motui pulsus nomen accommodare: οὐτ' ἐπὶ πάσης ἀρτηριῶν κινήσεως τοὔνομα φέρει: planè uerum est: nempe quum à ueterum consuetudine non discedens, quos ita uoce ea usos sciret, ipse similiter magnum, ac uehementem. Et sensui atque oculis manifestum arteriarum motum, quo furiosi, & iracundi designarentur, pul-

sum appellauit. Imò uerò quū antiquissimos uideret phlegmone solum laborantium partium pulsum dixisse: exemplo ipse eorum uehementer, ac sensibiliter salientem, ut in partibus phlegmone correptis fit, arteriarū pulsum nuncupauit. Paulò tunc quoq; à ueteribus illis desciscens, ac præter differentiā ueterum illam hanc insuper artificio medico addens, donec alias ad hæc diligenter inuestigatas excogitasse potuit, & adiecisse arti partem hanc quoq; quamuis non exactè satis elaboratam, ut Galeno uisum: cui in hoc credendum: ad nos enim non peruenit Hippocratis labor is: sicuti planè ne ad Galenum quidem peruenisse uetustissimorum illorum Hippocrate ipso ætate superiorum libros opinor, in quibus scriptum legeret inflammatarum partium pulsus nomen: sed alicubi in posteriorum, ut hi libris notatum legit fortassè. Non enim libro de pulsuum differentijs primo, paulò ante recitata modò uerba ita scripsisset: πρῶτος μὲν ὧν ἁπάντων, ὧν ἴσμεν, ἱπποκράτης τὸ ὄνομα τοῦ σφυγμοῦ γράφει. Quomodo primus Hippocrates, si antiquissimi illi idem edidere aliquando nomen? sed id, quod dixi, suspicor: & potuit Galenus auditum ab alijs ret[illegible]se hoc nobis, non legisse. Proinde Hippocratem omniū primum, σφυγμὸν, scripsisse dici uerè à Galeno potuerit: eorum quidem quos ipse à se lectos no[illegible]t: ὧν ἴσμεν, inquit, quos nouimus, uel scimus: puto, ex scripto. Quid porrò [illegible] la αἰσθητὸ, id est sensibilis, addita sibi uelit, si quis scire uoluerit, liber est de di[illegible]rentijs pulsuum quartus, in quo explicatū hoc prolixè satis inueniet: nos enim nimio quàm sic quoq; excurrisse hic uidemur.

ἐν φλεγμοναῖς τισι πάθεσι ἀξιολόγοις ἵπτεται, ταῖς μὲν ἀεὶ τῶν ἀρτηριῶν. *In phlegmon[illegible]sis affectibus notatu dignis: in ipsis quidem arterijs semper.*) Si arteriæ corpus ip[illegible] phlegmone fortè affectum laboret, semper cum doloris sensu pulsatilis [illegible] etiam ut nō magna, aut notatu digna phlegmone sit: id enim sibi uul[illegible] aliarum uerò partium phlegmonem, nonnisi magnam, & effatu dignā [illegible]tur doloris huius sensus, idq; si partes sentire aptæ natæ fuerint.

Καὶ διὰ τοῦθ' ἱπποκράτης μὲν πρῶτος ἔγραψεν. *Atq; ob id Hippocrates primus [illegible]* Sectione prima libri Epidemiorum sexti.

Ἑτέροις δ' ὁ κατὰ τὴν τάσιν, οὐκ ἔτ' ἰδίως μόνου τοῦ πάσχοντος, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ διὰ τὰ π[illegible]ζοντα γινόμενος. *Alius autem ob tensionem, non iam affectæ solius partis prop[illegible] interdum ob uicinas quoq; partes fiat.*) Vt si coli intestini tanta aliquādo e[illegible]sio, qua abdominis quoq; musculi dolentes tenderentur: tunc enim uic[illegible] partium tensione ipsi pariter tensi dolerent, nō autem propria illoru[illegible] tensio rectè diceretur. propria esset, si intra musculos accepta foret, in quo[illegible]rum corpore inesset, tensionis causa. Interpres uertit: ut qui uicinas partes [illegible]terdum afficiat: quum contrà de dolore per tensionem agatur, qui prop[illegible]cinas partes fiat, non qui partes ipse uicinas afficiat.

παρὰ τὴν ἀναγκαίαν. *Præter necessariam.*) Quam uidelicet in seipso habet, non ex aliorum occursu acquirit.

Δύο τοὺς τρόπους ὀδύνης. *Duos doloris modos.*) Dictum de doloris generatione alibi fuse, satisq;: & sunt obuij Galeni de hoc loci unicuiq; in quibus duas hasce statuit doloris causas, intemperaturam, & continui solutionem: nec desunt, in quibus unam tantùm agnoscere uideatur, continuitatis solutionem: ut illa intemperaturæ, siue per intemperaturam alteratio, in hanc ipsam continuitatis solutionem redeat. Non enim intemperaturam quamlibet dolorem facere, sed magnam: at magna continuum soluitur. Quam sententiam sequi hac quoq; in parte uidetur. Alij antequam hoc ipsum fiat, ut continuum soluatur, intemperaturam per se dolorem facere posse contendunt: quamuis proximè accedat ad id tunc, ut soluatur continuitas.

Ταῦτ' ἐμοὶ δοκοῦσιν καὶ οἱ ἰατροὶ σχεδὸν ἅπαντες ὀνομάσαι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀλγημάτων κωλικά. *Iccircò uidetur mihi medici penè omnes dolores huiusmodi colicos nominasse.*) Nempe, quòd ex profundo agerentur per crassius quiddam, quàm tenuium intesti-

intestinorum tunica sit. Quo ferè modo, ex sonitu, strepituque spiritus, flatusque diuerso, uel etiam crepitu, tenuium id esse aut crassiorum intestinorum, coniecturis quibusdam colligebamus libro de causis symptomatum tertio.

[illegible] ταῦται; δὲ εἰ μὴ πραΰνοιτε, καὶ τῶν ἀνωδύνων τι καλουμένων φαρμάκων, ὁποῖόν ἐστιν τὸ τοῦ φίλωνος. *Post hac autem, nisi mitigetur, & medicamentorum aliquod quæ anodyna dicuntur, quale est Philonis.*) Non tamen credendum, consuli nobis ab eo, ut id sic statim faciamus: sed ex recto therapeutices methodi præcepto tradito nobis ab eodem, ut ad medicamentorum eorũ usum non accedamus, nisi quũ succumbẽtium iam propter dolorem, uel ex dolore uigilijs nimijs periclitantium uirium timor, nos eò adegerit.

Τὰς μὲν δὴ σφοδροτάτας τῶν τοιούτων ἀλγημάτων εἰκὸς εἶναι κατὰ τὰ παχύτερα τῶν ἐντέρων. *Dolores quidem igitur huiusmodi uehemẽtissimos uerisimile est in crassioribus intestinis esse.*) Vtpote in quibus plus colligi fæculentæ pituitosæque materiæ solitum sit: ex qua cũ plus semper gignitur flatus ad tensionem maiorem faciendam, eoque dolorem simul maiorem: tum ipsa per se pituita frigiditate sua quo maior, eò dolorem quoque maiorem fecerit: tunicarum autem crassities materiam diutius continebit, nec flatus tam citò remiserit: dolorisque ita causæ fuerint, non solum maioris uerumetiam diuturnioris. Ex quo intestina laborare crassiora illa coniectura duci non leui possimus.

[illegible] γλυκύ.) Legendum, ἅλμυρον. mox enim tertio post uersu eadem ferè repetens ait: καὶ δακνῶδες, καὶ ἁλμυρὸν καὶ γλυκύ.

Ἀλλὰ πολὺ πρότερον ἡ πεῖρα. *Verùm multò adhuc prius experientia.*) Quoniam in rebus, quæ dijudicari sensu debeant, priorem omnino locum obtinet experientia.

Ἄνευ μαλακίας. *Absque mollitie.*) Quæ nimis delicatos plerunque cogit magnos, ac uehemẽtes fateri dolores, quos alius mediocres diceret, & experiretur. Medium itaque esse oportet, qui rectum de his iudicium laturus sit, inter extrema omnia: tum neque ex ijs, qui facilè admodũ sentiunt, quos εὐαισθήτους dicunt: neque difficulter, quos [illegible].

CAP. II.

Καὶ ὁ βαρβαρικὸς [illegible]. *Et nodus Barbaricus.*) Ligaturæ, uel uinculi genus aliquod, quo dolores eiusmodi sedarentur: ut nunc quoque in equis non parum sæpe media constricta uasa alligantur in cruribus: allazzare uocant.

[illegible] σφάκελος φωνῆς τὸ σημαινόμενον. *Neque enim uocis σφάκελος in confesso est significatum.*) At in commento aphorismi, ὁκόσοισι σφακελισθῆ ὁ [illegible], qui est quinquagesimus primus sectionis septimæ, Hippocratis authoritate ex libris de fracturis, & articulis desumpta, corruptionem, φθορὰν scilicet, uoce hæc significari scripsit Galenus: hancque propriam maximè uidetur agnoscere uocabuli huius significationem, quũ dicat impropriè & per abusum (καταχρώμενοι enim ait) de his accipi posse, quæ in corruptionis quidem affectum incidere iam incipiant, nondum autem absolutam atque expletam habeant. quo propè significato etiam γαγγραινοῦσθαι dicitur, corruptionis affectus incipiens. Vt γάγγραιναν, & σφάκελον, impropria quadam significatione idem significent: propria autẽ σφάκελος integra, ac perfecta iam corruptio sit, nihil præterea.

[illegible] πρόδηλον, ὅτι φλεγμαίνει σύμπαν, ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ πρώτου παθόντος μορίου. *Manifestum ut sit, quòd phlegmone laborat totum, à parte incipiens primario affectu laborante.*) Venæ uas intelligit, quod ἀγγεῖον dixit: uenam quippe ipsam, quæ ab extremo sæpè aut pede, aut manu, phlegmone laborantibus, ad alas usque & inguina tendens, ibidem & rubens & tensa, & renitens, & humida; & dolens appareret: ut necessariò (certa enim phlegmones indicia habentur hæc) eò quoque in loco, alis quippe & inguine, phlegmone affectam esse credere par sit: ideoque non minus per totum spatium id, quod inter pedem extremum ac manum interiacet,

 teriacet,

proprius ac peculiaris sit: iecoris certè non erit, sed neruosorum potius corporum.

Μηδ' ἱπποκράτες ἀκηκοὼς εἰπόντος. Neq. Hippocratem audiens dicentem) Sexti Epidemiorum libri, sectione prima.

Ἐνταῦθα καὶ γενέσθαι συμβαίνει τὴν ἰδιότητα. Hic fieri etiam contingit proprietatem.) Proprietas dicitur hoc loco qualitatum plurium in unum conuenientia unam rei constituens substantiam, atque essentiam separatam ab alijs ob commixtionem diuersam. Hanc igitur indicibilem, & ineffabilem esse contendebant Archigenis sectatores, solisque his notam, qui sensu eam aliquo comprehensam tenerent: ut plantarum multæ uerbis solummodo explicari satis nequeunt ad cognitionem: uisæ autem cognoscuntur. cognitæque protinus notantur. Sic dolorum proprietates quis nisi expertus, sensuque deprehensas nosse satis queat?

CAP. III.

Ζητῆσαι χρὴ πότερον ἴδια σημεῖα καθ' ἕκαστον τόπον. Quærere opus est, numquid propria secundum locum unumquemque signa.) Perquirendum esse ait, propria ne loci uniuscuiusque haberi signa possint, qualiscunque tandem fuerit loci illius affectus, an potius secundum affectum unumquemque uarient. Cæterùm uerum esse utrunque reperietur. Nam spirãdi (uerbi gratia) difficultas, quæ δύσπνοια est, quocunque tandem modo spiritales partes afficiantur, erit: itaque & peripneumonia & pleuritide correptos difficulter spirare pariter uidemus. At dolor quum utrisque contingat, uarius tamen est: pleuriticorum pungitiuus, peripneumonicorum per profundum magis ad pectus & dorsum extendens se. Rursus quærẽdum esse docet, utrum propria affectus cuiusque signa sint, an quacunque in parte mutentur. Et eadem esse, & mutari inuenientur. sputum utrisque adest, pleuritidi, & peripneumoniæ: at pleuritidis proprium magis paulò biliosius, peripneumoniæ pituitosius. Reciduntque in idem penè omnia, quod superius dicebatur: actionum læsiones loca, læsionum differentias affectus significare.

Μάλιστ' ὀφθαλμοῖς τε, καὶ γλώττῃ. Oculos maximè, & linguam.) Hepaticos conijcimus ex corporis toti[illegible] colore auriginoso, & flauescente: spleneticos ex nigricante ac liuido. Verumque maximè, atque inprimis detegitur in oculis, præsertim icterico in affectu. Lingua porrò quanto humorum multorum, quamque manifesto sæpè indicio sit, tantum non quotidie experimur, & ab Hippocrate docemur, sexto Epidemiorum.

Ἐπὶ τὸν τρόπον τῆς βλάβης ἀφικόμενος, ἐπισκέπτου τίνος ἐστὶ πάθους ἴδιον. Ad læsionis modum perueniens cogita, affectionis cuius sit proprium.) Recurrit tertiò iam propositio eadem obseruanda, iuxta dictum superioris libri illud: αἱ μὲν γὰρ τῶν ἐνεργειῶν βλάβαι, μόνον δηλοῦσι τὸ πεπονθὸς μόριον, καθ' ὃ γίγνονται, διαφοραὶ τὸ πάθος αὐτῶν. Ipsarum autem læsionum differentiæ affectum indicant. Quod ibi διαφορὰς appellauit differentias, hic τρόπον dixit, modum. Qua sæpè significatione modus accipi ab authoribus solet pro differentia: ut quum plures esse rerum modos dicimus.

Κἄπειτα τίνων μὲν ἐξ αὐτοῦ συναπολαύει τὸ πᾶν σῶμα. Tum deinceps de quibus ex eo uniuersum corpus incommodum capiat.) Vt quum in hepaticis & spleneticis nigrescere, aut flauescere corpus totum uisitur, ex iecoris, aut lienis affectu, qui obstructio est meatuum, atræ, uel flauæ bili destinatorum. Ex quibusdam autem peculiariter partes quædam afficiuntur: aliæ actionum læsione, ut ex iecoris phlegmone spiritales partes difficulter spirantes: aliæ colore, ut de lingua dictum in affectu eodem iecoris, uel uentriculi etiam: aliæ figura, ut hypochondrij dextri circumscriptus tumor, in iocineris itidem phlegmone, schirròue. Quæ omnia locorum, affectionumque indicio sint.

Ἀλλάγε σφυγμὸς ἀδύ ὅμοιος ἔχων ἐστὶν ἐπὶ φλεγμοναῖς ἥπατος, καὶ τοῦ τῆς πλευρᾶς

ὑπεζωκότος ὑμένος. *Verùm nihil simile habet pulsus in iecoris phlegmone, & succin-gentis costas membranæ.*) In pleuritide enim pulsus durus inprimis, quòd & affe-ctus phlegmone sit, & affecta pars membrana, duritiæ de suo non parum adij-ciens: & quod serræ præterea idem asperitatem quandam referat, quæ in hepa-tis phlegmone nulla protsus sentitur: estq; multo, quàm in pleuritide durities in pulsu minor: ea nempe tantummodo, quam affectus facit, non quam affe-ctus etiam locus: minus iccirco durus: quanto quidem dura minus est iecoris, quàm costas succingentis membranæ substantia.

οὐ μὴν οὐδὲ τὰ διὰ τῆς γαστρὸς ἐκκρινόμενα παραπλήσια. *Neq; uerò ea, quæ per aluum excernuntur, similia.*) In pleuritide, nisi magna sit phlegmone, alui excrementa non sanè præternaturalia ualdè apparebunt: in iecoris phlegmone, præsertim si simas illius occupet partes, præternaturalis semper aliquid referent. At si cũ iecoris phlegmone unà iecorarius præterea affectus adsit, ex quo hepatici di-cuntur: nuper cæsorum animalium carnis loturæ similia uidebuntur præterea alui excrementa.

βέβαιον δ᾽ ἐστὶ ... *Certum igitur in his ad dignotionem signum est pulsus*) Quòd tanquam pathognomonicum pleuritidis signum habendum sit, serræ asperitatem referens pulsus atq; insigniter durus. Eapropter ..., dixit, τῶν χρόνων τῶν νοσημάτων, quod morbis eiusmodi signa perpetuò omniq; in tempore adesse necessum sit. At in iecoris phlegmone (ut antea quoq; dictum fuit) multò minus durus pulsus reperietur, nihilq; ad hæc ferì au habens.

οὕτως ... τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν ... *Eodem modo ha-bet & in loco qui principem animæ partem in seipso continet.*) Hic uideri possit Ga-lenus, post traditam uniuersalem, locos locorumq; affectus inueniendi metho dum, ac formã particulariter tractatiõem inchoasse, qua per singulas corporis partes exerceremur initio à capite, & cerebro, horũq; ipsorũ affectib. ducto.

ὅπως μὲν βλάπτεται ... *Quomodo quidẽ lædatur, difficile est inuenire.*) Nemo dixerit, Galenum formam esse corporis animam inseparabilem statuis-se ex hoc: qui quidem ambiguus de hoc feratur, nihilq; aliud, quam diuersita-tem opinantium afferat, ac difficultatem solummodò obijciat læsionis modũ reperiendi læso corpore, nisi corporis forma sit. At, ut corporalis forma non sit anima, atq; in corpore, quasi in domicilio tantùm inhabitet, affici ab hoc illam aliquando posse, non inconueniens, neq; absurdum uideri usqueadeò debuit. Tametsi non affici, inficiuc potissimam animæ partem summum quippe illius caput, mentem, dicent Platonicorum philosophorum multi: feriari tantùm, ac quiescere humoribus alienis inuolutam contendent: quibus si euoluatur, substantiæ extemplò restitui suæ totam: ut lutatum aurum non afficitur, neq; inficitur substantia quidem sua parte ex ulla: quippè dempto luto, & ablatis sordibus, purum illico, purumq; exibit, quale prius.

γινομένης δέ τινος ἐν αὐτῷ μονίμου διαθέσεως ἐκ τῆς συμπαθείας. *Facto autem perma-nente affectu aliquo in ipso ex consensu.*) Apparet cuiusmodi permansio sit, quam affectibus Galenus tribuit hoc loco, quum μόνιμον affectum dicit. Ea enim, qua consistere per se is possit non quæ partis alterius alicuius affectum consequa-tur, & discedente discedat eo. Vt, quum alibi quoq; ab eo μόνιμος alicubi affe-ctus dicitur, stabilis utiq; & permanens, non necessaria ex eo affectuum natu-ræ conditio intelligatur: sed interdum pro differentia potius accipiatur subsi-stentium per seipsos affectuum, neq; per consensum factorum: τῷ μονίμῳ γὰρ ... :Permansione enim conijciendus est pro-prius partis affectus: interdũ uerò affectus accipiatur factus iam, quiq; eo per-uenit, ut dici morbus possit non amplius ἐν τῷ γίγνεσθαι, ac μόνιμος, iccirco di-ctus & permanens: naturã nempe suam sortitus exquisitè, etiam si ne tãtillum quidem temporis in eo maneret: ut declaratum alibi fuit à nobis.

Καὶ

Καὶ οἶνα πόσιν ὕδατι μετρίως κραθέντος. *Ac uini potum aqua modicè diluti.*) Vini mixtura tam esse uaria ac diuersa potest, ut ex multo infra mediocritatem facta, maneat quidem adhuc siccandi uis, quamuis retusior præsertim in paulò magis generoso uino, ac resiccet tamen, quod dilutius hoc non faciet. Atque sic attemperari mixtura poterit, ut procedens siccandi, & humefaciendi uirium in medio ponatur. Pauloque ab hoc progressa etiam humectet iam, at calefaciendi tamen uim retineat aliquam: donec in tantum diluatur, ut frigefaciendi quoque simul & humefaciendi uiribus polleat: quo tempore, ut alia qualitatum earundem multa, somnum maximè conciliarit. Tam esse autem tenue, & ὀλιγοφόρον οἶνον, pauciferum nimirum, uinum posit, si nouellum præterea fuerit, ut modica hoc illi mixtura contingat, quæ mediocriter mixti sit, & ut Galenus hic ait, μετρίως κραθέντος, ad faciendum somnum: sicuti econtrario oppositum huic benè calidum natura, ac uctus, meracum si bibatur uigilias fecerit.

Καὶ ὁ Νίκανδρος ἐγγράφει. *Et Nicander scripsit.*) Versus sunt ex theriacis.

IN LIB. III. DE LOCIS AFFECTIS.

CAP. I.

Οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὰ μόρια τοῦ σώματος. *Ita namque corporis partes uocant.*) Valde enim præter usitatam apud receptos authores significationem, τόποι dici uidentur partes corporis: itaque medicorum ferè usus hic tantum: primusque omnium quos nouimus, Hippocrates librum inscripsit, περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον.

CAP. II.

οὕτω γὰρ οἱ πρωτοπαθοῦντες, καὶ ἰδιοπαθοῦντες. *Sic enim & quæ primo, & quæ proprio affectu laborant.*) In pleuritide, exempli causa, si delirium accedat, pectus & primario, & proprio correptum esse affectu dici poterit: caput secundario, & per consensum, si quidem id solùm uigente in pleuritide febris accessione fiat. Quòd si perpetuo id pleuritico alicui, eodemque semper per morbum totum, postquam semel accesserit, delirium contingat modo: iam tum capitis is proprius dici affectus debebit: ut, etiam si pectoris cessaret manere tamen capitis adhuc affectus posit, proprius quidem iam illi factus: ut ἰδιοπάθεια partis eius rectè dicatur ex συμπαθείας: orta: πρωτοπάθεια autem dici non satis rectè queat: quæ pectoris pleuritide affecti futura hoc casu semper sit, uel si nulla iam fuerit pleuritis.

CAP. III.

Χρεία μὲν τίς ἐστιν, ἐνέργεια δ' οὐκ ἔστιν. *Quarum usus quidem aliquis est, actio uerò non est.*) Vt præter crystallinum in oculo humorem, reliquæ oculi partes omnes sunt, usum tantummodo uidendi actioni conferentes suum actione nulla, qualis quidem crystallini humoris est temperamento maximè suo, proprioque operati. Neque hoc dico, non esse partium quoque harum temperamentum proprium cum actione similiter, sed partim etiam communi alijs: cuiusmodi nutriendi est, & quas naturales facultates omnes edunt: sed id constituendis partibus illis factum à natura fuit, non ad uidendi actionem primo, ut crystallini principaliter ad id facti: cuius unius actio ea propria reliquam usus tantum ad id aliquis.

Ἀλλὰ καὶ τὰς προηγουμένας αὐτῶν διαγνώσεις. *Verumetiam præcedentes has dignotiones.*) Cuius inprimis rei docendæ gratia, in hæc de empiricis uerba excurrens diuertit Galenus.

Ἐγὼ μὲν οὖν οὕτως ἰατρεύων ἄχρι γήρως. *Ego igitur quidem hac ratione medicans ad senectam usque.*) Iactantiam hanc esse Galeni quandam interpretetur aliquis, nisi iactantiæ, & popularis auræ contemptorem legeremus alibi, reddita etiam ratione, cur iactandum, & gloriandum non sit, etiam osten-

temperantia reperiri in cerebri quoq; uentriculis poſsit: hic quidem loco illius reponenda, quæ therapeutices ſeptimo, ὑδροπαγοῦς οὐσίας erat: ſubſtantię nempe ex humore concreto. ut quartam hîc quoque faciamus, paulò licet ab illa diuerſam.

CAP. V.

Τάχα δὲ καὶ διαβρεχομένης τῆς ἐκφύσεως ἑκάστου νεύρου. *Fortaſſe uerò etiam madefacto nerui cuiuſq; exortu.*) Non eſt uiſa Galeno prior cauſa ſatis, quæ facultatis expultricis tantummodò eſt, materiam noxiam excutiendo propellentis, ut in rigore fit: ſed aliam præterea addit, quæ morbifica cauſa eſt conuulſionem faciens. In hac enim ſymptoma deprauatus motus eſt: morbus in conformatione, occupata neruorum ſubſtantia à materia obſtructionem faciente: cauſa humor hoc faciens. In epilepſia eadem omnia: præterea illud: expultrix facultas, cuius opera, & actione propulſus de cerebro pellitur noxius in neruorum originem humor. Fitq; in eundem penè modum, quomodo ab affecta parte una aliqua ſæpè decumbit in aliam humor noxius aliquis morbum faciens. Vt hîc quoq; duo ſint affectus, ſicuti in alijs multis: uentriculorum cerebri obſtructio à pituitoſa materia, ſiue etiam melancholica: quæ mox alium obſtructionis affectum facit in neruis.

Ἢ τὴν κατ᾽ αὐτὴν μήνιγγα τὴν λεπτήν. *Vel tenuem illius membranam.*) Vt ſciamus, quum dubitatur, cerebrine, an meningum actiones ſint animales: tenuem meninga in controuerſiam uenire, non craſſam.

Τὴν μὲν ψυχὴν αὐτὴν ἐν τῷ σώματι τοῦ ἐγκεφάλου κατῳκῆσθαι. *Animam quidem ipſam in cerebri corpore habitare*) Ecce tibi rurſus ſedem, & domicilium animæ conſtitutum in cerebri corpore, tanquam ſubſtantiæ incorporeæ, & ſeparabili, quæ ſpiritu utatur pro inſtrumento.

Ὡς μηδὲ πρὸς αἴσθησιν ὁμοιομερὲς εἶναι. *Vt neq; ad ſenſum ſimilaris ſit.*) Propter ſpumeam ſubſtantiam, quam adeſſe illi ſæpè uidemus.

Ἴσως δ᾽ οὐκ ἔστιν. *Fortaſsis autem non eſt.*) Vt cui ipſi quoque ineſſe flatus aliquid poſsit, ſed latentis.

Καὶ γὰρ ἁλυκὸν, καὶ ὀξὺ, καὶ ἁλμυρὸν πολλάκις αἰσθανόμεθα. *Etenim ſalſam, acrem, & ſalſilaginoſam ſentimus ſæpe.*) Interpres ἁλυκὸν, acrem uertit: cuiuſmodi ſapor, in nullo pituitæ genere deprehenditur. Vel igitur alterum redundat, ſi idem omnino ſignificat ἁλυκὸν & ἁλμυρὸν: uel maioris ſolum, ac minoris ratione different ut στρυφνὸν, & αὐστηρόν.

CAP. VI.

Πρὸς ἄλλο τι μεθίσταται πάθος. *In affectum alium quendam tranſit.*) Neruorum nẽpe reſolutionis, ſiue paralyſim.

Ἐπεὶ γὰρ ἤτοι κρᾶσίς ἐστιν ἡ ψυχὴ τῶν δραστικῶν ποιοτήτων, ἢ ὑπὸ τῆς κράσεως αὐτῶν ἀλλοιοῦται. *Quoniam enim uel temperamentum eſt anima effectiuarum qualitatum, uel ab ipſarum temperamento alteratur*) Hoc loco non uni magis parti fauet quàm alteri: at illud tamen colligitur: mutari à temperamento animam poſſe, ita ut temperamentum tamen non ſit ipſa: ideoq; hoc ipſum mirum uideri nõ debere, ſi à corpore, corporeaúe re aliquando patiatur, quum corpus ipſa, corporeaúe res, non ſit tamen: præſertim quum non deſint exempla incorporearum rerum à corporeis patientium, affectarumq;: ut lucis, luminisq;, quæ ambiens aer infuſcet tam crebrò.

Κατ᾽ ἄλλο γάρ τι δυνατὸν δεῖ χρῄζειν αὐτόν. *Secundum enim aliud aliquid fieri poteſt, ut indigeat.*) Si plethora inſuper laboret, timeaturq́ue ne calore nimia exaſſatus ſanguis atrabilarius fiat, quem ſperemus ſecta uena refrigeratum iri: fueritq́ue ad hæc uernum maximè tempus, & conſiſtens ætas: caloris multi ſatis. At uere furores, & atræ biles de Hippocratis ſententia quum facilè contingant, anteuertiſſe uenæ ſectione non quidem fuerit abs re factum,

factum, ne quid tale fiat: quamuis ad curandum tunc non magnopere indigeamus.

Δι᾽ ἅλμης, καὶ ὀξάλμης. *Ex muria, & acida muria.*) Oxalme præter ſalem, acetum quoque habet.

Ἀποθανεῖν δ᾽ ἐπιθυμοῦντες οὐ πάντες. *Mori uerò cupientes non omnes.*) Atqui eodem uerſu μέμφεσθαι τῇ ζωῇ ſcripſit omnes: nempe querulos de uita eſſe, illamque damnare: quod quidem nihil aliud eſſe uideatur, quàm mortem optare. Neque tamen neceſſarium id erit ſemper: multiqúe inueniri poſſunt, qui uitam quidem damnent, non propterea tamen exoptent mortem, uitæ prorſus tædio affecti: ut mortis contemptores multi, qui uenientem non fugiunt, neque accerſunt tamen: in medio poſiti, ut & miſerias uitæ oderint, damnentque, & morti ipſi non occurrant, occurrentem autem ſibi non auerſentur. Tantò magis melancholici diuerſis ac contrariis ſæpè inter ſe imaginationibus acti, ut id quoque, quod mox dicitur.

Ἅμα τε καὶ δεδιέναι τὸν θάνατον, καὶ κακοθανατᾶν. *Simul & mortem metuere, & morti ſe offerre.*) Interpres, κακοθανατᾶν, mortem ſibi conſciſcere uertit. Ego aliud quippiam, atque omnino diuerſum eſſe credo. Nam quum θανατᾶν inter alia, morti ſe præbere ſignificet, quaſique mortis pericula ſubire, atque adire quæcunque: ut qui ſe inconſulto interficiendos, necandosque exhibent aliis, & in medios ſæpe hoſtes irruunt: κακοθανατᾶν nihil erit aliud, quàm miſerè, & afflictim id facere: ſicuti κακοπαθεῖν miſerè & malè pati eſt. Illud enim κακὸν additum ſignificationem auget, non immutat. Malè torqueri aliquem dicimus, qui ualde torquetur. Huiuſmodi itaque melancholici unà & mortem timent, & morti ſe præbent, moriendi pericula adeuntes multa. Verè melancholici: Nam qui, quum mortem metuerent, mortem tamen ſibi conſciuerunt, hi dici melancholici ulterius nequeunt. fuere quidem, amplius non ſunt in eo affectu. At quum dicuntur hi δεδιέναι τὸν θάνατον, & κακοθανατᾶν ſimul: de iis accipi dictum debere uidetur, qui ſæpius hoc facientes repetant. Conſciſcere autem ſibi mortem Græci προέσθαι τὸν βίον melius dicent, quàm κακοθανατᾶν.

CAP. VII.

ὥσπερ ὁ τῶν τριῶν μελαγχολιῶν διορισμός, οὕτως καὶ ὁ τῶν ἐπιληψιῶν τρεῖς ἐχουσῶν διαφοράς. *Sicuti melancholicorum affectuum diſtinctio, ita comitialium differentias habentium tres.*) Melancholiæ in cerebro ortæ, ibique per ſe exiſtenti, comitialis reſpondebit affectus eiuſdem generis. Hypochondriaco itidem melancholico, ex uentriculo ortum ducens comitialis. At melancholico affectui, in quo ſanguis per uenas corporis omnes diffuſus, melãcholicus eſt, comitialis qui à parte corporis quacunque alia initium ſumens, caput in conſenſum trahat. Tres in uniuerſum affectus utriuſque differentiæ.

Ὑπολείπεται δ᾽ ἔτι ζητῆσαι τὴν αἰτίαν τῶν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις συμπαθείαις γιγνομένων ἐπιληπτικῶν σπασμῶν. *Reſtat igitur adhuc cauſam inquirere comitialium cõuulſionum quæ in conſenſibus hiis fiunt.*) Illud quidem ſcitur neceſſariò: uel alterationem eſſe, quæ hoc faciat, per ſe, ſolamque ſine materia, quum per ſucceſſionem partes alteratę immutantur tantummodo alia poſt aliam: uel auram aliquam. At quomodo conuulſiones fiant illę, neſcitur. Scietur autem cum hoc unà id quoque: utra cauſarum duarum illarum credenda magis ſit. Nam quum apparuerit, materiam eſſe omninò quandam oportere, quæ conuulſiones eas temporum momentis illis faciat: ſimul ſcietur, auram eſſe tenuem quandam conuulſionum huiuſmodi cauſam, potius quàm aut craſsiorem materiam, aut alterationem ſolam, quarum neutra tam repentinas, atque improuiſas afferre conuulſiones queat. Tenuior aurula aliqua poſsit: cuius noxam excutere feſtinet expultrix uis quaſſationibus multis, ac concuſsionibus.

CAP. VIII.

Σκοτοῦνται γὰρ ἐπὶ μικραῖς.) Hebetantur, uertit interpres: quum nihil aliud sit σκοτοῦσθαι, quàm quũ oculis tenebræ oboriuntur, quod tenebrescere est, & uertiginosis contingit. quamuis uertiginosi rectius dicentur σκοτοδινιᾶν: simul enim & tenebricosi fiunt, & circumuerti illis cuncta uidentur.

Ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς κεφαλῆς ἐστι πάθος, ἐξ αὐτῆς τῶν ἐσκοτωμένων τῆς αἰσθήσεως δῆλον. *Verùm quod capitis affectus quoq; is sit, ex ipsorum uertiginosorum sensu manifestum.*) Nullus quippe uertigine laborantium inuenietur. qui non capite affectum se esse sentiat ac dicat, quum obuersari sibi ante oculos tenebras uiderit: & non imaginandi facultatem læsam quæ per oculos accipitur, sciat: at in capite oculi habentur.

CAP. IX.

Ἐπιτήδειον δὲ τὴν ὅλην τοῦ σώματος ἕξιν εἰς τὸ πληροῦν αὐτήν. *Idoneam uerò corporis totius habitudinem replendo eo.*) Hi sunt benè calidi, & humidi temperamento quidam, in quibus exhalati mittuntur ad superiora de uniuersi corporis mole, habituq; uapores multi semper. Multus quippe in his sanguis uenis arterijsq; contentus, atq; is calidus: spiritusq; unà multus: caro multa proinde euaporatio quoq; multa. Tum uerò si quibus biliosa excrementa in ore uentriculi colliguntur: ut mox dicetur à Galeno.

CAP. X.

Πάντων μὲν οὖν ἅμα τῶν νεύρων ἀπολεσάντων αἴσθησιν, καὶ κίνησιν ἀποπληξία τὸ πάθος ὀνομάζεται. *Omnibus igitur simul neruis, sentiendi, mouendiq; facultatem amittentibus morbus apoplexia appellatur.*) Cõuenit cum epilepsia apoplexia in eo, quod in utraq; cerebri uentriculi humore occupãtur, impediunturq; crasso ac glutinoso: in utraq; humor is in neruorũ originem missus decumbit. In eo differẽtia est, quòd in apoplexia cerebri magis patitur corpus: in epilepsia uentriculi. et in apoplexia, in ea quidem, in qua propulsus humor mittitur ad neruos liberatis cerebri uentriculis, nec sequitur mors statim, induitur ille in neruos substantiæq; eorum toti madefactæ, uillisq; ac fibris per totum imbutus paralysim facit: quasi expultricis uirtutis facultate cessante tum, atque ad originem neruorum usq; tantum mittente, morboq; ibidem alio facto per μετάστασιν: at in epilepsia permanet etiamnum expultrix facultas ea, ac propellere ulterius tentat, neruosq; etiam liberare ipsos conatur, agitatione ea, & concussione quàm uidemus, per conuulsionem: ut quidem per rigorem in febribus pariter noxius humor depellitur uirtutis eiusdem ope à partibus noxam illam sentientibus. Quod propterea fit nimirum ut in apoplexia sequatur paralysis, non sequatur in epilepsia, quia non in omnibus, eiusdem licet facultatis, uires tamen eædem semper sunt: neq; eadem neruorum substantia, plus, minus alijs compactior, laxior alijs. non humores etiam ijdem, quamuis eiusdem omnes generis: pituitosi puta, aut melancholici, at constitutio diuersa sæpe, ex quibus facilè modò imbui materia in neruorum origine posit, ibiq; manens resolutionis morbum facere: modò de neruis protrusa expelli. Atq; hoc in ea maximè epilepsia contingit, quæ per proprium cerebri affectum, ex humore inibi contento collectoq; fit. Nam in ea, quæ per consensum inuadit, eadem quidem uisuntur quoque minora tamen: utpote causa faciente acri quidem illa, adeoq; uenenata interdum, tenui tamen satis, minorisq; multo copiæ: itaq; & insultus animaduertuntur minores, ac citius finientes. In omnibus tamen expultrix cerebri facultas irritata modò humoris copia sola, ut in proprio capitis affectu, modò malitia & acrimonia ad expellendum insurgit, non ad neruos solùm, sed de neruis quoq; conuulsiuis, & concutientibus motibus. Nam quod dicunt, nõ sola humoris copia fieri epilepsiam posse, quòd in sopore eius copia in cerebro sit, nec conuulsionem tamen faciat: non uidisse homines doctos rerum harum dif

ferentiam tam in aperto positam (ne quid aliud dicam) mirari me dico. Quomodo nanque conuulsionem faceret in sopore humor, si loco suo quem primo soporem faciens occupauit, non mouetur, ut quidem in epilepsia mouetur primo ad cerebri uentriculos, tum & neruorum exortum? Cur autem non succedat epilepsiæ paralysis, ex sola humoris copia factæ, quod illi pro altero argumento afferebant, dicta iam causa fuit.

IN LIB. IIII. DE LOCIS AFFECTIS.

CAP. I.

Παραλύονται τῆς κινήσεως, ἢ αἰσθήσεως ἢ ἀμφοτέρων. *Resoluuntur motu, aut sensu, aut utrisque.*) Sensus accipiendus hoc loco non uidendi, sed tangendi.

Τὸν κυρίως ὀνομαζόμενον ὀφθαλμόν. *Propriè dictum oculum*) Cuius extrema tunicæ adnascens illa est, quæ coniunctiua dicitur, & palpebris continetur, superiore, inferioreque.

Ἐπικτεινομένου μὲν ἠρέμα τοῦ νεύρου τοῦ μαλακοῦ. *Sensim quidem extento neruo molli.*) Nimirum uisorio, qui πόρος quoque, & ὀπτικὸς dicitur, uisiuus nobis. Nam infrà, quo loco de aurium affectibus agitur, mollẽ quoque neruum appellauit, qui ad aurem tendit, ex pare tertio.

Καταληφθείς τις ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐν ῥώμῃ. *Quidam Romæ contentus domi.*) Historia libro quoque de Symptomatum differentijs relata læsæ cogitatiuæ facultatis, & imaginatricis inoffensæ: ubi historiæ alterius meminit de Theophilo medico in imaginandi facultate læso, integra cogitatiua: cuiusmodi affectum sibi quoque contigisse aliquando scribit.

Ἐν ἑνὶ μικρῷ βιβλίῳ γέγραπται. *In libello paruo uno scriptum est.* Circumfertur liber de ægritudinibus oculorum unus, Galeni nomen præferens atque is Latinus tantùm: de quo an Galeni sit, dubitasse uideo nostri temporis uiros doctos, qui inter excussa non semel Galeni opera hunc non reposuerunt.

CAP. II.

ὡς Ἱπποκράτης ἐδήλωσεν. *Vt Hippocrates manifestauit.*) καρώδεες γὰρ οἱ μύες οὗτοι, inquit, in libro de Articulis, quum prius dixisset: καὶ νωθρῆς καρώσιος.

Ἀλλ' ὁ κάρος κεκλεισμένων γίγνεται τῶν βλεφάρων. *Cæterùm canis clausis fit palpebris.*) Rectè, quoniam anteriora cerebri in eo afficiuntur magis: ut communicari affectus magis quoque possit neruis, qui ad faciei partes deferuntur. Hinc clausæ palpebræ resolutis fortè musculorum neruis, qui eas attollunt superiores inquam, nam inferiores immobiles.

Καὶ τὸ σύμπαν φάναι, λογικῶς νῦν εὑρεθήσεται. *Atque, (ut in uniuersum dicam) cum ratione inuenientur.*) λογικῶς: dixit, sicuti libri initio dixerat: ὅσα μὴ φαίνεται τοῖς αἰσθήσεσι, λογικὰς διαγνώσεις εἰπεῖν: quæcunque sensibus non apparent, eorum rationales dignotiones tradere. Quod fit, quoties, quæ sensus nostros effugiunt, rationum uia, modoque quæsita scrutamur.

CAP. V.

Κατὰ πόσον ἔπαθεν σπόνδυλον ὁ νωτιαῖος. *Secundum quam uertebram affecta sit spinalis medulla.*) Sic quidem uertit interpres πόσον σπόνδυλον, quam uertebram: quum πόσον ordinem numeri quendam significet. Itaque quotam dicendum, nõ quam: quia ποῖον non dixit, sed πόσον: quantitatis nempe numeralis, non qualitatis significatione.

Ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας. *Verumetiam ob alias causas.*) Vt ob musculorũ pectus mouentium facultatis imbecillitatem, & spiritalium instrumentorum angustiam sicuti post dicetur.

Διττὰ δὲ τῷ γένει ταῦτα. *Genere autem duplicia sunt hæc.*) In gibbositate, quæ

κυρτω-

κυρτώσεις est, contingere potest, ut ob tuberculum aliquod attrahantur dorsi uertebræ aliquot supra, infraq́;, quod præter naturam erit, eoq́; præter naturam affecta corpora hæc & dorsi partes dicentur: in medio autem una esse, uel plures etiam possint uertebræ sine læsione, ideoq́; secundum naturam suam se habentia corpora dicenda. Qui planè affectus κυρτώσις erit, & gibbositas; alijs præter naturam, secundum naturam alijs se habentibus uertebris: ita enim supra dixerat: τ' ἀν τῶν μεταξὺ τῶν ἐλκομένων εἷς, ἢ καὶ πλείους ἀπαθεῖς διαμένωσι, κυρτοῦσθαι συμβαίνει τούτοις: Quum igitur attractarum uertebrarum in medio, una, uel plures etiam illæsæ permanserint, gibbos fieri contingit.

Ἑτέρων γὰρ ἐνεργειῶν ἀπώλεια γίνεται τῆς γλώττης παθούσης. *Aliarum enim actionum amissio fit, affecta lingua.*) Inprimis quidem, atq; antè omnia uocis dearticulatio læditur: tum & ciborum commansus, qui linguæ conuersionibus quibusdam non sanè minimum iuuatur.

Καὶ ποτὲ, καὶ περιβαλὼν ζώνην, τοῖς καθ' ὑποχόνδρια χωρίοις. *At quandoq; circumdans cingulum hypochondriorum locis.*) Cingulo nanq; aut zona si circumdentur corporis partes aliquæ, iuuari maximè solent, interdum, quod ita illarum uirtus adstrictior, & compreßior. proinde unita quoq; magis fiat. Quin & partium quarundam dolores mitigatos eo pacto uidimus capitis, uentrisq; inferioris: simul enim adstrictione ea repelluntur fluxuri in partes affectas humores non paruo iuuamento.

Ἰχθῦς γοῦν τις ἐν ποταμῷ θηρεύων. *Pisces quidem in fluuio dum piscatur quidam.*) Historiæ quarum utraque eorum, qui actiones habuere læsas duas, uesicæ, & ani musculorum diuersarum partium: sed prioris, eius qui communem habuit affectus utriusq; causam extrinsecam, ex fluuio refrigerationem: proinde remedium fuit calefactio, sed locis diuersis adhibita, uesicæ, & ano, quarum partium affecti musculi essent, excrementa cohibentes: Alterius cui symptomata quidem quoq; contigêre eadem, ut inuoluntariè excernerentur, urina aluiq; fæces, sed læsis sacri oßis neruis, ad utrumq; uesicæ aniq; musculum descendentibus: cui parti applicatis remedijs sanatus fuerit. Vt exempla proferrentur eius, quod dixerat: αἱ δὲ πλείους ἐνέργειαι βλαβεῖεν αἱ μὴ καθ' ἓν χωρίον, ἐγχωρεῖ καὶ τοὺς μυς αὐτοὺς πάντας ἐκ τινὸς αἰτίας βεβλάφθαι κοινῆς. ἐνδέχεται δὲ καὶ κοινόν τι τῶν μυῶν ἐκείνων νεῦρον εἶναι τὸ πεπονθός. Duæ diuersorum locorum utrobiq; læsæ actiones: ibi ex primitiua causa in musculis ipsis affectus inerat, hic in neruo ad musculos tendente.

Ἐφ' ὧν δ' ἡ μὲν αἴσθησις ἀπόλωλεν, ἡ δὲ κίνησις σώζεται. *In quibus uerò sensus quidem perit, motus autem seruatur.*) Id uidelicet interdum fit ob diuersos sentiendi, ac mouendi neruos, diuersamq; adeò illorum originem.

CAP. VI.

Ὁ πνεύμων δ' ἄλλως ἀπίεστος, καὶ χαῦνος. *Pulmo uerò incompressus, & laxus.*) Thoracē musculorum dixerat, & osseum: ediuerso pulmonem incompressum & laxum dicit, nempe substantiæ minimè compactę pressæq́;, ut musculi sunt, sed laxæ, & spongiosæ. Interpres à compresione, & cōtusione tutus, scripsit: secus multo, quàm Galenus ipse rectè existimanti sensisse uideri poßit.

CAP. VIII.

Ἐπὶ τούτοις τῶν τριῶν τούτων ἀναγκαῖον ἕν γέ τι πάντως ὑπάρχειν. *In his trium horum unum aliquod esse necessarium.*) Repetuntur eadem ferè, quæ supra dicta de his fuere. Verùm ibi, quum de dorsi spinalisq; medullæ affectibus ageretur, quos sæpè symptomata huiusmodi consequuntur, factum id fuit: hic quum de thoracis, pectorisq; totius affectibus tractandum foret, eadem symptomata affe-

rentibus, repetere oportebat quod tamen luculentius paulò, & exquisitius, quàm antea, factum fuisse uidemus: ut non tam repetita, quàm dilucidata, dicere nobis liceat.

Τοῖν δὲ δυοῖν, δυσκόλως σωθῆσεται. *Duo autem simul si fuerint, uix euadent.*) Praesertim si duorum alterum debilitas uirium fuerit.

Καὶ πυκνήν τε ἐργάζεται τὴν ἐνέργειαν αὐτῶν, ὥσπερ οὐδ' ἀραιὰν πάνυ. *Et densam non facit actionem ipsorum, sicuti nec raram ualde.*) Suppositum enim fuit, nec multam esse caliditatem, nec meatuum angustiam, quae densam faciunt respirationem. Nec frigiditas rursus magna est, quae raram. Sola autem ponitur hic uirium imbecillitas.

Καὶ ὅτι τοῖς ἐμπυϊκοῖς πᾶσιν ἡ δύναμις ἐξ ἀνάγκης ἀσθενὴς προπέπονθε. *Et quòd necessariò in suppuratis omnibus uires prius laborarunt.*) Suppurati, quos quidem proprie ita nuncupamus, plurimum ex pleuriticis fiunt, idque post quartumdecimum diem: quo tempore, ex magno pleuritidis affectu, uires necessario labefactatae sunt. At si suppuratos accipias eos, quibus nulla praecedente phlegmone, nec abscessu ullo, magna interdum pituitae in pectoris cauitate collecta copia fuerit, ex capite fortè defluens, uel aliqua alia ex parte ingruens: quae deinde assumpta tempore maturitate, & concoctione, puris saepe similitudine excerni per sputum solet, ut suppurationem omninò referat quandam: hos debilibus esse uiribus non est necesse.

Καὶ διὰ τοῦτ' ἀναγκάζεσθαι τοὺς κάμνοντας ταχέως τε, καὶ πυκνῶς ἀναπνεῖν. *Coguntque ob id aegrotum uelociter, & crebrò respirare.*) Nam quum attracti spiritus paucitate refrigerari, quod satis sint, nequeant: respirandi uelocitate id, ac frequentia resarcire conantur.

Χωρὶς δὲ διορισμοῦ, μίαν ἑνὸς διάθεσιν δηλοῖ ἀλλοίων, ἡ μεγάλη διαστολὴ τοῦ θώρακος, ἀραιότητα προσλαβοῦσα. *Citra distinctionem uerò, affectum unum significat magna thoracis dilatatio, assumpta raritate.*) Delirium nimirum, & παραφροσύνην. Caue autem existimes (ait Galenus) respirationem eam, quae operatis musculis omnibus fit, & uirium debilitatē causam habet, magnam esse: magna enim illa potius sit, quae plurimum, multumque semper spiritus attrahitur. id quod fieri aliquando etiam ut musculi omnes non agant, septo solum transuerso, & intercostalibus musculis facientibus, uidemus: quippe ut aeris satis trahatur, quo dici magna respiratio possit. Quamuis nihil impediat quominus dici magna pariter aliqua debeat, in qua praeter intercostales musculos, & septum, qui in scapulis, & ἐπωμίοις sunt, moueantur: ut quum in maxima spiritalium partium caliditate, simul & musculi partium illarum mouentur omnes, & plurimum inspiratur aeris, quod attractionem magnam facit, proinde & respirationem. Atque hoc est μετέωρον Hippocrati aliquando dictum πνεῦμα, sublimem dicere nos spiritū possumus: ubi cum scapularum musculis, etiam ἐπωμίδων illi magis sublimes agitantur. Est enim ἐπωμὶς, uel Aristotele authore, ὀπίσθιον αὐχένος μόριον: posterior colli, siue ceruicis pars: utique scapulis, & humeris altior. Quod quidem respirationis genus, si praeterea frequenter fiat, ut magna dici, & frequens respiratio possit, caliditatis ingētis indicio fuerit. Sin magna quidem sed rara, ea uerò delirium significarit. μέγα inquit Hippocratis, τὸ ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην σημαίνει. Quòd si spiritalium partium musculi mouerint se omnes, etiam ἐπωμίδων illi, & scapularum, nec aer tamen inspiratus multus fuerit, quod in uirium imbecillitate fieri diximus: magna ea non fuerit: & hoc quidem nomine haberi potius pro parua poterit. Cui si raritas insuper addatur, ut parua, & rara sit: preter imbecillitatem etiam frigiditatem indicarit, partium illarum. Quemadmodum parua, & frequens dolorem, quędamque alia: distinctionibus additis necessarijs, de quibus prolixè tractata à Galeno legi possūt multa libris tribus de spirandi difficultate. Nobis hac ueluti παραφράσει, dilucidandus uisus fuit is Galeni locus.

Ἑτέρας

C A P. IX.

ἑτέρας μὲν ἀπὸ τῶν φαινομένων συμπτωμάτων. *Altera quidem ab apparentibus symptomatis.*) Hæc fuit initio operis generatim tradita dignoscendorum locorum affectorum, simul & affectuum, partibus communis omnibus uia. Altera est secundum partes corporis quascunque, locaque, quam nunc insistit de pulmonibus acturus: quum iam in superioribus de capite, oculis, auribus, facie, dorso, gutture, larynge, thorace, pectore particulatim egisset, prope eo modo, quo modo eadem arte, ac uia multa medicamenta scribuntur κατὰ γένη atque alia κατὰ τόπους non pauciora in therapeutica medicinæ parte: sicuti in diagnostica ista, quæ nunc præ manibus habentur.

ἡ μὲν οὖν ἀνώμαλος βῆχα ἐργάζεται. *Inæqualis igitur tussim facit*) Inæqualitate illa molestiam inferente, sensuque eo irritata expultrice ad expellendum, quanquam inani conatu in intemperatura sine materia, cuiusmodi nunc intelligenda est.

μείζονος δὲ γινομένης, ῥευμάτων ἐμπίπλαται τὸ σπλάγχνον. *Maiore autem facta, fluxionibus impletur uiscus.*) Aucta partis uniuscuiusque intemperatura parti imbecillitatem addet, reddetque illam obnoxiam suscipiendis nocumentis undecunque. Præcipuè uero defluentibus à capite fluxionibus pulmones parati erunt intemperatura ea laborantes, nempe frigida: frigidiorque magis ac magis fiet pulmo ex fluxionibus plurimum, magnaque ex parte itidem frigidis ex quo facilè deinde illis repleatur. At calidior intemperatura cum per se, tum uerò excitata quandoque febre, fluxionibus id genus, frigidis aduersabitur, ac decumbentes absumet facilius: ut proinde multò etiam minùs ea humorum repletione infestentur pulmones.

ὅτ᾽ ἂν δυσεπίκτατον τύχῃ διὰ ψύξιν ὑπόγυιον. *Quum nõ facilè extẽdi possit ob proximã refrigerationem.*) Interpres ob frigus inquit, à uicinis partibus contractum. Ego ψύξιν ὑπόγυιον acciperem, quum partes frigescunt non tam ob uicinarum partium frigus, quàm etiam extrinsecus, ut sæpè fit, quoquo modo frigidioris aeris occursu: quod uenarum disruptionis causam dedisse nonnunquam scimus: ut quum media hyeme per niues, aut uehementissima aliàs frigora, plurium fortè dierum, iter alicui suscipitur, non sine hoc discrimine id fiet. Quam ψύξιν ὑπόγυιον, non ineptè (ut opinor) dicemus frigefactionem proximam, nempe proximè ac recens factam: ut ad tempus referatur. Si fortè ex superioris dici frigore nimio ruptura alicui uenæ contigerit: ὑπόγυιος erit ψύξις haud dubiè.

οὕτως καὶ Ἱπποκράτης τὸ ψυχρὸν εἴρηκε φλεβῶν ῥηκτικόν. *Sic Hippocrates quoque, frigidum dixit uenas rumpere.*) Epidemiorum sexto ita scribitur: τὸ ψυχρὸν σφόδρα φλεβῶν ῥηκτικὸν καὶ βηχῶδες, οἷον χιών, κρύσταλλος. Frigidum ualdè uenarum disrumpens est, & tussiculosum, ut nix, glacies. Hæc quippe frigida ualdè esse, nemo negauerit. At interpres aquam nobis frigidam reposuit, loco Hippocratis non lecto uel non in memoriam reuocato.

τῆς ῥήξεως δ᾽ αὐτῆς τὸ αἴτιον, ἥ τε σφοδρὰ κίνησις. *Rupturæ uerò ipsius causa & uehemens motus est.*) Quum paulò uehementius exercemur, tumescunt uenæ, ut exteriores quas uidemus, ita interiores: ac spiritoso magis sanguine, acrioreque distentæ replentur: unde disruptio.

ἣν συστηματικὴν ὀνομάζουσιν. *Quam systematicen uocant.*) Systematice inæqualitas est in pulsationum plurium comparatione: differentia in uno aliquo genere: aut magnitudinis aut motus, aut roboris, reliquorumque pulsuum modorum. σύστημα nanque collectio est multorum, & cumulus.

IN LIB. V. DE LOCIS AFFECTIS.

CAP. I.

Ὄψεται γὰρ δὴ βιαίως τε, καὶ μόγις, ὡς ὑπὸ δεσμοῦ τινος εἰργομένου διαστέλλεσθαι τοῦ θώρακος. *Etenim uidebit agrè, ac uiolenter, tanquam si uinculo quodam dilatari prohiberetur thorax.*) De apoplexijs, & epilepsiis intelligendum: nam in caro & catalepsi, liberam esse respirationem non semel dictum suprà est: nisi si affectus alius aliquis associatus his fuerit, cuius ratione quo scribitur hîc modo respirent: quod euenire in lethargo quoque potest, ob locorum affinitatem, qua fieri alius ex alio, imò alius sæpe alij addi, inque se mutuo transire affectus huiusmodi soliti sint, quos Galenus καρώδεις νόσους appellasse uisus est, sic scribens: τὴν τοίνυν ἀναπνοὴν ὅταν ἱκανῶς ἐμποδιζομένην ἴδῃς, καὶ μόγις γιγνομένην, οὐ μικρὰν τεκμαίρου τὴν νοσώδη διάθεσιν γεγονέναι, κατὰ πάσας τὰς καρώδεις νόσους. Suprà libro tertio soporosos morbos, καρώδεις dicens, & sopitos quosdam.

Ὧι γὰρ λόγῳ κατὰ τοὺς ὕπνους ἀναπνέουσιν οἱ ἄνθρωποι. *Qua nanque ratiōe per somnū respirant homines*) Exemplis multis docemur, motus sæpenumero uoluntarios edi à nobis, proferrique natura, uel quum uoluntatis nihil tū edendis, proferendisque motibus illis applicamus. Idem uidelicet contingere nobis in somno quoque solet: naturæ nostræ sagacitate auxiliatricis semper.

Διὸ χρόνῳ πλείονι διαρκεῖ τὰ ζῶα, κατὰ τὰ τοιαῦτα παθήματα. *Vnde longiore tempore sufficiunt animalia in affectibus his.*) In atrophia sensim, minutatimque destituuntur alimento suo membra: innatus enim horum calor, qui iecoris quoque est, nō paucus ab influente præterea, quem sic uocant adiutus, non statim perit, donec absumpta materia tandem ex qua fouetur, omni marcescat totus. at id fieri nisi temporis mora aliqua, non potest. Cordis uitalis facultas calorque, nisi temporum subinde momentis omnibus uentilatus refocilletur, protinus pereat: quippe uehemētior, quàm iecoris multò maiore quoque indiget refrigeratiōe.

Ἐξ ἀπαιδευσίας. *Ex ignorantia.*) Suprà, libro tertio melancholicos affectus recensens ab exterioribus tenebris adduci in timorem omnes, πλὴν τῶν ἤτοι πάνυ φύσει τολμηρῶν, ἢ πεπαιδευμένων, scripsit: Præter aut natura audaces ualdè, aut doctos, & eruditos. philosophos, opinor, intelligens, qui quæ timenda sint, nouerint, & quæ non: neque ignorent, ratione nos dominium exercere in animi affectus debere. Ita hîc ex ἀπαιδευσίας, id est doctrinę, & eruditionis quæ philosophiæ studijs maximè constant, priuatione fieri dixit, uti animi perturbationes, atque affectus uehementes sentiant, qui ἀπαίδευτοι sunt. ἰσχυρὰ, inquit. πάθη πάσχουσιν ἐξ ἀπαιδευσίας: Vehementibus animi affectibus corripiuntur ex ignoratione. Animamur igitur ad eruditionem.

Ἀνὴρ δ' οὐδεὶς μεγαλόψυχος. *Vir autem nullus magnanimus.*) Dupliciter hoc: uel natura, uel eruditione. Qualis quum fuerit aliquis, reddentur illi animi affectus leuiores multò: uincente quippe animi robore, quo superatæ perturbationes illæ cedant, debiliores alios superaturæ. ὅτι γὰρ τόνος τῆς ψυχῆς αὐτοῖς ἰσχυρός ἐστι, τὰ πάθη μαλλα σμικρὰ, inquit. Ob idipsum, quòd robur animi ualidum ac magnum sit, parui affectus erunt, ac debiles, uincenturque: ijdem inualescentes, imbecilliores se uictos superabunt: atque hos ἥττονας τῶν ἡδονῶν, & τῶν παθημάτων. dicunt sæpe Græci: affectibus minores: utique succumbentes illis: notato certamine ut uictoria penes potentiores sit,

Κατὰ δὲ τὰς ὀργανικὰς ἐξαίφνιδιος. *Secundum instrumentarias autem, repentina.*) Nimirum mors. Intemperaturas uerò instrumentarias dixit: ut si phlegmone, aut erysipelate laborare incipiat cor, caliditate intemperaturæ ea mors improuisa fiet, quod alias in cordis intemperatura calida sine morbo instrumentario

tio non fieret. Est porrò phlegmone instrumentarius morbus maiori ex parte: similaris tamen partim quoque qua calidus. Sed & obstructiones, morbi quippe cordis instrumentales, mortem inferre eiusmodi poterũt, subitariam, absq; intemperatura ulla, impedito uitalis spiritus progressu, quo facto, perit extemplò animal, de repentè concidens.

ὧν ἓν μὲν δὴ καὶ τὸ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον. *Quorum unum est, id quoq; ab Hippocrate dictum.*) Aphorismo quadragesimo primo sectiõis secundæ. Quicunque sæpè & uehementer, absq; manifesta causa resoluuntur, hi de improuiso moriuntur. Horum enim esse insignem uitalis facultatis debilitatem oportet, ab insigni pariter intemperatura factam: quæ si instrumentarium cordis morbum aliquem sequetur, maius quoq; semper periculũ afferet, duplicata causa. Atq; his alterum quoq; interdũ signum accedit, palpitationis, ex obstructione magna aliqua, instrumentario utiq; morbo: quod alterum erat futuræ citæ improuisæq; mortis indicium, ab animi defectu, siue resolutione, aliud: nam & animo defici multi sine cordis palpitatione, & palpitatione corripi, sine animi defectu, possunt.

φλεγμονῆς δηλονότι λόγῳ τοῦ θανάτου γινομένου. *Phlegmones duntaxat ratione sequuta morte.*) Ob caliditatis intemperaturam phlegmonosam: hoc est, ut paulo antè à Galeno dicebatur, instrumentariam, & tumorem præternaturalem: quorum utrumq; phlegmone est: calor quippe & tumor, præternaturalis uterq; quorum ratione internitio fiat.

ἄνευ φανεροῦ συμπτώματος ἑτέρου. *Absq; manifesto symptomate alio.*) Vtiq; nec prægresso, nec subsequuto: taliter enim affectos referre possemus nõ paucos, stantes, gradientesq; ac minimè clinicos, alios autem, qui decumbere propterea cogerentur. Manifestò autem dixit, quoniam intus esse multa possunt, quæ nos lateant, mala, affecto corde.

ἐπὶ τῇ φλεβοτομίᾳ λεπτυνούσῃ διαίτῃ μετὰ φαρμάκων ὁμοίως θεραπευθέντες. *Post uena sectionem, attenuante uictus ratione, cum medicamentis similibus sanati.*) Ostenderit hoc certissimè, obstructiones multas affectus huiusmodi in caussa esse, uitalis spiritus uias occupantes cordis, uel cordi certè proximas quasq;. δηλοῖ δ' ὃ εἶπεν, ait Hippocrates, ut si de obstruentibus sanatio fit, obstruentia quæque affectum hunc facere certo certius nobis esse debeat. Quam quidẽ noxam persentiscens expultrix cordis facultas, concussione ea expulsionem molitur, palpitationi simillimè, longè magis, quàm aut saltui, ut quibusdam nominasse libuit, aut tremori. Vt enim quæ palpitant partes modò attolluntur, subsidunt modo, idq; inæqualiter semper, magnaq; sanè ex parte inordinatè: ita in cordis commotione ea fit: nisi quòd palpitatio à morbosa tantummodò materia prouenit in partibus corporis alijs: cordis uerò motus is ex hac facultateq; simul expultrice compositus esse uidetur. quod ut tremori quoq; insit, at motus longè diuersus, sicut & saltui, adest: nec musculos cor obtinet uolũtarij motus authores, quod in tremore necessarium est.

CAP. II.

ὀδυνῶνται δὲ τῶν ἐντὸς πλευρῶν μᾶλλον. *Dolent autem ijs, qui in superficie sunt, magis.*) Quoniam intercostalium musculorũ dolor in angusto magis est, proinde extensio compresior, magisq; ob id dolorifica quæcunq; illam causa fecerit, fiet: tum uerò crebrius mouentur hi, quàm exteriores: primi enim auxilio semper ueniunt septo transuerso quũ opus est: nã exteriores in maiore solum necessitate sese commouent ad respirandum. scimus autem, partes omnes dolore aliquo occupatas, minus dolitare quiescentes, quàm si paulo commotiores fiant.

τὰ δ' ἀφρώδεα, καὶ λευκανθίζοντα. *Spumosa uerò & candicãtia sputa.*) λευκανθίζοντα dixit, quasi ex albo florescentia intelligenda nobis sint tenuitate humoris indicata ex hoc penetrabilis, quiq; induere se in succingentẽ costas membranam

branam posſit. Non enim quæuis pituita pleuritidē fecerit, iuxta Hippocratis illud, Aphoriſmorum ſexti. Qui acidum eructant, non admodū pleuritici fiūt.

Ἴσως δὲ καὶ προσποιησάμενοι, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι δοκεῖν ἀπορεῖσθαι. *Fortaſſe autem ſimulantes quoq; propterea quòd uideri nollent, dubij eſſe.*) Quum facti reddere cauſam neſcirent, negarunt factum non ob aliud, quàm ne incerti de re quapiam uideri poſſent. Itaq; fieri id poſſe diſsimulabant, quod fieri tamen uidebant, ne quam ignorabant, cauſam neſcire uiderentur.

Ἡ δ' αἰτία τούτου παρὰ τὴν φύσιν τῶν ἀγγείων γίγνεται. *Huius porrò cauſa, præter uaſorum naturam fit.*) Quum collectū in thoracis capacitate pus, inq; uenas, quas ipſe ſibi Eraſiſtratus ex parte quadā comminiſcitur, tranſumptum inferius deſcendere deberet, atq; ad exitum peruenire, quòd uaſorum ita natura ferat, ut progrediatur, quod ingreſſum eſt, facere autē hoc nequeat: per ſuperiora cogitur aſcenſum accipere, præter uaſorum rerumq;, ut diximus, naturam ipſam ut quidem ipſe Eraſiſtratus uoluiſſe uidetur. Interpres aliter uiſus eſt accepiſſe. Cauſa, inquit, uenarū natura eſt illud παρὰ pro apud ſumens: quod ego pro præter, & contra fuiſſe poſitum credo: quippe accuſatiuo hîc additum caſui, non datiuo.

Ὁ μὲν οὐ μεθίησιν, ὁ δ' οὐ μεταλαμβάνει. *Hæc quidem non tranſmittit, illa uerò non ſuſcipit.*) Hæc nempe ſuccingens coſtas membrana: illa pulmonem quippe ueſtiens altera.

Ὡς ἂν προκεκμηκυίας τῆς δυνάμεως. *Delaſſatis antea uiribus.*) Hoc idē dictum prius ſuperiore libro, redditaq; dicti ratio.

Ἤτοι διὰ ταχέων ἀναιροῦσας ἢ χρόνῳ πλείονι λυομένας. *Aut citò necantes, aut temporis ſpatio longiore ſoluendas.*) Celeriter necant, ueluti ſuffocante ac comprimēte calorem naturalem materiæ copia, utpote cuius nulla ſit per ſputum euacuatio. Quod diſcrimen ſi effugerint ægroti, tum demum materiæ cruditas & copia, temporis egebunt longiores: altera ut concoquatur, ut uacuetur altera.

CAP. III.

Ἀπὸ πλάτωνος ἤρξατο καλεῖσθαι διάφραγμα. *A Platone diaphragma uocari cœpit.*) Nimirum ab uſu, quem Plato illi tribuit. ἀπὸ πλάτωνος autem ſi quis poſt Platonem etiam intelligat, Platoniſúe tempora, non peſsimè intellecturum credere poſſum: quando inſequuta Platonem ætas nomen hoc uſurpauerit: uſum Plato ſolum quendam oſtenderit, quum prius φρένες diceretur. Sic enim ſcribit in Timæo: τὰς φρένας διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες: phrenas ſeptū, ſiue diſſeptionem in medio eorum ponentes. Phrenas inquit, quæ pro ſepto quodam eſſent, ſepimētoúe intermedio: oppoſitiuum enim eſt ad φρένας, illud διάφραγμα. Vt non benè uertiſſe uideri poſsit Marſilius Ficinus, qui ita uerterit: Cartilaginem enim quandam nomine diaphragma, quod etiam phrenas uocant, inter hæc mediam interiecerunt. De ſuo illa, nomine, & uocant, & Cartilaginem addens. Atqui muſculus ſeptum tranſuerſum eſt, non cartilago: membranæq; ſimilius multò quàm cartilagini, ſed neutrum tamē: muſculusq; omninò membranoſus quidam. Et mox: μεταξὺ τῶν φρενῶν τε, καὶ αὐχένος. Intet phrenas, & collum, ait Plato: noluit uſurpare uocem diaphragma: phrenas dixit uſitatum alijs nomen uſurpandum alijs relinquens diaphragma, qui uellent. Hic rurſus Ficinus non minus malè intet diaphragma, ceruicemq; mediam uertens dixit: quū tamen φρενῶν ſcriptum inueniſſet: manifeſta pręuaricatione, contraq; interpretis boni officium. Poſt Platonem autē, ſed accepta à Platone uoce, διάφραγμα dici cœptum: quod quidem inſequuti Etymum Latini ſeptum dixere, tametſi aliter uocet Ariſtoteles, ut in ex patebit: neq; diuerſa tamen ſignificatione.

Ἀριστοτέλης δ' ὠνόμαζεν ὑπόζωμα τὸ μόριον τοῦτο. *Ariſtoteles autem nominauit Hypozoma partem hanc.*) Libro de partibus animalium tertio ita ſcribitur: καλεῖται δὲ

τοῦτο

τοῦτο τὸ διάζωμα, ὃ ἐν τοῖς ἐναίμοις, ὥσπερ εἴρηται φρένες : uocatur cingulum hoc in sanguine præditis animalibus, phrenes. Neq; hîc tantùm uerùm & in libris de historia animalium, διάζωμα lego apud Aristotelem. Interdum ὑπόζωμα, eodem in libro, sed paulò tamen pòst: ὑπὸ δὲ τὸ ὑπόζωμα κεῖται ἡ κοιλία τοῖς ζῴοις.

C A P. IIII.

Αὐτὸς ὁ ἄριστοτέλης ἀεὶ τῷ παλαιῷ καλοῦντι ὀνόματι τὸ μόριον τοῦτο τοῦ ζώου. *Aristotele ipso ueteri semper nomine appellāte partem animalis hāc.*) Animaduersum est, plu-ries ferè usum stomachi nomine quàm œsophagi Aristotelē, significandæ gu-læ: secus quàm opinatus fuerit Galenus: iccircò eruditi addendam esse nega-tionem existimauerunt, ut non semper appellatam ab Aristotele ueteri nomi-ne partem hanc scripsisse Galenum facerent, ostenderentq; nobis nō oblitum locorum in quibus toties pro gula stomachum usurpat Aristoteles. Fieri hoc quoq; posse non nego: ut quidem occurrere multa sæpè nobis: in authoribus solent, quæ aliter legimus, ac scripta ab illis fuere: & ἐναντίως fuisse χάρτην potuit. Quid tum? socios habebit Galenus eiusdem culpæ, non postremæ no-tæ authores alios Illud tamē, ante multos annos libros de historia animalium legens, aduerti: in primo operis eius libro Aristotelem corporis partes prius oculis extrinsecus expositas, uocabulis suis insigniuisse quasq;, atq; inter alias colli partem fecisse stomachum his uerbis: αὐχὴν δὲ τὸ μεταξὺ προσώπου καὶ θώρακος. καὶ τούτου τὸ μὲν πρόσθιον μέρος λάρυγξ, τὸ δὲ ὀπίσθιον στόμαχος. τούτου δὲ τὸ μὲν χονδρῶδες, καὶ πρόσθιον, δι' οὗ καὶ ἡ φωνὴ, καὶ ἡ ἀναπνοὴ ἀρτηρία, τὸ δὲ σαρκῶδες στόμαχος ἐντὸς πρὸ τῆς ῥάχεως. τὸ δ' ὀπίσθιον αὐχένος μόριον ἐπωμίς. Collum autem id quod inter fa-ciem & thoracem est. atque huius pars quidem anterior larynx posterior sto-machus dicitur. huius uerò cartilaginosam, & anterius, per quod uox, & respi-ratio exit, arteria est: carnosum autem stomachus intus ante spinam. posterior uerò colli particula ceruix. Colli partes, larynga uidemus esse, & arteriā prio-rem posituram occupantes, quas uidemus: posteriorem ceruicem, itidem ui-sui manifestam: quas inter statuitur stomachus, quæ quoque pars, sicuti dictæ iam duæ, oculis manifesta fit. Quamuis propriè magis canalis spinę præiacens interius per quem cibus in uentriculum descendit hoc nomine appelletur: sic tamen, ut peculiari magis appellatione, partes quoq; circumiectæ omnes ad cutim usque ipsam cutimq; ita nominentur quod dici de œsophago non potest: cuius significationem non nisi gulæ propriè ita dictæ accommo-dare liceat. non enim partes colli inter arteriam, & ceruicem medias, œso-phagi nomine rectè opinor significarimus: at stomachi uocabulo rectè Ari-stotelica loci huius authoritate confisi, ubi allarum primum stomachi uoca-bulum legimus uerbis his, quæ adscripsimus: tum deinde non ita multos post uersus, hæc quoque addita: τὰ μὲν οὖν μόρια τὰ πρὸς τὴν ἔξω ἐπιφάνειαν, τοῦτον τέτακται τὸν τρόπον, καὶ καθάπερ ἐλέχθη ὀνομάζεται μάλιστα: partes itaque ad ultimam usque superficiem pertingentes, hoc ordinatæ sunt modo, & sicuti dictum, deno-minatæ fuere. Vt sciremus cum aliis, stomachi quoque nomine non solum in-terius collocatam cibi, potusq; uiam significari, sed etiam circumpositas par-tes ad cutim usq;, cutimq; adeo ipsam quę has tegat, omnem. At οἰσοφάγος pro-prium nomen est propriè dictæ gulæ, interioris nimirum illius: exteriores has, circumiectasq; alias non significarit, mox enim ita scribitur: ἐντὸς δὲ τοῦ αὐχένος ὁ οἰσοφάγος. καλούμενος δὲ οὕτω, ἔχων τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τοῦ μήκους καὶ τῆς στενότητος. Intra collum autē œsophagus uocatus à longitudine, & angustia nomē habēs. Cur nō stomachus dixit? dicturus profectò author præsertim nō sanè magnus uo-cabulorū nouator, uariatorûe, si eiusdē significationis rem nominandam sum-psisset,

pſiſſet, cuius ſtomachus: quo uocabulo nõ tam gula interior, quàm uicinæ circum partes multæ indicentur. At οἰσοφάγος interioris tantùm latentisq́ propria peculiarisq́ uox nulli alij communis. Quæ ſi ita ſe habent, ut habere mihi quidem uidẽtur: inueniri poſsit Ariſtoteles ſæpius quid Galenus nos monuit, uſus œſophagi uocabulo ad propriè quidem ſignificandam gulam, quàm ſtomachi: qua ille uoce partes, à propriè dicta gula alias ſignificare ſolitus ſit, ut oſtendimus. Nec ſanè magnopere repugnant authoris huius loca, ut nõ & στόμαχος poſterior ferè intelligatur colli pars, quam diximus, & οἰσοφάγος gula propriè quæ dicitur, ſic quidem ſcribente illo, libro tertio de par. anim. cap. 3. ὁ δὲ οἰσοφάγος ἐστι δι' οὗ ἡ τροφὴ πορεύεται εἰς τὴν κοιλίαν. Et mox: ἐστὶ δ' ὁ μὲν οἰσοφάγος σαρκώδης. Et de hiſto. anim. pri. cap. 16. ἐντὸς δὲ τοῦ αὐχένος ὅ τε οἰσοφάγος καλούμενος ἐστι, licet eodem capite, ὁ δὲ στόμαχος ἤρτηται μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ στόματος, ſcripſerit: totum pro parte accipiens, & quarti de hiſto. anim. cap. pri. μετὰ δὲ τὸ στόμα ἔχουσιν οἰσοφάγον μακρὸν καὶ στενόν. Quod non niſi de gula accipi poteſt propriè dicta. Et cap. 2. ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος ἔχει οἰσοφάγον βραχύν. Et 4. de par. anim. cap 11. καὶ σχεδὸν τὸ πλεῖστον ὄψιον, τῶν ἰδίως ἐν τῇ καταπόσει τῇ τάσει τοῦ οἰσοφάγου γίνεται ἡ χάρις. Neq́ ignoro tamen non pauciora eſſe loca, quæ στόμαχον habeant: ſed in quibus præcipuè notari οἰσοφάγε, ſignificatio quæ gulæ propriè ita dictæ quidẽ hæc ferè ſunt. Et differentiam duarum harum uocum στόμαχος, & οἰσοφάγος, notaſſe ex Ariſtotele ipſo libuit, non antea ſatis ab omnibus animaduerſam. Porrò autem (ut hoc obiter hic quoque dicatur) quomodo nobis uox hæc longitudinem, & anguſtiam repræſentet, quod tanquam manifeſtò propoſitum reliquit Ariſtoteles, id uerò mihi quidem manifeſtum, aut in aperto poſitum uſq́ adeo non eſt: φάρυγξ guttur eſſe ſcimus, & φάραγξ uallem, ſiue conuallem. Si οἰσοφάραγξ, uel ſaltem οἰσοφάρος eſſet, uallis, uel conuallis eſſe poſſet, in quam congeruntur cibi, longa, & anguſta, conuallium multarũ, ſi parua licet componere magnis, more modoq́. Nunc φάγος pro φάραγξ poſitum, difficile etymum facit. Et eſt tamen φάγος edacis nomen, quod loco huic non incõuenit: ut locus ſit, in quem edacitas ſua confert, ſit enim illud οἴσω, pro εἴσω, planè non magna differentia, uocaliſq́ tantum unius mutatione: qua lõgè maiores, longeq́ magis in diuerſa abeuntes inuenias, excutiendis etymologijs, uel in Platonis Cratylo, ſi quæras. Homeri autem illud, ἔφ' ἀναχαζόμενον, κατὰ στομάχοιο θέμεθλα νύξ', &, ἀντικρὺ δ' ἁπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή, cui dubium de communi magis ſtomachi ſignificatione accipienda eſſe? etenim feriri partes corporis ſub oculos poſitas dicimus uſitatius, ut hîc quoq́ pars colli intelligatur extima, quam ſtomachi nomine ſignificari diximus, ſed per quã ad propriè quoq́ ita dictã perueniatur.

Καὶ θερμασίας πολλῆς αἴσθησει, μετὰ πυρετῶν οὐ πάνυ τι θερμῶν, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς δίψης. *Ac caliditatis multa ſenſu, cum febribus non ſanè ualdè calentibus, neq́ ſecundum ſitus proportionem.*) Gulæ phlegmone, quamuis in eadẽ, qua angina, à corde diſtantia interdum ſit, non tam ardentes tamẽ febres quàm illa afferet: quia gulæ meatus, ac uia, non rectà in cor, ut tracheæ arteriȩ, tendit. Eadem ratione, quia uidelicet rectà in uentriculũ ubi ſitis princeps cauſa, gula meat phlegmone laborans plus afferet ſitis, quàm caloris febrilis: ſic, ut febris tũc ſiti proportione minimè reſpondeat, minorq́ ea ſit.

Καὶ πυρετῶν ἐφημέρων συμπιπτόντων, καὶ φρίκος. *Ephemeriſq́ febribus contingentibus, & horrore.*) Accenſis ſpiritibus ephemerȩ contingent febres: qua facilè fiet ab humoribus, licet non ualdè calidis, facta obſtructione tamen partium illarũ aliqua. Horror autẽ ab inæquali proueniet intemperatura locorum eorundẽ.

CAP. V.

ὅπερ ὡς οἱ παλαιοὶ ἅπαντες ὠνόμαζον καρδίαν, οὕτως οἱ νῦν ὀνομάζουσι στόμαχον. *Quod quemadmodum ueteres omnes cor uocabãt, ita noſtri temporis homines ſtomachum appellant.*) Stomachi nomine, quũ poſt Ariſtotelem (uti dictũ ſuprà) gula ſignificaretur, quȩ ante Ariſtotelis tẽpora οἰσοφάγος erat, Galeni tẽpeſtate uẽtriculi os

nun-

nuncupari eodem nomine cœptum: superioris uerò ætatis medicorum multorum in libris, totus etiam uentriculus eodem accipi nomine solet, à Latinis nostris. Monuimus porrò Aristotelem stomachi nomine quandoque usum non pro gula, quæ cibi potusque uia sit, intusque latet, sed pro colli parte uidenda tractandaque.

ἰδιότητες γάρ τινες προσέρχονται τοῖς ῥητοῖς συμπτώμασιν. Proprietates enim quædam indicibiles accedunt ad dicta symptomata.) Soli scripturæ non oportet nos fidere nec lectione authorum, quamuis hac niti, tanquam cognitionis huius fundamento, debemus. Cæterùm per nos debemus ipsi de nostro aliquid addere ad summam, quod doceri scripto non possumus, inque eo exercendi sumus, ut distinguere sciamus: innotescent enim hoc pacto omnia, *τοῖς δ' εἰς τετριμμένα*, inquit, *περὶ τὰς διαγνώσεις.*

Νεανίσκος τις ἡλίσκετο τῷ τῆς ἐπιληψίας πάθει γραμματικός. Iuuenis quidã affectu comitiali corripiebatur Grammaticus.) Historiam eandẽ hanc legimus libro aduersus Erasistratios Romę agentes: additurque Grammatici nomen ibi, Diodorus.

οὐ μὴν ὥστε προσδοκῆσαι, δι' αὐτῶν εἰς τοσοῦτον συμπαθείας ἀφικέσθαι τὴν ἀρχὴν, ὡς σπασμὸν ἐπιφέρειν. At non sic, ut propter illos expectandum sit, ne ad tantum consensus deueniat principium, ut conuulsionem inferat.) Neruos ait, multos habet uentriculi os à cerebro descendentes: at non tot, tantosque tamen ut trahere in consensum, neruorum principium posse uideantur, ad conuulsionem accersendam: quod tamen faciunt. Neque enim non fieri hoc dixit, quod interpres existimasse uisus est, cumque interprete glossemata quædam: sed quum fiat, mirum uideri posse, quum causæ ad faciendum non satis subsit. Vt illud probaret, quod uersu superiore dixerat: *τούτων δ' οὐδὲν ἤλπισεν ἄν τις ἐπὶ στόματι κοιλίας γενέσθαι*: horum nihil sperasset aliquis ex uentriculi ore fieri.

Η διάγνωσις δ' ἐναργεστέρα. Dignotio autem manifestior.) Propterea quòd sensu præditus maiore locus is sit, tum uerò maior trahatur ibi eorum, quæ ingeruntur mora non in transitu fit, ut per gulam: iccirco euidentius quoque detegitur noxa.

CAP. VI.

Απάντων δὲ δυσκολωτάτην οἱ ἐγκάρσιοι. Omniumque difficillimam transuersi.) Nimirum quia omnibus alijs subiecti hi, ut tactu ideo dignosci non tam facilè queant illorum affectus.

Τριῶν ἐν ἐπιβεβλημένων αὐτῷ μυῶν. Tribus igitur superimpositis illi musculis.) Longo nempe obliquo descendente, & transuerso: dextri lateris omnibus.

CAP. VII.

Ωσπερ ἄλλα τινὰ τῶν ἀποσκημμάτων. Quemadmodum alia quædam abscessuum.) *Αποσκήμματα* sunt, quæ *ἀποστάσεις* quoque dicuntur sæpè: quum in partem corporis aliquam ex alijs decumbit humor, uel quum extra corpus etiam alicunde erumpit.

Στεσιανὸν γοῦν ὁπότ' ἐπὶ τῶν διαγνώσεων ἦν. Stesianum igitur, quum in dignotionibus esset.) Opinor quum morbum suum dignoscendum medicis commisisset, ferendumque de eo iudicium. Vt sciamus morem hunc fuisse ueteribus medicis auersendi ad se alios. In consultationibus est, qui alios ad consilium adhibet: in dignotionibus pariter esse dicetur, qui ad dignoscendum uocat alios.

Μηδὲν ἐν τῷ σπλάγχνῳ σοι κακὸν εἶναι. Nihil tibi in uiscere mali esse.) Nẽpe iecinore: quoniam si esset, aliter coloratus uisus Galeno fuisset. Deprehẽdit igitur ex colore non esse, qui fortè, non qualis esse hepaticorum solet, erat.

Καί τι τῶν ἡπατικῶν ἠκολούθει διαχωρημάτων. Et aliquid sequebatur excretionum iecorariarum.) Quum recens mactatarum carnium loturis similia egeruntur, & quum sanguinis fæculenti similitudinem quandam referentia. Quorum primum sanguificantis facultatis imbecillioris argumẽtum: exassati calore nimio sanguinis alterum.

Ὅπως ἀλόντες τά τ' ἴδια πάθους ἑκάστου συμπτώματα, καὶ τὰ κοινά. *Vt scientes propria affectus cuiusq; symptomata, & communia.*) Quemadmodum hîc proprium esse dicentur affecti iecoris signum loturæ carnis similes egestiones: quo Galenus animaduerso signo, certam statim tenuit coniecturam hepaticæ affectionis, necdum tamen suspicari de pleuritide potuit quicquam ex hoc. Sed quum iniectum melicrato hyssopum uidisset, sciretq; in iecoris phlegmone, quam iam ex pulsu deprehēderat, communia interdū pleuritidi quoq; sequi symptomata solere, tussim, laterisq; eiusdem dolorem ad iugulum usque tendentem: de ægroti suspicione pronunciare ausus fuit, euentu prædictionis bono, & ἀγαθῇ τύχῃ, sed quam certa prius rerum quarundam cognitio præcessisset.

Ἀκριβῶς μὲν πεπεμμένην. *Exquisitè quidem concoctam.*) Nisi uerò uentriculus quoq; ipse affectus unà fuerit.

Ὅσα γὰρ ὑπό τινων ὡς αἰτίων γίγνεται, ταῦτ' ἐστὶν αὐτῶν σημεῖα. *Quæcunque enim ab aliquibus fiunt, tanquam à causis, hæc illorum signa sunt.*) Demonstrandi modus à posteriori, & ab effectu quia demonstrationem uulgo dialecticorum dicimus, quæ quia factum indicans notat, signi quoq; est & dicitur.

Αἱ γάρ τοι κατὰ τὸ μεσεντέριον φλέβες οἷόνπερ χεῖρες εἰσὶ τῷ ἥπατι. *Mesaraicæ enim uenæ, iecori uelutimanus sunt.*) Vt, si manus in syncope correptis nihil passæ uideri debeant, etiam mesenterij uenæ non debeant in iecoris affectibus, quæ illi manuum loco sunt. eo tamen discrimine quòd in manibus motricis insitum nihil penitus quicquam facultatis sit, uniuersaq; à cerebro defluens expectanda ueniat: in mesaraicis uerò & trahendi ad se chyli facultas innata inest, & sanguificandi ex eodem, quamuis ruditer, alia. In eo uerò spectanda similitudo: quòd sicuti corporis functiones multæ trahēdi, prehendendiq; manibus obeuntur: ita mesaraicis obitur iecoris attractio, chyliq; sanguificādi prehensio. Vt enim manibus cibus infertur ori, ita mesaraicis de uentriculo in iecur chylus, siue alimentum, mox in sanguinem uertendum. τὴν ἐκ τῆς κοιλίας τροφὴν, inquit, ἀναφέρουσαι πρὸς αὐτό. transmittendo quippe afferunt bona ex parte, dum trahi à iecore permittunt.

Καὶ τις ὅτος ἕτερος τρόπος ἰκτέρου γενέσεως, ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἔμπροσθεν ὑπάρχει τρισί. *Atq; alius is fuerit regij morbi generationis modus præter dictos iam tres.*) Primus affecto iecore, substantia nēpe, illius: alter diffusa per corpus uniuersum, in morbi alicuius indicatione, bile pallescenteq; inde cute: tertius absq; morbi indicatione ulla, conuerso in bilem sanguine propter corruptionem aliquam: cuiusmodi corruptio ijs quoq; contingere solet, qui ex uenenatorum animalium morsu taliter afficiuntur. Quibus omnibus alij adduntur à Galeno regij morbi mox describendi, modi.

Τῶν ἰκτεριώντων ... ἐνίοις ἱκανῶς κεχρωσμένα τῇ ξανθῇ χολῇ τὰ διαχωρήματα. καθάπερ ἐνίοις τὰ οὖρα. *Ictericorum quibusdam inueni alui excrementa bile flaua abundè colorata, quemadmodum quibusdam urinas.*) Frequēs morbo regio affectorum modus ille est, quo propter obstructiones aliquas non perueniente flaua bile ad intestina, decolora, atq; albicantia alui excrementa uisuntur: impuratus autem sanguis totus, bileq; eadem infectus, & ab emulgentibus uenis attractus, urinas inficiet. Idem spectabitur, si ob attractricis imbecillitatem non impleatur fellis uesicula bile, uel impleta etiam ob excretricis imbecillitatem, propellere ad intestina non potentis, retrò necessariò remeans bilis, sanguinem & urinas colore suo tinctas reddat. Esse autem illud quoq; arquati morbi genus possit, cuius hoc loco nō meminit, mentionem autem factam pacto aliquo uidemus libro de causis symptomatum tertio his uerbis: ἔστι δὲ ὅτι τούτων μὲν οὐδὲν ἐβλάβη, τὸ δὲ πλῆθος τοῦ περιττώματος, ὅταν ἄμετρον ᾖ, πᾶν ἐκκαθαρθῆναι μὴ δυνάμενον ἅμα τῷ αἵματι φέρεται πανταχόσε τοῦ σώματος. Fit autem quandoq; ut horum nullum offensum sit: excremēti autem multitudo quum immodica fuerit, nec repurgari uniuersa ualeat, in corporis partem omnem cum sanguine unà feratur. Id quod con-

contingere in bilis quoque flauæ copia nimis multa uenis omnibus redundante posit: ut & ictero faciendo sufficiat; coloratа cuti, & urinas, aluíque non minus excrementa, vt hic dicitur, tingat. Quum autem vrinæ non tinguntur in hoc morbo, & alui excrementa tinguntur; id verò eueniet solius canaliculi ad uesicę folliculum bilem deferentis, obstructione primum: reliquis autem aperte liberis meatibus, per quos bilis profluat redundans reliqua omnis. pars autem eius in corpus remigret icterum factura: in quo, dissoluta mox leui obstructione ea, color tantùm maneat auriginosus ille transfusæ bilis per corpus totum: uel, si fortè alui excrementa iusto coloratiora fuerint, per canaliculum suum eo maiori ex parte deriuatæ ad intestina.

φανέντος ὑδατώδους, ἔγνων δυσδιαφόρητον εἶναι τὴν χολήν. *Apparente aquoso, cognoui bilem esse discuti difficilem.*) Sudor quum uisus esset Galeno aquosus, bilem coniecit subesse in cuti debere dissipatu contumacem: non immerito. Sudore nanque exeunte de cute, aquoso, ac tenui, valde uerisimile fit, bilem manere inibi debere paulò crasiorum partiũ, proinde discuti quoque difficilem, eductis prius per sudorem tenuioribus partibus.

ἅμα τῷ καὶ τὴν δίαιταν ὑγροτέραν ποιῆσαι. *Simul victus insuper rationem vt instituerez humidiorem.*) Humorum crassities incidentibus inprimis, & dissecantibus tollitur, vt uiscidias & glutinositas detergentibus. Non sic solùm autem: sed crassities humiditate prætereà dilutior facta, non parùm sanè emẽdari sæpe solet: ad quam rem uictus ratio, in qua humefaciendi facultas insit, non inutiliter instituetur.

IN LIB. VI. DE LOCIS AFFECTIS.

CAP. I.

πρὸς τῷ καὶ τὰς φλεγμονὰς αὐτοῦ, διὰ σκληρότητα ῥᾳδίως ὑποπίπτειν ἁπτομένοις. *Præter id, quòd ipsius phlegmonæ ob duritiem facile tangentibus manifestantur.*) Renixus uniuscuiusque phlegmones est, quacunque in parte fuerit. Ex hoc igitur, & dolore, si tumor adsit, phlegmone esse deprehenditur. Porrò si tumor in liene sit, & accesserit dolor, magis etiamnum ex renixu indicabitur phlegmone, propter lienis substantiam densam, humorísque ibidem crassitiem, quàm alibi, maiorem, ex quibus durities, & ex duritie renixus maior, ac tangenti manifestior: quæ quum adsunt, phlegmone est.

ἐφ' ὧν ἐπὶ δυσκρασίᾳ τῇ κατὰ θερμότητα, πολλάκις δὲ καὶ ξηρότητα τὸ ἧπαρ οὕτως ἐπάθεν ἰσχυρῶς, ὡς μηκέθ' αἱματοῦν τὴν τροφήν. *In quibus ex intemperatura secundum caliditatem, sæpenumero autem etiam siccitatem, usque adeò vehementer afficitur iecur, ut sanguificare vlterius alimentum nequeat.*) Ex hoc arbitrari quispiam posset, hydropicum affectum caliditatem nimiam habere posse causam, in iecore subortam: de hydropicis enim sermo est, acutas interdum febres consequutis, in quibus calida & sicca intemperatura affectum laboret hepar, sine dubio. Cæterùm de ea iecoris intemperatura calida intelligendum, quam eiusdem uisceris frigida quoque tandem insequuta comitatur, non secùs ac post hecticam marasmus tandem interdum succedit. Quorum affectuum calida ille proculdubio, frigida hic intemperatura constet. Sic fieri posse credendum, vt post acutas febres, quæ ferè ardentes quædam sunt, & causi, ueluti exassata calore nimio iecoris substantia, deperditóque ita, atque exhalato calore, frigiditas mox sequatur, ad quam hydrops. Cuius planè affectus iecoris ita caliditas causa fuerit, vt non nisi interueniente tamen frigiditate eiusdem uisceris id fiat.

CAP. II.

ὁρᾶται δὲ τοῦτο κἀπὶ τῶν ξυσματωδῶν ἐκκρίσεων γιγνόμενον, ἀλλ' ἧττον σαφῶς, ἢ ἐπὶ τοῦ αἵματος. *Inspicitur autẽ hoc etiã in ramentosis excrementis fieri, at manifestè minus, quàm in sanguine.*) Ramenta non tàm facilè miscentur excrementis, vt sanguis;

gula: qui si ab alto, superioribusque intestinis descendat, longius deuolutus, totus per totum excrementis immiscebitur, vtpote liquidior: quod ramenta non poterunt, quippe solidiora multò.

ὥσπερ γ' ἄλλον αὐτός, οὔτ' ἄλλου τινὸς ἐωρακότος ἤκουσα. *Quod neque ipse uidi, neque ab aliquo alio, qui viderit, audiui.*) At tēpestate nostra, qui se vidisse dicant, scribantque, reperiuntur nonnulli.

ἐνιοὶ δ' αὐτῶν ᾤοντο, μηδὲ γίνεσθαι ποτὲ κωλικὴν διάθεσιν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσιν. *Ex his autem quidam existimabant, sinistra in parte, ne fieri quidem unquam colicum affectum.*) Quòd crederent fortasse, intestinum colon, sinistram attingere partem nunquam, quum pertingat tamen, & utramque à dextra incipiēs ambiat totam penè. In dextro enim latere, à cæco intestino exortum, ac uentriculum ascensu multo supergressum, siue, vt loquuntur, superequitans (super fundo enim eius defertur) ad sinistri usque renis regionem peruenit: paulo tamen superius in sinistra desinens, quàm in dextra incipiat parte. unde suspitio fortasse ea nata, esse sinistri lateris dolorem colicum non posse.

Καὶ πλείονα τόπον ἐπιλαμβανόμενον. *Locique plus occupans.*) Protenso quippe colo in longum, neque tum circumscripto, vt renes.

ὡς εἰς τὸ λοιπὸν τῆς δυσπαθείας αὐτοῦ προνοεῖσθαι. *Sic vt impofterum, ne facilè patiantur, prouideri possit.*) Parum enim prodesset, cū doloris vnà amotione loci q[illegible] que nos cognitionem adeptos esse, nisi postea usui id nobis futurum et[illegible] esset: non solùm, vt quod reliquum tunc curationis factum fuerit, certa iam via ac sanandi ratione exequamur: certi quippe iam, ac securi de loco affecto: verumetiam, vt in præcautione affectus uersati, certa accommodare ad id remedia, victusque affectioni idoneam rationem liceat nobis: quam sciremus iam [illegible] am deberi vitandis renum affectibus, aliam coli.

φαίνεται μὲν οὖν τοῦτο κάμοι πιθανώτατον ὑπάρχειν. *Videtur igitur mihi quoque probabile hoc maximè esse.*) Si probabile maximè videtur hoc Galeno, cur tàm mi[illegible]m visum idem illi? Certè, cuius rei rationem videmus in aperto, eam ips[illegible]n mirum videri debere, si ita se habeat, sæpè dicimus. Cæterùm miratur Gale[illegible]s, idiotis medicinæ, nō modò medicis, venire in mentē potuisse rei rationē, quæ considerationis medicæ nō sanè postremæ habenda sit: nō miratur [illegible] si medicis, potisimum verò potioribus, visum solummodo hoc ipsum fuisse.

Καθάπερ αὐτὸς ἐν ἀφορισμοῖς ἔγραψεν. *Quemadmodum ipse in aphorismis scripsit.*) sectionis quartæ aphorismo septuagesimo sexto: cum Galeni dictis ibidem de Trichiasi affectis, & historiæ cuiusdam relatione.

CAP. III.

ὥστε με θαυμάζειν, εἰ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῶν νεφρῶν (ὡς εἰσὶ τηλικαῦτα. *Vt ipse mirarer siquidem in renum ventriculo tanta consistere possent.*) Talia vertit interpres, quasi [illegible] scriptum inuenisset. At non qualitas horum, sed quantitas mira[illegible] Galeno fuit: scircò uerisimile magis videri sibi addidit, vt in uenis [illegible]gni ea crederemus, quippe in quarum longiore spatio ad palmi, vel eo etiam plus cresce[illegible] magnitudinem facilius, quàm in renibus, posse credibilius sit. Tametsi in aphorismi illius commētatione Galenus in renibus genita admittat [illegible]modi corpora capillacea, Trichisim vocat, æquè ibi, quam hic, longitudinem illorum admiratus, quæ ad dimidium usque cubitum extendantur: ἡμίσυ πήχεως: idem, quod hoc loco, σπιθαμιαῖα, dixit: palmi nempè longitudine, si palmus pro maiore accipiatur, ut debet, quoniam Græcis is σπιθαμὴ est.

Καθ' ὃν τρόπον ἐν ταῖς κνήμαις, ἔν τινι τόπῳ τῆς Ἀραβίας, ὥς φασι, [illegible] τὰ δρακοντια γίνεται. *In quē modū, in quadā Arabiæ parte, in tibijs dracunculi, vt ferunt, vocati fiunt.*) De dracunculis his à Paulo agitur, libri quarti in fine: & pro Arabia, Indiam nobis ac regiones supra Aegyptum retulit. Aetius Aethiopiam & Indiā.

τοῦ μήκους δ' αὐτῶν οὐκ ἐπινοῶ τὴν αἰτίαν. *Longitudinis autem illorum causam non intelligo.*) Atqui in uenis eos gigni, quā in renibus, lōgiores posse, dixit modo.

Ve-

rùm non de loco, in quo generentur, sed de materia ex qua, dicere videtur hic: quæ tamen humor esse queat, viscidus, tenaxq́; proinde in longum partiũ suarum cohæsione tractilis: & exassatione coactus. Quam licet miraretur Galenus causam, sciebat tamen aliam non facilè esse posse.

οὐ μὴν τῶν γε ἄλλων μορίων, ὅσα δι' ἐξέρχεται τὸ ποθέν. *At non aliarum partium, quascunq; pertransit potus.*) Vrinarios meatus, vreteras dictos, intelligit, & vesicam. Quorum quum nulla trahendi lotij facultas sit, & missum tantũmodò accipiant, meritò ne imbecillitatem quidem causari illorum aliquam licebit: facultatis enim, & actionis semper alicuius imbecillitas intelligitur.

ἃς καλοῦσιν ἐν ἀσίᾳ παρ' ἡμῖν σελευκίδας. *Quas apud nos in Asia Seleucidas vocant.*) Seleucidas aues facit Plinius locustis vescentes, nondum satis, vt arbitror, compertas de facie nobis. satis enim infrequentes, nec eas ad nos venire existimo.

CAP. IIII.

τῆς στραγγουρίας δ' ἡ μὲν ἐπὶ δριμέσιν οὔροις γιγνομένη, σύμπτωμα μὲν τῆς κύστεως, πάθος δ' οὐκ ἔστιν. *Vrina verò stillicidium, quod quidem factum ab vrinis acribus fuerit, vesicæ symptoma quidem est, affectus non est.*) Rectè. decumbẽte enim aliunde in vesicam noxa, stranguria ea fit: vt etiam robustissima aliàs, & sanitate sua undiq; fruens, vellicari ita, atq; ad frequentem stillatim meiendi actionem cogi, excitariq; possit uesica absq; affectu proprio vllo, ex symptomate tantum communiter dicto, nisi verò quum maior facta stranguria doloris insuper aliquid afferat, ac tanti, vt soluta quoquomodo continuitate morbus sit cum symptomate vnà suo, propriè dicto, mingendi actionis vitiatæ, & dolore.

ποτὲ μὲν, ὡς εἴρηται, μὴ δυναμένης περιλαβεῖν σφοδρῶς τοῖς ἐν αὐτῇ περιεχομένοις, ὡς ἐκθλίψειν αὐτά. *Interdum quidem, sicuti dictum fuit, quum non ualeat cõtenta circumplecti fortiter, vt illa exprimat.*) Vt quum præter alia, distenta ab vrinæ copia nimia, quacunq; id de causa acciderit, uesica contrahere se fibrarum propriarum adductione, vt expulsionem aggrediatur, nequit. Quod felleæ quoq; uesiculæ contingere quandoq; posse, dictum suprà.

κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπὶ τούτων ἐνεργείας παυόμεθα, βουληθέντες ἐκκρίνειν κόπρον, ἢ οὖρον. *Secũdum eandem rationem in his ab actione cessamus, stercus & vrinam excernere volentes.*) Quemadmodũ resolutis brachij (exẽpli causa) musculis inferius id mouentib. inferiꝰ ac deorsum sponte sua nobisq; inuitis cadẽs mouebit̃ brachiũ: quẽ planè motũ nolentes etiã sępe edimus, vtriq; valentibus, nec quicquã resolutis musculis eisdẽ, ac arbitratu tantùm nostro remissa musculorũ brachiũ sustinentiũ actione, quasi defluere membrũ id permittẽtes: adẽ eund modum stercus, & vrinã emittimus nolentes, si resoluti paralysi musculi fuerint, excrementa illa retinere soliti: volentesq; idem sæpè facimus, non resolutis, sed uolũtariè remittentibus nobis actionem eorum. Nec sanè aliter mingendi, aut egerendi actiones procedunt, quàm naturali expellendi excrementa ea facultate operata, nobisq; nostra voluntate musculorum excrementa illa continentium actionem relaxantibus. Vt appareat, uerum esse Galeni hìc dictum: ὅπερ ἡ παράλυσις ἀκουσίως, τοῦθ' ἡ προαίρεσις ἡμῶν ἑκουσίως ἐργάζεται. Quod inuitis nobis resolutio, hoc uolentibus electio facit.

ἐὰν τὰ μὲν τῆς κύστεως ἴδια νεῦρα πάθῃ. *Si vesica quidem nerui proprij afficiantur.*) In quibus non est posita expultrix facultas, membranosæ potius uesicæ tunicę insita, atq; innata. ut ualere ex hac parte, robustaq; esse uesica possit, ac descendentes tamen in eam nerui affici: eoq; minus noxam sentire queat: ualenter expulsura, si sentiat, modò ceruicis musculus reclusus transmittat.

ὅταν δ' ἐπὶ τούτῳ γίνηται τὸ πάθος, ὅ, τε πόρος αὐτῆς φραχθῇ. *Quum verò factus affectus is fuerit, & meatus illius occlusus.*) Nimirum quum ex paralysi resolutus is fuerit uesicæ ceruicis musculus, simul & obstructus urinæ meatus ibidem fuerit. Sciri enim non facilè tum poterit, resolutus ne musculus sit: eo quòd proprium af-

ſpiratio, cordis, et arteriarum opus. quamuis enim horum motus manifeſti ſint at perſpiratio illa, ſiue tranſpiratio latet: inde occulta à medicis appellata.

ὧν τὸ σῶμα δένδρεσιν ὁ Πλάτων εἴκαζε πολυκαρποτέροις τοῦ συμμέτρου. *Quorum corpus arboribus aſsimilabat Plato, immodicè fructiferis.*) Ita ſcriptum inuenitur à Platone in Timæo: τὸ δὲ σπέρμα ὅτῳ πολὺ καὶ ῥυῶδες περὶ τὸν μυελὸν γίγνεται, καὶ καθάπερ εἰ δένδρον πολυκαρπότερον τοῦ ξυμμέτρου πεφυκὸς ᾖ.

ἔπειτ' ἐγκρατεῖς ἀφροδισίων χρήσεως ὑπ' ἀσκήσεως γενομένους. *Deinde abſtinentes à venereorum vſu propter exercitationem factos.*) Præ pudore, uertit interpres: quū nihil aliud dicatur hîc, quàm repertos quoſdā fuiſſe eius naturę, ut plurimū gignerēt ſeminis: qui poſtq; exercitationi ſe addixiſſent, hoc eſt athletæ fieri uoluiſſent, ut in certaminibus eiuſmodi obtinerent palmam, ὀλυμπιονῖκαι facti, ac propterea à uenereis abſtinentiam ſibi ipſis indixiſſent, torpidi ex eo, atq; ad ſe mouendum difficiles redditi fuerint. Scimus enim athletarum ſtudium ac uitam, cum multa alia in uictus ratione omni inſtituta habuiſſe peculiaria, multorumque uſum non admiſiſſe: tum uerò priuatim uenereis omnibus nuntium remiſiſſe: ex quo flaueſcentes ſemper, ac uictas uiriles partes haberent, robuſti quamuis aliâs, atq; imprimis ualidi.

ἀλλὰ καὶ νόσοις αἰτίας φανερᾶς ὁμοίως τοῖς μελαγχολικοῖς. *Verum etiam abſq; manifeſta cauſa, melancholicorum more.*) Si timor & triſtitia longo tempore perſeuerauerint, tale eſt melancholicum, ait Hippocrates. Quod ſi ſine euidenti cauſa fiat, intelligi debet: tunc enim melancholicus humor triſtitię, et timoris in cauſa eſt, quum nulla extrinſecus aduenienſ id cauſa fecerit. Hocq; genus melancholiæ ex retento ſemine, ad ea, quæ per conſenſum fiunt, pariter deducetur.

κατὰ τοῦτο δ' ἡγοῦμαι καὶ τ' ἄλλα ζῶα πρὸς ἀφροδισίων ὁμιλίαν ὁρμᾶν, οὐ δόγμα πεποιημένα, τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν ὑπάρχειν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἔκκρισιν, ὡς ἀνιόντος ἐν τῷ κατέχεσθαι, τοῦ σπέρματος, ἐφιέμενα. *Iuxta hoc autem exiſtimo, alia quoq; animalia ad venereorū conſuetudinem impetu ferri, non hoc facto dogmate quòd voluptas bonum ſit, ſed ad ſeminis excretionem, tanquam quòd ſi retineatur infeſtet, accedentia*) Hoc loco nō ob voluptatem ad coitum ferri, ex Galeni ſententia, uidemus animalia, ſed de excernendo tantummodo ſemine ſolicita. At libro de vſu partium corporis humani quartodecimo, voluptatem agnoſcit impellentem ad hoc ipſum, ita ſcribens: καί τινα συνῆψεν αὐτοῖς μὲν τοῖς ὀργάνοις ἐξαίρετον δύναμιν εἰς γένεσιν ἡδονῆς: Et præcipuam quandam inſtrumentis ipſis facultatem iniunxit ad uoluptatē generandam. Hoc à natura factum fuiſſe quum dicat, mox addit, animæ, cui huius ipſius futurus erat uſus, admirādum quoddam, atq; inenarrabile elargitam eſſe vtēdi his deſideriū, naturā, quo impulſa, ac tanquā ſtimulis acta, ad id ferrētur: vt quidem fieri in aliorum ſimiliter excrementorum omnium excretione, aut aliâs qualicunq; de corpore egreſsione, ſolet, plus minus. Hocq; videlicet ineſcamento bruta quoque ipſa allectauit, ſeruando, cuſtodiendoq; generi: voluptate ſcilicet uehementiſsima partium illarum uſui addita: ἡδονὴν σφοδροτάτην τῇ χρήσει τῶν μορίων συνάψασα. Quæ planè dicta ſi rectè expendantur, paulò ſolummodo diuerſa, non contraria habenda eſſe, atque in idem tamen ferri videbimus. Nam utrobiq; ab utroq; impelli ad coeūdum animalia legimus: excrementorum primum noxa, & moleſtia irritatá, tum & voluptate allecta. quamuis hic excrementoſæ moleſtiæ, quæ ex ſeminis collectione percipitur, depellendæ maxima eſſe cauſa dicatur, uoluptatis autem minor: rectè, ſi naturæ tantummodo ipſius ductum inſpiciamus, qui in ratione carentibus animalibus maxime elucet. Hæc enim, nullo ſibi dogmate propoſito de uoluptatis bono, deponendæ primùm collecti excrementi moleſtiæ ſtimulis impulſa feruntur: deinde & uoluptatis omnino alicuius illecebras ſentiunt, quibus inuitata, ac perceptæ iam uoluptatis blanditijs ueluti delibuta libenter opus peragant, quo ſeminei excrementi quantitate qualitateq; aguntur magis quoque ſemper magiſq;. Ea propter non cum uoluptate nulla ſcriptum

inuenitur, sed nullo proposito sibi dogmate uoluptatem bonum esse id agere. In libris uerò de usu partium, hanc ipsam præferre uisus fuit uoluptatem, atque intereà inditum, atque insertum animalibus omnibus mirificum, & ineffabile desiderium esse dixit, quod ea ad coeundum adigat ἐπεγειρόμενα (ut ibi scribitur) ac κεντριζόμενα: excitata nempè et stimulis exagitata: quod nihil aliud sit, quàm antegressum illud excernendi seminis desiderium, quod præire uenerei operis, dum peragitur, uoluptatem solet. Itaque utriusque utroque in loco meminit, ea, qua diximus, ratione. Tàm aūt coniuncta hæc inter se sunt natura, exitus de corpore excrementitiæ materiæ alicuius, & uoluptas, ut uel in pruritu ipso dum scabimus, non id sine uoluptatis omnino alicuius sensu fieri animaduertentes percipiamus.

ὁμοίως ἁλίσκεσθαι συμπτώμασιν. Similibus corripi symptomatibus.) Quædam, inquit, uiduæ, quibus expeditè profluunt menses, uel paulò minus, quàm expeditè, ijsdem tamen corripiuntur symptomatis, grauissimis nempè illis, respirationis priuatione, & suffocatione: quod signi sit, seminis potius retentionem in causa esse: quandoquidem, profluant menses, uel non profluant, eadem contingere uideantur.

γράφει γοῦν ὁ Πλάτων οὕτως. Scribit igitur Plato in hunc modum.) in Timæo, ubi paulo antè hæc uerba, à Galeno recitata, de pene, uirili parte agens, οἷον ζῶον ἀνυπήκοον τοῦ λόγου, uocauit: quasi animal rationi non obediēs: sicuti uterum, ζῶον ἐπιθυμητικόν, appetens animal, nominauit idem Plato.

Ἢ κάρον παντελῆ. Vel perfectum carum.) Carus est, vt suprà libro quarto audiuimus, quū sine sensu ac motu iacet æger, οὐδὲν δ' εἰς τὴν ἀναπνοὴν βλάπτεται: nihil autem in respiratione læditur. Perfectum aūt dixit, quoniam affectiones quædam sunt, ut ibidem quoque monuimus, καρώδεις dictæ, in quibus læsa offensaque aliqua ex parte respiratio apparet. Porrò autem considerandum in uterinis affectibus his, num, ut in caro, inoffensa prorsus dici respiratio debeat, quæ nulla, uel certè inanimaduersa sit. nam in caro aliqua, & quæ obseruata appareat, quamuis exigua plerunque adeò, ut proxime ad hystericarum uideatur accedere. Sanè huiusmodi respiratio, exigua licet admodum, quasique nulla, multorum tamen iudicio, ac sensibus, illæsa, atque inoffensa repræsentabitur, si cum apoplecticorum respiratione conferatur, uiolenta sæpe, & cum stertore: ut hactenus quidem non absque ratione prorsus aliqua, illæsam appellare illam nobis liceat, placidè, ac mitius offensam.

Καθάπερ ἔνιοί φασι τοὺς ἐρῶντας φοίνικας πάσχειν. Quemadmodum nonnulli aiunt amantes phœnicas pati.) nempè, ut præ mœrore, quòd eo priuentur, quod appetunt, alimento suo destituti emacientur. Sic enim de utero dixerat: λυπεῖσθαί τε στερομένην τῶν ἰδίων ὀρεκτῶν, ἴσως δὲ καὶ ἀτροφήσει. Quod phœnices pariter facere dicantur. In quo facilè accedo sententiæ existimantium de palmarum arboribus intelligendum hoc esse, quas sexu discretas amare inter se multorum authoritate constet: fuisseque me in eadem sententia aliquando uerè testari possum: in qua tamen non permanebam, ideò quòd nec in Plinio, nec in Theophrasto, quum non pauca legerem commodè satis ad rem hanc applicanda, quidquam de mœrore, tristitiaque, & atrophia scriptum inuenirem: quod mihi necessarium uidebatur, vt alicubi tale omnino quippiam legeretur de palmis, siquidem constare Galenicum de his exemplum huc allatum deberet. Nunc quum ex Philostrati in omnibus authoritate (quod planè me fugerat) palmam marem atque fœminam ita se amare, ut nisi propè ferantur, ac se contingant, emacientur exiccenturque, allatū ab eruditis uideā: facilè ac libēter assentior. Tametsi rursus diuersæ cogitationis inijcit aliqd Galeni locus de simpli. medicament. facul. lib. 10. inter initia: magis nos abominari solere scribētis τοὺς φοινικίζοντας τῶν λεσβιαζόντων: ne fortè aliud qppiā sit, phœnicū more agere in his. De quo quū ad id loci peruenerimus, tractandū melius erit.

Κἂν

Καθ' ὃν φησι τὸν σπασμόν. *In quo ait conuulsionem*) libro sexto Aphorismorum, aphorismo trigesimo nono.

Καὶ πάντ' ἰάθη τὰ οὕτως ἐκπυήσαντα κῶλα ῥαδίως. *Ac sanata fuere, suppurata ita mēbra omnia facile.*) κῶλα membra accipienda nunc, & corporis partes extremæ: nam κῶλον superiore uersu pro intestino positum erat.

Εἰ δὲ κυούσης γυναικὸς ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται οἱ τιτθοί. *Quòd si prægnanti mulieri mammæ subitò extenuentur.*)Hoc, quæq; sequuntur multa, de Hippocratis sententia scribuntur, aphorismorum libri quinti, aphorismis trigesimo sexto, septimo & octauo.

CAP. VI.

Ἀπόκρισιν καὶ σπερματικήν, ἐπὶ πόκρισιν σπέρματος συνεχῶς γιγνομένην: χωρὶς τῆς κατὰ τὸ αἰδοῖον ἐντάσεως. *Seminis excretionem assiduè factam, sine colis extēsione.*) Atqui alibi duplex Gonorrhoeę genus statuisse uidetur, ut tertio de causis symptomatum libro, his uerbis de ea disputans: καὶ μὴν καὶ αἱ γονόρροιαι χωρὶς μὲν τῆς συντάσεως τοῦ αἰδοίου, ἀρρωστίᾳ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως, τῆς ἐν τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις. ἐντεινομένου δὲ πως, οἷον σπασμῷ τινι τῷ πλησίον πασχόντων, ἀποτελοῦνται. Et quidem gonorrhoeæ quoq;, si citra colis distentionem fuerint, contentricis facultatis, quæ in seminarijs uasis est, imbecillitate fient: sin coles distendatur aliquo pacto, ueluti cōuulsione quadam correptis cōtingent: πασχόντων τῶν ἀγγείων, nimirum affectis uasis, utiq; seminarijs ipsis. Atq; huius generis, quod cū cōuulsione fit, et gonorrhoeę nomine in libris de causis symptomatum significatur, hoc quoq; in loco meminit, quamuis gonorrhoeam non dixerit: sic enim mox dicet: αἱ δὲ ἐκκρίσεις διὰ τὴν τῆς καθεκτικῆς ἀσθένειαν, ἤ τινα διάθεσιν κινοῦσαν τὰ μόρια, καθάπερ ἐπ' αὐτῶν τῶν σπερματικῶν ἐν ἐπιληψίαις τε συμβαίνει, καὶ τοῖς ἄλλοις σπασμοῖς, ὅταν βιαίως γίγνωνται. Excretiones uerò ob contentricis debilitatem, uel affectionem aliquam, naturali similiter mouentem partes, ut in seminarijs per comitiales, conuulsionesq; alias, ubi uehementes factæ fuerint, contingunt. In conuulsionibus enim eosdem sæpè motus obiri uidemus à partibus, quos secundum naturam etiam constitutæ obeunt. Colligere ex his licebit nobis, propriè magis, & ex argumento, uocisq; ipsius etymo significantius, gonorrhoeam dici, quæ ex contentricis facultatis imbecillitate fit per intemperaturam aliquam: uerè nanq; tunc seminis fluxio est, remittentibus ob debilitatem uasis semen, nec cōtinere ualentibus: quàm ubi propter conuulsionem aliquam exit: eo enim casu conuelluntur seminaria uasa, ac conuulsa propulsum eijciunt semen, potius quàm per seipsum sponteq; sua profluat: fitq; id, ut modò dicebatur fieri sæpe in his, κατὰ διάθεσιν ὁμοίως τῇ κατὰ φύσιν κινοῦσαν τὰ μόρια. Itaq; & in proiectione seminis naturali, & in prę ternaturali, quæ conuulsionem seminariorum uasorum sequitur, atrectus extenditur coles. Quòd si uelis hanc quoque tamen gonorrhoeæ uocabulo significare, possis: & authorem habebis Galenum, libro de causis symptomatum tertio, uti annotauimus: aut sicubi operum suorum factum alibi ab eo idem fuerit.

Ἐν ᾗ εἰ καὶ συντομώτερον αὔξησιν μόνιμον τοῦ αἰδοίου, ἢ ἐξοίδησιν μόνιμον. *Licet & breuius permanentem colis auctionem dixisse, uel tumefactionem permanentem.*) Iccircò μόνιμον, idest permanentem, quia, quæ ex coeundi desiderio fit auctio, peracto opere eo, cessat protinus: & tumefactio, quæ ab acquisititia caliditate aliqua, eodem modo subsidit, caliditate illa discedente.

Φύσιες ζώων ἀδίδακτοι. *Animalium natura indocta.*) Quæ naturali instinctu, & impulsu quodam agunt, per se, ac sine doctore agere dicuntur, quia nulla doctrina præeunte id fit. Dicuntur igitur ab Hippocrate ἀδίδακτοι φύσιες, Epidemiorum sexto. Dici etiam possunt αὐτοδίδακτοι, edoctæ per se: quippe, facere, quod faciunt: imò uerò quæ doceant ipsæ animalia queq;, etiam in valdè teneris annis, munerib. fungi suis naturalibus facilè. Sic ēm mox ait: τὴν δὲ φύσιν τῶν παίδων διδασκαλίαν: Naturā innuens, quæ pueros docuerit uocē edere,

linguamq; (quod mirum magis sit) dearticulandæ, formandæq; uoci musculis suis tã uariè accõmodare. In quibus omnibus θαυμάσειεν ἄν τις, inquiet mox, τὸ τῶν ὀργάνων αὐτοδίδακτον, τῶν προαιρετικῶν ἐνεργειῶν: In actionibus uoluntarijs mirabitur sanè aliquis instrumenta quomodo à seipsis edocta operentur (hoc enim est illorum αὐτοδίδακτοι) etiam in tenellis adhuc.

ἢ κατὰ τὸ συριγγῶδες νεῦρον. *Vel secundùm fistulosum neruum.*) Fistulosum dicit neruum, non ignorans, propriè dici neruum non posse, ex quo coles constituitur, fungoso spongiosoq;. Sed quum parti corporeæ nulli similior pars hæc sit, quàm neruo, neruum dixit fistulosum: nerueam indicans substantiam fistulosam: quod profectò est.

ὃν καὶ πλάτων ἔγραφεν *Quem Plato quoq; scripsit.*) Præter alibi dicta ad rem hãc à Platone, colligi non inconuenienter etiam quæ non longè à principio septimi de legibus dialogi dicuntur, poterunt. Nam Hippocratis illud in aperto satis est: αἱ χρήσιες κρατύνει, inquit, ἀργίη δὲ τήκει. Libro κατ' ἰητρεῖον.

IN LIB. I. DE TVENDA SANITATE.

Τῆς περὶ τὸ σῶμα τ' ἀνθρώπου τέχνης μιᾶς οὔσης, ὡς ἐν ἑτέρῳ δέδεικται γράμματι. *Quũ ars, quæ circa humanum corpus uersatur, una sit, sicuti in alio libro ostẽsum fuit.*) In Thrasybulo ostensum, ubi à fine uno qui sanitas sit, unam pariter dici debere artem demonstratur: in duas tamen statim partes secandam, quarum altera hãc ipsam sanitatem præsentem tueatur, altera amissam reuocet.

Ἐμπαλιν ἔχοντα πρὸς ἄλληλα τὰς ἐνεργείας. *Quarum actiones opposito inter se modo habent.*) ἔμπαλιν absolutam contrarietatem aliquam sæpè non indicare uidetur nobis, sed potiùs, quod dicimus è diuerso, aut uiceuersa, in rebus interdum nõ sanè ualdè inter se contrarijs, uel mutuo sibi aduersantibus. Exemplum: is opes suas tutatus semper est, ille autem ediuerso amissas recuperauit. Quę uerè contraria dicenda nõ sunt: essent, si opes alter amitteret, possidens prius, alter nullas habens acquireret. nunc utriq; finem propositum eundem uidemus, tuenti opes suas, & easdem amissas recuperanti: qui quidem fit opum ipsarum possessio. Eodem modo de sanitate existimandum, medicinæ totius fine, quam tam qui præsentem tuetur, possidere conatur, quàm qui amissam recuperat: quamuis alter paulò aliter, quàm alter, hoc ipsum faciat, diuersis quibusdam, neque contrarijs tamen prorsus rationibus. Tantùm enim alter plus, aut minus, quàm alter, reponit, quod de corpore effluxit, amissumq; est: corrigitq; errata solùm, maiora minoraq;, pro ratione semper.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀξιώματι καὶ χρόνῳ πρότερον ἡ ὑγεία νόσου. *Quoniam autem dignitate, & tempore prior est sanitas morbo.*) Sit pax sanitati similis, bellũ morbo, ut certè dissimilia hæc inter se non sunt: quis neget, pacem bello potiorem esse dignitate, ut & sanitatem morbo: tempore insuper priora omninò hæc habenda esse apparet: eo quòd, sicuti bellum, nisi rupta, quæ existat prius, pace, nõ exoritur: ita ne morbus quidem, nisi sanitate offensa priore. Sunt porrò bona malis omnibus omnia, uti natura, ita tempore quoq; priora semper, adeoq; potiora: cedat enim bono malum tandem necesse est, iuxta Platonicos.

Τὸ δὲ σπέρμα τὸν τοῦ δημιουργοῦ λόγον ἔχει. *Semen autem opificis rationem obtinet.*) Intelligendum magna ex parte: nã & pro materia cedit membrorum, quæ iccirco σπερματικά, & seminaria uocamus. Sicuti ediuerso sanguis menstruus maiori ex parte materia partium habetur corporis totius, nonnihil tamen opificij de suo exhibet. Quod colligi ex libris de semine licet. Nec propterea contraria hæc illis habenda dicta fuerint: neq; enim semen opificis tantummodò rationem habere dictum à Galeno scriptúmue fuit hîc: sicuti sanè neq; menstruum sanguinem materiæ solummodò. Quo planè loco nulla instituitur Galeno ἀκριβολογία de rebus his: sed obiter, in transcursuq;, ac breuissimè quædã dicuntur

tur, relinquunturqúe lectori in memoriam reuocanda fusius atque explicatius alibi super ijsdem tradita, atque exhibita nobis, quorum meminisse semper debemus.

ἀλλὰ τὸ μὲν γῆς οὐχ οἷόν τε ἦν μίγνυσθαι πλέον, ὑγρὰς εἶναι δεομένων τῶν ἀρχῶν. *Verum terra admisceri plus non poterat, siquidem principia humida esse oportebat.*) Plus, ait, quàm iniectum sit: iniectum enim est, inmixtumq́ terræ, quod futurum satis erat. Idcircò paulo antè sanguini γεώδους καὶ ὑδατώδους πλέον ὑπάρχειν dixit: et cùm hunc, tum semen ipsum ex terra, aqua, aere, igne constare: sic tamen ut in utroq́ siccum uinceretur humido, frigidum calido. Quòd si additum plus terræ fuisset, quàm fuit, iam densitate, & crassitie, siccitateq́ sua (siccissima quippè elementorum omnium & siccantissima humiditatem principiorum, quæ esse humida opus fuerat, corrupisset haud dubiè. At ignis, utpote qui calefaciendo potiùs resiccare credatur, & siccandi uirium non plus, quàm necessarium fuerit, habiturus ad hoc est, & tenuitate sua, penetrandiq́ per omnia ui, nec crassitiem, aut densitatem addet corporibus ullam non necessariam, & induere se peragendis naturæ operibus omnibus facilè poterit, quod & facit, nec satis cōmode à terra pacto ullo fieri potuisset. Præter id, quòd motibus tam uitæ tempore omni opportunis aptissimus ignis, ut terra ineptissima.

μηκέτι τῶν ὀστῶν ἐπιδιδόντων διὰ σκληρότητα. *Vlterius non sequacibus ossibus ob duritiem.*) Materialis hæc causa cessationis incremēti: at formalis naturæ opus est institutumq́ illud, quo omnium natura constantium terminus est quidam, authore Aristotele, magnitudinisq́ ratio atq́ augmenti.

δευτέρα δὲ τοῖς ζώοις μάλιστα ὑπάρχουσα, ἡ τῆς ὅλης οὐσίας αὐτῶν ἡ ῥύσις ἐκ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἀποτελουμένη. *Altera uerò quæ animalibus maximè inest, substantia illorum uniuersa fluor, ab innato calore factus.*) Non quin prior quoq́ interitus nostri causa ab eodem insito nobis calore fiat, dum siccitate nimia perimus ad extremum; sed quòd secunda hæc in animalibus præcipuè apparet, ob substantiæ humiditatem fluoribus inprimis aptam suscipiendis. Quos nihilominus, fluores inquam ipsos, etiam solidiora quæquè composita emittant de se: ut nec adamas ipse tam notæ duritiæ, & soliditatis, non aliquos tandem habere fluores hosce existimetur. Sunt igitur hi in omnibus, sed in animalibus cernuntur potissimum: exhalabilis enim & euaporabilis magis humidior substantia semper est. Quinimò fluoribus his acceleratur siccitas, prior illa internecionis nostræ causa, nisi succurratur. Sed hi resarciri possunt alimento, uictusq́ ratione reliqua omni: siccitas quin tandem irrepat in corpus omne, operato assiduè calore, fieri nulla unquam ratione poterit: non enim tantum reponi corporibus humiditatis dabitur, ut non siccescant tandem: quod in nobis senectus est, in plantis αὔανσις, exarescentia in omnibus. ὅλης autem οὐσίας dixit, non quòd tota, atque uniuersa confertim effluat, sed quòd per totum, & in omni eius parte id fiat.

δι' ὧν κινούμενα τὰ μὲν ἕλκει, τὰ δὲ ἐκπαραπέμπει, τὰ δὲ ἐκκρίνει τὰ περιττώματα. *Quibus commota, quædam trahunt, quædam transmittunt, quædam excernunt excrementa.*) Attrahentia, atq́ excernentia plurima in corpore sunt, ac notissima: transmittentia uerò erunt, ut cùm alia nonnulla, tum urinarij meatus, quos ureteras nominant, tum etiam duodenum intestinum. Nam & ureteres urinam transmittunt solùm, hoc est, prꝫterfluere sinunt à renibus in uesicam missam: & duodenum intestinum chylum à uentriculo in ieiunum demissum transmittit, non trahit, aut propellit. Quod autē addendum hoc loco censent, τὰ δὲ πέττει, quædam concoquunt, sanè non censeo: de excrementis enim sermo est, horumq́ ipsorum instrumentis à natura fabricatis, quibus aut trahantur, aut excernantur, aut per quæ transmittantur, non autem concoquantur: quod quidem impropriè nimis de excrementis diceretur.

ti Αι

Εἰ δὲ μὴ κράσεων ἐθέλοι τις λέγειν, ἀλλὰ κατασκευῶν. *Quòd si quis temperaturarũ nolit dicere, sed constitutionum*) Κατασκευὴ constitutio est, seu structura, seu compositio, quæ fieri ex multis multarum, adeoq; diuersissimarum sæpè rerum generibus potest. Sic fiet, ut sectis omnibus conueniat uox hęc, ex quibuscunq; illę rebus sanitatem constituerint, seu struxerint seu composuerint: omniũ enim erit constitutio quædam sine κατάστασις: nam hoc etiam nomen ad rem hanc usurpasse uideas Galenum, ut & διάθεσιν.

Καὶ προσέτι τῆς ἀοχλησίας ἕνεκεν. ὀχλούμεθα γὰρ ἐν ταῖς ὀδύναις οὐ σμικρά. *Atque insuper imperturbationis causa: perturbamur enim non mediocriter doloribus.*) Ἀοχλησίαν libenter hîc indolentiam interpretarer, pro ἀναλγησία acceptam: additur enim statim, doloribus nos infestari non parum: quasi qui alteram hanc ponat causam optandæ sanitatis, præter primam illam, quæ actionum nostrarum offensa erat, in quam planè hæc quoq; incurrit, siquidem deprauatæ sentiendi actionis symptoma dolorem statuerimus. At quia præter hoc ipsum, doloribus infestati, oppressiq; multas præterea obire actiones nequimus, ac doloris interea molestia uexati detinemur: alteram facere uidemur posse fruendæ sanitatis causam doloris absentiam, ut cruciatus uitentur, etiam si nulla esset omnino functionum læsio, quæ tamẽ est, ac fugiendis solum doloris perturbationibus.

Ἐπειδὴ δὲ ὁμοειδῆ τὴν τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων κατάστασιν εἶναι βούλονται ταῖς τῶν νοσούντων. *Quoniam uerò uniformem esse uolunt sanorum corporum constitutionem ægrotorum constitutioni.*) Quoniam, inquit, eos qui in perpetua patibilitate sua illa constituti sunt, & sanos tamen esse conspicimus, ac muneribus, actionibusq; suis fungi omnibus expeditè uidemus, uniusmodi, atque ægrotos ipsos, eiusdemq; cũ his speciei statuunt, tam inter se diuersos: non sane magnopere commendandos habebimus.

Ἀλλ' ἡ παρὰ τὴν ἑκάστου φύσιν. *Sed quæ præter uniuscuiusq; naturam sit.*) Non solùm præter humanam, sed præter cuiusq; naturam. Itaq; si quis natura sua aliquo altero acutius uidens, paulò post ex causa fortè morbifica solito minus ac tantùm tamen quantum alter ille uideat, ægrotare dicetur: quippe qui consueto minùs uideat: alter ille nõ dicetur, qui uidendi functionem solitam suam retineat, quũ interea tamen æqualiter uterque uideat, & uniusmodi sit, quantum ad bonitatem attinet, utriusq; uisio, nisi quòd alterius naturalis, præternaturalis alterius dicenda fuerit.

Ὥσπερ οὐδ' οἱ γέροντες. *Sicuti neq; senes.*) Hoc argumento senectus Galeno quidem non erit morbus, quôd præter naturam ea non sit, sed naturaliter adueniat omnibus, utiq; tempore suo. Ergo paulò antè dixerat: atqui hanc (nempè senectutem) morbum quidam dicunt: quasi hoc ipse non fateatur. Quidam, addidit, ἔνιοι.

Πανταχοῦ γὰρ ἡ αἴσθησις ἡμῖν ἐστι κριτήριον, ὡς πρὸς τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας. *Vbiq; enim sensus nobis pro iudicio est, ut ad uitæ usus.*) Idq; in re medica potissimum, quoniam artifex maximè sensu nitens esse medicus dicitur ab omnibus: ut nisi hoc nitamur fundamento, actiones plurimæ nostræ ituræ pessum sint: nec secus ac in reliquis uitæ muneribus cessaturi ab opere multo sumus, si sequuti fuerimus persuadere nobis conantes, uideri omnia, non etiam esse. Fortassè, inquiunt, sol non est, neq; exoritur, esse autem atq; exoriri uidetur tantùm: nox non est, sed esse uidetur: mare non est reuera in quo nauigamus, ut esse tamen, & nauigare uideamur, quædãq; præterea, quæ in Galeno legimus libro primo de Pulsuum dignotione. At nos, lõgissimè relictis his opinioni suę sophisticæ, & de die agemus, quæcũq; agẽda esse uidebunt ex usu nostro, & quiescem⁹ nocte, nec sanè nauigãtes, ꝓijciemus nos in mare de naui, tanq; mare nõ sit, sed esse solũmodo uideat. Sic de ꝑpetua patibilitate illa, quã inuehũt, & inualetudine, nõ admodũ solliciti, si fortè non esse nos reuera sanos dixerint, sed uideri tantũmodò, modò functio-

functionum nostrarũ robur nobis suum constet, muneribus fungemur nostris: sani nobis uisi satis, si functionibus nostris consuetis nobis non impediamur, atq; obire illas ut antea liceat: sensuq; confisi ipso, non ægrotare nos tantisper dum actionum usum solitum nobis retinemus.

Ὡς πρὸς ἐπίνοιαν μᾶλλον ἢ μόνιμον ὕπαρξιν, ὡς ἐν τοῖς ζώοις. *In cogitatione magis, quàm permanente substantia.*) Esse enim probari possit euidētibus satis rationibus exquisitam illam, & ad libellam undique æqualē eucrasiam, sed fluxam nimis, & instabilem, momentoq; tantùm temporis durātem ac puncto, in uigoris transitu, ætatumq; omnium in medio temperatissimi omni ex parte hominis: ut icircò cogitatione nostra uix illam assequamur: quin præterlapsa iam nobis esse at dum cogitamus, adeò non subsistit solidè. Ideo mox dicetur à Galeno, ma... re eam ἐν ἀκαρεῖ.

Οὕτω γὰρ ἄν τι καὶ εἰς τὴν ψυχικὴν ὀνίναιτο τῇ χρηστῇ διαίτῃ πρὸς ἤθη χρηστὰ παρασκευάζουσα. ... *enim aliquid anima quoq; contulerit, proba uictus ratione probos mores comparans* ... Sicuti improba improbos. Quis enim ignorat, calidiore per omnia uictus ... ne efferos mores fieri, ut frigidiore torpidos? unde necessarium ex bona ... q; bonos reddi, & temperata temperatos.

... γὰρ τοῦτό γε πρὸς τὸ τῆς ὑγιεινῆς τέχνης ἐπίσημον. *Nihil enim hoc quidem ad salu... artis præfectum attinet.*) Propter rationem allatam antè, quòd artificij non sit ... s omnib. nota tractasse. Nō (aiebat) præter rē facturi uidemur, εἰ τὰ γινωσκόμενα πᾶσιν ὑπερβαίνοντες, τὰ μὴ γινωσκόμενα τῷ λόγῳ ἄγοιμεν. At uulgò sciuntur, & ... perto sunt, quæcunq; uiolēter extrinsecus incidere possunt, quę unico præ... to moneamur uitanda esse, nullo salubris artis inuento, & cautionibus tantummodo alijs.

Καὶ ἔστιν ἱκανὸς ὅστις καλῶς χρῆσθαι ταῖς τέχναις ταύταις, ὅτι καὶ σῶμα, καὶ ψυχὴν παιδεῦσαι κάλλιστα. *Ac quisquis artibus his probè uti ualuerit, is & corpus & animam optimè instituet.*) Nemo Platone ipso nos melius hoc docuerit, qui prolixè hęc tra... tertio de Republica dialogo. Quamuis paulò ultra artis nostræ terminos, ... sophum decuit, progressus: qui non nisi obiter quasi ad corpus & animam traditas musicem & gymnasticem scripserit, atq; in id potius, ut mutuò intenta & remissa hæc, quatenus conueniret, coaptarentur, uerbis his usus: ἐπὶ δὴ δύ' ὄντε τούτω, ὡς ἔοικε, δύο τέχνα, θεὸν ἔγωγ' ἄν τινα φαίην δεδωκέναι τοῖς ἀνθρώποις μουσικήν τε καὶ γυμναστικὴν, ἐπὶ τὸ θυμοειδὲς, καὶ τὸ φιλόσοφον, οὐκ ἐπὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, εἰ μὴ ἂν πάρεργον, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνω, ὅπως ἂν ἀλλήλοιν ξυναρμοσθῆτον, ἐπιτεινομένω καὶ ἀνιεμένω μέχρι τοῦ προσήκοντος. Quam ille alibi harmoniam omnium maximè præcipuam sta... t & concentum potissimum. πάρεργον dixit, quod nec Galenus quidem ipse ... turus sit, potioris finis causa, qui δεύτερος sit: compositio prorsus animi ad ... a quem licet medicus non primò spectet, necessariò tamen opera inse... m sua habebit, quando mens sana non nisi in corpore sano futura sit: ... ita suo erit ille fine cōtentus, sanitate nimirum: qui præsertim introducen... uiam paret.

... δὲ τρίτον εἶδος τῆς κινήσεως οὐδαμῶς ὑγιαίνουσι πρέπον. *Tertia autem motionis specie... nequaquā conueniens.*) Atqui in præcautrice salubris artis parte uersati medicamentis interdum utimur purgatorijs, quæ ὑγιεινὰ φάρμακα uocamus: ... fuerit in corpore succorum uitiosorum collecta copia, quę mox ... ctura morbum sit, nisi uacuetur. Quocirca de simpliciter sanis accipiendum ... m hoc esse existimo: nam quos modò diximus, ῥ neutrorum potius corporis conditionis fuerint, illorum, quæ decidentiæ neutra nominamus.

Ἢ ... γαστέρα, ἢ κύστιν, ἢ ἐσθίειν, ἢ πίνειν ἐθέλοντα. *Aut aluum, aut uesicam exonerare, aut comedere, aut bibere uolentes.*) Comedere quidem uel bibere uelle pueros si sciuerimus, ... currere possumus extemplo, ne ea de causa plorēt diutius. At alui excrementa egerere, uel mingere si cupiant, quæ ut faciant, non impediuntur, in promptuq; illis est semper, quid sciuisse iuuerit, ut plorare icircò desinant?

Est

Est tamen quando iuuari etiam in hoc possint re aliqua, quum præter solitum tardius egerere, aut meiere animaduertimus. Et sunt qui laxatis fascijs, si fortè adstrictiores hæ fuerint, facilius id molestéq; minus multò facturi sint: quiq; (quod mox Galenus ipse innuet) nisi proferantur de lectulo, cunisúe, non facilè egerant, uel mingant, natura καθάριοι, quos ideo proferre statim optimum sit. ὅτι προσκείμενος αὐτῷ τῷ τρέφοντι, ἢ ἀποπατεῖν, ἢ οὐρεῖν ἐθέλει: de nutrice dicēs, quæ puellum plorantem suspicans, egerendi, mingendiúe desiderio, protulerit. Vt nutricis manibus subleuatum e lectulo intelligamus ad egerendum.

Γίνεται δὲ τοιοῦτον, εἰ τὸ αἷμα χρηστότατον εἴη. *Fiet autem huiusmodi, si laudatißimus fuerit sanguis.*) Paulo enim suprà dixerat: ἐξ αἵματος δὲ καὶ ἡ τοῦ γάλακτος γένεσις [illegible] αὐτῶν μεταβολὴν ἐν μασοῖς προσλαβόντος. Ex sanguine, inquit, generatur lac: ut ex optimo pariter optimum generari debere, eadem ratione existimemus.

Καὶ οὐκ εὐώδης ἔτι μένει τὸ γάλα. *Nec benè odorum manet lac.*) Eo quòd hircosas ex parte mulieres quoq; reddere possit coitus, unde odor non bonus lacti c[illegible] ciliētur.

Ο γὰρ ὑφ᾽ ἡμῶν ἀφοριζόμενος καιρὸς, ἄλλοτε εἰς ἄλλον ἐμπίπτει χρόνον. *Etenim consti[illegible] à nobis opportunitas, in aliud aliàs incidit tempus.*) Propter somnum, quem p[illegible] non una semper diei aut noctis captare hora soliti sint: ad cuius diuers[illegible] tempus peractus quum fuerit, arripiendam à nutrice esse fricandi lauandiq; oc[illegible]sionem dicebat.

Μέτριον ἄρτον δόντα, παίζειν ἐπιτρέπειν. *Modico pane exhibito, ludere permi[illegible] dus.*) Non ueretur exercitationem post cibi assumptionem modici, cōc[illegible] iri sperans, ac minimè ante tempus distribuendum, modò potus ne cōce[illegible] id enim celeriorem iusto distributionem fecerit. Atq; hæc in alia iū quoq; [illegible] tum diæta obseruasse non inconueniet.

Μεμπτέαι γὰρ αἱ τοιαῦται διαθέσεις, καὶ κατασκευαὶ τῶν σωμάτων εἰσίν. *Improb[illegible] enim tales corporum affectiones, & constitutiones sunt.*) Hæ sunt illorum qui[illegible] nuius corpusculum adest, corpusq; & carnem assumere postulant, ut co[illegible] lentiores fiāt. Quod hac quoq; ratione, præter alias quasdam, asseq[illegible], c[illegible] bus balneum non multùm anteeat, ut postea docebimur in correctrice [illegible] bris artis parte.

Λοῦσι μὲν ἐν σκάφαις αἱ τροφοί. *Lauant quidem in conchis nutrices.*) Frequen[illegible] apud multas, hac quoq; tempestate, gentes mos.

Παρὰ μέντοι τοῖς γερμανοῖς οὐδαμῶς τρέφονται τὰ παιδία. *Apud germanos quidē ne qua quā educantur pueri.*) Dicturus ac sensurus aliter omnino Galenus fuisset, si [illegible] uiueret. At fortasse exactam atq; exquisitam uictus in pueris rationē [illegible] Italia quidem, non solùm Germania, seruat omnem. Sed quod ad baln[illegible] usum pertinet, dicere possumus, uiuendi rationem hanc, Græciam, atq; Ita[illegible] magna ex parte reliquisse, & in Germaniā migrasse, idq; per ætates omnes [illegible] seruari, non solùm in infantili, & puerili, in quibus desitus in frigid[illegible] [illegible] bus lauandi recens natos mos, & introductus non modò in hoc, sed etiam [illegible] plurimis alijs, melior.

Ἔτι θερμὸν τὸ βρέφος ἐπὶ τὰ τῶν ποταμῶν φέρειν ῥεύματα. *Calidum adhuc in[illegible] ad amnium fluenta portare.*) Natos ad flumina primum Deferi[illegible] [illegible] duramus, & imbri: inquit poeta, ex more tunc usitato partis alicuiu[illegible] modò Germaniæ: Italum enim dicentem hæc facit, Sabinum op[illegible] Celtis hoc tribuant alij, non Germanis: nec quæsitum ex e[illegible] tummodò & aduersus foris imminentium noxarum iniuria[illegible] legitimi inprimis, aut adulterini partus probationem. Quin sapien[illegible]simus habitus legislator Lycurgus legē tulerat (ut doceri ex Plutarcho po[illegible]mus) ne quis nisi bene compacto & robusto corpore, educaretur infans: ut Græcorum quoq; nonnullis placuisse idem non nesciamus, & his quidem præcipuis, quos nunquam Barbaros dicet Galenus. At eius rei periculum fieri non alia melius

ratione,

ratione, quàm recens natorum immersione in gelidam, poterat. Quid autẽ refert gelida ne, an ferro, aut qua alia ratione necemus infantes? Verum enimuerò aliud omnino fuerit, rempublicam aliquam instituisse quod Lycurgus faciebat, ad cuius formulam dirigenda norma omnis sit & regula, etiam cum priuatorum incommodo, & damno, ut cõsultum semper in commune sit: atq; aliud priuatam uniuscuiusq;, sanitatisq; curam gerere, quod medici facimus, ut eorum nullum, quæ in salutem cuiusq; tendant, neglectum nobis esse debere arbitremur. Eodem modo causarios nos multos, & valetudinarios quosdam artis nostræ auxilio destitutos, non prætermittemus, & viuos, sanosq; uolemus, quoad eius fieri ex artis salubris præceptis poterit, quos Plato ipse ad reipublicæ suę negotia admissurus non sanè libenter sit, nec si mortem obeant, curaturus magnopere: vt autem eorum inualetudo longa aliqua artificij medici diligentia, ac sedulitate, ueluti fota enutriatur, etiam prohibiturus: qui quidẽ Herodicum quendam, hoc factitantem, condemnauerit, libro suo tertio de Republica. Cæterùm ne nos quidẽ depositæ prorsus, & conclamatæ sanitatis quosdam, quibus nec Aesculapius ipse opem ferre pósset, temerè et irrito semper effectu tractandos habebimus: intereà tamen eorum multos, quos Plato, uel Lycurgus quoq; fortasse nollet, quasiq; illorum reiectaneos, curandos nos fouẽdosq; ex artis nostræ regulis, suscipiemus. Sic nec recens natos quidem frigidæ immergimus nos, ut alij quidam immergant, rationes sequuti.

Καὶ δὴ τοῦθ' ἱπποκράτης. Atque ab hoc Hippocrates.) in libello de Alimento.

ὑγραίνει τε γὰρ ἱκανῶς, καὶ θερμαίνει τὸ σῶμα πινόμενος οἶνος. Humectat enim abũdè & calefacit corpus epotum vinũ.) Arbitror in alijs non semel ostendisse quomodo humectare dicendũ sit uinũ, & quãdo rursus siccare: nam utrumq; facere dictum fuit à Galeno diuersis in locis. Tota enĩ res uersatur in differentia diluti, non diluti uini: quod probari multipliciter potest, ac probatũ à me fuisse spero.

Οἵαπερ δὴ καὶ ἡ τῶν τοιούτων παίδων. Qualis est huiusmodi etiam puerorum.) Optimè constitutus à natura puer, cuiusmodi nunc proponitur nobis educandus, temperamento itidem optimo sit oportet, sed quod tamẽ ætati illi conueniat. Hoc si cum ætatibus alijs, præsertim uerò temperamenti eiusdem media, cõferatur, calidum utiq;, atq; humidum dicetur, neq; tamen modum excedens: quomodo nanq;, si temperamenti optimi idem necessariò puer est? Verumtamẽ quoniam temperamentum id, optimè constituti puelli ætati huic conueniens, excessui proximum est: hactenus quoq; calidum dici, atq; humidum potuit, quod ferè tale sit, in proximo duntaxat. iccircò mox addet: *εἰς τοσοῦτον γὰρ ἥκουσιν ὑγρότητος καὶ θερμότητος, ὡς εἰ καὶ βραχὺ προσαυξήσειέ τις ὁποτέραν αὐτῶν, ἐν ἀμετρίᾳ καθίστασθαι.* Ad tantum enim deueniunt humiditatis, & caliditatis, ut si uel parum quis alterutrũ adaugeat, in excessu cõstituatur. In excessu inquit, nimirũ temperatũ prius: ut illa non esse intẽperaturæ alicuius, aut excessus nomina intelligeremus.

ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ψυχὴν ἡ βλάβη διικνεῖται. Sed ad animam quoq; nocumentum peruenit.) Propter id, quod dixerat: *ἐμπίπλησι τὴν κεφαλὴν ἀτμῶν*, caput replet uaporibus, subintelligendum necessariò, uinosis, quamuis additum à Galeno non fuerit *οἰνωδῶν*, quod non erat opus, quũ de uino diceretur. nã hi mentem, animumq; perturbant, quod vapores alij non facerent, uel non tantum facerent.

Ἀλλὰ τούτοις μὲν ἐπιτήδειος, ἔς τε τὴν τῶν χολωδῶν περιττωμάτων ἐπίκρασιν τε καὶ κένωσιν ἱκανῶς. Verũ his quidẽ proptè ad biliosorũ excrementorũ contẽperamentũ simul, et euacuationẽ idoneũ.) ἐπίκρασιν, integrationẽ dixisse uisus est interpres: at ἐπίκρασις in genere quidem esse talis poterit, sed propriè aliud fuerit: neq; temerè, aut frequenter in alijs uocem hanc inuenias, quàm in medicorum libris. Fit porrò quoties humoris alicuius excessus contrarijs introductis qualitatibus temperatur, mixtus, ut temperamentum sit, uel contemperamentũ. Et mitigatur quidem hoc quoq; pacto humor: sed hoc generalius est, illud autem proprium. Erit igitur biliosi humoris ἐπίκρασις siue tẽperamentũ, ex refrigeratione, et hume

ctatione,id quod prestare uinū posſit,ſed bene dilutum:nā ex aquę additione refrigerandi quoq; vim aſſumet uinum tandem : uerùm hanc poſterius, quàm humectandi: hæc enim uino introducitur facilius, ob uini ſubſtātiam actu iam antea humidam:at caliditas retundi difficilior eſt,nempè efficax,potensq; magis: & retunditur tamen,tanta aqua accepta,quanta facere hoc queat.

πραΰνων ἡ τὸ δριμὺ τῆς πικρόχολου, καὶ δι' ἱδρώτων τε καὶ οὔρων ἐκκενῶν. *Amari humoris acrimoniā mitigans,perq; ſudorē & urinā euacuans.*) Explicat q prius dixerat, ἐπίκρασιν & κένωσιν. Humoris bilioſi acrimonia,quæ ex amaritudine pcipit, retuſa mitigatur,ſed nō aliter,quā per ἐπίκρασιν,tēperamentū ſcilicet, ex refrigeratione,& humectatione,bili flauæ cōtrarijs,quæſitū:euacuatur autē ſudoribus, & urinis. δριμὺν dixit,nō pprie humorē acrē intelligēs ab amaro diuerſum,ſed uehementiam tantum indicare nobis uoluit quandam, quā bilis guſtata faciat.

ἀλλ' ἐπί γε σιτίοις τὰ πολλά, καὶ κατὰ τὰς θερμοτάτας ὥρας. *Sed plurimum poſt cibum & calidiſsimis horis.*) Frigida ſi bibatur inani uentriculo, feriens offendet illius ſubſtantiam,quod cibis repleto iam facere non poterit. Idem uſus habebitur, quū calidiſsimus circum ambiens nos aer fuerit, æſtate puta, & in meridie: hæ nāq; θερμόταται ὧραι ſunt, & dicuntur: quo tempore ne offendatur uentriculus à frigida, repugnantem habiturus eſt caliditatem, & ſiccitatem ambientis.

οὐ μὴν θερμοῖς γε χρῆσθαι κωλύω. *Ac calidis uti nihil ueto.*) Vſui alicui fuiſſe calidę quoq; aquæ potū veteribus aliquādo,cū ex alijs, tū ex hoc colligere nobis licebit loco. Caldā etiā vocabant. Frigida nō deerit (ait Martialis) nec calda parēti.

Ἀσφαλέστατον δ' ἂν εἴη κεκρίσθαι τῇ πείρᾳ τὸ τοιοῦτον ὕδωρ. *Tutiſſimum igitur fuerit, experientiā indicaſſe talem aquam.*) Nam quum & pura, limpidaq; uſui repræſentetur, & guſtui non ingrata ſit, quid reſtat aliud, quàm vt experientia ipſa iudicium de ea fiat, num ex ſemimalis aquis illis ſit, quæ alioqui probandæ, ex longiore tamen in hypochondrijs mora, noxiæ reperiuntur.

ὅσα δ' ἐπί τινος ἐξέχουσι ποιότητος δυναστεύεται. *In quibus verò corporibus exuperantis qualitatis alicuius dominium eſt.*) Rectè ἐξέχουσι, & δυναστεύεται, inſigni ſignificata ex hoc qualitatū exuperātia: quę ſi fuerit, iam periculū erit, ne tam in proximo poſita, parua modò acceſsione aliqua ab ambiēte facta, in morbos incurrat intēperatura, calidos, ſi calida, & ſi frigida fuerit, frigidos: eodēq; modo de alijs. itaq; occurrēdū fuerit neceſſariò cōtrarię qualitatis ambiente, ne hoc fiat. Nā alias, quęcunq; non inſignitè nimis tēperamentū excedēs inuēta fuerit intēperatura, calida, frigida, ſicca, humida, ea, vt poſteà docebimur, otiū ac qetē nacte, cōtrarijs circūfuſi aeris qualitatib. pter alia reduci ad tēperamētū debebit: reliquo aūt tēpore meliꝰ ab eiuſdē qualitatis aere in ſtatu ſuo conſeruabit.

ὅσα δ' ὑγρότερα καὶ ψυχρότερα τῶν ἀρίστων ἐστίν, αὐξάνεται τούτων ἡ θερμότης. *Quæ verò optimis humidiora, & frigidiora ſunt, horum augetur caliditas.*) Optimè cōſtitutus à natura puer eodem caloris gradu perſtabit ſemper, ad ętatis uſq; vigorem quodammodo. πῶς enim illud additum à Galeno legimus, propterea quod, vt idem ſit ad eam uſq; ętatem caloris gradus ſemper, at primis annis in humido, ſequentibus in ſicco collocatus reperietur: quod facere diſcrimen non gradus, aut ordinis, qualitatis nempè ipſius formæ, ſed materiæ tantummodo, in qua ſita illa ſit, poteſt. At ubi frigidioris, atque humidioris iuſto temperamenti, puelli corpus fuerit, calor natiuus illius qualiſcunque (aliquem enim eſſe omnino opus eſt) imminuta in dies humiditate (imminuitur autem neceſſariò magis, magiſq; ſemper) exeret ſeſe melius: qua prius ueluti ſuffocatus, minor erat. itaq; ἐκλάμψει, ut Hippocratis uerbo utar: eluceſcet, fietq; hoc pacto maior, euicta, ſuperataq; humiditate: non ualdè diuerſo modo, quā in alijs fiat: ſed tamen euidenti magis ratione ob frigiditatis & humiditatis redundantiam notatu dignam, ut caloris ideò uictoria in his manifeſtius appareat.

οὔπω γὰρ οἷόν τε τοῦτο ἀλύπως ἀνέχεσθαι δύναται. *Nondum enim ferre hæc innocuè poterit.*) Etſi nanq; calor idem adoleſcētię ſit, qui iuuentæ quoq; eſt: fluxa tamē

adhuc

adhuc præ humeditate, & laxiora membra in adolescentia ferre frigidioris balnei occursum haud poterunt sine nocumento, ut in iuuenta ferrent, benè iam solidata.

ὅσαι γε εἰς ἐπιστήμην τινὰ, καὶ σοφίαν ἄγει. *Quæcunq; ad scientiam aliquam, ac sapientiam ducunt.*) Propter eos dictum, qui absq; studiorũ labore, legendiq; & scribendi opere, benè nihilominus instituti animo esse possunt, à natura, uel consuetudine etiam bona formati factiq;.

παρὰ δὲ τὴν ποσότητα τῶν προσηκόντων πλειόνων, ἢ ἐλαττόνων. *Propter quantitatem uerò, si iusto plura, aut pauciora fuerint.*) Nã & à plurimo, nimioq; cibo distendi ita uentriculus potest, ut insurgere, ac ueluti commouere se ad expellendum non ualeat, non aliter ac in uesica contingere aliquando solere dictum à Galeno fuit alibi non semel: & pauciora alimẽta retinentur diutius, amplexante ea uentriculo arctè diuq;, & auarè detinẽte, ut exatietur. Dum igitur nec quantitate, nec qualitate uentriculum proritant, nec sanè multa generantur excrementa, quippe ex cibo pauciore, manent. nam horum ipsorum qualitas pro temperata accipienda, si quidẽ pauciora tantùm iusto sumpta ponuntur alimẽta, nihil aliud.

παρὰ δὲ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως, εἰ δέον διςὶ τραφῆναι, ἅπασαν εἰς ἅπαξ προσενήνεκται τὴν τροφήν. *Propter utendi uerò modum, si quum bis cibandus fuisset, totũ simul sumpserit.*) Hoc enim quoq; expultricem facultatem morabitur. Quandoquidẽ assuetus uentriculus bis comedere, eoq; minorem cibi quantitatem citius multò conficere, confectamq; reponere illico intestinis expellendam, nũc duplo maiorem semel iniectum, quod bipertito factum oportuerat, concoquere tam citò non ualebit, proinde nec propellere, meritoq; diutius morabitur, ut facere hoc possit simul quamuis cibi multitudine grauetur, ac deponere grauitatem eam tenet, distentus nimis non sese facilè contractis fibris, quas contrahere ob distentionem nimiam nequeat, ad dejciendum excitabit.

μοχθηρῶν εἰσι τῶν σώματος κατασκευῶν. *Prauarum sunt corporis constitutionum.*) De quibus dictum fuit, tertio de Causis symptomatum libro, & in commẽto uigesimi sectionis secundæ aphorismi.

ὀκτὼ διαφοραὶ τῆς γαστρὸς τῶν προσφάτων εἰσὶ διαθέσεων. [*Octo uentriculi differentiæ recentium sunt affectionum.*) Recentium dixit, quòd hæ licet extra sanitatis latitudinem corpus ponant, manifestè enim læditur in his functio, ut dici propterea morbi possint, ac debeant: quia tamẽ nec uehemẽtiores sunt, breuiq; pertranseunt, atque ad sanitatem reditio fieri statim in his potest & fit: ea propter non prorsus constituti in morbo dici debebunt, aut confirmati: recens nanq; contractæ subitò pariter dissoluuntur intemperaturæ eæ, si occurratur. Pedem igitur tulerunt hi extra sanitatis campum utiq;: uerùm quia eundem mox referunt eo, unde digressi fuerant, pro sanis habebimus, cumq; sanis tractabimus tam leuiter offensos.

ἢ ἀπό τινος ὕδατος ἐν ᾧ τις ἔτυχε λουσάμενος. *Vel ab aqua aliqua, in qua quis lauerit.*) Duntaxat medicata, ut sponte nascentes multæ sunt: quarum facultatibus extrinsecus occurrentibus necessariò afficietur corpus, si quis pro balneo utatur.

ὥστ' ἐκπεπτωκέναι τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας. *Quamobrem ab opere exciderunt salubri.*) Quia inquit morbi manifestò hæc sunt, iam de his tractare ad salubrem artem non pertinet. ut capere argumentũ ex his possimus, recens illas cõtractas intemperaturas, quas dicebamus, non prorsus artis huius egressas limites, huius ipsius adhuc præceptis contineri.

ὁ μὲν γὰρ ἐγκέφαλος οἶκός τίς ἐστιν τῆς λογικῆς ψυχῆς. *Nam cerebrum tanquam domicilium quoddam est rationalis animæ.*) Nõ ergo temperatura anima. Alibi enim dixerat, uel temperaturã habendã esse animã, uel in cerebro, ceu in domicilio inhabitare: nunc inhabitare dixit: cerebrum enim eius esse ueluti domum. ut pro temperatura non habere se illam innueret. Credo, qui domum habet, ubi habitet, exire de domo poterit: addictus certè alligatusq; illi non est existimandus.

εἰ δ' ἄρα δυσκρασίαν ἐπίκτητον. *Si verò ob nup.r factam intemperaturam*) ἐπίκτητον dixit, quod supra πρόσφατον. Semper aute nuideas his in locis recentes hasce intemperaturas, salubris esse artis dux. Ille Galenum.

Ὡς μὴ τὴν ὕλην μόνην, ἀλλ' ὑγιεινὸν αἴτιον γίνεσθαι. *Vt iā nō sola materia, sed salubris causa fiat.* Plurima est tuēdæ sanitatis materia, rebus, quas nō naturales uocamus, sex distincta: aut, si mauis, quattuor illis, quę mox dicētur admouēdis, faciēdis, vacuādis, extrinsecus incidētibus: quę quid proderit sciuisse omnia, nisi tēporis insuper opportunitatē, usus modū, & qualitatē omniū sciuerimus: tria hęc, quę materiæ omni formam addūt. Artificij certè quidem salutaris nihil tenebitur, ut cibi, potusq;, & aeris, & exercitationū, & huiusmodi reliquorū differentiæ omnes teneantur, nisi & quo utamur his tempore, & qualibus, & quomodo, perspectum habuerimus. Hęc sunt, quæ artificem faciant: tum quibus materia omnis uaga illa, & dispersa reuocata ad usum rectum ueniat, atq; artificij iusti formam, ac speciem decoram accipiat. Itaq; Therapeutici quoq; me[...] seu Curatorij, quota pars erit medicamentorum cum simplicium, tum compositorum omniū sylug omnis cognitio, usus inquam horū, modus, vsus, tem[...], qualitas, si rectè teneantur: erit pars quę illum talem nobis reddat. Nam ni[...] fiat, nec usus modum, mēsurarūq; in omnibus retinuerimus: nec qualibus utamur, curabimus quicq;, ut indiscriminatim admoueamus omnia: tum usus e[...]tiam occasionem, atq; opportunitatem, non diligēter aucupati fuerimus: pessimè & incommode sæpè casura multa sunt, ac pro salutiferis, lethalia, uel nocua certè euasura. Tale aliquid scriptum habemus ab hoc eodem auctore in arte medica. quo loco, quamuis, καιρὸν, quem hic de tribus unum facit, non [...] farium esse ut fiat, scripserit: ad doctrinæ tamen captum ut usurpetur, permitte re uidetur: idq; ita fieri sæpenumero solitum esse addit.

Ἐν τρισὶ γὰρ τούτοις γένεσι πρώτοις. *In tribus enim his generibus primis.*) Non modò dictis, sed dicēdis σώμασι, καὶ αἰτίοις, καὶ σημείοις: corporibus, & causis, & signis. Tria autem illa erant, tempus siue opportunitas, qualitas, & utendi modus: in quibus non consistit ἡ ὑγιεινὴ πραγματεία, καὶ ἡ θεραπευτική, quemadmodum hic scribitur: sed artificij totius potius summa uersatur: materia autem medica nulla, quę tribus alijs continetur, inter causas. ut ideò conuenientius tribus hisce, corporibus, causis, signis, salubre simul & therapeuticum opus totum, materiamq; uniuersam contineri affirmare nobis liceat.

Εἰ δ' ὀρθῶς αὐτὴ διῄρηται τοῖς προειρημένοις τρισὶ τῶν αἰτίων. *Num uerò rectè contra diuisum fuerit prædictis tribus causarum generibus.*) Hoc est, num τὰ κενούμενα, quæ euacuantur, uel euacuanda (de his enim modò dicere omiserat) quartum membrum facere diuisionis huius possint, ex aduerso alijs diuisum: sicuti tria faciūt, sirum quodque, quæ admouentur, quæ fiunt, quę extrinsecus incidunt. Quod dixit propterea, quòd tria tantūm habēda hæc esse, placuisse ei magis uid[...]: admouēda, facienda, extrinsecus incidētia. Quorū nihilominus subdiuisi[...]nib. quas ille mox afferat, τὰ κενούμενα, siue uacuandā, cōprehendantur: rerū multarū more, quæ diuidi ac subdiuidi multipliciter possunt, nec sanè multū refert at hoc illóue modo fiat. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιούτων διαιρέσεων ὅπως ἂν τις ἐθέλοι, τιθέσθω. Verū, inquit, quod quidem ad diuisiones huiusmodi attinet, ut cuiquā magis placuerit, ponat. Hoc loco pro tribus, quatuor nobis reddidit interpres Linacer: non satis, vt opinor, percepto eorum, quę dicuntur, tractanturq; hic sensu.

Τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον τροφῆς, καὶ πέψει. *Prima nanque significationis alimento, & concoctioni.*) Quia educendorum, siue uacuandorum, quæ κενούμενα erant, in diuisione primum, tum & in subdiuisionibus facta fu[...] mentio: quotupliciter euacuatio ea fiat, docemur, ac quotuplex econtrario uacuationi unicuiq; repletio opponatur, ab alimento facta, pro uoces huius significatione diuersa, ex Hippocratis sententia.

IN

IN LIB. II. DE TVENDA SANITATE.

Τῆς τρίτης ἑβδομάδος ἐτῶν ἀρχόμενος. *Tertij septennij annos inchoans.*) Qui decimusquintus annus numeratur.

τὴν δ' ἁπλῶς ἀρίστην οὐκ ἐγχωρεῖ. *Absolutè autem optimam non licet.*) Quamuis optimè constituto à natura corpori, optimam tamen præscribere curandi corporis institutionem non licebit, utiq; quæ simpliciter, atq; absoluto sermone talis sit, nisi nullam omnino seruitutem seruiēti: quòd si ita optima non licet, at quæ, vt in seruitute, uel negotioso uitę genere, optima futura sit, licebit. Eodem modo ἀξίαν optimam dicimus simpliciter atq; absolutè unam aliquam absq; ulla additione, χωρὶς προσθήκης, omnium laudatissimam: cum additione verò, Thersitę fortasse fuerit ἀξία, aut alicuius alterius non optimè habentis. Sic optima institutio, sine addittione vlla, optimè pariter constituto corpori, liberoq; adhiberi poterit: cum additione autē, quæ tali solùm optima sit, in seruitute posito.

Τὸ γὰρ ἁπλοῦν, καὶ ἄμεμπτον, ἐν ἑκάστῳ γένει καθάπερ τις κανών. *Simplex enim, & inculpatum in vnoquoq; genere, veluti regula quadam.*) Iuxta Aristotelis dictum illud primo libro de Anima: κριτὴς γὰρ ἀμφοῖν ὁ κανών: Iudex utriusq; regula: recti nimirum, & obliqui. Dixerat enim prius: καὶ γὰρ τῷ εὐθεῖ καὶ αὐτὸ, καὶ τὸ καμπύλον γινώσκομεν: Etenim recto & ipsum, & distortum cognoscimus.

πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν. *Labores cibos præcedant.*) Apparet scriptum hoc reperiri solitum fuisse inter aphorismos, Galeni tempestate, quod hodie legimus libro sexto epidemiῶν sectionis quartæ in fine: nisi pro aphorismis etiam dicantur, accipianturq; libri illius seniētiæ propè omnes, sine dubio aphoristico modo scriptæ, sexti inquam Epidemiorum. Sed cur rursus eiusdem libri sentētiam aliam quum mox allegaret, non aphorismorum, sed Epidemiorum libros nominauit, μνημονικὸν fortasse ἁμάρτημα sit.

εἶτ' ἐξῆς ὕπνου, εἶτ' ἀφροδισίων. *Tum deinde somnum, tum venerem.*) Meminerimus præcepta dari nunc à Galeno tuendæ sanitatis per omnia optime constituris coporibus, in quibus subsequi uenus somni tempora debeat, in iusta pariter reliquarum rerum administratione. Nam quędā aliæ sunt corporū cōditiones, quæ ante somnum coire rectius queant, postquàm cibum sumptum utiliter, certis de causis, quæ pòst dicentur. ut inter alia, in corporis extenuatioris sorte, aut ualdè resolubili totius habitudine, aut insigni uētriculi imbecillitate, aut quū fortè liberis operam dare uolumus. Quorū in tribus priorib us ex artis nostræ pręceptis faciemus, illo, vt diximus, modo faciētes: in quarto desciscemus ab arte, neq; ex præcepto id salutaris artis fiet vllo. Procreādi quippè studium, & suscipiendorum filiorum (quod facilius, ex illius temporis concubitu fit) amor anteuertit pręceptum omne: nisi simul cū generandi desiderio dictę quoque causæ adsint aliquę, propter quas facere nobis ita, ex arte quoq; expediat.

Εἰ δ' ἄρα μεῖζον, ἢ ἔλαττον, ἢ θᾶττον, ἢ πυκνότερον ἀναγκασθείη τις ἀναπνεῖν. *Quòd si quis maius, aut minus, aut celerius, aut crebrius respirare cogatur.*) Irrepsit procul dubio nescio quo pacto illud, ἔλαττον, in uerborum contextum hunc, fortasse à sciolo aliquo adscriptum, qui credidit necessariò apponendum contrarium quoq; illius μεῖζον, ut melius responderet: nec uidit, Galenum, si contrarium μεῖζον, posuisset, quod erat ἔλαττον, ita & θᾶττον cōtrarium, quod βραδύτερον, & πυκνότερον, quod, ἀραιότερον, positurum fuisse: quod tamen non fecit, optima quidem ratione. Quo nanq; tandem modo, in respirationis mutatione ab exercitio iusto facta, in qua adaucto calore uētilandi necessitas eiusdem incumbit, aut minor unquam, aut tardior, aut rarior expectari respiratio possit: quæ diminutū semper, minimè uerò auctum consequuntur calorem differentiæ? Porrò autē quò uehemens magis exercitatio siue motus fuerit, eò maior quoque sequetur

respiratio semper: ut in uehementissimo maxima pariter futura sit, & celerrima, & frequentissima: tum uerò in qua musculi thoracis omnes, non solùm intercostales, sed etiam scapularum, & summi humeri, ἐπωμίδες scilicet, ad ceruicem usque moueantur, & id creberrimè. Quam tamen minorem existimandam esse respirationem hoc loco intelligendam, persuadere nobis conati sunt quidam inscitè nimis, ut illud, ἐλάττω, rectè additum fuisse defenderent. Neq; ignoro, minorem dictam fuisse aliquando Galeno respirationem, in qua licet partes hæ modò dictæ moueantur omnes, minus tamen aeris attrahitur, insignis imbecillitatis argumento: Quę habere hoc in negotio locũ non potest ullum, salubribus protsus exercitationibus dicato, minimè uerò morbosis affectibus.

Ἴδια δὲ ἀφ' ὧν περ καὶ γυμνάσια προσαγορεύουσιν ἅπαντες. *Propria verò, à quo gymnasia vocant omnes.*) Própria Gymnasij significatio loci est, nō autem exercitationis in loco factæ ullius. Conueniebant autem eo, non modò exercitaturi se, sed disputaturi etiam de multis. At eadem loca Latinis palæstræ quoq; dicta fuisse inuenientur. Ac sicuti gymnasia, quòd ibi homines ad se exercendum, nudarẽtur, uocata, ita palæstræ, quòd luctarentur ibidem, nominata. γυμνὸς quippe nudo est, & πάλη lucta.

Ἡνίκα ἡ χθὲς τροφὴ τελέως ᾖ κατειργασμένη. *Quum hesternus cibus perfectè fuerit concoctus.*) De exercitio ante prandium accipiendum hoc: nam de eo, quod ante cœnam fit dici idem non poterit, quoniam assumpti in eiusdem diei prandio cibi concoctio expectanda tunc quod satis sit, ne aberrarre contingat à scopo iustæ exercitationis.

Ἢ τήν ὠχρὰν χολὴν ἐπιτρέψεις γεννᾶσθαι πλείονα. *Vel pallidam bilem permittes gigni plurimam.*) Cuius, si tardius quàm par sit, exerceamur, futurus prouentus maior sit in corpore bilescente facilè ab exercitationis calore serius obitæ, quum iã alterius cibi tempus ususq; instet, nedum ut inanitionem tunc maiorem moliamur: sicuti si iusto citius obeatur exercitatio, crudis replebitur corpus humoribus, uiolenter attractis.

Κίνδυνος δὲ καὶ περιττώματα τῇ τοῦ πνεύματος ῥύμῃ κινήσαντος τοὺς πόρους ἐμφράξαι. *Periculum excrementa spiritus impetu abrepta, ne meatus infarciant.*) Etiam ut tempore opportuno exerceamur, nisi tamen id emollito prius corpore toto, & laxatis meatibus, & tenuatis excrementis fiat, periculum erit, ne solidarum partium aliqua rumpatur, aut conuellatur, aut ne excrementa spiritus impetu delata meatus obturent, si de excrementis intellexerimus tertię concoctionis potissimum atq; in primis: nam primę, & secundæ illa iam abierint. Quamobrem studium omne, ac curã transferri eò uidemus, ut frictionibus ista assequamur, habitudini corporis uniuersæ adhibitis, ubi tertiæ concoctionis opus uiget.

Ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ προτρέψαι πρὸς τὰς ἐνεργείας. *Verùm ut et ad actiones excitetur.*) Nẽpè quas excernendo deinde obituri sumus: de præparatoria enim ad exercitationem frictione loquitur, nõ de exercitationis ipsius opere ullo: multoq; minus de recuratoria, quæ ἀποθεραπεία est, & postrema exercitationis totius pars.

Καὶ οὐδαμῶς ὅτι σκληρὸν ἀποτελέσθαι. *Ac ratione ulla neq; durũ neq; siccũ effici.*) Siccum omne, durũ quoq; est. ἀχώριστον μὲν γὰρ δὴ ξηροῦ σώματος ἡ σκληρότης, ait Galenus, secundo libro de Temperamentis. οὐ μὴν ἴδιόν γε τούτου μόνου. neq; tamen huic proprium: quippè quod omni quidem conueniat sicco corpori, sed non soli. Duram quidem dicemus glaciem rectè, non tamen rectè siccam: nempè facilè ex liquefactione in aquam cõuertendam. ut appareat, duritiem alteri alicui conuenire rei posse, quã siccæ, proptereaq; neq; idem omninò esse siccũ, & durum. Neq; durum igitur, neq; siccum reddi corpus, inquit hoc loco Galenus. Interpres optimè alioqui de re medica, imò literaria republica omni meritus, quum (ut ego quidem auguror) non diuersa esse crederet, σκληρὸν, & ξηρὸν, pro sicco, molle nobis reposuit: neque tamen nulla prorsus id cum ratione:

lege-

legerat enim eodē uersu: τὴν ἐκ μαλακῆς τρίψεως ἀραιότητα σφίγξαι. Arbitratus igitur mollitiē ex hoc uetari, neq; molle dixit. Verùm mollitudinem nō uetat Galenus, ex præparatoria frictione, cuius peragēdæ leges nobis præscribit: sed ex molli frictione factam raritatem adstrictione emendari tantummodò uult: sic porrò adstringi, cogiq;, ut interea durum, siccúmue nō efficiatur pueri corpus, incrementum deinde iustum cohibiturum. Quod ne fieret, semel, aut summùm bis, parti cuiq; iam inducendam frictionem uehemētem illam esse præceperat, facturam omnino, si paulò sæpius fiat, durum, siccumq; corpus.

Σκοπὸν ἔχουσαι μαλάξαι τὰ σώματα, τὴν μέσην σκληρᾶς καὶ μαλακῆς ἐπικρατεῖν χρὴ ποιότητα. *Scopum habente, ut corpora molliat, duræ mollisq; mediam præferre qualitatem oportet.* Quo pacto mediam, si quidem emolliendum corpus habemus? uidebatur enim mollis potius adhibenda, nam hæc emollit demum: non mediocris quædam, neutrum præstans, nec durās, nec emolliens. Sed aduertendū in præparatoria frictione hac, non esse necessariā emolliendi facultatem illā qua quoties duram, siccamúe corporis partem aliquam emollire intēdimus, utimur: satisq; esse, si, ne inter exercendū rumpantur ipsæ solidæ partes, antea ætatis insuper puerilis adolescētisq; beneficio molles, paulò molliores efficiantur. Cui rei peragendæ satis, superq; factura sit inter durā & mollem media frictio: nam mediocri mollior emollitura plus iusto esse non immeritò uideretur.

Προσέρχεται δ' αὐτῇ τι παρὰ τοῦ ποσότητος ἕτερον. *Accedit autē illi ex quantitate diuersum quippiam.*) Diuersum accedere dixit ex quantitate tēporis, nō ex qualitate frictionis: nā mollis semper emolliet, nihil diuersum. multa aūt siue multi tēporis, euaporat quidē, sed carnē tamē relinquit mollē: mediocris in hoc, carne replebit, utiq; molli: exigua calefaciet, floridūq; inducet colorē, carni tamē molli. Quod quū nō intelligerēt, existimarūt, addendū esse οὐδὲν, in hūc modū: προσέρχεται δ' αὐτῇ οὐδὲν τι παρὰ τοῦ ποσότητος ἕτερον: cōtra Galeni sententiā, qua nihil dici potuit clarius. Accedit eñ, ut diximus, ex tēporis quantitate, si multa sit, carnis euaporatio, si mediocris, repletio, si exigua, color floridus: molli tamē semper carne: à qua tua illa diuersa sunt modò dicta. Quòd si tamen addendū οὐδὲν contendat aliquis, intelligendū, nihil accedere illi ex quantitate, duntaxat eorum, quæ ad duritiem aut mollitiem nihil pertinent.

Ὁπότε δὲ περὶ τῆς σκληρᾶς ἔτι ἅμα, καὶ πολλῆς, μηδὲν τῆς πολλῆς. *Quū uerò de dura simul, & multa, nullū multa.*) Nullū duræ, reddidit nobis interpres: fortassè exēplar ita habēs nactus. nō satis aūt rectè: tertio eñ pòst uersu inquiet: Quemadmodū etiā in sermone de dura, & multa, de dura quidē dictum quod adstringat, liget, ac phlegmone simile quippiā efficiat: περὶ δὲ τοῦ πλήθους μηδέν: de multitudine aūt, siue plenitudine, nihil. Multā, siue multi tēporis frictionem intelligens, hoc est, πολλήν.

Οὔτε πολλαῖς, οὔτ' ὀλίγαις, ἀλλὰ μετρίαις ἀνατρίψεσιν, αὐτὸ τρίψομεν. *Neq; multis, neq; paucis, sed mediocribus frictionibus fricabimus ipsum.*) Huius uersus dictiones sciolus ex librarijs aliquis (nam medicū non puto) inuertit, cōtrarium πολλαῖς uerbum ὀλίγαις melius respondere arbitratus, quàm μετρίαις: quū ita scribendū fuerit: οὔτε πολλαῖς, οὔτε μετρίαις, ἀλλ' ὀλίγαις. Etenim quoniā in medio omniū cōstitui uult fricandū Galenus, edocti autē iam ab eo sumus abundè satis, quod ad quantitatem frictionū attinet, si opus spectetur, paucas potiùs in medio esse, quàm mediocres, hisq; ex aduerso opponi multas, quia multæ carne priuant corpus, mediocres replent, neutrū autē faciunt paucæ: procul dubio, has ipsas paucas, siue exiguas, quo loco neutrum factū uolumus, reponendas habebimus. Hoc à Linacro (quantum uidere possum) animaduersum primò, libenter sequutus sum.

Καθάπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε περὶ ἐπιδέσεως. *Sicuti Hippocrates dicebat de ligatura.*) in libro κατ' ἰητρεῖον.

Ἣν δεῖξαι μὲν ἐπ' αὐτῶν ἔργων ἐγχωρεῖ, διελθεῖν δὲ διὰ λόγου σαφῶς οὕτως. *Quā ostēdere in opere ipso utiq; licet, explicare aūt oratiōe manifestè ita.*) Ambiētis inquit hac in re tēperamentū cōueniens, si in re præsenti sumus, atq; in opere ipso uersemur, ostēdere pos-

ſimus: uerbis autem & oratione explicare non ſatis rectè queamus. Sunt enim in alijs quoq; eiuſmodi quædam, in quibus ὑπεναντίως ἔχει τὰ γράμματα πρὸς τὰς πράξεις: ut ab eodem dicebatur θεραπευτικῶν ad Glaucorum primo: deq; propria cuiuſq; natura uerum eſſe patet, & de medicamentorũ quantitate, præter alia.

Ἀνωμάλως δὲ ταῖς κράσεσιν. Temperamento autem inaquales.) Hæc ſententia accommodari debebit tam calidioris, quàm frigidioris plagæ incolis, nec ſine ratione. Eodem nanquam modo ſicuti frigidam inhabitantibus orbis partem interiora plus iuſto calent, exteriora frigent: ita ediuerſo qui calidam incolũt, exterioribus caleſcent, frigeſcent interioribus, natiuo duntaxat calore depauperatis. Itaq; interpungendũ ibi, ταῖς κράσεσιν, ut calidæ quoq; plagæ incolis dictũ conueniat: nam à Galeno omiſſam, ſed cũ frigida indicatam, intellectu noſtro accipere debemus.

Πρῶτον μὲν αἴρεται, ἔπειτα δ' ἰσχναίνεται. Primùm attollitur, deinde extenuatur.) Hippocrates in κατ' ἰητρεῖον. ſic ait: δεῖ περὶ συμπτάσιν, καὶ αὐτόθι τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αἴρεται.

Ταῦτι μὲν ἤδη πρὸς ἅπαντα κοινά, καὶ ταῖς μοχθηροτέραις ὑπάρχει κατασκευαῖς τοῦ σώματος. Atq; hæc quidem iam omnibus communia, ipſisq; adeò deterioribus corporis conſtitutionibus ſunt.) Quocirca breuiter inprimis de his aget Galenus poſtea, atq; ea tantùm afferet, quæ propria intẽperaturis eſſe ipſis uidetur: nobis relinquens communia hæc, quæ nunc dicit, in memoriam reuocata, ad rem ipſam ut tunc adducantur.

Εἴδη δὲ γυμνασίων ὀνομάζω πάλην, παγκράτιον, καὶ πυγμήν, καὶ δρόμον. Species porro exercitationum uoco luctam, pancratium, pugilatum, curſum.) De his dictum in annotationibus phyſiologicis, allegatusq; Ariſtotelis locus ex primo Rhetoricorum ad Theodocten libro, atq; explicatus ex parte. Nos hic ea ſolum, quæ ad rem præſentem factura uidebũtur, quæq; negocij noſtri ſunt, annotabimus: nempe, quæ facultates horum ipſorum ſint, quæq; in exercẽdo opera, ſummatim dicendum. Lucta, cui palæſtræ quoq; nomen accommodatur, quoniam cũ aduerſario ſemper initur, premendoq; inprimis, & cõtinendo fit, robuſta cenſebitur meritò exercitatio. Pugilatus item, qui propulſando peragitur, robore egebit & perficietur. Multoq; magis pancratium: utrumq; enim comprehẽdit palæſtræ, & pugilatus opus: ex prehenſionibus, contentionibusq; & propulſationibus conſtans. Hæc ſi per ſe non adhibita celeritate, exerceantur opera, robuſtam nobis facient exercitationẽ, de Galeni ſententia, & uiolentam. Quibus ſi celeritas inſuper addatur, σφοδρὸν quoq; ac uehemẽs exercitium euadet. σφοδρὸν δὲ τὸ βιαίως τε, καὶ σὺν τάχει. uehemens, ait, quod uiolenter cum celeritate fit. Curſus ita celer tantùm, ſeu uelox exercitium, non autem robuſtum habebitur Galeno, qui robur à uelocitate diſtinxerit: nec uehemens quidẽ idem, quoniam uehemens ex robore, & celeritate componitur. At Ariſtoteli robuſtum erit, dicenti eodem in libro: καὶ γὰρ ὁ ταχὺς, ἰσχυρός ἐστι. Quod ex parte intelligendum: præceſſerat enim: ἀγωνιστική (quaſi gymnaſticam diceret) σώματος ἀρετὴ συγκεῖται ἐκ μεγέθους, καὶ ἰσχύος, καὶ τάχους. Nec, niſi in parte dictum acciperetur, ſatis uelocitati cõueniret ſcriptum paulò antè ab authore eodẽ de robore. ἰσχὺς, dicebat, ἐστὶ μὲν δύναμις τοῦ κινεῖν ἕτερον ὡς βούλεται. Fortitudo facultas eſt, mouendi alterum ut uult. Quod quidẽ in curſore non ſpectamus, ſeipſum ad curſum mouente, non alium, nec trahendo, nec impellendo nec eleuando, nec premendo, nec comprimendo: quibus tamẽ omnibus, aut quibuſdã robuſtus ſit aliquis. ἢ πάντων, ἢ τούτων τισὶν ἐστὶν ἰσχυρός, ait. ut propterea cùm curſus ex omnibus his robuſta dici exercitatio nequeat, ex parte dicendum tantùm ſit, ea dũtaxat, qua uelox, celerq; eſt. Cęterùm nos Galenicam ſequemur de rebus his determinationem, ceu rebus noſtris accommodam magis, neq; ueram minus.

Αὐτὸ τοῦτο γυμνάσια μόνον ὑπάρχοντα. Hoc ipſum exercitationes ſolum quũ ſint.) Neq; enĩ aut lucta, aut pãcratio, aut pugilatu aut curſu exercebit ſe aliqs, ut opus faciat aliqd' ruſticũ, urbanúmue, aut bellicũ, ut ſe exerceat, uel forte, ut cõtendẽs

uincat:

uincat: ſicutineque eorum, quę mox dicentur, quicquam aliter, aut ob aliud fit.
Quorum illud primum πιτυλίζειν, quod plurimum olim negocij exhibuit eru-
ditis, nūc apertum nobis factum quid eſſet ex Galeni ſcriptura, his uerbis: τὸ δὲ
τι πιτυλίζειν, ἐπειδὰν ἐπ' ἄκρων τῶν ποδῶν βεβηκὼς ἀνατείνας τὼ χεῖρε, κινῇ τάχιστα τὴν μὲν
ὀπίσω φέρων, τὴν δὲ πρόσω. pityliz[illegible]n eſt, quum ſummis pedibus gradiens aliquis,
extenſis in ſublime manibus, hāc retrò, illam antè mouet. ἐκπλεθρίζειν pariter in-
dicab[illegible]tur infra id eſſe, quū quis in plethro, ſexta quippè ſtadij parte, prorſum,
ac retrorſum ſine flexu curſitans, idq; ſæpe in utramq; partem, unoquoq; cur-
ſ[illegible], bene quiddam de ſpatio illo demit, quoad in unico greſſu conſtiterit, mediū
[illegible] totius occupans. Sine flexu dicitur, ut non in faciem conuertere ſe intel-
ligamus retrò currētem, ſed auerſum, procurrente dorſo. σκιαμαχεῖν umbratilem
qu[illegible]ndam deſignat pugnam, domi ferè intra parietes peragi ſolitam: nam iuſta
a[illegible]olē producebatur, ſolisq; ac pulueris patiens erat. σκιομαχία meditatio po-
[illegible]s habebatur pugnæ quędam, non iuſta pugna. Quod colligi ex octauo Pla-
[illegible]s de legibus dialogo non obſcurè poſsit, ubi pugiles, & pancratiaſtas, ut
[illegible]toriam certam indipiſcerentur, multis ante certamen diebus ſolitos ſe exer-
c[illegible] innuit, pugnæq; ueræ imitatione, ueluti præludia quædā ad hæc inire: mo-
[illegible] cum aduerſario, quicum ludicro more congrederentur: modò idolo etiam
[illegible] & ſimulachro facto, ſi nullos haberent συγγυμναστάς, quibuſcum dimicarēt,
c[illegible]em pugnæ, & certaminis iuſti ſimulachro, præmeditatione omni cierent.
[illegible]d ſi nec idolum quidem ad manus foret ullum, tunc cum ſeipſis ipſi, umbra-
[illegible] pugnæ genere, exercerentur. καὶ εἰ πάντων τῶν τε ἐμψύχων, καὶ τῶν ἀψύχων
[illegible]σαντες ποτε, ῥήματα συγγυμναστῶν, ἆρ' ἂν ἐτολμήσαμεν ἂν αὐτοὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς
[illegible]μαχεῖν ὄντως; ἤ τι ποτ' ἄλλο, τὴν τῆς χειρονομίας μελέτην ἄν τις φαίη γεγονέναι. Atque
[illegible]σ[illegible]ιομαχία uerè dicetur, quia id σκιομαχεῖν ὄντως eſſe dixit. non autem ad um-
[illegible] propriam pugnant, ut interpretati ſunt: ſed quòd in umbra hæc pugnare-
[illegible] pugna, uera autem in ſole, & puluere: & quòd iſta ueræ ceu ſimulachrū tan-
[illegible]modo quoddam eſſet, & rudimentum: ut σκιογραφία pictorum eſt deſigna-
[illegible]ratilis, educta per lineamenta tantum quædam figura, &, quod dicitur,
a[illegible]rata ſolum. non etiam coloribus ſuis diſtincta. Pro non ualdè diuerſo
p[illegible]tum ibi a Platone uidemus χειρονομεῖν: quod meditatione ea per manuum
g[illegible]ationem facta uentū inaniter ueluti feriamus. quod tamen aliud, quàm
ἀκ[illegible]ζεσθαι fuerit, fuiſſe arbitror: ſerium enim erat hoc, non ludicrum, ut χειρο-
νομία, quod cum aduerſario ſemper res eſſet, nempe ἐν τῷ ἀκροχειρίζεσθαι, ἐν τῷ χα-
[illegible]μα non eſſet. Vt interea tamen, quod ad inſtitutum medicum noſtrum atti-
[illegible] exe[illegible]cendiq; corporis uſum, ac commoditatem, nō ſanè magno diſtare in-
[illegible]e utrumque diſcrimine credamus: in eodem enim ordine, quantum ad hoc
ſpe[illegible]at, ab Hippocrate ponuntur, ſic ſcribente libro ſecundo de diæta: ἀκροχει-
[illegible]γεινα, [illegible] τὰς σάρκας ἕλκει ἄνω, ἡ κωρυκομαχίη, καὶ χειρονομίη τὰ παραπλήσια διαπρήσ-
σονται. Sequitur ἅλτηρες, quod pedum maximè cum multiplici ſaltatione, quan-
q[illegible]m & reliqui corporis, ſed horum inprimis, inferiorumq; partium exercita-
[illegible]ebat, ut tria illa modò dicta, manuum, & ſuperiorum potiſsimum fue-
rant. [illegible]ισκοβολεῖν. hoc quoque ſuperiora exercebantur, ex quacunq; materia,
qu[illegible]nque pondere, quacunque figura conſtitiſſet diſcus. Facultaris quip-
pè er[illegible]t d[illegible]ci iactus, & quæ ex iaculatione, ex hoc quoque expectanda, com-
[illegible]tas. καὶ διὰ κωρύκου, καὶ διὰ σφαίρας ἢ μικρᾶς, ἢ μεγάλης. Et per corycum, ac pi-
l[illegible] paruam, aut magnam. Ex hoc, ut non alia quærantur argumenta, diſcere
n[illegible]s ſatis licet, diuerſa habenda eſſe hæc, quod diuerſè de his, & diſtinctè pro-
n[illegible]ntiarit Galenus. καὶ δι' ἁλτήρων: & per alteres. Vtrumque intelligere poſſu-
mus hoc loco alterum uſum: quumq; proijcerentur, quumq; manu contine-
rentur diutius.

Γυ[illegible]ασια καὶ, καὶ ἔργα. *Exercitationes ſimul, & opera.*) Poteſt aliqs arās, aut fodiēs,
metenſue, ſimul hoc ipſū agere, ut opus hoc agat, ſimul ut ſe aliquā ob cauſam

exer-

exerceat:idemq; agere,utrumq; ut assequatur. Quum duplex horum ita usus sit,sequitur, ut seorsum quoq; adhiberi usui modò huic, modò illi ista possint. Sicuti arator nihil pensi habens,ut labore eo, & exercitatione,noxam fortè aliquam contractam discutiat, hocq; tantùm, ut aret, cogitans, nihil planè aliud quàm arare,opusq; hoc facere dicetur. At nostrum aliquis si aratro manum admoueat,dorsum, & brachia robustè exercere cupiens, nihil aliud, is proculdubio exercuerit se tantùm. Duo hi usus: tertius additur à Galeno, qui tamen in primum recidere uideri potest: ἔνιοι δὲ ὡς ἀσκημάτων γε ἕνεκα τῶν μελλόντων ἔργων χρέας. Nam si meditationum finis est futuri operis usus: utiq; eodem,quo opus ipsum,fine continebitur meditatio. Sunt porrò ἀσκήματα meditationes, & studia, quoniam ἀσκεῖν, & μελετᾶν idem sæpe bonis authoribus est: ut si quis equitandi artem,in eo se exercens,meditetur,utiq; is exercere se,ac meditari rectissimè dicetur, ἀσκεῖν, καὶ μελετᾶν: finemq; eundem habebit,quò meditans tendit ante adeptam artem,quē, postquam adeptus iā fuerit,sequitur, equitādi nimirū opus. Itaq; doctè,ut semper, Linacer ἀσκήματα meditationes uertisse uisus est.

Περὶ μὲν δὴ τῶν ὡς ἔργων αὐτῶν χρήσεως, ἐν δὲ μετὰ ταῦτα λόγῳ διαιρήσομαι. *De harum igitur usu, ut opera sunt, in sermone sequenti agemus.*) quo loco de seruitutem a[...] quam seruientibus,tractabitur: hi nanquam opus facere cogūtur,addicti ope[...] ri,non ut se exerceant, nisi captata temporis, ut licet,opportunitate: & qu[...]d eius fieri potest, commodè, & tempestiuè, non autem ut se ad usum aliquem exerceant primò. anteit enim faciendi semper operis intētio: exercitatio [...] applicari commodè, atq; utiliter operi potest,pro additamento erit. Quod [...] tamen mitior,minimeq; dura seruitus aliqua fuerit,ut & horarū satis ad se exercendum supersit, & fieri id in tēpore,ac commodè queat: possit tū aliq[...]an[...] qd' operis facturus aliquis est,iustæ, ac legitimæ exercitationis rationē subir[...]

Εἰ δέ τις ἢ γυμναστὴν, ἢ ἰατρὸν ὀνομάζει τὸ ὑγιεινὸν δὲ ἄτεχνον. *Quòd si uel gymnastem,uel medicum nocet hygīnum hunc aliquis.*) A parte dicitur gymnastes: quoniā gymnastica salubris artis pars. ἰατρὸς autem si uocetur, non satis propriè uocab[...] propriè enim ἰατρὸς, qui τὰς ἰάσεις tractat:ut apud nos propriè medicus,qui medicinam ægrotis facit, & medelam præstat. Quo planè modo dictū illud à seruatore nostro in Euangelio, accipiendum esse uidetur: non esse opus benè habentibus medico,sed malè habentibus. Impropria igitur fuerit medici appellatio,si hoc nomine salutaris artis præfectus uocetur,uel certè ambigua: quoniā, quum ita quoq; curatòrius medicus nuncupetur, & quidem propriè, uter intelligendus sit,non liquebit satis: quamuis uterq; simul intel igi possit, quo[...] utramq; cōtineat partem ἰατρικὴ medicina: & curatricem,& sanitatis tutricem.

Ὀξύτης τε κινήσεως ἔσται, καὶ βραδύτης, δύναμις, καὶ ἀτονία, καὶ πρὸς τούτοις ἡ σφοδρότης ἴσως, καὶ ὡς ἄν φαίη τις, ἀμυδρότης. *Celeritas motus est,& tarditas,roburq;,& imbecillitas: uehementiaq; ad hæc erit,& ,ut quispiam dixerit, lenitas.*) Sic tamen lenitas, imbecillitas, tarditas, ut dici motus omnes hi exercitationes possint, nec sanè minus reuera quoq; sint: hoc est ut anhelitus in his mutatio fiat ali[...]a ad maius: quod fieri facilè potest. Quum enim exercitium robustum id sit, quo corporis partes ad robur exercentur uiolēter,sed citra uelocitatem: εὔτονον,inquit, γυμνάσιον ὀνομάζω, τὸ βιαίως ἄνευ τάχους διαπονοῦν: uiolenter sine uelocitate fatig[...]: reliqua omnia exercitationum genera, quæ multa sunt, quibus uiolenter [...]n exercemur, ἄτονα meritò dicentur, atque erunt. per priuationem enim dicitur ἄτονον: ut quodcunq; sine uiolentia,aut robore fuerit, ἄτονον futurum id sit exercitium, duntaxat exercitium, hoc est cum respiratione mutata. Cursus genus omne, sciomachiæ,acro chirismi, per corycum, per paruam pilam lusus, si à distantibus, & currentibus fiat, cuiusmodi ferè nostri quoq; temporis exercetur pilæ paruæ ludus multipliciter: quodq; ἐκπλεθρίζειν Græci dicunt, & quod πιτυλίζειν. Quę omnia nullus non pro iustis habenda esse exercitationibus duxerit: ut in quibus satis facilè ad anhelitus mutationem perueniatur: nec robustis

tamen,

tamen, aut ualentibus, seu uiolentis exercitijs adscribuntur. Rursus tardum exercitium illud ipsum fuerit, quod uiolentum, ualẽs, robustum est, duntaxat uelocitate carens, & exercitium tamen: cuiusmodi multa quoque alia sunt, sedentariæ inprimis artis opera. σφοδρῷ autem, uehementis scilicet, contrarium, quod ἀμυδρὸν dicitur, leniter, ac placidè initum erit: in quo nec uiolentia, robúrue, aut celeritas ulla, & exercitationis tamen ueluti forma insit anhelitus mutatio. Vt si quis in planitie deambulet, placidéque id, ac leniter agat diu multumque, donec respiratio mutetur, ut iustæ exercitationis notam teneat tantummodo, non uehemens tamen euadat, hoc est uiolenta, ac celer: quod fieret, si deambulatio illa per ardua agcretur cum celeritate: per ardua enim ascensus robusta, ac uiolenta per se exercitatio quum sit, addita celeritate uehemens fiet. Quæ planè uehementia alia est à uehementia, quæ exercitationem in commune, atque uniuersum faciat, respirationis solùm alterationem inuehens. ne quis fortè Galenus nobis obijciat, qui libri huius in principio ita scripserit: ὅρος ἢ τῆς σφοδρότητος ἡ τῆς ἀναπνοῆς ἀλλοίωσις: uehementiæ terminus respirationis alteratio. Hæc enim exercitationem ipsam facit uehementia, ac in essentia sua constituit omnẽ: alia ... differentia, & qualitas exercitationis est. Hæc motus ad respirationis usque mutationem uehemens, quem dicere etiam magnum possis: illa non solùm ut hoc habeat, exercitationi omni commune, sed ut præterea uiolentiam quoque, & celeritatem, quæ propriam exercitationis differentiam quandam faciant.

Τρόποι δὲ χρήσεως, ἁπάντων τῶν εἰρημένων εἰδῶν, ἅμα ταῖς οἰκείαις διαφοραῖς, οἱ τοιοίδε ... *Vtendi uerò modi dictarum specierum omnium simul cum differentijs proprijs huiusmodi sunt.*) Species, siue genera exercitationum omnia prædicta, quæque per differentias suas, utendi modos, ac rationes habent dicendas. Nam aut continuus earum erit motus, aut intercisus: ut si stadium puta quis absoluat cõtinuato cursu, uel intercisè, temporum interuallis quibusdam quiescens. atque hic modus unus. Alter continuati cursus, si à carcere ad metam æqualiter semper curratur eodem tenore seruato, uel inæqualiter modò uelocius, modò tardius, modo etiam mediocriter, in cursu tamẽ perpetuo. Tertius erit intercisi cursus modus, ordine aliquo, uel inordinatè facti. ordine, si decimo quoque passu, uel duodecimo interpelletur à principio ad finem, eodem semper modo, cursus: inordinatè, si confusè nullaque prorsus serie factum id fuerit. Qui traduci ad exercitationum aliarum genera modi possunt.

Ἐξ αὐτῶν τῶν ἰδίων σωμάτων γιγνομένη. *Ex proprijs corporibus ipsis facta.*) Exercitationum animalium augetur calor ex proprijs ipsorum corporibus, sed cui tamẽ augmento causam præbeat exercitatio: ac ueluti materiam suggerant corpora, ... faciat, augeatque. Paulò enim antè dixerat, cõmune exercitationum, omnium esse, ut caloris augmentum ex ipsis in animalibus fiat. θερμότητος αὔξησιν δὲ αὐτῶν τοῖς ζώοις ἐργάζεσθαι ex ipsis nimirum exercitationibus.

... μὴν ἴδιον οὐκ ἦν. *Non tamen proprium est.*) Non soli conuenit, quum omni tamẽ conueniat. ἀχώριστον οὐκ ἴδιον. frequens Galeno dicendi modus.

Ἀλλ' οἷον ζέσις τίς ἐστι τοῦ κατὰ τὴν καρδίαν θερμοῦ. *Sed ueluti feruor quidam est caloris in corde.*) Vt qualitatem augeri innati caloris appareat, non substantiam.

Ἕτερος τις ὢν ὁ δὲ τοῦ γυμναστοῦ, καθάπερ ὁ μάγειρος τοῦ ἰατροῦ. *Alius quum sit is à gymnasta, quemadmodum coquus à medico.*) Pædotriba fricãdorum corporum, tractandorumque genera omnia nouit, ac modos: uim, facultatẽque eorũ, quam quodque inducere corpori possit, non nouit: Gymnastes nouit. Coquus itidẽ dapes, ferculaque parare diuersa, ac continuare multipliciter sciet: quid uerò alimenti inde corporibus subministretur, quis usus, quæue noxa, nesciet, nec curabit quidẽ, qua coquus. Quamobrem quum augenda, minuendaúe, duranda, soluendaúe corporis caro fuerit, uel tale aliquid faciendum, Gymnastæ iussa pædotriba expectabit: ut medici coquus. Verùm de his paulo pôst dicetur prolixius.

ὥσπερ δολιχός τε, καὶ αἱ ὁδοιπορίαι. *Veluti dolichus, & itinera.*) Dolichum duorũ ſtadiorum curſum faciũt authores, ſed rectum: diaulum eiuſdem quidem ſpatij, ſed cum reflexu, iterato priore ſtadio ex recurſu.

ὅσαι μὴ κατὰ κοινὴν προαίρεσιν. *Quæcunq; non ſecundum communem uoluntatem.*) Motum intelligit uoluntarium, & arbitrarium, qui per neruos, & muſculos fit, ex aduerſo diſtinctum cordis, & arteriarum motibus, & uenarum naturalibus omnibus: ſed cordis, & arteriarum præter hoc etiam uitalibus, ut muſculorum uoluntarij ſunt, proq; arbitrio noſtro facti. Communiter quidem ita dicuntur, & communis uoluntas, & electio mouendi artus ea eſt. Hunc igitur motum, ſi paulò uehementius fiat, ſequetur cordis, & arteriarum motus: necnon etiam uenarum tandem: aucto ex motu uoluntario natiuo calore arteriarum & cordis: quod fieri quotidie experimur. Venarum autem, arteriarum ipſarum uicinitate, & conſortio, intendetur attractionis, reliquarumq; facultatum naturalium, ob eum ipſum calórem adauctum, motus: præter motum localem quem dicimus, quo uenæ, & arteriæ ad muſculorum motum, moueri ex accidenti ſolent. At inchoatum cordis, atq; arteriarum motum per ſe primò, quod ab animi affectibus inprimis fit, alimentoq;, & ambientis conſtitutionibus, uenæ [illegible] quoq; ſequentur naturales motus, ob eandem, quam modò diximus, cauſam uicinitatis, & conſortij: & quòd in affectibus animi intrò, aut foras, ut in mœrore, & gaudio, agitur ſanguis per uenas: ſæpè etiam reciprocat, quod in uerecundia euenit. Venarum uerò motus ipſos non perinde facilè, neq; ſic ſtatim ſequentur alij duo illi, cordis, & uoluntarius alius: ac nõ niſi tempore poſt, multisq; interpoſitis alijs. Pro eo enim, attrahendi ad ſe alimenti, conſequendiq;: & retinendi, atq; expellendi, & excrementa reijciendi motum exercuerint benè, maleúe, iecur ac uenæ: uſum tandem, aut noxam benè aut ſecus enutritæ cũ corde arteriæ, partesq; muſculoſæ ſentient ad ſe mouendum.

ἑτέρα δὲ ἡ κατὰ τὴν ποσότητα τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀλλοίωσις. *Altera animalis ſpiritus in quantitate alteratio.*) Prima contineri facilè poteſt ſecunda hæc cauſa. Vt enim auctus imminutusúe natiuus calor pulſum mutat: ita & ſpiritus animalis aucta, minorúe facta quantitas immutare haud difficulter eundẽ poterit: atq; etiam eadem ratione, nempè caloris. Spiritus enim calidi ipſi quoq;, & ab innato calore non ſanè magnopere diuerſi: ijdem potius, diuerſis ſolummodò functionibus diſtincti. Ita tres tantùm fuerint pulſum quæ faciant mutentúe cauſæ: innatus calor, facultas, inſtrumentum: ut libro primo de cauſis pulſuum.

ἡ δὲ παρὰ τὴν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀλλοίωσιν. ἐν ταῖς τῶν καθ' ὁρμὴν κινήσεων διαφοραῖς. *Quæ uerò ex ſpiritus animalis alteratione, in motionum differentijs, quæ ex uoluntate fiunt.*) Motiones corporis noſtri uoluntariæ quæcunq;, ſi ſpiritus animalis habuerint plurimum, qui ſe per neruos in muſculos induat uehementer, ualidæ ſemper magis, magisq; fient: inualidæ, & imbecilles ſi contrà. Non ſolum autẽ ſpiritus animalis, aucta, imminutaúe copia, plus aut minus motuum, eosq; aut ualidos, aut debiles edet: ſed etiam qualitatis alteratio plus minus facta, eoſdẽ eodẽ modo producere effectus poterit. puta ſi illuſtrior, uel illuſtris minus fuerit: ſubtilior, uel ſubtilis minus. ut illud τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀλλοίωσις, de utroq; ſimul accipiamus, quãtitate, qualitateq;. Porrò autẽ corporis noſtri motus ex his cauſis immutati, maioresq; aut minores facti, pulſus quoque immutarint, in hanc ſemper, illamúe partem.

μέρος δὲ τι ταύτης ἐστὶν κἀν ταῖς ἀρτηρίαις. *Pars autem huius arterijs quoq; ineſt.*) Prout nimirum has quoque nutriri neceſſum eſt, & naturalibus facultatibus, frui omnibus.

ἐξ ἑαυτῶν μὲν, ἃς ἔμπροσθεν εἶπον. *Ex ſeipſis quidem, quas prius dixi.*) Nempè animorum perturbationes, quarum actio propè nulla: nec uoluntaria, qualis neruorum, & muſculorum: neq; naturalis, ut iecinoris ac uenarum, facultatumq; naturalium omnium: neq; uitalis, qualis quidem cordis, & arteriarum pulſatilis: ſed

sed perturbationes solūmodo, & hoc ipsum, quod sunt, & dicūtur: affectiones tātū & passiones: πάθη ideò, & παθήματα dictæ, non aūt actiones. Sed motus siue cōmotiones, per seipsas quidē in animaliū corporib. excitatę, quòd princi pia earum in corde sint: tum quibus exterius esse potest, quod causam commo tionis det, aliquid, sed interius incipiat perturbationis, atque affectionis ipsius motus semper: non ualde dissimiliter atq; quū ex primitiua atq; extrinseca cau sa aliqua, corporeæ, & intrinsecę cōmouentur sæpè, morborū multorū causę.

ἐς ἐπικαιρ ἐπὶ τελευτῇ τῶν γυμνασίων, αὐτὴν παραλαμβάνομεν. *Cuius causa in exercita tionum fine adhibemus ipsam.*) Quippè, ut excrementa angustioribus fortè mea tibus detenta, contentione ea spiritus uiolenter detracta, ueluti euerrantur: ut quum tibiarum foramina non dissimili modo purgamus.

Οὐ γὰρ ἔργα ἀκολουθεῖ. *Neque actiones consequantur.*) Quidam enim motus, quamuis actiones non sint, actiones tamen sequuntur aliorum. ut ossa, uenæ, arterię, mēbranæ, nullā omnino actionem habent ad se cōmouendū, & mu scu lorum nihilominus actionem insequuntur per neruos factā. Sicuti cruris (exē pli causa) motus musculorum tātummodo actio est: ossa, & quę modo dixi, re liqua, actionē hanc ipsam sequuntur, nihil ad id quidem, ut se moueant, agētia.

Καὶ μάλιστα ἡ διὰ τρίψεως. *Ac præcipuè, quæ per frictionem fit.*) Propterea quòd frictio & in præparatoria ad iustam exercitationē parte necessaria est, & nihi lominus in recuratiua, quę exercitationem sequitur, & ἀποθεραπεία dicitur, tum uerò ipsa iustæ plerunque exercitationis uices, uiresq; referre solita est. Iccircò de hac præsertim, atq; inprimis.

γινώσκοντας, ὡς τὸ μὲν ἰσχνότερον, ἐπηρέαστον ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων. *Scientes tenuius extrinsecus imminentibus causis obnoxium esse.*) Frigori uerò in primis iuxta Euri pidis poetæ illud: ψυχρὸν λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον.

IN LIB. III. DE TVENDA SANITATE.

Ἰατρῶν τε, καὶ γυμναστῶν. *Medicis, & gymnastis.*) Medici ex toto: nanq; de omni sex rerum non naturalium materia disputare ad sanitatem tuendam potue runt: Gymnastę non nisi unam tractare rectè partem: motionum corporis, atq; exercitationum salubriter factarum.

Εἰς κοινὰ κεφάλαια τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας. *Ad communia capita salutaris operis.*) De frictionibus, & exercitationibus tractatio, utique per capita quędā cōmu nia reliquis deinde ætatibus omnibus artis salubris sit. Cæterū quoniā qua pri mùm ætate conueniebat hoc ut fieret, necessarius erat de his sermo: par fuit, ut prolixius tunc, incidente de rebus huiusmodi sermone, ageretur, quo nimi rum traduci commode deinde eadem ad reliquas ætates possent, communi his pariter ipsis futura usui.

οὐ μὰ Δία τὰς κατὰ μέρος. *Nō quidem particulares.*) Infinitum id futurum fuisset, neq; artis ullius, quoniam in artis rationem non ueniunt particularia: nisi uerò sicubi exempli id alicuius locò ponatur, ut doceamur melius.

Η μὲν τις ὡς μέρος, ἡ δ᾽ ὡς ἄλλος γυμνασίου. *Hæc quidē ut pars, alia uerò, ut exercitiū.*) Pars est exercitationis totius tertia apotherapia, eadem & ultima. prima autē præparatoria frictio: media exercitatio ipsa. exercitationis uerò species et ita, quæ ἀποθεραπευτικὸν γυμνάσιον dicitur, recuratorium exercitium, illud ipsum nonnullis corporum conditionibus conueniens, ut posteà narrabitur.

ὅ δὲ ἡ κατασκευὴν ὀνομάζουσι. *Quod quidem κατασκευὴν nominant.*) Constitutio κατασκευὴ est, & compositio, & præparatio. Vt hoc exercitationis genus gymnastas nominare ita consueuisse existimemus, quòd constituerentur inde corpora, componerenturq;, ac ueluti præpararentur ad uictoriam reportan dam, ut olympionicæ tandem euaderent.

Διὸ δὴ τὴν τῶν συντάσεων τῶν τριβομένων παραλαμβάνομεν. *Quapropter cùm partium fricandarũ contentionem adhibemus.*) Eadem est Aristotelis quoque ipsius ratio, Problematum sectione sexta ita scribẽtis: διὰ τί δεῖ ποιεῖν διάτασιν τῶν μερῶν, ὁ ποιεῖ ὁ γυμναζόμενος; ἢ ὅτι δεῖ τῷ οἰκείῳ πνεύματι καθαίρεσθαι τοὺς πόρους. Videmus solitos ita facere, qui se exercerent, ut partes distenderent, quo proprij spiritus uel meatus repurgarentur.

Μεταστήσεται δ' οὐδὲν ἐκ τῶν τοῦ πνεύματος ὀργάνων, εἰς τὰ τῆς τροφῆς. *Transferetur autem nihil ex spiritus instrumentis, ad alimenti instrumenta.*) Repugnantibus quippe contentisq́ abdominis musculis, spiritus cohibitione tali, æqualiter, ac thoracis ipsius contenti fuerint. Iccirco paulo remissius agant abdominis tũc musculi opus erit, ut descendere à thorace in inferiorem uentrem facilius excrementa ipsa protrusa queant.

Ἔτι δὲ μᾶλλον. *Atq. adhuc magis.*) Intelligendum, non laudo: hoc est: Et adhuc magis non laudo si &c.

Αἰτία δὲ τῶν τριῶν ὀργάνων. ἡ φάρυγξ. *Causa porrò actionũ trium pharynx.*) Larynx & pharynx duo esse constat. Et larynx unam semper rem significat: summum nempe arteriæ caput, quod extare in uiris præsertim sæpe uidemus, & sursum deorsumq́ ferri dum glutimus. φάρυγξ autem duas nobis indicat uoce sua res: cùm hanc ipsam, de qua modò diximus, laryngatum partem illam ante larynga, oris totam, quas fauces dicimus: sic inquiente Galeno octauo de usu partium corporis humani libro: πρῶτον, καὶ κυριώτατον ὄργανον τῆς φωνῆς, ὁ λάρυγξ ονομα, τὸ ἄνω πέρας ὂν τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ἣν δὴ καὶ φάρυγγα καλοῦσιν ὁμωνύμως, τῷ περὶ τὸ λάρυγγος. Diuersitas autem significationis, quã persuadere nobis uisus est uelle Suidas, ex masculino uel fœminino genere, ut ἡ φάρυγξ fauces esset, ὁ φάρυγξ autem larynx, Galenica certè non erit: hoc nanq́ loco ἡ φάρυγξ positumã Galeno fœminini generis larynga nihilominus manifestè satis indicare uult

Ὅτε πολλάκις μὲν γὰρ ἀνελίσσω. *Quapropter sæpenumero quidem inuoluitur.*) Id est, postquam semel iniectę fuerint partibus fascię, nõ semper ac perpetuò iniectus iactetur, qui apotherapia utitur: sed per interualla quædam temporis iniectis, subinde, atq́ iterum, idq́ sępius injciantur, ut his inuolutus (ueluti enim inuol uitur quũ injciuntur) rursus fricetur, rursusq́ amotæ denuò reddantur.

Οὔτε πρὸς ἀνάγκην ἐδωδῆς. *Neque coacta comestione.*) Qua uti assiduè coguntur, ne quid de habitudinis athleticæ statu deteratur. De hoc in annotationibus libelli ad artes discendas hortatiui, clarius actum.

Εἰ δὲ τῶν ἀναγκαίων τι θεωρημάτων. *Quòd si necessariorũ Theorematum aliquod.*) Legendus de excusatione hac latiloquentiæ (sic enim libet appellare nũc) cùm autor hic idem, Galenus inquam, in opere περὶ κρίσεων, libro secundo, tum Plato in Politico.

Καὶ αὐτῶν δ' ἅπαντα τὰ μὲν εὔκρατα, τὰ δὲ ζέοντα, τὰ δὲ χλιαρὰ, τὰ δὲ ψυχρὰ παντάπασιν ὑπάρχει. *Atq. harum uidelicet alia temperata, alia feruentes, alia tepidæ, alia frigidæ omnino sunt.*) Duntaxat sponte nascentes: hæ nanq́ accipiendæ, & intelligendæ hîc: quas hodieq́ huiuscemodi temperamentis donatas à natura ubiq́ uidemus, quacũq́ prędita aliâs facultate sint, siue sulfureę, siue aluminosę, siue bitu minosæ, siue atramentosæ, salsæ, acidulæ, mixtæ: ut cum feruore maximo modò de terra prodeãt, modo cũ tepore quodam, cũ temperamento modò, modò etiã frigidę in totũ. Quarũ rerũ omniũ reddita est ratio alibi, quæ reddi à nobis potuit, in opere de Tuenda sanitate siue salubrium. χλιαρὰ aũt dixit, tepidas nimirum aquas, quas aliquis à temperamento per calidum discedere arbitrare tur, sed frigidiusculæ reuera sunt, ut rosacei olei tepor est, & quædam id genus alia: quemadmodum ostensum, disputatumque à nobis idem fuit prolixius.

Ἢ πέψαι, ἢ ῥῶσαι τὴν δύναμιν, ἢ καταλῦσαι. *Vel concoquere, vel robur viribus addere, vel demere.*) Quomodo temperatæ aquæ balnei usus concoctionem promo

ueat

ueat primò, ac per se, non fuerit difficilis admodũ inuentu ratio: coloris nanq; & humoris temperamento mediocris, iuuatur maximè concoctio. At ex accidente quomodo id fiat (id enim hîc dicitur) uidendum. Fit autem propterea quòd euaporatis balnei beneficio excrementis, humoribusq; multis bona ex parte, quod factum reliquum fuerit conficiet melius concoctrix facultas: eademq; ratione, ueluti onere quodam leuata fortior fiet uirtus: sicuti debilior, si factum id nimium fuerit, exhalatione enim nimia tanquam dissipatæ exoluuntur uires.

Καθάπερ οἱ χωρὶς τοῦ γυμνάσασθαι, καθέψοντες ἑαυτούς. *Sicuti qui sine exercitatione seipsos elixant.*) Videas hoc non paucos hac quoq; tempestate nostra factitare solitos: ut etiam quosdam integrum diem desedisse in labio dulcis aquæ modici caloris, alia subinde affusa, cibo etiam ibidem capto. Quos quis nõ rectè dixerit elixari? quandoquidem calore atque humore elixatio fit. Simile quippiam prolatum ab Hippocrate inuenio, libro de Ratione uictus in morbis acutis: Galenicorum aũt cõmentariorum libri secundi in fine. ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ, inquit, πόματα, καὶ σιτία ὠμά, καὶ ἀπεπτότερα ποιέει· καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολὴ διαλύει τὸ σῶμα καὶ ἑφθότητα, καὶ καρηβαρίην ἐμποιέει. Vigilia uehemens crudum potum, & cibum facit, atq; inconcoctum. immutatio uero ad diuersa corpus dissoluit, et elixationem, ac capitis grauitatem affert. Quo loco uerbum ἑφθότητα pro roboris uirium resolutione sumi à nobis uult Galenus, sed quæ caloris, atq; humoris ui fiat: ut dubio procul ijs quoq; euenire necessum fuerit, qui se ita elixant, ut imbecillo, dissolutoq; corpore tandem fiant.

οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐγχρονίζειν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ δεῖ. *Sed neq; diutius morari in piscina opus est.*) Hãc puto oceanum quoq; dictam fuisse propter natationis amplitudinẽ: ut ταῖς δεξαμεναῖς cisternã, in qua pariter se ponerẽt, quãuis soliũ uerterit interpres. Quę δεξαμενὴ inquam, an eadem cum κολυμβήθρα sit, addubitari possit: iubet enim, ne diu morã is trahat in balneo, sed ad cisternam se conferat, moxq; addit uerba, quæ retulimus. Sed neq; diutius morari in piscina opus est, quasi idem utrumque sit, uel non diuersum certè multum, diuersisq; locis positum.

Σύμμετρον δ᾽ ἔστω καὶ τοῦτο τῇ συμμέτρῳ φύσει τοῦ σώματος. *Attemperata autẽ hæc quoque sit ad corporis naturam temperatam.*) Eo sensu, atq; intellectu, ut qui frigidæ lauatione usurus sit temperati corporis adolescens, utique frigidam experiatur, sed tamen ad corporis sui temperamentum commodè, atque attemperate, ut non nimis frigidam, & aliquatenus tamen frigidam sentiat. Iccirco statim addit: Quibus enim uel uehementer frigida opus sit, uel molli, uel sicuti ad solem calefacta, rursus dicetur, quorum neutrum hoc loco probet. ἀλεεινὸς autem dixit, quod interpres insolata uertit rectè: quale aquæ tẽperamentum χλιαρὸν alibi dixisse uidetur non semel, cuiusq; modi fontium multorum esse uidemus teporem, exiguo discessũ à temperamento in frigidũ. Hac ipsa paulò adhuc frigidiorem exposcere uidetur hoc casu Galenus.

Ὥσπερ γε καὶ τὸ γυμναστήριον εὐκρατότατον. *Sicuti sanè & gymnasteriũ tẽperatissimũ*) Gymnasterium idem, quod gymnasium: sed gymnasij significationes plures, ut monuimus suprà: gymnasterij una erit, loci nẽpè, in quo exercentur, ut sphęristerij, ubi pila potissimum luderetur. Sed (quęrat aliquis) cur anni tempus ad frigidæ usum in principio calidissimum exigat, & diei totius horam calidissimam, locum autem temperatissimum? Quia locus in quo id commodè fiet, satis fuerit, modò ad frigidum nõ inclinet, sed temperatus per se naturaq; sua sit, caliditatis satis accepturus ex anni tempore, dieiq; hora calidissima, ut frigidæ usus initia rectè, ac tuto inchoentur.

Καὶ διψῶσιν ἧττον. *Ac minus sitiunt.* Quãuis enim ex frigidæ lauatione intrò reuocatus calor maior fiat, atq; ideo maiorem excitari inde debere sitim, uideri alicui possit: attamen quia naturalis calor ille est, & in temperato corpore humiditatis satis retinens, & eius quidem temperatę, tantum abest, ut sitis faciat

aliquid, ut factā etiam mitiget, pręter alia humores superuacaneos, siqui excitare sitim possent, cōcoquēs, assumpto robore ex frigidæ lauationis repercussu.

Δίκαιον γὰρ ἀπὸ ταύτης ἀρξάμενον, οὕτως ἐπὶ τὴν οὐσίαν μεταβῆναι. *Aequum enim est, sumpto ab hac initio, ita ad substantiā accedere.*) Mos fuit Galeno à cōmuni rerū tractandarū notione incœpisse, quā ille κοινὴν ἔννοιαν ubique appellat, atq; ita demum intimius earum essentiam tradidisse. Atq; ille est νοηματικὸς ὅρος, iste οὐσιώδης: alter rationalis (sic enim uocemus) substantialis alter, siue essentialis.

Τό τ' ἐκ τῆς Ἱσπανίας, καὶ τὸ ἐκ τῆς Ἰβηρίας. *Ex Hispania quod fuerit, & quod ex Iberia.*) Hispaniam uidetur fecisse aliam, & Iberiam aliā. Nisi Iberiam fortè uocet, quæ ad Iberum fluuium est, Hispaniæ totius partem, nomine hoc insigniendam, quam citeriorem uocant Geographici authores. In ea uerisimile est, satis a[illegible]e rum prouenire oleum debere, utpote partibus alijs multis frigidiore. Nam de Iberia iuxta Pontum regione, non arbitror uenisse in mentem Galeno, quum hęc scriberet.

Ὅσα τε καταχρηστικῶς ὀνομάζεται, καὶ ὅσα σκευάζεται δι' ἁλῶν, ἢ ῥιζῶν. *Quæcunq; abusiuè nominantur, et quæcunq; præparantur ex salibus, aut radicibus, aut herbis.*) O[illegible]a dicuntur per abusionem quandam, ut ego quidem opinor, quæ ex alia, q[illegible]ā ex arboris oliuę baccis, materia fiūt: olea abusiuè appellata, eo quòd ex ol[illegible] expressa non sint, sed ex plātis alijs: ut amygdalinum oleum ex amygdalis, balaninum, cicinum, hyosciaminū, lini seminis, baccarum lauri, & huiusmodi mu[illegible]rum. At quæ cum sale concinnantur olea, ex oliuæ baccis, aut quibus radices, herbulę, germina, fructus, folia inijciuntur, ex eadem oliuæ arbore, ea minime abusiuè dicentur, sed cum additamēto tantùm quodam. Oleum enim est h[illegible] quoq;, & oliuum uerè dicetur, sed rosaceùm cum additione, quòd rosas rec[illegible]perit: totum hoc, rosaceum oleum. & uiolaceum, quod uiolas. atq; alia ex huiuscemodi nomenclatura.

Ἐν μὲν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ὑπὲρ τοῦ μηδ' ὅλως γενέσθαι τὸν ὑποπτευόμενον κόπον [illegible] *Primo quidem die, ne suspecta fore lassitudo pacto ullo fiat.*) Nempè eodē die, quo facta exercitatio fuerit, finita protinus ea, ut ita fricentur: eritq; ea recurat[illegible]ria frictio, futuræ (nisi ita fiat) lassitudini pręcauendæ adhibenda, pro exerc[illegible]tionis totius parte ultima. At secundo die non adhibebitur, nisi facta iam lassitudine: quorsum enim adhiberetur, si peracta pridie exercitatione, nulla seq[illegible]ta fuerit lassitudo? Quæ si sequatur, neglecta fortè apotherapia, exerci[illegible]at[illegible]s in fine facienda: tunc eiusmodi frictio non in parte exercitationis pridie fac[illegible], sed per se recuratorij exercitij loco, quod ἀποθεραπευτικὸν est, adhibenda ueni[illegible]. Vt eius meminerimus, quod dictum suprâ hoc eodem libro fuit: duplicem l[illegible]beri frictionis rationem, modo pars ut sit exercitij postrema, modò ut exercitij speties.

Δέρματος σκληροῦ μάλαξις, συντεταμένου χάλασις. *Cutis dura emollitio, distenta laxatio.*) In libello de humidiorum usu, iuxta principium.

Ἅς ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως. *Quas in quinto de simplicium medicamentorum facultate.*) Qua quidē libri in parte docemur, non unam esse emolliēdi rationē, sicuti planè neq; induratorū unam: atq; aliter emolliēda esse quæ à siccitate durantur, aliter quæ à congelatione, & quæ à plenitudine, aliter, compositaq; ab his aliter: priuatim tamen, ac peculiariter magis de his dici emolliens medicamentum, quę per congelationem, siue concretionem durata uisuntur: idq; etiamnum magis, si contentus in eis humor præter naturam fuerit aliquis, ut in scirrhosis affectibus.

Εἰ δὲ καὶ βραχύ τι χλιαρώτερον εἴη τὸ ὕδωρ, ὀνήσει μᾶλλον. *Quòd si paulò tepidior fuerit aqua, plus iuuerit.*) Nam & ingredietur meatus, & humectarit melius paulo maiore caliditate accepta: simul exitum præbuerit euaporandis excrementis patentem magis, laxatis ex tepiditate maiore cutaneis meatibus.

Κατὰ μέντοι τὸν τονώδη, καὶ τὰ τοιαῦτα σιτία δοτέον. *In tensionis uerò lassitudine hi*

quoque

quoque cib. dandi.) Quippe quib. emolliri maximè partes tensæ queant. id enim præstant alimenta tenacitate sua hærentia diutius, cum humiditate simul pinguiuscula.

Ἀκούσαι ἂν δὲ τῶν μὲν φασκόντων, ὡς κόπῳ χρὴ λύειν τὸν κόπον. *Audire igitur est dicētes, lassitudine soluere lassitudinem opus esse.*) Hoc nunc quoque à multis dicitur simul & creditur, qui lassitudinem crepatam carnem uocant, ex doloris sensu, sępeque successu id comprobant, rationem nescientes. Quæ nulla alia est, quam quæ mox dicetur à Galeno: quū uidelicet pridianæ exercitationis lassitudinem po[...]stri[...]ana exercitatio discutere poterit, consumptis excrementis, quæ illam faciebant, quod potissimum in ulcerosa euenire solitum sit lassitudine, idque si excrementa musculosam inprimis partem occupauerint. dictum enim fuit suprà, c[...]llecta in musculis excrementa nō sola discuti posse frictione, sed motionib. ad id opus insuper esse proprijs, quas nimirum ipsemet qui lassitudine corre[...]p[...]us est, edat. ταῖς ἐξ αὐτοκινήσεσι, ut dicebatur. Intentisiua uerò, & phlegmono[...]quies melior lassitudine.

Τὴν ἐπὶ τὰ νεῦρα φερομένην τροφὴν μερίζεται. *Delatam ad neruos alimoniam partitur.*) Non tàm partiri hoc est, aut impertiri, quàm surreptam alijs partem suam [...] facere, inque usum suum uertere.

Εἰ δὲ μὴ γε τὸ πρὸς τὴν ἀποτελεσμάτων μαρτυρούμενον. *Quòd si non, quod effecta testan*[...]*tur.*) Intricatior sensus, nisi particula negatiua auferatur, & mox pro εἰ μὴ καὶ, [...]ribatur εἰ καὶ μὴ, ac uerborum horum initium ita legatur: εἰ δὲ μή, τόγε: hoc intel[...]ctu, quem Theonis uerba præseferant: Hoc, si quidem appositam quoque ra[...]nē habet, benè fortunati operis id sit: quòd si non, at certe, quod ab effectis [...]tum habemus, arripiendum erit, etiam si rationem non habeat ex summo [...]uenientem. ὅπερ δὲ, εἰ μὲν καὶ τὸν λόγον ἔχει παρακείμενον, εὐτύχημα τοῦ ἔργου. εἰ δὲ μή, [...] πρὸς τὴν ἀποτελεσμάτων μαρτυρούμενον παραδεκτέον, εἰ καὶ μὴ τὸν λόγον ἐξ ἄκρου ἔχει [...]πίπτοντα. atque ita clarescēt omnia. Hæc adscripsi, quū præteritū mendū h[...]derem ab emendatoribus aliorum multorum, à quibus quum rectè ad[...]n[...]ta, atque animaduersa plurima uiderem, non fuit consilium hactenus, nec sanè in reliquis erit, actum ab alijs agere: nisi quum aliqua se offerent, in quibus paulo maioris diligentiæ desideretur aliquid, ut nunc factum fuisse à me puto.

[...] ὡς ὁ λόγος συνεσκληκότων. *De qua sermo nunc est.*) siccitatis nimirum affectu.

Εἰ [...] τὴν τρίτην σπανιάκις. *In tertium uerò rarò.*) Tertium intelligit ulcerosæ lassitudinis affectum, quem prauorum humorum excrementa faciunt. quo comprehendi tensionis pariter lassitudo debeat: nam neque in hac feruentis lauatio conuenit, quæ ζεσολουσία est.

οὐχ' ἁπλῆ δὲ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἡ τοῦ μείζονος φύσις: *Neque vero est in rebus omnibus simplex maioris ipsius natura.*) Magnitudinem affectus hoc loco Galenus in [...]bus constituit: at Therapeutices methodi septimo in tribus, sed quorum duo eadem contineri ratione queant, nempè actionis læsæ dignitas, & læsum corpus gubernans uirtus: à uirtute enim prodit actio, quæ uirtus quo dignior fuer[...] eo actionis quoque læsæ offensa maior. Quin hic duo ista in unum adduxit, ita inquiens: ἀλλ' ἡ μὲν κατὰ δύναμιν καὶ τὸ οἷον ἀξίωμα τοῦ πράγματος. Secūdum facultatem, inquit, quæ uirtus est, & ἀξίωμα τοῦ πράγματος, quæ læsæ actionis dignitas. In Therapeuticis autem distinxit, propter deiectionem interdum uir[...]tis, facultatisque corpus nostrum gubernantis, quod in sanitatis tuendæ negotio expectari non potest: quippe extra sanitatis iam campum positi ea esset consideratio. Cæterùm magnitudo secundum propriam affectus substantiam [...]m hic, quàm in Therapeuticis eadem manet.

Ὡς ἱπποκράτης ἐδίδαξεν. *Vt Hippocrates docuit.*) Inuenio apud Galenum in calce primi in librum Hippocratis de natura humana commentarij allata ex eodem quædam, quæ hoc indicent: tum uerò in primum prorrheticorum commento tertio non pauciora.

tis medici renouarunt. nunc mitius multò agitur ab attentis ad rem medicam melius, quæ ἰατρὸς faciat, non quæ λογιατρὸς tantummodò.

ὁμοίως τῆς ἔτι ἐπι τὸ φυλακὴ τῶν ἐσομένων κόπων, ἐπὶ ἐπανόρθωσις τῶν γεγονότων.) *quod similis sit futurarum lassitudinum præcautio, & factarū emendatio.*) Quemadmodum morborum plurimos eadem ratione præcauemus, qua curamus, maiore tantum, minoreꝗ faciendorum quantitate, qualitate eadem.

... ἐν τοῖς γυμνασίοις αὐτοῖς γιγνόμενος κόπος, ὑγιεινὸν σύμπτωμα ἐστιν, ὁ δὲ τούτων ... *Lassitudo igitur quidem, quæ ab exercitationibus fit immodicis, salubre ... mptoma est: quæ uerò sine his, morbosum.*) Ferè enim fit, ut primitiuæ causæ, quas ... ernas ... ocamus, extrinsecus quippe accedentes, leuiuscula afferāt sympto... ta, quæ ... notum dici possint: in sanis enim contingunt hæc ferè, nisi quum ... orporeas fortè inuenerint alias, antecedētes dictas, prauorum magna ex par... morum, qui ab externis causis illis commoti, morbosa afferre symptoma... ... ent, nempe quæ morbos sæpe non contemnendos sequantur.

... ἱπποκράτης δοκεῖ. *Vt Hippocrates quoq; uidcatur.*) Secūdo sectio. Aphorismorum.

... μὲν οὖν ἑλκώδης αἴσθησις σύμπτωμα ἐστὶ κοπώδους. *Vlcerosus igitur sensus, lassitudinosum ... mptoma est.* Paulò licentius fortasse lassitudinosum dixi: sed sic dicendū ... t reddere Latinè uolenti κοπώδους illud. Non autē prorsus nihil retulerit hoc ... uc modo dixisse: nā lassitudinis esse symptomata quædā quoꝗ alia possint: lassitudinosa lassitudinis naturam indicantomnino. Porrò autem dolorem prauatæ cuiusdam sentiendi actionis symptoma esse, probatum alibi fuit.

... διάθεσις δὲ κοπώδης ἐφ' ἧ γίνεται τὸ σύμπτωμα, δριμύτης ἐστὶ χυμῶν λεπτῶν καὶ θερμῶν.) *... ctus uerò lassitudinosus in quo fit symptoma, acrimonia est humorum tenuium, & ... rum.*) Acrimoniam humorū dicit, nō humores simpliciter ipsos. hi nanꝗ ... causas iam numerati sunt antecedentes: at acrimonia est horum ipsorum, ... erodat, pungat, infestet, soluta continuitate, cuius symptoma lassitudino... ... m sensus habebitur.

... δῆξις, οὐδὲ ἑλκώδης αἴσθησις. *Non enim morsus, neq; ulcerosus sensus.*) Hoc ca... ... miam à plenitudine ad uires quæ dicitur, facilè distinguet: in qua nihil ... quàm grauatè oneri succumbere uidentur facultates, animalis, uitalis, na... ... s, suis quæꝗ notis indicandæ: erosionis autem, aut ulcerosæ affectionis, ... s n... llus. qui si insuper adsit, iam tum succorū quoꝗ prauitas aderit una: ... non inconueniet.

... ἴσμεν. *Quos posteà dicemus.*) Naturalis facultatis motus hi sunt, quibus ... crementa, & humorū superfluitates, per sensibiles corporis partes propellit ... facultatē habēres (ut mox dicetur) ἀποκριτικὴν τῶν ἀλλοτρίων: alieni expultricē.

μέσον δ' ἀμφοῖν φρίκης. *Vtriusq; autem medius horroris.*) Motus, inquit, minimus ... er ulcerosum tantummodò sensum affert: uehemētior autem rigoris causa ... ꝗ medius horroris. quod alibi quoꝗ dictum à Galeno non semel re... r. Sanè sicuti motus is, inter minimum, qui ulcerosum sensum infert, & uehementem, qui rigorem, medius horroris causa est: ita non absurdè inter ulcerosum sensum, & rigorem, medius deputabitur horror, ut causæ respondeat effectus suæ. Itaꝗ quid sibi uoluerint, qui φρίκη scribendum esse uoluerunt, nō ... ,non satis uideo. De causa enim loquitur hîc, non de effectu: ut ideò me... ... is motus, φρίκη, causa sit, id est horroris, non autem horror ipse, id est φρίκη, ... d perinde tamen sit ad rerum quidem intelligentiam.

... *Vacuare aut alterare ipsum.*) Vacuatio manifesta bifariam ... lteratio per cōtrarias qualitates: partim ut frigida calefiāt, ut refrigerentur ... , resiccētur humida, sicca humectāt, partim per πέψιν ... Quamquā enim ... ioꝗ, quā modo diximus, qualitatū primarū cōtrarietatibus facta dici ... possit: priuatim tamē πέψεως dicet, quū semicorrupti fortè humores, & ꝗ reduci ad naturā meliorē possint, per contēperamentū reducent, ꝑ nostri, ut

puto, adæquationem humorum frequenter nominauere, ac iusculorum medicorum usu inprimis fieri arbitrati sunt, humorem qualemcunque tandē contemperantium, ac ueluti humiditate meliore multa diluentium, biliosum, atrabilarium, pituitosum, sanguinis etiam corruptioris, qui modo restitui queat, necdū prorsus naturæ ordinem illum, quem Græci κόσμον dicunt, egressus sit.

ὑπὲρ ὧν ἐφεξῆς εἰρήσεται. *De quibus agetur deinceps.*) Cruditatem humorum intelligit, primis secundisúe uenis contentam, uel etiam per corporis totius habitum dispersam.

Ἀλλὰ στοχάζεσθαι χρὴ διὰ τῶνδε. *Conijcere tamen ex his licet.*) Tanquam qui soli lotij inspectioni non magnopere fidat, coniecturas alias adhibet non paucas.

Η σύριγγος τινὸς, ἢ δυσεντερίας. *Vel fistulæ alicuius, uel intestinorū difficultatis.*) Dysenteriam, intestinorum nempé difficultatem, non eam intellexit Galenus hic, quę cum intestinorū exulceratione fit, discriminis multi plena sæpe: sed sanguinis per temporum interualla quædam, factum nōnullis salubriter per intestina profluuium: exonerāte ita natura sanguinis abundantiâ nimiam in corpore: ut in membro aliquo mutilatis sit, ut in alijs quibusdam aliqua alia de causa. hanc enim quoque dysenteriam uocasse uideri potest Hippocrates quandoque.

Η τῶν μετὰ τὸ βαλανεῖον ἐμέτων, ἐπ' οἴνῳ γλυκεῖ. *Vel à uomitionibus post balneum ex uino dulci.*) Notandus uomendi modus ad sanitatis tuitionē post balneum, epoto prius uino dulci. quod fieri consueuisse existimandum, uinum dulce amplexante melius uentriculo undique, dulcedine autem facultate, uiribusque suis detergente potentius uentriculum, & hærentem forte materiam auferente ad uomendum.

Οὐ μόνον τῶν ἀρίστην ἐχόντων κατασκευὴν ἐμνημόνευσα. *Non solùm optimam habentium constitutionem mentionem feci.*) Quoniā alioqui de optimé tantummodo constitutis corporibus agendum fuerat, in tractatu hoc his ipsis dicato. Excusatio igitur hæc est mentionis factæ de ijs, qui natura sua prauos colligere succos solent.

Οὐκοῦν τὸν τοιοῦτον, ὅτ' ἐπὶ γυμνάσιον ἄξομεν. *Huiuscemodi hominem neque ad exercitationem adducemus.*) Videlicet ne ex ulceroso sensu, si paulò plus commoueatur abundè cacochymum corpus, horror primò, tum & ex horrore rigor suboriatur. quod quidem euenire solere dictum suprà fuit.

Καὶ ὕπνῳ συντελεῖ. *Ac somno confert.*) Missis in caput uaporibus placidis, lenique appulsu quodam somnum conciliantibus.

Τοῦτο δὲ κάλλιστα διὰ ἡσυχίας, καὶ ὕπνος ἀποτελεῖται. *Hoc autem optimè quiete, & somno perficitur.*) Quiete quidem eò quòd motricis facultatis officio nimio, si quiescat corpus, non distrahetur concoctrix uirtus: somno autem quòd cum mouendi facultas, quam diximus, tum sentiendi insuper, in eo cesset, atque ita animalis pars penè omnis tūc quietem agat: ut ideò multò etiamnum minus in somno ab officio suo auertatur concoquendi uis. prçter id, quòd intro se conferens naturalis tunc calor, uelut in officina sua operatus, opus edit absolutius, ac perfectius. Porrò quemadmodum mutua sunt facultatum harum inter se officia omnium, ita mutuum quoque esse consensum debere in opere uerisimile fit, ex Hippocratica conspiratione illa.

Σὺν ἀσθενεῖ δὲ, φλεβοτομεῖν μὴ ὅλως. *Cum debili autem, uenam quidem secare nequaquam*) Multa sunt loca, ex quibus colligere liceat, ueterum sanguinis missionem multam semper, ac copiosam fuisse: sed hic locus non minime idē ostenderit. Etenim in optimé constituto aliàs corpore, aliquo tamen tempore ulcerosæ lassitudinis sensu affecto, necdum morbum uere ingresso, & in neutralitatis potius illius conditione posito, ut nunc quidē esse ponitur, quænam haberi tanta poterit uirium imbecillitas, ut non ferre octo, aut summum decem unciarum sanguinis missionem queat, quantum quidem hac nostra ætate ferè mittimus? at librarum trium, quantum in oculorum affectu misisse se testatus est

ali-

aliquando Galenus, etiam quarta, intra horarũ spatium quattuor, addita libra, non feret idẽ. Arbitror igitur, deterreri nos hac Galeni ea admonitione his casibus, ne tantum profluere sinamus sanguinis, quantum solitum tunc esset: at quantum nunc, sanè non arbitror. Secamus enim uenam, in eo modo se habentibus multis, ac sæpe, & quidẽ cum profectu aliquo, quamuis, educto nõ multo sanguine, quoniam maiorem detractionem non ferrent uires.

Ὑπὲρ [illegible] δ' ἐπιγνώσεως ἤδη λέγωμεν. *De quorũ dignotione agamus iam.*) Quæ enim paulò antè traditæ sunt coniecturæ, eæ collectorum in uniuersum prauorum succorum erant, quanti potius accumulati in corpore essent, quàm quales, aut cuiusmodi: biliosi ne, puta, an pituitosi, an melancholici. Nunc horum quoque ipsorum dignotiones tradentur.

Εἰ μὲν ἅμα [illegible] ἐξανθήμασιν ἢ κοπώδης γίνηται διάθεσις. *Siquidem cum exanthematis quibusdam lassitudinis factus affectus fuerit.*) Nollem pustulas interpretatum fuisse exanthemata interpretem: extant enim pustulæ, & eminent extra cutim semper, quod exanthemata quædam non faciunt, subsidentia in cute prorsus, neque se supra illius superficiem attollentia: ut morbilli ferè puerorum sunt, & quas cum uulgo pettechias dicimus, lenticulari effigie uel pulicum etiam morsiunculis simillimas, quare idcircò de utroque nomine ab aliquibus uocẽtur, lenticulares nempè, & pulicares maculæ, in eadem cutis superficie omnes. At uariolæ puerorum, & ætatum omnium uari, phlycteriæ, epinyctides, quia pustulæ omnes, exerunt se, tuberculorum quorundã ritu: plus tamen aut minus alijs aliæ: & earum quædam penè sessiles: omnes tamen cutem ipsam quę superent. Atque tam hæc, quàm illa exanthemata omnia sunt, ceu efflorescẽtia in cute, uel supra cutem etiam: cutem exuperantes pustulæ omnes, at exanthemata non omnia. Cui dubium autem, quacunque hæc forma fuerint, ex coloris uarietate, uarios pariter humores designatura? rubis sanguinẽ, bilem flauo, utique flauam, melancholicum humorem nigro?

[illegible] ὡς γὰρ ἂν ὦσι πολυχρονιώτερα. *Quò enim diuturniores fuerint.*) Quippè exassantes exuruntur que humores tunc, & in melancholicum facilè degenerant.

[illegible] ἐπισκεπτέον δ' ἐν τῷδε, καὶ περὶ τῶν οὔρων τι τοῦ πλήθους. *Considerandum uerò in hoc etiam de urinarum multitudine.*) Nam sicuti sudores multi, quod modò dixerat, excrementorum quæ reliqua facta in corpore fuerint, crassitiem denotant: ita urinæ multitudo indicarit idem. Neque enim diuersa admodum materia, aut [illegible]a sudoris, & urinæ: quorum si copia de corpore profluat, humore eo quo [illegible]tuatur corpus, siccari excrementa intus necessarium, ac concrescere, eoque [illegible]neri interdum. Hinc planè mictionẽ noctu plurimam factam, paruam alui significare deiectionem, scripsit Hippocrates.

Τ[illegible] ἀναγκαῖον αὐτῷ φαίνεσθαι καὶ τὸν ὀρρόν. *Huiusmodi necessarium est uideri illius quoque serum.*) Vniuscuiusque humoris serosa pars est aliqua, naturę eiusdem: consistentiæ, siue constitutionis tantummodò liquidioris. Vt ex ea duci argumentum de humoribus quoque liceat.

Ὁ μὲν ἱδρὼς τὸ καθ' ὅλον τὸ σῶμα πλεονάζοντων χυμῶν ἐστὶ γνώρισμα. *Itaque sudor uniuersò in corpore redundantium humorum nota est.*) Præsertim uerò qui per habitudinem, molemque corporis totam fuerint dispersi.

Καὶ ποτ' αὐτὸν τὸν κάμνοντα κελεύειν ἀπογεύεσθαι. *Interdum ipsum quoque, qui afficitur, ut gustet, iubere.*) Ne indecorus, & illiberalis medicus fiat, si gustauerit ipse.

Καὶ τὸν ὀρρὸν αὐτοῦ χολώδη φαίνεσθαι, καθ' ἑκατέραν χολῆς ἰδέαν. *Et illius pariter serum biliosum apparere, secundum utramque bilis speciem.*) Flauæ nimirum, atque atræ, quamuis intelligi ex hoc possit ipsius quoque flauæ bilis discrimen: alterius pallescentis, & alterius flauescentis magis: ut paulò antè notatum.

Καθάπερ ἡ καλουμένη γραῦς. *Quẽadmodũ etiã quæ γραῦς dicitur.*) De hac dictũ alibi à nobis fuit, in enantiomatis nostris: solutaque ibidẽ cõtradictionis cuiusdã, quę inesse in Galeni dictis uidet, suspicio. Huius n. γραὸς, seu uetulę dixerim, anusue cuius

cuius similitudinem uideri ait hoc loco in sanguinis concoctione, eandem in urinis apparere, quæ colliquamentum sequuntur, dixit, secũdo commentariorum libro in Hippocratis prognosticũ. Cæterum nulla fuerit contradictio, neq; contraria inter se dicta censeri debuerint, si & in concoctione humorum, & in colliquatione aliqua consistere dixerimus in urinis posse aliquid, quod γραῦν illam referat: non γραῦς quod sit, sed quod simile huic. neq; γραῦν esse dixit Galenus, sed simile. Est enim γραῦς propriè (ut hîc scribitur à Galeno) ἐπίπαγος ὁ ἐπὶ τῶν ἀποψυχομένων ζωμῶν: quod concretum inest refrigeratis iusculis in summo: aut, ut Aristophanis interpres, ὁ ἀφρὸς ὁ ἀνωτάτω, ἢ τὸ πηγνύμενον ἐν ταῖς ἀκμαῖς τῶν ζωμῶν, ἢ ἐπιφάνεια τῆς ἀθάρης: insidẽs spuma supremo in loco, uel quod in iusculis cõcreuit oleosum, uel pulticulæ (hæc enim ἀθάρα est) superficies. His simile quippiã quin innatare minus posit diuersarum rationum, bonis malisúe, non inconueniet: modò diuersam esse concesserimus utrobiq; rei huius faciem, ac formã, ut certè diuersa ualdè spectatur. In humoris enim crudi, crasiq; concoctione, superficiem urinæ uidere est, æqualiter per totum cõcretam, tenuissimo ueluti foliolo supremum occupante: ut in pulticulis fit quibusdam: ut in ea, quę σαῖς Græcè dicitur, subacta scilicet ex aqua farina, nos pastã dicimus: in quibus tamen omnibus pinguis nihil subest: ut nec, quod in superficie quidẽ positum uisitur, pingue esse credendum sit. Ita in urinis cruditatis humorum cõcoctionem repræsentantibus, subsidere in fundo matulæ uitriúe, albicantis sæpè humoris speciẽ uideas, qui dici pinguis non possit: huius uerò tenuissima pars quædam, tanquam aerea, summum urinæ locum in matula petens occupat, facie, qua diximus. At quæ liquamentum referunt urinæ, in his nec subsidere in imo quicquã tale uideas, & in superficie ceu orbiculi quidam apparent, oleosis maculis distincti, quidã intercurrentibus lineis, ac ueluti filamentis quibusdam quasi araneolas pingues nonnullas intertexentibus. Hoc discrimine spectabuntur ista semper animaduertendo: non enim parum refert: atq; utrobiq; anus illius similitudo quædã utiq; uisetur, specimine tamen non parũ uariante, ut ostendimus.

Εἰ δὲ μετὰ πλείονα χρόνον οὐκ εὐθὺς, ἀλλ' ὕστερον ἐπιχειρήσαι. *Sin multo pòst tempore, non protinus, sed postmodum aggressuram.*) Mirum futuri etiam temporis inesse notas posse: id, quod credi tamen liceat ex eo, quôd in urinis, uel iam emictis, semper caloris naturalis uestigium aliquod remanet nõ obscurum: idq; pro eo, ac magis, minúsue ualidum fuerit, citius, serius, concoquendam aggredietur materiam, huiusq; ipsius signum dabit, perturbatis prius illis: concoquendo enim exagitari uerisimile sit: quamuis perturbationis urinarũ causæ quoq; esse aliæ quædam queant.

Καὶ τὰ ἄλλα, τὰ παρὰ τὴν σύμπασαν ἕξιν τοῦ ζώου φαινόμενα. *Atq; alia, quæ per uniuersum corporis habitum apparent.*) Ea sunt, quorum suprà mentionem fecerat multorum: pustularum, exanthematum, lepræ, psoræ, uitiliginum, herpetum, & similium.

Ὅταν γε μὴ ἀποχωρήσωσιν εἰς βάθος οἱ χυμοί. *Quoties quidem ad profundum non recesserint humores.*) Similis, adeoq; eadem prorsus sententia dicta alibi ab authore eodem in expositione aphorismi secundi sectionis primæ.

Ἢ ἀρχομένην αἰδῶ. *Vel incipientem uerecundiam.*) In uerecundia reciprocatio humorum est maxima, intrò prius cum sanguine commotorum, tum uerò foras, rursus mox abactorum. Propterea incipientem dixit, quôd tunc ad profundum altè adigunt se.

Ἧττον δ' ὑγρὸν ὄντα τὸν συνήθως ὀνομαζόμενον φλέγματος. *Minus autem humiditatis habente, quam uulgò nominata pituita.*) Humiditatis minus, hoc est serocitatis. Cruditatis autem uitio notantur tum humor crassus is, tum praxagoræ uitreus ille, quanquam minus hoc crassus, attamen crudus ipse quoq;. Cruditas uerò hæc humorum non ea est, quæ absoluta, omniq; ex parte cruditas sit: concoctionis nanq; omnino aliquid acceperunt in uentriculo, alioqui humores non essent,

nec

nec dici possent: sed secundæ concoctionis respectu, quæ in iecore, & uenis fit, cruditas dicetur: eritq; ut à Galeno monemur libro de Facultatibus naturalibus secũdo, his uerbis: πλεονάσαν δ' ἀπεψίαν φλέγματος ἀκόσμως χρῆ, τῇ δ' ὀλιγάρας πεψίως, ἀλλοιοῦσι τὸ ἐν φλεψίν.

Διώρισαι δὲ πᾶσι ἤδη, πῶς τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα δ' αὐτῷ. *Descripta autem iam sunt à rerum harum peritis.*) Colligi multa de his ex libro secundo de Facultatibus naturalibus poterunt.

Επὶ μὲν τὸ ὀλίγον ἀπεχόντων ἐφ' ἑκατέρω. *In ijs quidem, qui parum in utroq; absunt*) Vtrumque dicit: & quum nondum sanguis prorsus effectus est humor, sed ut fiat, propè est: & quum factus quidem iam, sed non ultra sanguinis naturã processum ualde.

Συνεπισκοπεῖσθαι δὲ παρὰ θαι, χρὴ τὸ ποσὸν ἐν αὐτοῖς. *Simul autem cõsiderare tentandum, quantitatem quoq; in illis*) Vt licet paulululm recesserit à sanguinis natura humor uel citra, uel extra, si tamen multus is fuerit, sanguis uerò paucus, uti uenæ sectione fiat.

Επὶ κάθαρσιν ἰσχυροτέραν ἄγειν αὐτόν. *Ad purgationem uehementiorem adducere ipsum.*) Non modò hîc, sed etiam alibi non semel, uideas repurgationem paulo maiorem uicariam esse phlebotomiæ, ut in qua excepto propriè dicto sanguine, reliqui detrahi humores omnes possint. Et mox, nõ admittẽte uenæ sectionem, αὔξησαι τὴν κάθαρσιν, dicet.

Επ' ἄλλων δὲ μετὰ διορισμῶν, ἀκριβέστερον ἐξευρίσκειν αὐτὰς προσήκει. *In alijs uerò cum distinctionibus diligentiùs inuenire eas conueniet.*) Optimè nanq; constitutum corpus, bonæq; inprimis habitudinis, si qua de causa & sanguinis missionem necessariam, & iustam purgationem detrectarit, possint loco horũ, & frictiones fieri, & balnea adhiberi, & unctiones, & imperari inedia: quæ in bilioso, puta, natura, uel tenuis nimis habitudinis, non possint cum recta satis ratione fieri omnia.

Απέχειν μὲν αὐτοὺς χρὴ κινήσεως ἁπάσης ἰσχυρᾶς. *Abstinere eos quidem opus ab omni motu uehementi.*) Ne scilicet ex uehementiore commotione aliqua, ue nosso genere contenti crudi, semiconcoctiúe humores (ita enim suppositum fuerat) uiolenter in habitum corporis totum rapiantur.

Διαφορῆ δὲ σὺν μοχθηροὺς χυμοὺς, ὡς ὁ μετὰ βαλανεῖον ὕπνος. *Digerit per halitum humores prauos, ut post balneum somnus.*) Cutaneos meatus recludit balneum, utique dulcis aquæ: simul humores attenuatos reddit magis, magisq; ac benè fluuidos facit. superueniens autem balneo somnus cuncta hæc auget, ac maiorem insuper concoctionem humoribus addit, quo facto, exhalatu, euaporatuq; faciles fiunt.

Λοῦσαι νῆστιν. *Ieiunum lauare.*) Hoc enim quoq; mirificam euaporationem humorum, occultamq; transpirationem illam promouet: iuuante euaporationem humorum, absumptionemq; quam ieiunium per se facit, lauatione, attenuatis discussisq; ijsdem illis humoribus.

Εἰ μηδέν ἄλλο διακωλύσαι μεῖζον. *Nisi quippiam aliud maius uetet.*) Somni plurimũ conciliabit balneum semper, humefacto corporis habitu toto, cumq; hoc cerebro: nisi uerò obstiterint maiores causæ, quæcunq; tandem afferre uigilias solent, reficcantes omnes, & excalfacientes. Iccircò mox addit, nec bonam fore causam nec signum bonum, non consequuto post balneum somno. Signum, quia multus indicatur cũ siccitate multa calor, ut uinci, aut mitigari balnei usu non potuerint: causam, quia qui dispersi, diffusiq; per corporis molem totam humores praui fuerint, non dissipabuntur somni beneficio euaporati, cum nullus, uel non satis commodus successerit, manentesq; molesti erunt. E diuerso, succedente balneis somno, pro bono id habebitur signo, causaq; bona.

Τὰ τε κώματα, καὶ οἱ μακρότεροι τῶν ὕπνων. *Comata, & longiores somni.*) Comata, quũ frigiditas ingruerit cerebro uehementior, & humiditas multa adsit: longiores somni,

ſomni, quum mitiora hæc fuerint, ut puta minus frigiditatis, & humiditatis minus fuerit, neq; tam altè cerebri ſubſtantiam occupauerint: tunc enim, ut longius dormiant, qui ſic afficiuntur, at excitantur facilius: quod in comate, & lethargo non fit.

Εὔχυμος μὲν οὖν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο κακοχυμίας ἐπικερασικός. *Itaq; boni ſucci eſt far, ſiue chondrus, atq; ob id praui ſucci cōtemperans.*) De farris, ſiue chondri ſignificationibus, pro frugis genere quodam, quod adoreum Latinis dicitur, ac pro pinſito eodē, quod iam non adoreum ſimpliciter atq; abſolutè, ſed adoreum far, totum hoc, nominatur: transferriq; uox eadem ad alia poteſt, ut far triticeum, far hordeaceum, far zeicum quoq; appelletur: alibi in opere ſalubrium ſcripſiſſe memini: quam nunc pariter ſententiam ſequor. Propriè tamen magis adhuc adorei ſeminis far tragum uocari uideo: ſicuti zeæ chondrum, Latinis medicis peculiariter alicam: & hordei ptiſanam. Hoc autem loco, chondri, ſiue farris nomine, cùm frugis genus, tum pinſitum quoq; idem ſumi poterit, parandis duntaxat ſorbitiunculis, de quibus agit. Illud inſuper adnotandum: ἐπίκρασιν, nō tam oppoſitarum qualitatum ratione (quanquā & hoc quidem) fieri poſſe, quàm ſucci in uniuerſum bonitate, qua tanquam diluta corrigatur, & emendata temperetur ſuccorum malitia. Quia ſucci boni eſt, inquit, ἐπικερασικός eſt: cōtemperat & ἐπίκρασιν facit.

Ὀσπρίων μὲν ἐπιτηδειοτάτη ἡ πτισάνη. *Leguminum conuenientiſſima ptiſſana.*) Impropriè ac ſatis καταχρηστικῶς inter legumina cōprehendit hordeum, ex quo ptiſana. Eapropter frugum uertit interpres, proprietatem magis ſequutus. Idē uerò κριβανῖται, furno cocti, uertit: quum teſtuacei potius uertendum fuiſſet. ἰπνῖται quidem ſunt, furno cocti panes.

Ἀποθεραπευτικοῖς ἐπανορθοῦμεν τὸν κόπον. *Recuratorijs corrigimus laſſitudinē.*) Frictionibus nimirum mollioribus cum oleo multo, balneis temperatis, motionibus tardioribus, & abſq; contentione uehementi, quas inter etiam quieſcatur crebrò. Is enim modus erat ἀποθεραπευτικῆς γυμνασίας, ut ſuperioris libri in fine narratum fuit.

Λαμβάνεται δὲ καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ φάρμακον τοῦτο, πρὸ τροφῆς τε, καὶ μετὰ τροφήν. *Sumitur porrò per ſe quoq; medicamentum hoc, & ante cibum, & poſt.*) Vt non fore piaculum exiſtimemus aliquando, ſi poſt cibum, ſicuti ante cibum talia dentur, deijcientia aluum. Nā in Therapeuticis quoq; libro decimotertio, quibus affectæ ſimæ iecoris partes fuerint, & cartamum miſcere cibis permittit, & urticam, & mercurialem, & epithymum, & polypodium, cūctaq; modice ſubducentia: in declinatione uerò phlegmones, cùm his ipſis audentius uti nos iubet, tum ad paulo etiam magis efficaciæ accedere hortatur: nigrum, ut puta, elleborum: in clyſteribus uerò etiam colocynthida.

Ὥστ' ἔργον οὐ σμικρὸν ὑπάρχει τοῖς ἰατροῖς, ἢ τοῖς προσφερομένοις. *Ita ut negocium non paruum ſit medicis, aut ijs, qui ſumunt.*) Mendoſus locus, necdum benè ſatis reſtitutus. Quomodo namq; in eadem conditione ponētur, medicus, & is, qui medicamentum ſumit ut concoquatur, quum medicus non ſumat? Vel igitur τοῖς ἰατροῖς redundat, uel deeſt quippiam.

Οὕτως κεραννύντας ὡς οἶνον. *Ita miſcentes ut uinum.*) Sic aquam oxymeliti miſcendam eſſe monet, ut uino miſcetur: quaſi qui faciendū hoc ſemper eſſe moneat, plus tamen, ac minus, pro bibituri natura, ac temperamento. Et mox: τοῖς ἀξιοῦσιν ἅπαντας τοὺς πίνοντας ὡσαύτως κεραννύναι τὸν οἶνον τῷ ὕδατι. Cenſentibus, qui bibunt, omnibus pariter admiſcere uinum aquæ. ut intelligamus ex hoc, uſitatiſsimam fuiſſe omnibus, aquę, uiniq; mixturam, & κρᾶσιν, quamuis diuerſis rationibus, quas alibi legere eſt.

Καὶ ταῦθ' ἑψέσθω μέχρι τοῦ τρίτου μέρους. *Atq; hæc coquantur ad tertiā uſq; partem.*) Nō quæ deſit, ſed quæ ſuperſit: nempè, ut reliqua tantummodò fiat pars tertia.

Καὶ μάλισθ' ὅταν ὀξυνθῇ. *Præſertim ubi coacuit.*) Ob maiorem incidendi tūc uim,

quod

quod crudioris humoris concoctionem iuuare inprimis solet: dissecta enim illius crassities magis, magisq́ue tollitur: simul paratior redditur ut concoctionem subeat minutius, proinde etiam exquisitius.

ὃ γ᾽ ἂν δι᾽ ὕδατος σκευαζόμενον, οὐ τοῦ ὀμβρίου, καθάπερ τὸ ὑδρόμελι, ἀλλὰ τοῦ ἐπιτυχόντος. *Quippè quod ex aqua paretur non pluuia, sicuti hydromeli, sed qualibet.*) non acesceret ergo si ex pluuia pararetur, dos enim hæc pluuiæ esse uidetur aquæ, permansio diuturna in natura sua. At hanc mox non probat: ἀλλὰ γὰρ ὅτι τῶν ἐπαινῶ, ait. sanè in apomelitis duntaxat præparatione, quòd acescat opus est, si præstare usum, quem uolumus, debuerit.

τοῖς ὀξυσμένοις ἀτρέμα. *Quæ leniter coacuerint.*) Nēpè, quæ hoc iam fecerint, ut acescerent: horum enim usus, non eorum, quæ in uia sunt ut acida fiant.

ἢ δι᾽ ὀξελαίου. *Vel ex oxeleo.*) Nō oleo simpliciter, ut interpres, sed aceto, & oleo: qualia iam uulgò habentur, acetaria quæ dicimus multa ex aceto, & oleo, addito sale, concinnata. At capparis iam sale antè accepto, ex oxelæo sumitur frequentissimè solo: deposito etiam prius interdum sale, ex aquæ maceratione aliqua, si nimium acceperit, dum eo seruatur.

ὁ μὲν γὰρ εἰς εὐχυμίαν τε καὶ πέψιν, ὁ δὲ εἰς οὔρησιν ἀγαθός. *Hoc enim succi bonitati, & concoctioni: hoc autem urinæ eliciendæ accommodum*) Fuluum succi bonitati, & concoctioni: urinæ ciendæ album.

ἀλλ᾽ ὥς γε ἐν αὐτομάτοις κόποις ἁπλῶν. *Verùm, ut in spontaneis lassitudinibus simplicē.*) Simplex est, eò quòd nec tensiuam, nec phlegmonosam lassitudinem coniunctā habeat. Inter spōte obortas igit̃ lassitudines simplex fuerit in corpore, quęcunq́ue ex tribus his sola fuerit, alium licet affectum aliquem additum retineat: ut humorum cruditatem hîc: propter quod non exquisitè simplicem dixit.

ἐπιπαττόμενον τῷ ποτῷ. *Potioni inspersum.*) Sorbitiūculis, ut opinor, quę in speciē potionum sumuntur. Neq́ue tamen uetuerit quicquam, quin potui quoq́ue propriè ita dicto inspergatur, uino, puta, aut aquæ, aut utriusq́ue mixturæ, eadem ratione idem facturum. Nam insequenti libro quum de piperis albi polline dicetur, ἅμα τοῖς ὄψοις ἐσθίειν ἐπιπάττειν τε τῷ ποτῷ:

οὗ τὴν σύνθεσιν ἅπασαν ἐρῶ, καὶ τὴν δύναμιν. *Cuius compositionem dicā omnem, et facultatē.*) Quod quū facere suo loco oblitus esset, in calce operis totius apposuit.

οὐ γὰρ δὴ ταύτην ἐκλύσαι κελεύω, τῆς ἡδονῆς στοχαζόμενος. *Neq́ enim amitti hanc iubeo, dum uoluptatem intendimus*) Eatenus attendendum sumentis uoluptati, dum commodo, atq́ue usui illius futurum sit: ulterius si fiat, ex artis præceptis non fiet: Sicuti ecōtrario in dolorum cruciatu, sed iisdem tamen rationibus, non statim dolori remedium faciemus, nisi aut uires minuantur ex eo, aut augeatur effectus: hoc est, nisi ex usu dolentis facturum id sit. Quò quum peruentum fuerit, ut alterutrum, uel utrumq́ue etiam timeatur, sæui, ac crudelis medici fuerit, non obuiam iuisse dolori quamprimum: sicuti blandi nimis, ante tempus id fecisse: blandiq́ue itidem, si in sumentis gratiam, uoluptatiq́ue illius seruiens tantùm, usum medicum, artisq́ue præcepta posthabeat: inofficiosi, adeoq́ue imperiti, si, in quo finem medicum uiderit consequi se posse rectè, uoluptati locum aliquem non permittat, quæ futura ex usu sit.

περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ ἀρκτούρου. *Circa Arcturi exortum*) Quem autumni initium statuebat Galenus commentariorum suorum libro primo in Epidemiorum Hippocratis primum & Autumnale æquinoctium anticipare dicebat, diebus circiter duodecim, sic scribens: ἀρχὴ δὲ τοῦ φθινοπώρου ἡ ἐπιτολὴ τοῦ ἀρκτούρου, προλαμβάνουσα τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν ἡμέραις ὡς δώδεκα. Quod hac nostra tempestate longè aliter euenit: ut non paucis post æquinoctiū diebus Arcturi exortus sit.

οὐσῶν δὲ τῶν κοτυλῶν ἰταλικῶν, ἃς ἔνιοι λίτρας ὀνομάζουσι. *Quū enim heminæ Italicæ sint, quas etiā libras nomināt.*) Hemina diuersa apud diuersos erat. Nouē alibi unciarum: decem alibi: etiam duodecim alicubi. ἄλλοι δὲ (inquit Galenus de compo-

sitione

sitione medicamentorum secundum genera, sexto) τὴν τῶν ἀλιευτικῶν φαρμάκων ἐγγυτέρω, ὑπ' αὐτῶν λέγεσθαι, καθάπερ καὶ ῥώμην τὴν λίτραν τοῦ ἐλαίου συνήθως ὀνομάζουσιν. Quod hic quoque sequutus uideri potest, libram, atque heminam pro eodem ponens, sed Italicam tamen heminam: eo quòd alia esset Attica, ut ibidem quoque refertur, atque Ephesia alia, alia Alexandrina, & huiusmodi. Vt quamuis Galenus inuenisse se dicat duodecim uncias mensurales olei, decem uncijs ponderalibus æquales: in hac tamen medicamenti huius compositione, heminæ duodecim semper unciarum sumendæ sint, quòd Italicas dixerit quæ librales omn[illegible] habeantur, re & nomine: libras enim uocari scribit. Est autem libra ubique locorum unciarum duodecim, duntaxat medica.

τοσοῦτον ἐμβαλλέσθω μὲν τῆς στροβιλίνης ῥητίνης. *Tantundem uero inijciatur resinæ strobilinæ.*) Hanc hac tempestate usibus medicis non adhibemus: neque enim habemus, sicuti ne abietis quidem fructum, quòd nullum abietes nostræ ferãt. sed si στροβιλίνη, pinea nobis erit resina, ut interpres ponit, quæ tãdem fuerit πιτ[illegible]: hæc nãque uerè esse pinea debebit, ut πίτυς quoque pinus: & πευκίνη ex picea: [illegible] niã πεύκη, picea & ἐλατίνη ex abiete, quoniã ἐλάτη, abies. Eodẽ argumẽto στρ[illegible]λίνη ex strobilo. Est aũt στρόβιλος propriè pini fructus, nuculaque ipsa pinea, aut ei[u]s nucleus, resinosa inprimis omnia: ut arbitrer ex his pariter cõsueuisse ueter[illegible] colligi resinæ nonnihil quoquomodo: eque arboris eiusdem ligno ac fructu [illegible]minam extitisse resinam: strobilinam alteram ex fructu, nuculaque ipsa, pinea [al]teram ex ligno. Aliter, quib. duo hæc nomina accõmodare rebus debeamus, aut possimus, sanè non uideo πιτυΐνην ῥητίνην, & στροβιλίνην, cuius utri[us]que seorsum mentionem facit Galenus capite proprio de resinis, in opere de Simplicium medicamentorum facultatibus: ut propterea dici eadem res duæ hæ non possint. Hodie larignam habemus ex larice in usu frequentissimo, cum non mi[n]o[r]e successu, quàm alterius cuiuscunque usus sit: cuius miror non factam fuisse mentionem à Galeno inter alias, capite his dicato, quum nihilominus alibi mentionem fecerit, tanquam non postremæ notæ.

Ἐψῆσθαι δ' ἄμεινον ἐπ' ἀγγείῳ διπλῷ. *Satius autem coxisse in uase duplici.*) διπλῶμα uocatur interdum hoc: quod cuiusmodi sit, mox explanatur à Galeno melius.

Τὸ μὲν οὖν ὕδωρ εἰς τὰ παρόντα χρησιμώτερον, ὁ δ' οἶνος εἰς τὰς ποδαγρικὰς διαθέσεις, καὶ ὅλως ἀρθριτικάς. *Cæterùm aqua ad ea, quæ nunc tractantur, utilior: uinum uerò ad affectus podagricos, atque, in totum, articulares.*) Etenim præsens affectus ulcerosæ lassitudinis est cum humorum cruditate per totam corporis molem diffusa, nihil aliud postulans, quàm ut difflatione, & euaporatione noxiæ causæ tollatur: in podagricis uerò et articularibus affectibus, robur insuper requiritur ut adda[tur] partibus affectis, quod uini additione fiet, optimè siccando calefaciendoque [r]oborantis.

Ἤτοι τὴν ἐκ τῶν κεραμείων μιγνύναι πιτυΐνην, ἢ καὶ τὴν φρυκτὴν ὀνομαζομένην. *Vel pineam miscere ex figulinis, vel frixam uocatam.*) πευκίνην συγκομιστὴν dixit hanc, lib[ro] tertio de compositione medicamentorum secundum genera, quæ in arculis glossocomijs portaretur, & figulinis: φρυκτὴν autem Colophoniam quoque dixit. Excoquitur porrò hodie quoque pix, & torretur: arbitror, & resina.

πλῆθος ὠμῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι περιέχεται. *Crudorum plenitudo in corpore toto continetur.*) Sic, ut uenas quoque maiores occupent humores crudi, & quam regionẽ primam appellare medici solemus. Nam prior hæc, quæ modo tractata fuit, in habitu solum, ac corporis mole cruditatem humorum cum lassitudinis ulcerosæ sensu posuit: carnibus nempè ipsis, & musculoso genere, uenisque minoribus: hæc autem in toto corpore: ut præter carnes, uenæ præterea maiores, primarumque regionum uiæ omnes intelligantur.

Ἀλλ' ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπικρατείτω τὰ τῶν ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶν ἰάματα. *Sed in principio quidem remedia superent in primis uenis contentorum.*) Nam, nisi factum ita fuerit

rit, ac potiorem ducere habitu, moleq́; corporis contentorum rationem uolue rimus: dum digerere per halitum ista, & discutere studebimus, periculum erit ne cruda maioribus uenis contenta, in minores rapta ferantur, atq; inde in habitum transeant, & augeatur affectus.

Καὶ ὅλως δῆλον ὅπως ἐπανορθοῦσθαι χρὴ, τὰ κατὰ τοὺς χυμοὺς ἁμαρτήματα πρὶν νοσῆσαι τὸν ἄνθρωπον. Iamq; manifestũ, quo pacto emendare cõueniat humorũ errata, priusquã homo ægrotet.) Monemur, ex uno de reb. aliquibus præcepto multò plura utiliter ad res alias deducere. Vt in proposita tractatiõe, humorũ cruditas simul, et prauitas, cuiuscunq; tandẽ generis fuerit, ac quacunq; corporis in parte, tolli rationibus à Galeno traditis pòterit omnis: quod planè in hac tuendę sanitatis totius parte potissimum est prędcautricis facultatis officium, ideo antequam ægrotet, additum.

Ἄριστον ἤτοι φλεβοτομεῖν, ἢ ἀποχαράζειν τὰ σφυρά. Optimum vel venam incidere, vel scarificare malleolos.) Paria interdum uidetur facere uenæ incisionem & scarificationem malleolorum Galenus, quum tamẽ scarificatio longè infra iustam sanguinis missionem uideatur esse. Verumtamen hoc quoq; remedij genere non parum profici possit, doloris inprimis ratione uehementioris, si paulò altius adigatur scarificatio: potissimum uerò, si cucurbitulæ insuper affigantur scarificãdæ parti, ut maior cum humorum attractione auersio fiat, proinde & euacuatio. Potest porrò scarificatus fieri adhibitis prius cucurbitulis, & non adhibitis: sicuti cucurbitulæ affigi factò simul, uel non facto sacrificatu.

Ἐγχωρεῖ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ἐκκενοῦν τὸ τοιοῦτον πλῆθος. Conceditur alio etiam modo euacuare plenitudinem huiusmodi.) Dictum quibus modis, paulò suprà. Cęterum multæ non saluberrimæ naturæ partis alicuius intemperatura, proinde imbecillitate quoq; laborant, ut suscipiendis ideò aliunde noxis, opportuna reddatur semper pars ea, ac sæpè succorum insibi quoq; colligatur uitiositas, dum alimentum conficere exquisitè satis nequit: quod in saluberrimis naturis nõ fiet, nisi in uictus ratione peccetur: ac si quando tamen fit, prauitas succorum nõ est insignis: plethora urgebitur magis: atq; ea quum misso sanguine tolli non difficili negotio potest, tum rationibus etiam alijs relatis antea, quod in uitiosis corporum constitutionibus non succedet, propter priuatam partium aliquarum intemperaturam, quæ remedia illa non ferunt.

Ἢ ὀνίσκους ἐν λευκῷ ζωμῷ καλῶς ἑψήσαντα διδόναι. Vel asellos in iure albo bene elixos dare.) Qui aselli sint pisces, quodue ius album, melius annotabitur, quum de alimentorum facultatibus agetur, atque in materię omnis medicæ tractatione, ut suis omnia locis reddantur rectius. Nam hæc exempli tantûm cuiusdam loco pônuntur à Galeno hîc.

Ὡς μεταληφθῆναί τινα εἰς τὰς φλέβας, ἐκ τῶν κατὰ τὸ σῶμα. Sicut transumatur etiam in venas aliquid eorũ quæ in corpore sunt.) Ita fit, ut ab ambitu, moleq́; corporis tota in uenas remigrare uideantur posse humores intrô acti contrario motu, quàm qui supra eodem hoc libro timebatur à Galeno, uidelicet ne ex uenæ sectione crudiores humores intus, maioribusq́; in uenis positi per minores, in molem habitumq́; corporis totius abriperentur. Mirum ut uideri meritô cuipiam possit, qua ratione uena secta ijs contrarijs motibus agantur humores, modô intrò, modò foras commoti. Ac contrarietas quidem sine dubio motionibus his inest, quæ dictorum similiter contrarietatis suspitionem aliquam faciat: quam tamen protinus auferat considerata diuersitatis motus utriusq; ratio. Vtrique enim contrarij sunt, sed non eodem simul tempore fiunt. quod motibus alijs euenire multis ac sępè solet. Et prior quidem, quo timetur, ne circum iecur, ac mesenteriũ, & in primis uenis contẽti humores crudi in minores, deq́; his in corporis ambitum molemq́; ferantur, continuus est, primoq́;, ac per se fit motus: intermittens alter, quo ab ambitu, moleq́; in uenas retrocedunt: ideoq́; secundario, atq; ex accidente potius quodam fieri censendus, ualidiorum par-

tium

tium uenarumq; maiorum, uacuatarum iam, uincente facilè retractione. Iubemur itaq;, ut fieri hoc posit, remigratioq; humorum ea sequatur, temporis omnino interponere aliquid, dieculæ, puta, unius. Eiusmodi ratione paratam habebimus responsionē ad quæstionem eam, qua quæri solet forasne, an intro ferantur humores incisa uena. Foras dicemus primò: tum deinde intrò etiam secundo.

IN LIB. V. DE TVENDA SANITATE

Ταῦτα δ᾽ ἦν τὰ ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων γυμνάσια. *Istas ex uita instituto exercitationes.*) Vt si quis uitā suā ita instituerit, ut pro exercitio, pilæ paruæ ludo utatur quotidie: deinde ex hoc ęgrotans, iubeatur à sanitatis præfecto abstinere ab eo, contentusq; esse exercitatione, quotidianis, ac necessarijs fortè negotijs obeūdis, pertractandisq; facta: ut quidem nonnulli quoq; sunt, quos Hippocrates ab omni prorsus exercitatione cessare iubeat, ac quiescere. ἀκινεῖν, ipse inquit.

Ἐνίοις δὲ τὸ πλῆθος ἀφελεῖν τῶν γυμνασίων. *Quosdam uero demere de exercitationū multitudine.*) Vt si quis parua pila ludat horis continuis quattuor, nocumentumq; inde percipiat, si una tantummodò idem faciat, non perceperit, iuuabiturq; potius contracto horarum quattuor spatio in breuissimum minimumque. ὡς ἐς ἐλάχιστον συστεῖλαι τὸ πᾶν. quod interpres opinatus est dictum à Galeno fuisse, quo dici modo à multis solet, ut breuissimè dicatur, ut uno uerbo dicam, ὡς συντόμως εἰπεῖν. Sed, ut arbitror, sensus est, qualem nos diximus.

Ἐνίοις δὲ τὰς ποιότητας ὑπαλλάξαι μόνας. *Nonnullos qualitates immutare solas.*) Exercitationum qualitates erant, celeritas, robur, uehementia. Sunt igitur, qui celeri exercitatione indigeant, non indigeant robusta: qui robusta, non celeri: atq; ita de uehementi, contrarijsq; his omnibus: quorum à conuenienti sibi quisq; adiutus, ab alijs damnum sentiet.

Ἢ τὴν τάξιν. *Vel ordinem.*) Præpostero ordine exercebuntur, qui initio uehemētioribus utuntur, sub extremum remissioribus exercitationibus: quum contrà potius faciendum sit, ut leuiores præcedant iusto ordine, grauiores sequantur, distributis exercitationum partibus.

Ἢ τὸν καιρόν. *Vel opportunum tempus.*) Manifestum satis est ex superioribus, opportunum exercendi tempus id haberi, quum peracta fuerit uentriculi, & uenosi generis concoctio, iamq; immineat tertia: extra id tempus incommoda, & intempestiua habenda est exercitatio omnis. Obseruanda igitur opportunitas.

Ἐνίοις δὲ τὴν σύμπασαν αὐτῶν ἰδέαν μεταβάλλειν. *Nonnullos vniuersam illarū speciē immutare.*) Si in his omnibus ab aliquo peccetur, necessariumq; ideò fuerit alia facere omnia, immutata dici poterit ratio & idea exercendi se omnis. Vt quū calidioris iusto, ac ficcioris temperamenti aliquis, toto fortè die pilæ ludo (ne ab eodem exemplo, nostrisq; his temporibus usitato recedamus) teneatur, nec tēporis quantitatis aut opportunitatis modum, aut ordinis rationem ullam seruet: si deambulandum solummodò esse consuluerimus, suo & tempore, & ordine, & mensura: sanè diuersam fecerimus illius exercendi formulam atq; ideam uniuersam. Eadem uerò ratio applicanda non modò balneorum, sed reliquarum huiusmodi rerum omnium rationibus.

Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. *Aliorum medicus ipse ulceribus scatens.* Relatū lego à Plutarcho quoq; uersiculum hunc, in libello de Amore fraterno, non citato authore.

Ἡ ἀπολογία πολὺ χείρων τῆς κατηγορίας. *Multò deterior defensio accusatione.*) Improba, ac

baa e pessima defensio, quæ culpam agnoscit, nec deprecatur, nec quod debet præstat.

ἐστὶ τὸ τελευταῖον μέρος ἰδίως ὀνομάζεται γῆρας. *Cuius pars ultima propriè senectus dicitur.*) Is est quadragesimus nonus circiter annus, septennij septimi finis, senectutis initium: quæ ipsa pariter in primam, uiridemq́ dictam, mediamq́, & ultimam diuiditur.

Κατὰ μὲν τὰς ποσότητας, τὰς ποιότητας, τὰς δυνάμεις. *In quantitate, qualitate & facultate.*) Quãtitas exercitiorum intelligitur in temporis longitudine, aut breuitate: qualitas in celeritate, robore, ac uehementia: facultas in eo, quòd carne repleatur corpus, aut minuatur, aut statum suum seruet: robur addatur, uel uirium aliquid dematur, uel rursus in medio consistat, densius rarius fiat: siccius, humectius: & id genus alia. Cibi quantitas ac potus manifesta est. Qualitas non solùm accipienda, qua cibi plures præter nutriendi facultatem, refrigerant insuper, aut calfaciunt, resiccant, humectant: sed etiam qua incidunt, attenuant, detergent, deobstruunt, aut contraria in corpore faciunt. Porrò autem facultas cibi, qua cibus, alendi sola est, & qua plus minusúe addere corporibus alimenti solitus sit. Atq́ hæc omnia traduci facilè ad reliquorum omnium rationes poterunt, balneorumq́, & somni, & uigiliarum, & ueneris, & ambientis, & excernendorum, & affectionum animi, quantitatem, qualitatem, facultatem.

ἢ τὰ λουτρά. *Vel balnea.*) Quorum longior æquo usus euaporatione nimia facta, gracile reddere corpus soleat.

Καὶ ἀχωρὶς τῆς καλουμένης ἀποθεραπείας. *Ac si absq́ uocata apotherapia.*) Hæc enim quoque postrema exercitij pars eò tendebat, ut post exercitium corpus refocillatum humectaretur.

Καὶ ὁ οἶκος ἐν ᾧ διατρίβει ἐγρηγορὼς τε, καὶ κοιμώμενος, ψυχρός. *Et domus, in qua uigilans dormiensq́ versatus est, frigida.*) Quippe frigiditas ea siccitatem inuehet ex accidenti, ueluti ex congelatione quadam duritiem afferens, neq́ permittens humescere corpus alimento, quod esse fluxile debet, si quidem addendum partibus sit.

Ὡς ἐκ μέρους μὲν τινὸς, ὀρθῶς ἄν τις ὁ ποιητὴς. *Quod parte quidem ex aliqua, rectè dixit poeta.*) Odyssee α. Ex parte autem dixit, quòd satis hoc non sit, sed multa præterea cogitanda alia, facienda sint, quæ mox dicentur.

Περὶ ὧν εἴρηται ἱπποκράτει. *De quibus dictum quoq́ ab Hippocrate fuit.*) Epidemiorum sexto ita inquit: ἐν θέρμῳ φύσει φύξις, ποτὸν ὕδωρ ἐλινύειν.

Εἰ μὴ τῶν ἄλλων τις ἀπεῖργοι σκοπῶν. *)* Pro ἐπεὶ, reponendum esse credere, εἰ μὴ: nisi scopus alius aliquis impediat. Ex æquo enim partes iuuabuntur in medio positæ ab extremorum utriusq́ exercitationibus, quæ quidem ex æquo ab utroq́ distant, nisi obstiterit aliud. Ventriculus nanque, uel iecur æqualiter manuum crurumq́ exercitatione iuuabuntur, nisi scopus alius cõtra steterit: ut si manus fortè alicui, uel crura imbecilliora fuerint. Vtrumcunque horum fuerit, præstiterit his casibus alterum extremum exercuisse, ualidum magis, ob considerationem primo loco à Galeno positam.

Εὐρυθμον τι, καὶ σύμμετρον. *Concinnum, ac benè conformatũ.*) σύμμετρον hoc loco eũ significat, cuius corporis partes totius, proportione inter se respondeant, suaq́ omnes, nullo aut excessu, aut defectu notandæ.

Εἰ μὴ πρὸς πλεῖον εὐρύνοιντο τῶν σκελῶν αἱ τροφαί. *Si non amplius dilatentur, quã crurum nutritio bona sit.*) Hoc est, si non superẽt uenæ repletæ nimis, ac supra bene nutritum crurum corpus, carnemq́ extent: id enim redundantis in uenis sanguinis iusto plus, indicium fuerit.

Ἀναφέροντα σχηματίζειν τῇ κοίτῃ τὰ κῶλα. *Sursum tendẽtia collocare crura in lecto.*) Ne occasio detur decumbentibus eò humoribus fluxionis maioris. Quo penè modo in libro de fracturis eandem ob causam eundem crurum positum suadet nobis Hippocrates, his uerbis: τῇ δὲ πτέρνῃ ἀεὶ ἐπὶ μετεωροτέρῳ ἢ ὅλον τὸ σῶμα-

τος ἐσαι τὰ πλεῖστα ὀλίγον.

Καὶ τῇ τρίψει κάτωθεν ἄνω. *Ac frictione, inferne, sursum uersus.*) Attendenda semper humorum fluxio est: ut quoties nimis ingruunt, in contrarium agatur fricatio. Eadem ratione ligaturam peragere docemur, ab authore eodem, eodem in opere modò citato.

Παρεμβάλλειν δὲ χρὴ καὶ τὰς στρογγύλας καλουμένας τρίψεις, μέσας σκληρότητος τε καὶ μαλακότητος. *Interponere autem opus est frictiones quoque eas, quæ rotundæ uocantur, duritie, & mollitiæ medias.*) Iubet frictiones rotundas facere, nempè in rotundum actas, ut musculorum particulæ omnes modis omnibus tractatæ, alimentum melius sentiãt. Cæterùm has mollium, ac durarum medias faciendas esse monet, non quod proprietas rotundarum frictionum & conditio sit, mediæ ut habeantur, quod existimasse interpres uidetur: sed quòd ita fecisse operæ pretiũ sit: nec uel dura, uel mollis conueniat in replendis tantùm carne partibus, sed media inter has, ut addita caro media pariter euadat: rursusque inter multam & exiguam mediocris, mediaque, quoniam hæc carne partem impleat, sicuti multa extenuat, exigua, uel pauca, nihil in hoc præstat. Est porrò rotunda frictio, ut secundi, operis huius, libri in principio admonemur, eadem, quæ transuersa. τὴν μὲν ἐγκάρσιον αὐτὴν τρῖψιν, ἣν δὴ καὶ στρογγύλην ὀνομάζουσίν τινες. Transuersam frictionẽ, quam rotundam nonnulli uocant: Existimatam à multis durare, densare, cõtrahere, alligare. ineptè, sicuti ineptè non minus existimabitur natura sua inter duram & mollem, mediam esse: quandoquidem per rotundum, transuersumque agi frictio facilè poßit, dura, uel mollis, sed implendæ carne, quæ mediocris inter has esse debeat, parti nequaquam commodè satis: tunc enim inter duram mollemque mediocris demum mediaque ea omnino sit oportet.

οὐ πάνυ τι τῶν τοιούτων ζητήσεων φροντίζοντας. *Non sanè multum de huiusmodi quæstionibus curantes.*) Inanes omninò quęstiones, si inaniter, & nugaciter nimis tractẽtur: non inanes, imò commodæ atque ex artis usu futuræ si sobriè, ut hodie à quibusdam doctis. Nosque ipsi, pro tenuitate nostra, quum alibi in transcursu de his, tum in opere Salubrium nostro, paulò explicatius quid sentiremus, manifestum fecimus.

τὸ μὲν ὑπὸ δίφρῳ βασταζόμενος ἐκομίζετο, τὸ δ᾽ ἐπ᾽ ὀχήματι αἰωρούμενος. *Partim in sella gestatus, partim in uehiculo suspensus ferebatur.*) Inde αἰωρήσεις dictæ, quibus quasi sustollantur, suspendanturque gestati, maiori omninò corporis agitatione quadam; quâm si in sella tantum circumferantur.

περὶ τὴν τρίτην ὥραν, ἢ τὸ μακρότερον, περὶ τετάρτην ἤσθιεν ἄρτον, μετὰ μέλιτος ἀττικοῦ, πλεονάκις μὲν ἑφθοῦ, σπανιώτερον δ᾽ ὠμοῦ. *Tertia hora, uel quũ longißimè, quarta, panẽ edebat cum melle Attico sæpius cocto, crudo rarius.*) Quarta nimirum diei totius parte exacta prius, si tertia panem sumeret hora, uel tertia, si quarta: diuidi solito tunc die per anni tempus omne in partes duodecim, quarum quarta pars horæ sint tres: ut tertia, quattuor. Quæ planè horæ hyeme illis breuiores erant, longiores ęstate: ideircò inęquales dictę, quum quòd inter se hoc essent, diuersis anni temporibus collatæ, tum quòd eiusdem etiam temporis, diei, noctisque horę inæquales ferè. hyeme sicuti diei breuiores, ita noctis longiores: ęstate cõtrà diei longiores, noctis breuiores. intermedijs autẽ temporibus, quæ ueris & autũni erant, diei, noctisque æquales, ἰσημερικαὶ dictę, quòd ἰσημερία tunc sit, nẽpè æqualia utriusque, diei, noctisque spatia, æquinoctiũ à nobis dictum. Cocto autem melle utimur, quum alimentum magis inde quærimus, quàm alui subductionem: crudo econtrario, quum alimenti minus, deiectionis plus expectamus.

Δεύτερον δὲ τὸ δι᾽ οὔρων καθαίρεσθαι τὸν ὀῤῥὸν τοῦ αἵματος. *Secundum vero, quod per urinas repurgatur sanguinis serositas.*) Non modò proprie dicti sanguinis humoris

per

per se, sed cum alijs simul coniuncti: ut ex hoc intelligamus omnium simul detrahi serosam humorum partem.

τῷ χρόα ἢ ξανθός. *Colore autem flauum.*) Flauus color, qualis florum ranunculi, multarumque herbarum aliarum fuluus, qualis calthæ: is nanque flauo satur magis: quum uterque luteus habeatur. Ex his, & albo cunctis noto, pallescens, mixtique colores fiunt, ὠχρόξανθοι, & ὠχρόλευκοι. Fuluum dicere πυῤῥὸν possumus.

Διὸ προπίνουσιν αὐτοὺς ἰσχάδας σιτίων. *Quapropter præbibunt illa, ante ciborum esum.*) Vt hodieque experimur, uina quædam prædulcia, sed omni prorsus austeritate carentia, initio mensæ si præbibantur, subducere uentrem solere.

Κἀντεῦθεν οἱ μὲν ὑδέρῳ ῶσιν, οἱ ἢ λιθιῶσιν. *Atque ex eo aliqui aqua intercute, alij calculo tentantur.*) Arbitror uerbis his tentamenta potius morborum significari, quàm morbos ipsos: aquæ intercutis, si iecur, aut lien: calculi, si renes obstructione laborarint.

Οὐ κωλύω δὲ, οὐδὲ τοῖς οἰνομέλιτι χρῆσθαι... *Nec prohibeo, quin paratis ex melle uinis utantur.*) Mulsi potestate prædita censebuntur uina hæc: atque abstergendi facultatem, mellis, calculosum affectum, aut podagricum, aut articularem formidantibus non incommoda.

Καλοῦσι ἢ τὴν βοτάνην ταύτην σαξίφραγον: *Vocant autem herbam hanc sarxiphagum*). Quod genus sarxiphagi habendum, fueritque hoc, quærendum: nam plura sunt. Sunt porrò uoces Græcæ, Latinæque in his eiusdem propè soni, diuersæ quamuis etymologiæ. Sarxiphagon enim, quasi quod carnes exedat, dixeris: at saxifragiam, saxa petrasque rumpentem rectè interpretere. Et est genus quoddam in saxis nascens: quòd erumpens inde enasci uideatur: tum uerò quòd renum frangere, & comminuere calculum possit.

Οὔτε χόνδρον, ἢ πυρῶν, ἢ ὤων. *Neque farris, neque tritici, neque ouorum.*) Vtique triticum glutinosi quoque quippiam retinet, quamuis chondro, siue farre ipso minus: ut damnari in senum esu possit extra panificium. Sed quum exemplaria non desint, quæ τυρῶν habeant, qui casei sunt: existimo, præferendam scripturã hanc esse, tanquam rei manifestę, atque apertæ magis noxę in horum omnium censu. Sicuti pro ὤων, legendum οὔων: ut sorba sint pro ouis. uel ὁ ὤων, cum ὀμικρὸν in prima syllaba, quandoquidem sorba, quę Gręcis sunt οὖα, dupliciter scribi ab illis solita fuisse habeamus ex Galeno libro sexto de compositione medicamẽtorum secundum locos. tribus primum literis, ο, υ, α, quæ dictionẽ compositæ faciunt οὖα: deinde etiam duabus tantum, ο, α, quæ ὄα, idest sorba. à quo genitiuus pluralis ὄων erit, id est sorborum: ab ὤων, quod ouorum est, nisi mutatione ο, in ω, differens. Vt ideò facillimus esse liberarij lapsus potuerit, ab ὄων, in ὤων.

Τὰ ἢ ταριχευθέντα πάντα τῶν προσφάτων ἀμείνω. *Salita autẽ omnia recentib. meliora.*) Duntaxat ad usum hunc in senibus, ne obstructiones fiant, quas tantum abest, ut faciant salita, ut factas etiam auferant. Nam aliàs enutriendis senum corporibus, quorum esse alimentum humificans debet, non satis competere posse ui dentur. Sed usus tantummodo hic quæritur, qualem diximus, ut mox manifestius fiet ex Galeni dictis.

Μήτε τὴν ἐκ συγκομιδὴν ὑπὸ πάντων ἐπαινουμένην σεμίδαλιν. *Neque ab omnibus laudatam similaginem.*) Hæc molitæ triticeæ farinæ pars est purissima, quæ quò magis excremẽtitijs partibus omnibus caret, furfurosaque inprimis, eò quidẽ ualentius semper nutriet, sed cum obstructionum suspicione, ac periculo quòd alimentum id auidissime rapiatur ab indigentibus alimento partibus, nec quicquam detergẽtis secum afferat: quorum alterum, ut auidè trahatur, obstructionem facere explenitudine soleat, alterum ex glutinositate eandem.

ἐν δὲ τοῖς ὀσπρίοις τὴν φακὴν πρὸ πτισάνης. *In leguminibus uerò lentem præ ptisana.*) Rursus hordeū inter legumina numeraſſe uidetur, quod & prius fecerat: quippè ex hordeo paratur ptiſana apud omnes. Sed hoc abuſiuè cum hîc, tum ibi dictum puto.

Καὶ τὰ ταριχηρὰ τῶν προσφάτων. *Et piæ recentibus ſalitas.*) Inter damnatas ad uictum ſenum carnes, hoc loco repoſuiſſe uidetur ſalitas, quas paulò antè commendarat. Sanè ea ex parte, qua futuris obſtructionibus occurritur, uel factæ etiam amouentur, & pituitoſorum humorum diſſectio quæritur, commendandas: at qua nutrimentum ſenilis ætatis exigimus, non admodum probandas. Itaque frequentior eſſe debuerit recentium ſenibus carnium uſus, rarior ſalitarum, ac non niſi quum uſus aliquis poſtulare id uidebitur, iuxta præceptum, quod mox à Galeno tradetur: εἴπερ τι φλέγματος ἠθροισμένου ἐξ ἀνάγκης ἐλοίμεθα τὶ τῶν τεμνόντων, μετέπειτα χρὴ ταχέως ἐπὶ τὴν ὑγιαίνουσαν δίαιταν.

Δι' ἐλαίου, καὶ γάρου. *Ex oleo & garo.*) Coniecturæ ſunt, quas alibi recenſuimus, garum non diuerſum ualdè eſſe ab eo, quod caueiarum uulgò dicimus.

Συνήθης γάρ ἐν τῷ χρόνῳ τῶν λαμβανόντων ἡ φύσις αὐτῶν γινομένη. *Tempore enim aſſuefacta ſumentis natura.*) Mutuò agentia inter ſe hæc, & patientia, mutuæ ſimul naturæ neceſſariò induent aliquid, ex quo conſuetudo, quæ altera, ſiue alterata natura dicitur, & ceu familiaritas, atq; ex familiaritate contemptus.

Ὅσον δ' ἂν μᾶλλον κενωθῶσι, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτοῖς ἡ γαστὴρ ἴσχεται. *Quantò namque magis uacuati fuerint, tantò magis adſtringitur illis uenter.*) Vtique inſequentibus diebus. rerumquè harum exempla uidemus quotidiana, nec deeſt cauſa. Nam quò plus ſiue ſolutum humorum fuerit, ſiue alui excrementorum eductum, eò minus cauſſæ ſemper manere in corpore debebit uacuandi: ceſſetur ergò ab opere eo neceſſe eſt, donec redeat cauſa. Simul ſoluentia medicamenta plurima, eadem facultate ſua reſiccantia quoque ſunt, ut & ſtercoraria, ἐκκοπρωτικὰ Græcis dicta: quod genus eſt aloe, ſicca ſatis, adeoquè etiam ſiccans.

Ὁποῖαι μάλιστα κατὰ χειμῶνα γίνονται πολλοῖς, καὶ μετὰ μακρὰν ἀῤῥωστίαν. *Quales hyeme potiſſimum fiunt pleriſq;, & poſt longam ægritudinem.*) Ob circumambiens frigus hyeme adſtringuntur præcipuè uentres, & quòd fluidi humores per id anni tempus minime ſunt. Aeſtate quidem profluuia contingere alui multa experimur: hyeme perquam rara. Poſt infirmitates uerò corporum diuturnas, facilè ſicceſcunt partes omnes, cumq; his aluus.

Πρὸς δὲ τὴν οἰκείαν ἑκάστου χρῆσιν, ἡ διὰ τῶν παραδειγμάτων ἄσκησις ὠφελιμωτάτη. *Ad proprium uerò cuiuſcunq; uſum exercitatio per exempla, utiliſſima eſt.*) Actiones circa particularia uerſantur omnes, & exempla particulariū ſunt. Qui igitur proprium actionis uniuſcuiuſq; uſum conſequi commodè uoluerit, ſi exemplum actionis eius habuerit factum iam, uel quod fieri uerîſimiliter potuerit, certius ac ſecurius peraget omnia, atq; ad finem commodum deducet.

Οἶδα δέ ποτε θώρακα παιδὸς ἀπολειπόμενον οὐκ ὀλίγῳ. *Noui porrò pueri thoracem non parum deficientem.*) Redit ad correctionem inſtrumentalium partium quarundam: ut oſtendat, in puerili id ætate facere licere, in ſenibus non licere. ſimul quia propè eſt, ut de aberrantibus ab optima corporis conſtitutione tractetur, inter quos cenſeri ſenes pariter ſemper debebunt, ætatis duntaxat ratione: quamuis ijdem anteactis ætatibus ſuis optimè parte ex omni conſtituti uixerint.

Καὶ τὴν τῶν προκαταρκτικῶν ὀνομαζομένων αἰτίων. *Et cauſarum, quæ primitiuæ nominantur.*) Paulo ſuprà dixerat, conſilium omne de corporeis affectibus eſſe, primò, ut propriam horum ſubſtantiam cognoſceremus: ſecūdò, ut remediorum materiæ omnis facultates cognitas haberemus. Nunc eadem paulò magis explicatè tradit, præſertim quæ affectuum ſubſtantiam indicent, & naturam. Cui

planè

planè cognoscendæ cùm ætas ipsa confert, potissimum uerò in excessu aliquo posita, ut hæc ipsa senectus de qua nunc agitur: tum consuetudo, tum extrinsecæ, primitiuæq; causæ, ut insolatio, refrigeratio, scorpij, phalangiorũq; ictus, canis rabidi morsus. Hæc enim quomodo affectuum inprimis naturam indicent, in Therapeutica methodo docemur.

τῶν δ' ἰαμάτων ἡ ἔνδειξις, οὐκ ἐκ τούτων γίνεται. *At remediorum indicatio nõ ex his fit.*) Cæterùm ab affectus natura sumitur indicatio ea: quam quidem affectus naturam per hæc ipsa inuenerimus.

συμβαίνει δ' ὡς τὰ πολλὰ θάτερον τούτων μᾶλλον. *Porrò accidit alterum horum plerunq; magis.*) Nimirum, ut calidioris fortè naturæ, & temperamenti aliquis, calida itidem uti uictus ratione in sanitate assuetus, eadem ut ægrotans pariter utatur, per se, nõ expectato doctore medico, qui hoc ipsum moneat, quodcunq; morbi genus fuerit, etiam quod contrarium exposcere uideatur, in quo planè ne medicus quidem ipse repugnarit rectè agens. Vt enim indicatione à morbo sumpta, contraria adhibemus: ita à natura, & consuetudine eadem, uel Hippocratis ipsius consilio, & suffragio, qui humidas diætas dixerit febricitantibus omnibus conuenire, præsertim pueris, & ijs, qui tali uictu uti consueuerint. Vt prorsus eadem ratione iuuenis, calida, siccaq; uictus ratione anteà usus semper, febri correptus quoq; uti eadem debeat, hac dũtaxat ex parte, ætatis, temperamentiq;, & consuetudinis calculo: quum interea febris alia quædam, ac contraria postulet. Quòd si in morbis hoc accidit, obseruandumq; rectè agentibus est: tantò magis in sanitate sua constitutis (ut proposito huic nostro seruiamus) faciendum idem erit, ut similibus utamur, donec otium nacti immutare in melius intemperaturam queamus: nam in negotijs, perinde ut in morbis, non licet.

μέχρις ἂν αὖθις εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανέλθωσι κατάστασιν. *Quousq; ad pristinum redeant statum.*) Intemperaturæ quippe suæ, à qua discesserint: sanitatis tamẽ adhuc campo contenti.

διὸ καὶ τοῖς οἰκείοις νοσήμασιν ἁλισκόμεθα πλείοσι. *Quapropter proprijs morbis corripimur pluribus.*) Calidioris intemperaturæ aliquis exempli causa, si per frigidum fortè ab ea recesserit, & corrigere eam studeat, facilis erit ultra intemperaturæ propriæ statum lapsus, eò quòd per excalfacientia id fiat necessum est, ad quæ suapte quoq; natura fertur. Itaq; monemur, ut hoc ipsum cauẽtes, ultra primum illum intemperaturæ statum ne progrediamur, ad quem quum peruenerimus, sistamus ibidem statim.

ὥσπερ ἑνὶ καλοποδίῳ. *Quemadmodum calopodio uno.*) Calopodion dici ligneus pes possit. Erunt igitur calopodia formæ illæ (& uero formas nostri dicũt) quarum magnus semper numerus in sutorum coriariorum officinis uisitur, diuersarũmq; magnitudinum paria, maiora, minoraq; ad diuersorum pedes aptanda, accommodandaq;, ut inducti calcei consuantur, formenturq; super his, ac detracti concinnè deinde calcientur. Hinc natũ illud: non uno calopodio calceandos esse omnes: idcò quòd formæ illæ ligneæ quibus superinducuntur calcei, formanturq;, diuersæ diuersis conueniant pedibus, ut aptentur rectè calcei.

ὥσπερ περιπνευμονίαν καὶ πλευρῖτιν. *Vt in peripneumonia, & pleuritide.*) Pleuritidis frequentissimus affectus, idẽ & obseruatissimus: nemo enim propè est medicorum, qui non statim uisum, ueluti de facie agnoscat hunc. Peripneumoniæ quoq; sane non infrequens, sed paulò tamen magis inobseruatus, & inanimaduersus: ut falli in eo medicorum quosdam uiderim non uulgaris existimationis.

Ἱπποκράτους εἰρηκότος. *Quum Hippocrates dixerit*) Epidemiorum sexto: ὑγρῇ θερμῇ φύσει ψῦξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν. anteà quoq; repetitum.

καὶ μάλιστα θέρους. *Aestate præsertim.*) Propterea quòd eo potissimum anni tempore fumida illa excrementa, & mordaces in corporibus calidis & siccis exhalationes colligi solitæ sint.

Ταῦτ' ἄρα καὶ κατὰ τὸ ἔαρ αἱ τοιαῦται φύσεις. *Atque ideo uere ipso huiusmodi natura.*) Quippè funduntur aduentante calore humores, qui prius in corpore hibernis frigoribus adstricti quieuerant: fusique diuersas corporis partes petũt, ut quæque natura, uel ex accidente fortè aliquo, facta imbecillior fuerit.

Ἢ φλέβα τέμνοντα, ἢ ἀποσχάζοντα τὰ σφυρά. *Vel uena incisa, uel scarificatis malleolis.*) Rursus duo hic habemus (nam suprà quoque adnotasse meminimus) missionis sanguinis uicem gerentia: scarificationem malleolorum, & repurgationẽ medicamento factam purgatorio, sed eiusmodi, ut ex æquo humores omnes detrahantur, iccirco ποικίλῳ dixit: quod si fiat, in eo solùm distabit à uenæ sectione, quòd in ea cum humoribus unà reliquis omnibus, propriè quoque magis dictus sanguis exit, in repurgationibus manet detractis alijs, ut uere ideo repurgatus sanguinis proprij humoris dici hoc pacto debeat: quippe, reliquorũ humorum superfluitatibus ademptis, purior ipse iam factus, & sincerior.

Ὡς ἐν ὑγιεινῇ δυσκρασίᾳ. *Vt in salubri intemperatura.*) Duntaxat sanitatis latitudinem nondum egressa.

Ἐφ' ὅτῳ σύμφορον ὄνομα φέρουσι. *Cui aptum nomen imponunt.*) γῆρας dicitur ætas ea, & γέροντες ætatis illius homines, ab honore dicti, quod γέρας est. Videtur autem allusisse ad Homeri id: τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.

IN LIB. VI. DE TVENDA SANITATE.

Ἐθεασάμην δὲ καὶ κατὰ συμβεβηκός. *Vidi autem etiam ex accidenti.*) In uentriculum minimè natura sua calidum decumbere bilis aliunde potest, ut ex iecinore, biliosumque eum reddere, bile quippè refertum: quod utique ex accidenti erit. Pariter in non frigidum naturâ, frigidus tamen delabi de capite pituitosus humor queat, qui frigiditatem illi conciliet, sed acquisititiam, atque ex accidenti.

Ἔσται δ' εὔκρατος ἡ τοιαύτη, κατὰ τὸν τῆς ἀκμῆς καιρόν. *Erit autem medij temperamenti hac in ipso uigoris tempore.*) Conseruante quippè temperiem suam calore perpetuo, ad uigentém usque ætatem, qui positus est temperatus, humiditatis uerò abundantia resiccata atque ad temperamẽtum reducta: sic, ut temperatum omni ex parte per id temporis constituatur corpus, modicè anteà calidum, & fuso humidius. Idem post uigẽtem ætatem, quamuis inclinare ad frigidum incipiat, dici tamen temperatum poterit: utique ætati illi conuenienter, aliorum multorũ respectu, ætatis eiusdem, sed temperamenti diuersi.

Κατὰ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν. *In adolescentium ætate.*) Ad trigesimum quintũ usque annum produxisse adolescentiam uidetur Galenus hoc loco.

Τὰς μὲν σωματικὰς οἱ παῖδες ἀρίστας ἔχουσι. *Corporales quidem pueri optimas habent.*) Corporales uocat, quæ naturales aliàs dicũtur: quòd ea alendo corpori, uegetandoque atque augendo, maximè subseruiant. Animales dicit, non solùm motrices, sed etiam sensitrices omnes, quas obtusiores pueri obtinent præ humiditate nimia, & quæ ἡγεμονικαὶ dicuntur, principes nimirum animæ partes, memorandi, cogitandi, ratiocinandi: has enim ipsas quoque pueris meliores retinent insequutæ ætates omnes ad inclinantem usque, uel post inclinantem etiam, anno undequinquagesimo, Aristotele hoc ipsum attestãte in libris Rhetoricorum.

Ὅλον τοῦτο λέγων, ὑγίειαν γέροντος, οὐχ' ἁπλῶς ὑγίειαν. *Totum hoc dicens, sanitatem senis, non simpliciter sanitatem.*) Vulgò dialecticos dicentes sæpè audimus, inter simpliciter, & secundum quid plurimum esse interstitij. Senum igitur sanitas non simpliciter sanitas, neque absolutè, sed secundum quid: senum uidelicet ipsorũ sanitas dicetur, totum hóc, non simplex, neque absolutum illud, sanitas. Sicuti athletarum euexia, non simpliciter euexia dicetur, sed totum hoc: athletarum

euexia:

euexia: ideocꝫ non inculpata prorsus: quod de simpliciter dicta euexia, dici nõ potest, inculpata penitus. Ita senum sanitas uitio non caret, at simpliciter sanitas caret, tantisper quidem dum sanitas est alicuius, latitudine sua contenta. Proinde uel sanitas hoc modo diceda erit senum, uitiosa nempe: uel melius in neutral tatis statu reponentur, ut aliarum ætatum quocꝫ corpora non pauca sunt, quæ ambigant: insalubria dico multa, quæ nondum tamen ægrotent, sanitate ubicꝫ propria contenta, licet uitiosa satis: ac dici nihilominus sana possint, utpote non ægrotantia, ut nunc, sed uitiosa sanitate fruentia, non simplici, necꝫ absoluta: atcꝫ interea non minoribus fortè rationibus adscribi neutris quoque possint, inter saluberrimum, morbosissimumcꝫ statum medijs.

Πάντα γε τι νόσημα χρόνιον ἔχει. *Cuncta unum aliquem omninò morbum diuturnum obtinent.*) Hos causarios semper, & querulos audimus.

Οὔτω γὰρ οὐδ' ἐγὼ συμβουλεύω τηνικαῦτα χρῆσθαι. *Vino uerò necꝫ ego consuluerim tunc temporis uti.*) Propterea quòd quamuis ad uomendum sumatur uinum, uomatur cꝫ ipsum cum bile una, agitatione tamẽ ea, uini uaporibus facilè repletur caput, quod à uomitu ex aqua facto, non fiet, aut non in tantum fiet. Atque hanc fuisse causam existimo, quamobrem philosophi, quos Galenus dicit, quicunque illi fuerint, uomendi consuetudinem prohibuerint, ueriti nihil aliud, quàm capitis inde repletionem. Sed profectò maius semper expectandum fuerit iuuamentum, ex bilis superiores partes petentis per uomitum uacuatione, quàm ex capitis repletione ea nocumentum, præsertim in uomitione ex aqua, quam tepidam dixit, quòd ex calida, aut frigida, non cieatur uomitus facilè.

Προκατειργασμένων γὰρ τῶν ἀναδιδομένων εἰς ἧπαρ ἐκ τῆς γαστρός, ἄμεινον προσφέρεσθαι τὰ τοιαῦτα. *Confectis enim prius ijs, quæ ex uentriculo in iecur distributa sunt, satius est exhibere talia.*) Nempè, quæ incidunt, & attenuant, aperiuntquè. ut confecta priùs sint ex uentriculo in iecur distributa, finita sanguificatione, ne ante peractam superuenientia attenuantia, & aperientia, perturbatam impediant, & ne ipsa quoque in opere suo impediantur. Has quidem rationes sequuti, hodie quoque matutinum inprimis eligimus tempus exhibendis syrupijs, & eiusmodi alijs.

Τῶν δ' ἀνώμαλον ἐχόντων τὴν κρᾶσιν σωμάτων. *At corporibus inæqualem temperaturam sortitis.*) Ventriculus enim calidioris fortè temperamenti, calida libenter, iucundecꝫ accepturus simul, & confecturus erit: sed non perinde ea gratè accipiet frigidioris fortè temperamenti iecur: neque tam bene conficiet: siquidem omnia similibus iuuentur, alanturcꝫ meliùs.

Ἃ δὲ καθ' ὅλην οὐσίαν τῇ πείρᾳ μόνῃ γιγνώσκεται. *Quæ uerò secundum totam substantiã sola experientia cognoscitur.*) Etenim quemadmodum in curatrice medicinæ parte medicamenta sunt, simplicibus, ac manifestis qualitatibus agentia: nec desunt quæ secundum totam substantiam idem faciant, sola experientia dignoscenda, proindecꝫ nec in artem uenientia, utpote quæ nulla dirigi ratione, aut contineri queant, ignoratis causis eorum, ac natura, quo penè modo uno constitui artificium aliquod rectum cum recta faciendorum ratione queat: ita in tutrice quoque sanitatis parte hac, alia, quæ sanitatem manifestioribus qualitatibus tueantur, erunt, alia quæ secundum totam substantiam itidem experientia sola ad cognitionem nostram peruenientia. Id utique erit alimentum à tota substantia, suæquè proprietate quadam naturæ, animalium generi uni alicui conueniens, non conueniens alteri: cui planè alimento præter proprietatem naturæ, substantiæcꝫ totius, quam diximus, manifestæ insuper ac simplices inesse qualitates illæ poterunt, uni atque eidem, quibus animalium generis unius indiuiduis diuersis magis quocꝫ, minuscꝫ cõpetat. Vt Triticum ex tota substantia generi humano conuenit: at idem, quoniam à temperamento paus

esset cibus talibus. Bis capiendum esse proprio exemplo ostendit; sed simplicissimum: interponendumq; horas, ante corporis curationem ue spertinam, circiter sex.

Εγὼ δ᾽ οὐκ ἔπιον ποτὲ ἐπὶ τοιαύτῃ τροφῇ. *Ego vero post talem cibũ nunquã bibi*) Authorem uidetur se exhibere nobis, ne bibatur ab huiusmodi cibo, si factum suum sequamur: neq; prohibet tamen in totum: quoniam aliquos potare solitos scribit, quos nominatim non damnat, tametsi aliter se fecisse addat, ut ostenderet, diuersis diuerse facere in hoc licere.

Τὰς δ᾽ ἐκ τῆς κεφαλῆς πληρώσεις διὰ περιπάτων. *Capitis autem repletiones deambulationibus.*) Quibus, si modò paulò citatiores conuenienter ante cibum fiant, partim discutiatur facile capitis contracta ex repletione noxa, partim inferiorum partium exercitatione, deorsum detracta, secedat.

Ὅσα δ᾽ ἐκφράττει τὸ ἧπαρ ἁρμόζει τοῖς τε ταῖς βραδυπεψίαις. *Quaecunq; uero iecur deobstruunt, haec tardis concoctionibus conferunt.*) Ideò quod eiusmodi omnia dissecandi, atq; attenuandi facultate pollent: dissectae uerò ita, & attenuatae materiae facilius semper concoctionem subeunt, conficitq; eo pacto paratas prõptius innatus calor. Quaedam uerò ex illis insuper calorifica quoq; sunt, peragendae feelicius, ac citius concoctioni omni idonea.

Τούτοις συμβαίνοντος αὐτοῖς διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς ἀναδιδομένης τροφῆς. *Cõtingẽte illis hoc ob penuriam distributa alimoniae.* Hanc porrò dropax efficaciter allectam trahet ad partes, simul & nutritioni conducet, calorifica in sua.

Μέχρι περ ἂν ἐρυθρὸν σχῇ. κἄπειτα τρίψει σκληρᾷ, μὴ πολλῇ ἢ πιλοῦντας τὸ δέρμα. *Quousq; ruborem acquirat: deinde frictione dura, non multa, cogentes cutim*) Nam si cõtracto rubore, fricando perseueretur: minuendo potius corpori id erit, quàm augẽdo. Si iubemur ab Hippocrate, quum iam intumuerint partes, cessare, ne ulterius progrediendo subsidant. Eadẽ ratione, μὴ πολλῇ dixit, multa enim minuit. ἡ πολλὴ μινύθειν σ᾽ αι, dicebat. Sic illud quoq; mox additũ, ἄνευ τοῦ χρονίσαι κατὰ τὸ βαλανεῖον: usque eo, quòd diu moretur in balneo. diutina enim in hoc mora, euaporationem auget attenuato corpore.

Καὶ ψυχρολουσίαις ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐχρῆτο. *Ac frigidis lauationibus homo idem usus.*) Cui dubium, frigida lauatione robur addi partibus perfrictis iam, calida praegressa lauatione, uel picatione etiam, & dropace concalfactis prius, ut quidem ferrum uidemus candens, si lacu tingatur, roborari? At hoc quoq; ad alendum faciet, roborata concoctio: tum uerò ex frigidae occursu exhalatio prohibebitur alimenti nimia, quo melius crassescent partes.

Ἔμπαλιν δ᾽ ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀτρεμεῖν παχυνθέντων. *Cõtrà uero in ijs, qui crassefacti nimis sunt.*) Notandum, & hic & in Therapeuticis agi de obesis nimium & emaciatis: sed hic ut sanitatis latitudine, campoq; contenti, functiones suas obeunt adhuc utcunq; sani: ibi uerò, ut actionibus suis priuati, insalubribus ut nunc corporibus adscribi possunt, maioris tantũ, minorisq; ratione distantes.

Ὡς μὴ πληροῦσθαι μέν. *Ita ut repleantur quidem.*) Impleri necesse est, ut saturentur, ne uentriculus pendeat, & famescat. intereà ex pauci alimenti cibis, non pinguescent mẽbra: maciabũtur potius. Qui tamen cibi quoniã excremẽtitij sunt, ualdè necessario procurandũ, illorum ut excrementa, inferius subducta, exeãt.

Αἱ δ᾽ ἄνοσοι ὑγιεινοὶ πάντως εἰσίν. *Quae etiam insalubres omnino sunt.*) Partim simpliciter, partim ut plurimum. Sunt etiam, quae numerari inter neutrius conditionis statum possunt. Nam corpora, de quibus tractatum suprà fuit, sanitatis latitudine comprehensa, salubria dicentur, simpliciter, ac plurimum, inculpatae cuiusdam sanitatis: quibus addi possint, etiam quae ut nunc sana dicuntur, tametsi haec iam ad neutralitatis statum inclinare uidcantur illius quae iam incursura in morbum sit. propterea utrouis modo fiat, cum ratione aliqua fiet.

Καὶ τὴν κρᾶσιν ὅλην ἐργαζομένας βελτίω *Et temperamẽtum totum melius reddẽtes.*) Hoc

ipso nimirum, quòd uapores calidi potabilis aquæ balneo dissipati euaporãt, ex accidẽte quodam fiet temperamẽtum melius: quippè ablata causa cal dum faciẽte, quamuis per se quoq; ac primo refrigẽrare huiusmodi aquæ balnei usus ualeat, etiam paulò tepidioris: ingressa enim per cutaneos meatus aqua nõ diu pòst accidẽtariã caliditatem emittet, & frigiditatẽ natiuam recuperabit suam, cuius beneficio calidæ parti, temperamenti melioris conciliari aliquid poterit.

οὐ γὰρ ἂν ἦν ἴσως θερμὰ, μὴ μετέχοντα τινὸς δυνάμεως φαρμακώδους θερμῆς. *Fortasse autem ne calida quidem essent, nisi medicamẽtosæ facultatis alicuius participarent calidæ.* Videtur in ea esse sententia Galenus, ut sponte nascentes calidę, ex medicamẽtosa materia aliqua tales fiant aquæ: sed acidulas calidas, & ferreas calidas, quomodo esse tales hac ratiõe credemus? Frigidas quidem haberi potius oportuit hasce potẽtia. Itaq; rectẽ addidisse uidetur illud ἴσως, & mox, quanquã rarò, i[illegible]c niri tamẽ tales quasdam scripsit: opinor, spõte fluẽtes calidas, nec medicamentosæ tamen qualitatis calidæ, quibus iuuari calidum caput possit, adeoq; quarundam etiam meminit.

ὅσα γὰρ αὐτὴν πάντη τρίβει, πάντα ἀνατρέπει τὸν στόμαχον. *Quæcunq; enim ipsum pron[illegible] cant, omnia stomachum subuertunt.*) αὐτὴν, nimirum τὴν κοιλίαν, uentrem, siue uentriculum: quẽ quoties significare uult totũ atq; uniuersum, κοιλίαν dicit, & γασ[illegible] quum os tãtùm eius, stomachum: licet propriè magis nomine hoc gula ipsa a[illegible] pelletur. Et στόμα τῆς κοιλίας scribẽtem inuenimus sæpe, quod etiam (ut paulo post dicetur) ὑπὸ τῶν παλαιῶν καλεῖται καρδία: à ueteribus cardia nominabatur.

Χωρὶς ὀξύτητος συφόντα. *Citra aciditatẽ adstringentia.*) Quę terrea magis esse ne cessariũ, pinde adstringẽdo efficacia magis quoq;: nã si acida præterea fue[illegible] qualitatis huius tenuefaciẽdi ui incisa dissipabit adstringẽtiũ facultas ex par[illegible].

Καὶ ὥσπερ ψοφῶν τῶν τι κάπνιον. *Ac fumidum quippiam sonantes.*) Quale [illegible] fumo carnes sonum edere solent, si parum collidantur. talis esse debebat [illegible] nimirũ hominis illius digitorum inter se motus, collisorum, aut perfric[illegible].

Ἐπὶ γὰρ τοι τῶν νεφριτικῶν, οὐδὲ τῇ ἀρχῇ σφοδρῶς θερμαίνειν σφοδρῶς δεῖ δοῦναι χρή. *In calculo[illegible] enim initio, ne quæcũq; quidem uehementer calefaciunt dare cõuenit.*) Nam quamu[illegible] egregie calefaciẽtium multa, dissecandi, attenuandiq; ui polleant, & hac[illegible] iuuare calculosos queant ad humorum crassitiem incidendam: quatenus tamẽ calida affectricem calculi causam nimium fouerint, iccirco meritò damnanda.

Οὔτε μυθολογῶς, ὅτι τῶν πλέον μεμνῆσθαι προσήκει. *Neq; non omnino, neq; plurimum meminisse opus est.*) Quoniam quum ambigant corpora ista, & in medio exqui[illegible] sanorum (si sanitatem in latitudine sua accipiamus) & nunc atque in præsenti ægrotãtium, sint: neutra quippè decidentia uulgo medicorum uocari solita, ac iam iam nisi caueatur, morborum aliquem ingressura: neque omninò n[illegible] de his dicendum, quia præcautrix, quæ illis debetur, medicinę pars, negotij atque operis huius est, quod nunc prę manibus habetur à Galeno: neq; multa tamen facienda de his uerba sunt, quia in proximo ægrotorum posita, multorum medicamentorum participia fiunt, quæ ægrotis conueniant: ut ideo pars non minima tractationis, relinquenda sermonibus sit, qui de ęgrotis in pręsenti, atq; nunc habentur.

οὐδενὶ γὰρ οὖν τῶν ἀμέμπτως ἐχόντων τῇ τοῦ σώματος ἕξει. *Neminem igitur eorum, qui inculpata sunt corporis habitudine.*) Hoc est, salubres simpliciter, & plurimum, & ut nunc: quanquam hi paulò minus, quàm duo primi, dici inculpatæ habitudinis, siue cõstitutionis possint. Omnes tamẽ huiusmodi, salubritatis, sanitatisq; latitudine, & cãpo cõtinebũtur: hi nãq;, neq; potare medicamẽta cogẽtur, neq; attenuante uictu uti, modò errata non admittãt ipsimet, quæ deinde cogant.

Τοὺς δὲ διὰ φυσικὴν ἀσθένειαν, ἢ τοῦ σύμπαντος σώματος ἢ μορίων τινῶν ἑτοίμως βλαπτομένους. *Qui verò ob natiuam imbecillitatẽ vel totius corporis, uel partiũ quarundã facilè læduntur.* & mox: τοῖς μᾶλλον ῥᾳδίως πάσχουσιν, ὡς καὶ τοῖς μεγάλοις νοσήμασιν ἐμπίπτειν συνεχῶς. *His quidẽ, qui quacũq; ex causa afficiuntur, ut assiduè morbos incurrant magnos.*)

Cuncti

Cuncti hi, solis exceptis insalubribus ut nunc, nempè qui morbo correpti iam aliquo fuerint, insalubres sunt, simpliciter, & ut plurimum: triplicisq; ad hæc significati neutri sanitate omnes culpata quadam præditi: nondum tamen ęgrotantes, sed ualetudinarij, sanitateq;, ut diximus, culpata, affectaq;, & κατὰ σχέσιν, & κατ᾽ ἕξιν, non inculpata, ut salubres illi: quorum tamē sanitas latitudine etiam sua continetur aliqua, multò tamen minore: exclusis quippè non solū insalubribus ut nunc, sed simpliciter quoque, & ut plurimum talibus, tum uero neutris ad hæc omnibus. nam si insalubribus, ut nunc, exceptis tantummodò, reliqui comprehendantur: erunt sanitatis latitudine campoq; omnes, sanitate qualicūque fruentes sua: latissimusq; erit campus sanitatis omnis, culpatæ, atque inculpatæ, eorum, quibus pars medicinæ, hygine, & salubris dicatæ sit, sicuti ægrotis iam, morboq; affectis Therapeutice, & curatoria. Sed sanitatis inculpatæ multò adstrictior: triplicem solùm salubrium corporum statum continens.

Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς καταῤῥεόντων. *Caeterùm, quemadmodum ex defluentib. à capite.*) Mittuntur humores à partibus ad partes, ualidioribus imbecilliores: at decliuem situm nacti, defluent, deferenturq; eò magis. Itaq; mox legere est: οὐ διαχεῖται τὸ πεμπόμενον: &: κατά τι πέμποντος: & alia sciamus, mitti humores, licet defluxum hîc dixerit, ex positura corporis superiore: unde καταῤῥοι dicti, defluxiones, siue destillationes.

Ἀπόδειξις δὲ τούτου σαφεστάτη. *Demōstratio aūt huius manifestissima.*) Repetuntur eadē ac paulò diffusius narrantur à Galeno, aphorismi commento sectionis sextæ uigesimi octaui: Eunuchi podagra non laborant, neq; calui fiunt.

Τοῖς διὰ τῆς σμικρᾶς σφαίρας, καὶ τὸ διὰ τῆς μεγάλης. *Quæ per paruam pilam, & quæ per magnam fit.*) At nostri temporis paruæ, magnæq; pilæ ludus, non minus certe [illegible]s, quam illas partes exercuerit: ut alium omninò, ac penitus diuersum esse oporteat hodie, quàm tunc, huiuscemodi ludum.

Ἀλλὰ καὶ τὸ λινόσπερμον ἑψόμενον ἐν ὕδατι, ψυχρὸν τὸν χυλὸν ἐργάζεται. *Verū & lini semen aqua elixum refrigerantem succum facit.*) Locus is persuadet, ut credam subesse mēdum in Galeni scriptura, libro septimo de simplicium medicamentorum facultatibus, capite de semine lini, de quo, ὃ δὴ θερμὸν ἐν τῇ πρώτῃ που τάξει inquit: calidum esse pronuntians in primo fermè gradu id, quod tertio operis eiusdem libro frigidiusculum, ut hîc quoq;, statuerat. Nam quum rosarum succū utiq; frigidioris habendum esse temperamenti scripsisset, sed non ita multò, uerùm secundùm tepidum potius calorem, ueluti aquæ fontanæ est tepentis ex sole, quam frigidiusculam semper esse constat, sic deinde addit: ἐξῆς δὲ τῆς αὐτῆς δήπου αὐτῷ τάξεως τὸ καλούμενον λινόσπερμον, ὅσον ἐπὶ τῷ χλιαρῷ τῆς θερμασίας. Eiusdem uerò cum eo ordinis est, lini semen dictum, quod quidem ad caloris teporem attinet. In quo libri loco quum aberratum esse nequeat, quòd sententiæ inter se conferuntur totæ, cum rosarum succo lini semen in eodem temperamenti ordine constituentes, & facilior esse libri septimi potuerit lapsus uerbo uno, pro ψυχρὸν, θερμὸν scripto: conueniatq; prętereà locus is de tuenda sanitate sexti, loco de simplicium medicamentorum tertij: à duobus istis, qui frigidum id faciunt, magis standum nobis esse reor, quàm ab uno illo, qui calidum. Nam, quòd dicunt, quum in primo ordine calidum sit, nil miri est, in aqua coctum refrigerantem succum efficere: fateor refrigerare aquam posse, sed minus multò, addito lini semine: caliditatisq; potius accepturā aliquid certum est, si quidem calidum id esset. Et uidemus Galenū succos, quos ad rem hanc recensuit hîc, benè frigidos recensuisse omnes: semperuiui, solani, ueneris umbilici, psilij, polygoni, portulacæ rosarū, lactucę. itaq; lini semē numeraturus (quantum quidem ego uideo) inter hæc non fuisset, nisi, si non eiusdem penitus in refrigerando ordinis, at qualitatis certè eiusdem habendum, atq; existimandum esset, utiq; frigidæ aliquatenus.

Καθάπερ καὶ τὸ πήγανον: *Veluti & ruta.*) Hæc non quidem refrigerationis ullius ratione hoc præstabit, quum tertij calefacientium ordinis sit: sed quòd & flatus dis

posse uidet, orationis initio destructa omninò uult.

αὐτὴν γὰρ τὴν πρώτην, καὶ ὄντως σοφίαν. *Etenim primam ipsam, ac uerè sapientiam.*) Philosophiam dicit, quam non hoc tantum loco, sed alibi sæpè, omnibus alijs præfert.

Καὶ δεινῶς αἰσχρὸν τοὐναντίον ἦν. *Ac ualde turpe contrarium erat.*) Vt quidem de Themistocle historiæ referunt, habitum fuisse indoctiorem, quòd in epulis lyram recusasset.

οἵους ἐν τοῖς συμποσίοις συνέγραψαν ἡμῖν παλαιοὶ γινομένους. *Quales in symposijs, siue conuiuijs fieri solitos scripsere nobis veteres.*) Veterum duo maximi, & eminentissimi, scripta nobis reliquere symposia, habitasque in his disputationes retulere, Plato, & Xenophon: & conuiuales quæstiones Plutarchus. ante Galeni ætatem hæc. Galeni uerò tempestate Dipnosophistarum libri scripti fuere ab Atheneo materiæ eiusdem, in quibus Galeni quoque mentionem ab authore eodem factam legimus.

Καὶ τίβιοι, καὶ φρύγες. *Et Tibij & Phryges.*) Tibij populi qui sint, non succurrit. Tibarenos lego alicubi, ex Strabone.

Διὰ τοῦτο καὶ σκυτοτόμοι, καὶ τέκτονες, καὶ βαφεῖς. *Ideò & sutores, & fabri, & tinctores.*) Atque utinam non hodie quoque proferre exempla possemus rerum huiusmodi multarum, et penuria esset eorum, qui arti huic insultant nimiô quam impudenter: impudentius fortasè quàm Methodici ulli, quâm Thessalus. Nam illi, ut petulanter omnino Hippocratem incesserent, & ueterem medicinam deletam cuperent: at rationibus tamen aliquibus hoc ipsum agebant, utcunque communitates afferebant suas, artificij formulam erigebant, ut artis tamen facies aliquius appareret aliqua: itaque meruerunt perituri (quoniam pereundum illis omninò fuit, temerè urioris medicinæ hostibus factis) aduersarium Galenũ, ut tali ense morerentur. Qui uir si reuiuisceret, non credo calamum aduersus nostri tẽporis hosce sumeret in manus, ut experiretur in ipsis, ex legibus prorsus medicinæ omnis, & analphabetis: suæ eos potius relinqueret ignorantiæ, & temeritati immersos, cœnoque & sordibus nunquam inde emersuros Germanicarum phalangum tympanistas quosdam: ab ea enim (ut audio) origine in septa medicinę irruperunt: Quorum mehercle operæ pretium est, ne nomina quidem proferre, ut eorum dicta iuxtà ac facta silentio omni inuoluta obscurentur, & obliterentur cum memoria simul nomina, in album medicorum non recipienda, ne iniuria fiat bonis.

Ἀλλ' ὥσπερ Ἡσίοδος φησίν. *In operis principio, cui titulus,* ἔργα, καὶ ἡμέραι.

Μὴ δέ σ' ἔρις κακόχαρτος.) Ibidem post quintum uersum.

Ἡ δ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται. Homerus, iliados. δ'

CAP. II.

μηδ' ἀνέγνω παρὰ διδασκάλῳ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ. *Neque apud præceptorem opera eius le[g]is.*) Hoc est, legit solùm, non intellexit: Quod ijs euenire solet, qui sine introducente aliquo, aut rectam uiam præmonstrante, ueterum libros, pręsertim breuiloquos, & sententijs multis refertos legendos adeunt, ut deinde nõ intellectos damnent. Porrò ex Platonis sententia dictum de præceptore: Plato enim nemini artificem se esse profitenti credendum esse existimauit, nisi aut pręceptores doctoresúe nominaret, à quibus didicisset, aut opera haberet ipse, quæ ostenderet, artificiosa.

μὴ τὴν αὐτὴν ὁμοτέχνους τῷ πατρί σου. *Non eandem, quam pater tuus, artem exercentes.*) Ex lanificio omnes, & fullonica. Talis quidem Thessali fuisse pater dicetur infrà: inque textrina educatus Thessalus.

Ἐπειδὴ τοῦτόν γε οὐκ ἐτόλμησας λοιδορεῖν. *Quandoquidem hũc quidem non es ausus contumelia afficere.*) Quanta fuerit Platonis authoritas, quod nomen, scire ex hoc licet, quòd in eum ne impudentissimi quidem iniurij esse auderent.

ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως λόγου. *Anima igitur naturam, ut par est.*) Ex Platonis Phædro desumpta leguntur uerba hæc.

ἐξηγητὴν ὄντα τῶν περὶ φύσεως λογισμῶν Ἱπποκράτους Ἀριστοτέλη. *Expositorem esse Hippocratis ratiocinationum de natura Aristotelem.*) Quod quum aperte satis appareat ex problematum quoque libris, præter ea, quorum mentionem fecit Galenus, nusquam Hippocratis ab Aristotele factam fuisse mentionem mirentur omnes, & factam à Platone meritò commendent.

λέγοντος γὰρ Ἱπποκράτους ὀρθῶς. *Dicēte.n. rectè Hippocrate.*) In libello de Alimēto.

ὅτι δὲ τοῦτο διορίζεσθαι περιττὸν ἰατρῷ. *Quòd autem determinare hæc, superuacaneū sit medico.*) Libro primo de elemētis secundum Hippocratem, sub finem, eadem de eodem dicuntur: & ostenditur, rectius, ac securius sentire qui qualitates solas misceri per totum dixerint.

μηδ' ἀδύνατον τινα καλῶς ἰάσασθαι τὰ νοσήματα. *Non posse quemquam rectè morbos curare.*) Rectissimè additum illud, rectè: possit enim Methodicus quoque sanare, & Methodico rectius empiricus: possit sanitas modis quoque alijs quibusdā introduci, quorum nullus rectè factus dicetur. Quippe rectè, atque ordine fiunt, quæ cum ratione fiunt. id porrò solus rationalis medicus præstiterit sanando.

αὐτὸς ἑαυτὸν δηλονότι. *Ipse seipsum scilicet.*) Odiosissimum genus laudis, & uituperationi similius. Laus in ore proprio sordescit, inquiunt.

CAP. III.

ἀλλ' ὡς τύραννος κελεύσας, δύο μόνα εἶναι τὰ πάντα κατὰ δίαιταν νοσήματα.) sumptū ex Platone, dialogo nono de legibus, quo locò scribendas esse leges monet tanquam à patre, matreque scribantur: beneuolè, atque amanter, potius quàm Tyranni ritu, ac domini, imperiose, ac minabunde ἢ κατὰ τύραννον, ἢ δεσποτικὴν τάξαντα, καὶ ἀπειλήσαντα. Repetitaque iterabitur à Galeno sententia hæc infra, plus semel.

οὐκ εἰδὼς ὅτι διαφορὰν νοσημάτων εἴρηκεν. *Nesciens, morborum differentiam quandā se dixisse.*) Non omnis differentia specifica est, præsertim uerò per priuationem quandā dicta, aut quæ priuationē sapiat: ut rationale, irrationale: mortale, immortale: mansuetum, immāsuetum siue ferum. hoc enim priuationis modo quodā dicitur: Ferum quidem immansuetum esto: quemadmodum ῥοῶδες & στεγνόν, fluxum & adstrictum: alterum nanque alterius priuatione intelligetur semper: fluxum quod sine adstrictione est, sicuti adstrictū quod sine fluxione At differentiæ eiusmodi non sanè rerum nobis, quas diuidunt, genera, multoque minus species designarint oēs. Literarū aliæ uocales, aliæ non uocales. Hic ut uocales quinque oēs esse sciamus, cōsonātium multas, ac liquidas ignorabimus, harūque ipsarum species, characteribus agnoscendas omnes suis. Animalium alia rationalia, alia irrationalia, siue ratione carentia sunt: num propterea species horum uel genera etiam cognita habebimus ulla? Accedendum igitur propius, & morborum (ut de his agamus) numerum indagantes, nō fluxum, & adstrictū, quæ accidentariæ quædam illorum differentiæ sunt, uerumetiam adeoque inprimis substantiales, notis suis dignoscendas, tenere studebimus: hoc enim medicos nos, ac potissimum faciet, quum quot morborum genera, speciesque numerandæ sint, quæsitas inuenerimus.

Πλάτων πού φησιν. *Plato quodam in loco dicit*) in Phædro.

τὸν Ἡρόφιλον ἐκεῖνον τὸν διαλεκτικόν *Herophilum illum Dialecticum.*) Opinor ita cognominatum à disputandi subtilitate. Sanè magnum quoque in re medica uirū, inuentorumque quorūdam authorem per medicinæ partes propè omnes, quæ adhuc retinemus. Is morborum causas scrutari prior instituisse dicitur, si Plinio credimus: quod ita accipio, ut Hippocrates quidē ante eum idem hoc fecerit, at faciendi artē explicatā non tradiderit: tradiderit aūt Herophilus, & scriptam reliquerit, quam desideramus, desertam fortasse propter nimiam subtili-

tatem: ut quidem ob id ipsum desertum fuisse authoris eiusdem de arteriarum pulsibus opus, scriptum nobis reliquit idem Plinius.

CAP. IIII.

Μήδε συνάγειν εἰς ταυτὸν ἀναλογισμόν τε καὶ πεῖραν. *Neq. verò in unum adducere analogismum atq. experientiam.*) Analogismus, & epilogismus, Prometheum nobis quodammodo referunt, & Epimetheum. Rationalium medicorum proprius magis analogismus, uti epilogismus Empericorum. Ratiocinationis cuiusdam ante factum alter est, prior ille: post factum alter, is posterior.

Τὸ τοίνυν ζητεῖν τι ζητεῖν εὑρεῖν, αὐτίκα δὴ μὲν κατὰ τύχην, καὶ αὐτομάτως. *Quaerere igitur inuenisse aliquid methodo, opponitur ei, quod fortuitò, & temere.*) Ratione nititur methodus omnis, & ordine rerum certo: quod quum seruari potest ad extremum usque, facilè peruenitur eo, quo primum intendimus: sin aliquid interueniens offenderit, cessat progressus. Nihil autem interuenire, quod impediat, maius potest, quàm casus aliquis, & fortuna: hæc enim maximè rationi aduersantur: ut ideò contrariæ naturæ hæc esse inter se appareat, quòd hoc illud destruat. In actionibus ipsis hoc, In rerum inquisitione illud pariter euenit, ut quæ methodo inuenta uolumus, ad ea, rectò semper ordine, & ratio nibus suis perquisita procedamus: quæ secus, fortuita ista, atque, ut sors casusùe aliquis tulit, reperta sæpè habeamus: Diuersarum igitur uiarum indagines quũ hæc sint, ac in contrarium ferant, persuademur rectè, non simul, mixtimque tractanda, sed seorsum separatimque utrumque: neque eodem tempore ingrediendum utramque uiam, aliàs in hanc, aliàs in illam.

Νομοθετοῦντες μᾶλλον, ἢ ἀποδεικνύντες. *Legem statuentes magis, quàm demonstrantes.*) Idem, quod paulò ante dixerat, Tyrannorum ritu quodam fieri solitum à quibusdam.

Ἀλλ' ἅμα τι ζητουμένοις ἐφίστασθαι, καὶ τολμᾶν χρῆσθαι πρὸς τὴν πίστιν αὐτῶν ἀποδείξεσιν. *Sed simul & quæsitis insistere, & uti audere ad eorum fidem demonstrationibus.*) Non licere scientiam simul aliquam, sciendique unà modum inquisiuisse, monemur ab Aristotele.

Εἰ. πρώτας τινὰς ἀναποδείκτους προτάσεις, καὶ δι' ἑαυτῶν πιστάς. *In primas quasdam indemonstrabiles propositiones, & fidem per seipsas facientes.*) Quarum uel intelligentia rationi prorsus nulli repugnet, uel certum sensus iudicium sit.

Ἴσως δ' ἂν ποτε καὶ γράψαιμι κατὰ σχολὴν ποτε. *Fortassè uerò scripserim aliquando ma ius otium nactus.*) Id quod factum fuisse ab eo uidemus, in libro de optima secta ad Thrasybulum.

Ἀμφισβητοῦσι γοῦν οἱ φιλοσόφων ἐρίζοντες. *Ambigunt philosophorum quidam litigantes.*) Hi sunt, de quibus cùm Cicero non semel, tum Galenus quoque ipse in libello de optima secta meminit, ambiguam κατάληψιν facientes, quam in suspẽsionem desinere uolebant: ἐποχὴν ipsi nominarunt: interminationem nẽpe sententiæ quandam, atque ἀοριστίαν: eousque in rebus his illorum aliqui, recentiores præsertim, progressi, ut ne solẽ quidẽ cõprehendi ipsum posse dicerent, καταληπτὸν εἶναι, ac niuem interdum albam fateri nollent. Tantò minùs mirum, si principia quoque ipsa certissima, atque manifestissima, uulgoque ab omnibus recepta, cognosci comprehendique negarent: ut quoniam nihil demonstrati posse contendebant, principia simul tollerent, quibus demonstratio consistit: quorum si fides, ex se alioqui nota, certaque, nulla constet, cui dubium, demonstrationem unà ruituram extemplò omnem? Atque, ut peccent, conuenientia tamen sibi ponunt ac dicunt. demonstrationem enim negantes, rectè, ac congruenter, demonstrationis quoque principia amoliuntur. Grauius multò peccant, qui demonstratione uti conati, quæ, qualiaue demonstrationum principia sint, nesciunt, nec scire quidem satagunt. Quod profectò Methodici faciunt, qui hoc ipsum maxime professi, demonstratione se uti, ac methodo, unde etiam Methodici nomen sumpsere, pro demonstrationum su-

ſuarũ principijs, quæ certa eſſe ac manifeſta inprimis debeant, communitates ponunt illas ſuas incertas, minimeque, ut par quidem fuerat, manifeſtas. quippè communitates ex eo ab authoribus eiſdem illis dictæ, quòd communiter omnibus pateant, atque in aperto ſint: quod tamen nõ eſt. Neque aliud agit tota hac oratione Galenus, quàm ut Methodicorum communitates, ratione ea, qua diximus, nempè quod incertæ ſint, neque ſibi ſatis conſtent, deſtruat: quò firmius deinde, amota prius hac, rectam ipſe nobis Methodum exhibeat.

CAP. V.

Καὶ ὥσπερ ἐν παντὶ τῷ ζητουμένῳ, εἰς λόγον χρὴ μεταλαμβάνεσθαι τοὔνομα *Et quòd in quæſtione omni tranſumere ad rationem nomen opus ſit.*) Nimirum nomen ipſum, de quo inquirimus, traducere ad rationem atque orationem, quam nominis rationem, ſiue diffinitionem appellamus: ſicuti aliam rei, rerum ſubſtantiæ magis diffinitiuam, Quid nominis, & Quid rei, uulgò dicentes audimus logicos. Interpres nõ ſatis aſſequutus uidetur Galenicum ſenſum, quum uerba, quę appoſuimus Galeni, ita reddat, Sed etiam in omni re quærenda nomen ipſum adſumi in diſputationem oportere. Tametſi autem commentarijs deſtituantur de Demõſtratione, in quibus tractaſſe de his ſe dicat: non deſunt tamen Galeni libri alij, quartusque inprimis de Differẽtijs pulſuum, ex quo colligere Galenicũ uerborum ſenſum hunc, quem diximus, liceat. Ibi nanque cuiuſmodi ſit nominis diffinitio, apertum nobis facit ſatis: quam ipſe ex Ariſtotele ὀνοματώδη λόγον uocat, modò etiam, ἐννοηματικὸν ὅρον. qui nihil plus interpretetur nobis, quàm quod omnibus quoque hominibus notum ſit: unde ἔννοια κοινή, notio cõmunis illa: ueteresque ea diffinitione uſos fuiſſe addit interdum: ut ſola interpretationis cuiuſdam formula contenti, nominum nobis ſignificata indicarent, abſque diffinitione. Qui planè doctrinæ modus propoſitionibus his indemonſtrabilibus, & axiomatis potiſsimum conueniat: ut quæ aut ſenſibus manifeſta, aut intellectui cognita per ſe ſint, eorum nomina tantummodò explicari leuiuſculè poſtulent, uel nominis diffinitione, quæ notionem illius eiuſdem linguæ omnib. apertam proponat (inde notionalis dicta) uel ſola etiam uocum explanatione facta, per interpretationis formulam aliquam uſitatam. Hoc eſſe exiſtimarim ego, quod Galenus hîc ait: λόγον μεταλαμβάνεσθαι τοὔνομα: nomen ad rationem transferre, ſiue tranſumere. ut illud λόγον non ſolùm rationem, ſed etiam orationem interpretemur, & diffinitionem: quandoquidem Ariſtoteles ὀνοματώδη λόγον. pro diffinitione nominis poſuerit.

ἡ περὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου καταγίνεται. *Quæ circa humanam animam verſantur.*) Philoſophiam dicit, Quam merito omnibus alijs præfert, adeoque medicinæ ipſi, quanto quidem anima præſtantior eſt corpore. At intercà optimum medicum, eundum philoſophum quoque neceſſario eſſe debere probauerat: ut non tàm huic illum pręferat, quã philoſophię inſuper nomine medicũ cõmendandũ eſſe uelit: ac ſeipſo hoc pacto maior adhuc fiet, medico philoſophus, ſi idẽ fuerit medicus, ut quidẽ eſſe oportet, ſi bonus futurus ſit medicus. Itaque auctariũ erit medicinę philoſophia, in rationali medico, decorique illi cedet maximo.

ἢ οὐδ' ἂν ἀρχὴν δικαίως ὀνομάζεσθαι *Vel ne principium quidem iure appellari.*) Principium enim omnibus notum ſit oportet, minimè controuerſum: ut ἔννοια hæc communis, atque eadem omnibus eſt, quoniam omnes eandem de eodem retinent, qui quidem dialecto eadem utantur, notionem. idemque Gręcis omnibus ſignificat νόσος, quod latinis morbus: atque omnes ægrotare ſe tunc putant, qui actionibus aliquibus ſuis impediuntur.

ᾧ πάντα τοῦ σώματος τὰ μόρια κατὰ φύσιν ἐνεργεῖ, καὶ νοσῶν ᾧ βέβλαπταί τι. *Sanus, cui corporis partes omnes ſecundum naturam agunt: ægrotus, cui pars aliqua læſa.*) Vt ſanum dicamus, atque exiſtimemus aliquem, nullam omninò eſſe in corpore toto parti-

particulam oportet, quæ non actionem suam expeditè edat: at ut ęgrotum, uel si una aliqua offensa fuerit, satis id sit.

ὁπόσα τὰ σύμπαντ' ἐστί, κατὰ τὸν τόπον ἀλλήλοις παρακείμενα. *Quot numero cuncta sint, loco sibi inuicem propinqua.*) Locum dixit, ut, quum scribentes, disputantesue de re aliqua, dicimus, hoc loco dicere, uel existimare ita, aut ita conuenit: sicuti, quum tractatur de morbo, loco hoc propinqua inter se erunt, corporis affectus, huiusque ipsius causæ, actionum læsio, symptomata alia: quorum natura excutienda omnis sit, ut quod nam tandem ex his statuendum nobis pro morbo sit, non ignoremus, neue uicinitate rerum decepti fallamur.

τίς δ' ἦν ἡ μέθοδος; ἡ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἄρξασθαι διαφορᾶς, οὐκ ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων. *Quæ nam autem fuerit methodus? illa nimirum, ut à rerum differentia incipiatur, non autem nominū.*) Discere nobis licebit hoc ex Platonis Cratylo, quo dialogi illius loco, rebus anteà existentibus, uocabula accommodari solere à nominum impositoribus docemur.

CAP. VI.

ὄργανον δ' ὀνομάζω μόριον ζώου τελείας ἐνεργείας ἀπεργαστικόν. *Instrumētū porrò voco animalis partē, actionē perfectā quæ edat.*) Crystallinus humor oculi totius pars principalis, actionem edit uidendi, principaliter quidem, neque perfectam tamen solus: partium quippè oculi totius reliquarum auxilio, ac iuuamento indigēs. Longe aūt minus partes oculi, quæ tunicæ, membranæque sunt quædam, atque humores, ut cornea tunica, ut uuea, aqueusque humor, actionem ediderint uidē- di perfectam: quamuis opis plurimum ad id partes omnes conferant, pro se quæque & id quidem necessarium. Sic fit, ut instrumentum dicendum id sit, quod actionem edit, sed perfectam aliquam: oculus, pes, manus, tota hæc.

CAP. VII.

μέχρι τοῦ καὶ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν, εἰ ζωγραφία χρήσιμος ἰατροῖς ἐστιν. *In tantum, ut talia quoque quærantur, an pictura medico utilis sit.*) Cuiusmodi quidem quæstiones haud scio, an ab huius temporis medicis tractarentur: quum intereà tamen inuehantur in medicinam quæstiones non paucæ aliæ, incommodæ satis, extra rem certè sæpè, atque inutiliter.

οὔτ' ἀπόστασιν, οὔθ' ἕλκος, οὔτ' οἴδημα νοσήματα. *Neque abscessum, neque ulcus, neque œdema morbos.*) Sed morborum potius causas, in actionum offensa, ut ipsi autumant, constituatur morbi essentia, non autem in affectibus.

ὡς οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ τὸ θεραπευόμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, πλὴν ἡ τῶν σωμάτων διάθεσις. *Nihil aliud esse, quod à medicis curatur, quàm corporis affectum.*) Vt sciamus ex hoc, quū utrumque liceat, & in actionum læsione, & in affectibus corporis statuere morbum, modò in quo morbū, in eodem sanitatem quoque genere ponamus: satius tamen, ac rationabile magis fore, si in affectib. locetur morbus, propterea quòd hi maxime sint, quorum curationem moliatur semper medicus, non autem actionum læsio, nisi ex accidenti, & secundario, nempe curato primaria ratione affectu ipso. Par autem fuerit ut quod curatur inprimis, morbus sit, quoniam curandis morbis accersuntur medici. Quod igitur curatur, nihil esse, nisi morbus, aliud poterit: at hoc affectus ipse est.

CAP. VIII.

καὶ εἴπερ ἐκεῖνα ἐξαίρετα συμπτώματα νοσημάτων ὀνομάζει, ταῦτ' οἰκεῖά τε, καὶ ἴδια καλείτω. *Ac si quidem illa præcipua morborum symptomata nuncupat, hæc familiaria, & propria vocet.*) Illa, actionum læsiones intelligit præcipua quippe morborum symptomata, & insignia quædam, ac uerò quorum habenda pręcipua quoque semper ratio sit, usque adeò, ut bonam interdum curationis ad se partem interdum totam trahant: familiaria autem & propria, erunt reliqua duo symptoma-

cessans, etiam si extemplò casu, fortecp aliqua temporis momento febris desineret. Animaduertique id apertius in morbo partis instrumentario aliquo posi sit. Quippe calculo, uesicæ collum occupante, manifestarius erit morbus obstructio, & quidem μονιμ@: factus nempe iam proindeq à motu, quo dum fiebat mouebatur, cessans: at idem statim postquam factus est, tolli, confestimq ac minimo temporis momēto potest, amoto ex uesicæ collo de improuiso calculo. ut scire ex hoc liceat, μονιμον illud, cessationē potius significare quandam, cum tempore quidem quoq aliquo coniunctam, sed non ad essentiam morbi necessario: nō autem perseuerantiam & permansionem, ut ἐπίμονον, quod Methodici uolebant.

Οὐκ' ὀλίγοι τῶν ἀναλογιστικῶν, καὶ δογματικῶν. *Non pauci analogisticorum, & dogmaticorum.*) Sectę nimirum Hippocratieę homines rationales, & dogmatici: sępius nominati: hoc autem loco, etiam analogistici, ab analogismo, quo maximè utuntur, & ratiocinandi facultate. nec sanè minus rectè methodici dicendi, nimirum uera, ac legitima methodo utētes semper, ac longè quidē rectius, quàm omniū maximè αὐτόδοξοι Methodici, nullius, uel falsæ omnino methodi authores, qui sibi impudenter nomen hoc uendicarunt.

IN LIB. II. THERAPEVTICES METHODI.

CAP. I.

Μόνον ὡς τὰ δέοντα τις ἰάματα προσφέρει τοῖς διαθέσεσιν. *Modò conuenientia quis remedia adhibeat affectibus.*) Quod apertè satis ostendat, quāuis utrumq liceat, cui libuerit, appellasse morbum: actionū læsionem aut affectum ipsum: præstabilius tamen esse, & cōgruum magis, affectum nominasse. Cui enim dubium, morbum id potissimûm esse dicendū, quod primò atq ante alia depellendum de corpore aggreditur medicus? At hoc affectus ipsi sunt, ut dictum iam non semel est.

CAP. II.

Τὴν ἀνωμαλίαν τῶν ὀνομάτων, ἃ κατὰ τῶν νοσημάτων ἐπέθηκαν οἱ πρῶτοι θέμενοι. *Nominum inæqualitatem, quæ morbis indiderunt impositores primi.*) Prout factū fuisse ait in Cratylo Plato, ab ijs, qui omnium primi nomina rebus quoq alijs imposuerunt: ut pro eo ac quisq rerum esse essentiam hanc illamûe arbitraretur, ita rebus nomina pariter imponeret. Sic in morborum quoq nominibus factum, ut alij ab actionis læsione, alij ab affectu, atq alij ab alijs symptomatibus fortè nominarent, ut quisq in hoc, illôue consistere morbi essentiam crederet.

Κινδυνεύω ὅπερ ἀπηλλάζειν ἐδόκουν, ὃ φεύγειν ἐκέλευσα. *Vereor, ne, quod uitari iussi, id ego studiosè agere uidear.*) Nimirum πολυλογίαν, & ἀπειροκαλολογίαν, quo nomine usus alibi ipse fuit, & curiositatem de nominibus.

CAP. III.

Τίνα δὲ τὰ δύο ταῦτ' ἐστὶν, ἃ μέλλω λέγειν. *Verùm quænam sunt duo illa, quæ dicturus sum.*) Duo quædam sunt, quæ ambo aduersus Methodicos, & ex dimidio dogmaticos alios quosdam faciūt. Primum, aliud esse morbum, aliud pathos, siue passionem. quod quum sciuerimus, πάθος γὰρ τῷ γίγνεσθαι essentiam suam sortiri, morbum autem τῷ ἤδη εἶναι, quippe in affectu iam positum, expletā passione, & alteratione, qua ad affectū peruenit, ut dici morbus iam possit: facilè animaduertemus, non esse necessarium, quod Methodici faciebant, addere morbi difinitioni ἐπίμονον, temporis quidem quantitatem aliquam significans: sed quòd cessationē tantummodò ab alterationis motu insinuet. quoniā morbus τῶν ἁπλῶς ὄντων sit, eorum quæ simpliciter, atq absolute sunt. Alterum erat, fieri neutiquā posse,

posse, ut morbos inueniamus, absq; eo, corporis prius elemẽta, ex quibus primum cõsistit, nouerimus: cuius ignoratione, ex medio tantùm dogmatici medicorum quidam facti sunt, instrumentalium morborum curatores boni, similarium non boni, quòd partium illarum morbos non satis tenerent.

Ἡ μὲν γὰρ ἁπλῶς ὀνομαζομένη γένεσις *Etenim simpliciter uocata generatio.*) Eiusdem quippe rationis, ac modi utræq;, hæc atq; illa: generalior tantum hæc, particularis magis illa.

Οὕτω καὶ αὐτὰς τῶν αἰσθήσεων τὰς ἀλλοιώσεις ὁ Πλάτων ὀνομάζει πάθη. *Sic ipsas quoq; sensuum alterationes Plato passiones nominat.*) Vt, quum in Timæo in hunc modũ scribit: τὸ δὲ μετ' εὐπετείας γιγνόμενον ἅπαν, αἰσθητὸν μὲν, ὅτι μάλιστα: λύπης δὲ καὶ ἡδονῆς οὐ μετέχον, οἷον τὰ περὶ τὴν ὄψιν αὐτὴν παθήματα. Qualia, inquit, sunt uisionis ipsius pathemata: dubio procul pathemata, & passiones uocans actiones, alterationesq;, quæ uidend o fiunt.

CAP. IIII.

Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ λευκὸν εἶναι τοῦτ' ἐκέκτητο. *Nam si ex eo, quòd album esset, hoc obtinuit.* Hac de re secundo etiam de Facultatibus naturalibus libro tractatum parte ex aliqua fuit.

Ἣν δὲ καὶ προσεχῆ καλεῖν εἰώθασιν. *Quam etiam continentem uocare solent.*) Non semcausa hæc, modò συνεχὴς, modò προσεχὴς αἰτία è Græcis dicta, à nobis autem continẽs, & continua, in eo significato accipi debebit, ut quũ disputari de ea inter recentiores medicos solitum est, num causa morborum constinens reperiatur, ea scilicet, qua posita, morbus quoq; statim ponatur unà, & amota amoueatur: nã etiam pro ea accipi interdum uidemus, quæ coniuncta effectui suo sit, etiam si non inseparabilis: quam immediatam uocant, ut quæ quum ponitur, simul affectus quoq; ponitur, quamuis ablata ea non auferatur, sed manere affectus possit. Et pro prima aliqua, ut hîc: dixit enim: τὴν πρώτην αἰτίαν τοῦ γεγονέναι. quamuis conditionum, quas modò diximus, adsit nulla. Sed & Stoici causam insuper continentem suam proferunt, quæ mundi huius totius continens sit.

Οὐκοῦν ἔτι τὸν ἔλεγχον ἐξ ἡμῶν ἀναμένουσιν. *Non igitur ulterius, ut à nobis redarguãtur, expectant.*) Contra rationales quidem, sed ex dimidio tantùm, dicuntur cuncta hæc: qui instrumentarios morbos ex methodo, rectaq; ratione curare aggredie bantur, deficiebant in similaribus, rectam uiam egressi.

CAP. V.

Εἰ καὶ μὴ ἔστι πρῶτα. *Etiam si prima non sint.*) Videbat enim Herophilus quoq; ipse subtilis ille, & bonus dialecticus paulò antè dictus, ultra neruos, & uenas, & arterias, simplicia magis elementa alia quærenda esse, quæ nulla alia, quàm quattuor illa sunt ab Hippocrate dicta.

Ὡς βαλανεῦσιν μᾶλλον, ἢ οὐκ ἰατροῖς προσῆκον τὴν ὀνομάτων. *Quasi balneatoribus, potius quàm medicis conuenirent nomina hæc.*) Quintus fuit hic Galeni olim pręceptor, ut de eo ab eodem alicubi narratur.

Καὶ ὑπὸ τοῦ κεκρατῆσθαι πρὸς τὸ πλῆθος τῶν μαρτύρων. *Atque in eo, quòd uincantur testium multitudine.*) Simile quippiam dictum à Platone libro primo de republica. Visne, inquit Socrates, ô Glauco, persuadeamus illi, si quo modo possumus, uera eũ non dicere? Nam si contrarijs inter se orationibus iustitiæ, & iniustię bona numerentur, opus futurum est aliquo, qui metiatur ista, & expendat, atq; ad iudices demum, uel certè disceptatores aliquos deueniendum erit. Βούλει αὐτὸν πείθωμεν, ait. ut ad id redeat ratio de tyrannide: quippè cogunt, non persuadent tyranni. Rationibus igitur persuadendum, non pugnandum authoritatibus, quas metiri, aut nnmerare necessum sit, ac quas sæpè unica uincere ratio possit omnes.

CAP. VI.

Ταῖς κατὰ μέρος ἰδιότησι προσέχοντας. *Particularibus proprietatibus animum adhibentes.*)

tentes.) Non eas dicit, quæ à tota substantia sunt, proprietates, sed priuatas intelligit uniuscuiusque naturas manifestarũ qualitatũ, quę ad artis ca ptũ, aut sciẽtiam non ueniunt: infinitæ enim sunt numero particularium omniu m & indiuiduorum naturæ: atque ut author idẽ dicit artis medicæ in principio: τὸ μὴ πάντων τὴν κατὰ μέρος ἀπεριόριστον καὶ ἀδιαίρετον. Vt propterea comprehendi sciẽtię, aut artis ullius rationibus non possint. Propius tamen accedendum, quoad eius fieri potest, per regulas quasdam ætatum, temperaturarũ, acris differentias, regionum, locorum, & similium, ut ab eo demonemur, primo Therapeuticorum ad Glauconem. Sic fiet, ut neque in uniuersalibus nimis insistentes immoremur, neque indiuidua, ac particularia sectemur, tradentes artem: quam quum adepti fuerimus, tunc demum facturi aliquid artificiose, artis deducere pręcepta ad particularia, & indiuidua nobis licebit.

ἣν δὴ καὶ συνεχῆ καλοῦσιν ἔνιοι *Quam etiam continentem appellant quidã.*) Rursus hic uocem συνεχῆ, quam applicare causæ solitus est, curationi applicat, nulla alia significatione, quàm continuitatis, uel continuatæ actionis cuiusdam absque interpellatione, interuentũ ue ullo: ut dici curatio hæc quam hoc loco innuit, cõtinuata, & immediata possit: cuiusmodi est amotio affectus, cuius amotione, protinus atque immediatè, nulloque interueniente alio, unà læsionis quoque offensa ablata tollitur. At causę ablatio facientis affectum non eiusmodi fuerit, dici ut continens, atque immediata actionis læsæ curatio debeat, quippe quę interueniente, atque intermedia affectus prius ipsius amotione fiat.

Ἅμα μὲν ἄφυκτον ἐργαζόμενοι τὴν ἐκ τῶν ἐμπειρικῶν κατηγορίαν, ἅμα δ' αὐτοῖς μαχόμενοι. *Simul inevitabilem quod facies empiricorũ accusationẽ, simul sibi ipsi repugnãs.*) Cõtendunt empirici, rationibus, & causarum indagatione non esse opus, solamque satis esse rerum, euentorumque obseruationem, & symptomatum concursum, aliaque non nulla, quibus ipsi sectam suam constituunt: quod hi profectò confirmare uidentur, quos contra nunc disputat Galenus. Qua parte non esse necessarium aiunt, tenere elemẽta corporum nostrorum prima, aut eorum, quę secundum naturam se habent, naturaliumque actionum ipsarum causam, hoc pacto empiricorũ accusationẽ illam nõ effugiunt, ut pote cui subscribant potius. in quo tamen rursus secum ipsi pugnant, quum alia ex parte instrumentarios morbos omnes cum ratione omni, certaque adhibita curandi methodo sanant, quod in simularium partium morbis nolebant, repugnantia dictorum, factorumque manifesta.

Εἰ δ' δυσκρασία καταλάβοι τὰς φλέβας, αὐτῶν μὲν ἐκείνων ἔσαι τὸ νόσημα πρῶτον, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ τοῦ ἥπατος. *Quòd si uenæ correptæ intemperatura fuerint, illarum ipsarum erit morbus primò, ex accidenti uerò etiam iecinoris.*) Clarius explicata fuere ista in libris de causis morborum, & symptomatum. Crystallinus humor oculi pars principalis totius est: cuius intemperatura, crystallini inquam, esse ex accidente morbus nõ potest, eo nimirum, quia princeps partis illius totius pars est, cuius temperamentum, figura, magnitudo, positus, partium numerus, facta omnia ad eundẽ uidẽdi finẽ principaliter sint: ut, pinde morbus eius omnis primò ac per se instrumenti oculi uniuersi morbus sit, ex accidenti nullus, qa nullus ui dẽdi functioni officit ex accidẽti, & secũdariò, sed primo, & per se quilibet. At reliquarum partium morbi, quà quidem simulares partes sunt, constãtque ex elementis, ac nutriuntur, cęterarumque naturalium facultatum actiones obtinẽt, primùm partium illarum morbi erunt, oculi uerò totius ex accidente: qua uerò instrumentum uidendi constituunt totum, quoniam eiusmodi actio primò ad actionem totius tendit, primò pariter, ac per se oculi morbus is erit. Vt mẽbranarũ aliqua, cornea puta ipsa, excalfacta iusto plus, refrigeratáue, reficcata, aut humefacta, primum illius ipsius intemperaturæ morbus is erit, secundariò, atque ex accidenti, instrumenti totius. At densior fortè facta, crassiorúe mẽbrana eadem, uel rugosior, quia primò uisioni ex eo officiet, primarius quoque

O mor-

nam:) Quæ indiuidua dicuntur, intelligenda, quæ primæ substantiæ dicuntur.

Τεσσάρα πλάτων... *Quod à Platone dicitur.*) In Philebo leguntur ista, nō longè post principia. Paulo antè citatus fuerat à Galeno locus, in quibus uerbis interpres legisse uidetur in Platone suo negatiuam particulam aliquam, quæ nulla in meo exemplari est: Sic enim scribuntur: ... eo intellectu ut facile sit cum utrumlibet horum ponente litigare, & uel unum dicente plura esse contēdere, uel plura, unum: quoniam plures homines unus sint homo, humanitatis nempè participes omnes: rursus unus ille plures, Socrates, Dion, Plato.

Μεταβάντες γὰρ ... τὴν πραγμάτων, ἀπὸ τῆς γνώσεως ... *Etenim trāstreà notionibus ad rerum substantiam aggressi.*) Concipientes animo hominis notionem in cōmuni, aut animalis, aut ægrotantis, aut huiusmodi, deinde quū rē inuenire nequeant oculis conspiciendam, cui notionem illam applicent, fallūtur, nihil esse prorsus credentes, cumq; eo notiones quoq; ipsas subuertunt. Atqui, quum orationem hanc proferimus, Socrates est homo, aut Socrates est animal, falsum proferremus, nisi aliquid essent illa, homo, aut animal: quas tamen necessarias, ac ueras esse orationes conceduntomnes, ut subesse prætereà rei aliquid necesse sit.

Ιδ' οὐχ ... τῷ ὑπάρχειν.) Redundat postremum hoc τῷ ὑπάρχειν: quod rectè ab interprete animaduersum fuisse uideo: uel γὰρ ... scribendum.

Ἀλλ' οὐκ ἔστι φύσις ... *At nulla est, inquit, definita animalis, uel morbi species, ut hominis, & phreniti dis.*) Eorum uerba, qui specierum, quæ specialissimæ uocantur, ut hominis, aut phrenitidis, equi, aut pleuritidis, notionibus communibus rem subesse concedebant aliquam: superiorum autem generum, ut animalis, & morbi, non concedebāt. Sed his quoq; ipsis rem significari aliquam probare nititur Galenus, ut indicationes plures habendas esse ostendat: generales primùm quasdam, ut morbi, in uniuersum, tum deinde & speciales magis, huius illiusúe morbi, pleuritidis puta, aut phrenitidis, phlegmones, aut œdematis.

Διὸ τι ... ἠλίθιον. *Quapropter hoc quidem summè stupidum.*) In hanc eādem sententiam multa secundo de differentiis pulsuum libro dicta reperientur penè obiurgantia quosdam illius temporis ineptè de his contendentes.

Ενδείξεις τε καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἰδία γίνεται. *Fit q; indicatio secūdum horum unumquodq; propria.*) Atq; huius ipsius causa tot dicta, allataq; à Galeno fuere: etenim frustra sumeret indicatio à morbo, si morbus nihil omnino esset, uocisq; huius significato nihil quicquam substaret. Substare igitur demōstrasse necessum fuit, remq; aliquam, & πρᾶγμά τι esse morbum, non inane aut nihili nomen, ut scindapsi, uel hippocentaurus.

IN LIB. III. THERAPEVTICES METHODI.

CAP. I.

Καὶ γὰρ καὶ ἄτοπον, ἕτερον μὲν εἶναι τὸ γινόμενον ... θεραπείαν, ἕτερον δὲ τὸ θεραπευόμενον. *Etenim inconueniens fuerit, aliud esse quod curationem indicet, atq; aliud, quod curetur.* Hoc (ut sæpè iam dictum) affectum ipsum debere pro morbo habere nos, ostenderit, itaq; eum appellare, potius quàm actionis læsionem: huic enim primū curando insistimus semper, rectà ad tollendū affectū progressi, interimq; nec aliter actionis offensam auferimus, nisi morbosi affectus ablatione.

Καὶ μὴν οὐδ' ... τεχνικόν. *Atqui nihil horū adhuc artificiosum.*) Quādo ne principium quidem inuentionis artis, artis quicquam sit: sicuti ne lepus quidem ex parte constituitur, quæ tamen inueniendi leporis principium rectè quis dixerit, ut in libro de optima secta ad Thrasybulum.

Η οὐκ ἀξιόλογόν γε μόριον, οὐδ' ἴδιον. *Vel non digna certè pars, neq; propria.*) Vt aliquid

hoc,inquit,artis sit,ualde certè exiguum fuerit neq; id proprium:ut propterea melius nulla dici debeat artis medicæ pars,utiq; rationalis. Nam quamuis indicatio ea quoq; sit,qua quicquid præter naturam in corpore fuerit,auferri curamus,sic in uniuersum:quia tamen ueluti notio potius quędā est,idiotis quoq; ipsis cōmunis,minimè artis nomine dignanda ueniet,cuius cōditio paulò se supra uulgus attollere debeat. Ac tūc indicatio primū artificiosa erit,artisq; præ se feret aliquid,quū à rei ipsius natura desumpta indicabit,quę quidē idiotas ipsos latent. Cæterùm ne Empirici quidem ipsi, quorum tamen nulla unquam indicatio est,sed rerum tantummodò obseruatio, & experientia, artem suam constituunt, ab initijs ullis uulgo,idiotisq; compertis:neq; symptomatum cōcursum suum illum,neq; transitum ad similia: nullam deniq; obseruationē adduxerint unquam ad id,quòd luxatū fortè os reponendū loco suo sit,aut auferēdæ uerrucę,ętheromataúe,aut melicerides, & similia,sic in cōmune,hoc tantùm:quoniam hæc nemo non amouendæ esse de corporibus nouit: Verùm faciendi demum ista modi obseruantur constituenda arti suæ primum, supra uulgi cognitionem. Quòd si Empiricæ artis initia uulgo non cognoscuntur, multò minus rationales cognosci debebunt.

λογικός τε, καὶ μεθοδικὸς καὶ δογματικὸς. Logicus & methodicus, & dogmaticus. Verè, rectè,atq; ordine methodicus:uera nimirum, ac recta semper methodo nixus atq; usus Nam qui nomen sibi hoc usurparunt methodici, ita se uenditantes,quum nihil minus, quàm methodici sint, penè æquiuoca significatione quadam ita dicentur, amethodi prorsus,quippe falsam, & ineptam afferentes argumentisq; Galenicis conuictam methodum.

μὴ τὶ μόνην εὑρίσκειν τὸν λόγον. Neq; solam inuenire rationem.) Duntaxat, ut tutò ad capescendā uerā,rectāq; curandi rationē, ac uiā pgrediamur:altero enī destituer emur crure, experiēna destituti. Nā alias ratio multa per se inuenit, solûe:at cō probare inuēta nequit,nisi experientia iuuetur. Euenitq; interdū, ut experientia ipsa,nulla omnino præeūte ratione inueniat quædā:ut multa, quę casu cōtingūt. Iccircò nō sola ratio inuenire dícta, quia nō omnia sola,sed quędā etiā experiētia,quib. tamē inuentis solus dogmaticus rationabiliter utetur.

C A P. II.

χωρὶς τοῦ πεπονθέναι τι τῶν ὑποκειμένων. Absq; eo, quòd perpessum quicquam sit subiectorum.)Ossa intelligit:paulo enim ante dixerat: τὸ ὑποκείμενον ὀστοῦν. Hoc enim si desit,nunquam impleri cauitas poterit ex toto:at caro sola si desit,potest.

εἰ γὰρ δὴ τὸ σαρκὶ πληρωτέον ἐπιστάμεθα, τί ζητοῦμεν ἔτι; Si nanq; carne replens scimus, quid ulterius quærimus?) Communi notione quadam ab omnibus scitur, cauū ulcus replendum esse carne. Si quis igitur quærat à medico, quomodo, quaúe ratione repleatur carne ulcus cauum: qui carnis repletione, responderit,nōnne ineptè, & nugatoriè responderit,minimeq; omnium medicè? Atqui non aliter sanè respōderit, qui medicamento Sarcotico dixerit:quoniam sarcoticum nihil aliud sit,quàm carne réplens:idipsum nimirum, quod quomodo fieri debeat, quærebatur. Quæritur enim modus,uiaq;, & ratio hoc ipsum faciendi, quod nescitur:non replendum carne esse,quod scitur.

τί δὴ οὖν προσέθηκας σύ. Quid nam igitur addidisti tu?) Si experiētia nosti hoc ut fateris:cur empiricus audire non uis? Non ergo ut empiricus, quū hoc ipsum nolis: neq; ut rationalis, quoniam id non potes, aduersarius rationalis ac dogmaticæ uiæ factus:nec quicquam est, præter hæc duo tertium, quo nosci, aut sciri hoc potuerit. Reliquum est igitur, ut nihil inueniri à methodico, inueniendi utraque uia destituto, posse: sectamq; ideò methodicam nihili habendam esse existimemus, quippè qua nihil inueniatur artificiosi, nec medicum theorema utile constituatur ullum, quibus maximè, atq; inprimis ars constitui medica ipsa debeat: huc enim tendunt hæc.

ποτὲ μὲν δὴ ἐναργῶς συμβαίνει τὰ τοιαῦτα εὑρίσκεσθαι φασίν. Quandoquidem contingere

tingere aiunt, ut ex insomnijs inueniantur talia.) Insomnia uisus est damnasse hîc ad remediorum inuentionem: mox enim addet: ταῦτα μὲν οὖν πρόδηλος λῆρος. Hæc, inquit, apertæ nugæ sunt. At de seipso ipse, libro de curatione per uenæ sectionem scripsit, ex insomnijs monitũ arteriam secuisse quandam, sanatũq;. Verùm ἐπέκεινα τῆς τέχνης sunt ista, artem supra: ut non pauca alia. quo pacto sanari uidemus interdum quosdam, sed nõ ex artis legibus. Hic autem nihil aliud, quàm ad artis uerę ac rationalis constitutionem, uel remediorum inuẽtionem ex arte faciendorum, non admittit insomnia. Nam ad morborum dignotionem humorumq; diuersorum differentias cognoscendas facere interdum posse insomnia, nulli esse dubium debet.

ὁ δὲ τρίτος αὐτοῖς τρόπος τῆς εὑρέσεως, ἤδη ὄντως ἐπιλογιστικός. *Tertius autem ipsorum inuentionis modus planè est epilogisticus*) Epilogismus proprius est empiricorum ut analogismus rationalium: quod quidẽ colligi ex libro de optima secta ad Trasybulum potest. Itaq; nollem ab interprete redditum nobis fuisse uerbum illud ἀναλογισμός, rationalis. Sed neq; rationalis est inueniendi remedia modus, de quo hîc agit Galenus: Et epilogisticus est, quo priuatim, singillatimq; remedia quæq; sarcotica experiebãtur empirici, atq; ea quum uiderent in aliquibus aliquando non facere carnem, obseruatione hac collegerunt, [illegible], non omnibus omnia naturis conuenire: id nanq; ab epilogismo prouenit, qui quasi expensio quædam est, & computatio factorum. Est enim ἐπιλέγειν, coniectura aliquid colligere, & computare: quod empirici faciunt, ut obseruata expendant, ac computẽt. Quamobrem Galenus concedet modo isto ac uia inuenire potuisse empiricos quę carne repleãt, plus minus in hoc illoue: at generis tamen eiusdem quæ essent omnia, eademq; in unum composuisse. Sed diuersorum inter se generum medicamẽta quædam, ut inuenta componantur utiliter, id uerò non nisi ratiocinatione recta fieri: qui analogismus est, rationalium medicorum proprius. Vt, uerbi Gratia, ex oleo & ærugine, contrariarum inter se qualitatum rebus, medicamentum ad uulnera empiricus inuenisse non potuit, potuit autem rationalis, & dogmaticus. Hoc enim intẽdere uidetur Galenus hoc loco prę omnibus: ut doceamur, inueniendorum huiuscemodi medicamentorum uiam, ac rationem, rationalium totam esse medicorum, nõ autẽ empiricorũ, omniumq; minimè methodicorum. Ad hanc rem optimè facient, quæ libro secundo de compositione medicamentorum per genera scribuntur à Galeno: ubi quibus rationibus æruginis, ac ceræ, siue olei ad uulnera compositio inuenta sit, docemur: non longe post principia.

Ἐν τῇ συμπλοκῇ τῶν εἰδῶν οὐ φυλάττονται τῶν οἰκείων οὐσιῶν αἱ ἐνέργειαι. *In specierum cõplicatione non conseruantur propriarũ substantiarũ actiones.*) Etenim si oppositarũ qualitatum componantur multa, infringentur mutuò illorum inter se qualitates, ac uires, contrarietatibus retusę: temperamentumq; existet ab eo, quod unumquodq; prius obtinebat, diuersum. Sin eiusdem fuerint facultatis omnia quæ tantùm plus, aut minûs eodem in genere polleant: uires minus præstare id ualentiũ ab efficacibus magis ueluti obscurabuntur. Vt, exempli causa, quoniam thus humidioribus, & mollioribus naturis conferre uisum est, in curatione uulnerum, siccioribus autem, & durioribus iris, & aristolochia, quę dãq; alia thure ipso potentiora: compositum ex omnibus his medicamentum, humidioribus hac ratione collaturum naturis non sit, quòd thuris in eo uires aliorum uiribus nimis resiccantium obscuratę iacebunt. Vt hac quidem de causa præstet, singulis propria semper accomodasse medicamenta naturis, cuiq; suum.

Ὅσον εὐλογώτερος δὴ τῶν ἐγχεομένων εἰς ἄλληλα κοσκίνων. *Quantò rationabilior est, trãsfusis mutuo inter se cribris.*) Modus inquit is componendorum medicamentorum, ueteribus usitatus, utiq; rationabilis est, quamuis multum illi adhuc desit ad ueram therapeuticẽ: ac tantò quidem magis rationabilis alijs, quantò

rationabilior habenda est compositio ex ordine aliquo facta, quàm temerè, & fortuita confusione parata, confusorum m[illegible] sc cribrorũ instar, quorũ sępè incongruentia inuicem foramina nulla ex parte mutuo sibi respondeant. Visus est autem allusisse iterum ad adagium supra libri primi in fine relatum, de stulto, non satis reperiente, qua parte cribrum obturaret, non obturaret.

Ἁπᾶσα κοιλότης παρὰ φύσιν ἐνδείκνυται τὴν πλήρωσιν. *Cauitas præter naturã omnis repletionem indicat.*) Nemini dubiũ esse potest, quicquid quocunq; in loco, quacunque in re, præter naturam suam ab æqualitate discesserit, & præternaturalem cauitatem acceperit, restitui æqualitati suæ oportere: ut etiam structura aliqua, paries fortè, si uitium fecerit, cauus indecentur factus, repleri postulat. ἐνδείκνυται autem dixit, indicat: nam hæc indicatio ueluti carcer est à quo procedere incipiamus: repletio scopus, & finis, quo tendimus. αὕτη, inquit, ἡ πλήρωσις σκοπὸς ἐστὶ τῆν ἰασάτην εὑρίσεως.

Τὴν δ' ὡς αὐτοὶ καλοῦσιν ἰδιοσυγκρασίαν. *Illam autem, ut ipsi uocant, temperaturæ proprietatem.*) ἰδιοσυγκρασία appellabatur propria cuiusq; temperatura, non tã ex proprietate, qua hi caseum fortè auersantur, uinum non bibunt illi, alij ab aliis abhorrent, quàm propria priuataq;: à bono dogmatico rationaliq; medico dignoscenda, de caliditate, frigiditate, siccitate, humiditate, harumq; etiam ipsarum maioris, ac minoris rationis ordinibus, empiricis prorsus incognita, atq; incomperta, quia ne cognoscere quidem curant ex sectæ suæ legibus, nisi in commune atque uniuersum: ut hoc senibus, illud pueris; uiris aliud fortè, atq; aliud conuenire mulieribus dicant: nec meminisse possunt, cuiusmodi fuerint illi, in quibus experti antea sint, ob signorum, quæ obseruata notasse necessum sit, concursum numerosum nimis sæpè, ut perquam rarenter conueniant iterum in idem, concurrantq; omnia: &, siquando conueniunt, teneri memoria nequeant. Quum igitur utroq; destituantur, & ratione, quam admittere nolunt, & experiundi modo, quem præstare non possunt: mirum non sit, curãdo, si hæsitare sępenumero coguntur, ignari quo progrediantur. At non hærebit rationalis, rationib. suis nitẽs, quibus confisus in omnẽ se partẽ uertet, facilè progressum facturus, quocũq; illæ ductarint, etiã in morbis nunq̃ anteà uisis.

Ἐξ ἡμισείας εἰσὶν ἐμπειρικοί. *Ex dimidio sunt empirici.*) Alibi ex dimidio dogmatici dicuntur: utrumq; uerè. Instrumentarios quidem morbos dogmaticorum bonorum more, ac legibus tractant: similares, quoniam similarium partium naturam ignorant, ignoratis quippè elementis, quum dogmaticè, & rationabiliter non posint, empirice coguntur tractare, nisi malint methodice, quod non facient, nec facere cum successu unquam bono ullo possunt, ob fusas nimis illorum communitates, non facile morbis omnibus rectè accommodãdas. Empirice igitur coguntur: ut propterea partim empirici partim dogmatici futuri sint, utriusq; partis ex dimidio, si partes duæ medicinæ curatricis fiant, altera, quæ similares, altera, quæ dissimilares, siue instrumentarios morbos curet.

Διά τε τὴν ἀκαιρίαν τῆς χρήσεως. *Atq; ob usum intempestiuum.*) Medicamentorum usus optimorum quandoq; infamatur, illis tantummodò non opportunè exhibitis. Alij quum uiderint sine successu usos se medicamẽto aliquo, spe frustrati primi usus, contemptum abijciunt medicamentum id: imperitè. Atq; hęc uitare errata is demum solus poterit, cui perspectum partis temperamentum rerumq; quas tractat, natura fuerit, & (quod neque empiricus, neq; methodicus potest) opportunum tempus inueniet, ut nec frigidam, exẽpli causa, exhibeat, nisi in tempore: ac, si intempestiuè exhibita nihil profuerit, uel etiam nocumentum intulerit, non causabitur frigidam, sed intempestiuum usum: contrà, atque empiricus, qui naturæ rerum nescius, credens frigidam fuisse per se in causa, ad alia transibit. Nec, si non protinus iuuerit remedium, Rationalis aliud extemplò quæret: sed ex ratione faciens expectabit, iuxta Hippocratis præceptum, aphorismorum secundi: Omnia secundum rationem facienti: & quæ

ibi di-

ibi dicuntur, reliqua: facere autem ex ratione haud poterit, nisi rei natura inspecta. Empiricus uerò statim alia quæret hoc ipsum ignorans. Eadem ratione neque Hippocraticus sectionis quintæ aphorismus ille, Dolores oculorum meri potus, aut balneum, aut fomentum, aut uenæ sectio, aut purgatio soluit: uerus reperietur, nisi discernatur ista, distinguanturque: at discerni, distinguiue qui poterũt rectè, atque ordine, nisi rerũ inuestigata natura? Quod quidem facere Empiricus aut methodicus neque sciet, neque poterit ullus, nisi à sectæ suæ legibus discesserint.

βραχυτάτην δ᾽ ἔχω τὴν ἐλπίδα. *Spem porrò minimam habeo.*) Vicit spem successus: posteritate omni, per tot iam secula diligentissimè, certatimque operã semper nauante, ut librorum horum lectione iuuaretur, excultis ijs, uersatis, tritis studiosorum medicinæ omnium manibus: Græcè quidem scriptis primò, tùm deinde Arabicè quoque, ac Latinè loqui edoctis, quò gentes inde plures iuuarentur. Vsus enim iam inde perceptus emanarat ad multos: quo inuitati, nullus erat populus, ciuitas nulla, quæ non facilè, ac libenter admitteret tàm salutare opus. Iam uerò Academia, modò non Barbara aut inepta prorsus, quæ est hodie, quæ non præcepta in his tradita sequatur, frequentet, amplexetur, non pro optimis habeat? ad quæ medicinam ægris facturi informentur omnes? præsertim uerò quum lingua iam iterum loquentes natiua sua hos libros habeamus, uelut sumpta iuuenta quadã nitescentes, quasique dixerim recẽtatos, bonorum eorundem, ac doctorum hominum opera: ut uoluptas summa sit legisse, nec fastidij quicquã oboriatur, aut subrepat molestiæ, iterũ idẽ, ac tertio factiti. Præterea, quis est, qui Latinos factos, præsertim tàm bono interprete, doctoque imprimis reddente nobis, non perquã libenter cum Græcis contulisse gaudeat? nõ excerpsisse inde sibi aliquid semper lætetur, quod aliquãdo ex usu aliquo futurum sibi sperare possit, & dein fortasse alijs? Ego quidem olim ante annos aliquot, quum euoluenda mihi Galeni esse omnia constituissem, legendo adnotaui quædam, excerpsi multa, & marginibus adscripsi, ne exciderent alijs fortè lectionis Galenicæ analecta quædam existimanda, mihi quidẽ ut tunc censebam, non inutilia prorsus futura. Quæ nunc relegens post exantlatos annorum multorum aulicos labores, satis iam otij nactus, experiri libuit si forte peruenire inde ad studiosam medicinæ iuuentutem usus, fructusque aliquis posset: si non aliud, at certè, ut, quod initio dicebam, excolẽdis hac quoque in parte Galeni libris, eruditiores inuitarentur.

CAP. III.

εἴπωμεν οὖν ἡμεῖς ἤδη τὴν ἱπποκράτειόν τε ἅμα, καὶ ἀληθῆ μέθοδον. *Dicamus igitur nos Hippocraticam simul, ac ueram methodum.*) Sed quam tamen acceptam referre uni Galeno debeamus omnes meritò, nõ cognituri eam satis, & inanimaduersam præterituri fortassis, nisi monstrasset ipse.

ἀλλὰ προσθεῖναι τῇ τίνων, καὶ πῶς. *Sed addendum, quorum, & ubi.*) Quorum, naturã intelligit corporum carne implendorum: πῶς autem, ubi scilicet, uel in quo sita sit natura ea, in calido nimirũ, frigido, sicco humido, horumque ipsorum temperamẽto, generãdæ carni idoneo, atque in alijs alio, corporis totius particulis.

καθότι καὶ τοῦτ᾽ ἐν τοῖς περὶ φύσεως εἴρηται λογισμοῖς. *Quemadmodum hoc quoque in examinationibus de natura dictum fuit.*) Luculenter autem satis libro de tuenda sanitate, primo, sub finem: ubi excrementi huiusce utriusque natura refertur explicatius etiamnum quàm hoc loco.

γίγνεται δὲ καὶ ἄλλη πολλάκις. *Fit autem sæpenumero etiam manifesta.*) Is erit sudor, quem aut caloris innati imbecillitas faciat, absumere, perquè halitum difflare materiam illam non ualentis, aut nimij cibi copia: cuius pariter excremẽti futurum genus id sit, nimium, quod ne à mediocriter quidem ualido confici calore queat, proindeque necessariò in sudorem aliquando abeat. Quas duas causas sequutus Diocles, uidetur sudorem omnem præternaturalem fecisse.

faciendum id sit, tunc expectandum, quum à generali illa, & speciali debelibe ratione uētum ad particularia fuerit, in quibus agere demū incipiamus. Quū igitur occurret nobis, ubi, & in quo faciamus: particulariter quātum faciendū sit, siccandum uerbi gratia, aut humectandum, calefaciendum, aut frigefaciendum, in tantum, atque eatenus sciemus: quod antea nec scribi, nec dici, nec doceri potuerat.

Εἰ δὲ καθαρὸν τι, καὶ ἄνευ ἰχώρων εὑρεθείη πέρα τοῦ προσήκοντος. *Si uerò purum, & sine humore inuenietur ultra plus.*) nempe siccatum fuerit: refertur enim ad id, ψιλωθὲν ἐξηρανθῇ. Possint autem interdum usq; adeò siccare hæc, ut uehemētia sua carnis aliquid colliquent, ac sordida propterea magis adhuc aliquando, eoq; humidiora uisa, reddant ulcera: quod haud ita multo pòst admonebimur à Galeno, quū de supercrescēte carne tradet, simul & dignoscere ista docebimur. Quā uis his casibus, ubi replendum tantummodò ulcus fuerit, nisi admodum aberretur, non tam contingere id facilè possit, eò quod non tantopere siccantium usus tunc sit, quantopere in demenda carne, ubi καθαιρετικὰ adhibentur.

Ἀναγκαῖον δὲ τῷ θεραπεύσοντι τὴν γένεσιν, ὑπὲρ ἁπάσης τῆς φύσεως ἐπίστασθαι. *Necessarium est, cui curæ fuerit ipsius generatio, hunc de natura omni scire.*) Ideò quòd similares partes omnes ex ijsdem constent elementis, ex quib. res naturales reliquæ omnes fiunt: nec ante se elementa aliud habeant quicquam quàm materiam primā ac formā, rerum itidē omniū principia, natura constantium. vt qui illa rectè sciuerit non immeritò is naturæ totius peritus dici debeat: idq; pluribus uerbis confirmabitur.

Καὶ ὡς ἡ πρώτη πασῶν ἔνδειξις *Et quòd prima omnium indicatio.*) Quam ne indicationem quidem rectè satis dici admoniti fuimus prius: quippe idiotis quoque ipsis communem, ac ueluti notionem potius quandam.

Ἐνταῦθα δ' ἤδη πῶς ὁ λόγος ἐμφανίζει, μηδὲ ἐπὶ τῶν ὀργανικῶν. *Hic autem sermo quodā modo ostendit, ne in instrumentarijs quidem.*) Vlcus enim cauum, de quo disputatum hactenus fuit, demonstratumq; curari rectè non posse, nisi cognita, compertaq; partis, quæ curatur, natura tota, bifariam numerari inter instrumentarios morbos potest: & quod continuitatis solutio omnis, simulari æque ac instrumentali parti communis est: & quòd ulceris cauitas perspicue instrumentarius censeri morbus debeat, ut quo partis uitietur magnitudo simul, & figura: curari ideò ne instrumētales quidem morbi queant, nisi cognita partis natura omni.

CAP. IIII.

Ἐπειδὰν μήτε διάθεσις αὐτῷ συμπαρῇ μηδεμία, μήτε σύμπτωμα. *Quum neque affectus adsit illi ullus, neq; symptoma*) Affectus, ut intemperatura, ut cauitas, & cutis deperditio: symptoma, ut humorū affluxio, ut succi uitiositas, & id genus.

Οὐδὲν ἐστι μεταξὺ τοῦ δέρματος ἑτερογενές. *Nihil est cutis in medio, quod diuersi generis sit.*) In simplici omni ex parte uulnere, nihil aliud quàm soluta cōtinuitas est carnis à carne, & à cute cutis, nulla interueniēte diuersi generis re alia, qua partes dispescātur. At in ulcere, quod cauum fuerat, repleto iam carne, planoq;, et superficie per omnia æquali, necessariò in medio cutis diuersi generis fuerit aliquid: puta caro ipsa, quam cutis in eadem superficie ambit omnem. Atq; hæc demum suprema carnis pars transire in cutim debebit, uel quod cutis uicem gerat id, quod uehemētius resiccantibus medicamentis fiet, ut postea dicetur, quo cutis partes unitæ coniūgantur intermedio diuersi generis nullo: immutata quippe iam carnis superiore portione in cutem, uel quod cutis futurum uice sit, generisq; eiusdem.

Ἐν δὲ τῷ παρόντι τοῦ μόνου ἕλκους ὄντος. *In præsenti uero, ulceris, quod solum sit*) Videbatur de simplici omnino ulcere agendum prius fuisse, antequam de cauo egisset: id enim naturæ poscere ordo uidebatur: nisi doctrinæ, curandiq; modus aliud proposuisset. Nō enim induci unquā poterit, aut solutę coalescere partes debe-

debebunt, ac glutinari, quę simplicis curatio ulceris habetur: nisi repleto prius carne ulcere, si cauitas fuerit, quæ repleri postulet, ut non parum sæpe euenit. Ne igitur, si prius de simplici tractasset, post de caui curatione tractationē, iteranda de simplici eadem forent: doctrinæ, ut dixi, faciendiq́, ac curandi rationem sequi maluit: replendorum primò carne ulcerum, tum glutinandorum, tum ad cicatricem postremò quoq; ducendorum.

Μικρὰ δ' ... *Parua autem utiq́, sic est, ut si modò coniunctum probe ulcus fuerit, una ad id die, uel summum duabus, futurum opus sit.*) Nimirum quoties non prorsus cohærēt partes, quāuis uinculo, aut fibulis, aut glutino, aut sutura adductæ, & (quod hîc dicitur) καλῶς συναχθὲν τὸ ἕλκος: rectè, probeq́ inquantum fieri poterit: ut tnō nihil tamen relinqui in medio, si non alterius rei, at aeris certè, necessum fit liquidiq́ ideo gigni omninò carnis oporteat cōmittendis melius oris: quæ quia non multum inter se distant, breui perfici id temporis spatio queat.

Καὶ τὸ ... *Et fluxuram in uacua spatia prohibeat.*) Cùm repercutiendo austeritate, & adstringendi ui: huiusmodi enim esse oportere, quæ uulnera glutinent, medicamenta, ostendetur mox: tum uero paulò uehementius siccando. postquàm enim siccatum reddiderit, etiam ne influat ad loca fecerit, quippè consumptum iam.

Τὸ δὲ κολλητικὸν ... *Glutinatorium verò medicamentum carnis generatione uel nequaquam opus habet, uel omninò pauca.*) Nulla, si penitus, omniq́ ex parte cohærebunt mutuò inter se uulneris oræ: aliqua, & exigua, si aliquo in loco diducantur, parum: ibi enim aliquid carnis recens genitę adijciat oris necessum erit, ut addito carnis exiguo, cohæsio statim sequatur, & ex cohæsione adglutinatio. Porrò carnis generatio ea, bidui ad summum spatio perfici posse, dictum paulò antè fuerat.

Τῶν περὶ τὴν καθ' ἕκαστον ὄνομα σημαινομένων ... *De secundum nomē quodque significatis subiectisq́.*) Quo loco uidelicet, inter morbū, & propriè dicta symptomata, aliaq́ communiter magis ita nominata, & morborum causas ponebatur distinctio, ac morborum addebantur nomenclaturæ diuersè peritæ: ibi nanq; ulcerum quoq́, differentiarumq́ eorum facta fuit mentio.

Ἡ γὰρ τοι μέθοδος ἡ θεραπευτικὴ κατὰ τοῦτον ... *Etenim Therapeutica methodus hoc maximè modo progressum fecerit.*) Atq; hoc artificij inprimis egregij cuiusdam est. Ferè enim ab authoribus medicinæ simplicisimas morborum differētias traditas nobis habemus, horūq́ ipsorū curationem. sed quū miscentur simul plures, quod sępisimè fit, ac semp ppè cōtingit: tū uerò instructisimum esse oportet, qui, qui futurū ex usu sit, sciat. quāuis non desint interea nobis Galenicæ quoq; regulæ, quas sequamur. Verùm tot sæpè miscentur in unum, ac tanta morborū, symptomatumq́ genera, eaq́ contrariarum quandoq;, ac pugnantium inter se indicationum, ut implicatisimam plerunq; miscellam eam explicasse, & extricatum curationis caput inuenisse, non cuiusuis profectò sit.

Οὐκ αὐτῆς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου. *Nō Therapeutices methodi ipsius.*) Hæc rationē solum nobis sanandi tradit, uiamq́, ac modum aperit: medicamentorum autē compositio instrumentalis partis est. Porrò aūt aliud fuerit uiā mōstrasse agēdorum, modumq́ ostendisse qualiter faciendum sit atq; aliud cum quibus faciendum id sit, docuisse.

CAP. V.

Ἐκ τῶν φυσικῶν ἐστὶ προβλημάτων. *Ex naturalibus problematis est.*) Vtique simpliciter, atque absolutè physici fuerit, siue naturalis philosophi, tractasse ista: ut cuius officium sit, rerum naturalium causas diligenter perquisitas inuestigasse omnium. Cæterùm fieri quæstio medica quoque statim potest, si de cutis natura quæratur ad usum medicum, qua parte philophiam naturalem me-

medicina nostra attingit, ex quo physici quoq; dicimur, num regenerari amissa cutis posit, qualis prior. Adeoq; ex quæstione hac apertum nobis fiet id, quo primum à uulgo differimus, & medicinæ idiotis, ueram gigni quum non posse docebimur, ob semineæ materiæ defectum: in quo primum medici esse incipimus, iam ingressi aliquid ex arte uulgo ignoramus.

Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἤδη τῆς περὶ φαρμάκων συνθέσεως πραγματείας, ἑπομένης τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ. *Pertinet porrò hoc iam ad opus de medicamentorum compositione Therapeuticam methodum sequente.*) Hoc loco aliter instituere uideas Galenum librorum suorum quorũdam ordinem, quàm alibi fecerit: quod quoniam diuersis rationibus factũ ab eo fuit, non est, quod magnopere miremur. Hic in opere in quo ad actionem circa ęgrotos particularē instruimur, quasi medicinā iā alicui facere mus, & (quod uulgo medicorũ dicere solemus) in actu ipso practico sumus, ante Therapeuticam methodum, præcedere simplicium medicamentorũ cognitionem debere dixit, componendorum autem sequi. Nec sanè aliter agimus, aut agere facere ue aliter licebit nobis unquā, rectè atq; ex methodo sanaturis aliquē, nisi instructi accesserimus de simplicium medicamentorum facultatibus: quid eorum quodq; quantumq; præstare ualeat: calfacere, refrigerare, siccare, humectare, detergere, deobstruere, & talia multa. Quarũ rerum periti quum fuerimus, iamq; medicinę alicui, Paulo, puta, aut Petro, faciendæ accingemur, & in opere ipso uersabimur, tum demum pro eo, ac res ipsa pręsens, quā in manibus habemus, morbusq;, & affectus ipse, affectiq; hominis natura, & temperamentum, tum ambientis per id tempus constitutio, atq; eiusdem generis alia, postulare uidebuntur, componere medicamenta accommodè poterimus: anteà non licebit. Sic fit, ut in medio posita curandi, sanandique methodus, præeuntem necessariò habitura sit simplicium medicamentorum cognitionem omnem, componendorum uerò eorundem peritiam sequentem. Eandem hanc sententiam repetit, Heræ ad aures medicamenta scribens, libro de compositione medicamentorum κατὰ τόπους, tertio, his uerbis, ὡς ἤγε ἀπὸ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου, τὰ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, γέγραπται τὸν ἀριθμὸν ὄντα, μετὰ τοῦτο δὲ τὰ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου τεσσαρεσκαίδεκα βιβλία, ἃ τῆς νῦν πραγματείας γεγράφθαι τὰ περὶ τῆς συνθέσεως τῶν φαρμάκων. Quin undecimo huius eiusdem in quod nunc annotamus, absolutè, atq; in uniuersum uisus est, omnem de medicamentis considerationem Therapeuticę methodo postposuisse: principium esse horum scribens, ubi affectus, qui curatur, diuisio desijt. ἀρχὴ γὰρ ἐκείνων ἐστὶν ὅπερ ἐπιλέλειπται ἡ ἐκ τῆς θεραπευομένης διαθέσεως τομή. idē, quod hoc loco dicitur. Etenim q̃nam tandem modo aut qua demum ratione applicabuntur rectè affectui cuipiam medicamenta, componentur ue utiliter, nisi compertum anteà, exploratũq; habeamus, quis qualisue, uel quantus etiam affectus ipse sit? Rectisimè igitur dictum fuit à Galeno, initium cōsiderationis medicamentorum esse, ubi affectus ipsius curandi diuisio, ac cognitio desinit: medicamentorum nimirum applicandorum, admouendorumq; affectibus, quo tempore operi iam accingimur: siue componenda simul ea habeamus, siue simplicibus quoq; utē dum fuerit, quum fortè simplicia exposcere affectus ipse uideatur. hæc enim pariter, non nisi perspecto prius expensoq; ritè morboso affectui, accommodata applicasse dabitur: at neq; rectè componere, neq; per se solaq; seorsum ex ordine admouere conceditur, nisi exactam quandam illorum cognitionem, priusquā curationē ipsam aggrediamur, domo nobiscū attulerimus. ut proptereà simplicium cognitio medicamētorũ necessariò Therapeuticem anteeat semper, sequatur componēdorum consideratio, & in uniuersum applicandorum ratio, simplicium iuxta, ac compositorum simul: quorum utrumque necessariam requirit simplicium cognitionem medicamentorum omnium iam anteà exploratam, qua diximus ratione. Atque ideò functionem medici, in opere iam ipso, medendiq; actu uersantis notans, τὰ δὲ συντιθέναι τὰ φάρμακα,

hoc loco dicit: & mox ἐπιπλέως τῇ χειρὶ quæ omnia in rem præsentem uentum iã esse ut operi medico manus admoueantur, satis indicãt. Nam alijs quibusdam rationibus diuersa haberi meritò poterit rerum harum inter se, librorumq́; ac contentę in illis doctrinę cõsequutio. Licebit eñ (quanquã non ita fortasse ad doctrinã accipiendã cõmode) partẽ medicinę unãquanq; p se, seorsumq́; ab alijs & (quod hic dicitur) ἰδίᾳ, καθ' ἑαυτὴν, examinasse, quocunq;, atq; ut libitũ unicuique fuerit ordine: licebit non minus, ordinem, quem priùs faciendi diximus, sequi: quo planè modo artes quoq; aliæ traduntur, quarum prius doceri ratio omnis potest, & artificium explicari: ut instrumentorum deinde arti ipsi necessariorum modus omnium tradatur demum, percepta antea arte. Sic uidemus in libro de constitutione artis medicæ, post morborum examinationẽ, instrumentalis partis considerationem proponi nobis excutiendam. Quod si capessendæ doctrinæ, meliusq́; ac citius, quæ traduntur, addiscendi, cõmoditatem sequuti fuerimus: iam tum, inuerso penitus quædam ordine doceri non inutiliter posse animaduertemus: ut prius de simplicium medicamentorum facultatibus, deq; horum compositione euoluendos nobis fore libros proponamus: post quos Therapeuticam demum methodum in manus sumamus. Sic enim ait in calce artis medicæ Galenus, libros suos quosdã recẽsens: τά τε περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεώς ἐστιν, ὧν ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα, καὶ τὸ περὶ συνθέσεως φαρμάκων, οἷς τὰ τῆς θεραπευτικῆς ἕπεται μεθόδου. A quo non sanè diuersum protulit, libello de libellorum propriorum ordine: imò quamobrem fieri ita oporteat, peti ex libelli illius uerbis facilè potest, quę ita habent: τοῖς δὲ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, ἕπεται τὰ περὶ κράσεων ὑπομνήματα, καὶ τούτοις ἡ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως πραγματεία, κἀκείνῃ πάλιν ἡ περὶ συνθέσεως φαρμάκων. In quib. cõtinuatũ, & (quod quidem ad docendum, discendumq́; attinet) necessarium librorum ordinem animaduertere possumus hunc: ut medicinæ totius rationalis nostræ ceu fundamenta quædam iaciantur in libris de elementis secundum Hippocratem: post quos, tractationis uicinitate, necessariò tractandum mox de temperaturis sit: ex elementis enim componuntur hæ. rursus quoniam in his, qui tres in totum sunt, de actu, & potestate calidis, frigidis, siccis, humidis tractatur, quorum utrumq; in simplicibus pariter medicamentis inest: non minùs necessaria consequentia quadã, ac sequela, de temperamentis libros, de simplicium medicamentorum facultatibus sequentur statim libri. hisq; ipsis meritò, de componendorum medicamentorum eorundem rationibus annectentur, quòd nõ ineptè, neq; incommodè post simplicium cognitionem, illorum mox compositionem ordine continuo quodam moliamur, quando in rebus pariter alijs omnibus continuata serie, hæc illis deinceps semper sint, locenturq́; simplicibus inquam composita. post quæ demùm Therapeutici quoque libri tractari, legiq́; non incommodè queant. Atq; ita fiet, ut diuersis (quod iam diximus) rationibus, diuersè legendos nobis euoluẽdosq́; proponere possimus authorum libros, non solùm Galeni, cuius etiam ipsius hortatu admonemur, non usque adeò referre, hoc illoue modo legantur, modò diligenti lectione tractentur, uersenturque. Nam & libellos tres de bona corporis habitudine, de optima corporis nostri constitutione, de inæquali intemperatura, quum necessario prioribus duobus de temperamentis affigendi libris essent, quòd eadem utrorumque tractatio, deq; materia omninò eadem sit: licere tamen nobis pro arbitrio nostro, post tertium quoque operis eiusdem librum legisse, neq; à recto ordine nos aberraturos propterea addidit. ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει πράξει τις, inquit in libello de ordine librorum propriorum.

CAP. VI.

Παράκειται δὲ τούτοις τὰ φάρμακα, τοῖς τε ῥύπτουσιν ἰσχυρῶς. In proximo autem sunt medicamenta hæc, vehementer abstergentium.) Vicinitate rerum, & affinitate quadam

fit ut

fit ut erretur, facili alterius in alterum prolapsu: quare attentione maiore opus tunc.

CAP. VII.

οὕτω καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον ἰδία τίς ἐστι θεραπεία. *Et quòd secundũ unumquemq; homi num propria quædam est curatio*) Nullus est, qui ab alio aliqua omnino in parte non differat, uel temperamenti, uel constitutionis totius ratione, ex quo non etiã parte ex aliqua diuersa adhibende curatiō sit huic, quàm illi: quæ differẽtiæ inqrì sciriq;, nisi à rationali medico, nequeant. Atq; hoc est, quòd inter alia quoq; empiricen tollit, ac longè magis methodicen. Quantasuis enim afferant empirici distinctiones ex obseruationibus, nunquam tamen eo perueniunt ad propriã uniuscuiusq; naturam, quod maxime medicum insignẽ facit. Methodici uero ne scire quidem cupiunt, ex ꝓfesso aduersantib. exquisitæ rerũ naturæ cognitioni ꝓpositionibus usi, communitatibusq; illis suis contenti, susis nimis, ac laxis, artemq; tractantes κοινότητων, nõ ἰδιότητων, ut mox dicet.

ἐπειδὴ ἀδύνατον ἐστ. *Quod quoniam fieri haud potest*) Non tantum assumet sibi Rationalis medicus, ut ingredi in abdita, intimaq; naturæ cuiusq; se posse credat, cognoscendæ singulorum temperaturæ in puncto, quod uni Aesculapio licuit: sed proximè semper accedere conabitur, & sæpe accesserit. Empiricus quũ maximè facere idem conetur, non potest: Methodicus non uult, sed nec potest quidem si maxime uelit, duntaxat legibus, ac limitibus suis contentus.

εἰ πολλάκις εἴη θεραπεύοντι τὸν νοσοῦντι. *Si sæpenumero fuerit apud ægrũ.*) Ac tãtò quidem magis, si sanũ quoq; sæpe inuiserit: multoq; etiamnũ magis notos, quàm ignotos curarurus rectè atq; ex methodo sit. Dici enim uix potest, quàm multa nobis innotescant longa aliquorum consuetudine, ac conuersatione usis, eorũ, quæ ad naturam illorum penitius cognoscendam pertineant. Itaq; non modo empiricorũ documentum putandũ hoc, sed etiam Rationaliũ, & dogmaticorũ: quod colligere ex primo Therapeuticorũ ad Glauconẽ libro licet.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου πρὸς τοὺς ἐμπειρικοὺς ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις τις ἡμῖν. *Cæterum de hoc est nobis cum empiricis disceptatio quædam.*) Nos qua ratione inuenimus medicamẽta, eandem habebimus ducem utendis his: empirici alias meritò possunt obseruationes expectare inueniendis, atq; alias utendis, quod artis suæ legibus facturi semper sunt: alia enim symptomatis alijs obseruata notabuntur melius, diuersa diuersis: porrò inuentio & usus diuersa. Quæ ratio pariter ipsa iudicarit diuersa, sed non expectato symptomatũ concursu illo: rectis modis usa inueniet, inuentaq; ad usum adhibebit modis itidem rectis.

Καὶ πάντες ἀκατάληπτον ὁμολογοῦσιν ὑπάρχειν. *Atq; omnes incomprehensibilem fatētur esse.*) Dumtaxat, quæ puncto quodã temperaturæ certo cõsistit: hæc enim ἰδιοσυγκρασία est, abdita, occultaq; illa, & propria maximè cuiusq; natura.

ὑπὸ τῶν ξηροτέρων ὠφεληθήσεται φαρμάκων. *A siccorib. iuuabitur medicamentis.*) Vtiq; replendis carne uisceribus: ita enim accipiendum.

CAP. IX.

ἥτις ἐκτείνεται καὶ ἐπὶ τὰς ἐπιδημίους καταστάσεις. *Quæ ad populares quoq; constitutiones extenditur.*) Ambientis constitutionem tria faciunt: anni tempus, regio, & aeris cæliq; status, per populos, tractumq; aliquem tempore aliquo uigentis, quas hîc ἐπιδημίους καταστάσεις uocauit: ut quum alienis fortè temporibus, æstate ut puta, frigidior ambientis status sentitur, hyeme calidior, aut tepidior: quod nihil aliud est, quàm temporis, lociq; alicuius in circumambiente nos aere cõstitutio, quocunq; anni id tempore, aut in quacunq; factum regione fuerit.

Εἰρήσεται μὲν ἤδη πλεῖον ἐν τοῖς ἐφεξῆς. *Dicetur plenius deinceps.*) Retrò lib. septimo.

Ἐπιτείνειν εἰς τοσοῦτον χρὴ τὰς δυνάμεις τῶν φαρμάκων. *Eatenus intendere medicamentorum facultates opus est.*) Vt siccioribus sicciora reddantur, humidioribus humidiora: eodemq; modo de alijs.

Καὶ τοὺς ὀφθαλμούς. *Et oculos.*) Propter membranas oculorum dictũ, non ꝓpter

P humo-

humores:hac enim ex parte humidi potius sunt:uerùm membranarum maior multo portio,alia super aliam interius collocata, ueluti in tuto humores ue-stiente multoq; etiam magis eadem exposita morbis omnibus: præsertim ue-rò solutæ continuitatis,de qua hoc loco agitur.

Οἷον ἄρα ἐν τῷ συμμέτρῳ τῇ κράσει σώματι, ἢ συμμέτρῳ τῇ κράσει μορίῳ γεγονότος ἕλκους. *Quale vtiq; in mediocris temperamenti corpore, facto in mediocris temperamenti parte, vlcere.*) Vtpote si in carnosa medij temperamenti corporis parte carnea adeo ipsa acceptum fuerit uulnus:tam enim eatenus solum sciendum nobis fu erit,quatenus uulnus exigere ipsum uidebit,tēperamenti medij.Quòd si pars aliqua natura sua siccior,in eodē medij temperamēti corpore soluta cōtinuita te sua fuerit,mēbrana fortè aut cartilago , paulò magis siccabimus:quippe du cto à partis læsæ ipsius natura calculo. Ad hæc q̃ aperta satis sunt, accōmodā-dum est,q̃d hic dicitur,paulò minus aperti.Contingere enim potest,ut in cor-pore iusto humidioris temperamēti exulcerata sit natura siccior pars aliqua: quæ pars si tantò siccior iusto fuerit natura sua, quantò corporis totius tēpera mētū humidius,pcul dubio mediū quoddā,ac mediocre omninò ex hoc tem peramentū parti huic conciliatum esse existimare debebimus : naturali nēpè illius tēperamēto,q̃d siccius esse debuerat,totius tēperamēto humidiore, cō-trariæ facultatis ui,ad temperamentū medium deducto.Perinde igitur tractā dum partis talis eo casu ulcus,ac si in medij tēperamēti corpore medij quoq; tēperamenti particula,caro,pura,ipsa ulcere affecta laboraret.Ad eundē mo-dum,si in corporis totius temperamēto natura humidior pars aliqua, quantò temperamentū totius siccius,tanto humidior ipsa fuerit, redacta ita ad tempe ramētum particula ea,sanando eiusdē ulceri, quantum temperamēti corporis particula requirere uideri possit, tantum siccabimus. Sin excessus qualitatum fiat,neq; temperamentum sequatur ullum ,pro excessu eo tractabuntur rectè, plus,minus ue conuenienter,siccanda ulcera.

Σκοπὸς ἄρα ἐν ἅπασαις ταῖς τοιαύταις ἐπιπλοκαῖς ἔσω σοι τριττός. *Scopus igitur im omni bus huiusmodi complexionibus triplex tibi sit*) Tres pariter recitabuntur de hoc sco pi septimo post libro,conuerso tantum ordine.Qui enim primus hic est,secū-dus ibi numeratur:qui hîc secundus,ibi tertius:qui hic tertius ibi primus.

Οἷον ἐν φλεγμονῇ, καὶ κοιλότης, καὶ ἕλκος, καὶ ῥύπος. *Quemadmodū si phlegmone, & ca uitas,& vlcus, & sordes.*) Sordes nō tanquam affectus,ut phlegmone, ulcusq;, & cauitas,sed tanq; symptoma: sicuti alia quædam sæpe adduntur ut causæ,ca cochymiæ,humorum fluxio,& huiuscemodi.

Τὸν δ' ἐκ τῆς αἱμοῤῥαγίας κίνδυνον ἐπέσχεν. *At ex sanguinis profluuio discrimen compe scuit*) Euitarit,inquit,imminens ex sanguinis fluxione nimia uitæ periculum. quod non alia ratione fit, quàm qua contractior longitudine sua facta , in lętū ampliata dilatatur uena,aut arteria,si per transuersum discindat tota,& cōtra-ctius,qua parte abscissa tota fuit,illius os fit,quod uicenis circum musculis te-gitur quoq; melius tunc,& obturari totum potest, cohibendæ fluxioni. estq; id in uena facile,difficilius in arteria:qua tamē alligata,uinculoq; adstricta, co erceri tutius fluxio queat,si abscissa tota fuerit,ut in sequentibus docebimur à Galeno,libro quincto, inter initia.

Ὅτι καὶ τοῦτ' ἐγχειρήσαντα ἰᾶσθαι, σπασμοὶ τὸ πλεῖστον ἐπονται. *Eo quod si quis cu rare ista aggrediatur, conuulsiones magna ex parte sequentur*) Hippocrates quidem ἐν τῷ ποδὶ ἀγμῶν scribēs,tibię luxationes in pede cū ulcere factas cōsuluit μὴ ἐμβάλλειν, ἀλλ' ἐᾶν τὸ βουλόμενον ἐμβάλλειν τὸν ἰητρὸν:ideò quòd certò periturus sit æger si reposita ossa maneant.paucos enim ex his septimum diem superare solitos. addit: σπασμὸς γὰρ ὁ κτείνων ἐστὶν,inquit.ut nō immeritò Galenus, cōuulsiones se qui consuetas dixerit.

Οὐ γὰρ ταυτόν ἐστιν, ἢ ὡς αἴτιόν τι σκοπεῖν, ἢ ὡς τὴν ὧν ἕνεκα λόγον ἔχον, ἢ ὡς κατεπεῖγον. *Neq; enim idem sit , vel tanquam causam considerasse aliquid, vel tanquam fine quo non rationem obtinens, vel tanquam vrgens.*) Priora enim duo faciendo-

rum

rum ex ordine sunt causæ aut saltem coneausæ: at tertium urgentis necessitatis est, quæ reliqua sæpe omnia anteuertit, etiã iactura aliquorum facta: cuius nihil simile in prioribus.

CAP. X.

Κατὰ μὲν αὐτὴν τοῦ ἕλκους τὴν φύσιν. *Secundum quidem ipsam vlceris naturã.*) Quia enim continuitatis solutio ulcus est, continuum autem quantum: differentiæ quæ sumuntur à quantitate, uel ab ijs, quę in quantitate cõsistunt, ut figura, propriæ ulceris maximè, ac secundum naturam illius, & substantiam fuerint.

Εἰ γὰρ ἅμα τοῖς ἕλκος τῳδέ τινι γεγονέναι μετὰ φλεγμονῆς *Si nanque dixeris uni alicui ulcus factum fuisse cum phlegmone.*) Nam qui unà cum alio quopiam fieri hoc, illud úe dixerit, rem notabit is aliã, non eiusdẽ rei differentias tradet. Febrem dicimus cùm abscessu, aut bubone, aut delirio, planè affectus hos notantes omnes, præter febrem, qui tamen esse sine febre aliquando possunt. Quoniam autẽ febris sine calore esse aliquo non potest, superuacaneum, atque ineptum futurum sit, febrẽ cum calore esse dixisse: quasi esse absque eo ualeat. Quamuis caloris discrimina indicantes, à febris ipsius natura ac substantia desumptas, cũ calore febrẽ dicere possumus, uehementi, miti, mediocri: meliùs tamẽ multò dicturi, ac propriè magis & significantius, si febrẽ dixerimus, uehementẽ, mediocrẽ, mitem.

Καλεῖν ὡς ἂν ἐθέλοι τις, ἔνθα μηδὲν βλάπτηται τὸ πρᾶγμα. *Nominare, ut cuique libitum fuerit, ubi nihil obsit rei.*) Re enim intellecta, in uerborum usu faciles esse debemus, ut ait M. Tullius, lib. de finibus.

Εἰ μέν τοι κοιλότητα βαθεῖαν ἔχει. *Attamen si cauitatem profundam habuerit.*) Atque ex his differentijs, & similibus sumitur indicatio hæc: à positu, & figura, & magnitudine, ac partis natura.

Επικαιροτάτη πρὸς ἔνδειξιν τῆς ἰάσεως. *Omnium maximè opportuna ad medicationis indicationem*) Ex eo quidem conseruatur temperamentum suum parti, quæ natura illius est, multò maximam semper sanandorum ulcerum rationem obtinens, si tantum à medico impedimenta auferantur operanti naturæ. Estque indicatio hæc partium, ut similarium: ut instrumentariarum uerò eæ, quæ modo dictæ fuere. ut in recondita altiùs sinuosi fortè ulceris cauitate, quo loco facienda incisio sit, quum quæritur, indicatio à situ ducetur, & magnitudine, & similibus, instrumentales partes constituentibus.

καὶ τὰ μὲν μεγάλα τῶν ἑλκῶν ὑπὸ μᾶλλον ξηραινόντων θεραπεύεται φαρμάκων. *Atque vlcera quidem magna siccantibus magis medicamentis curabis.*) Nam si ulcus omne qua ulcus, exceptis tamen contusis, siccari postulat, propter rationem in principio libri narratam, collectæ necessario superfluitatis humidæ cuiusdam resiccandę sine dubio, quô collecta maior ea fuerit, quod in maiori semper ulcere fiet, maior simul requiretur siccandi facultas, non solùm ut quantitas maior sit adhibendorum medicamentorum id facientium, sed etiam ut qualitate propria sua, desiccantia magis sint.

IN LIB. IIII. THERAPEVTICES METHODI.

CAP. I.

Το μὲν ἐν συνδέσμῳ γιγνόμενον. *Hoc quidem in ligamento factum.*) Nimirum ἀπόσπασμα, quasi auulsionem dixerimus, quum à partibus, quas ueluti constrictas alligat, auulsum distrahitur ligamentum.

ἀλλ' ἐγχύμωσις. *Enchymosis autẽ*) Fit hęc, quoies missus extra uenas sanguis alicubi in corpore colligitur: difficilis sanè interdum affectus, si paulò altius latitet. Dicitur & ἐγχύμωμα.

Ετέρου τι γένος συνεχείας λύσεως ὑπάρχουσιν. *Diuersum quoddam solutæ continuitatis genus quod sit*) Vt non solùm διαπήδησιν, sed etiam ἀναστόμωσιν comprehendat: quarũ utraque quum sit, non soluitur continuitas, si propriè dicendum sit: sed in ἀναστομώσει, oscula tantùm uenarum adaperta emittunt sanguinem, cõtingua

prius, non continua, quamuis contiguitas illa arcta satis sit: in διαπνεύσει uerò, etiam reliquæ tunicarum partes, dilatatis prius substantiæ totius, sensum nostrum fugientibus, meatibus, laxiores factæ, eundem remittunt uelut exsilien-te: unde διαπήδησις dicta. Cōtiguitas igit̃ utriusq; potius est, quàm cōtinuitas, licet benè arctata à natura, ut propterea iure dici id diuersum solutæ continuitatis genus debeat, iamq; ad conformationis uitium accedere uideatur posse.

ὑπὸ τὸ ποσὸν τῶν μορίων πιπτωκότος. *Quod partium quantitate continetur.*) Fieri enim non potest, ubi erosio est, quin aliquid parti illi substantiæ propriæ decidatur. Itaq; perit unà quoq; magnitudo eius iusta & quantitas: duplicaturq; morbus magnitudinis simul iustæ diminutæ, & solutæ continuitatis.

ἀλλ' ἡ μὴ περιαίρεσις ὅπως γίνεται, πρόδηλον. *Verùm excisio quō fiat, manifestū est.*) Vtpote quæ extrinsecus ab aliquo semp fiat, nunquā corpori spōte sua innascat.

ποιῆσαι δ' εἰ μὴ παρεῖεν, μὴ δύνασθαι. *Facere autem, nisi adsint, nequeunt.*) sic accipiendum, ac si in hunc modum dixisset: Impedimenta hæc si absint, sanitatem tamē ipsam propterea non fecerint, quoniam alia esse oportet, quæ hoc ipsum effectum reddant: temperatura partis, & siccantia. Secus multò, quàm intemperatura, quæ quum adest, utiq; sanationi impedimento ipsa quoq; fuerit: quū abest, sanitatis esse causa potest, ut in cuius locum necessariò temperatura melior succedat, sanitatem factura: quod in impedimentorum aliorum absentia non contingit. Sic fit, ut impedimentorum, quæ ulceris oris adglutinandis intercidunt, absentia sanitatem ulceris nihil promoueat, intemperatura autem promoueat sed quô narrauimus modo. Interpres, quum subobscurum animaduerteret uerborum sensum, officere uertit pro facere.

CAP. II.

διαφορήσεις γὰρ ὃ εἵλκυσας, καταντλῶν ὕδατι πλείω. *Discuties enim quod attraxeris, nimium perfundens.*) Ex Hippocratis ipsius sententia dictum, libro κατ' ἰητρεῖον, μέτρει ον ἢ ὕδωρ καταχύσει, ἐλκαι μετεωρίζομένα, ἤ ... περὶ συμπίπτειν, π αὔξεσθαι.

οἶνος ἢ ὀξύκρατον. *Vinum uel posca.*) Siccandi potestatem in uino ex hoc colligas satis aperte licet: duntaxat sumpto per se, ac solo.

ἐν τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται. *Dicetur in sequentib.*) Decimotertio, & decimoquarto libris.

ὅσον δ' ἐαυτῶν συνῆπται τῇ τῶν ἑλκῶν θεραπείᾳ. *Quantum quidem cōiuncta hac sunt cum ulcerum curatione.*) Quatenus rationem eius sæpe obtinent, sine quo non licet. neq; enim curasse rectè unquam ulcus ullum licebit, cui coniunctus præter naturam humor fuerit ullus, nisi curato prius tumore.

Καὶ δῆλον, ὡς κἀκ τῆς τῶν καμνόντων εὐψυχίας ... *Ac liquet, agroto ad rem hanc utendum quoq; esse bene animato.*) Vt si libens excisionem admiserit, excindatur superfluum: sin minus, prorogetur curatio, medicamentorum usu, quæ, quod nimis excreuerit, sensim demant, paulatim auferendo. καθαιρετικὰ dicuntur. in quo neq; artis, neq; artificis culpa ulla notaue insit, neq; ægroti detrimentorum ullum, & iactura tantummodò temporis fiat.

ὅταν οὖν ὀλίγοντι πλείω, ἤ μὴ πολλῷ φαυλότερον ᾖ. *Quum igitur paulo plus, et nō admodum deterior fuerit.*) Is enim erit, qui uinci possit humorum ad locū affluxus, ut, quod suprà dixerat, nunc explicetur: ἢ νικῆσαι τὴν ἀπ' αὐτῶν βλάβην: Vel nocumentum inde proueniens uincere.

εἴη δ' ἂν τις τῶν ἑλκουμένων μορίων οἰκεῖα τις ἴασις. *Fuerit autem hac ulceratarum partium propria quadā sanatio*) Ideò, quòd partis cuiusq; natura tēperamentum ipsum est, cui restituenda omnino sit pars, ut imbecillitas auferatur: sicuti mox dicetur. Propria igitur curatio, quia temperamenti restitutio, & naturæ, quæ parti unicuiq; maximè propria sunt.

CAP. III.

ὅσα τ' ἄλλα τὰ τοῖς δ' ... ὁμογενῆ. *Et quacūq, alia eiusdem generis cum his sunt.*) Naturam, & temperamentum ex parte quoq; sua faciunt ætas, & consuetudo: ut ambientis temperamentum, cœliq; ipsius statum, regio, anni tempus.

Οσοι χωρὶς ὑφῆς λογικῆς. *Quicunque citra indicationem rationalem*) Quales erant ex dimidio dogmatici quidã, de quibus dictũ nõ semel in precedẽtib⁹.

Μηδεμίαν ἄνευ πείρας εὑρίσκεσθαι δύναμιν *Nullam absque experimento inueniri facultatem*) Sicuti ne illa quidem, quæ à tota substãtia, propriaq;, & occulta qualitate quadam agere dicunt. Hæc enim quoq; experientia sola inuenit, neque ars rationalis aliqua constitui ex inuentis illis potest, ꝑpterea q̃ sciri teneriq; ratio illorum ulla aut natura non satis queat, ignoratis causis, q̃ naturã eam & substantiæ, ꝑprietatem faciunt: at nisi hę comprehensæ teneant omnes, consti tui ratione nixa ars nõ poterit de rebus ullis. Cæterùm medicamẽtorũ facultates ex sapore sæpè exploratos priùs, experiẽtia pariter ipsa ꝑbatas, cõfirmamus, calidas, frigidas, siccas, humidas esse tam actu, q̃ potestate: q̃ quoniã manifestæ qualitates sunt, sciriq;, ac cognosci illarum natura, ratioq; omnis potest, ita fit ut artis pariter rationib. suis constituẽdæ nõ desit in his modus, quamuis experiendo cõpertę, inuẽtæq; sint: hoc ipsum tantùm, calidas, aut frigidas, uel huiusmodi esse, ut deinde ad artis cõstitutionẽ rationib. suis adductę ueniant.

ἐτ' ἢν λογικῶς τ' ἄλλα θεραπεύειν ἔτι, δι' ἐμπειρίας ἅπαντα. *Siue rationabili via curent alia, siue experientia cuncta*) Quorum primũ faciunt, qui ex dimidio dogmatici habent: hi enim quoq;, quum in similarium partiũ morbis symptomatum expectare concursum coguntur, & primitiuę causæ ipsius cogentur: secundum in omnibus morbis facient Empirici.

Γεγονότω γοῦν ἕλκος ἐξ ἀποστήματος. *Factum ergò sit vlcus ex abscessu*) ἐξ ἀποστήματος dixisse uidet, non ꝑpriè abscessum notans, q̃ fit, quoties ex phlegmonoso forte humore aliquo, post suppurationem abscedunt à se partes inuicem: sed defluxum insinuans humorum, ab una in aliam partem depulsorum ac procumbentium, ut hic ex interioribus ad cutim deriuatorũ, quæ alibi ἀποσκήμματα ab authoribus medicis Græcis propriè magis nuncupantur.

Καὶ μὴν ὑπὲρ ἐμένειν ἡ κακοχυμία. *Atqui si succi vitiositas maneret*) Quia paulò ante dixerat: ἄλλον, ὡς ἐκ μοχθηρῶν χυμῶν: manifestũ ex uitiosis succis: ne qs existimet ꝑpter hoc, non ex ijs habendũ esse ulcus, cum quibus affectus malignus nullus coniunctus sit, hoc addidit: futurum utiq; ut à uitioso pariter succo ipso sumeretur indicatio, si remaneret: sed postq; iam abierit ulcere iam facto, non ali ter tractandum ulcus ipsum fore, quàm simplicia tractentur ulcera alia omnia. Neq; enim, quamuis succus uitiosus in causa fuerit, semel tãtùm hoc facto, intemperaturam ulceri propterea conciliarit, uel malitiæ aliquid addiderit, modo discedat statim ex corpore, ut probetur ex hoc, nullam sumi rectè ab ijs, q̃ nondum sint, causis indicationem: ita ne à procatarcticis quidem.

Καὶ τοῦτο διορίζεται τοῦ προφυλακτικοῦ μέρους τῆς τέχνης. *Atq; hoc à præcautrice artis parte discernitur*) De eo intelligit, in quo impedimenta tantùm curationi obstantia dimouẽtur, ut in agglutinandis uulneribus, quum quid intercidit medium oris ulceris, & in carne implendis, quum intemperaturam curamus, similaris partis affectum: cuius planè curatio ulceris ipsius curatio minime est: esset, si solutam continuitatem uniremus, quod tunc non facimus, sed quod uniendæ carni resistit, auferimus tantùm. Itaq; in parte potius præcautricis artis uersari id uidebitur rectè existimanti: quamuis curatio ab omnib. dicatur, ac sanè est, non ulceris tamen, sed intemperaturæ. Cæterùm quoniam curandi ulceris causa omnia tunc fiunt, hactenus dici ulceris quoq; curatio ipsius non iniuria possit: quod usu iam receptum, nec à nobis alijs quidem rejci debebit: ut quum quod factum affectus alicuius fuerit auferimus, curare dicamur, uel si nõ principalis curationis totius scopus is fuerit: quum ne fiat, prohibemus, præcauere.

CAP. IIII.

Μετασυγκρίνοντας τὸ παχὺ μέρος) μετασυγκρίνειν pro robore accepit interpres: nec sanè aliud intendebant methodici hoc ipsum facietes, nẽpè μετασυγκρίνον-

τε. Verum tamen μετασυγκρίνειν uerbum, non solùm hoc, sed roborandi insuper modum quo se robur addere partibus posse Thessalus credebat, insinuare uidetur. Nam quum Asclepiadem authorem sequuti methodici, ex ijs essent, qui similares corporis nostri partes ex meatibus quibusdam exiguis, quos illi πόρους uocabant constare existimabant, atq; ex modice, hoc est συμμέτρως, concretis sanas, ideoq; robustas: ex immodicè autem, nimis puta aut constrictis, aut laxis, ægrotas, inualidasq; reddi arbitrabantur: ualidis faciendis partibus ipsis, ac roborandis meatus hosce ad pristinam symmetriam reducere tentabant. At Thessalus ipse omnem immutandam meatuum constitutionem esse censebat, ex quo natum μετασυγκρίτως nomen. Quamobrem in uerbis Thessali sequentibus νεωτεροποιεῖν est, & μεταβάλλειν, & δυσπάθειαν ἀναιρεῖν: quæ omnia mutationem ostendunt quandam meatuum concretionis, id est μετασυγκρίτως: unde μετασυγκριτικὰ φάρμακα toties in Galeni lectione repetita. Hæc paulò post, ex Galeni pariter ipsius uerbis confirmabuntur multis deinceps uersibus.

ὡς ἐξ ἄλλων μὲν ἡ τῆς ἰάσεως ἔνδειξις, ἐξ ἄλλων δ' ἡ διάγνωσις γίγνεται τῆς διαθέσεως. *Quod ab alio quidem curationis indicatio, ab alijs autē affectionis dignotio fit.*) Ne forte miremur (siquidem huiusmodi est temporis in re medica consideratio) cur tàm frequens in medicorum libris omnibus, tamq; passim de morborum temporib. mentio, ac disputatio fiat: non enim nihil omnino præstat: sed ut ad curandi indicationes non faciat, non parùm intereà dignoscendis affectib. affectuūq; unà ipsorum differentijs multis conferet. Nam ne primitiuę quidem causæ cognitio curationum indicationes suggeret nobis unq; ullas, unde nihilosecius multa nobis innotescent eorum, quæ ad affectionum dignotiones pertinent. Quin Hippocratis præcepto ipsius iubemur, morborum πρόφασιν inquisiuisse semper, à qua quisq; occasione cœperit, quæ ferè procatarcticæ, & primitiuæ causæ sunt, cognoscendis, ut diximus, affectibus accommodæ.

ἀλλ' οὐ πάντως τοῦ γε περὶ τομῆς δεομένου. *Sed non eius qui omnino excisione habiturus opus sit.*) Possit enim, si non admodùm excreuit, discutientibus medicamentis paulatim imminutus tolli tumor: possit paulò quoq; maior factus, si excindi noluerit eum ægrotus, ut dictum prius fuit, carnem dementibus, atq; erodentib⁹ sensim auferri: quæ nō minus ex artis medicæ præceptis fiant omnia. Imò uerò artificiosum id magis sit: καὶ γάρ τοι, καὶ τὸ ἐγχειρότατον ἐστι, τὸ περικόπτειν: μεῖζον δέ γε καὶ τεχνικώτερον ἰᾶσθαι φαρμάκοις. Artificiosius, ait, medicamentis curasse: nā excidisse unicuiq; in promptu sit, ut mox dicetur.

Ἐπίτασις ὅταν δυσκρασίας καὶ ἥδε. *Intemperaturæ intensio quum hæc quoq; fit.*) Neque enim imbecillitatē intemperatura quælibet fecerit, sed intensa auctaq;, ut in præcedentibus dicebatur: αἱ γὰρ ἤδη πλέον ἐκτροπαὶ τῆς δυσκρασίας ἀτονίας εἰσὶν αἴτιοι.

οὕτως Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων ἐγίνωσκον ὑπὲρ νοσημάτων ἰάσεως. *Ita Aristoteles, & Plato sensere de morborū curatione.*) In Charmide Plato ita ait: λέγουσι πού, ὅτι οὐχ οἷόν τε αὐτοὺς μόνους ἐπιχειρεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰᾶσθαι, ἀλλ' ἀναγκαῖον εἴη ἅμα καὶ τὴν κεφαλὴν θεραπεύειν, εἰ μέλλει καὶ τὰ τῶν ὀμμάτων εὖ ἔχειν. καὶ αὖ τὸ τὴν κεφαλὴν οἴεσθαι ἄν ποτε θεραπεῦσαι αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἄνευ ὅλου τοῦ σώματος, πολλὴν ἄνοιαν εἶναι. Quibus uerbis nihil potuit conuenientius dici sententiæ Galenicæ huic.

ὥσπερ καχεξίαν, καὶ οὐ κακοχυμίαν θεραπεύων. *Tanquam uitiosum habitum, non uitiosum succum curans.*) Potest sine succi malitia, mala tamen esse habitudo, ex intēperatura iecoris, uenosiq; generis totius, sine humore aliquo uitioso, uel exiguo certè, qui uociferationibus, & gestationibus, atq; huiusmodi alijs multis queant absumi pauiatim queat: nam maior aliqua succi uitiositas nō queat, pręsertim ulcera cacoethe fouere solita sit.

ὡς οὐκ ἂν ἔτι πυρέξοντα. *Tanquam non ulterius febricitaturus.*) Vt qui febre fortè laborant dici unius ephemera: quos qui febre eiusmodi laborare certò noue-

ris

rit, signis suis cognitos, liberos dimittere ac securos de febre possit, nulla futuræ febris in sequentibus diebus suspitione, finita accessione prima.

οὐ μὴν αὐτό γε τοῦτ' ἔστιν ἡ μέθοδος, ὁμοιότης, καὶ ἀνομοιότης γνῶσις. *Verumenimuerò non hoc ipsum est methodus, similis, ac dissimilis cognitio.*) Exercendæ rectè tractādæq; methodo, ceu instrumentum adhibemus similitudinis rerum, & dissimilitudinis peritiam, quemadmodum inquirendis rerum naturis syllogismum. Ferè autem rerū similitudinibus & dissimilitudinibus nitūtur syllogisticæ propositiones. Neque syllogismus igitur rerum naturę cognitio ipsa est, neq; dissimilis & similis peritia methodus: tametsi utroq; tractādis exercēdisq; illis utamur.

CAP. V.

πλὴν ἂν θλασθῇ. *Præterquā si contusa fuerint.*) Cæsim, pūctimq; facta uulnera siccari semp postulāt: adeoq; in uniuersum omnia, quatenus uulnera, siue ulcera (q perinde accipiēdū est in sermone hoc) nisi si cōtusa fuerint, quæ calidis potius, atq; humidis eguerint, mouendo prius puri, tum deinde & ritè siccabunt. Hac una exceptione utitur Hippocrates: Nec desunt tamen aliæ: ut quū ulceratæ partes intēperatura facta iusto siccior fuerit & squalidior. quo tēpore iubemur à Galeno, inter libri huius principia, tēperatioris aquæ perfusione uti, medicamentaq; adhibere humidiora. Verùm quoniā hoc, nō protinus, ut ulcerata pars fuerit, facere solemus: neq; enim protinus squalens, siccaq; ea redditur, nec in cruentis usu magnopere uenit, ut fiat: uulnera autem contusa, uel cruenta adhuc, ac tum primum inflicta, calidis nihilominus, & humidis fouemus: proptereà potior multò uideri potest exceptio illa alia. ut in qua parùm abest quin uulnus ipsum contusum, qua uulnus, humidum seruemus, certè non siccemus: quod in alio squalentis, & siccę partis dicere nō licebit, ut quā uulnus, humectemus illud, quum manifestò quatenus intemperatura mala affectum curantes faciamus; omnium autem minimè quatenus uulnus: modò antè dictorum à Galeno meminerimus, quo loco in parte uersari nos præcauentis potius artis medicæ dicebat, quum id facimus, quippe tunc tantum impedimenta futuræ iustæ uulneris curationis amoueamus, licet curare dicamur ab omnibus, nosq; ipsi dicamus, minimè tamen exquisito loquendi modo. Ideò regula potius curandi existimanda hæc sit, non exceptio.

καὶ ἡ τετραφαρμάκου δύναμις. *Et tetrapharmaci facultas.*) Quæ ex ceræ, resinæ colophoniæ, picis, seui taurini, æquis portionibus constat.

CAP. VI.

κατὰ μῆκος τοῦ ἀνθρώπου. *Secundum hominis longitudinem.*) Quod κατ' ἴξιν alibi dicitur ab Hippocrate eodem: quamuis κατ' ἴξιν etiā è directo, siue eregione per transuersam corporis partem positum significarit quandoq;. absolutè tamen pronuntiatum κατ' ἴξιν, de positura per corporis longitudinem dictum rectius accipietur. Iubemur igitur hîc per longum facta incisione uti, ne si per trāsuersum ea fiat, multò magis musculorum actiones lædantur discissis transuersim fibris per totum.

οὐδ' αὐτοὶ πρὸς πληθωρικῆς ἐνδεικνύμενοι. *Quæ ne ipsa quidem à plethorico concursu doceantur.*) Quippe qui solam sanguinis missionem indicet, non etiam uacuationem per purgatoria medicamenta.

ἀφωρισμένων τῷ λόγῳ τῶν παιδίων. *Exceptis à sermone pueris.*) Ex Hippocratis sententia dictum, libro quarto de Ratione uictus in morbis acutis: præcipientis, in acutis ægritudinibus, si uehemens morbus sit, & æger ætate floreat, uenam secare ætatis flore, uigoreque ipso, pro uirium robore posito, maxima ex parte ætatem eam comitari solito: atque ita pueri quoque ipsi excipientur, quorum uires licet ualidæ, at nondum florida dici ætas potest, sicuti ne senum quidem. Præstiterit tamen, (ut opinor) uti exceptione Galenica hîc: ut incidendam esse uenam arbitremur semper, ubi uehemens

fuerit

fuerit morbus, & uires ualidę, sola excepta puerili ætate, ad decimum quartũ usq; annum extensa: post quod tempus liceat nobis exactè ac rectam ethodo, modò uirium robur adsit, sanguinem mittere in morbis uehementibus: quod non liceret, si uigentem solummodò ætatem cum morbi magnitudine pro sco po haberemus. Neq; enim adolescentes ita, neq; inclinantis iam ętatis omnes, neq; uerò primi, uel medij etiam senij multos, quãuis morbo sæpe uehementi laborent, ad remedij genus hoc admissuri essemus: quos nihilominus ita laborantes admittimus sæpe utiliter, & misso sanguine sanatos uidemus. Sic fiet ut extremi senij hominum non secemus uenam, quòd eorum uires non satis ualidæ esse uideantur ferendæ sanguinis detractioni: primi uerò, & secundi secemus, quòd ætatis illius multorum robur adhuc magnũ satis sit. Pueris non detrahemus, eò quòd licet ualidæ satis uires sint, at habitudo obstat corporis laxa usq; adeò, ac fluxa, ut fallente sensum euaporatione humorum multa, idem, quod expectari à uenæ sectione posit, præstetur, exinanita plenitudine: ut si hoc non sit in hac pariter ætate, ualitura quandoq; sit mittendi sanguinis indicatio eadem, quæ in alijs. Atq; hoc animaduerso, Arabs medicus Alpharabius in puero annorũ septem, cuius fortè corporis totius habitudinem densiorem, solidioremq;, ac compactam magis uidisset, sanguinem incisa uena detraxisse dicitur. hodieq; natio Hispanica idem facit: puerisq; suis mittunt sanguinem, & scarificatu frequenti ætate eadem utuntur: in adultis uero iterari sæpius uenæ incisionem uideas, multò, quàm nos ex artis nostræ præceptis faceremus, crebrius. quod non alia, (ut puto) ratione faciunt, quàm freti corporum densitate compagine magis solida, quàm multarum aliarum nationum.

τῷδ' ὑπαγωγὴ γαστρὸς, ἢ κάθαρσις. *Huic autem alui subductio, uel purgatio.*) Sed qua humores ex æquo repurgentur omnes: hanc enim in præcedentibus sępè uicariam constituit sectionis uenæ.

Διότι χρὴ τὰ μεγάλα τῶν ἑλκῶν ἢ ῥαφαῖς, ἢ ἐπιδέσεσι συνάγεσθαι. *Causa, propter quã uel suturis ulcera magna, uel ligaturis coniungere opus sit.*) Quæ nulla alia est, quàm quia magnorũ ulcerũ oræ conuenire, coniungiq; simul, ut coalescant, aliter nequeunt, nisi cõsuant, uel obligent. Porrò aũt nõ coniunctæ coalescũt nunquã.

Καὶ ἄλλης τινὸς ἅπτεται τῆς τέχνης μέρους τοῦ περὶ τὴν τῶν χυμῶν. *Aliam quandam attingit artis partem, quæ de humorum curatione est:*) Humorum curationem dixit, siue medicationem, sicuti suprà cacochymiæ curationem dixerat: ut sæpè causarum quoq; morbos facientium curationem, recepto iam ita loquendi modo, dici ostensum fuit: licet morborum ipsorum tantũmodò curatio rectè ac propriè nominetur. Porrò curari humores, & ne morbos faciant aut augeant, tolli nulla alia melius ratione queunt, quàm si de corpore ablati euacuentur: euacuari autem ritè, ac decenter, nisi qua corporis ex parte, supernè, an infernè, reuulsionibus an deriuationibus euacuari debeant, sciatur, non poterunt.

Ἕλκει νεοτρώτῳ παντὶ, πλὴν τοῦ ἐν κοιλίῃ. *Vulneri recens facto omni, præterquam in uentre.*) Membranosæ partes uentris omnes, propè sunt interiores: siue superiorẽ spiritalium partium, siue inferiorẽ naturalium accipiamus: ut corripi phlegmone nõn tàm facilè eas sit, etiam si non admodũ fluat è uulnere sanguis. E diuerso carnosæ partes haud difficulter arripientur, laxæ magis, & spongiosæ, ut in phlegmonosum tumorẽ facilius attollantur, nisi sanguis fluat. Quod si fortè uenarum uentrem intellexit, damnari pariter profluens inde nimis sanguis possit: quippè quem cohibuisse, ne fluat, non sit deinde futurum facile quandoq;, si altius adactum fuerit uulnus.

CAP. VII.

Ἄλλως δ' οὐδὲν κωλύει διδόναι. *Alias nihil prohibet dari.*) Cõcedi, ait, uinũ in ulceribus potest, modò uitet φλεγμονῶν καιρός: phlegmones suspicio uertit interpres. sed hîc καιρός, tẽpus erit nobis, non suspicio: quamuis in futurę quoq; phlegmonę suspicione, quę quo maximè tempore solet accedere, timenda erit, dãdum uinum

uinum nō sit, tantò minus quum adest iam, ne facta augeatur, uiresq; sumat febris maiores. Nam in phlegmones febriumq; inclinationibus, eliciendis melius per urinam humoribus permitti uulneratis uini usum dilutioris, sæpe uidemus.

παρηθημένης οὐκ ὀλίγου τὲ πόματος. *Percolati huc potus non parum.* Monstratū hoc, de placitis Hippocratis & Platonis opere, in fine libri octaui.

ἅμα δὲ μηδὲ βλάπτειν ἕλκη. *Cum eo quòd ne ulceribus quidem obest.*) Detergendi enim facultate pollens mel, iuuerit potius.

ἐνιέναι τε τὸν αὐλίσκον τῆς κλυστῆρος εἰς τὴν ἕδραν ἐπιτηδείως οὐχ οἷόν τε. *Et iniicere clysteris fistulam in eodem commodè non licebit.*) Ideò quòd intestinum rectum paulum ad sinistram deflectat, accommodanda ad id erit fistula.

πῶς οὐχ οἷόν τε καλῶς χρήσασθαι αὐτῷ. *Fieri non posse ut rectè quis utatur eo.*) Nimirum propter anfractus quosdam in partium illatum, & s Græcæ literæ similitudine circuitum.

διότι δὲ σὺν ἐγχυμώσει μὲν πάντως. *Ideò autem, quòd cum endiymosi omnino.*) Neq; enim aliter rupta fient, quæ ita uocatur eo, quòd uenæ semper alicuius in huiusmodi affectibus pars, aut portiuncula aliqua dilaceretur: ex quo enchymoma.

καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ ὀλίγῃ αἰτίᾳ ὑπομιμνήσκει τούτου. *Atq; ob hoc ex qualibet leui causa recurrentia admonēt nos sui.*) Idem propè quod à Plutarcho scribitur in libello de discrimine adulatoris, & amici: ὥσπερ δὲ τὰ ῥήγματα, καὶ τὰ σπάσματα, ὅταν τι κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ, τότε κινεῖται, à Demosthene relatum.

διὰ τοῦτο καὶ ῥᾷον νῦν, ἢ κατ' ἀρχὰς διαφορεῖται. *Quapropter facilius nunc, quàm in principio, discutitur.*) Scilicet ob saniei tenuitatem. Ac uerisimile est, plus inter initia sanguinis effluere ex disruptis circùm uenulis, quàm nunc colligi saniei. Vt ideò minore quoq; negotio digesta consumatur ea sanies.

IN LIB. V. THERAPEVTICAE METHODI.

CAP. I.

Ἀλλὰ τὸ μὲν κοῖλον ἧττον τῶν ἄλλων. *Attamen cauum aliis minus*) Eatenus tantum sic cari postulabit ulcus cauum, ut naturalis excrementi superflua humiditas necessariò siccetur, quæ in sanguine est, non etiam ut sanguinis materia generandæ carni idonea absumatur: quò facilius ulceris impleri cauitas queat.

εἰ δὲ σαρκωτικόν, ξηραίνοντι, καὶ ῥύπτον. *Si verò ut carne impleat, siccās, & abstergens.*) Tenuiori, & humidiori excremēto cōsumendo, siccans: crassiori uerò abstergens. At utrumq; necessariò inerit ulceri tunc excrementum: alterum sanguineæ, & alimentosæ materiæ ceu uehiculum, tenuius: alterū ceu sordes, crassius.

ἐδείξαμεν δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τῶν ἑλκῶν διαφόρους ἐνδείξεις. *Monstrauimus autem differentes quoq; ex ulcerum differentiis indicationes.*) A magnitudine, & à figura sumpta intelligit: tum quæ cæsim, quæ punctim, contusim facta sunt. eæ nanq; propriæ magis quædam erant ulcerum differentiæ, supra libro tertio.

CAP. II.

εἰ δή τις ἀρτηρίαν, ἢ φλέβα βαθεῖαν μεγάλην, αἱμοῤῥαγίαν λαμβάνων ἐπιπίπτει τὸ τραῦμα. *Si cui igitur arteria uulnerata, aut uena magna fuerit, huic cōtinuò sanguinis profluuium superuenit*) Vtiq; si ad cauitatem arteriæ, aut uenæ, & interiorem capacitatem usque inflictum peruenerit uulnus: nam si uulnerata superficies tantummodo fuerit, nemini dubium, non sequuturum profluuium. Quod quum de arteriarū & uenarum ulceribus, quatenus instrumentales partes sunt, (sunt autē ex simplicioribus atq; omniū primis) acturū se dixisset, nō fuit necessariò à Galeno addendū. Docemur aūt in libris de morborū differētiis & caussis: uel certè colligere inde clarè satis possumus, tūc tantū instrumentariè læsas dicēdas esse uenas, eo arterias, quum altius adactum uulnus acceperint, uel etiam quum di-

fiat, ut non omnino preter rationem factum futurum id sit, at incommodè fiet, et inutiliter, neque necessariò: nempe adhibito maiore iam auxilio, & efficaci magis: nec locis illis satis commodè scarificatum laturis.

Post hac trãsfigens hamo attollat, ac modicè contorqueat.) Iubet nos arreptam hamo siue unco uenam, ne manibus elabatur, attollere: hoc enim quoque sanguinem ad inferiora protrudentũ cõtorquere parũ, proximas nimirũ uulneri uenæ partes: cõtortæ emplicant simul, & os uulneris sepiũt ad spatiũ lõgius, quàm si rectè cõprimerent.

Vel totum discindens vas, cohibebis sanguinem) Reddita suprà quoque ratio libro tertio. Præcisæ enim in totum uenæ & arteriæ contrahunt se ad principia: & tum multa obducuntur carne, atque operiuntur, & sepiuntur corporum undique incumbẽtium, ut mox dicetur à Galeno: tùm, (ut quidẽ uisum tunc nobis fuit, ac nunc quoque uidetur) uerisimile est eas cõtractiores lõgitudine sua factas, qua parte capacitatis maioris sunt, & simul discissarũ ora subsidentia cõstringi, reducto ad principia, & ut Galenus ait, radices suas, cũ cõtractione, siue retractione illa, sanguine toto qui continebat.

CAP. IIII.

Fit, quod uocatur aneurysma.) Affectus curatu difficillimus, ἐγχυμώματι simillimus, nisi quod in ruptis & cõuulsis ἐγχύμωμα, in uulneratis ἀνεύρυσμα euenire sẽper solitũ sit: & arteriæ propriũ aneurysma est. uenularũ aũt exiguarũ enchymoma, ut ad sugillata sæpè, & hyposphagmata trãsferat.

Præter meningas.) Liquet ex hoc, μήνιγγας propriè uocari non quasuis, sed cerebri ipsius solùm membranas: in his enim solis ligaturam exercere, qualem Galenus uult, ob locin commoditatem non licebit.

Duris quidem corporibus aloes plus adhibẽdũ.) Quod nõ alia ratione fit, quã quæ mõstrata fuit suprà libro tertio: siccIora siccioríb. natura, sicuti humidioribus minus sicca cõuenire.

Vsus aliis quoque omnibus, quum urserit necessitas.) Propter crustam generantia dictũ, quæ quoniam ualdè damnasse uideri alicui fortasse poterat, monet nos, in necessitate tamen utendum his quoque, ac simul necessarium eorum usum ostendit nobis.

CAP. V.

Influere ergò prohibetur & propter animi deliquium.) Retrahentibus quippe se tunc spiritibus ad præcordia, cumque his sanguine una retrocedente, ac sistente se.

Iuxta quidem hanc rationem frigidã quoque aqua epota.) Nec planè minus Hippocratis quoque authoritate, præcipiẽtis sanguinem undecunque fluit, uel fluxurus est, frigidã circum adhibere, aphorismorum sectione quinta: &c. Quod sicuti forinsecus factum iuuare solet in exterioribus sanguinis profluuiis, ita in interioribus pota frigida iuuerit, iisdem rationibus.

Sicuti neque cauteriis.) Cauteria à medicis omnibus dicũtur, ex candenti, & ignito ferro, aut alia idonea materia: actualia uocant, quòd actu & in præsenti opus id statim præstetur. Alia sunt potẽtialia, potestate idẽ efficiẽtia superinducta crusta. Atque horũ nõnullorũ usu nõ desunt, qui sistere se sanguinem posse confidant profluentem intrinsecus, crustificata uenæ scissura. Atramenti quidem sutorii oleum quod uocant, ui ignea alembici (ut iam uocant chymica instrumenta quędam artificiose) paratam, ad usum hunc datur sæpè ex liquore aliquo, inducendæ intus crustæ alicuius spe: à quo planè remedii genere non multum absunt pastilli mox à Galeno nominandi.

Neque verò affectum totum consideratum relinquere.) Affectus totus est sanguinis fluxio, adstringentibus, & emplasticis egens, plus, minus, pro maiori aut minori fluxione.

CAP.

me medicamentis non nunquam crustæ etiam alicuius superinductione, ad ulcus, uel obducto callo, ut in sequentibus dicetur. ξηρανθέντος, καὶ τυλωθέντος ... πλεῖστοι ζῶσαι τὸν ἄνθρωπον. siccato, & calloso facto ulcere.

Καὶ τὸ χαλεπὸν ἢ ἀδύνατον τῆς ἐν τοῖς τοιούτοις ἰάσεως ... *Ac difficultas uel impossibilitas taliter affectorum curationis est.*) Si uerè, ac propriè affectu eo laborare eos contingat, ut correpti pthisi dici rectè queant, hoc est, ut sequatur ulcus phlegmonē, & plegmonē puris, ac saniei generatio. Quæ si inter initia adhuc ipsius affectus parua, paucaque fuerint, difficilis, & perquam difficilis reddetur curatio: sin magna multaque, ut maius fiat ulcus, proinde maior pariter sequatur saniei, ac puris copia, impossibilis, propter causam à Galeno adductam: quòd ægrè tantū puris reijci tussi (nō enim aliter licet) maius semper faciente ulcus ac ueluti dilacerante, possit: imò si paulò maior sit copia, prorsus nequeat; si minor, aliqua tamē restet, pmouendæ curationis spes, quàmque exigua semp. ad quam rem scribunt deinceps remedia à Galeno hic uaria. Alioqui, nisi hę forent difficultates, puris boni generatio certam nobis semper polliceretur futuræ sanitatis spem. Atque ita pro pthisi laborantibus non habebimus, quibus disrupta fortè in pulmonibus aliqua uena fuerit, priusque phlegmonen contrahat uulnus: horum enim accuratam magis quàm difficilem sanationem esse uidemus. Sanatos à me referre possem uerè unum atque alterum: ab alijs plures. Neque hi igitur pro morbo hoc correptis ritè deputabuntur: neque quibus exulcerata gutturis pulmonumue, superiorum partium præsertim, canna fuerit, quorum curatio tradetur à Galeno paulò pòst: Ac multo sanè minus aliqua alia de causa emaciati, & ἀτροφοῦντες quidam, quos tamē pthoe, & pthisi laborantes dixere Græci authores non incelebres, Aristotelesque adeò ipse: qui Dionysium Siciliæ tyrannum scripserit, quum obsideretur, pthisi laborasse, uictusque sui rationem immutare coactum: quę phthisis nihil aliud erat quàm corporis totius absque pulmonum ulcere, extenuatio. itaque restitutum sanitati deinde fuisse addit, haud difficulter, sola ad pristinam uiuendi rationem reditione. Iam thoracis ulcera ne ipsa quidem pthisim propriè ita dictam fecerint, quamuis propè sint, ut faciant: ea enim triplici de causa potioris cōditionis sunt, quàm pulmonum: quarum una hæc est, secundo loco à Galeno posita. ait enim:

Καὶ ἡ ἔκρους τῆς ἰχῶρος εἰς τὴν ἔσω γίνεται χώραν. *Ac saniei effluxus ad interiorem regionem fit.*) Spatium nimirum inter pulmones & thoracem: ex quo deinde, ut in empyemate fit, facilius expectoretur contentum opus, nec periculum tàm magnum sit dilaniandi ex tussi ulceris dilacerandique, carnosa, siccaque thoracis musculorum in parte facti.

ὧν καὶ αὐτῶν δὴ που ῥῆξις ἐν ταῖς τοιαύταις πλήσεσι γίγνεται. *Quarum quoque ipsarum uidelicet ruptio, in huiusmodi casibus fit.*) πλήσεσι legisse uidetur interpres, quòd Reiectionibus uerterit. At melius, opinor, leget πλήξεσι: quantò quidem ratiocinabilius est, casu, uel percussione aliqua (perinde enim fuerit) quàm expuitionib. aut reiectionibus, tracheæ arterię in pulmonib. aliqd rumpi. Differentia deinde ponit Galenus ualdè notandā illorum, in quibus, manentibus asperis arterijs illæsis omnibus, uas in pulmone ruptum aliquod fuerit. Quum enim ex ruptura ea sanguis in asperas arterias qua parte illarū oscula uenarum in pulmonibus osculis committunt, per συναναστομώσεις transferat, nec facilè id sequat propter osculorū angustiā, grumi sanguinis fient concreti manentis ibi, qui & agglutinationē prhibeant, & putrefactionem ulceris augeant. Sanè medicinam factitantium nō pauci, si rectè secū reuoluat, meminisse poterunt multorū, qui quū primùm guttulas quasdā sanguinis minutiores reiecissent, admixtas sputo, idque paruifacerent, pthisi tandē inde cōfecti perierunt: sicuti aliorū quorundā, qui nullo prsus cruēto quicque sputo, affectū tamē eundē incurrerunt, ex distutinis, ut credi par est, defluxionibus, salsilaginosis psertim, correpta, affectaque pulmonis tantùm carne, uenis, arterijsque tùm læuibus tùm asperis intertexta,

texta, quod παρέγχυμα uisceris illius est. Atque horum non meminit hoc loco Galenus: quia loco de phthisi solum post sanguinis, uel crueti sputi alicuius reiectionem facta agitur: at colligi animaduertique ex libro de locis affectis quatro manifeste satis poterit, quod ad illos pertineat.

CAP. IX.

Μηδ᾽ ὑπὸ τῆς κινήσεως αὐτοῦ ἐμποδιζόμενα. *Nihil ab illius motu impedita.*) Vt pariter arguat motum pulmonum in causa nō esse difficilis in his, aut nullius quoque saepius sanationis: quod tamen superiores Galeno aetate medici existimauere, neque ipse ex toto reijcere eam uisus est infra, quum praeter dictas difficillimae ulcerum in pulmone curationis, causas alia insuper colligit, ita scribens καὶ ὅτι κινεῖται κατὰ τὰς ἀναπνοάς.

τὸ διὰ τῆς κασίας. *Medicamentum diacasias.*) Diaspermaton non pastillus, sed malagma, casiam p̄ter alia recipit sine dubio ueterū Graecorum illā, ut eius modi diacasia quoque possit. Sed ex Nicolao quoque peti diacasias poterit.

CAP. X.

Ἔτι τε τῆς ἀνθηρᾶς. *Item anihera.*) Alij ἀθήρας legūt, quum potior lectio ἀνθηρᾶς sit, qua cōpositio significat Paulo, authoribusque alijs ad oris ulcera comendata.

CAP. XI.

Οὔτε γὰρ τῆς πλησίον τῆς γαστρὸς ἐπαναβῆναι δύναται τὸ διὰ τῆς ἕδρας ἐνιεμένον. *Neque enim ad propinqua uentriculo ascendere potest, iniectum per sedem.*) Ita quidem, ut usum praestet ex iniectione ea, quem quaerimus, atque expectamus: nam alioqui clysteres uomitū reiectos fuisse aliquando, & scripsit ipsemet de sympto[matum] causis libro tertio, & nos uidimus. Subire igitur clysteres eousque, haud poterunt curando quidem ulceri, etiam si subeant aliquando, praeter naturam omninò tamen. Quare ad usum hic praescriptum nemo sanae mentis iniecerit.

CAP. XII.

Δροσοειδῶς παραρρέοντος εἰς τὴν ἀρτηρίαν, καὶ παρηθουμένου. *Roris cuiusdam more ... te in arteriam, ac percolato.*) Qua supra quoque dictū ratione fuit, atque ex de ... tis Hippocratis, & Platonis libro octauo legi potest scilicet, quidnam q... potus particulā, ad asperae arteriae tunicas trāsfusam, percolatāque del... parietem, aut murum: non facile tussim excitaturam, nisi medium arteriae ... cupet, uel copiose nimis inferatur.

Καὶ κεχρῆσθαι τῷ γάλακτι, θαυμαστήν τινὰ δύναμιν ὄντως ἔχοντι, καὶ οὐ μάτην ἐπαινουμένῳ. *lactis usus est, admirandam quandam facultatem uere habente, nec frustra commendato.*) Lac omne pthisicis utile, ut in quo & abstergendi ulceris uis insit ... sae partis beneficio, & agglutinandi, caseosa & nutriendi substantiae to... tione: tantò magis, si accommoda ad rem animantis fuerit, ut hominis, & ... hominem, asinae: magisque etiamnum si idoneè ad usum hunc ex pascuis ... salubribus, qualem nobis Tabiarum locum coloribus suis depingit Galenus, petierimus: aut, si non hoc semper habere liceat, quàm simillimum p... te mus eligamus. Modò impedimenta absint, lac dare ita affectis, quamuis alias ... laturum maximè esset, prohibitura, ab Hippocrate ipso Aphorismorum se... ctione quinta enumerata. Quae si magna fuerit, utique cessandum erit ab ex... hibitione lactis, donec cessent ipsa, uel mitigentur saltem, quod futu... fit. Neque enim si magna, & putredinosa affectui huic coniuncta fuerit ... dabimus: dabimus, si febricula aliqua. non si cita nimis aluus, sed si modicè. nō si ingens à capite distillationis fluxio ingruat: in parua non desistemus. & ... iusmodi alijs quibusdam: quibus accommodanda eadem erit ratio cum ... semper, plus nos ita reportaturos iuuamenti, si ista fiant & nocumenti maioris timore, si non fiant.

ὥσπερ

εὔρῳ, καὶ ἀπηλιώτῃ, καὶ βορρᾷ. *Euro & subsolano, & borea.*) Venti, qui ab oriẽte omnes spirant: ab ortu brumali Eurus, ab æquinoctiali subsolanus, à solstitiali, siue æstiuo Boreas, uel paulò etiam supra: is enim inter septentrionem, & solstitialem exortũ flare dicitur: quemadmodum à septentrione ipso Aquilo.

οὔτε λίμνη τίς ἐγγὺς οὔθ' ἕλος. *Neq; stagnum aliquod prope, neq; palus.*) λίμνη stagnantis est aquæ semper, inde stagnum Latinis dictum, sed aquæ tamen semper alicuius: ἕλος autem, siue palus stagnantem eodem quoq; modo aquam habuerit, sed quæ siccetur tota interdum, æstatis præcipuè caloribus.

Εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς εὐκράτοις τῆς ὅλης οἰκουμένης ὁ λόφος ὑπάρχει, καθάπερ ὁ κατὰ τὰς ταβίας. *Quòd si in attemperatis orbis totius locis collis sit, quemadmodum is qui in Tabijs*) Vel exactè temperata ad usum hunc perquirenda loca, uel prope temperamẽtum: Et si nanq; in eodem prorsus parallelo non reponãtur Tabiæ, in quo Hippocratis patria Cos insula, quam Galenus alibi exquisitè attemperati esse loci dixit: non ualdè tamen abest. Quin liber interdum & alibi gentium comparasse sibi ex arte, quoad eius fieri posset, tale aliquid commodè ad usus hos.

ᾧ δὲ ἰσχυρῶς χρῆσθαι γάλακτι πάντι. *Vt lacte omni uti queamus.*) Tenui quidẽ & asinino, quum detergere magis opus habituri sumus, aut sicubi in corpore obstructionis fortè alicuius suspicio suberit: crasso, ut bubulo, quũ nutrire potius uoluerimus, & agglutinandum magis fuerit: medio inter hæc, & caprillo, quum in media omnia fuerint, & neq; humani, neq; asinini ad manus copia erit. In Germania quidem caprini in huiusmodi affectibus frequens admodum usus: asinini nullus, quoniam asinę nullæ uel perquam raræ.

Κἀγὼ ἀποδέχομαι τὴν γνώμην αὐτῶν. *Illorumq; ego sententiam admitto.*) Eadem repetentur septimo deinde libro.

CAP. XIII.

κλύσματι δὲ δριμεῖ κελεύσας χρήσασθαι. *Cæterum mãdans, ut clystere uteretur acri.*) Acer clyster, & crurum, manuumq; frictio cum ligatura non solùm ad auersionem distillationis impetus, sed etiam sanguinis reiectionem faciebant: medicamentum uerò ex palumbium stercore, capiti impositum, cum hoc præstare idem, tum distillationis desiccare atq; absumere multum potuit.

ὡρῶν δὲ μεταξὺ τριῶν γενομένων, εἰς τὸ βαλανεῖον ἤγαγον. *Interpositis verò horis tribus in balneum duxi.*) Hoc quoq; enim (sedato præsertim ex parte spatio trium horarum, fluentium humorum impetu) cum partem eorum reliquam reuellet, reuulsione, & retractione ab interioribus, ad exteriora facta: tùm partem etiam consumet, apertis cutaneis meatibus, extrinsecus de corporis habitu totius euocatam.

ἐκ τε τῆς ἀναπνοῆς ἅμα, ἐκ τε τοῦ ψόφου τῆς γενομένης ἅπαξ τοῦ βηχός. *Cum ex respirationis specie, tum ex sonitu exorta semel tussis.*) Respirationem fuisse, qualis repletis asperis arterijs esse solet, uerisimile est: densiorem nimirum iusto, nec maiorem tamen multò. sonitus autem auditur tunc tussiendo cum raucitate grauior, uelut eluctantis cum humore per uias eas flatus.

οὐ μὴν συνεπραξάμην εἰς τοῦτο κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν. *Neq; tamen facere ad hoc quicquã conatus sum secunda die.*) Non se pulmonis purgationem iuuisse dicit, quem nihilominus purgationis egere animaduertisset, siue imbecillitatem mulierculę ueritus fuerit, ex quatridui inedia, quæ purgatorij medicamenti uim ferre nõ posset, siue phlegmones suspitionem etiamnum perstantis, siue rebellẽ adhuc purgationi materiam, siue cuncta hæc fortasse. nam pulmonis purgationẽ per eclegmata, eam uerò quocunq; tempore moliri possumus.

τοῦτον δὲ ὡς μέλιτος ἑψημένου συχνοῦ. *Hanc exhibito cocto melle multo.*) Cocto, ut in quo & flatulentię minus insit, & detergendi dissecandiq; uirium plus: multo autem ut nutriret pluseulum, quum alias coctum quoq; alimenti plus exhibeat, sicut crudum plus proritat aluum.

τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου, ἀκμαίας κατὰ τὴν ἡλικίαν. *Medicamenti ex uiperis, ætate uigentis.*) Plus nanque siccat hoc, quo ægrota adhuc indigebat: & somni minus conciliat, & crassum facit minus: quorũ utrumque cõueniebat illi. Neque aut somno, aut crassum faciente aliquo opus iam habere uideri poterat, uel non tantum certè, quantum antea, in paulò uehementiore distillatione.

Σὺν χρηστῷ μέλιτι προσέδωκα. *Cum bono melle exhibui.*) χρηστὸν μέλι quid sit? bonum mel, nisi coctum intelligat, ex causis modò dictis. Et sunt tamen mellis bonitatis notæ, septimo deinceps libro relatæ à Galeno. Interpres συχνὸν uidetur habuisse in suo.

Καὶ περιπάτοις, καὶ ἀλουσίαις. *Et deambulationibus, & lauandi abstinentia.*) Ne impediatur exiccatio; hoc fit, cum catarrhi defluentis, tum ulceris insuper ipsius tam necessaria. humectat enim balneum, dulcis præsertim aquę, cuiusmodi lauationẽ hac in parte intelligimus. Alioqui reficientibus se à morbo, & in ana leptice medicinæ parte, potius fortasse partes ferret dulcis aquæ balneum.

ἐπέθηκα παντὶ τῷ θώρακι τὴν διὰ τῆς θαψίας κηρωτήν. *Imposui thoraci toti ceratum ex Thapsia.*) Hippocratis præceptum sequutus hoc fecit, mandantis ut morbi cuiusque occasionem, & originem, quam ille πρόφασιν appellat, inuestigatam quæramus semper: quæ quum hoc casu partium respirationi inseruientium refrigeratio esset, merito impositum Thoraci à Galeno fuisse uideri potest ceratum, quod ex Thapsia conficitur benè excalfaciens.

ὑπνοποιοῦν τε γὰρ δὴ, καὶ ἀνώδυνον, καὶ ξηραντικόν. *Soporiferum enim est, & dolorẽ sedans, & desiccans.*) Petatur ex authoribus diaspermaton cõpositio, & uidebitur esse: ut in qua opij portio sua insit, cuncta hæc facile præstans, tũ uerò ad hæc quæ resiccent alia quædam. Diaspermatum hic dico pastillum, non malagma.

CAP. XIIII.

ὡς μήτ' ἐπινέμεσθαι, μήτε μεῖζον γίγνεσθαι. ξηρανθὲν δὲ, καὶ τυλωθὲν ἐπιτρέψαι χρόνῳ πλείονι ζῆσαι τὸν ἄνθρωπον. *Vt neque depascatur neque maius fiat ulcus: Siccatũ uerò & callo obductum, uiuere longiori tẽpore hominẽ permittat.*) Aliquot scio quos referre possem, nec dubito quin alij alios sciant, qui post certa exulcerati pulmonis signa, notasque omnes annis deinde aliquot superuixere, actionibus suis functi utcunque, dubia tamen ualetudine eorum plures, & infirma, atque ad minima quæque errata detegente se noxa: quibus uulgo medicorum inducta ulceri crusta protrahi uitam dicimus: sane non abs ratione: melius tamen dicturi atque existimaturi, si Galeni hîc more loquentes, benè resiccato, & obdurato ulcere callo, fieri id diceremus. Mulieris quidem historia est fumariam exercentis, quam annos nescio quot, ignis cui assistere perpetuò ex arte sua cogeretur egregiè siccãtis, beneficio, uixisse referunt. Itaque qui Tabias nõ habẽt, ad quas se conferãt, habere correctũ igne quoquomodo aerem poterunt: qui si ex resinosarum præterea arborum lignis succendatur, utique facturus melius ad rẽ hãc sit, quãdo inter pinos quoque, piceasque, & abietes domicilia parasse sic affectis utilissimum esse prodiderint non postremi nominis medici.

Μόνοι δὲ ἀνιάτως διακεῖσθαι μοι δοκοῦσι, τῶν ἕλκος ἐν πνεύμονι ἐχόντων, οἱ διά κακοχυμίαν τινὰ ἀναβρωθὲν ἔχοντες. *Soli immedicabiliter affecti videntur mihi, habentium in pulmone ulcus, qui à uitioso humore aliquo erosum id retinent.*) Et cruoris insuper nonnihil expuerint, subintelligendum. De sanguinis nanque reiectionibus agitur à Galeno hic, atque ex cõsequenti de ijs, qui ex sanguinis sputo contabescunt, cum aliter, tum facto in pulmonibus à uitiositate, ulcere: pauloque post addet, tussientium multos, cum humorum huiusmodi prauitate, qui sese ante sanguinis expuitionem curationi commisissent, sanatos à se fuisse. Vt necessario propterea de pereuntibus cum sanguinis sputo, ex tabe, intelligenda ueniant quæ hîc dicuntur. Cæterùm quosdã ipse enumerat lib. quarti de locis affectis in fine, ablatis etiã illorũ historijs, qui quãuis producta alij alijs plus minus uita, tabe tamẽ pthisique cõfecti mortui tãdẽ sunt: licet nihil cruoris excreassent unquã: sic enim

addit

addit: ὁ μὴν αἱμαγωγὸς ἐκ τούτων ἐπλέον. Quorum hic non meminit: neq; enim locus dicendi de his proprius.

ἱκανὸν δ' ὠφελῆσαι καὶ τὸ χωρὶς κόμμεως. *Satis autē inuenit vel absq; gūmi.*) Imò plus detraxerit & scāmonium flauæ bilis, & pituitosæ, serosæq; materiæ colocynthis, sed non tam fortasse commodè, neq; tam absq; ullo discrimine: quādo his ceu frænum additum fuisse gummi uideri posit, quo uis illa purgatoria nimium interdum effrænis emendata coerceretur. Apparet, pilulas has non ualdè dissimiles esse officinarum ijs, quæ aureæ dicuntur.

ὕστερον δ' ἂν δεήσῃ, καὶ τοῖς τὰ μέλανα καθαίρουσι χρῆσθαι. *Postmodū verò nigram quoque bilem purgantibus utare, si opus esse videbitur.*) Quoniam descriptæ iam pilulæ nihil habēt, quo bilis atra deijciatur, propterea dixit: contingere autem potest ut humorum simul omnium uitium sit, qui repurgari simul quoq; postulent: potest & seorsum id fieri, ac fortasse felicius, eò quod difficilius nigra corpori detrahātur, ac serius, ut purgationum sæpè tempora nō conueniant. Hoc ipsum sequutum Galenum crediderim, postremā iussisse fieri nigræ bilis purgationem per se, separatimq;.

Καὶ περιπάτοις, καὶ λουτροῖς. *Et deambulationibus, & lauationibus.*) Prius in curatione mulieris quæ ex distillatione à capite uehementiore sanguinem reiectauerat, inter alia, lauandi abstinentiam præceperat Galenus, propter causam à nobis tunc allatam: ne reficcationi ulceris necessariæ obstaret balneum, & agglutinationi humefaciendo nimis. Nunc autem eos curans, qui tussiunt quidem, sed nondum sanguinis quicq; reiecerunt, proinde ne ulcere quidem laborent, nihil horum ueritus, balneum quoq; consulit, optime facturum: quippe quo, si qua alia re dispersa per corporis habitum molemque succorum prauitas correcta attemperetur, simul & euocata bona ex parte, rarefactis balnei usu cutis meatibus discutiatur.

ἐν τοῖς μάλιστα δέονται τοῦ γάλακτος. *Iis sunt qui maximè lacte opus habent.*) Propter ἐπίκρασιν. Nam quum optimi per omnia fucci ab omnibus deputetur lac, alimentumq; semper optimum corporibus exhibeat, succorum uitiositati corrigendæ, atq; ad temperiem deducendæ, quo hi egere inprimis uidentur, conuenientissimum habebitur, quæ ἐπίκρασις est: quoties uidelicet humorū corruptela, succi melioris cibis attemperatior facta, ita ordine naturæ partim restituit partim quoq; non restituta euacuatur de corpore, quod hic pariter faciendum esse monet, repetita modò purgatione, modò uenæ quoq; sectione, hic enim fit ἐπικερασικὸς maximè τρόπος τις.

CAP. XV.

Μακρὸς ὁ θάνατος αὐτοῖς τοῖς κάμνουσι γιγνώσκεται. *Longa mors ægrotis ipsis parabitur.*) Tunc enim perire, ac mortem incipere suam uerissimè dicentur ægroti, quum artificis medici negligentia aut imperitia, omissa rei benè gerendæ occasione, ac posthabitis remedijs efficacibus, ac magnis quidem illis sed quibus sanitatē recuperare suam certò poterant, pro hoc mortis certæ initia incurrunt, quod longum satis interdum tempus est.

Καὶ συν αὐτοῖς ὁ ἀφορισμὸς ἐστὶ. *Cumq; illis Aphorismus iste.*) Qui sectionis primæ sextus numeratur.

Τοιοῦτος γοῦν καὶ ὁ τῷ μακεδονικῷ φαρμάκῳ χρώμενος. *Talis igitur etiam erat qui Macedonico medicamento utebatur.*) Constat ex ceræ, resinæ colophoniæ, picis, seui taurini, lachryma thuris paribus portionibus.

τὸ γὰρ τοι διὰ χάρτου κεκαυμένου. *Nam medicamentum ex charta combusta.*) Petendum ex Pauli libro septimo, capite tertio decimo: & κατὰ γένος, quinto libro.

ὅσα δ' ἄνικμα τῶν τοιούτων ἑλκῶν ἐστὶ, καὶ πρόσφατα. *Quæcunq; verò ex huiusmodi ulceribus sine humore sunt, & recentia.*) Sine humorum fluxione intelligendum, qui ex reliquo corpore uel toto, uel parte illius aliquā affluant ad ulcus, ut interea tamen ulcera excrementi humiditatem retineant naturalis ac necessarij,

de quo in superioribus dictum fuit satis. Eodem sensu mox dicet. καὶ τὰ ἴδια ξηρὰ: sicca uidelicet affluxu humorum superuacaneorum nullo. Et deinde: εἰ δ' ὑγρότερα τύχοι: sin humidiora fuerint, nimirum humiditatibus superfluis affluentibus ad locum, uel genitis etiam ibidem quandoque ex incuria, aut errore.

IN LIB. VI. THERAPEVTICES METHODI.

CAP. I.

Νεύρῳ μὲν τοι, καὶ ἀρτηρίᾳ, καὶ φλεβί. *At in neruo, & arteria, & vena*) Superiore statim uersu, κατὰ δὲ τὰς νευρώδεις ἶνας, σπάσμα, dixerat: in neruosis fibris factam continuitatis solutionem, nomen habere σπάσμα. idem, quod suprà in principio libri tertij: νευρώδους δ' ἐν τῷ σπάσματι: neruosa uerò, nempe particula in spasmate. At hic nullum haberi solutę in neruo, aut arteria, aut uena cõtinuitatis nomen ait: aliud omnino esse insinuans neruosas fibras, & aliud neruum: qua quidem ratione ea differunt, quòd neruus partem nobis instrumentariã totam significat, quæ ex primo partium illarum genere sit, motus, sensusq́ue instrumentũ & organum: neruosæ autem fibræ partis huius particulas indicant similares, ex quibus componitur: tum quarum continuitate seu solutarum spasma nomen habendum sit, ut similaris tantùm partis: nerui uerò, ut organicæ & instrumentariæ, nullum. Scimus autem solutæ continuitatis morbum similaribus æque, ac dissimilaribus partibus communem esse, quamuis non omnia proprium sortita nomen suum sint. Cæterum σπασμός, spasmus, siue conuulsio, deprauati motus symptoma potius est, conformationis, siue figuræ morbum sequens, infarctis quippè neruorum meatibus, non autem solutã cõtinuitatem.

CAP. II.

Εἰ μὲν εὐελκὴς ἦν. & mox: εἰ δὲ δυσελκὴς ἦν. *Si quidem ex ijs fuerit, qui facilè ulcera ferunt. &: sin ex ijs, qui non facile.*) Facilè ulcera ferre dicentur, & εὐελκεῖς quidam esse, quibus uulnera in corpore accepta, aut suborta fortè ulcera, non magno sæpe negotio sanantur, nec phlegmones affectu ullo sequuto, nec malignitate alia aliqua suborta: quibus quæ contigerint uulneratis, aut ulceratis, ij δυσελκεῖς rectè nominabuntur, magnum est enim cum in alijs multis, hoc potissimum in genere, hominum multorum inter se discrimen. Sicuti alij quidam parte corporis aliqua percussionem passi febricitabunt, ac phlegmone partis laborabunt, uel sæpe bubone insuper corripientur: alij nihil horum percussi sentient, quod de seipso memorat Galenus, libro quincto de tuenda sanitate, inter initia. Nec cuique dubium esse debet, quin successum in his bonum, & sanationis facilitatem succorum in corpore bonitati, & medio critati referre acceptam oporteat: contrarium uerò malitiæ & nimietati. Porrò reduci differẽtia hæc ad eã rectè posse uidebitur, quæ de corporis nostri, uel partium eius εὐαισθησίας, & δυσαισθησίας est: sic tamen, ut quoquomodo ediuerso δυσαίσθητοι nobis futuri sint εὐελκεῖς illi significationibus suis, & εὐαίσθητοι δυσελκεῖς: quòd hi ex facili, atq; exquisito nimis sensu non facile uulnera, aut ulcera ferant: illi uerò ex paulò magis obtuso, facilè.

Ἀλλὰ καὶ τὸν σύμπαντα τῆς θεραπείας τρόπον. *Verum etiam uniuersum curationis modum.*) De parte medicinæ aliqua intelligendum, accipiendumq́ue hoc: licere nobis meliora medicamẽta inuenire quam ueterũ illa sint: nõ autẽ id solùm, sed etiam totam atque uniuersam curationis, partis duntaxat illius, rationẽ im-

immutasse in melius, non autem uniuersam medicinæ totius rationalis nostræ ac ueræ methodicæ & Hippocraticæ, quam Galenus passim in libris suis omnium optimam prædicet: Nisi si tamen cœlitus nobis demissæ herbarum, lapidumque, & metallorum, metallicorumque, ac partium animalium omnium, quę à tota rei substantia, secretaque proprietate quadam exeunt, diuinitus rebus omnibus concessę potestates, aperirentur nobis: sic enim certè ex dono Deûm mirifici medici futuri essemus, meliores quàm methodici, quàm empirici, adeoque quàm rationales, & dogmatici, qui nunc sumus. Ceterùm non hoc uoluit Galenus hîc: illud uoluit, quod dixi: posse unum aliquem in una aliqua medicinæ parte, & medicamenta meliora, & meliorem curandæ partis illius uniuersum reperire modum. Quod exemplo suo probet de neruis, quorũ curatio, quod ad solutam illorum unitatem pertinet, quum diuersa quædam ante tẽpora sua esset, ipse potiorem inuenerit, & medicamenta ad eam potiora: quę quibus inuenta à se fuerint rationibus explicatur, & successus afferuntur, experimentis comprobati, exempla, atque historiæ.

Εἰ δὲ δὶς αὐτὴν ἢ τρὶς ἐκπλύνειας, ἄμεινον ἐργάσῃ τὸ φάρμακον. *Quòd si bis illam, uel ter laueris, melius reddes medicamentum.*) Minus quippè igneæ qualitatis retinens toties lota calce, ac proinde minus quoque multò phlegmonem excitaturum, aut intemperaturam parti conciliaturum nimis calidam. nam eadem ratione supra sulfur pariter damnasse uideri potest, ignem expertum, ut in quo ignis aut igneę facultatis plus insit, quàm in rudi.

Τοῖς δὲ τὴν κεραμίων ὑγρὰ, καὶ ἡ φρυκτὴ καλῶς ἂν μιχθείη. *Et uasorum humida & frixa rectè miscebuntur.*) Subintelligẽdum πίττν, pix, quam modò dixerat addi ipsam cum terebinthina ceræ debere in medicamenti διὰ εὐφορβίου compositione, & bifariam etiam nũc seruatur, humidior altera, in uasis dolijsque frixa altera. Hæc est pix tum humida, tũ sicca, πίττα, siue πίσσα, ut Dioscorides nominat, fitque eodem autore: nec sanè aliter hodie pinguissimis pini piceæque lignis, ignis adhibiti ui & artificio: non autem resina, quę ex arboribus ijsdem, uelutí aliæ multę ex alijs, sponte sæpè sua exudant. quamuis harum similiter; aliæ humidæ, siccæ aliæ sint.

CAP. III.

Πολλάκις ὕδατι χρηστῷ πεπλυμένην ὥρᾳ θέρους. *Sepius ex aqua bona elota æstatis tempore.*) Magnam semper adhiberi uideas curam à Galeno medicamentorum omnium delectui, & compositioni. Calx eluatur uult aqua proba, ne si mala fuerit, malitia ea calci inter lauandum impacta hæreat. Aestate porrò id fiat, ut in partes calcis omnis ablutio perueniat, eluendæ melius acrimoniæ omni, caloris insuper ambientis beneficio dissipatæ.

Ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ ἄλλης τινὸς οὐσῶν. *Magisque adhuc, si alterius cuiuslibet.*) Quô quidem resinæ reliquæ omnes, terebinthina calidæ magis, & acres sunt.

Κἄπειτα χλιάνας ἐφ' ὕδατος θερμοῦ. *Postea super calida aqua tepefactis.*) Quotusquisque hoc faceret, nostri temporis chirurgicen tractantium, ut non modò in duplici uase non grauaretur concalfacere semper, quę impositurus uulneratis neruis esset, medicamenta, uerum etiam super aqua idem faciat calida, idest ex calidæ aquæ uapore calefaciat: sic enim accipio. quo ferè modo elixanda quoque poma interdum consulit, ad esum, libro secundo de Alimentorum facultatibus, his uerbis: ἢ κατὰ θερμὴν σποδιὰν ὀπτηθέντα, συμμίξας, ἢ ἐφ' ὕδατος ζέοντος ἀτμῷ καλῶς ἑψηθέντα.

Καὶ τῇ κυριωτάτῃ τῶν ἀρχῶν συνεχές. *Et principiorum maximè præcipuo continua.*) Principia medicis corporis nostri tria sunt, cor, cerebrum, iecur: primatũ inter hæc cerebro tribuit hoc loco, ut in quo inhabitare alibi demonstrarit principẽ animæ nostræ totius partem, intelligendi, & sentiendi, quas ἡγεμονικὰς propterea uocamus. In neruorum igitur curatione, qui cerebro continui sunt, ma-

xima habenda ſemper, atq; imprimis cerebri conſideratio, quia principalis maximè pars eſt, & conuulſionem extemplò factura, ſi trahatur in conſenſum.

Εἰ δὲ καὶ τῶν εἰς μῦς καθηκόντων ἦν, καὶ σπασμὸν ἐπεκαλεῖτο ῥᾳδίως. *Sin ex ijs fuerit, qui ad muſculos perueniunt, conuulſionem quoque accerſeret facile.*) Nempè ſi ex maioribus illis fuerit, qui motum ferè cient. Nam quibus ſentiendi tantummodò facultas delegata eſt, ij uulnerati incommodum illud non afferent: ut ſenſoriorum multorum ſunt, oculorum, aurium, linguæ, & alij quidam: tum qui ad cutim ipſam deriuantur.

Ἀφεῖλον δὲ καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ χάσας τὴν φλέβα. *Detraxi uerò ſanguinem illi etiã ſcarificata uena.*) Quam, cuius ue partis, non dixit. Dubitari etiam poteſt, cuiuſmodi ſcarificatus fuerit illius temporis medicis uſitatus: inciſurisne per cutim factis, modò in ſuperficie, modò altius adactis, an affixa, ut hodie ſæpè, cucurbitula prius, factaq; demum ita inciſione quoq;. De parte, quoniam prima ſtatim die factum id fuiſſe ſcribit, certum eſſe debet, non eiuſdem brachij fuiſſe, ſed cõparis alterius: ut quum in carpo factum fuiſſet uulnus, oppoſiti brachij locus idem ſumeretur ad ſcarificandum, quò melior, maiorq; fieret humorum à loco læſo retractio. Nec puto affigi parti ſcarificãdæ ſolitam tunc fuiſſe prius cucurbitulam: ideò quòd in libello de his ſeorſim utriuſq; mentionem faciat, nec coniungi ſolitas ſcribat: facturus, ſcripturusq; (ut ego quidem exiſtimo) ſi fieri tũc tẽporis conſueſſet. Nec mirum ſi excarnis pars carpus acciperetur ad ſcarificandum, poſtquam idem in malleolis fieri ſolitum fuiſſe legamus, nõ minus excarnibus, ita tamen, ut non inciderentur multum propter tendones, & neruos: ac ſcarificari nihilominus uenæ aliquæ poſſent.

Γέγραπται δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ φαρμάκων συνθέσεως. *Scriptum autem eſt in primo de medicamentorum compoſitione*) κατὰ γένη, non κατὰ τόπους.

Ἢ τὸ ἡμέτερον, ἰσχυρότερον ἁπάντων αὐτῶν ὑπάρχοντα, *Vel noſtrum omnibus illis potẽtiorẽ.*) Andronis, & Paſionis paſtillorũ cõpoſitiones ſumi ex Pauli Æginetæ libro ſeptimo poterunt: Galenici autem, ex tertio κατὰ γένη, qua libri in parte ita ſcriptum inuenitur: αὐτῶν εἰσὶν, ὅ τε τοῦ Ἀνδρωνος, καὶ ὁ τοῦ πολυείδους, καὶ ὁ τοῦ πασίωνος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τις τέταρτος, καὶ πέμπτος, οἷς ἐγὼ συνήθως χρῶμαι, τούτων ἰσχυρότερος. ad eũdem omnia ſenſum dicta hîc dicuntur.

Ἐν κριομύξοις ἀνδράσιν, ὡς ὁ Κερκιδᾶς φησίν. *In arietis more mucoſis uiris, ut Cercidas ait*) Sunt arietes, ouesq; naribus muco ſemper plenis. Horum ſimiles, raucoſos, mucidosq; minimè enunctæ naris dicere nobis licebit homines: proinde nec iudicij recti, nec acutè quicquam ſentiẽtes, aut intelligentes. Sic diuinandũ in his fuit, ubi authores ad manus non habemus, ex quibus diſcere poſsimus meliora: ſicuti ne Cercidam quidem ipſum, quis fuerit.

Ἐχρῆν γὰρ, ἢ καὶ τοὺς μύας τρωθέντας, καὶ τὰς ἀρτηρίας, καὶ τὰς φλέβας. *Oportebat enim muſculos quoq; uulneratos, et arterias, et uenas.*) Nã ſi cõmunitates ſuas ſibi illas fecerũt methodici, quas exceptione nulla limitaſſe fas ſit, modò ſtare placitis ſuis uelint ſemel decretis: cur quod in neruo, communitatem unam aliquã ſuper his ſequuti (non enim aliter conſtitutam methodicen habent) faciunt, ut neruum ſemper diſcindant totum, in arteria idem & uena non faciunt, ut diſſecẽt totas? uel ſi non has, cur neruum ſolum? Produnt igitur ſectam ipſi ſuam ita neceſſariò: coguntur quidem partium diſtinctionem, diſcretionemq; habere: ac uenam, & arteriam relinquere, neruum uerò tranſuerſum totum incidere, neq; perpetuò tamen, ſed tunc tantùm, quum facientibus nobis ex artis ratione omnia, periculum tamen conuulſionis imminere uidebitur aliquid, ni ita fiat.

Ἐπὶ μασχαλῶν, καὶ τραχήλου, καὶ τενόντων, καὶ συνδέσμων, καὶ κεφαλῆς. *In axillis & collo, & tendonibus, & ligamentis, & capite.*) Alæ, ut collum, non ſanè multa carne tectos habẽt neruos, ſed expoſitos ſatis: ut haud difficulter admotorũ medicamentorũ facultates recipiãt. Tendones quoniã ad finẽ muſculorũ, oſsium ferè capitibus inſeruntur in articulis, excarnes ſatis ſunt, eademq; ratione uim medica-

medicamentorum facilè sentient: ut ideò his potissimum iubeamur adhibere remedia. Ligamenta, quamuis sensu nullo prædita sint, neque ad cerebrũ pertingant, atq; iccircò conuulsionem facere nequeant: at in parte compositionẽ tendonum adiuuant, ut seruatis mollioribus medicamentorum usum conuenientium ligamentis, molles simul seruentur tendones ex parte, minusq; ideò conuulsionibus obnoxij fiant: ac tanto sanè magis, si ex ijs fuerint, qui musculis se inserunt. Caput, ut in quo cerebrum, unde nerui originem suam ducunt, si illæsum custodiatur, ne conuulsio quidem sequetur ulla, incolumni cerebro. Eandem rationem obtinebit spina ad inferiores collo partes, in quas deriuati de spina perueniunt nerui, ueluti à secundo principio quodam. ut hæc fouenda pariter sit, si offensus fuerit cruris forte neruus.

ἅπαξ ἑώρακα τοῦτο γιγνόμενον. Semel factũ hoc uidi.) Neq; enim frequenter id fieri posse ratiõabile est, ut nõ cõtusa cute, quæ primò occurrit, cõtusus maneat neruus in pfundo quãdoq; latens: & fit tamẽ. Quòd si frangi sæpenumero, dicat aliqs ossa, nõ fracta cute, alia quædã ratio sit. Fragilis eñ naturæ ossa sunt, cuiusmodi cutis nõ est: renixu quodã frangunt facile, integra manẽte cute. At nõ tã dissimilis inter se naturæ (qd quidẽ ad hoc attinet) quũ sint cutis, & neruus, mirũ futurũ meritò sit, si cõtundẽtia sentiat interius positus neruus, cutis nõ sentiat.

ἣν μόνην ἴσασιν οἱ θεσσαλειοι. Quam unam norunt Thessalij.) Eo ipso, quòd communis uulneribus omnibus est, puta agglutinãdi, siccandi, detergendi. Cõmunitates enim tantùm suas sequuti, ab alijs indicationes nullas sumunt: tametsi aliquando id facere cogantur, uelint, nolint ut demonstratum fuit: sed limites iam suos imperitè nimis trangressi faciunt.

CAP. IIII.

τελευτῶν εἰς ὑμένα. In membranam desinens) Membranosam substantiam dixere superiorum ætatum anatomici.

μεθ' ὃ, κατὰ μὲν τὴν μέσην χώραν ἀπονευρώσεις μυῶν τέτανται διτταὶ, δίκην ὑμένων. Post quam medio loco musculorum tenuitates nerueæ duplices, membranarum ritu extenduntur.) Hęc sunt musculorum ἀπονευρώσεις, à pectoris spurijs costis obliquè ad pubis ossa descendentium, aliorumq; rursus aliæ à pubis ossibus ad spurias easdem costas ascendentium: hanc ob rem duplices dictæ, quæ rectos, rectaq; à pectore ad pubis ossa peruenientes musculos ceu uestientes tegũt. Sicuti aliorum, qui per transuersum aguntur musculorum ἀπονευρώσεις, rectos eosdem intrinseca parte subcingunt. Atq; is erit medij uentris loci partium positus ex Galeni quidem sententia: cutis primum, tum membrana, tũ musculorum obliquè delatorum & eodem modo ascendentium ἀπονευρώσεις, tum recti musculi, tum musculorum per transuersum actorũ ἀπονευρώσεις, tum peritonæum. Nam in uentris spatio ad latera, utrinq; digitorum circiter quattuor à medijs locis, ubi musculi recti nulli, musculi primum erunt, qui obliquè descendunt: quorum omnium ἀπονευρώσεις rectos legere musculos dixeramus: post quos per transuersum ducti ponentur, ἀπονευρώσεσι suis rectos eosdem musculos subcingentes. postremò peritonæum.

ὑπὸ τῶν ταύτῃ μυῶν σφιγγόμενον. A musculis, qui ibi sunt constrictum.). Qui plures sunt ad latera alij alijs impositi, transuersis obliqui, cum descendentes, tum ascendentes: quum in medio recti tantùm sint.

οὐσῶν δ' ὡς εἴρηται, τριῶν ἐν τοῖς τραύμασι κατὰ μέγεθος διαφορῶν. Quum uerò sint, quemadmodum dictum fuit, tres uulnerum in magnitudine differentiæ). Quippè uulneris magni, parui & mediocris. Dictum porrò suprà, libri tertij in fine.

ἡ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ψύξις. Ex ambiente aere refrigeratio.) Tantũ retulerit ambientẽ aerem considerasse in curatione uulnerũ omni, nõ solùm ppter ea, quę hic dicunt, sed etiã ne mala aliqua tẽperatura cõcilietur uulneri ab ambiente, quod si eueniat, ut inquã intẽperaturæ suboriatur in uulnere aliquid, nunquã rectè processerit sanatio uulneris ulla, donec temperamẽto suo pars restituat.

καὶ μὲν τοι, καὶ τὸ ῥαφὲν αὐτὸ μετρίως πιέζειν. Et quidem quod consutum fuerit,

modicè comprimere.) Nempè, digitis summis comprehensum, ne dissuatur.

ὠθεῖν αὐτὴν ἔσωθεν ἔξω διὰ τοῦ λοιποῦ περιτοναίου. *Immittere ipsam ab interno extrorsum per reliquũ peritonaeũ.*) Oppositi quippè lateris, siue oræ uulneratæ partis. q̃d patescet clarius ex Galeni uerbis mox additis: ait enim, eundẽ suẽdi uulneris per partes modũ tractãs: ἀπὸ τοῦ παρακειμένου τῷ περιτοναίῳ ὑπερβαίνοντας, ἐπὶ τὸ ἀντικείμενον ἐλθόντας ἔσωθεν ἔξω τοῦ διαχωρεῖν. Deinde oppositũ illi peritonæũ p̃tereũtes, & ad oppositũ (nimirũ ex cõtrario positũ) uenientes, ab interno extrorsus perpũgere. Vt nõ aliter hoc quoq; uersu accipi suẽdi uulneris modus debeat.

Ταῦτ' οὖν εἰ καὶ πάντων ἑλκῶν ἐστὶ κοινά, μάλιστα αὐτὰ φυλακτέον ἐν ταῖς γαστρορραφίαις. *Hæc porro et si ulcerum omniũ cõmunia sint, potissimum tamen uitanda in abdominis suturis.*) Propterea quòd reliquarum corporis partium uulnera, quæ suturam requirunt (ferè autem id in musculosa parte euenit) dum suuntur, subiectarum partium (quod quidem ad suturam attinet) rationem habendam esse magnam non exigent: ad uentris, & abdominis exigent, ne si non rectè suantur, intestina procidant, aut suturam grauantia rumpant.

τὸ δὲ δὴ τέταρτον τῆς θεραπείας. *Quarta porrò curationis pars.*) Prima reponendorũ intestinorũ, si exciderint è uulnere: secunda suendi rite uulneris: tertia, medicamentorum materia imponendorum: quarta hæc fouendæ inter alas & Bubones partis totius.

γαστρὸς δὲ τὰ μὲν κάτω τὰ σαρκώδη θεραπεύειν τολμᾶν. ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ τυχεῖν. *Ventriculi uerò inferiores partes carnosas curandas aggredi audendum: fieri enim potest ut succedat.*) Apparet, nõ tentasse Galenũ hoc, nec curationẽ aggressum unquã, quòd fortasse nunquã se obtulerit faciẽdi occasio: sperasse tantũ bene cedere posse si quis tentet: nec certi tamẽ quicq; promittere uoluisse, nõ oblitũ, Hippocratẽ aliquãdo in Aphorismis sectione sexta, ita scripsisse: κύστιν διακοπεῖσι ἢ ἐγκέφαλον ἢ καρδίην, ἢ τὴν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες. Ipseq; adeo aphorismũ explicans, rationes horũ affert multas: ac de tenuiũ intestinorũ, uẽtriculiq; uulneribus superficiarijs, crebrò ea quũ coalescere posse dixisset, tota discissa ad interiorem usq; uentrem, id uerò rarissimè fieri addidit. Cæterum nec uanam esse Galeni spem hanc, & rationes ab eo allatas confirmari experientia aliquãdo posse, ex nostri tẽporis historia certa, affirmare uerè licebit nobis: [h]ec omnib. eiusdẽ loci ubi cõtigit hominibus, & circũuicinis cognita, ut superesse adhuc eorũ multos nõ dubitẽ, qui uiderint, qui audierint: Bohemus uir quidã fuit, ex oppido Puggebrott. huic quũ inflictum in uẽtriculo uulnus esset, cœpit ea ex parte reiectare cibũ, q̃ tẽpore religaretur uulnus. hocq; mirũ quũ omnib. uisum fuisset, nec uicturũ quisq; crederet, negligẽtiusq; deinde magis semper haberetur, accedente insuper medicorũ imperitia, occaluere tandem uulneris labia, exeunte inde semper eius, quẽ caperet, cibi parte, modo impuri prorsus, modo chylosi etiã nescio quid referẽtis. Atq; ita uitæ conditioni huic relictus, uulnusq; tantùm pannis lineis tegẽs, ac fascijs circumligans, aliquot deinceps annorũ spatio uitã p̃duxit. Cui si inter uulneris initia nihil eorũ defuisset, quæ ad curationem factura fuisse uideri meritò poterant, neq; tã neglectui habitus fuisset æger: agglutinari potuisse uulnus, & uniri, ualdè uerisimile mihi fit: argumento, quòd nec lethale uulnus fuerit, superuiuente tam diu ægroto, & coalescere potuerit, in carnosa parte acceptũ, callosis præsertim factis labijs, quod in tenui nimis parte non fieret. Nam, quod ad Hippocratis dictum attinet, id uerò in superiori uentriculi parte intelligi uerissimè pronuntiatum debebit.

CAP. V.

τοὺς δ' ἔτι φθινύθειν ἕνα καὶ δύο.) Homeri iliados Β.

οἵων Ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδαξεν. *Qualia docuit nos Hippocrates.*) Libro de fracturis, quædam multiplicia afferens ad hoc instrumenta.

Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄφοδον ἀνισταμένου τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ταῖς μεθυποστρώσεσιν. *Sed etiam quum ad egerendum surgit, & quum sternitur lectus.*) Ligaturis fractarum partium dili-

[illegible] mis, & instrumento aliquo inclusis, cuiusmodi diximus, conficî, facere [illegible] rant, ut e lecto surgere permitterent ægrotos: quòd nunc non faciunt, nec sanè tuto fat [illegible] eret.

Duas primas ligaturas quum fecit Hippocrates. Libro de fracturis. Repetunturq; eadem à Galeno libro quarto de compositione medicamenrorum κατὰ γένη bis, quo etiam loco docemur de ligatura ex duobus principijs, cuiusmodi esse debeat.

Arterias & uenas neruos & musculos quam rectissimè reponi iubet.) Vt remissè, laxeq; hæc insu [illegible] nulla omnino cõtentione iaceant, sicuti quum altum dormimus aut de [illegible] tunc enim membra locantur in positu suo natura omnia, [illegible] a prorsus cõmouendi se ui contenta: ac relaxati iacebunt cum uenis, arte [illegible] q;, & neruis musculi, ueluti resoluti minimeq; contracti, aut in rotundum [illegible] ti, quod [illegible] est, ut mox dicetur.

Verùm & consuetudo conferre nonnihil uidetur.) [illegible] em aliter decũbere aut iacere solent: proni, supini, cõtortis, porrectis, inflexis cruribus, uel brachijs. Itaque ideò, cui quisq; positui se assueuerit, in ea reponatur, uel proximè ad eam, quoad deligaturæ ferre posse uidebitur commoditas.

Ac parte ipsa secundum naturam se habente tenuitatis. Si uel [illegible] compare membro conferatur alterum, uel cum [illegible] rali habitudine propria sua. Itur porrò id ob deligaturam, quippe qua non [illegible] m [illegible] erro pul [illegible] humores abigantur, ne phlegmonem contrahat locus, sed e [illegible] umento priuatur suo pars, ut propterea gracilior euadat.

In his sequtur, priusquam subsidere incipiat [illegible] pus eris.) Ob causam ab Hippocrate allatam, [illegible] & suprà etiam à nobis relatam ex Galeni uerbis.

Conducit autem [illegible] ndis ys, quæ à deligatura exprimenda ueniunt. Cui enim dubiũ, fusa eo pacto [illegible] uata, facilius multo expressũ, resolutũq; iri à superueniẽte mox ligatura.

In renutritoria uerò, non minus hæc.) Nimirũ [illegible] da. Quod non ita intelligendum, ut aliqua omninò ex parte arctentur [illegible] ne in fine quidem: iubet enim mox fasciarum circũductus omnes laxio [illegible] cere, ut propterà ne finientes quidẽ arcti esse possunt, quo uidelicet liber [illegible] tur alimenti ingressus ad nutriendum. uerùm, quum in exprimente, [illegible] enteq; ligatura, benè arctum esse principium iussisset, minus finem: in re [illegible] iente non minus arctum fieri ligaturæ finem mandauit, quàm principia [illegible] c est, ipsum q oq; eodem modo arctum ut in principio, quod laxum fa [illegible] at: pariter igitur arctum ac pariter laxum: quoniã laxiora omnia ex æquo [illegible] hac, in repellente autem adstrictius principium, laxior finis.

Ex quib. gigni cõsueuit succus [illegible] modi bonus, sed etiã uiscidus) Cuiusmodi animalium multorũ laudatæ car [illegible] pedes sunt, partesq; corporis aliæ quædam. Neq; enim uiscitas succi pra [illegible] tatem habet, quam [illegible] nimia obstructiones faciat: modica alimenti largitur permansionem diuturnioris. Sunt autem morbi, qui tenacitatis huius egeant, [illegible] t præsens ossis fractura in generãdo callo: sicuti alij quidã crassum facientibus alimẽtis habitu [illegible] opus [illegible] interdũ, quod genus suffusio est, q tẽpore detrahi [illegible] debebit si discuti nõ poterit: ut crassior facta ideoq; cõprehensa meliꝰ demat.

Σπλήνια σκεπαρνηδὸν, ὡς Ἱπποκράτης κελεύει, περιβάλλειν. *Splenium asciatim, ut Hippocrates præcepit, circumdare.*) De fracturis ὡς ὑπὸ δύο ἀρχῶν [illegible] σκεπαρνηδὸν ἐπαλλάσσοντας τὰς ἀρχὰς ἀπὸ [illegible], inquit.

Ἀλλὰ καὶ γυμνωθὲν τὸ ὀστοῦν ἀποτρώγειν [illegible]. *Verũetiã sine nudatũ os desecari ferra [illegible] let.*) Ita qdẽ uertit interpres, quũ nihilominus & abradi, & deteri esse pos [illegible] t. Hodie quidẽ nudata ossa raduntur frequẽtius, & deteruntur, quã desecantur.

ὅσα δὲ ἱπποκράτης ἠπόρησεν. *Quaecunque quidem Hippocrates addubitauit.*) Libro de fracturis, uerè addubitantem Hippocratem legere est, solenes sui temporis illi commendandi sint, necne: ait enim, περὶ γὰρ τῆν σωλήνων τῶν ὑποτιθεμένων ὑπὸ τὰ σκέλεα τὰ κατεηγότα, ἀπορέω δὲ ξυμβουλεῦσαι, εἰ ὑποτιθέναι χρή, ἢ οὔ.

CAP. VI.

τοῖς καλουμένοις χοινικίσιν ἐχρήσαντο. *Vocatis chænicijs usi sunt.*) Nomen à chœnice uasculi genere deductum, ueteribus usitati: metiendo seruis demenso, [illegible] quibuslibet alijs, ad cuius similitudinem chirurgicum instrumentum id [illegible] ctum, formatumq; esset, figura quidem tantum, non etiam magnitudine: chœnix enim duos continebat sextarios. inde κοινίκιον dictum, Celso modiol[illegible]

ὑπολαβὼν ἐκκοπέα) ὑποβαλὼν legendum: quod rectè animaduertit int[illegible] submittens scalprum, u[illegible] submisso scalpro.

τοσοῦτο μόνον ἔχω μαρτυρεῖν τῷ εὐδήμῳ. *Tantũ solũmodo testificari Eudemo po[illegible]* Eidem huic sententiæ subscribentem uidemus Galenum ipsum, libro de compositione medicamentorũ κατὰ τόπους tertio, his uerbis: νικωμένων [illegible] ἐπὶ τούτων, σκ[illegible] ρίαν σιδήρου, μετ' ὄξους δριμυτάτου λειώσας οὐδὲ πλεῖον πολλαῖς ἡμέραις [illegible], θαρ[illegible] ἐπ' ἀνάλογον ἐπὶ δοκεῖ τῶν δριμυτάτων φαρμάκων ἀντέχεσθαι τὸ οὖς, ὁ μικρὸν ἔμπροσθεν [illegible]

IN LIB. VII. THERAPEVTICES METHODI

CAP. I.

Τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐφιέμενος δόξης. *Aurulam popularem captans.*) Q[illegible] tamen, & tanti philosophi sequuti fuisse uideri possint in scribẽd[illegible]: Q[illegible] pè qui uel de gloriæ interdum contemptu scribentes, libris suis libenter n[illegible] na præfixerunt sua: quid aliud, quàm popularis auræ desiderio? Hanc [illegible] ipsam quoque fugisse causam ait Galenus, causam afferens, quòd pop[illegible] auræ studium illud mortuos nihil iuuet, & uiuorum multos ab optimis acti[illegible] nibus, rebusq; abstrahat: testatus insuper, (ut mox dicetur) nec, (quod philosophi gloriolæ cupidi faciebant) nomen libris adscripsisse suis unquam, & [illegible] alijs ascriberentur iussisse semper.

εἰς τὸ τῆς λήθης γῆρας, ὥς ὁ πλάτων φησίν. *Et in obliuionis seniũ, ut ait Plato.*) In Phædro leguntur sub Socratis persona dicta, prope finem dialogi. Est porr[illegible] h[illegible] lage figura τὸ τῆς λήθης γῆρας, pro eo, quod est, τὴν τοῦ γήρως λήθην. obliuionis s[illegible] pro senij obliuionem.

τὰ μὲν κεφάλαια τῶν εὑρημένων διὰ βραχέων ὑπομνημάτων ἐμαυτῷ γράψαντος [illegible] *torum capita breuibus commentarijs quum mihi ipsi scripsissem.*) Vt quo[illegible]iam nec gloriæ studio edere se in uulgus quicquam probarit, nec ut se in hoc exerceret, uel ad senij obliuionem, id facere, quòd iam de rebus his breuia sibi q[illegible]dam comparasset commentaria, reliquum [illegible]it, ut in Eugeniani tantummodo [illegible]a tiam, scripturum se ista ostendat.

CAP. II.

Δοκεῖ γὰρ ἐρασιστράτῳ τὸ παρεμπῖπτον εἰς τὰς ἀρτηρίας αἷμα. *Erasistrato quidem uid[illegible] sanguinem, qui in arterias inciderit.*) Non quidẽ ut probetur Erasistrati senten[illegible]ia hæc, quam egregiè confutatam alibi reijciat, dicuntur à Galeno ista: sed [illegible] stendatur, quod in dissimilaribus, & instrumentalibus partibus factum [illegible] e[illegible] fuit, ut morborum causæ diligenter inquirerẽtur & naturæ, fieri in similaribus pariter debuisse, non simpliciter partium solummodo imbecillitatem attul[illegible]e, nudam, sicq; absolutè prolatam, quam uel de media plebe aliquis cog[illegible] habeat, nam cuiusmodi esset imbecillitas ea, quaue ex causa, dictum oportuit

CAP

CAP. III.

τὴν δ' ὅλον τὴν διαιτημάτων γε τρόπον. *Viam autem uictus rationis hinc.*) Idem, quod paulò antè dixerat, διὰ τῆς ταύτης ἐπιτηδείως χρήσεως: atque huius cōuenienti usu. Duo enim statuerat curationum particularium capita: materiæ copiam, & congruū conuenientemq; huius usum: si quis dextere, locisq;, ac temporibus suis noue rit ea uti, intelligendo materiam medicamentorum simul omnium, & alimentorum: rectamq;, atq; idoneam horum omnium in omnibus, ac per omnia, loco temporeq; (ut diximus) suo distributionem. hæc enim uerè διαιτήματα sunt & dicuntur: διαιτᾶν enim hoc ipsum quoq; significare sępe uidemus, quum de rebus rectè, atq; ex ordine agendis tractatur.

Καὶ τρίτη ἣν ἐπιγράφομεν τέχνην. *Ac tertia, quam inscribimus artem medicam.*) Cuius planè libri, tametsi rei totius medicæ summæ quædam insint in eo, & capita, ac ueluti conclusiones contineantur, maxime tamen pars tradendis dignotionibus consumitur.

Ἀλλ' ἐπεί φησιν ὁ Πλάτων. *Sed quoniam inquit Plato.*) In epistola ad Dionysium.

CAP. IIII.

Εἶτ' ἄλλα φάρμακα, κηρωτῶν ἰσχυρότερα, τὰ πρὸς τὰ ἐπιθέματα καλούμενα. *Atque medicamenta alia ceratis potętiora, quæ epithemata.*) Ex eo, ut arbitror, dicta, quòd superimponerentur alijs, promouendo melius operi: ut epitogium dictum à Quintiliano fuit, quod supra togam ferebatur.

Καλοῦσι δ' αὐτὸ φοινιγμόν. *Vocant id phænigmum.*) Id est rubificationem. Est enim φοινίσσειν rubrum facere, & purpureum colorem inducere. Quod quidem huiusmodi medicamenta præstant, pustulis etiam interdum excitatis.

Εἶτ' ἀποπέμψαι πρὸς ὕδατα τὴν χρῆσιν αὐτοφυῶν. *Deinde ablegare ad aquarum usum spōte nascentium.*) Quod hodie quoq; omnes. si ex methodo, rectaq; ratione, benè est: pessimè, si secus. Itaq; fructus reportare ingentes uidemus ex his nonnullos, quibusdam malè cessisse scimus, non alia de causa, quàm quòd si indifferenter eò mittantur omnes, id non commodè cessurum sit ijs, quibus non conueniant eæ sponte nascentes aquæ. Ferè enim idem euenire, quod de superioribus medicamentis à Galeno relatis, quorum usus nostra quoq; tempestate frequens satis, de uetularum, aut medicinæ melioris idiotarum consilio, sæpe indiscriminatim idem remedij genus omnibus applicantium. Nam quum ex uētriculo malè habentium plurimi, pituitosæ materiæ collectione, uel frigidæ etiam, atq; humidæ intemperaturæ uitio laborent, minus multi ex diuersis alijs intemperaturis, diuersarumq; qualitatum humoribus: fit non sine causa, ut si idem omnes absq; ullo discrimine faciant, ac medicamentis utantur modò memoratis, calidioris & siccioris naturæ penè omnibus, maior pars successu bono fruatur, minor eo careat. At decet legitimum medicum, & uerè dogmaticum non omnibus idem calopodium accommodasse: fieri nanq; id nulla ratio ne potest: sed cuiq; suum attribuisse, futuro meliore ita in omnibus successu.

Προθερμαίνοντες τῶν κατασκευῶν, ἣν αὐτοὶ πρὸς ταῦτα ὀνομάζουσι δεκόκταν. *Calfacietes prius in præparatione, quam ipsi decoctam nominant.*) Excalfacta aqua facilius refrigerabitur: euaporatis quippè ignis ui excrementitijs partibus, & crassioribus subsidē tibus, atque ita tenuiore ipsa in totum facta, & suscipiendæ refrigerationi paratiore. Cuius præparationis inuentionem Neroni Authores tribuunt: unde Neronis decocta, quasi in prouerbium abierit.

Ἐν οἷς δὴ καὶ ἡ μέλκα. & mox: ὥσπερ καὶ τὸ ἀφρόγαλα. *In quibus est etiam melca.* & deinde: *sicuti aphrogala.*) Melca quid esse possit, non satis mihi constat: nec autorem inuenio, qui me doceat. nisi hoc nomine significari existimemus lactarij operis edulium, iuncata, dictum, quòd iunceæ fiscellæ incluso lacte fiat, æstiuis feruoribus expetitum ualdè. Lac scio Germanis milch, dici. Aphrogala uerò lactis nobis spumā uel spumeum certè lac indicârit, cuiusmodi ferculum imperatoriæ inferre mensæ sæpenumero uidimus, ac facilè concinnatur. Tu-

dicula modò si agitatͤ paulò diutius lac, uel diffissæ in summo cannæ circumdu
ctione lõgiore, existet in lacte spuma protinus. Hoc ego aphrogala habẽdũ es
se censuerim, frigidæ satis facultatis, qualia multa numerãtur hoc loco à Gale-
no, magis quã pinguiorem lactis partem illam, quæ in superficie innatat collè
ctitia: lactis caput appellãt, nõ satis refrigerãtis facultatis, utpotè tota pinguis.

Εκώλυον δ' ἀψινθίου, καὶ τῶν στυφόντων εἴργεσθαι. *Prohibebam autem absinthium & ad-
stringentia attingere.*) Absinthium ob caliditatem, cuius non paruam sanè por-
tionem retinet, amaritudinis argumento: adstringentia uerò, quòd magnope-
re exiccent, & partium humiditates ueluti exuctas sorbeant, ut paulò post no
tabitur: cuius planè facultatis quum absinthium quoq; particeps sit, utroq; nò
mine damnandum ueniet.

Καλῶς ὠπτημένων. *Probè assati.*) Cibi inquit assati, tostiq; satis. Nam assatorum
interiora, quæ paulo ab assatura longius absunt, contendere aliquis posit non
ineptè prorsus, benè humida existimãda esse: at assatæ partes, ac tostæ satis, sic-
cæ proculdubio, adeoq; benè resiccantes fuerint.

CAP. V.

Ἀλλὰ γὰρ οὐ πάντες γε τοιοῦτοι. *Sedenim non omnes huiusmodi.*) Nõ quidem glorio-
se nimis de seipsõ dictum, accipiendum hoc erit: sed ut necessitas tantùm ostẽ
datur tractandi ista particulariter magis, ac paulò fusius: quod necesse non fo-
ret, si unusquisq; per se inuenire hæc, & capere posset: iccircò non omnes face-
re hoc posse dixit: quod quidem nimio plus uerum semper esse reperietur.

Καὶ μάλιστ' ὅταν ὑγραίνειν δέῃ. *Ac præsertim quum humectare opus fuerit.* Est nanq;
humiditas qualitatum omnium minimè efficax, & actiua, ut ex libro quoq; de
symptomatum causis tertio docemur.

CAP. VI.

Ἑτέρα γὰρ ἐστιν ἡ ξηρότης ἡ ἐκ τῶν ὑγροπαγοῦς οὐσίας συνεστώτων, ὁποῖόν ἐστι πιμελή, καὶ σὰρξ
ἐκτακέντων. *Nam est & altera siccitas, liquatis ijs, quæ ex concreti humoris substantia cõ
stant: cuiusmodi sunt adeps & caro.*) Ex dictis à Galeno hic libroq; deinde decu
mo ex parte, & de febrium differentijs primo, & libro de marasmo, siue tabe,
humiditates colligunt, quas secundas nominarunt, sed distinctionibus, discre-
tionibusq; usi alij alijs. Si autem Galeni sequi uoluerimus authoritatem hoc
in loco (nam in alijs, quos modò retulimus, nec disertè, nec explicatè adeò tra-
duntur ista) in hunc modum se habebunt: quoniam quattuor ponuntur ab eo
in uniuersum siccitates, quattuor pariter statuantͤ humiditates, quarũ priuati
ones siccitates illę sint. Prima omniũ ac deterrima siccitas, utpote cui nulla suc
curri ratione queat unquã, priuatio, et cõsumptio humiditatis fuerit illius, quę
solidæ similariũ partiũ substãtiæ fuerat. Hęc quidẽ affixi iã, assimilatiq; partib.
ipsis alimẽti esse debebit. nã duas ex his fecisse, ut factũ ab alijs uideo, nõ solum
q; discretiõi Galenicæ repugnet hoc, sed etiã q; diuersam facit humiditatẽ hãc,
q̃d nõ est. eadẽ n. omninò est, quæ aponitͤ, affigiturq;, & quæ assimilatur, hu-
miditas: quandoquidẽ appositio, & affixio illa ex rore, uel ceu rore, quod pri-
us erat, nihil immutat eam, uel aliam facit: assimilatio tãtùm immutat, redditq;
ab eo quod prius erat, diuersam: nempè, eiusdem iam prorsus cum parte, cui
assimilata iam fuit, naturę, & substantiæ, quum prius ros solùm, uel ceu ros qui
dam fuisset. Itaq; humiditate hac quum destituta fuerint solida corpora, assimi
lata iam, nec habuerint, quod in locum eius succedat, nihil est, quod sperari de
salute posit. Alteram facit Galenus siccitatẽ (sequamur enim, quem ipse no-
bis exhibuit, ordinẽ) ex humore concreto cõstantiũ, adipis, carnisq; exẽplo al
lato. Qua in re attendendũ diligenter, nõ reijci propter hoc carnis substãtiã à
membrorũ soliditate: solidam enim ipsa quoq; substantiam suam retinet, quę
exui humiditate primò dicta illa, ac siccitatem pariter primò dictam illã incur
rere potest. fit autem interdum, ut humiditate, præter necessariam, qua solidi
tas eius constituitur, redundet, ut meritò dici queat ἐξ ὑγροπαγοῦς οὐσίας consta-
re, de huiusmodi igitur carne dictum hoc accipiendum, pinguiori atque
adipi

simili: in quibus ſpectari fecundæ humiditatis, ſiccitatisque exempla poſsint: Tertium ſiccitatis genus benè ſatis notum, quia benè notam humiditatem habet, quam ſiccet in morem roris per animalis partes diſperſam, necdum tamē partibus affixam, appoſitamue, multoque minus aſsimilatam. Quarta uenarum & arteriarū graciliū ſiccitas numerabitur, ſi humiditate ſua deſtituantur, quam continere, remiſſamque effundere alendis mox corporis particulis omnibus ſolitæ ſint.

Καὶ λέλεκται πολλάκις ἤδη περὶ αὐτῆς ἑτέρωθι. *Dictum de ea fuit ſæpenumero iam alibi.*) Cùm in libris paulò antè memoratis, tum de ſemine.

ταύτην οὖν ἐνθεῖναι τοῖς μορίοις οὐχ οἷόν τε χωρὶς τροφῆς. *Hāc igitur partibus reponere ſine alimēto non licet.*) Nā ſiccitates aliæ præter alimentū, balneo inſuper & quiete, iuxta Hippocratem, iuuari maximè ſolent, etiam quæ omnium ſanatu difficillima habita ſemper fuit, ut mox ſanati à Galeno ægroti exemplo patefiet, in hiſtoriæ totius narratione: at rorulentum illud addi particulis, atque inſeri, niſi alimenti beneficio, haud quit.

τούτων γὰρ τὸ μὲν εἰς αὐτὴν τὴν διάθεσιν συντελεῖ, τὸ δὲ συντέμνει τὴν ἐν τῷ βαλανείῳ διατριβήν. *Horū namque hoc quidē confert ad affectum, hoc uero in balneo morā minuit.*) Cōferre dixit affectui, quaſi partem conferat ſuam ad faciendum affectum: quod nihil aliud eſt, quàm augere illum. quippè, ſi ſeſe mouens æger ſiccetur ex motu, eò magis utique augebitur affectus, qui ſiccitatis erat. Sicuti moram minuet in balneo, ſi priuſquam balneum ingrediatur, iam anteà delaſſetur delaſſatuſque ferre longius lauationis tempus nequeat. Contrarium affectui interpretatus eſt Linacer: quemadmodum contraria febri dicimus calida, ex quorum uſu ea incrementum ſumit.

Καὶ διὰ τοῦτο, καὶ αἱ κολυμβῆθραι βελτίους εἰσὶ τῶν μικρῶν πυέλων. *Atque ob id meliores ſunt innationes, quæ colymbethra, quā parui aluei, qui pyeli dicūtur.*) κολυμβῆθραι multò maioris capacitatis quum eſſent, balnea quippè natatoria & lauacra quędā maiora, in his diutius immorari, qui lauabant, poterant: at πύελοι ceu aluei adſtrictiores, ferendæ diutius moræ minimè accommodi inueniebantur, ut quibus anguſtarentur lauantes ſe.

οὐ γὰρ δὴ τοῦ ἀέρος ὧδε τῶν οὕτως ἐχόντων χρῄζομεν. *Neque enim aere in ita ſe habentibus egemus.*) Eo, quòd ponatur æger ſola uentriculi ſiccitate ſumma illa affectus, non autem aut exiguorum, cutaneorumque meatuum conſtipatione laborans, aut materiæ ullius denſitate, uel inæqualitate, quibuſdamque alijs quæ calidiore balnei aere iuuantur, ut libro deinceps decimo dicetur: nec rurſus hectica correptus febre, ut frigidioris aeris occurſum quæramus.

ὅπερ ἡ τῶν εὐκράτων ὑδάτων ἐργάζεται ποιότης. *Quod aquarū tēperatarū qualitas præſtat.*) Vt ideò minus opus habituri ſimus ad rem hanc balnei aere: nam is quoque hoc præſtiterit: ſed quia multa pręterea affert alia, quibus non indigemus, & temperatioris aquæ balneum ſatis, quum opus eſt, nobis in hoc facit, balnei aerem non magnopere deſiderabimus.

ὡς ὄνοις αὐτοῖς δοτέον ὄνειον γάλα.) *Ceu aſinis, exhibendum ipſis lac aſininum.*) Perſuaſiſſe uolens cūctis humani lactis ſuctionem è mammis potiorem omnibus alijs eſſe, hoc ſcripſit, non ut iniurius cuiquam eſſet.

τοῦτο τοίνυν δοτέον αὐτὸ καθ' αὑτό, καὶ μέλι χλιαρὸν ὀλίγον ἐπιμιγνύειν αὐτῷ. *Hoc igitur, cū ipſum per ſe dandum, tum tepidum mel pauxillum admiſcendum ipſi.*) Per ſe, quibus non cogi in caſeum ſolet in uentriculo: cum melle, quibus uel cogitur, uel aceſcit interdum: utramque enim mali ſuſpitionem auferet additum mel, diſſecandi ui propria, ne coaguletur: ne aceſcat, caliditate.

ἀλλ' ἐγὼ τὸ μὲν οὕτως ἀναιδῶς ὄζον οὐκ ἐπαινῶ. *Verùm ego tam improbè redolens nō cōmendo.*) Mel, etiāſi nihil iniectū fuerit thymi ab aliquo, atque ipſum per ſe natiuaque facultate thymum nimis redoleat, damnaſſe uidetur Galenus: uerius

utarbitror, caliditatem ex eo nimiam, proinde & ſiccitatis aliquid, quæ caliditatem eiuſmodi comitari plerunq; ſolet.

Εἰ δ' ἀπορρηγνύοιτο κατά τι, καὶ μὴ μένοι συνεχὲς ἄχρι τῆς γῆς κατατεινόμενον. *Sin aliqua in parte abrumpitur, nec cõtinuũ manet ad humũ uſq; protenſum.*) Libro de antidotis primo eaſdẽ has notas mellis optimi recenſens, partiũ cõtinuitatem hanc, ἀλληλουχίαν appellauit nouo nomine, ſed accõmodo: nẽpe ꝙ partiũ inter ſe cõnexarum copula notaretur, mutuò ſeſe amplectentiũ, retinentiumq;. ἀλληλουχία, in qua ἀλλήλων ἀντέχονται τὰ μέρη. nos cohærentiam diximus ex M. Tullio.

Καὶ εἴ τινα θηλάζει πῶλον, ἀφαιρετέον. *Ac, ſi quem lactat pullum, amouẽdus is.*) Nõ ſolùm ne quid iuſtæ lactis quantitati detrahatur (quamquam & ob hoc quidẽ) quàm ne diutius moram trahens in aſinæ ubere lac, & quieſcens, ſubſtantiam indipiſcatur exacte ſuam, concoctionem perfectam adeptum, non adepturum, ſi continuo lactentis pulli ſuctu exagitatum inquietetur.

Εἰ γάρ οἱ περὶ βενέτους, καὶ πρασίνους ἐσπουδακότες. *Nã ſi qui ueneti et praſini ſtudio tenẽtur*) Aurigarũ erãt factiones hę, colorib. ueſtitus ſui diſtinctæ: quib. omne ſtudiũ in eo ponebãt, ut equos bene habitos haberẽt ad curſũ, ꝓ uictoria de quib. in fragmẽto libelli de libris proprijs ita ſcribit: καθάπερ οἱ περὶ τὰς διαφορὰς τῶν χρωμάτων ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις ἐσπουδακότες. Vbi apparet, ueluti ſectas fuiſſe quaſdã de equorũ pnicitate certantiũ, qui ueneti, & praſini colorũ uarietate diſtinguerent, ex ueſtitu. Eſt porrò praſinus porraceus color, ſicuti uenetus marin⁹. De his legi in Suetonij Caligula aliqua poterũt, & imperatorũ uitis, Adriani, Antonini pij, Heliogabali, Imperatorumq; Cõſtantinopolitanorum multorum.

Καὶ πόας προσφέρειν τῷ ζώῳ μὴ λίαν ὑγράς. *Herbasq; apponere animali non ualde humidas*) Atqui uidebãt in curanda uentriculi ſiccitate tàm intenſa, ut hecticã ꝓpterea ſtomachi appellarint multi, alimẽtum quærendũ omniũ maximè humectans: quã planè facultatem lactis alimẽto addi potuiſſe humidiorũ natura herbarũ uſu exiſtimandũ fuerat. Verũtamẽ qa in aſinino lacte antea quoq; ꝑ ſe ſeroſitatis ſatis ineſt, quã plurimã de ſe exhibere ſolitę ſunt humidę herbę: ne nimiò plus lacti ex hoc ſeroſę partis adderẽt, ideoq; caſeoſæ minus, ac butyroſę, in quib. alẽdi uis potior: cõſiliũ fuit Galeno illud, ut cũ ſero, ꝙ aſinę lacti ſatis natura iã ſua adeſt, alimẽtoſę ſimul ſubſtãtię ineſſet iuſta portio, ex paſtu herbarũ nõ nimis humidarũ. Et alioqui herbarũ id genus cieret aluũ animali plus ſatis, quaſi quæ ἐκκοπρωτικαὶ nimis ſint, ꝗd ſine dubio lactis minuere copiam poſſet.

Οὐκ ἀμελῶν δ' οὐδὲ τοῦ ψύχειν, καὶ ἀνατρίβειν, καὶ ἀποσμήχειν. *Neque uerò negligere, quin refrigeremus, & fricemus, & abſtergamus.*) Refrigeratio hæc cuiuſmodi habẽda ſit, nõ addidit, neq; ꝗ faciẽda modo. Nã & ſtrigili ꝑfricuiſſe, & laneis pãnis, linteiſue deterſiſſe nõ incõueniet, neq; inuſitatũ adeò id fuerit: refrigeraſſe qua ratiõe liceat, nõ ſatis apparet. Cęterũ ψύχειν uerbi ſignificatũ uſurpari de eo quoq; uideo, quũ delaſſatos fortè, ſudãteſq; nos equôſue refocillamus, curamuſq;: ꝙ ipſum fricatiõe quoq;, & corporis deterſiõe, equorũq; circũductione lẽta facimus. Hoc opinor ψύχειν etiã, & ἀναψύχειν fuerit, & ψῦξις, & ἀνάψυξις: non ſolùm quũ fluminib. iumenta abluimus: in quẽ ſenſum à Columella dictũ fuiſſe uidetur lib. 7. de re Ruſt. de ouibus tectis ſcribente: Na detergẽda ſępius eſt, inquit, & refrigerãda. Quinimò eiuſdẽ eſſe ſignificationis, ἀναζωπυρεῖν, colligi ex authoribus non malis poteſt, ut duo eiuſdem rei ſignificantia habeãtur uerba, ex diuerſo, adeoq; contrario etymo: quoniã alterum calefaciendi facultatem referre uideatur aliquam, ἀναζωπυρεῖν, quod ignis proprium eſt: alterum refrigerandi, ἀναψύχειν, quod aquæ. Non ſine cauſa tamen: eò quòd & calorem exercitatione nimia auctum refrigeraſſe liceat, id erit ἀναψύχειν: & laborantem eadem ex cauſa calorem eundem ſuſcitaſſe, quod ἀναζωπυρεῖν.

Εἰ ἀκριβῶς κατείργασται τὸ δοθὲν γάλα, ταῖς ἐρυγαῖς, καὶ τῷ τῆς γαστρὸς ὄγκῳ τεκμαιρόμενος. *Num probè cõfectum fuerit exhibitũ lac, ructib. & uẽtriculi tumore conijcientes.*) Ructibus, ſi nec acidi, nec nidoroſi ſint, nec indicibilis aliâs qualitatis alterius, &

ſuaue

suaue quid redoleat, uel etiā nihil redoleat: & ructus tamē aliqui sint qui caloris in cibo operati actionem designent, nondum perfectam, at mox perficiendam. Tumore autem si subsederit parùm, quod manifestius deprehendetur in emaciato corpore, cuiusmodi ponitur in præsenti.

Horar æquinoctiū quattuor aut quinq.) Cuiusmodi horis nūc ubiq locorū, ac gētiū utunť. Neq.n. gēs est ulla, q sciā, quæ discrimē inter hyemales, & æstiuales, q̄d ueteres solebāt, ullū ponat, & æstate lōgiores, hyeme breuiores diei, noctis cōtrà breuiores æstatis, hyemis lōgiores faciat diuiso semp diei, noctisq seorsū tēpore in duodenariū horarū numerū.

Primum nanq attollitur, deinde extenuatur. Libro κατ' ἰητρεῖον, siue de officio medici.

Vel protinus ad cœnam.) Post tertium balneum, si bis prius lauerit: post secundum uerò illico, si bis tantum, sed interpositis horis pluribus inter utrumq balneum.

Testuaceus purus: uidet habuisse interpres in suo uet tit.n. Et q curiosè in furno sit coctus. Cæterū testuaceus in affectu hoc, multò (ut puto) melior, utpotè maioris operę, et diligētię: pinde et alimēti meliorist

Vel asellus ex iure albo.) Iuris huius præparatio ex anetho, porro, oleo, sale ueteribus erat, & Galeno. Asellus autem marinus piscis, qui creditur merlucius esse, toti Germaniæ ab oceano usq importatus, salitus prius siccatusq, tum uerò ad usum fustibus tundendus diligenter.

Ita quoq & perdicibus uti, & passerculis monticolis, & mollis carnis.) Perdicum duplex genus, maius minusq: maius pedibus insigne spectatur rubris, ac rostro minus starna maiori Italiæ parti dicitur, alicubi & perdix. Existimari posit hæc Plinij auis, quam externā nominat, quādo allusione ad nomē hoc omninò aliqua starnā ut diximus, uocet eandem Italia. Passeres aūt accipiendi, auiculæ montanę oēs, quæ in nemorib. habitant, inde nemorales dictæ: minimè uerò, quæ in turribus nidulant: horū em̄ passerum caro, nec tenera profectò satis, & calidior, quā affectui huic coueniat: cū caliditate nāq hac & siccitatis omninò aliqd associabit.

Alterum propriam atq insitam ipsi facultatem.) Tanquam causam, sine qua non liceat rectè concoxisse, cibumque ipsum ad alendum, quod satis sit, immutasse.

Quandoquidē etiā hoc loco utendū esse potu dico.) Nam & oxymeli est, & aqua mulsa potus, aquaq adeò ipsa: de quibus in libro de Ratione uictus in morbis acutis agitur. ideò hoc solo dictum.

Absq eo, quòd febricitet.) Neq tamē propterea existimādū, febricitantibus omnibus denegatū à Galeno uini usum: nā & in lenicula febre damus sæpè, & in omniū declinationib. semp, nisi aliquid aliud obstet, ut temperamentum fortè calidum siccumq nimis, uel affectus aliquis alius in corpore. Modò non febricitent, igitur dictum, modò febris absit, non quæuis, sed eiusmodi, quæ hoc ipsum facere prohibeat.

Pauciferū uero est, quod in miscēdo, aqua admixtionem paucissimam fert.) Argumentum sanè nō paruum, misceri solitū aliquid semper aquę uino, dum biberetur, quòd in matione uini imbecillissimi, & aquosissimi, diluendi tamen adhuc rationem tradat aliquam, neque id in affectu solùm, de quo agit, sed sine dubio innuens quòdaliàs fieri idem pariter consueuisset.

Vocabat hoc Hippocrates uinosum.) Libro de Ratione uictus acutorum morborum.

Quocirca ante annos sex generosum Sabinum idoneum non est.) Videtur alia fuisse Galeni tempestate parandi, conseruandiq uini ratio, quàm nunc sit: neq enim hodie ætatis tātum ferūt I-

Italica uina, nedũ ut sexto demũ anno idoneè, & cõmodè bibi quædã possint. Colligi ex lib. 1. de Antidotis potest, uino quæri, parariq; solitã diuturnitatẽ ex fumo fuisse tũc, uel ignea omninò facultate aliqua: q̃d hodie quoq; alicubi fit.

εὔχυμοί τ' εἰσι, καὶ κατακερασικοὶ, καὶ πεπτικοί. *Boniq; succi sunt, & cõmiscendo attemperatè concoquũt.*) κατακερασικοὶ illud paulo plus innuit, quàm simplicem mistionem, quod interpres ad miscẽdum dixit tantummodò: κατακερασικὰ enim medicis, sicuti ἐπικερασικὰ quoq;, ea sunt quæ miscendo contemperant, eo nanque pacto ἐπίκρασις fit ex parte. ut eodem modo uinum dici, atq; haberi κατακερασικὸν & ἐπικερασικὸν debeat: quippe quo nõ modò cõcoquatur humorũ cruditas, uerũ etiam frigiditas caliditate attemperetur simul mixta: quinetiam malitia, si qua inest, ad bonitatem reducatur: nam hoc quoq; ἐπικεραννύειν est.

οὐ διαφέρει δὲ κατὰ γένος τοῦ νῦν ζητουμένου. *Qui à præsenti genere non differt.*) In morbis diutius, ut mox dicetur, extenuata macrescũt corpora facilè, atq; imbecillia reddunt: ut propterea lentè ea reficere iubeamur ab Hippocrate. Etenim quũ multo indigeant, quia macra: multum tamen conficere alimentum non possunt, quiã imbecillia, nisi lentè id ac sensim demũ fiat. Quod quũ sibi ipsis tantũmodò conficere debeant reliquæ habitudinis corporis totius particulæ oẽs, nec queant tamen dicta de causa: quantò minus facere id eodem affectus genere laborans uentriculus poterit, qui tantum cibi non sibi soli, sed uniuersi corporis mẽbris omnibus alijs concoquendum habeat: Quapropter huius curandã proponit siccitatem Galenus omniũ difficilimam, ideò quòd insignia semper in unaquaq; re, atq; illustria proponenda exẽpla sint. Reuocanda hîc in memoriã fuerint ea, quæ adducta suprà de siccitatib. & humiditatib. quattuor fuere.

οὐδὲν ἐξαίρετον ἡ γαστὴρ πέπονθεν. *Nihil peculiare patitur uentriculus.*) Nempè æquè ac partes corporis aliæ, rorulentæ humiditatis eiusdem penuria laborans, ex eadem diuturnioris morbi causa æqualiter tunc affectus. At ipse primò si corripiatur eo morbi genere, reliquis causam dederit eiusdem affectus.

ἀλλ' ὅταν γε βελτίους γένωνται. *Sed quũ facti meliores fuerint.*) Nã anteà quã id fiat, nondum tractari reficientium se à morbo rationibus debebunt: à quibus licet genere, ut dictum prius fuit, non differant, in eo tamen differunt, quòd uentriculus, quamuis non maiore quàm reficientes se à morbo, humiditatis, quæ ueluti ros est, defectu laboret: plus tamen uiriũ ad conficiendũ pro uniuersa corporis mole cibũ retineat, necessum fuerit, q̃d in alijs partibus opus nõ est, q̃ sibi tantũmodo seruiũt. Quare expectandũ tẽpus, ut præstare hoc possit uẽtriculus.

ἀρξάσθω μὲν ἀπὸ ποδῶν ἐν πτισάνῃ κατεψημένων. *Incipiendũ quidẽ à pedibus in ptisana elixis.*) Quia tenerior ea caro, quò exercitatior, minorũq; multo musculorũ: tũ uerò glutinosi insuper aliquid retinens, facturi ad longiorẽ nutrimẽti permansionem: simul (ut ex tertio de Alimentorum facultat. libro docemur) aptissimi sunt incocti ita ptisanæ porcelli pedes & ipsam meliorẽ reddere, & ipsi molliores fieri. κωλῆν porrò, imum crus, uertit interpres, quam partem esse supra pedem oporteat, & suffragines superiores.

ἐπειδὴ δέονται μὲν οἱ οὕτως ἔχοντες. *Quoniam indigent, qui ita se habent.*) Dici nõ potest, in his solũmodo censuisse Galenũ, prãdio cœnã maiorẽ esse debere, q à morbis reficiũtur, quiq; uẽtriculi siccitate ea laborant, de qua hîc tractat: addit n. mox, athletas quoq; facere idẽ solitos, quos sanos esse constat: & colligi ex dictis à Galeno sententia eadem omnino facilè satis possit, cûm alibi, tum primo libro commentariorum de Ratione uictus in morbis acutis, ubi hæc eius uerba sunt: φυλάττονται δ' αὐτὸ μάλιστα καὶ οἱ γυμνασταὶ καὶ ὅσοι γε νομίμως ἀθλοῦσιν. ἐπὶ μὲν τοῦ ἀρίστου τὸν ἄρτον μόνον ἐσθίουσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ δείπνου τὸ κρέας. Carnẽ in cœna solã sed suillã, sicuti alimẽtosã magis, ita cõcoctu difficiliorẽ. Inprimis uerò disertè satis in cõsilio pueri comitialis, cũ ad prãdiũ accedere puerũ iubet, in q̃ olerũ aliq̃d sumat prius aluũ emollientiũ, uel salsamenti nonnihil uel ptisanæ, uel oliuarum, ἅμα δὲ τρίτῳ μέρει τοῦ ἄρτου προσενεγκάμενον αὐτὸ, δεῖπνον ἀποθέσθαι τὰ λοιπὰ δύο μέρη μετὰ τῶν ἰχθύων ἢ ὀρνίθων: Cum tertia panis unius parte sepositisq; ad cœnã duabus reliquis

quis partib. & ualentiorib. obsonijs. Quæ omnia dubio procul cœnā facient nobis prandio copiosiorē, cibiq; quantitate simul, & qualitate auctā: quippe dupli cata panis portione, & uberius nutrientib. obsonijs additis: hęc enim χυροτερα ὄψα dici non dubito. Sed enim nos in libris salubrium, siue de sanitate tuenda cōfirmatione usi sumus Galenicarū rationum, ac defensione, qua debuimus, & refutatione simul aduersariorum, qua potuimus, fusè in omnem partem prolixeq;, quòd agitata eo tempore acutè à multis tractaretur ea quæstio. Nunc si idē faciendū proponeremus nobis, ut uel capita tantum tunc dictorū referremus: paulo tamē plus adhuc esset, quàm annotasse. Quod unum quū propositū hoc tēpore habeamus, sanè illud actum antea à nobis nō agemus extra rē hic.

Καὶ μὴ πίνειν ὑδὲ τῷ λέπτῳ παραυτίκα πρὶν πεφθῆναι τὴν τροφήν. *Nec ut protinus à cœna bibant, priusquā cōcoctus cibus fuerit.*) Exemplo athletarū iterū iubet differendū potum cœnātibus, ijs, qui se à morbo reficiunt. Nam quū studiū utriusq; habitudinis corporeæq; molis sit, athletis pariter, ac conualescentibus illis augēdæ, his recuperandæ: par est, utriq; eadem quoq; utanf ad hoc uictus ratione, si modò ferri eādem ualeat. Mox enim animaduerso, hoc esse paulò supra naturæ uires, aliter quandoq; dictantis, potionis parum dandum concedit, si fuerint sitibundi. Itaq; non est edictū Prætoris Galeni præceptū hoc: & conualescentium tantū est: neq; id absolutè, sed si molestum demū futurū non sit. Alioqui in uniuersum, communiq; usu, quis nescit, miscendū esse cibis potus semp aliquid, qualiscunq; tandē habendus potus ille fuerit, siue uini, siue aquæ, siue uerò quarundam aliarum quoq; potionum? ἄλφιτ' ἐπὶ πίσθαι, καὶ ἰδ' ἄπας ἐξ ἱερὸν ὕπυ, ait Homerus Iliados opinor Λ. Vt appareat, uetustissimos quoq; miscuisse: & qd fuissent συμπόσια, sine potu? cōpotationes sine uino? multò maxima qdē ex parte reiectis potib. alijs adhiberi solito in conuiuijs, sed diluto plus minus qdē, semp tamē diluto, ut ostēsū in alijs. Et q ne post cœnā statim potemus prohibet, is ne int cœnādū q̄q; potemus, nihil qcq; uetuisse uideri meritò potest.

Ἡ δ' σύμμετρ@ ἐπὶ τούτων ἡ τρίψις ἐστὶν ὡς θερμᾶναι τὸ σῶμα. *Mediocris porrò in his frictio est, ut corpus incaleat*) Prius, quū nondū tantos pgressus fecisset æger, ut tractari reficietiū se à morbo, modo posset, & in extrema penè iā gracilitate esset, frictionē ad ruborē tantùm usq; producēdā esse scripserat. ἐὰν γὰρ ὦσι ἄξιοι τὸ ἄκρως ἰσχνὸν, ἀρκεῖ τὸ ἐρύθημα μόνον. Nunc in meliusculè se habēte, fricandū corpus uult, quousque incalescat: quod omnino plus est, quàm tantūmodo induci colorem cuti.

Ἔστι γὰρ ἡ ἀναληπτικὴ δίαιτα μέση τε ὑγιεινῆς τε, καὶ θεραπευτικῆς. *Est nanq; refectoria uictus ratio, media inter salubrē, & curatoriā.*) Quod igit quū utriusq; in medio esset, & tractari peræquè de ea utraq; in parte posset: maluit tamē Galenus hoc loco id fecisse, cōmodo ad rē eam, & omniū maximè cōueniēte, ut in q̄ siccitatis intēperatura curāda sumaf, q̄ in genere cōualescētes quoq; ipsi reponunf, partim quo post lōgos, & diutinos morbos reficiunf, in quib. ceu ros humiditas illa absumi iam tota periclitaf, partim quib. sanguinis materia desit, q̄ nutriēdis mēbris satis sit, q̄ altera fuerat humiditas, partim etiā quib. adipis, ac pinguioris cuiusdam & carnosę simul substātiæ liquatum aliquid, quæ tertia. Nā quarta siccitatis intemperatura, in qua solidorum corporum alimentosa iā deficit humiditas, ut insanabilis, prorsusq; immedicabilis, tàm ab Hygiinf, quàm Therapeutici officio omni sequestratur.

Τοῖς δ' ὀπώραι, τοῖς δ' ὄσπρια, τοῖς δ' ἀκρόδρυα. *Alijs poma, alijs legumina, alijs nuces.*) Ita qdē uertit interpres. ὄσπρια rectè: hæc .n. nemine autorū reclamāte legumina sunt. ὀπώραι uerò, non simplicit poma fuerint, sed fruct⁹ poti⁹, quicūq; toto autūni tēpore pueniūt, colligunf q;. Est.n. ὀπώρα Grecis authorib, omnib. autūnus: ut ὀπώραι eiusdē tēporis parit fructus esse debeant, sicuti æstatis ὡραῖοι, q; ὥρα ęstas sit, adeo q; tēpus caniculę ęstatis totius: fugaces dixere alij. Porrò ἀκρόδρυα arboreos fruct⁹ generis omnis uocari uideo in lib. Gręcis, si etymologiā sequamur. Nobis erūt glandes quernæ: est.n. quercus Glandifera arbor, δρῦς Gręcis omnib. dicta, ex parte nomē ἀκρόδρυα faciēs. Quòd si etymū in nomine hoc recipiamus: iā esse poterūt nuces q̄q; ἀκρόδρυα, ut interpres uertit, quoniā

nux iuglans sit, receptissimis quoq; autoribus. Quãuis à non minus recepto autore Actuario Grȩco (siquidē rectè satis memini interp̃tationis in authoris illius de spiritu animali libellum meæ) castaneas ipsas, *Διὸς βαλάνους* uocari animaduerto, Iouis glandes, nempe iuglandes: quas ego nucibus, de succi bonitate, & copia, præferre ausim omnibus.

Καὶ πίνουσιν οἱ μὲν θερμόν, οἱ δὲ ψυχρόν. Ac bibunt alij quidē calidum alij verò frigidū.) Qui calidum bibant, actu inquam calidum (sic enim intelligendum est) perq; pauci sunt hodie: atq; ex usu futurū tamen aliquando multis sit, uentriculi frigiditate laborantibus, & caloris natiui copia destitutis, & qui maxime imbecillem conficiendi cibi facultatem sortiti sunt, ut tardissima concoquant: hac enim adiuti quæ in actu iam sit, caliditate, citius possent, ac melius. ueterib. autem inusitatum, gelidam caldamq; ministrantibus pincernis semper.

εἰς ταῦτ' οὖν ἐπανάγειν ἕκαστον, οἷς ἅπερ εἴθισται. Ad ea igitur reducendus quisq; est, quib. assueuit) Quod tantùm ualet ut meminerim fabrum ferrariū nunq; restitui pristinæ ualetudini suæ potuisse, nisi apposita bubula, & ex farinaçea massa pastillis, quibus insueuerat.

Τὰς δ' ὕλας ἔκ τε τῶν ἄλλων, ὧν εἶπον, ἀτὰρ οὐχ ἥκιστα καὶ ἐκ τῶν ἐθῶν ληπτέον. Materias vero cùm ex alijs quæ dixi, tū non minus ex consuetudinib. sumere' oportet.) Facilendorum in uniuersum genus, ratione nititur recta, ac methodo. At quam facturi sumus in præsenti, cum multa, quæ Galenus attulit, aduocanda erunt in cōsilium, tum consuetudo inprimis. Quæ si ijs, quæ facienda esse dictarit cōmunior ratio, repugnet: ratio habeatur cōsuetudinis non postrema, methodo ipsi, ac generi curationis toti, quod indicatum fuerit, accommodando.

Ἐπιβλέπειν δὲ καὶ τὰς τῶν φύσεων ἰδιότητας. Inspicienda verò sunt naturarum quoque proprietates.) Vtiq; paulò antè quoq; à Galeno relatæ naturarum proprietates quædam sunt, sed in ijs, quȩ comeduntur, & bibuntur tantum. Nunc reliquarū etiam rerum ponuntur aliæ quædam.

ἐκείνοις μὲν οὖν οὐ χρὴ συμβουλεύειν, τῇ νυκτὶ πίνειν, μήπω δι' αὐτὸ τοῦτο συμπίπτουσαι ἀγρυπνίαι βλάψωσι τὰ μέγιστα. Ictis igitur consulendum non est, ut noctu bibāt, ne fortè ob hoc ipsum in uigilias si inciderint, offendantur plurimum.) πονεῖν legit interpres, laborē interpretatus, non autem bibant. Ego, ut hoc non omnino improbē, arbitror tamen πιεῖν, siue πίνειν legendum potius esse, quàm πονεῖν, p̃pter uerba à Galeno statim addita. Ne ob hoc ipsum, inquit, si uigilare cogant̃, noxā maximā sentiant. Verùm qui noctu labore aliquo distinent̃, multò sane maius ex hoc nocumentum capient, quàm ex uigilijs. Non uidet̃ igit̃ laboris molestiam, ac noxam omissurus Galenus rectè, si πονεῖν fuisset. Ergo quū uigilias culpet, & uigiliarum solummodò causam damnans afferat, quæ esse facilè excitatio à somno ut bibant, potest, uel si nullus accedat labor alius: existimârim de potu accipi ista debere, nō de labore ullo dicta. Quam multi autē sunt, qui si semel expergefiant, quacunq; de causa id illis accidar, redormire ulterius nequeant, uel nō tam citò certè facere id posint: ac uigilijs ideò maximè angant̃, lȩdanturq; inde insigniter, p̃sertim siccitate antea affecti aliqua, ut hoc casu: quibus uigiliæ tanq; desiccantes ualde, nocentissimæ sunt, ut mox Galenus ait. Adde, quòd superuacaneū foret, ne dicā ineptum, taliter affectis laborem uetuisse: quem nanq; iniungere his nos, aut quē indicare laborē illi poterūt, motu potissmū? At, ne bibant cōsuluisse, uel potius, ne bibēdo interrumpāt somnū, & sequant̃ uigiliȩ, optima ratione factum à Galeno: ideo quòd conualescentibus, quū ne post cœnam statim biberēt præcepisset, expectandum perfectæ cōcoctionis tēpus ratus, hîc rursus, quo loco inspiciendas esse multorū p̃prietates, & ἰδίας συγκρασίας illas iubet, id ne in ijs fiat qui si quid, quod uigilias afferat, facere cogant̃, insomnem deinde noctē ducant, rectè moneat. Porrò autē absoluta cibi in cœna sumpti concoctio, in noctis circiter mediæ tēpus facilè incidere poterit q tempore bibiturus excitet̃ à somno necesse est. Verbosior fui, q nō solū interpres πονεῖν legisse uideat̃, sed subscriptorē etiā habuerit doctum, qui in

margine

margine dictiunculas quasdam emendandas sumpsit, quicunque ille fuerit.

Ὡς ἢ νόσῳ ἐκάκωσεν τὴν γαστέρα, καὶ ἀσθενῆ παρεσκεύασεν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον. *Vt morbus ventriculum male affecerit, & reliquum tempus debilem reddiderit.*) Hos audire est querıbundos semper. Ac tales erant antea actis annis aliquot, q lenticularium febrium, quas iam petecchias nuncupant omnes, morbum euaserant, ægrè se lenteque admodum reficientes, longoque demum pòst tempore uirium aliquid resumentes, nonnulli ne resumentes quidem unquam, ac aliqua corporis in parte queruli, ut diximus, sine dubio ob temperaturam, atque eam, ut credi par est, siccam, à febris uehementia simul & malitia altius parti impressam.

Ἀλλ' ἥγε δίαιτα κατὰ γένος ἡ αὐτή, καὶ ταύτῃ τῇ ξηρότητι, καὶ τῇ τὴν ὑγρότητα μόνην ἐκδαπανώσῃ τῇ τρεφούσῃ τὰ στερεά. *Caeterum uictus ratio generaliter eadem est & siccitati huic, & illi quæ humiditatem solam absumit, solidas partes nutrientem.*) Huic nempè quæ restitui sanitati in totum ratione nulla queat. Humiditatem porrò solide nutrientem partium intelligit, ex concreti humoris substantia constantium: cuius suprà quoque secũdi generis siccitas numerabatur, sicuti tertia pariter & quarta, eodem omnino ordine hic, quo ibi. Generatim igitur humectari postulant siccitates hæ omnes, sed prima nequit, ex toto quidem: pro partium tamen nobilitate maiore aut minore, temporis pariter maioris minorisue futura: reliquæ sanari possunt omnes. Quarta omnium facilime: minus facilè secunda, & tertia: minusque etiamnum tertia, quàm secunda.

CAP. VII.

Διαμένειν γὰρ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ξηρότης. *Permanere namque ipsa secundũ seipsam siccitas.*) Quemadmodũ libro primo de Tẽperamẽtis probabatur, tẽperamẽtũ calidũ tẽpore siccũ tandẽ quoque fieri, & frigidũ humidũ: neque enim in eodẽ persistere semper ista posse. Ad eundem modum siccitas hoc loco frigiditatem insuper acquisitura dicitur, si paulò diutius ducet.

Ὑποκείσθω δὲ καὶ νῦν ἡ παραπλησία μὲν ἡ ξηρότης τῇ πρόσθεν, *Proponatur autem nunc quoque similis siccitas priori.*) Ei nimirum, in qua humiditas illa ceu ros consumi periclitatur tota: de qua tot iam allata.

Ἀρίστην εἶναι πορφύραν, οἵαπερ ἐστὶν ἡ τυρία. *Optima ut sit purpura, qualis Tyria.*) Cur alijs præferatur Tyria, reddetur à Galeno libro de hinc nono ratio: λεπτομερεστέραν γὰρ ἔχει, inquit, τὴν στῦψιν, Tenuiorem posſidet abstringendi facultatem. ut ideò profunda corporum permeare melius quoque ualeat.

Μιγνύναι δ' ἄμεινον, εἰ παρείη, καὶ τὸν ὀπὸν τοῦ βαλσάμου. *Porrò admiscere, si adsit, præstat balsami quoque succũ.*) Idẽ, quod opobalsamum: quo quũ bis iam suprà utendũ esse suasisset sine exceptione ulla, nunc, si copia eius fuerit, inquit: ob raritatẽ, & nobilitatem medicamenti.

Ὅπως ἧττον ἂν περιττωματικὸν, καὶ μᾶλλον τρόφιμον. *Quo uidelicet & excrementitiũ minus sit & nutriens magis.*) Eo ipso nimirum, quòd excrementi minus retinet, nutriet magis mel, & aliàs in decocto plus alendi uiriũ, ut in melicrato. Porrò detrahi spuma non poterit melli nisi coquatur.

Ἐπ' ἀνθράκων δρυΐνων ἢ ἀμπελίνων εἰς τέλος διακαῶν) *Super carbonib. quernis, aut uitigineis in summo accensis.*) In summo, ne fumidã nidorulentiam contrahat mel, nisi ad summum candentes fuerint carbones. Cæterùm ex uite carbones ut fiant, semiusti illi, ἄνθρακες propriè Græcis dicti, qui deinde ignescere sumè queant, non est usitatum nostra ætate apud nos, sicuti ex quercu, & arborũ aliarũ quarundam: ex uite tamen existere prunæ poterunt, cum quibus idem fiat.

Αὐξανόντων δὲ τὴν οὐσίαν. *Augendo uerò substantiam.*) Quæ genere calida & humida est: ut si hæc incrementũ accipiat, maxime tollantur contrariæ qualitates, frigiditas, & siccitas, cuius morbi nunc proposita fuit curatio.

Ἅμα τοῖς εἰρημένοις ἔμπροσθεν οἶνος μάλιστα. *Cum prius dictis uinum inprimis.*) Duntaxat dilutum: nam alias siccando potius fit, quàm humectando. Non addidit autem hoc, sed absolutè tantummodò pronuntiauit, intellectum iri id semper debere ratus, quòd nullus tunc uini, nisi diluti, in communi usus esset: ut quidẽ arbitror ostendisse nos latiſsime in alijs non semel.

Τὰ γὰρ ἐφιδρῶντα δι᾽ ὅλης νυκτὸς, ψύχει μᾶλλον, ἢ θερμαίνει. *Qui nanque noctu sudant, refri gerãt potius, quàm calefaciant.*) Refrigeratq; nempè sudore, cuius contactu ęger pariter refrigeretur. Id porro euenire quocunq; anni tempore perspicimus: ut postq; exierit de corpore sudor, potius refrigescat.

CAP. VIII.

Τὴν πρώτῃ ἀγωγὴν φυλάξομεν. *Primum curandi modum seruabimus*)Nempè humectandi solũ. Nam de mutatione uini, & mellis amotione statim addit, quoniã coniuncta cum siccitate caliditas proponit̃, ubi prius frigiditas fuerat. idcirco ποιότητος ὑπαλλάξεως dixit, commutatione, non simpliciter intemperie, ut interpres.

Α καλοῦσιν οἱ ἐν τοῖς ἰατροῖς, γαλακτώδη. *Quæ medici de more lactea vocãt*) Lactis tepor commendatur à Galeno sumendis cibis, & fontanæ aquæ, sed is æstate: ut ꝑptera lactis ille hyemis solũmodo, uel reliquorum etiam tẽporum, dempta æstate sit, duntaxat si illico mulcti lactis tepor intelligatur: calet enim adhuc recens mulctum aliquatenus: at fontanæ aquæ tepor friget, si cum lactis tepore tum primũm ubere educti conferatur, quod quidem tangi, ac sentiri possit. & dici tamen à medicis uterq; tepor solet, quoniam, quæ parum à temperamento æquali discedunt, hoc nomine usitatè satis appellentur, χλιαρά, id est tepida, dicta, atq; utrunq; sæpe præstantia refrigerando, & calefaciendo, diuersa tamen: ueluti rosacei quoque olei teporem dicimus, de quo libro tertio de simplicium medicamentorum facultatibus disputatum fuit. Vtrumq; igitur teporem quum dixerit Galenus, lactis & fontanæ aquæ, interpres frigus huic addidit de suo: non quidem falsò, sed quod nihilominus teporis quoq; intelligi nomine poterat, illo, quo narrauimus, modo.

Ὡς τὸ κρηναῖον ὕδωρ ἐν ἦρι μέσῳ. *Sicuti fontana aqua, medio vere.*) Quo tempore actu frigidior est per se naturaq; sua, cõmodè ad affectus calidioris usum: licet nobis tunc calidior uideatur, corpore quippe nostro frigidiore adhuc, ob temporis cõstitutionem: æstate autem frigidior, corpore tunc ediuerso calidiore.

Ὅ πῦρ γὰρ ἐκεῖνο, ἢ κατὰ σύμπαν τὸ ζῶον, ἢ κατὰ τὴν καρδίαν ἐστί. *Nã quod illa, uel secundum animal totum, vel secundum cor est.*) Vtrunq; est: à corde nanq; ipso incipiens præternaturalis calor, in corpus animalis diffunditur uniuersum. At cor in febrib præternaturaliter calet omnibus, ac semper calet tãtisper, dũ febris est, uniuersum uerò corpus nec in omnibus, nec semper, etiã manente febre: non enim in accessionum multarum principijs. eam ob rem additam fuisse à Galeno distinctionem illam crediderim.

Φρικώδης δὲ τοὐντεῦθεν γίνεται τὸ σύμπαν σῶμα. *Post hac horrore per corpus totum corripitur.*) Inæqualis intemperaturæ causa, ex calida, & sicca, quæ in frigidam, & humidam mutabatur, uel potius temperamẽtum accipiebat, frigidioris aquę potu liberatiore.

Καὶ σκέψις μὲν ἐγένετο τοῖς ἰατροῖς, εἰ λουτέον αὐτόν. *Ac considerabant medici, an lauãdus esset.*) Ex Galeni locis aliquot colligas, plures medicos adhiberi solitos ægrotis. Cæterũm merito dubitari de lauando poterat: ut enim alia suaderent, at dissuadere poterat accedens horror, & suspitionem faciens putredinosæ alicuius ex pituitoso crudioreq; humore febris.

Ἅπαντα τὰ ἐσθιόμενα, καὶ πινόμενα, πλὴν τοῦ γάλακτος. *Quæ comeduntur, & bibuntur cuncta, excepto lacte.*) Vt intelligamus, etiam q sub aliqua in actu caliditate exhiberi soliti sunt cibi, eos fontanæ aquæ frigiditate exhibitos fuisse excepto lacte, quod ipsum perse frigiditatem eãdem obtinet, si paulisper modò multũ relinquatur. Nam protinus mulsum maiusculi cuiusdam caloris teporem retinebit, ut suprà monstratum: quamuis refrigerari quoq; permissum, teporẽ etiamnum habere possit, qualis fontanæ aquæ & rosacei olei, quæ quomodo tepida dicantur, quum ad frigiditatem potius quandam inclinent, paulò ante ostensum fuit: nisi uerò lac excepisse uideri rectius possit, quòd mulsum statim sumendum sit.

CAP. IX.

Εἰ δ' οὕτω ποτὲ ἰσχυρὰ δυσκρασία θερμότητος ἐν κατὰ τὴν κοιλίαν, ὡς μέχρι τῆς καρδίας ἐξικνεῖσθαι, πυρέττειν ἀνάγκη τὸν ἄνθρωπον. *Quòd si tàm uehemẽs quãdoq; caliditatis intẽperatura in uentriculo fuerit, ut ad cor usq; perueniat, febricitet homo necesse est.*) Ergo (dicat hîc fortè aliquis) quũ intemperatura proponatur hoc loco uehemẽter qdem calida, sed cum humiditate tamen: si tanta extiterit caliditas ea ut ad cor pertingat, cũ humiditate unà ptinget, cui coniuncta est. Atq; ita si febrẽ fecerit, quod necessariũ esse ut fiat, Galenus dixit, febris habituri genus sumus, quam dicere calidã & humidã possimus, inauditam alijs. Sed enim, ut necessariũ sit, accedente ad cor ex parte corporis aliqua, uehemẽtiore caliditate ꝑternaturali, febrẽ sequi: attamen nõ necessariũ, humiditatem quoq; eodẽ cum caliditate simul peruenire, etiã si in parte loco'q;, unde perueniunt, coniuncta cũ caliditate humiditas fuerit, quæ quidem sicuti caliditas calorem cordi cõciliat ꝑternaturalẽ, ità conciliare ipsa parti eidem ꝑternaturalẽ humiditatem ualeat: quandoqdẽ efficacior multo caliditas, debilior humiditas, & q̃ inter qualitates primas quatuor, uulgatas illas omniũ minime pollens, potẽsq; sit. Ideò ꝑductura caliditas febrẽ sit cum siccitate, quoniam uehementior quocunq; perrexerit, associatam secũ defert semper siccandi uim, uel si cũ coniuncta prius (ut dixi) humiditate ꝑcedat. Exemplo doceri possumus partis corporis alicuius, phlegmone laborantis, quæ febrem faciat. siccat enim tunc febris tandem corpora sæpe, atq; ad internetionẽ ducit: quinimo interueniente plerunq; hectica quoq; ex siccitate nocentissima febre: quamuis originem â calido & humido humore, nempè sanguine ipso febrem faciente, primò habuerit.

Ἔστω δὲ καὶ ταῦτα χωρὶς τοῦ θερμαίνειν, αὐστηρά. *Sint porrò ista absq; calefactione austera*) ut quidẽ nonnulla eiusmodi sunt: quæ ut uitemus, monemur: quod genus aromata quædam habẽtur ut macer & caryophilli, & uinorum innumera genera, uentriculi humiditati cum caliditate coniunctæ minime idonea.

CAP. XI.

Κἀν ταῖς τῶν πυρετῶν διαφοραῖς. *Et in febriũ differentijs.*) Sub libri secundi finẽ.

Εἰ περιττωματικὸν ἢ πληθωρικὸν ὄν. *Si excremẽtosum, aut plethoricum quum sit.*) Excremento sum cacochymũ intelligit: proculdubio enim, in quo humorũ excrementa diuersa redundant, sine succorũ uitio esse corpus illud nõ facilè poterit.

Δηλαδὴ τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας. *Et in opere de tuẽda sanitate*) Libro ꝑsertim quarto.

Οἶδα γοῦν τῷ στόματι καὶ φάρυγγι πολλοῖς τοῦθ' ὑπάρχειν. *Noui igitur multos, quib. in ore & faucibus id contigerit.*) Socrui meæ, & si non statis ac certis tẽporibus, per interualla tamen quædam, fluebat è gingina sanguis, quasi uenula inibi aliqua ex anastromosi adaperta.

Ἔσθ' ὅτε τὸ ὁμοιομερὲς αὐτῶν σῶμα, δύσκρατον ἱκανῶς γενόμενον. *Interdum autẽ similare ipsarum corpus, intemperatum valdè factum*) Implebuntur uentriculi tunicæ cacochymia, quod primum erat, quum inserta inter febras earum, uillos'q; cacochymia fuerit, de quo agetur mox: intemperatius autẽ fiet corpus, pars'q; illorum similaris, recepta intra fibras, harumq; ipsarum substantiam, cacochymia, quod secũdum. Ex cacochymia uerò tali, pro humoris natura, qualiscumque ille fuerit, altius adacta tandem intemperatura alicuius generis facilè addi uentriculi tunicis poterit.

Ἐλαχίστη δὲ δόσις τῶν κοχλιαρίου μικροῦ. *Minima verò mensura cochlearij unius parui*) Infra drachmæ unius pondus quod sit: quando cochleare magnum ab eruditis drachmam capere statuatur, ideo'q; hoc minus paruum.

Τὸ μὲν γὰρ φάρμακον αὐτὸ, κατὰ τὸν συνήθη τοῖς καθαίρουσι δίδοσθαι καιρόν. *Nam medicamentũ ipsum, quo solita sunt purgantia dari tẽpore, detur.*) Quod qdẽ uacui ab omni cibo uẽtriculi est, & tã diu futuri uacui, donec expleta purgatio sit, uel adducti saltẽ in intestinorũ capacitatem humores fuerint: ne, si cibo repletum uẽ

triculum inuenerint, concoctionem impedientes perturbent, impeditiq; ipsi non repurgentur cōmode. Quamuis in stercorarijs medicamentis, quæ κοπρώδη dicuntur, cuiusmodi aloe quoq; ipsa est, non ut tantum interponatur temporis requiretur necessariò, modò uacuo hęc quoq; uentriculo exhibeantur, quæ prima erat exhibendorum purgantium medicamentorum lex.

CAP. XII.

ἐν τοῖς περὶ τῶν ἑλκῶν λόγοις. *In sermone de vlceribus.*) Suprà, libro 3. ubi loci pariter huius facta fuit à nobis mētio, & añotata quædā, quæ nunc repetere nō uidetur operę precium fore. Illud tamen, quod ibi dicebatur rationem habere eius sine quo non, hîc de eo dicitur, quum hoc curari ante illud non posit, aut posit, in quo ordo insuper quidam, ac series curandi spectatur, quod quidem idem sit cum eo, sine quo non. Etenim si sanari ante sanatam phlegmonem ulcus nequeat, & rationem eius sine quo non licet, habebit utiq; ea, & ordo seruabitur simul curandi quidam. In eundem modum, quum dixerimus intemperaturam malam uentriculi curari non posse nisi amoueatur prius humor, ordo, & series quædā notabitur faciendorum, simul indicabitur sine quo facere non liceat. Illo tamen discrimine, quòd in curandis intemperaturis hîc causæ scopus, & eius, sine quo non, siue ordinis, in idem cōueniunt: quod in phlegmone, & ulcere non est, ubi eius, sine quo non licet, tantummodò ratio inest, causa autem nulla. Atq; hoc notatum à Galeno quoq; hîc legetur.

CAP. XIII.

τῶν δὲ ψυχροτέρων τῆς θερμάνσεως. *Frigidori verò calefactione.*) Duntaxat, si frigido idem morbo correpta frigidior natura pars fuerit: minoris enim calefactionis indigebit hæc: eadem ratione, qua natura calidior pars minore refrigeratione sanabitur morbo laborans calido, ut cor. Frigidæ autem partis exemplum esse cerebrum potest, frigido affectum morbo. In utraq; enim, quum parua ijs casibus à naturali statu facta disscessio fuerit, breuior merito illis patebit ad naturam suam reditio.

ὅθεν καὶ κινδυνεύουσιν ἧττον. *Ex quo minus quoq; periclitantur.*) Notum illud Hippocratis: ἐν νόσοις ἧττον κινδυνεύουσιν οἷς ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ὥρης, ἡ νοῦσος ᾖ, μᾶλλον ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη. Aphor. sect. 2.

ἄλλων δ' ὀργάνων ἐνέργεια μὲν οὐκ ἔστιν. *Reliquorum verò instrumentorum actio quidē non est.*) Non qualis modò memoratarum partium, quarum actio per partes corporis omnes diffusa extenditur. Nam alias hæ quoq; actiones suas habebunt partes: pulmo, aspera arteria, fauces, partibus alijs omnibus communes, nutriendi facultatum naturalium omnium ope: quæ si lædantur, ipsas quoque ægrotare necessum omnino sit.

μετρίας δὲ διὰ οὐρητικῶν πόρων. *Mediocri verò per urinales meatus.*) Maior cacochymię alicuius copia in iecoris gibbosis partibus contēta, necessario simę quoq; partis aliquid occupabit: itaq; commode per deiectoria medicamenta repurgari ex parte poterit, quibus simæ iecoris partes idoneè euacuantur. Quod si statim curationem aggrediaris urinam prouocantibus medicamentis, quæ benè calida natura sua sunt, uelut in præceps delatos uitiosos humores illos, simul & copiosos eodem congeres, & obstructionem facies, ac dolorem, & nihil promouebis. Præstat igitur deiectorijs medicamentis prius minuisse copiam, tum & per urinam, quod reliquum factū fuerit, humorum elicuisse. Ab initio autem mediocris si fuerit uitiosorum succorum copia, cacochymia uidelicet ipsa, nihil periculi initio pariter ista tentasse. Cæterum in uesica similiter urinaria, & renibus affectis attendendum idem: ut in paulò maiore cacochymiæ partes eas obsidentis copia, purgatorijs primò, deinde diureticis quoque utamur: in multò minore liceat nobis diuretica principio non minus adhibuisse.

IN LIB. VIII. THERAPEVTICES METHODI.

CAP. I.

Ἀπερ Ἀριστοτέλης προσαγορεύει ὁμοιομερῆ. *Quas Aristoteles similares vocat*) His uerbis initio libri primi de Historia animaliū: τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων τὰ μὲν ἐστὶν ἀσύνθετα, ὅσα διαιρεῖται εἰς ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκες εἰς σάρκας, τὰ δὲ σύνθετα.

Ἀλλὰ καὶ ἡ φλεγμονὴ καὶ ἡ πλευρῖτις, καὶ ἡ νόσος. *Sed & phlegmone & pleuritis & morbus.*) Generalius omnibus morbi nomen fuerit: minus generale hoc phlegmones, sed tamen pleuritidis adhuc nomine generalius: pleuritidis enim specíale magis, quando quidem pleuritis omnis phlegmone sit, non autem phlegmone omnis pleuritis. Quamobrem generalissima omnium indicatio à morbo sumenda: minus generalis hac, & generalis tamen adhuc à phlegmone, speciális à pleuritide: species enim phlegmones quædam pleuritis: quæ si in Dione (uerbi causa) fuerit, iam particularem quoq; nobis indicationem afferet faciẽdorum in præsenti: circa particularia enim actio omnis uersatur. Sic fiet, ut propria quædam trium illorū uniuscuiusq; sit indicatio. Neq; minus sanè particularium naturę suas habebunt differentias, Dionis puta, Platonis, Socratis, eò quòd singuli priuatas postulaturi uideantur indicationes, suas quisq; pro conditionum diuersitate.

Οὐδ᾽ οὐδ᾽ ἧττον αἱ διαφοραὶ τῶν πάντων ἀδιαιρετωτάτων. *Nihilominus differentiæ omniū specialissimi.*) Vt febrium differentiæ sunt, quas mox relaturus est, earum, quæ causam adhuc habeant facientem, & quæ non habeant: tunc uerò, quæ hecticæ, hoc est difficulter solubiles sint, & quæ schecticæ, hoc est, solui faciles. Ergò (ut repetantur ista) prima omnium erit morbi indicatio in commune, dumtaxat hoc casu: secunda similaris morbi, nempè intemperaturæ: tertia febris quæ intemperatura quædā ipsa est: quarta causam retinentis adhuc, uel non retinẽtis febris: quinta solui facilis, aut difficilis: postrema personæ cui hæc contingunt. Possunt & tertianæ, & quartanæ, & huiusmodi aliarum febrium differentiæ ad rem hanc in capiendis indicationibus numerari: uerum hæ omnes, præsertim uerò temporis, cum propter dierum interualla diuersa, tum uel maximè quòd aliæ solutu faciles, difficiles aliæ inter has sint, & quòd alibi alius illarum fo cus.

Ἐστὶ δ᾽ ἡ ἀμετρία τῶν πυρεττόντων δυσκρασίας, ἐν πλεονεξίᾳ θερμότητος. *Est porro intemperatura febricitantium excessus, in caloris abundantia.*) Siccitatem non addit, quamuis calorẽ semper in febre comitetur, minus tamen manifestè in multis, præcipuè uerò diarijs, de quibus nunc propositus fuit tractatus.

CAP. II.

Καὶ δίαιτα γλυκύχυμος. *Ac victus ratio succi dulcis.*) Dulcem appellat gustui nõ insuauem, neq; iniucundum, etiam si sacchari, uel mellis dulcedinem nõ referat, modò non austeram, aut acidam, aut amaram, aut id genus extraneam saporis qualitatem aliquam: ut panem sæpè dicimus dulcem.

Καὶ τρῖψις ἢ τοι μηδόλως, ἢ σκληρὰ γινομένη. *Et frictio vel penitus nulla, vel dura.*) Nulla, penitus meatuum cutaneorum constipationis causa fuerit, frictionis priuatione, cuius facultate rarefieri, atq; aperiri cutis meatus ijdem soleant, si mollis sit: dura autẽ ligarit eosdem & adstrinxerit. siquidem uel Hippocratis ipsius authoritate, μαλακὴ λύσαι solita sit, sicuti σκληρὰ δῆσαι. Altera igitur priuabitu suo corpus emittẽdis, rarefacta cute, fuliginosis excrementis de corpore: altera noxam afferet, conclusis illis.

Τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου μέρος ἐν τῷ τῆς θερμῆς δεξαμενῆς ὕδατι. *Maximam temporis partem*

tem in calidi ſolij aqua.) Non ſolum, quòd caliditate blanda illa rareſcente cute euocantur facilè fuliginoſi extra corpus uapores: ſed etiam quòd ingreſſa aquæ uis humefaciens eoſdem mitiores factos temperatione quadã leniat, ueluti eos diluens.

Καὶ χρησάμενον ὕδατι ψυχρῷ κατὰ τὰ εἰωθότα. *Ac frigida aqua uſum de more*) De affuſa intelligit, uel in quam immergerẽtur, non de epota: id enim paulò pòſt dicetur clarius in balnei iteratione, de qua mox. Ex conſuetudine autem utebantur, quum inde addi partibus robur uiderent, calidæ lauatione reſolutioribus factis, neq; ulla tamen ſequeretur inde cutis conſtipatio.

Περὶ τὴν ἑβδόμην ὥς ἔφασκε. *Horaq; ſeptima, vt aiebat*) Hora nempè poſt meridiẽ prima, diuiſo in duodecim partes die, ut moris tunc erat: quod quidem diei totius calidiſſimum eſt tempus, præſertim poſt canem, quippè remeante tunc ſole, atq; eaſdem uias iterante à tropico cancri, maioreſq; ideo facile addente calores prę calefacto iam anteà aeri.

Πότερον μετὰ φρίκης, ἢ μετὰ περιψύξεως ὑπήρξατο. *Vtrum cum horrore vel cum frigore cœpiſſet*) περίψυξις proprie erit, quum partes corporis frigeſcunt circum: ut ſi (quòd ſæpe euenit) naſus forte, ac pedũ manuumq; digitorum extrema refrigerantur, id erit περίψυξις. nam in horrore cutis tota ſæpè horret inæqualitate quadam arrecta, ſicuti in rigore uehementiore corpus ſiccatur uniuerſum.

Τὸ μέχρι πλειόνων ἡμερῶν ἐν τῇ κλίνῃ κατέχεσθαι. *Quòd dies plures in lecto retinerẽtur.*) Vſitatum id multò ante Galeni quoq; tempora. Arbitror enim non aliud ſignificare Perſium uoluiſſe ſatyra tertia hoc carmine: poſtquàm Tertia compoſitas uidit nox currere uenas: quo Medici diatritarij ex argumẽto dicti ſignificentur.

Θερμοτέρα τῶν ἄλλων τριῶν τῶν δυσκρατῶν τῶν ἧττον θερμῶν ἐντεύξῃ. *Calidior occurret reliquis tribus intemperamentis, minus calidis.*) Nimirùm calida, atq; humida primùm: deinde calida tantùm, ſiccæ autem & humidæ in medio: tertiò, ſicca tãtum, calidæ uerò, & ſiccę media. His tribus intemperaturis, calidior ſemper eſſe reperietur, ſi tangatur quæ calida & ſicca fuerit.

Ἀλλὰ μηδ' αὐτὸ τὸ τρόφιμον πάμπολυ. *Sed neq; nutriens ipſum plurimũ.*) Cauſam addit: πρόσεστι γάρ τις καὶ τούτῳ κακία πλεονασθέντι. Adeſt enim huic quoque malitia quædam, ſi exuperet. Non aliam ob cauſam, quàm ob imbecillitatem, qua conficere alimenta, in quibus plurimum eius, quod nutrit, ſit, nequeant. Valenter enim nutrientia, quia cùm plurimũ de ſe alimentoſi ſucci exhibent, tùm illud uiſcidum, ut dictum ſuperiore libro fuit, ualentem pariter uentriculum requirunt: at hi debilem ſortiuntur. etenim calida, & ſicca intemperatura, quãuis qualitatum inprimis ſit efficacium, ſi mediocriter talis fuerit, nimio tamen exceſſu debilitatur: quod commune eſt intemperaturis omnibus, in exceſſu aliquo inſigni poſitis.

Ῥαφανίδες δι' ὀξυμέλιτος, οὐ μελικράτου. *Radicula ex oxymelite non mulſa.*) Idem ſuprà antecedente hunc libro relatum eſt.

Χόνδρος ὄξους, χάριν ἀναδόσεως, ὀλίγου εἰληφώς. *Chondrus addito, diſtributionis gratia, pauco aceto.*) Pro chondro hîc far adoreũ accipiendum eſſe arbitror, quod halica quoque dici poteſt. ſed halicæ nomen paulò communius, quemadmodum etiam farris: cui uoci tamen ſi, cuius far ſit addiderimus, determinatam habebimus ſignificationẽ. far enim dicere triticeum poſſumus, far hordeaceũ, quod ptiſana ſit, far zeeum, quod halica, & adoreum far ex adoreo frumento fiet, diuerſo à tritico: hocq; farris genus proprio magis nomine tragũ dici poſſe exiſtimo, utiq; de ſeminis ſui, graniq; nomine. ſed & chõdrũ dictũ inuenias. quamuis ex ea quoq; intelligat̃ chõdrus. Huic igit̃, quia lentorem quendam poſſidet, acetum Galenus ſæpè addit: alias enim lentitie illa ſua alimenti diſtributionem moratur, præſertim quum in maſſam ſolidiorem compactum, confertumqúe ſumitur: nam ex iuſculo, liquidiore aliquo ſi ſumatur, ſumi

ſine

ſine aceto poſsit, ut quidem hîc monemur à Galeno. quo loco ἔτνει παραπλήσιον dixit, pulti ſiue pulticulæ ſimile: ut ſciamus cuius cõſiſtentiæ eſſet ἔτνος: liquidioris ſcilicet, non autem craſſę, compactæq́; cuiuſmodi hodie pultẽ paramus, polentam dictam, minime quidem liquidam, & ab antiquorum illa aliã, quæ eſſe nobis Gręcorũ illud ἄλφιτον debet, quod ex nouello hordeo modicè toſto parabatur, Galeno authore libro primo de Alimẽtorum facultatibus, ſi madeſceret tamen prius, & ſiccaretur. Exiſtimandum tamen ex alio ſimilit' parari potuiſſe grano ἄλφιτο.: quemadmodum ἄλευρον farinam dicimus ex omni ſemine, granoq́; mola comminuto, & in puluerem pollinemq́; redacto.

Ἐφεξῆς ἀλεκτορίδες καὶ φασιανοί, καὶ νέαι περιστεραί. *Deinceps gallinacei, & phaſiani, & iuuenes columbæ*) Secundo loco poſt perdices, & montanas auiculas, tanq̃ teneriores, poſitos gallinaceos, & phaſianos uidemus: ut tamen ſexum quoq; alterum intelligamus gallinas, & phaſianos fœminas. Cæterum eiuſdem quaſi bonitatis, in eodem ordine non immeritò ponunt̃: etenim cortales gallinæ, capiq́; , qui modo benè altiles ſint, de ſucci ꝓbitate, & alendi facultate nõ facilè ceſſerint phaſianis ipſis. Referunt (ſi modò uera narrant̃) in Britañia inſula, quibuſdam locis, dari in ſyluis ſolita cibaria ex gallinaceis capis, carne ſæpe optimorũ phaſianorũ æmula. Iuuenes uerò columbę commendant̃: nã uetulę, uel nimis adultæ ætatis, caliditate nimia, & ſiccitate aliqua rectè imꝓbabunt̃.

Ἐπεὶ δ' ὅτι καὶ ἡ ξηρότης αὐτοῦ τοῦ δέρματος. *Eſt verò quãdo cutis quoq; ipſius ſiccitas.*) Non aliam ob cauſam dura quoq; frictio dicta fuerat ab Hippocrate ligare, quod conſtipare eſt: nam ſiccitatem facit, ἡ μαλακὴ λῦσαι, ἡ σκληρὰ δῆσαι: Mollis ſoluere, dura ligare, id quod fit cõſtringẽdo ſimul exiguos cutis meatus, quos reſiccatos condenſat.

Μετ' ἐλαίου βραχέος οἴνῳ πολλῷ. *Cum pauco oleo, uino multo.*) In qua miſtione olei temperamentum nimiopere exuperaret ſiccandi facultas, quæ uino ineſt, puro & meraco. Ferè nanq; de hoc intelligendum, quum in libris medicorum foriṅſecus adhiberi uinum audimus ad uſum aliquem medicum: ſicuti de diluto, quum intrò ſumi pro potu.

Καὶ τῶν ἤδη δυσαρεστουμένων. *Ac iam ſibi diſplicentium*) Ii ſunt, qui ſibi ipſis de ualetudine ſua non ſatisfaciunt, queruntur q́; ſubinde de ea, quaſi qui morbo iam aliquo tententur, iam iam q́; incurſuri in eum ſint, niſi cauerint. neutri decidentiæ uulgò dici ſoliti in ſcholis medicorum.

CAP. III.

Ὅτι καὶ τὸ φεύγειν ἀγρυπνίας, καὶ θυμοὺς, καὶ λύπας, καὶ φροντίδας, ἐγκαύσεις τε, καὶ ψύξεις, καὶ κόπους. *Ita & uigilias euitare, & iram, & triſtitiam, & curas, & uſtiones, & refrigerationes, & laſsitudines.*) Catalogus eſt cauſarum extrinſecarum & primitiuarum ut dicunt̃, & facere diarias febres omnium maximè ſolitæ ſunt: de quibus, quoniam hoc inprimis libro tractabit̃, cauſas hîc enumeraſſe has omnes operæ pretium fuit, ut non ignoratæ uitari melius poſſent, ſimulq́; ſi febrem iam non modò fecerint, ſed etiamnum faciant, ut quomodo abigendæ de corpore ſint ſciatur.

Τοὺς δ' ὑπὸ ξηρότητα τρίβειν μὲν, ἀλλ' ἐλάττω τούτοις, λούειν δὲ πλείω. *Qui uerò ex ſiccitate, fricare quidem, minus uerò his, & lauare plus.*) Frictio adhibenda his mollis, emolliendæ ſiccitati: non multa; hæc enim extenuarit potius. Balneo autem dulcis aquæ nihil humefacere magis poteſt, nec cutis meatus aperire magis.

Στοχάζεσθαι δ' ἀεὶ τοῦ μέτρου τῆς δυνάμεως. *Conÿcere antẽ ſemper de virtutis mẽſura*) Valde ſuſpicor pro δυνάμεως, legendum eſſe διαθέσεως: ut quidẽ annotatũ eſt à correctore in margine, in antiquioribus quibuſdam reperiri. In diarÿs cum febribus tàm exigui temporis, ſi rectè tractentur, quæ uirium eſſe conſideratio, uel quæ inde ſumi indicatio poſsit, non ſatis diſpicio: nec planè aliud dicetur à Galeno in calce huius lib. At de affectus mẽſura rectiſsimè admonemur

ut affectus, causarumque affectum generantium magnitudinem, aut exiguitatem metiri, curationem, ut debemus, accõmodemus ad rem semper. Et alioqui de uirtute, aut uirium robore, debilitateúe toto hoc libro nihil prius dictũ aut significatum: & de curatione, præcautioneque dictum in omnibus. ut de eo hîc pariter dici, tractariq́ue ualdè uerisimile sit.

Θυμοὶ μὲν οὖν, καὶ λύπαι, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ φροντίδες, οὔτε τρίψεων, οὔτε λουτρῶν δέονται πολλῶν. Iræ igitur quidẽ & tristitia, & uigilia, et cura, neque frictionib. neque balneis indigent multis.) Hæc quamuis siccitatem corporibus inuehant, non id tamen protinus faciunt, sed dierum aliquot mora. Quocirca citius sæpè diariam febrem fecerint, quàm siccitatem induxerint, quæ remedia postulet in temperamento hoc calido, & sicco: citius enim accendentur spiritus, accendi faciles, facta diaria febre, quàm addatur solidis membris, quamuis siccis, siccitas noua: quæ si quandoque tamẽ tempore deinde inuecta remanserit, propriam requiret curationem. Nunc diaria tantùm febris ab his facta curatur, humectatione sanè egens non multa: proinde nec balneis, nec frictionibus multis emollientibus, sed olei perfusione sola, nulla adstringendi ui prediti, quo remollescant parum per partes.

Ἥκιστα δ' ἐλαίῳ δαψιλεῖ, ἢ συχνῇ τρίψει. Minimè uerò largo oleo, aut frictione frequenti) Olei natura est, ut caloris, quem inuenit in corpore, quantitatem augeat, seruata qualitate, neque aucta, quo quidem omnium minime opus habitura sit febris diaria, ex ustione antea per se calens satis: ut plane ne frictione quidẽ crebra: nam & hæc febrilem calorem eundem auxerit, quando etiam quũ nullus est, aliquem ipsa crebrius repetita faciat.

Εἰ δὲ σὺν κορύζῃ καὶ κατάρρῳ πυρέττοι. Quòd si cum grauedidine, & distillatione febricitet) Si cum febre grauedo ac distillatio adsit, ante horum concoctionem lauationem prohibet: dumtaxat in febricitantibus ex frigore: ideò, quòd crudi adhuc humores, & frigore ueluti concreti, balnei calore liquefacti, fluidi etiamnum magis fiant, proindeque maiorem simul faciant distillationem, & grauedinem. At in febricitante ex calore siue ustione, permittitur balnei usus, uel ante concoctionem distillantis de capite materię. non enim id discriminis, quia nec discriminis quidem causa, nempè humoris concretio à frigore: cruditas licet maneat, quæ esse in contracta ab ustione magna febre non potest: & ut aliqua tamẽ sit, breui expectabitur concoctio caloris beneficio. Tantum retulerit inspexisse morbi cuiusque originem, & occasionem Hippocratis monitu, quam ille πρόφασιν dicebat ut hoc casu ustionem aut refrigerationem.

Ὡς ἐν ὑγιεινοῖς ἐπεδείκνυμεν Quemadmodum in opere de tuenda sanitate ostendebamus.) Colligi poterunt huiuscemodi quædam ex libro eius operis sexto, ubi de inæqualitate agitur intemperatuiarum qua corrigendæ ratione sint.

Ὡς τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως ὁμοίως. Reliqua similiter esse facienda) Excepto, quòd ex frigore diaria febre laborantes, si cõiuncta cum febre distillatio fuerit, aut grauedo, priusque concoquantur ista, lauisse non licebit, ut modò dictum: nam ex ustione si febris sequatur, licebit. In reliquis codẽ modo cuncta peragentur.

Καὶ μὲν τοι, καὶ ὡς ἐπιτείνειν μὲν χρὴ τὴν πυρεξάντων ἐπ' ἐγκαύσει τῆς ἐμψυχούσης ὀνομαζομένην ἀγωγήν, ἐκλύειν δὲ τὴν ψυχθέντων τὴν θερμαίνουσαν. Et quidem quod in febricitantibus ex ustione intendere refrigeratoriũ modum opus sit: in ijs uerò, qui ex refrigeratione, excalfactorium remittere.) Cũm ob causæ febrem facientis, cuius aliquẽ semp habendam esse rationem diximus, diuersitatem, tũm uerò alias quoque, magna sanè ratione, utrumque fiet. Nam quum habitudine ea proponatur ægrotus, ac temperamẽto calido usque adeo, & sicco, diariaque insuper febre laborans, idque ex ustione, uerendũque, ppterea sit, ne, si nõ statim ab ulteriore in deterius lapsu reuocet, in hecticam fortè febrem iucurrat: intendendam illico refrigerandi rationem esse monet: sicuti excalfaciendi remittendam, si ex frigore, eandem ob causam: quòd temperamenti, et habitudinis natiuæ, usque adeò morbosæ,

maior

maior sit habenda in febris curatione ratio, quam causæ facientis febrem: ne neglecto hoc, si frigoris quod febris causa fuerit, respectu, plusculū excalfecerimus, statim in peius labatur æger. Atque hoc illud est demum, quòd Hippocrates quoque ipse, huiusmodi habitudine, & temperamēto præditis quietem consulit, & refrigerationem, & abstinentiam à uino: sanitate inquam sua illa fruentibus adhuc consulit, quasi qui ægrotent, certè qui non procul ab eo absint, quin ægrotent. Quod profectò non hic solum, sed in omni intemperatura faciendum esse existimo, quæcunque tandem tàm procul à temperamenti æqualis mediocritate, in diuersum abit: quò uidelicet antequam in proximū ægritudinis genus, cui ex minima quaque occasione, aut errore sæpè paruo paratissimæ habentur, incidant, retractæ reuocentur, contrarijs qualitatibus. Alioqui scimus intemperaturas alias naturis suis relinquendas esse, & similibus conseruandas, donec suppetat otium immutandarum in melius. Atque ex superioris libri fine uidimus, indicatione sumpta à partium temperamento, proprio intēperamenti sui morbo laborantes partes minore egere, minorisque temporis, cōtrariorum usu: sicuti maiore, ac diutius, si contrario temperaturæ suæ morbo corripiantur. Cuius planè rei contrarium faciendum esse in ijs de quibus institutus nunc est sermo, monemur, ut febre, calido utique morbo, laborantes, calidi admodum ac sicci temperamenti, magis etiamnum ob id refrigeremus, quod in non tam ualde intemperatis non fieret, neque in tanto intemperaturæ proprię excessu positis. Quapropter uidetur mihi Galenus significanter inprimis, uerbo ὡπτάνειν usus, ut intendendam esse ostenderet refrigerationem.

ὥσπερ δὲ καὶ τοῖς θυμωθεῖσι *Similiter & ijs, qui ex ira.*) Quoniā ira feruor quidā est: ut proinde idem & ab ustione, & ab ira febricitantib. meritò cōpetat cibus.

τοῖς δὲ ψυχθεῖσι μετὰ τοῦ θερμαίνειν μετρίως. *Refrigeratis verò cum eo, quod modice calfaciat.*) Nam febris ipsa refrigerantem cibum exposcit: at causa cōtrarium. Quę quoniam febris genus mitissimum est, utpote diaria: ipsa autem nempè caussa esse maior potest: quasi uertere ad se curationē uidetur posse calefaciendi, sed modicè. idem, quod paulò ante dixerat: ἐκλύειν τὴν ψυχθεῖσαν τῆς δυνάμεως: ut remittere calefaciendi modum qui caussæ debetur, minime uerò febri, nihil aliud sit, quam modicè calefacere. Quod tamen non minima sanè ex parte fieri intemperamēti quoque, & habitudinis talis respectu paulò ante ostendimus, scilicet ut minus excalfaciamus, etiam si excalfaciendum alias foret ob intemperaturæ calidioris, ac siccioris excessum.

ὥσπερ δὲ καὶ τοῖς μὲν κοπωθεῖσι τροφιμώτερον, τοῖς δὲ ψυχθεῖσι ἀτροφώτερον. *Simili modo his, qui fatigati sunt, alimentosum magis: his vero qui refrigerati, alimentosum minus.*) Non iniuria. Delassatis enim & defatigatis, cū uirium unà resolutione, alimēti quoque multū discussum euaporat, ut ideò reponi etiā multū oporteat: at refrigeratis, cū nihil propè resoluitur, uel pauxillum certè: tum humorum nō parum sæpè inest pituitosorum, atque inconcoctorum, qui alere satis per se queant.

ἀήθει δὲ οὐκ ἀρξάμενον τηνικαῦτα διδόναι. *Non assueto autem tunc quidem dare non incipiam*) Maximum pręceptum est, non immutandas in ægritudine naturas esse. Quòd si naturam, ne consuetudinem quidem, quę quàm facilè in naturam transire solita sit, scimus.

φασκόντων ἕτερον μὲν εἶναι τὸν διὰ τρίτης παροξυσμόν, ἕτερον δὲ τὴν πρώτην διάτριτον. *Dicentibus aliud esse accessionem die tertio redeuntem, atque aliud διάτριτον*) Quoniam tertianæ, ut puta, febris accessio tertio quoque die, pluries deinceps recurrere potest, periodis multis: at periodus διάτριτος ea est, quæ dierū primorū ægritudinis triū spatio finit: quo tempore toto ægrotis potu, atque esu interdicebat omni. Quam illi uident ne periodum quidē nominasse, quòd nullus esset accessionum in ea recursus: sed absolutè, διάτριτον: periodum autem aliā, διὰ τρίτης.

τούφ' ἱπποκράτους εἰρημένον. *Dictum ab Hippocrate.*) Sectione prima Aphorismorum. Quod proptèrea allegatum huc à Galeno fuit, ut diatriton celebrantium medicorum error manifestaretur magis, quod in summo morborum uigore

facere deberēt, qui plerunq; si acuti admodū nō fuerint, post primi tridui principia uigere solent, in illorum statim principijs facientium, ut cibi nihil dent. Iterum quoq; peccantium, dum mitissimas omnium, & periculo omni uacantes diarias febres, tractant legibus perquam acutorum morborum, qui cum uitæ semper discrimine aliquo accedunt, & summos statim labores afferunt, & in uigore suo protinus sunt, in quib. Hippocrates tenuissima ab initio statim uictus ratione utendum esse mandet.

Ἐφ' ὧν οὐ μόνον ἀβλαβὴς, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὠφέλειαν δεῖν ἡ ἀσιτία τῶν τριῶν ἡμερῶν. *In quibus nō modò innocua, uerùm etiam utilis sit dierum trium inedia*) Vt quidem pituitosę naturæ non paucę inueniuntur, & cruditatibus multis repletæ, quibus mediā imperasse maxima semper ratione liceat, non modò diaria febre laborantibus, sed etiam, ac multò magis, quum febribus fortè corripiuntur ex crudiorum humorum collectione, qui uentriculū malè afficiant, animiq; interdum deliquia afferant. De his enim in hunc modum libro præsentis operis duodecimo scribetur: μακροτάτην γὰρ οἱ οὕτω διακείμενοι φέρουσιν ἀσιτίαν, ἐξ αὐτῶν ὧν ἔχουσιν ὠμῶν χυμῶν πεττομένων τρεφομένου τοῦ σώματος: Longissimam nanq; sustinēt ita affecti inediam: quippè ex humoribus, quos habent crudos, concoctis enutrito corpore. Itaque septimi adeò diei inediā imperat his, sola mulsa cōtentis. Quin huius eiusdem libri in fine dicet, frigidas omnes, uel in quibus saltem nō exuperet calor intemperaturas, nec facilè febribus corripi solere, & aliquando correptas inediam ferre innocue posse, tum uerò in plurium dierū febres nō ualdè incidere.

CAP. IIII.

Ἃς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἑρμηνεύσω. *Quas in sequentibus enarrabo*) Libro nono hunc consequenti.

Οὐκ ἔστιν ἐν σφυγμοῖς τὸ τῆς σήψεως σημεῖον. *Non est in pulsu putredinis signum*) Nō aliud esse potest signum hoc quàm uelocior citatiorq; facta systole, quàm diastole: quod certissimum, atq; indubitatum habendum esse putredinosarū febrium argumentum ostendit Galenus de pulsuū prænotione, cum alibi tum libro tertio per hæc uerba: ἀλλ' ἔστιν ἀχώριστον, καὶ ἴδιον τῆς ἐν σήψει πυρετῶν ἰδέας τῶν χυμῶν ἡ συστολὴ τῆς διαστολῆς ὠκυτέρα γινομένη. Nam quum systole fuliginosi, putredinosiq; uapores, ac præternaturales exhalationes, cuiusmodi in putridis febribus maximè abundant, de corpore expellantur, sicuti diastole euentilatur insitus natiuusq; calor: merito ubi putredinis aliqd exuperet in corde, quod in putredinosis febribus fit, calorisq; proinde natiui minus fuerit, agitatior apparebit, & concitatior systole ipsa quam diastole.

Εἰ μὲν οὖν ἤτοι παιδίον ἢ γέρων εἴη, φλεβοτομεῖν οὐκ ἔτ' ἐγχωρεῖ. *Quamobrem si uel puer, uel senex fuerit, secare uenam amplius non licet.*) Puer, ideò quòd ætatis beneficio tenerioris, humidiorisq;, plurima de corpore euaporatio fiat exhalatorum humorū, ut ppterea sanguinis detractione nō indigeat: Senex, quia debiles hi, nec ferendę sanguinis missioni ualidi satis: precipuè uerò post mediū senium.

Εἰ καὶ τὰ τῆς πληθώρας ἀπῇ σημεῖα. *Etiam si plenitudinis absint signa.*) Non semper expectandæ plenitudinis notæ mittendo sanguini sunt, nec symptomatum semper colligendus numerus, & concursus, plenitudinem ipsam significantiu.n. ut quidā n faciebant: sed sicuti sępe, nulla penitus ostendēte se in corpore plenitudine, aliqua corporis in parte percussis, uel q ex alto deciderint, & huiusmodi, uenā incidimus, phlegmones generationē anteuertētes: ita hic faciendū, ut sanguinem detrahamus, uel si nulla adsint repleti corporis indicia, quò tutius deinde, ac securius liberādis obstructionib. uacemus. periculū.n. fit ne, ppter deobstruentiū medicaminū uim, siue intus sumant siue foris applicētur, maiores quādoq; fiant obstructiones, delatis eodē, ac ueluti uiolentē abductis, abreptisq; humoribꝰ. In quo aduertendū, missionē sanguinis iuberi à Galeno, minuendæ cacochymiæ, quæ succorum uitiositas est, alias repurgantib. medicamentis detrahi corporib. solita: quod non perinde tamē uideri mirum debebit, si de succorū prauitate uenis cōtēta, cumq; sanguinis copia mixta intellexe-

tellexerimus, ut quidē doceri ex quarto de tuēda sanitate lib. facilè possumus.

Εἰ μὲν ἀπὸ μηδενὸς τῶν προφανῶν αἰτιῶν ἐπύρεξεν ὁ ἄνθρωπος. *Si quidem ex nulla manifesta causa febricitarit homo.*) Primitiuæ, & procatarcticæ medicis iam omnibus, & externæ causæ dictæ. quæ sicuti magna semper ex parte febres gignere diarias solent, ita internæ, & corporeæ, putredinosas, tametsi hæ causas habere primitiuas aliquas possint, quę antecedētes, ut dicere solemus, moueant, & illæ internas, ut quæ ex bubonibus contingunt diariæ. Sic fiet, ut coniecturam facere liceat diariæ febris non minimam, si primitiuarum causarum aliqua præcesserit: putredinosæ si nulla.

Εἴη ἂν τὸ καλούμενον ἀπόμελι. *Fuerit & apomeli uocatum.*) Potionis genus ex fauis concinnatum, ut sciri ex quarto de tuenda sanitate libro potest.

Θείη δ' ἄν τις εὐλόγως, οἶμαι, καὶ τὸ σάκχαρ ἐν τοῖς τοιούτοις. *Porrò saccharum quoq; nō sine ratione, arbitror, reponi inter hæc posse.*) Lōge quidem magis affirmaturus hoc fuisset Galenus, si tot ex saccharo, comparatas ad hoc ipsum post illius ętatem notas habuisset potiones, totq; alia medicamenta ex eodem, idem præstantiā.

Ἔχοντος ἐναφεψημένου αὐτῷ σελίνου ὀλίγου. *Apium habēte incoctum paucum.*) Ex ijs quæ paulò antè, ceu iusto calidiora damnauerat, apium tamen delegit, eiusq; parum, incoctum aquæ, tanquam alijs minus noxium. atq; idem in sequenti lib. quoq; commendabitur, libro undecimo. uulgatum petroselinum nostrum ut accipiamus, iam nemine, ut opinor, dubitaturo.

CAP. V.

Ὡς ἥγε εἰς ὀξύτητα τρέπουσα σπανιάκις γίγνεται ταῖς τοιαύταις φύσεσι, καὶ ἧττον βλάπτει. *Nam quæ ad aciditatem uertitur, rarenter fit in huiusmodi naturis ac minus lædit.* Vtrumq; propter temperamenti caliditatem, & siccitatem nimiam. quæ sicuti nidorulentæ, & fumosæ qualitatis cruditatem, calidæ pariter & siccæ naturæ sobolem libenter, ac crebro admittit: ita contrariæ naturæ acidam nec facilè, nec frequenter. Minus autem lædit, quòd licet contrariæ naturæ quum sit, atq; hoc nomine plus quoq; inferre noxæ debuisset, quando in morbis minus periclitari dicantur ab Hippocrate, quorum naturæ uel temperamēto morbus cōuenit: multò tamen minus discriminis affert, quòd hac in parte aciditatis, quæ frigidioris naturæ sit, morb⁹ ingruere nullus queat lethalis, aut cui succurri nō posit, sicuti in altera nidorosę, fumosæq; qualitatis, calidioris ac mordicātis naturę fieri solet, quippè ex qua parata illico tēperamento, atq; habitudini tali febris diaria sit primo, tū & hectica, nisi diaria cito liberet̄ æger. Porrò autē Hippocraticum dictum illud de naturis, siue temperaturis (utrumq; enim pro eodem accipi à medicis consueuit) reliquis intelligi recta ratione posit omnib. his tantum demtis, quæ ad summum intemperamenti unius alicuius peruenērint, dubiæ perpetuo atq; infirmę sanitatis, morbosęq; omnino, & in proximo ualdè, ut in morbos trāseant, positæ: ad q̄s si trāsierint, nō contēnendos, sed ingentes, magnosq; esse eos oporteat, propter intēperamentū iā anteà magnū.

Εἰ μὲν δὴ φαίνοιτο μόνα τὰ διεφθαρμένα κεκενῶσθαι. *Si quidē igitur uideātur sola, quæ corrupta sunt, uacuata esse.*) Hoc est, si unum hoc contigerit, ut humorum corruptela uacuetur, non etiam tanta fuerit euacuatio, ut inde ægroti uires dejciantur. Additur enim mox aduersatiua à Galeno propositio eiusmodi, ut appareat accipiendum fore dictum prius, quo diximus, sensu, positumq; fuisse μόνα pro μόνον, uel tantum, & tantummodo.

Ἐμβροχὴ δι' ἐλαίου καὶ ἀψινθίου. *Embrocha ex oleo, & absinthio.*) Fomentum dixit interpres: sed ἐμβροχή, & ἐπιβροχή (hoc quoq; ēm nomine utitur Galenus) irrugatio potius uider̄ esse, & καταντλημα: fomentū aūt πυρίαμα, sicuti fouere, πυριᾶν.

Ὅπερ καὶ στόμαχον ὀνομάζειν εἰθίσμεθα, καταχρώμενοι τῇ προσηγορίᾳ. *Quod stomachum etiam nominare soliti sumus, abutentes nomenclatura.*) Etenim στόμαχος ex uocis propriæ significatione gulam nobis indicat, quæ alio nomine οἰσοφάγος quoq; dicta fuit Græcis, proprio magis nomine, ac sanè Aristoteli quoq; usitato.

ψυχθείσῃ τῇ κηρωτῇ. *Refrigerato cerato.*) Correctori, qui emẽdationes suas margini affixit, pro ψυχθείσῃ, reponi ξυχθείσῃ, magis placuit: idest, postquam ad læuorem redactum fuerit ceratum. Non nego, læuigari cerata quoq; posse, & interdum debere: hoc tamen loco quodnam magnum futurum læuigandi cerati operæpretium sit, non satis uideo: sicuti non paruum refrigerandi: ut postquam demum refrigeratum ceratũ fuerit (dixerat enim κηροῦ τηχθέντος, liquefacta cera (quod nisi ignis ui non fit) adijciatur aloë, & mastiche: propterea quòd si antequã refrigeretur id fiat, & feruenti adhuc inijciatur puluisculus mollissimus ac tenuissimus ille, ignea ui ne ueluti peruratur periculum sit, ac facultatem ita omnẽ amittat suã. Quapropter scriptura ψυχθείσῃ manere optime posse uidetur.

Ἀλφίτοις, καὶ τοῖς καλουμένοις ὀξυλιπέσιν ἄρτοις. *Polenta & panibus ὀξυλιπέσι uocatis.*) Panes erant (ut conijcere licet) acidi, addito in panificium aceto, uel ratione aliqua conciliato pani acore, plus, minus. plus in dysenterijs, & diuturnis diarhoeis, uel in summo, ubi necessitas adstringendi maior: minus ubi minor, nec tanta, ut in proposita alui fluxione recens facta ex corruptela. Ἄλφιτον porrò polentam omnes dicũt. Fiebat autem ex grano, semineq; aliquo cereali, potissimum uerò ex hordeo, macerato prius siccatoq;, tum & fricto: quod redigi deinde in puluerem, pollinémue posset, ut aut inspergeretur alicui, aut pararẽtur ex eo pulticulæ. Hîc inspersi usus: dicetur enim: ἐπιπάττειν αὐτοῖς τὸ ἄλφιτον: Inspergere ipsis polentã: quę inspergi ritè, nisi pollẽ aut puluis facta nequit. ἄλευρον uerò semẽ granum 'ue erat omne mola cõminutũ, quod farinã dixere.

Ὅ τε χόνδρος ἱκανὸς ὁμοίως ἠρτυμένος πτισάνῃ, τοῦτ' ἔστιν ὄξος ἔχων. *Et chondrus satis erit, similiter præparatus ptisana, hoc est, acetum habens.*) Hinc sciri potest, ptisanã præparari semper cum aceto solitam: quod nostrum aliqui pro incommodo magno ducerẽt, si in febribus fieret paulò magis acutis, quum nihil tamen obstet, quò fieri minus possit, & quidem recta cum ratione: nam & putredini resistit acetum, & faciendi putredinem causæ, quæ magna ex parte in febribus id genus obstructio est.

Διαγνοὺς δ' ἐκ τούτων, ἐν ᾧ μάλιστα μέρει τῆς συμπάσης γαστρὸς ἡ τροφή. *Vbi uerò cognoueris ex his, quanam potissimum uentris totius in parte alimentum sit.*) Alimentum dixit intestinorum inferiorum quoq; ipsorum, quòd ex illis nõ minus alimenti semper aliquid eliciatur, exuctu uenarum ad ea peruenientium. Enimuerò magna sanè opus erit diligentia, ut sciri ista possint certò: & possumus tamen nõ prorsus incerta coniectura aliqua duci ad ea cognoscenda, ut non ignoremus omninò hæc, ex ijs, quæ Galenus attulit, si studium adhibeatur.

Ἀλλ' ὅπερ ἐπεδειξάμην ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς. *Sed quod probauimus in libris de sanitate tuenda.*) Libro operis illius quarto.

Εἰ μὲν δῆξις συνείη, ταύτην πραΰνοντας, εἰ δ' ἐμπνευμάτωσις, ἐκείνην καθιστάντας. *Siquidem morsus adsit, hunc ipsum mitigantes: sin inflatio, hanc sistentes*) Ex ijs nempè quæ statim dicentur. Atq; hîc obiter docemur qua ratione & morsus leuari, & tolli flatus possint, etiam si nulla sit febris. Quod quidem diligenter attendendum est toto hoc opere, ut multa, una aliqua de re dicta, ad alia commodè traducantur, adhibitis rationibus.

CAP. VI.

Ἀλλὰ τοῦ δ' ἕλκους, ἐφ' ὅπερ ὁ βουβὼν αὐτοῖς ἦν γεγενημένος. *Sed & ulceris, propter quod ortus illis bubo fuit.*) Dictum suprà, bubones in febribus sine ulcere deterioris mali suspitionem facere, utpote pestilentis alicuius argumẽtum. Propterea bubones dixit, quos ulcus aliquod excitet: hi em̃ demũ febres acere diarias possunt.

Μὴ δεῖν ὑπερβάλλειν τὸ μηδόλως ἐσόμενον. *Trãsmittere nõ opus esse, quod futurũ nequaquã sit.*) Quasi Galenus dicat, non esse rei omninò ullius significantem uocem hanc διάφιτος, neq; in rerum ullarum (ut solemus dicere) natura reperiri id, sed esse ut βλίτυρι, ut σκινδαψι, quibus ipse uocibus utitur pro uocũ nullius penitus significationis exemplo: quod genus poëtica etiam uocabula quędã sunt chi-

maera

matra, & hippocentaurus. Esse porrò nomina, quæ medicorum quorundā imperitia, aut oscitātia sibi finxerit, eorum qui morbos initio statim (ut quidem legitimos medicos decebat) dignoscere uel non possunt, uel non curant, dici unius aut plurium spacio finituros ut rectè pro tēporis diuersitate rectam quoque sed diuersam uictus rationem instituant. At hi tridui semper inediam imperant. subtilia (inquit aliquis) regimen, quum nescis ægritudinē: at scire medicum bonum oportet. Non esse igitur monet, ex communi quadam à natura ueluti insita notione expectandum tridui semper tempus illud, donec abeat: hoc eñ ὑπερβάλλειν est, quod futurū, prsus nō est: quoniā διάτριτος, ut diximus, nulla sit, qualem quidē ipsi uolunt, sed medici quidā sibi eam faciant, fingātq;.

CAP. VII.

ὑπὸ δὲ τῶν κνισωδῶν ἀπεψιῶν ἰδιαίτερον αἱ ὑγραὶ καὶ θερμαὶ βλαβήσονται φύσεις. *Prius uerò à nidorulentis cruditatibus lædentur calidæ, atq; humidæ naturæ.*) Propter ueluti officinam concoctionis totius, quę circa uentriculum, & iecur maximē perficitur. Quæ planè loca in calidioris, & humidioris tēperamēti naturis quū maiore multo prædita sint, quàm reliquæ corporis partes omnes, calore atq; humore, cruditatem facilè contrahent nidorosam illam, genus quoddam corruptionis, & putrefactionis, à qua non longe natura quoq; sua absunt. Quod in sicco cum calore temperamento, non tam facilè eueniet, humoris defectu, loca, quæ diximus, in quibus concoctio peragitur, non occupantis.

CAP. VIII.

Καὶ δὴ πρὸς ἄλλα γε ὑπάρχουσα χείρων. *Deterior tamen ad alia quum sit.*) Vtiq; ad putredinosos morbos omnes, ut liquet, & dictum iam à Galeno plus semel fuit. Ἀθροίζονται δ᾽ αἱ τοιαῦται συνεχῶς. *Colligūt autem hæ continenter.*) Assiduè contrahitur ab intemperaturis huiusmodi humorum plenitudo, ob frigiditatē: quæ: cōficere cibum multum, quem tamen appetere solita sit, quum nequeat, multitudinem gignere humorum cogitur superuacaneam: citra corruptelam autem, quoniam non exuperat ualde calor, cuiusmodi si cum humore fuerit, ut aliquę ex his sunt, parata quamprimum corruptela.

Ὡς πολλοῦ χρόνου χρῄζειν. *Vt tempore multo indigeant.*) Quàm multo indigeant, & quàm difficulter restitui pristinæ sanitati suæ possint, ostendit pręcedens hunc liber, operis totius septimus, intemperaturę huic curandæ dicatus penè totus. Athi demū sunt, qui quamquam restituantur ex parte, restitui tamē in integrū non possunt sæpè, præsertim quum tactæ iam siccitate solidioris corporis partes fuerint: sed querelis pleni, sibi ipsis semper displicent de sanitate sua, quam uitiatam obtinent.

Ἰσχναίνεται μὲν ἡ ξηρὰ καὶ ψυχρὰ μᾶλλον. *Extenuatur quidē sicca, & frigida magis.*) Verumq; præstat calor modicus in sicca intemperatura, sed quæ calorem inter & frigus temperata sit: ut & magis quàm sicca & frigida gracilescat in febribus, promouente quippè siccitatem calore, quamuis temperato, maiore tamen quàm in frigida: & post febrem in refectione alimentum facilius sentiat, nempè operato felicius semper calore temperato, quàm frigiditate, prę sertim cum siccitate coniuncta.

CAP. IX.

Ἢ καὶ ταύτην αὐτὴν βελτίω ποιεῖν. *Vel hanc ipsam meliorem facere.* Quod per otiū semper facere iubemur, ut perficere, quæ inceperimus, liceat, ne, si aliter fiat ex mutatione ea, quæ finem adepta perfectum non fuerit, damni aliquid accipiatur in corpore non facilè ferente mutationes, nisi naturam induat aliam, quæ ferre deinde ualeat: at hoc fieri, nisi per otium, non potest, ut tempore aliquo confirmetur.

Ἢ καὶ τῇ τοῦ κάμνοντος δυσκρασίᾳ. *Vel ægroti etiam intemperatura.*) In dubio ponitur nunc hoc, quod mox non esse faciendum docebit, & rationem addet,

κατὰ

Εἴτε δ' ἤδη παρὰ φύσιν, εἴτ' οὐ μόνον ἔχουσιν, τοῦτ' ἄν τις σκέψαιτο. *Num uerò præter naturam iam se habeant, an tantummodo non naturaliter, hoc considerandum fuerit.)* De ijs loquitur, qui δυσαρεστούμενοι ab ipso uocantur, & sibi ipsis displicent queribundi, neq; satis ex sententia sua ualent, quasiq; morbo iam aliquo tentātur, neutros dicere solemus medici, ingressuros in morbū iam iam, nisi pręcauētes anteuertant aliquo modo. Huius conditionis habendos esse uidebat̃ nobis suprà illos quoq;, qui ad summū intemperaturæ unius alicuius peruenere, & corripi eiusdem intemperaturę morbis periclitantur, si modò adhuc paululum in ea progrediantur. Atq; hos oēs, quū nemo sanæ mentis in cœtu reponere possit sanorum, quippè tàm iam querulos, & uacillantibus actionibus, neq; rursus præter naturā omninò se habeant, non enim manifestè læsis actionibus suis notari possunt: in medio statuere inter utrumq; cogimur medici, οὐ φύσει, id est non naturaliter habere eos iudicantes, quando nec secundū, nec præter naturā omninò appareant: scientes intereà tamē & uidentes, aliter dici à philosophis quibusdā posse, ac solere, ratione quadā contēdētib. mediū cōstitui nō posse hoc, sanumq; omnino, uel ægrū esse oportere unumquēq;, tertiū nihil esse. Quibus libēter, ac facilè nuntiū remittimus, suasq; sibi habere subtilitates hasce permittimus: melius, ac utilius multò staturi nostris constitutionibus, sensu nixis, atq; rerū usu & faciēdi necessitate cōfirmatis: nisi ita agamus, sicuti quos curemus ægrotos habemus, & quos in sanitate sua cōseruemus sanos, ita nō facilè neq; distinctè, uel discretè satis habituri, quos, ne statim ægrotēt, ab incursu in morbos reuocemus, neutros hosce, aut aliorum generum alios, sed conditionis tamen, & constitutionis non dissimilis. In eundem modū patibilitatē rationibus suis à nonnullis inuectam, perpetuā illā, non recipimus, contrariam rationibus nostris faciēdi: qn̄, si ea recipiat̃, oēs medicinā tantùm curatricē facturi sint, nec ꝑfecturi tamē quidquā, cū ἀπάθειαν abigere ex toto numquā liceat. Rursus tēperamenti æquilibrium exactissimū, atq; exquisitissimū, tēporis tantūmodo momento durans, si sequemur, non assequemur sæpe quod uolumus, nullum habituri, quem in temperamento optimo, bonaq; habitudine constituamus, aut constitutū seruemus. quō nanq;' nā facere incipiētibus, iā abierit occasio omnis, fluxa nimis. sic fiet, ut quædā dictet interdum ratio intellectionibus nostris, actiones aūt nostræ potiorē aliam faciēdi in præsenti rationē sequant̃ necessariam. Et ratio, atq; intellectio, nimium sæpè abstrahit à rerum præsentiū, & quas in manibus habemus, natura, circa quas particulariter agimus: particularia aūt omnia concreta: ut ideò agendum non nimis abstractè in his sit. Ita sanè: quamuis sciamus ab Aristotele dici aliter non posse, quàm ut sanū inter & ęgrum medium esse ullum neget, qui quidem sanitatem, & ęgritudinem in prima qualitatis spetie reposuerit, in qua nō est motus, ut necessum propterea sit discessionem à sanitate in ægritudinem, contraq; ab ægritudine in sanitatē reditionem absq; temporis interuallis fieri. Nos tamen quasdā affectiones, sanitatē atq; ęgrotationē præeūtes, signis notatas suis cōstituemus, quas alia quadā, quā duas illas, ratione tractemus, faciendorū tantūmodo cōmoditatem in his sequuti, rerumq; ipsarū naturā rationibus nostris accōmodantes, ut finem quē intēdimus, assequamur: potius quàm nimiū perspicaci, ac subtili inspectione rerū naturæ, quam ualere utiq; sinimus, attendētes, usum rectè agēdi omittamus omnem. Neq; uerò si priuatiua, quorū nullū mediū est, posuit sanū & ęgrum Aristoteles, ut uidēs & cæcū, nos idē facere cogemur, ac si fecerimus, artis medicę non minimam sanè partem relinquere simul cogemur, signis nihilo min9, notisq; ꝓprijs suis discretā satis ab alijs, ut suis pariter illā tractare legib. ac rationib. nihilo secius, quā reliquas duas, liceat. Alioq; quantūuis diligēter in Galeni scripta inquirat̃, reperiet̃ is nusquā de suo inuexisse in medicinā cōstitutionem corporū hāc, quā neutrā dicimus, quāuis uerbis disertis inprimis in Ar-

in Artis medicę libro hanc ipsam protulerit: sed aliorū tamē inuentū sequutus, Herophylic̄p inprimis: necessariò artē nobis medicā diffinitionis toti⁹ explicatione, clarius ita, ac dilucidius multò traditurus: quæ quô explicatius sub oculos, & distinctius ponit̃, sine dubio melius simul insinuatur & felicius retinet̃. Alibi Galenus, ut in opere de sanitate tuēda, semel, aut bis, huius quoq; meminit, neutralis inquā cōstitutionis: uerū nihil de ea asseuerās. Hoc aūt loco οὐ φύσει dixit, neutrū quidē nō appellans, attamen quod intelligi non minus obscure posśit hoc ipsum esse. & addit: τοῦτ' ἄν τις σκέψεται, quasi qui ambiguus de eo feratur adhuc. Atq; hęc repetita inculcatum iri legentibus melius sperauerim.

ἡ δ' ἐπικράτησις γίνεται μὲν ἑκατέρων κεραννυμένων, εἰς τὴν βοηθήματος ὕλην, γίνεται δ' ἐν μέρει τῶν παραλαμβανομένων πίνεται. *Prælatio autem commistis interdum in unius auxilij materiam utrisq; fit, nonnunquam particulatim sumtis*) In hunc ferè modum: si duę forte fuerint dādi cibi calidioris indicationes, ac ueluti suffragia, frigidioris uerò una tantū: uicerint sine dubio duæ illæ, ut præferendus naturæ calidæ cibus sit. ita tamē, ut quoniā una præterea frigidi dandi indicatio erat, facturi rectè simus, si uel duos calidi, unum frigidi simul ordinem miscuerimus cibi, uel unū tantū calidi, frigidi nullū: perinde em̄ fuerit, hoc uel illud fecisse. idq; facere, uel in unā cibi unius materiā mistis utrisq; licebit, uel seorsum, quod ille ἐν μέρει dixit, ut separatim secūdi ordinis cibus exhibeat̃ calidus, ac separatim rursus primi ordinis frigidus. Porrò usus uoce βοηθήματος est, quòd cibi sint facultatem quoq; medicam, pręter alimentosam, retinētes multi, quos medicinales cibos appellare mos est. Quamquam non prorsus incommodè aptare eandem rationē componendis similiter medicamentis, exhibendisq; posśimus: ut hāc quoque ob rem adscriptum fuisse βοηθήματος uideri posśit. Additumq; illicò legitur, cōmunem hāc haberi rationem complicatarū inter se indicationū omniū.

οὐκ ὄντας δ' ἐν αὐτῷ νῦν. *Qui tamen in eo nunc non sint.*) Vt ostendat, à præsentis, in qua ægrotant, regionis, anniq; temporis, & cōstitutionis temperamēto, siue etiam intemperamento sumendas esse indicationes, non autem ab ijs, quę iā præterierunt, nihilq; agere circa ægrotū iam possunt, & egisse quidē potuerunt anteà. ut quum fortè à tēperata regione discedens tēperatus itidem aliqs, & ad calidam & siccam se conferens, ætate insuper media, & constitutione calida pariter & sicca ambientis, ex parte hac causæ, uictu præterea usus calido, & sicco, exuto temperamentò: calidum eodem modo, siccumq; intemperamentum induat: cuius quidem, si fortè ægrotare tali intemperamento pręditū contingat, habeatur meritò ratio in præsenti, non autem causarum, quæ id fecerunt, quoniam nullæ iam eæ sint.

οὐ γὰρ τὴν ὁμοίων ὁδὸν ἡ ἀπὸ τούτων ἔνδειξις, ἀλλὰ τὴν ἐναντίων. *Neq; enim à similibus ducitur horum indicatio, sed à contrarijs.*) Duntaxat intemperatorum: de his enim loquitur nunc, quòd calidum & siccum proposuerit ambientem in uno, frigidum & humidum in alio. Nam temperata si fuerit regio, anniq; tempus, & cœli status, à similibus sumetur indicatio, ut mox dicetur.

παρὰ μὲν γὰρ τῶν ἐθῶν ἡ ἔνδειξις ἀεὶ τὴν ὁμοίων ὁδὸν, ἄχρις ἂν νοσῶσιν οἱ ἄνθρωποι. *Etenim à consuetudine similium semper indicatio est, donec homines ægrotent.*) Vt sciamus, etiam prauæ cōsuetudinis retinendum esse aliquid ægrotis in morbis ipsis. Nā sani facti, si uolent, & otio abundabunt, mutare in melius consuetudinem factamq; fortè ex ea intemperaturam licebit: quod quidem fecisse, nisi cōtrariorū usu, non poterunt: si non uacabit, similibus cōseruabitur. Quemadmodum tēperati qui fuerint, tam sani, quàm ægri, tēperamenti boni retinendi sui indicationem à similibus semper sument. Quod quidem in ætatibus quoq;, & naturis & regionibus, & anni temporibus, & constitutionibus, similiter ualiturū est: ut tēperata semper conseruentur similibus, siue sanū esse siue ægrotare quē cōtingat. de his enim scribens ait: ἔνδειξις ἀεὶ τὴν ὁμοίων διαιτημάτων ὁδὸν ἄν θ' ὑγιαίνωσιν ἄν τε νοσῶσιν. Quo loco interpres βοηθημάτων legisse uidet̃, q̄ pręsidiorū uer

terit

ræ intemperatæ (de his enim loquitur) cōtraria indicent, nisi cōsuetudo demū accesserit ipsa. Quæ si tria in unum consentiant: indubitanť contrariæ qualitatis cibum in floribus exhibendum esse indicarint. Ab intemperatis, inquit, anni temporibus quidem, & constitutionibus, & regionib. indicatio cōtrariorum est: ætatū uero & naturatū, non simpliciť, sed cum consuetudine: nimirū contrariorū indicatio erit. Secūda enim hęc periodus, quod in priore dictū fuerat, repetit necessario. Ita sanè fiet, ut si calidi, & sicci temperamenti aliquis, ætatis insup cōsistentis, cuiusmodi initio libri ꝓpositus æger fuit, si præterea calido, & sicco usus noctu fuerit, & febri corripiať aliqua, uictū is postulaturus sit rectè, atq; ordine contrariæ qualitatis, frigidū nempe, & humidū: etiam naturæ, ætatis, & consuetudinis ex parte, trium horū simul, non solū febris ratione, ꝓpter intemperaturæ nimirū excedentis suspicionē, quæ semper penè contrariorum usum merito exposcat. Atq; hanc ego loci huius authoritatem sequutus, dixi prius, intemperaturis ad summum intemperatis, ut calida summe & sicca est, in febribus uictum deberi frigidū, & humidum non solius febris ratione, sed etiam temperamenti, quod alioq; conseruandum simslib. foret: quandoquidē in summo futuræ tales non sint intemperaturæ eæ, nisi consuetudo id fecerit duabus alijs addita, naturę, atq; ætati. Quamlibet enim calidus & siccus aliqs, si calido itidem & sicco usus uictu nō fuerit, sed ꝓ eo, aut temperatum aut frigidū etiam & hmidū ex consuetudine adhibuerit: ad id intemperiei nunq; perueniet, neq; uerò in ea consistet, sed contrariarū qualitatum ui retusa dubio procul minuet. tuncq; febricitanti ex ordine conuenienť cibus dabiť, quali uti prius consueuerat, uel etiā temperatus, ex regula medica, qua iubemur à cōsuetudine recedendū non esse in morbis, neq; immutandas tunc intemperaturas cōtrariorū usu: nisi uerò consuetudo præterea ceu calculum & suffragiū suū addiderit temperamento eidem: nam tunc uel in morbis ipsis contrarijs qualitatibus reuocandæ esse eiusmodi intemperaturæ uidentur, ne in deterius ꝓlabātur. Atq; idē fuerit iudicium de frigidis, & humidis, uel cuiuscunq; modi alijs intemperaturis, in summo, si ꝓprię intemperaturæ morbis corripiantur: omnes enim contrariarum facultatum uictū requirēnt, ob rationē, quæ uisa nobis fuit posse conuenienť de re hac afferi. Posset & illa adduci loci huius intelligentia, nimis tamen (ut ego quidem existimo) coacta, nimisq; longè accersita: futura ut illud σὺν τῷ ἔθει ꝓ eo accipiatur, ac si dictū fuisset: nisi contraria consuetudo fuerit quàm quę ætati, ac naturæ conueniat: nam tunc consuetudini potius standū contraria exposcenti, ut in proposito ægro calidi, sicciq; temperamenti, ac ætatis consistētis, febre laborante, quod ætatis, ac naturæ, quæ temperamentum ipsum est, rationem attinet, uictu utendum esse moneamur calido, sic coq;, nisi cōtrà cōsuetudo stet, qua æger quāuis illius ætatis, ac naturę, uictu tamen usus fuerit frigido, atq; humido: nam tunc contrario utēdum fuerit uictu quàm quem ætas, ac natura exposcat: frigido nempè, atq; humido propter cōsuetudinē. Quæ planè expositio rationabilis per se futura erat satis, si modo illam orationis constructio, & uerborum uis admitteret: quæ facilius, ac rectius ut puto, priorem sensum illum recipiant, in hunc tamen ipsum recidentem.

ὥσπερ ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ὑπομνήμασι δι᾽ ἥλου. *Quod monstrauimus in commentarijs de sanitate tuenda, duplex.*) Dictum de hoc eodem in superioribus etiam libris, tertio & septimo, & de tuenda sanitate tertio: uariantibus sententijs aliquantum, attamen quæ conuenire in unam atq; eandem facile possint. Et in de sanitate tuendo tertio duæ ponuntur magnitudines, itidem ut hic: altera ex dignitate κατ᾽ ἀξίωμα, altera ex proprijs rerū substantijs. At in tertio præsentis operis libro simplex attulit, τὸ κατεπεῖγον, urgens scilicet, in quo deinde magnitudinē considerandam esse addidit septimo, sic inquiens, ἐν μὲν ὂν τῷ πρὸς τὸ κατεπεῖγον σκοπῷ, τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως σκεπτέον. At triplicē explicat magnitudinem ibidem, addita duabus illis ex magnitudine & propria substantia, tertia

T

tia, quæ ex facultate læsum corpus gubernante ducitur, à prima illa κατ' ἀξίωμα atque ex dignitate non magnopere diuersa. Etenim magna sanè facultatum corpus nostrum gubernantium dignitas habenda semper, cuius nulla tamen hic fiat mentio: sicuti neque in de sanitate tuenda tertio: ideò quòd neutrobique aliqua esse posit effatu digna facultatum harum consideratio, utpote omnium minime periclitantium, neque in diarijs febribus, neque in sanitate.

Διὸ τὸ πρῶτας μὲν ἐκ γνώσκει, κατὰ συμβεβηκός. *Propterea quòd primò non indicet, sed ex accidenti.*) Vt quum longius, quàm natura ipsarum ferat, protrahūtur, uel medicorum incuria, uel ægrotorū intemperātia, uel ministrorum errore: quod insequentis libri initio statim dicetur: ea nanque omnia ex accidenti fuerint. simul accidere quandoque posse narrabitur libro dein decimo, non ita multum post libri principia, quamuis rarius, ut prima statim die uictus, uel secunda reddatur debilis, ob malum fortè habitum, uel senium, aut quum post labores, tristitiamque & uigilias, dieique totius inediam, uespera primùm nutriatur homo, febrisque inuadat, ac noctu insuper uigiliæ accedāt: id. n. nimirū robur dissoluent ex accidēte quodā: quod quidē diaria quoque febre laborātibus cōtingere queat. Cęterū ut hęc ex accidenti de uirtute dicant, de quo tamen Galenus hic intelligit, & de quo dicturū se in sequētibus pollicet his uerbis, quæ mox addit.

περὶ δὲ συμβεβηκότος ἐν τοῖς ἑξῆς διορίσω. *De quo accidente in sequentibus differam.*) Libro potissimum undecimo, qua libri parte, expendenda esse inter se docet febrem, putredinem, causam, uirtutem, siue uires, quæ per se cōsiderandæ semper sint, ob uitæ scopum, tum uerò ex accidenti quodam; quòd robore assumpto uires ad curationem morborum faciant, quippe ualidius propterea morbos superaturæ. Galeni ibi uerba erunt hæc: φύσει δὲ καὶ κατὰ τὸ συμβεβηκὸς πρὸς τὴν ἴασιν τῶν νοσημάτων, ὅπερ ὑπεσχόμεθα λέξειν: quod ostensuros nos promiseramus. Polliciti huius memor, hoc ipsum addidit: dicturque idem insequenti etiam libro, capite undecimo.

IN LIB. IX. THERAPEVTICES METHODI.

CAP. I.

Ὥσπερ ἐν τῷ περὶ διαφορᾶς τῶν πυρετῶν. *Quemadmodum in tractatu de febrium differentijs.*) Libro primo.

Ἕτερόν τι γένος ἐν τῇ μεταστάσει συνίστασθαι, μηδετέρῳ τῶν ἄκρων ταὐτόν. *Diuersum genus quoddam in transitione consistere, cum neutro extremorum idem.*) Hanc planè eādem ob causam, ac clarioris doctrinæ gratia, inuecta in medicinam pariter neutralitas illa fuit, præsertim quę sanorum est in morbos transeūtium & quæ rursus à morbis ad sanitatem redeūtium. Nam alia neutrorum duorum, horumque insuper subdiuisorum significata, alterius omninò formulæ cuiusdam sunt.

Η βουβῶσι, ἢ διά τινα αἰτίαν πρόφανη γεγενημένῳ. Redundat secundum ἢ: itaque delēdum, & pro βουβῶσι, sequitur reponendum βουβῶνι enim. γεγενημένῳ. Facto, in bubone à causa aliqua manifesta, propter Hippocratis dictum: Bubones in febribus sine ulcere mali. ulcus positum pro euidentis, siue primitiuę causę exemplo, ut aliæ similiter intelligantur.

Ἐκτείνεσθαι μὲν ἀνάγκη τοὺς τοιούτους πυρετούς. *Produci necessariū huiusmodi febres.*) Nulla tūc medicorū imperitia, nec ægrotorum intemperātia, neque astantiū errore, quibus accidentibus protrahi diarias febres, lōgius quàm aliàs, dicebatur paulo ante: reliquum igitur est, ut impactis uehementer humoribus id fiat.

Η τοίνυν ἄλλο γένος ὑπὲρ τοὺς εἰρημένους τρισίν. *Vel igitur genus aliud præter tria iam dicta*) Duo, quę modò dixit, putridarum, atque hecticarū, & tertiū ephemerarū.

CAP. III.

Καὶ ταῦτα ποιοῦντος, ἢ ὁμαλῶς, ἢ ἀνωμάλως, *Atque hac faciēte, uel æqualiter, uel inæqualiter,*

κτερ.) Si toto eo tempore, quo eiusmodi febris durat, eundem indifferenter tenorem seruarent adijciendo, uel minuendo, uel parem, qua ab initio incepit, magnitudinē relinquendo, æqualit id fieri dicetur: sicuti inęqualiter, si tribus, ut puta, horis, quodcunq; febrium harū genus fuerit, adijcientibus, aut minuentibus, modus quidē febris seruetur idem, duabus autem, aut una per interualla maior, minorue adiectio fiat, imminutioq; itidē maior minorue, sui tamē generis semper.

Ἐκ τῆς αὐτῆς ὑπάρχουσι φύσεως τοῖς ἐφημέροις. Ex eadem cum diarijs, natura.) Ex parte tantum ea, qua sine humorum putredine fiunt. Nam diariarum tempus excedunt multorum sæpe dierum factæ, quum diariæ esse unius tantummodo diei debeant, si modo nominis sui significationem sequantur.

Καθάπερ οὐδ' ἐν ἰσχνοῖς, καὶ ἀραιοῖς. Quemadmodum neq; in gracilibus, & habitudinis raræ.) Vt potē quibus per cutis raritatem humores multi euaporati exhalent, & excrementorum copia non parua diffletʳ, ex hoc quidē usum non paucū capientib. ad permansionem in sanitate diuturnam: sicuti sanè ob idem aduenictibus forinsecus causis expositi sunt. Densiore uerò corporis habitu q fuerint, contrario utraq; parte modo se habebunt. Quod notatū ab Hippocrate legit.

Πρόσεστι δ' ἰδίᾳ γνωρίσματα θατέρῳ σημεῖα τὰ ἐν οὔροις, καὶ ἐν σφυγμοῖς. Adsunt uerò alteri priuata putredinis signa in urinis, & pulsibus.) Pulsuū systole, ubi febris putrida fuerit, maior semper diastole ipsa deprehenderʳ, modò systolem tactu asseq deturː tum uerò etiam uelocior: & ex parte exterioris quietis inʳ finē diastoles & systoles principium positę, cōcitatio. Quę omnia fiunt ob fuliginosi, ac putredinosi excrementi in febribus putridis uigentis semper magis, expulsionē, quod per systolē fit. Quę quū eiusmodi, qualē modò diximus, tangenti arterię corpus medico uisa fuerit, indicio erit putredinosæ febris satis manifesto. Vrinæ porrò idem indicauerint, odoris cuiusdam tetri, prorsusq; extranei, & ingrati, non secus ac in ijsdem febrib. tangentib. extrinsecus ingratā repręsentari qualitatē addidit: καὶ ἡ δὲ τῆς θερμασίας ἀνάδοσις, inquiens. Sanè ex ore quoq; exhalationes huiusmodi nō solùm putridā, uerum etiam insignite putridam, adeoq; pestilentis alicuius generis febrem denunciarint, ut in libro de pulsuum pręnotione, tertio: In pueris, dum uerminant, quod frequentissimē fit, & putredinis semper alicuius soboles est, tale aliquid animaduertere licet. Nam & ex ore exhalat extranei odoris nescio quid, quod putredinem referat, ac nares acriter feriat, et uel mulierculis uerminationis illius ipsius nota sit: atq; ex urinis deprehenditur idem. Nec planè extrinsecus quoq; tractanti corpus non sese exhibu erit caloris ingrata illa qualitas. Arbitror si per ætatem dignosci in his systole posset, aut nos aliàs hodie dignoscendæ illius periti haberemur, satis hac quoque in parte deprehensuros idem fuisse.

CAP. IIII.

Ἐπειδὴ μάλιστα μὲν χρὴ γυμνάζεσθαι τοὺς μανθάνοντας ἐν τοῖς ἐπὶ μέρους παραδείγμασιν. Quoniā quidem discentes in exemplis exercendi maxime sunt.) Potissimum uerò si ea tradātur, quorum particularis futura actio quædam sit. Etenim exempla quoq; ipsa quum particularia omnia sint, rem omnem, quasi in præsenti agatʳ, sub oculos discentibus ponent & melius instruent, & hærebunt memoria melius. Atque huc tendūt exempla, & relatæ tot à Galeno, perq; libros dispersę passim historiæ, uel ad dignotionem, uel ad curationem facturę optimē omnes: quarum etiam tam dilucide enarratarum facillimum futurum sit meminisse.

Εἶθ' ὕστερον τοῦ πατρὸς ἐναργῶς ὀνείρατι προφανέντος. Deinde quum patris manifestis insomnijs monitus essef.) Non semel hoc à Galeno audimus, ut nō parum aliquā do tribuerit insomnijs, dum supra artē tamen cuncta hæc deputat.

Καὶ συνδειπνοῦσι, καὶ παραπέμπουσι τοὺς πλουτοῦντας. Ac cum diuitibus cœnant eosq; comitantur.) Idem, quod initio statim operis totius multò pluribus damnatum uerbis, ac sententijs, reprehensumq; fuit.

Καὶ μεγίστους, καὶ ταχεῖς. Maximos, ac ueloces.) Velocitas, et celeritas diastole intelligenda ueniet. Nam quòd synocha sine putredine laborarit, in qua quū fuliginosorum excrementorum, quos quidem putrida febris fecerit, nihilomino sit, atq; eorum, qui naturaliter in corpore semper insunt, parum: quandoquidem calidum, & humidum, multiq; sanguinis, aut carnis multæ esse opus sit temperamentum synocha febre laborantium, ubi fuliginosa excrementa paucissima: maior meritò habebitur semper, ac celerior diastole, qua alioqui calor naturalis refocillatus uentilatur, quàm systole, qua fuliginosę tantummodo superfluitates repurgantur.

Εἶτ' ἤδη καὶ τὰ οὖρα τῇ τε συστάσει καὶ τῇ χροιᾷ. Tum uero consistentia, & colore.) Religio fuit hìc quidem Linacro, σύστασιν Latinis reddidisse consistentiam, qua tamen uoce alij Latini non prorsus mali interpretes, usi sunt. itaq; crassitudine maluit uertisse. At rerum multarum substantia consistet utiq;, neq; crassè tamen consistet, neq; ulla illarum rectè dici crassitudo poterit, ut hæc ipsa urina, de qua nunc est sermo, quum secundum naturam prorsus habuerit, consistere, & cōsistentiam aliquam habere meritò dicetur, mediocrem quippè, & naturalem, minimè uerò crassam. Qui consistentiam dicere nolunt, constitutionem possunt, benè Latinam uocem, quæ σύστασιν aptè satis reddat.

Ἅμα δ' ἐξ ἀνάγκης διὰ τὴν προγεγενημένην βραδυπεψίαν. Simul necessariò ob præcedētem concoctionis tarditatem.) Maxima esse semper cautio debet in secanda uena, ne id repleto uentriculo, aut cibi nimietate, aut cruditatibus, aut corruptela deniq; aliqua fiat. Secta enim uena, trahetur quicquid inerit: & in proximas primùm uenas, tum & in maiores attractum ducetur: maioresq; ita obstructiones semper, & ex obstructionibus, maior pariter febris fiet.

Καὶ τῇ διὰ τὸ πλῆθος τῶν σαρκῶν στεγνώσει. Et ob carnium plenitudinē, constipatione.) Videlicet quum nulla humoris alicuius uel copia, uel crassitie uel uisciditate, àc sola carnis plenitudine confertior factus corporis totius habitus fuerit: ex quo tanta quādoq; sequitur cōstipatio, ut densatis ita exilibus præsertim meatibus, transpirationi, sensum nostrum fugienti illi, exitus nullus pateat: qua cōclusa, accendi facilè febris potest. non solùm autem, uerumetiam attoniti morbi genus illud sequi interdum, quod intercepto uenarū, atq; arteriarum spiritu, fieri dixit Hippocrates his uerbis: τόδ' ἄφωνον δὲ αἰφνης γενέσθαι. φλεβῶν ἀλλήλων πειέσειν. de Ratione uictus in morbis acutis. Huiusmodi corpora carnis nimię, uenarumq; simul & arteriarum repletione usq; adeò conferta, densaq;, dicere σφριγῶντα solent Græci interdum.

Καὶ τάσις ὅλου τοῦ σώματος ὡς πεπληρωμένου. Et corporis totius tensio uelut repleti.) Quod quidem reuera repletum esset, ideoq; tenderetur. Sequitur enim repletionem, tensio, ut utrem benè repletum benè tendi uidemus, eoq; magis, quò magis repleatur.

Καὶ σφυγμὸς τῆς κεφαλῆς. Et capitis pulsus.) Interiorum arteriatum intelligenda pulsatio quædam, quæ in febribus sæpè sentitur.

Δύναιτ' ἄν τις εὑρεῖν ἥδιον, ἢ χρηστότερον. Inuenire possit aliquis iucūdius, aut utilius.) Iucundum est gubernanti animalia naturæ, onere se leuatam sentire, uires suas premente, uel opprimente iam potius: utile autem quòd excrementa, pondereq; eo leuata, illicò ualidius expellendam de corpore, quod custodit, aggredi noxam potest, & aggreditur, solita aut per uomitum, aut per secessum, aut per sudorem eijcere.

Ἐπιμετρήσας δὲ τὴν ὑστεραίαν, ἐπὶ τὸ λουτρὸν ἀπέλυσα τῇ μετ' αὐτήν. Cuius modum postero die augens, tertio lauatum dimisi.) Ita quidē uertit interpres: ut intelligatur, postridie eius dici plusculum exhibitum fuisse ptisanæ cremoris, ac tertio demum lauatum ægrum. Mihi uidetur aliter accipiendus esse locus is, quàm de ptisanæ cremore: ut illorum uerborum, ἐπιμετρήσας δὲ τὴν ὑστεραίαν, sensus talis sit: uoluisse Galenum priori die, in qua iam liber à febre esset æger, ac

proinde

proinde dimitti iam lauatum posset, postcrum tamē quoq; diem addere ex abundanti: hoc enim est, ὑπὲρ μέτρον: quò nimirum interposito die eo, tutius tertio deinde die conferre se ad lauandum possit.

Τῶν γὰρ ἐπ' ἐμφράξει μόνῃ πυρεξάντων τὸν ὑδ' εἰς μετὰ σῆψιν εἰς τ' ὑπ' συνολίνι πυρετὸν, ἄνευ χεῖν τί φθάσαι τὸν αἵματος. *Eorum enim, qui ex obstructione sola febricitant, ad febrem cum putredine transijt nemo misso prius sanguine.*) Exceptis tamen naturis succorum uitiositate laborantibus: hæ nanq; si magna fuerit obstructio, quam humores fecerint multi, crassi, uiscidi, non euadēt, quin in febris aliquid incidant cum putredine, etiam si ex diariarum genere initio febris fuerit. Sic enim superiore libro scribebatur de hoc: τὸν ὑπὸ τ στοις πυρετὸν ἀδιωάτον ἐστὶν γὰρ τοῖς ἔροις διαμένειν τὸν ἐφημερον. ἐξ ἀνάγκης γὰρ αὐτὸν ὁ ὑπὸ σῆψει χυμῶν διαδέξεται, κατὰ τὰς κακοχύμους φύσεις. Necessariò, inquit, excipiet illam, ex humorum putredine febris alia, in naturis succorum uitiosorum. Nam in alijs tēperaturis, cuiusmodi sunt, quæ proponuntur, sanguineæ, & carnosæ, aliud sequi febris genus possit, synochæ nimirū sine putredinē. Idem igitur dicit hîc, atq; ibi, sed hîc ubi neminē ex obstructione sola febricitantē, si missio sanguinis in loco, & tēpore prius fiat, incidere in febrem cum putredine scriptū est posse, exceptione utemur naturarum cacochymarum, de quibus non agitur hoc loco: ibi autem, ubi necessariò sequi febrem cum putredine dictum, multi & sanguinis & carnis naturas excipiemus, quoniam de his ibi non est sermo: nulla dictorum dissensione notata.

CAP. V.

Ὅσοι συνόχως ἐπὶ ταῖς ἐμφράξεσιν. *Quæcunque constipationē sequuntur ab obstructione factam.*) Eò, quòd ualde diuersa sit ratio febriū, quas uel cōniuentia meatuum sola fecerit, atque ex hac causa constipatio, uel insolatio, ustiòue, aut frigus, aut in sponte nascētibus aluminosis aquis lauatio, breuiter primitiuæ causæ multæ aliæ forinsecus aduenientes & constipantes, non autem internæ, & corporeæ, ubi maior semper putredinis alicuius suspitio.

Εἰ δ' ἤ τις αὐτοῖς ἢ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχοι, ἢ ὕστερος ἐπιγίγνοιτο, κατὰ μὲν ἅπασας τὰς φλέβας, καὶ μάλιστα τὰς μεγάλας συνισταμένης αὐτῆς, οἱ συνόχεις γίγνονται πυρετοί. ἐν ἑνὶ δὲ μορίῳ τοῦ ζώου, οἱ κατὰ περίοδον ἐνίοτε παροξυνόμενοι. *Quòd si putredo his aliqua uel ab initio statim, uel postmodum accedat, si quidem ea in uenis omnibus, præcipuè uerò maioribus consisterit, febres gigni synochas: in animalis uerò parte una aliqua, accessiones, per circuitū quendam redeuntes.*) συνόχεις, continuas uertit interpres. Quod si admittimus, non habebimus deinde quo reddamus συνεχεῖς, ualde à συνόχοις diuersas. Nam esse συνεχεῖς possunt, & in una tamen corporis parte aliqua accendi particulari, ueluti ex fomite, focoq;, quod in συνόχοις non est. Longè igitur melius fuerit uocibus distinxisse, ut natura quoq; distinctæ sunt, & discretæ. Et quoniā uocabula habemus duo latina, quæ congruenter satis reddere utrumque genus queant: συνόχους continentes diceremus, cōtinuas συνεχεῖς. De quibus omnibus quoniam magna semper est in scholis controuersia, ac multis sæpe multumq; argumentosis rationibus, in utramq; partem adductis agitantur quæstiones, sanguinis ne febris esse ulla possit putrescentis: tum etiam de continuarum natura trahuntur in disquisitionē quædam: postremò superioribus quoque annis inter doctos summiq; nominis medicos, de intermittentium febrium fomite focoq; orta lis, nondum sedata satis uideri potest: quū locus annotandi aliquid de his (non enim decidēdi, aut iudicandi, quod mihi non arrogo) nulla ex parte proprius uideat esse in Therapeuticis, ubi curandi tantū modus exigitur, melius reseruabunt ad libros de differētijs febrium, ubi in diagnosticis, naturæ febrium oēs, ac differentiæ explicari conuenientius poterūt ac debebūt. Illud tamen intereà, quum de synochis, quas iam continētes nuncupemus, hîc agatur, quæ sanguinis febres sunt putridæ (nam duo sunt genera) sanguinem

(totam sanguinis massam intelligo ex humoribus omnibus inter se mixtis cõstantem) putrescere demonstrant: quod tamẽ mirum ualdè uisum quibusdam fuit, neq; fieri posse credidere, ac fieri tamẽ potest. Nam si extra uenas positus ut in partis alicuius phlegmone, putrescit, & Hippocratis authoritate ipsius Aphorismorum sectione sexta, sanguinem è uenis in corporis capacitatem aliquam, pectoris puta, aut uentriculi, aut intestinorum transfusum, putrefieri necessum est: non uideo, cur intra uenas adhuc loco suo contento, non accidere idem possit. Et sanguinem animaduertere sæpè licet, ab ægrotantium multorum uenis per sectionem emissum, id graueolentiæ, ac fœtoris referre, ut putrefactio non parua inde arguatur. Neq; tamen sanguinis tunc portionem tãtummodò propriè ita dicti putrefactam dicere possis, eam, quam à bile utraq; flaua, nigraq;, & à pituita separatam intelligimus, quando totius (ut ita dicam) massæ illius substantia putrefactione ea uideatur infecta, nec quamuis diligẽter inspicienti aliter appareat. Quòd si ita sit, & putredo ea totam substantiam peruadit, æqualiter correptis humoribus omnibus, sanguine, bile utraq;, & pituita, uel illorum saltem ichoribus: non sanè bilis magis nigræ, flauæue, aut pituitæ, sed neq; propriè uocati sanguinis febrem hanc rectè dixeris, quàm sanguineæ substantiæ totius, quippe in quam totam, & per quam totam accepta putredo sit: ut propterea etiam constituere peculiare quoddam, separatumq; ab alijs febris genus facilè possit, quam nomine proprio συνόχον uocemus. At enim dicunt, sanguis quum putrescit, illius necessariò tenuior, ac subtilior pars in bilem uertitur. quod nos non negamus, & fieri posse permittimus, non solũ de bile, quam flauam dicimus, ut tenuior, sed de nigra quoq;, ut in illam sanguinis pars crassior abeat etiam tandem. Quin uel ob hoc ipsum contendimus, non repræsentari tunc huius, aut illius febris speciem, uerùm ex omnium potius humorum simul putredine unam quandam existere putredinis simul totius, atque uniuersæ formam, & ideam. Nam, ut tandem tamẽ putrescente sanguine partes illius in bilem utramq; degenerent, prout paratiores utriusq; generationi habuerit sanguis partes, quin pituita pariter exassari inde parte ex aliqua possit: non sic tamen protinus ea fieri credemus, ut nõ aliquid semper intercedat temporis, quo tempore repræsentari nobis facie, atq; idea integra sua synocha febris soleat: quod dierum circiter septem est febrium huiuscemodi, perimentium, aut sanescentium. Ac fieri posse concedimus, ut ante id quoque tempus bilis iam cœptum fieri sit aliquid: sed non tantum tamen, ut immutare synochæ speciẽ potuerit, uel illius nobis signa abstulerit, quæ pathognomonica uocamus, quod satis futurum sit medico, rerum harum sensibus sese nostris ostendentium fide nitenti. Atq; aliàs quoq; multò id tardius euenire in sanguine præditis multo, carneq; multa naturis credendum: præsertim uerò uenis inter alas, & inguina, ob caloris natiui, ibi potissimum uigẽtis, copiã, proindeq; diutius sanguinis, putrescentis licet, in qualitatem aliam degenerationi resistẽtis. In cacochymis naturis, præcipuè calidis, & siccis, bilisq; uitiosæ colligentibus multũ, facilius id, ac citius contingere posse arbitraremur: sed in has synochæ, siue continentis hoc genus, febris species, neq; cum putredine, neq; sine hac, cadere ulla posse uidetur. Cæterùm, sicuti diximus, multò ista cõuenientius tractanda uenient libro de differentijs febrium secundo. Quamobrem obiter atq; in transcursu quodam, hæc à nobis dicta accipiantur uelim, annotantibus tantùm quædam, non etiam disputantibus.

Ἀφαιρέειν αἷματος χρὴ τοσοῦτον ὧν, ὅσον ἡ δύναμις φέρει: Detrahendum sanguinis tantum, quantum uirtus fert.) Non quidem quòd uirtus inde degrauaretur, quum nõ ad uires, sed ad uasa plenitudo ea sit, ideoq; expẽdendæ nõ sint uires in his, quæ calidæ satis sunt: sed quantum fert uirtus dixit, ut uirium tantum reliquũ fiat: intelligens, quantum sustentandæ uitæ futurum deinde satis sit. Meritò autem id fit: Nam quum humorum abundantia omnium simul (quæ plethora

est)

est)laboret tunc corpus,imperspirabile penè ea de causa factum,nihilq́ue æque quàm uenę sectio,uacuare eos simul omnes posit: rectè ingenti illi plenitudini ac plethoræ remedium adhibebitur, quod econtrario conueniat, ingēs pariter, atq; ad animi usq; deliquium, uacuatio.

Ideò, quòd neq; aliud ullum humidum, calidumq; corpus eorum, quæ foris sunt permanere sine putredine uidemus.) Nimirum si ornatum naturæ amiserint, quem κόσμον dicunt,ut ab illa ulterius nōn gubernetur: id quod tunc inprimis,ac potissimum fit, quum transpiratione sua priuantur corpora, qua subinde uentilata, natiuo calore suo refocillantur. obstructione igitur id semper fit aliqua, ut imperspirabilia reddantur corpora,manifesta,aut latente. Nam & aër ipse quum putret,perspiratu suo destitutus putret,quoquomodo obstructus à circum iectis sæpè qualitatibus extraneis, quæ illum obturent ambientes, pigrumque, ac residem faciant,etsi à nobis non uideantur, ac notari solummodò factum posit.

His uerò, quæ cutis immutione illud eruant.) ... cutis dixisse uidetur,tanquam densaræ prius,ac corpulentæ magis factæ, crassæq;, in denso itidem confectoq; carne multa corpore:cui attenuandę,rarefaciendęq;. detergentibus futurum opus sit medicamentis,& extenuantibus,calidioris naturæ omnibus.

Μὴ μόνον ἐκταίας, ἢ ἑβδομαίας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἑξῆς ἡμέρας φλεβοτομεῖν. *Non in sexta modò,uel septima,sed in sequentib. etiā diebus uena incidenda.*) Nō de synocha correptis dixit:hi nanq; non facilè ultra septimum protrahi diem solent: sed de alijs multis. Cuiusmodi quoque historiam retulit,in libro de curatione per uenę sectionem sub finem,iuuenis oculorum phlegmone laborantis,cui quidem uenam secuerit ipse post diem demum uigesimum circiter.

Tanquam uerò manente adhuc causa,aliam denuò accendi necessarium.) Id quidem uel M. Tullio ipsi uisum, minimè medico homini, qui ita scribat in prima Catilinaria : ut sæpe: homines ægri morbo graui, cùm æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo releuari uidentur, deinde multò grauius, uehementiusq́ue affligantur.

Huic quidem gula tam uehementer affecta fuit, ut uix deglutiret.)Historia est hac de re suprà libro septimo narrata, eius,qui quum ex uentriculi caliditate & siccitate siti nimia urgeretur, frigidæ haustu liberaliore,sitim quidem sedarit, sed cum eo deglutiendi simul potestatem omnem amiserit.

Ὅταν ἐν μὲν τοῖς σφυγμοῖς, καὶ τοῖς οὔροις τὰ τῆς πέψεως φανερὰ σημεῖα βλέπῃς. *Quum in pulsibus, & urinis manifesta concoctionis signa uideris.*) De urinis quærendū ualdè non est, quæ qualiaue sint, in aperto omnibus posita: at in pulsibus abstrusa magis. Erunt autem hîc quoque ex pulsus æqualitate roboreq;, & magnitudine iusta petenda, quumq; diastole, quàm systole maior deprehendi poterit, ac celerior: hæc enim omnia minus iam fuliginosorum excrementorum subesse in corpore, proinde minus quoque inibi putredinis gigni, uicissimq; iam naturam, ac humores egregiè conficere, satis indicarint.

Καὶ τὴν τῶν περιττωμάτων ὑποχώρησιν. *Et excrementorum subductionem.*) Vel quæ foras de corpore educantur, uel quæ saltē sub ducantur, & inferius descendant ad inferiorum intestinorum loca. Itaq; ὑποχώρησιν dixit, descensum ex hoc notans, qui futurus interdum satis sit, si uenæ sectionem præeat: neq; enim periculum ullum, si infernam intestinorum partem peruenerint excrementa, ne, dum sanguis mittetur, abripiatur ab his crudi, aut recrementosi quicquam ad superiores partes, tam longè dissitis.

Sequēte autem aliqua necessariò uacuatione.)

Nō quidē, quôd omnibus, quib. sanguis mittitur, necessum sit aliquā superuenire semper uacuationem, sed si eiusmodi fuerint ęgroti, quibus naturaliter aut ex naturæ alicuius consuetudine accedere per interualla euacuatio aliqua soli ta sit: ut naturalis in fœminis menstrui sanguinis euacuatio est, ut aliis per hæmorrhoidas ex natura propria idem sæpè contingit, aliis in parte corporis aliqua mutilatis & huiusmodi.

οὗτοι μὲν οὖν οἱ αὐτῇ περιέχοντες τῇ φλεβοτομίᾳ σκοποί. Hi sunt igitur, qui pro uena sectione confaciunt, uel contra stent, scopi.) σκοποὺς cum hîc, tum alibi indicationes uertit interpres: quod nollem. Neq; enim idem est σκοπός, quod ἔνδειξις, tametsi pro altero sumi alterum quandoq; soleat, frequenter nimis id tamen, & impropriè semper. Est enim ἔνδειξις, idest indicatio, propriè, unde curādi initium auspicamur: σκοπὸς autem, idest scopus, quo curantes tendimus: alterum ceu carcer, alterum ceu meta. Quæ sanè neglecta proprietas, causa esse erroris interdum alicuius posit, ut sciolis argutulis cōtigit nescio quibus: qui ex Galeni uerbis quæ deinceps hoc eodem libro leguntur: καὶ οὕτως αὖ πάλιν εἷς μόνος ὁ γενικώτατος ἔσται σκοπὸς τῶν ἰαμάτων. Vnus erit generalissimus scopus medicaminum: tanquam indicatio scriptum esset, non scopus: inania ipsi sibi fingebant argumenta quædam.

ὅταν δ' ἤτοι διὰ μέγεθος, ἢ διὰ ἀμαθίαν τῶν ἰατρῶν Quum uerò uel ob magnitudinem, uel medicorum imperitiam.) Magnitudo ex obstructione fuerit, quam multi humores, crassiq; ac uiscidi faciant: medicorum imperitia in eo cōsistet, si uel sanguinis missio neglecta omittatur, quod synocham faciet in temperamento sanguineo, uel cogatur ęger, quum operę pretium inde fiat nullum, integrum triduū nihil prorsus cibi accipere, quod multorum, uel plurium, quàm ephemeræ tēpus sit, dierum febrem aliquam faciet in bilioso temperamento. in quo rursus tanta esse obstructionis magnitudo potest, ut, uel si nihil erretur à medico, plurium tamen perquam necessariò dierum sequatur febris aliqua: ut quidē dictū fuisse à Galeno meminimus, in præcedente hunc libro. In sanguineo autē temperamento nulla uidetur esse posse tàm insignis obstructio, quā necessariò sequatur putrida dierum plurium febris, modò anteuertatur ea uenæ sectione, in loco & tempore, quantūq; ferre ęgroti posse uisæ uires fuerint, facta. De his enim scriptum hoc eodem libro suprà inuenietur in hunc modum: τὴν γὰρ ἐν ἐμφράξει μόνῃ πυρέξασαν, ἢ ὅλως μετέπεσεν εἰς τὸν ὑπὸ σηπεδόνι πυρετόν, ἀποχέαι τι φθάσαντων αἵματος. quæ uerba suprà quoque retulimus. Ergo in bilioso temperamento, medicorum inscitia, ex uictus potissimum rationis ordinandæ erroribus animaduertetur: in sanguineo, ex mittendi inprimis sanguinis omissione.

CAP. VII.

Οὐκ ἐκ τοῦ χρησίμου τῇ τέχνῃ μεταβαίνοντες εἰς λογικὴν ἀφικνοῦνται σκέψιν. Quòd ab eo quod in arte utile est, discedentes ad logicam deueniunt disputationem.) Reuera enim logicæ tantummodò quæstiones habendæ hæ sunt, quæ ingenium quidem exercere adeoque exacuere possunt, ut ex libro primo de locis affectis monemur. Cęterum nihil quicquam afferunt utilitatis, aut cognitionis necessariæ ad rem medicam, præsertim medicinā uni alicui ægroto facturis: ut est de perpetua quoque patibilitate illa, & de temperamenti æquilibrio exquisitissimo: ut aliæ eiusdem modi quædam. Sicuti hoc pariter loco contendere sophistarum aliquis argutè magis, quàm utiliter ad rem medicam posit, nullius omninò indicationem esse ullam, præterquam affectus ipsius, cætera nihil indicare: sed alia contra indicare tantùm, idest ἀντενδείκνυσθαι: (quasi hoc ipsum non sit æquè, ac si contrarium indicare diceremus, quod quum est, indicatio certè aliqua est, licet contraria priori): ut quum euacuationem postulās affectus, faciendam eam esse indicet, uirtus autem reclamet, propterea hæc indicare

dicare existimanda non sit, quòd nihil aliud, quam uel quod faciendum esse indicarit affectus, facere permittat ipsa; si fortis, uetet, si debilis: Alia rursus εἰς ὕλας βοηθημάτων εἶναι χρήσιμα: ad auxiliorum materias utilia haberi tantummodò, quod genus sunt, anni tempus, cœli constitutio, regio, ętas, temperamentum, consuetudo: ad hæc corporis partes ipsæ: quæ omnia remediorum materiæ removendo affectui idoneę uel subscribant, uel aduersentur, indicent nihil. ut, si calefaciendum fortè esse affectus ipse indicarit, & eiusdem temperamenti ambiens aer subscribens adiuuet, sicuti alterius aduersans obstet, non tamen ullo pacto hunc indicasse tunc quicquam dicere nobis liceat. Verumenimuerò quid tandem retulerit, ut rectè, atque ordine medeamur alicui, idem utrosque fecisse, quod futurum ex usu ægrotantis sit, in eo solùm disceptasse, num existimandum, uel dicendum potius tantummodo sit, indicasse ista, uel non indicasse, quæ facimus omnia, sed iuuisse solum considerata, quando iuuisse res ipsa satis indicet, ut nihil intereà indicent, uel non indicare ab aliquo existimentur. Etenim fatentur considerand a, atque examinanda esse, modò non indicare dicantur: quasi quæ perficiundo rectè negotio, operiue alicui partem suam conferant, suffragium tamen non ferant ullum. Argutiæ mediusfidius ineptientium & terētium frustra tempus in rebus nihili, nihilq; ad usum medicum facientiū.

CAP. VIII.

Καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν ἐπιπεπλεγμένων διαθέσεων ὀλίγιστα παντάπασιν ἐδίδαξε. *Tum uerò & de complicatis affectibus paucissima prorsus docuit.*) Id quidem si fieri in omnibus deberet, ut omnia morborum omnium genera, & species multipliciter cōplicarētur inuicem, longum nimis, & infinitū propè esset. Bina enim primum, tum trina, tum quaterna, quina, sena, & in reliquis eodem semper ad ultima, quousque nulla superessent, modo: ordinibus singulis assignanda, componendaq; simul uenirent genera. maiorisq; insuper, ac minoris accederet ratio: ut recta tradi per omnia methodus posset, si quidem exequi ritè cuncta uellemus. Iamq; non sanè magno, aut longo in his progressu ad soritem quamprimum accederetur, perplexitate nimis magna, & inextricabili sæpè futura. Sed nihil opus satis erit, si cui tandem in mentem ueniet, ut hoc quoq; studio medicinam auctam locupletet, præcipua delegisse ex omnibus, atq; ea, quæ coniungi sæpè, ac comitari frequenter se solent: horumq; ipsorum methodo curandorum uiam ostendisse, & modos omnes explicasse, quis prius aut posterius curandus sumeretur, uel causę, uel eius sine quo non licet, uel urgentis demum ratione. Qua in re, eum ferè modum proponeret sibi, q tractaturus ista esset, quē traditum habemus iam nobis à Galeno, tertio operis huius libro, in ulceribus primū, tū & septimo in uentriculi intēperaturis. Adijceretur contrariarū indicationū, tractādarū ratio ab Hippocratici aphorismi Galenica expositione desumpta, cuius initium: Victus humidus febricitantibus omnibus cōuenit: nec minus in sequentibus huius eiusdē libri, ubi in humorū corruptione cum uiriū imbecillitatis repugnantia, quis seruandus sit curandi modus docemur, per ἐπίκρασιν factus: temperationem nimirum, in contrariarum inter se indicationū quarundam mixtione. Quod quidem cuiuscunque benè cognitæ simplicium morborum per se, ac seorsum fuerint naturæ, facere non cum nimis magna rerum difficultate licebit.

Οἵτινες δ' εἰσὶν οὗτοι, προϊόντος ῥηθήσεται τοῦ λόγου. *Qui porrò sint isti, in sermonis progressu dicetur.*) Non facilè inuenire sit, quos esse hos dixerit, hoc quidem in opere: ut fortè μνημονικὸν ἁμάρτημα excusare oporteat.

CAP. IX.

Διάθεσιν τε οὐδεμίαν εἶναι τὸν ἀκριβῶς ἐφήμερον πυρετὸν ἤτοι γεννῶσαν, ἢ αὐξάνουσαν, ἑκατέρως γὰρ ἐγχωρεῖ λέγειν. *Affectusque nullus sit, qui febrem exquisitè diariam*

diariã uel gignat, uel augeat: utroq. n. modo dicere licet.) Profectò enim eadẽ causa quæ fecit, auget deinde quoq;, augeriq; simul facit. Nã quod recẽs auctũ fuit, antea quũ nõ esset, utiq; recens factum est, prioriq; additum. ut, si insolatio forte febrem iam fecerit diariam in aliquo, eadem in eodem si diutius perstiterit, febrem haud dubiè diariam eandem auxerit, ita utroq; dicere modo licebit: & generatam primũ, factamq; ab insolatione febrem diariam illã, tum & auctam factamq; maiorẽ. Eadẽ erit de internis corporeisq; causis ratio. Ex hoc loco cauillosis sophistarum quorumdam argumentis respondimus olim, Galenica inepte impugnantibus. Porrò autem affectus in corpore est nullus, qui febrem faciat diariã, dumtaxat quæ exquisitè diaria sit: quod propter diariam ex bubone, quem ulcus fecerit, dictum nam exquisitè eiusmodi habẽda non est, quippè quæ, nisi ulcus causam habeat, maligna, ac periculosa reddatur admodum differentis à diaria naturæ, in qua causæ iam discesserunt omnes, quippè extrinsecæ.

ἀλλὰ νῦν γε περὶ πρώτης δηλώσω τῆς δυνάμεως. *Verùm nunc de uirium facultate quũ prius tractauero.*) Morem suum sequutus Galenus fecit, ut tractandi aptè rem aliquam occasionem nactus, id faciat in loco. Cum enim hìc mittendum ad animi usq; deliquium sanguinem esse præcepit, ubi attendenda maximè atq; inprimis uirium semper facultas sit, differendi de re hac arripuit ansam comode atque in tempore.

CAP. X.

λειποθυμήσαντας μὲν, οὐκ ἀνακομισθέντας δ᾽ ἔτι. *In animi quidẽ deliquio, sed nõ amplius restitutos.*) Nimium fortè eo progressos medicorum culpa imperitorum. Aoristi enim participio usus præteriti temporis, id significationis uoluisse uidetur Galenus λειποθυμήσαντας: q animo iã defecto essent: etiã si à Galeno præcipiat id, non temere tamen faciendum in omnibus nullo discrimine sit: ac non nisi exploratis prius diligẽter uiribus usq; eò progrediendum. Vel in hunc igitur sensum accipiendum hoc: uel quod à Galeno dicitur, ἄχρι λειποθυμίας, ad animi usq; defectum siue deliquium, non de ingressis iam in deliquium intelligendum, sed de ijs, qui propè iam sunt, ut ingrediantur, ac ueluti in foribus uersantur: exclusiuè, ut uerbo dicã, nõ inclusiuè: sic. n. loquunt. Sunt porrò aduentantis animi deliquij signa certissima, & indubitata quædã, ut desistere liceat à sanguine protinus mittendo, quũ primum apparuerint. Quamquam uiderim cũ successu bono non semel missum sanguinem, donec animo iam linquerentur, quibus secabatur uena, sed robustis ualidisq; in primis uiribus homines: sic tamen, ut animi tantummodo deliquium id esset, non etiam syncope.

ἀποπληξίαις, καὶ παραπληξίαις. *Et apoplexia, & paraplexia.*) παραπληξίαις uocarunt Græci medici, quum alterum corporis latus læsum, motu, sensuue, uel utroq;, priuatur: ut differrent ita affecti ab ijs, qui ex attonito morbo, siue apoplexia lateris utriusque resolutione capiuntur. Deliria dixit interpres παραπληξίας, non satis congruè: quod exemplaris potius uitio alicuius, quã uiri cũprimis docti factum fuisse culpa existimare debemus. Vbi notandum eiusdem apolexiæ remedium esse posse & causam, missum de corpore sanguinem. Remedium, si loco, & tẽpore adhibeatur, atq; inter morbi protinus initia mittatur: quinetiam multò antè si idem fiat: prouisionis id, & præcautionis certæ loco futurum, ne morbus is fiat: demitur quippè corpori plenitudo ita, ex qua morbus: causam, si nimius, ac suprà quàm ferre uires possint, euacuetur, qua euacuatione insiti caloris uires debilitentur, ut conficere alimentũ non queant partes, multumque proinde generetur crudi pituitosiq;, interdum etiam crassi ac uiscidi succi, prõptè ac citò, nisi occurratur, apoplexiam facturi sępè humorum huiusmodi sobolem. Nã alia illa, de qua paulò antè diximus, facilius intercepta corporis

poris totius perſpiratione fit, ex plenitudine interclusis uenarum, atque arteriarum ſpiritibus, ex quo caloris illico natiui ſuffocatio.

Κατὰ μὲν οὖν τὰς ἐπὶ στεγνώσει συνόχους, ἰσχυρᾶς οὔσης ὡς τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως, ἀκίνδυνος ἡ κένωσις. *Igitur in ſynochis febribus ob conſtipationē, quū ut plurimū uires ualidæ ſint, fit ſine periculo uacuatio.*) Atq; hi demum ſunt, qui ferre ſanguinis detractationē ad animi uſq; defectum, citra uitæ, aut futuræ inde periculoſæ ægrotationis alicuius diſcrimen poſsint, etiam ut linquantur animo iam, non modò ueluti in foribus tātummodò ſint defectus iam iam futuri. Quoniam quamuis integre hoc fiat, ut collapſæ, defectæq; improuiſo concidant uires: at in robore earum tanto mox reſurgere eas, roburq; ſuum reſumere temporis momento poſſe, adeoq; ſolere uidemus: recolligentibus quippe ſeſe ſpiritibus ſtatim multis, utpote in ſanguinis pariter multi, carnisq; non paucæ temperamēto. Quod quidem in temperamento humorum fortè corruptioni obnoxio, ſperandum non ſit, ſpirituum ac ſanguinis melioris inopia, & paucitate.

Καλεῖται δ' ἐπίκρασις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἡ τοιαύτη θεραπεία τῆς κακοχυμίας. *Vocatur autē ἐπίκρασις à medicis, curandæ cacochymiæ modus is.*) Tutiſsimus ſemper habitus curandi in his modus meritò is fuit, ut paulatim noxium uacuetur, proq; eo reponatur ſalubre: cuius quidem repoſitione id inſuper accidere ſolet commodi, ut repoſitum ſalubre non modò locum occupet euacuati iam noxij, ſed etiam eius, quod in corpore remanſerit malitiam emendans caſtiget, atq; contemperet, unde ἐπίκρασις dicta, quaſi attemperationem quandam dixerimus.

CAP. XI.

Ἄχρηστον δὲ γίγνεται τῇ φύσει τὸ αἷμα διττῶς. *Porrò inutilis redditur naturæ ſanguis bifariam.*) Primam dicimus cacochymiam, ſucci nempè uitioſitatem, quę repurgatione euacuari poſtulat partim, uenæq; inſuper inciſione partim, ſi in uenis permixta ſanguini fuerit, quod ex quarto de ſanitate tuēda libro docemur, ut quū bilioſus nimis, aut atrabilarius, uel pituitoſus etiam ſupra modum redditus ſanguis ſit, quali quidem nutriri amplius corpus nequeat. bilioſo, aut atrabilario, omnium certè minimè: æquè ex pituitoſo, duntaxat ſalſæ, aut acidę pituitæ ſobole. dulcior, ut qualitate ſua nutrimenti aliquid exhibere corpori queat: at quantitate, abundantisq; humoris copia nimia (huiuſmodi enim proponitur nunc) exuperans nō alet: caloris potius natiui multū extinguet. Altera eſt plenitudo eiuſdē ſanguinis, quam uel uiribus metimur, uel uaſorum capacitate. uiribus, quū dicit: ὡς ἤδη βαρύνειν τὴν δύναμιν: uaſorū capacitate, ut, τείνειν, ἢ ῥήξειν, ἢ ἐμφράττειν τάς τε ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας: plenitudo enī obſtruit non minus, quam craſsities, aut uiſcoſitas. Harum utraq; ſanguinis miſsionē requirit: magis quæ ad uaſorū capacitatem eſt, minus quæ ad uires, ſed hęc quoq; tamē, quoniā intra uenas uitium eſt, idem remedij genus expoſcet, minutim tamen magis factum: ſicuti prior illa confertim: neq; in alio differunt, niſi quòd eadem quidē ſeruatur in utraque, pro rata, quæ naturaliter eſſe in ſanguine debet, parte, portio, ſed quantitatis nimietate abundat altera, extendens uaſa, atque etiam diſruptura, niſi depleatur: altera antequam eouſque extendatur, degrauat uires, at non in tantum ut ferre ſanguinis detractionem modicā nequeat, qua ueluti onere quodam leuata fortior ſurgat. Vt iam ex hoc loco triū affectionum recta ratione ac uia curendarum tenere modum poſsimus: humorum primū uitioſitatis, quæ cacochymia eſt: tum plenitudinis, quam eius quā ad uires, tū eius etiā q̄ ad uaſa dicimus. Nā humorū corruptela, de qua ante hęc dictum à Galeno fuit, alia quædam ſtatuēda ab his eſt: ut cui alia quidem quoque remedia, ſed ἐπίκρασις tamen inprimis debeatur, quam attemperationem nominauimus. Atque hæc eſſe ſine uitioſitate non poteſt: at ſine ea eſſe uitioſitas poteſt, quando nō omnis cacochymia, ſeu humorū uitioſitas & prauitas cor-

pora quibus innituntur, & ubi sedē suā posuere, soluunt: cerebri, cordis, iecoris.

ἤτοι αὐτὰς τὰς δυνάμεις, ἢ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν ὑπάρχειν. *Vel facultates ipsas esse vel earum actiones.*) Melius facultates: uiueremus enim ex parte, quum dormimus, non toti, si uita esset actio: quandoquidem feriantur in nobis prorsus actiones quædam somni tempore. Non aliter, sanitatem quoq;, meliùs, ac rectius fuerit, in constitutione naturali posuisse, actiones suas edente quū uult, quàm actiones ipsas: neque enim plerunq; ullas edimus, & sani tamen sumus.

ὅτι γε κατὰ συμβεβηκός ποτε τῆς δυνάμεως ἡ ῥῶσις εἰς τὴν τῆς διαθέσεως ἴασιν ὑπάρχει χρήσιμος. *Ideò quòd ex accidente quandoq;, uirtutis roboratio affectus sanationi utilis est*) Roborata namque, & quos concoquere priùs non poterat, crudiores succos, concoquet nunc uirtus, & segnior antè ad expellendum noxios, robore sumto expellet, & affectui omni dominabitur, uincetq; noxam omnem: ut uerum tunc demum Hippocratis illud appareat: νούσων φύσιες ἰητροί. Erit autem ex accidente id, quod remedij cuiusdam præstiti futuri loco sit: id, quod de uirtute, siue uiribus non intendimus primò, sed ut subsistat tantum: ut autem corroborata etiam curationem promoueat, secundò, & ex accidente: non di simili ualdè modo, atque si sanasse ex accidenti sese dicatur, qui medicus idem fuerit, & ægrotus: eadem enim, quæ imbecilla priùs fuerat, sumtis uiribus uirtus sanat.

CAP. XIIII.

καὶ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος γίγνεται. *Atq; ex ambinete nos aëre fit.*) Alibi Galeno corporis temperamentū ex natura, ætate, & consuetudine oritur sæpiùs: nunc ambientem insuper addit nos aërem: qui reduci ad cōsuetudinem facilè potest: etenim si frigidioris, puta, atque humidioris temperamenti aliquis, in calido, siccoq; uersabitur aëre, paulò diutius assuecens illi, facilius multò, ac citius calidum & siccum temperamētum induet, usus præterea alia generis eiusdem uictus ratione, idem iuuatura, & factura.

ἡ δέ γε διάθεσις οὐχ ὡς εἰς αἰτίας τέμνεσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ὡς εἰς διαφοράς. *Affectus porro nō ut in causas diuidi idoneus, sed ut in differētias.*) Vtiq; hoc loco in Therapeuticis, dū curādi uiā, ac rationē inimus. Sciuisse enim iā antea opus est facientes affect⁹ ipsos causas: nunc uerò eorum tantūmodo quærendæ differentię, ut à diuersis diuersę itidē sumi indicationes rectè possint. Et alioqui ineptus esse reperiatē, q affectuum calidorum, alios esse dicat motum aliquē, alios putredinē, alios corporis calidioris uiciniā, alios constipationē, alios cibi natura calidi usum: quæ omnes alibi suo loco à Galeno morbi calidi causæ numeratæ fuerunt.

τὸ περιέχον δέ, οὗ χωρὶς οὔτ' ἀπελθεῖν οἷόν τε τὴν νόσον, οὔτε κτήσασθαι τὴν ὑγίειαν. *Ambiens uerò, sine quo neq; amoueri morbus, neq; possideri sanitas possit.*) Non una est ambientis nos aëris consideratio: nam & adnumerari causis temperaturam aliquam in corpore facientibus potest, ut paulo antè dictum fuit de ambiente cum consuetudine simul in faciendis corporum temperaturis sæpè operato: & factam conseruare potest, similis cum facta temperaturæ: sicuti dissimilis, natiuam insuper remedij induet, ut βοήθημα sit: iure omnia optimo. Nam cum sine eo habere spiritum, quo uitam ducimus, non liceat: aliquis illius semper usus habeatur oportet, rebus usibusq; nostris, quo conuenientius uideri possit modo, accommodandus: uti iam non modo βοήθημα, sed πολύχρηστον quoq; βοήθημα habituri simus in eo, idq; ad manus semper, uel non magno plerunq; studio, aut opera quærendum per se, uel ex arte rerum plurimarum, quæ in promtu semper sint, adhibitione facilè parabile.

καὶ τοίνυν ἅπαντος πυρετοῦ, καθόσον ἐστὶ πυρετός, ὑγρότης καὶ ψύξις ἰάματα. *Et ideo febris, quatenus febris remedia sunt refrigeratio, & humectatio.*) Humectatio addita refrigerationi, in febris curatione ab eo, qui febrem superiore uersu tantum intemperaturam esse calidi scripserat, in corpus totum diffusam, non addita siccitate: ut intelligamus, etiam si siccitatis nulla fiat mentio, & caliditatis solum

esse posse uidetur, quum neutrum tamen probem. ego enim, νοσοῦντος, legendū esse crederem. Etenim quū superioris libri in fine tãtum tributum sit consuetudini, ut ætatis atq; naturę cõtrariorum esset indicatio à tẽperamento sumta, utiq; accedente consuetudine, non accedente autẽ non esset: uincit ratiò, maximam tẽperamenti uniuersi partem à consuetudine ipsa fieri. Si quid igitur indicarit consuetudo hac in re, tẽperamenti ratione, atq; interuentu indicarit, siue naturæ ipsius, quæ medicis cum temperamento eadem est. At tẽperamentum, & natura ægrotantis ipsius est, non ęgrotationis, siue morbi. Vt nulla iam ratio appareat, cur νοσήματος scribi debeat: & cur νοσοῦντος, appareat. Porrò neq; illud σώματος inconuenit: esse enim, diciq; corporis pariter, ut ęgroti natura, & temperamentum potest. Verùm, quoniam facilior mihi quidem à uerbo νοσοῦντος in νοσήματος, quod nunc exemplaria excussa habẽt, quàm σώματος, esse lapsus uidetur: arbitror initio scriptum νοσοῦντος fuisse.

CAP. XVII.

Ἢ οὐδ' ὅλως φλεβοτομήσομεν, ἢ ὀλίγον ἀφαιρήσομεν. *Vel omninò nihil mittemus sanguinis, uel parum mittemus.*) Nihil omninò, si in idem conueniant, anni tempus, regio, ac cœli status, ut calidissimam, & siccissimam ambientis constitutionẽ reddant: parum si mediocriter ista uigeant. Dicat hîc aliquis: non ergò mittemus sanginem, ubi uires ualidæ fuerint, in uehementi morbo, una dempta puerili ætate: quod tamen præceptū nobis alibi sit à maximis medicis. Dicemus huic ex eodem similiter præcepto, nullum nos eo casu missuros: neq; enim credemus uirium tunc robur futurum id, quod ferre sanguinis missionem quæ quidem ægroto cõferat ullam queat, in tanta ambientis nos aeris caliditate, & siccitate, unde uirium facilè dissolui solitum robur sit.

Ἑτέρῳ τε τρόπῳ πρὸ αὐτῆς, ἡ τοῦ κάμνοντος δύναμις. *Atq; alia ratione ante hunc, laborantis uires.*) In superioribus prima omnium statuta fuit uirium indicatio: iccircò ante hunc dixit, affectum nimirum intelligens. Alia autem ratione, quia uirtus conseruatam semper se uult indicatione sua, affectus amotum, ablatumq; itidem sua. alius igitur utriusq; modus, imò contrarius.

Ταύτην γὰρ ἡμᾶς ὁ Πλάτων ἐδίδαξε μέθοδον. *Hãc enim docuit nos Plato methodum.*) Maxima ex parte in Philebo. tametsi desumi non pauca sanè ad rem hanc facientia possint etiam ex Politico.

IN LIB. X. THERAPEVTICES METHODI

CAP. I.

Καὶ κατάστασιν, καὶ χώραν, καὶ δύναμιν. *Et constitutionem, & regionem, & uires.*) In instituenda in primis uictus in diarijs febrib. ratione dicuntur priora: quo uidelicet modo suprà libro octauo edocti fuimus sub finem. uires autẽ, & uirtutem, quòd prima semper in omnibus esse illarum consideratio debeat, etiam in sanitate, ad conseruandum, in morbis uerò, ne periclitentur. quãuis in diarijs non magnopere futurum id opus sit, propter temporis breuitatem, & quod non magna eæ exposcãt remedia, quibus deijci solet uirtus: neq; uenæ sectionem, neq; purgationem. nisi fortè synochæ febris sine putredine genus primū, diariarum naturam adhuc retinens, exacto tãtùm paulo plus iusto tempore, quū sanguinis detractionẽ postulat, ut anteuertatur putredo, tãtumq; detrahatur, quantum uires ferre posse uidebuntur. Hac ratione uno modo cõsiderabimus de uirtute in diarijs febrib. quòd hîc, καὶ δύναμιν, dictum fuit. Altero, κατὰ συμβεβηκός, ut eiusdem octaui libri eodem loco monemur, & mox, principio noni hunc præcedentis explicatur: quoties aut medicorum inscitia, aut febricitantium intemperantia, aut astantium incuria atq; errore, à propria in aliã febriū naturam degenerant, ac de uirium iam quoq; robore propterea considerasse oporteat. Est & illa uirtutis in morbis consideratio ex accidente, de qua, superiore libro haud ità multò antè dictum: quoties robustior facta, robore eo

morbum morbosamue causam aggressa uincet, remedij tunc cuiusdam uicem præstãs. Virtutem autem, & uires pro eodem accipiemus.

Ειπερ οὖν ὀρθῶς ἡμῖν ἐδείχθη σῆψις χυμῶν αἰτία τῶν πολυημέρων εἶναι πυρετῶν. *Itaq; si febriũ dieb. multis permanentium causam esse humorum putrediñe, rectè ostendimus.*) Plurimum ac magna ex parte intelligendũ: non enim perpetuò uerũ; quandoquidem incipere ab initio hectica statim, & quidẽ sine putredinosę alterius cõiunctione, eadẽq; diebus plurib. permanere potest: ut in libris de differẽtijs febriũ traditũ fuit: diceturq; postmodũ hoc eodẽ libro, calidas, siccasq; intẽperaturas hecticis protinùs ab initio corripi febrib. solitas. Sed quũ sermo de diarijs primùm institutus fuisset, diei tãtummodò unius, ac sine putredine: reliquarũ tractationẽ aggressus, ex diametro oppositas tractãdas primùm sumpsit, utiq; dierũ multorũ, & cum putredine, tum in quib. causa adhuc faciens maneat: nã in diarijs abijt iam, ut & in hecticis: quarum tamen mox, adeoq; hoc eodem libro curandarum methodũ exhibiturus est, eo, quòd sequi putredinosas etiam solitæ sint, post tractationem de putridis: congruè, ut opinor, & in loco.

CAP. II.

Ητ' ἔγκαυσις δ' ἐνίοτε, ὅτι στεγνοῖ τὴν ἕξιν. *Fitq; interdum, ut ustio habitum constipet.*) Densata quippè cute, si nimia ustio fuerit, & desiccata: nã mediocris rarefecerit potiùs habitum: ut in insolatione fieri uidemus, modica eliciente sudorem de corpore, rarefactis cutaneis meatibus, nimia uerò perurente, siccanteq;, atq; ideò densante, ac constipante.

Αὐτή τε πολλάκις ἡ ἀρχὴ τοῦ πυρετοῦ φρικώδης γινομένη, στέγνωσιν εἰργάσατο. *Ipsumq; sæpè febris principium, si cum horrore fiat, constipationem fecerit.*) Densatur pariter cutis in horrore ex frigiditate, non secus, ac si perfunderetur aqua. horrentes certè persentiscimus tale quippiam quandoq;, quod cutim omnem peruadat refrigerans, unde cõstipatio: ac dum horremus, surriguntur in cute pili, quod quidem constrictione cutis ipsius euenire uerisimile est.

Ως τὸ πολὺ δὲ τοῖς δι' ἔγκαυσιν. *Vt plurimùm uerò, ijs qui ex adustione.*) Diximus, ustionem, & insolationem supra modum factam, densare cutim posse, & desiccatam stipare: mediocrem autem, uel infra modum etiam nõ facere. At febrem ephemerã siue diariam, facere ustio, siue insolatio mediocris, uel infra modũ, non ferè solet, & modum tantum excedens solet. Quamobrem meritò diaria febris ab ustione, plurimum ex cutis cõstipatione erit, quoniam plurimùm ab ustione modum excedente fit, quæ densat, & constipat.

Ετέρα δ' ἐν ἡ δαιμονία διάτριτος. *Altera autẽ mirifica diatritos.*) Ac longè quidẽ maior hec causa, & deterior. Ex refrigeratione enim quã primã dixit, cõstitutionis tantũmodo prohibebitur apertio, quã putrida omnino sequeẽ febris aliqua: at coactos triduũ illud ieiunare, cùm incõmodũ hoc manebit putridę febris, tùm nõ minùs hecticæ, & post hecticã marasmi retorridi illius, haud dubiè certiùs ita futuri, quando multò altiùs adiget solidis mẽbris siccitatẽ tridui totius inedia illa, quàm si nulla fuisset in tẽperamento calido antea per se, siccoq; satis, cuiusmodi proponitur laborans diaria fedre. Quin hectica quoq; protinus ab initio corripientur naturæ istæ, ex inedia promptius multò incurrẽtes in illam.

Η δὲ διὰ ψύξιν, ἤτοι γε ἁπλῶν, ἢ μετὰ στύψεως. *Alia uerò ob frigus, uel simplex, uel cum adstrictione.*) Refrigeratoria uis aliqua simplicior, ut simplicis aquæ, frigefaciẽs repellet, &, quod frigoris propriũ, dẽsabit: id unum. adstrictoria autẽ compositior, ut aluminosæ, aut atramẽtosæ aquę, quia partes insuper terrestres obtinet, uehementiùs hoc ipsum præstabit, ueluti manu quadã adstrictis meatib. à partibus terreis. Neq; tamen tanta esse poterit cõstipatio diariã febrẽ faciẽs, ex causa forinsecus adueniente, quę amoueri nõ possit priusq; putredinosa febris sequatur, si in medicum inciderit dogmaticũ ac uerè methodicum: sed de obstructione alia ratio Ea enim quid ẽtàm esse parua quandoq; potest, ut tolli non ualdè magno negotio à perito medico, quo edocti fuimus modo suprà

octauo

octauo libro queat:uerumtamen ea interdum in corpore humorum in habitudinem incumbentium plenitudo est, crassities, glutinositas, ut ingruens ex illa interior obstructio, etiam quæ habitum, & cutis tãtum meatus, sed intrinsecus obsederit, si causa magna fuerit, non tam facilis dimoueri futura sit.

Ἐν δὲ τῇ διὰ ποιότητα τῶν λεπτυνόντων. In ea uerò, quæ à qualitate est, attenuãtiũ usus.) Expectabatur, ut sua humorũ quoq; uiscíditati redderet medicatio, quę fieri detergentib. solet, quoniã & plenitudinis dicta, & crassitiei fuerat: nisi q; quę crassitiem dissecant, eadẽ detergunt quoq; sæpè, ut facere satis pro his possint. Itaq; quũ & incidentium, & detergentium usus crassis simul, & uiscidis humorib. conferat: incidentium tamen præferendus. Sicuti plenitudo quum & sanguinis detractione tolli: & humores omnes æqualiter purgante medicamẽto possit. præferri tamen sanguinis in hoc detractio debebit.

CAP. III.

Καὶ ὁ σφυγμὸς αὐτῷ μικρὸς, καὶ ἀῤῥωστος ἐσχάτως ἐγένετο. Pulsusq́; illi paruus, atq; extremè imbecillus factus est.) Interpres ἀραιὸς uidet habuisse in suo: uertit enim: rarusq; quàm maximè. quod esse nõ potest in febricitante, ubi cum paruitate coniuncta potius frequentia est in pulsu, quã raritas: nisi deficientibus prorsus iam in ultimo uirib. & in moribũdo, quum iã frigiditas succedit, abeũte calore omni, proximæ mortis nuntia: cuiusmodi non erat qui nuc proponitur, ægrotus.

Ἐξ ὕδατος θερμοῦ, χωρὶς ἀρτύσεως. Ex aqua calida citra conditurã.) Quę chõdro, ut ptisanæ debetur, cum porrho, anetho, sale, oleo: præter acetum, quod chõdro peculiariter debetur, & addi solitum sit, demendæ crassitiæ, & uiscíditati.

Ὁ παροξυσμὸς ἀθλιπτος, καὶ μικρὸς. Accessio indepressa, & parua fuit.) ἀθλιπτος dicitur ἐπιφορά τοιν, quũ sine horrore, partiumq; extremarũ frigiditate effatu digna, multo q; magis absq; rigore prorsus ullo, febris accessio inchoat. Hãc ἀθλιπτον dixere, ut in qua minime premant uires, & cum uirib. naturalis calor: quod ex pulsu animaduertitur ipso quoq; minimè depresso humiliq;, sed, quàm in alijs multis, maiore, atq; altiore, ut pote in parua caloris natiui ad interiora reuocatiõe.

CAP. IIII.

Ὡς ἐν τοῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίοις ἐδείκνυμεν. Vt in de Symptomatum causis monstrauimus.) Libro secundo, longe, lateq́.

Τούτοις ἅπασιν ἄξον δὲ οἴνου κεκραμένου θερμοῦ διὰ ταχέων προσφέρων. Omnibus his panẽ cũ uino mixto calido subitò exhibens.) Vt calida dilutũ uinum calidumq; actu exhibitum intelligamus, ad meliùs permeandum in corporis partes omnes, & demendum squalorem membris, excrementisq; fuliginosis attemperandis simul & prohibendis obstructionibus: quæ non fierent, uel non tam benè fierent, si frigidi actu, frigidaq; diluti uini usus esset.

Τρόπον δὲ ὁμοιότατον τοῖς ἐν κρυμῷ ὁδοιπορήσασι σφοδρῷ, κἄπειτα ἀνελθοῦσιν οἴκαδε, καὶ τραφεῖσι θερμοῖς. Similimè, ac qui facto per uehemens frigus itinere, reuersiq́. domũ, calidis nutriuntur.) Etenim his intropulso à frigore calore, si præterea addantur alimenta natura calida, ut actu quoq; calida sumantur eadem, qualibus quidem uerisimile sit perpessos frigus libenter uesci, nihil futurum mirum sit, si non paruus suboriatur in corpore calor, qualis penè febrilis.

Ἡ κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἀκμὴν πυρέσσειν. Adeoq, in ipso uigore.) In huiusmodi naturis, & tẽperaturis febricitãtibus cibũ exhiberi posse uult ante accessionẽ, accessionisq; ipsius in principio, ac post inæqualitatis, quæ initio percipitur, horarum circiter duarum tẽpus, manẽte adhuc horrore: post quod tempus, si horror iã cessauerit, ac manifeste febricitẽt, ne demus, prohibet. πυρέττειν δ' ἤδη σαφῶς, hoc est, exerente iã se, ac per corpus diffundente febrili calore, nõ q; prius quoq; febris accessio nõ esset, quo tẽpore inæqualitas primũ, tùm & horror sentiebatur, sed q; febrilis tunc calor manifestatur, antea delitescens. Ita fiet, ut his casib. excepto uno accessionis incremento (quãuis paulò infrà, omni id fieri posse tempore dicturus sit) in reliquis temporib. exhiberi cibus possit rectè. In ipso nãq; augmẽto quoq; si daretur, materia agẽdo febrili calori simul daretur: quod quidẽ

 periculi

periculi in uigore ipso nō eſt, uigente quippe tunc materiæ acceſsionē faciētis maximè cōſumtione, ac mox in declinatione abſumēda tota: imo his tēporib. imprimis duob. egentib. fuliginoſis excremētis aliqua attēperatione. Vigore, quód eo maximè tēpore illorū uigeat feruor, ut proinde attemperari maxime pariter poſtulent: declinatione, quód tutiſsimè tunc fieri id queat, ſimul & debeat, nō facilè ceſſatura, niſi id fiat. Acceſsione autē, teſtāte hoc ipſum Galeno hîc, in ſqualidis affectibus omnib. nō deſinere acceſsiones, niſi uel balneis, uel alimētis humectati irrigent̃. Ante acceſsionē uero, & in acceſsionis principio, ſuſtentādis potiſsimū uirib. cibabunt̃ ita laborātes, eoq́ tēperamēto præditi.

CAP. V.

Ἔστι δὲ κἀν χωρὶς τοῦ τῆς ὥρας ὀνόματος. *Licet porrò etiā ſine anni temporis nomine.*) Sicuti tēperamentum corporis facit natura, ætas, & cōſuetudo, tria hæc: ita ambientis aeris tēperamentum regio conſtituet, anni tēpus, & cœli conſtitutio, ſiue ſtatus præſens, tria alia. ac ueluti tēperamentum corporis quū dicimus, naturā ſimul, & ætatē, & conſuetudinē intelligimus: ità ambiētis tēperamentum dicentes, quæ conſtitutio illius eſt, anni ſimul tempus, & regionem, & præſentem tūc cœli ſtatum intelligemus. Licebit igitur ſæpè, uno aliquo ex his dicto, reliqua mente ſtatim concipere, præſertim, ſi temperamentum, uel naturā dixerimus corporum, quà reliqua duo protinus intelligantur, ętas, & conſuetudo: atq; ambientis ſtrictum, uèl conſtitutionē, quo eodem modo anni pariter, tempus, & regio contineantur, ut mox apertiùs dicetur à Galeno.

Ὥσπερ καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον, τῆς φθινοπώρου μὲν ἀρξαμένης. *Quemadmodū, quæ in autūno quidē incepit.*) Hiſtoria libro quoq; de differentijs febriū primo relata nobis.

Τοὺς προειρημένους δ' ἐν ἅπαντι μὲν καιρῷ, μάλιστα δ' ἐν τῇ παρακμῇ. *Prædictos uerò omni quidem tempore, præcipuè tamen in declinatione.*) Calida nimirum & ſicca intēperatura præditos. quibus nihilominus ſuprà, ne in acceſsionis augmento cibus daretur, uetuiſſe uiſus eſt, ut annotauimus. nunc tempore in omni concedit, proinde etiam in augmento. Quod quidem labentibus, aut concidentibus uiribus faciendum utrunq; erit, alias non temerè, ob cauſam tunc dictam.

Τῆς δυνάμεως ἐρρωμένης δηλονότι. *Scilicet ualentibus uirib.*) Quæ pariter cauſa eſt, ut hodie non idem faciamus. non enim uires ſufficere ad id uſq; tēpus ægrorū noſtrorum poſſent, uel perq; paucorū poſſent. Sed ne Galenus quidē ipſe feciſſet, ut ad ſeptimum uſq; diē protraheret ſine cibo, uel cum mulſa ſola laborātes, niſi exploratū prius habuiſſet ſuffecturas ad id uires. At cur non ſufficiunt noſtra hac tempeſtate? ſcilicet, quia immutatā magna ex parte uictus rationē habemus. Nanq; ſi ex alia uictus ratione, quàm quæ Hippocratis temporib. fuerat, morbos quoſdā, ut podagram, quā in eunuchis & mulierib. ante menſium defectum reperiri ille negaſſet, tempore ſuo reperiri ſcriptū reliquit Galenus: cur idem in uirib. quoq; noſtris contingere poſſe non credemus? ut imminutę, & debilitatę, inediæ tantū non ferant? pręſertim uerò quū podagrę ſimili modo altera cauſa ſit debilitas partiū, noxios humores, cauſam alterā, præ imbecillitate ſuſcipientiū? Quę imbecillitas ſi ex uictus luxu diffluentis cauſa, fit ut Galenus cenſuit, & nos credere facile poſſumus: idē ex eodem luxu ętate quoq; fieri poſſe noſtra credemus, ut debiliores inde uires reddātur corporis noſtri omnes, luxu eo laxis ſimul. & fluxis, facileq; ſolubilibus factis membris cunctis: ac tātò quidē magis, quātò maior facta fuiſſe uidet̃ tēporis noſtri, à Galeni tēporis illa, uictus rationis totius uitioſitas, quàm facta Galeni tempeſtate fuerat ab Hippocratis temporib. Quum enim mecum conſidero iuris albi, quod in delicijs fuiſſe uidetur, quū Galenus ſcriberet, pręparationem, & garō, quod ſociorum tātummodò erat, ex quib. demū conficeretur, atq; huiuſmodi quædā alia, ut hæc exēpli tantùm loco ſint: noſtrorumq; deinde temporū tantam culinæ in omnib. diligentiā reputo, curamq; tantam, ut bene, ac ſapidè omnia guſtui reſpondeant, & adlubeſcant palato cuncta, quo melius repletus infarcia-

infarciatur uenter, magis quàm ut lautè, & opipare parentur (nam in hoc fortè uincamur, lautitie inquam & splẽdore, à ueterious illis: sicuti liguritionibus, cupedijs, ac uoracitate uincimus) immensum profectò erit, in quo ab eorũ uictu deficimus. Adijce huc causam aliã, quæ est priuationis cuiusdã: sicuti, quas modo diximus, sine dubio efficientiæ certæ sunt. Non modò enim non facienda facimus, sed facienda omittimus. Quę nanq; nunc palæstrę est cura? quę luctæ? nisi obiter prorsus, ac sine lege ulla. Quę frictionis aut exercitationis usq; locorum ratio, moribus, ac legib. ueterum factæ? Atqui his ominib. immensæ uires addebãtur corporibus: ut intereà cum Hippocrate unà, & Galeno, fateamur, periculosas earum quasdã esse, attamen ualidas, multasq;, ut summum illum bonitatis ordinem nõ attingant, solido, cõpactoq; in primis corporis totius habitu, & ad labores durato, solisq;, ac pulueris patiẽte, ideoq; uitium pariter multarũ necessariò. Nam uel qui utcunq; quoquomodo in aliquo laboris genere se exercent, fricantq;, nec quicq; tamẽ ad pędotribarũ, uel palæstritarũ pręscriptum: hos maioribus semper uiribus præditos uidere est, laborumq; omniũ tolerantes magis: arbitror & famis, sitisq;, & uigiliarũ. Quibus nunc auxilijs destituti, ne uiribus quidẽ sufficimus, ferẽdæ tot dierũ inediæ. Atenim ui tæ sufficimus, quantæ ueterũ multi, si historias cõsulimus. Non uidetur esse disputandi de hoc locus nunc. Sed ut hoc uerum sit, illud nõ minùs uerum: aliam ducendam esse lõgæ uitæ, atq; aliam multarũ uirium rationem. Scimus nanq; imbecilles multos lõgęuitate superasse alios robustos, uita in tẽperamento, & humiditate insito calori alimentũ suffectura permanente, quæ satis sit. Robur in duritia, & densitate, cõpageq; corporis, & habitudinis totius, non facilè solutili: quamuis hæc quoq; longam uitam faciant, at alia tamen ratio.

μέλλοντός γε δ' ἀλονέτι κατὰ ταύτην, ἤτοι ἀκμάζειν τοῦ νοσήματος, ἢ καὶ παντάπασιν λυθήσεσθαι διὰ κρίσεως. *Qua die futurũ esset, ut uel in summo uigore morbus cõsisteret, uel per crisim solueretur.*) In summo incremẽto, reddidit nobis interpres illud ἀκμάζειν, quod profectò aliud est ab incremento, siue augmento omni: sicuti aliud penitus est ἀκμὴ, atq; aliud αὔξησις. In summo nanq; consistit ἀκμὴ morbi totius uigore: inde status quoq; dictum tempus id: at αὔξησις incremẽti semper sumit aliquid donec αὔξησις est. Atq; in summo illo morbi uigore, siue statu crises fiũt multo & felicius, & securius, quàm in augmẽto. Iccircò autem, quòd uiget interdum morbus, statumq; accepit suum, neq; crisis tamen sequitur ulla, discretiua particula usus est, ἤτοι & ἤ. Tuebimur interpretem, si dixerimus, incrementum quum ad summum peruenerit nihil aliud quàm rei statum, ac uigorem ipsum, esse. Quod ut ità sit, at nõ status uigorisq; totius notantur tẽpora ex hoc, sed initia tantum illius quædam.

ὡς ἱπποκράτης ἐκέλευσεν, ἥτε τοῦ νοσήματος ἀκμὴ, καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος δύναμις. *Vt Hippocrates præcepit, & morbi uigor, & laborantis uires.*) Sectione prima Aphorismorum. Est porrò consideratio hac in re uirium laborantis, tanq; eius, qui laturus onus sit: summi autem morbi uigoris, tanq; spatij, per quod laturus, si ferre uires eousq; ualeant.

παρὰ ἀθαι τρέφειν τοῦτον εὐθὺς ἐν τῇ τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ παρακμῇ. *Cibandus is protinus in ipsa accessionis prima declinatione.*) De continuis febribus sermo est, in calida, & sicca intemperatura prædito homine: in quibus auersiones fiunt, neq; intermissio tamen fit ex toto ulla, ut in intermittentibus. In his igitur, nisi aliquid aliud fuerit, quod aliter nos facere cogat, commodum maximè, atq; idoneum dandi cibi tempus post accessionis uigorẽ erit, remittente iam se, & inclinante febre, nec penitus tamen ęgrum relinquente: nam id si fieret, tunc sine dubio præferendum intermissionis perfectæ atq; interpellationis tempus.

οὐ γὰρ ἐνδέχεται, ξηρὸν, καὶ θερμὸν ἱκανῶς σῶμα πυρέξαν, ἐρρῶσθαι ταῖς δυνάμεσιν. *Neq; enim fieri potest ut calidum admodum, & siccum corpus febricitãs, uiribus ualidũ sit*) Notabiliter dictum ἱκανῶς, satis, atq; abunde, & multũ significans. Etenim accedens intemperaturæ tali febris, insuper ex fuliginosis excrementis ortum

ducens, tãtum intemperaturæ in corpore fecerit, ut ad summũ eius perueniat. Quod factum quũ fuerit, quęcunq; tãdem, aut cuicuimodi intemperatura futura sit, uirium semper secum debilitatem afferet: ac tantò quidẽ magis calida & sicca, & efficientiæ semper maioris, ac uehementioris existimata. Scriptum enim alibi non semel reperietur à Galeno: insigniter factas intemperaturas omnis generis, imbecillitatem uirium comitari solitam esse.

Καὶ μάλλον εἰ πνεύμονος, ἢ τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος χιτῶνος, ἢ γαστρός, ἢ ἥπατος. *Magisq; si pulmonis, uel subtensa costis membranæ, uel uentriculi, uel iocinoris fuerit.*) Peripneumoniam dicit, ac pleuritidem priores duas: quæ tantò plus retinent periculi, ac timoris, quantò, quum materiæ phlegmonẽ facientis reiectione per tussim, sputumq; indigeant, musculorum pectoris, qui facere id ualeant, robore habituræ semper opus sint, magis quàm uentriculi aut iecoris phlegmone, quæ nihil auxilij eius egeant.

CAP. VI.

Καὶ μάλλον ἐν θέρει καὶ ἐν θερμῷ καὶ ξηρῷ καταστάσει. *Magisq; æstate, calidoq; & sicco cæli statu.*) Ideò quòd anni tempus esse æstas potest, nec calida tamen & sicca, repugnante interdum frigida atq; humida ambientis aliqua constitutione.

Ἐγχωρεῖ δὲ καὶ χωρὶς αὐτῆς, ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγγείοις σήπεσθαι τινὰς χυμούς. *Porrò autẽ fieri potest, ut etiam sine ea, in uasis ipsis putrescant humores quidam.*) Duplex attulit febrium genus sine phlegmone putridarũ: primum earũ, quas συνεχὸς Græci authores nominant, nos continuas dicere possumus, ex humorũ putridine in particulæ alicuius uasorum finibus impactorum: alterum earum in quibus humores per totas uasorum capacitates, quæ inter bubones, qui inguina sunt, & alas cõtinentur, hoc est corporis totius trunco, putrescunt, quas συνόχους Gręci authores ijdẽ, uocabulo ueterib. insuẽtato, sed tamen febres has satis significante, dixere. Nos sanè pariter continentes dicamus, proxima priorib. uoce, sed sit diuersa tamẽ, ut peculiare febris genus hoc, peculiariter etiã notasse possit. Nõ prætereundum oscitanter, q; ἐν τοῖς πέρασιν αὐτῶν σφηνωθέντας dixit: in finib. corũ impactos: &, καθ' ἕν τι τοῦ ζώου μόριον: secũdum unã aliquam animalis particulã: &, ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγγείοις, in uasis ipsis: &, τινὰς χυμούς, humores quosdam: cõprehensis uasorum nomine uenis, atq; arterijs simul, intra quas quum putrescunt humores, continuæ febres fiant.

In finibus autẽ, & extremitatibus eorum impactis.) Quũ ueluti cuneantur ibi (hoc enim est, σφηνωθέντες) continuas quidẽ quoq; facientes, sed non, ut in capacitatibus continerentur maioribus: συνεχεῖς nẽpe, non συνόχους. Et in extremis tamẽ partibus recepti, hærentesq; ibi propè oscula illarum, atq; ultimas oras, si non effundi omnes, aut exhalari possunt, hærẽt enim impacti, cuneatiq;, at nõnihil tamẽ eorum partim effundi, partim euaporari, atq; absumi quoniã in oris uasorum ultimis uersantur, poterunt. inde continuarũ inclinationes in accessionib. si nõ intermissiones in totum, aut cessationes, quod in synochis, ubi maiorum uasorum capacitatibus, ab oris illorum extremis procul cõprehensi tenentur, non fit, seruato in omnibus à principio ad finem usq; tenore.

Quidam autem humores.) Dictum, quòd in eis intra uasa non sanguis putrescat totus massaúe eius, sed priuatim semper aliquis: bilis flaua, atraúe, aut pituita, unde tertianę, quartanæ, quotidianæ continuæ.

Secundum unam aliquã autem animalis particulã.) Quòd unã quandã esse partem oporteat, in qua putrescant. atq; ubi colligi humores hi, collectiq; quũ natura ornatum, qui κόσμος ille est, subterfugerunt, putrescere facilius quàm alibi in corpore solent: ut in uentriculo pituita, in iecore bilis flaua, in liene atra: in quibus omnib. ueluti fomes, focusq; esse continuarũ quidam potest, infarctis uasorum finibus humore eo. Sicuti intermittentium focus rursus fomesq; occupãte uiscerum eorundem corpus, ac ueluti παρέγχυμα ipsum humore eodẽ. Vt intereà tamen per corporis habitum fieri idẽ utrinq; in genere possit: & in continuis, ad uasorum fines impingi, cuneariq; putrescentes humores, & in intermittentibus habitudinis corpus, carnemq; ipsam occupare extra uenas

nas arteriasq́ꝫ, cùm per se inibi, tũ ducto à uiscerib. quę diximus, initio, ubi ceu fomes aliꝰ tertianę siue intermittẽtis, siue cõtinuę, ex iecore, quartanę utriusqꝫ generis similiter ex liene, quotidianę ex uẽtriculo. Quę hoc loco ueluti in trãscursu quodã tradita à nobis accipiantur uelim: nã explicatiora fortassè, ac dilucidiora dici de eisdẽ congruo magis loco, & idoneo poterunt, quũ ad librũ de differentijs febrium, uel Therapeuticorũ ad Glauconẽ peruenerimus, si tantũ nobis uitæ cõcesserint numina. *CAP. VIII.*

Τούτῳ τοίνυν εὐκράτῳ μὲν οὖν χρηστέον, ὡς ἔχει, μηδὲν περιεργαζομένους. *Hoc igitur, temperatus si fuerit, utendum, ut se habet, nec curiosè faciendum quicquam.*) Videbatur, temperato aeri ægrum hectica febre laborantẽ ambienti, posse frigiditatẽ conciliari, quę caliditati hecticæ debeatur, remedioq́ꝫ illi futura potiùs sit, quã temperies ulla. Quod quidem quum una ex parte uerum esset, qua inspiratus trahitur in corpus aer: sic enim cordis calori cõtulerit meliùs procul dubiò: ex altera, qua habitũ corpusq́ꝫ totũ ambit, non uerũ. Frigidior enim iusto adstrictã cutẽ densarit, & fuliginosorũ humorum, uaporumq́ꝫ effluxiones prohibuerit. Sic uisum fuit, in medio potius relinquendũ: præcipuè, qua parte de ambiente agit, ut corporis superficiem totã, atqꝫ habitudinẽ cõtingit: sicuti non magnopere iuuaturus in hoc, ità ne nociturus quidẽ quicqꝫ. Et tamen modicè frigidũ hac quoqꝫ in parte nõ reijcit, si se talem obtulerit spõte sua, ut paulò pòst dicet. Quin frigidissimũ quoqꝫ illum, in quib quoúe demũ pacto admittere ad curationẽ hãc debeamus, instruemur: est enim, ubi futurus usui alicui aliquãdo sit.

Καὶ κωλύει τὰς ἀποῤῥοὰς διαπνεῖσθαι τῶν σηπεδονωδῶν χυμῶν. *Ac putrescentium humorum difflari effluxiones uetat.*) Apparet de hecticis pariter febribus agi, quæ uel post putridas fiunt, ortumq́ꝫ suum ex putridis habent, ac ueluti in confinio sunt putridarum, & hecticarum, putredinosiq́ꝫ adhuc aliquid expirãt: uel coniunctas putridas habent permanentes diutiùs, quod sæpè fit.

Ἐπὶ πλεῖστον μὲν γὰρ ἐνίοτε σμικρὸν, καὶ πυκνὸν ἀναπνέουσιν. *Quippè aliàs quàm maximè paruum, ac frequens spirant.*) Ego illud, ἐπὶ πλεῖστον, tẽporis significans esse credo potius: nõ qualitatis uehementioris. ait enim, eos quandoqꝫ diutius paruũ, ac frequens spirare, deinde tardare, mox derepente uelut gementes respirare, ac inspirationẽ facere cõduplicatam, ut interdum & expirationem. de quo respirandi genere dixerit aliquando: διπλῆ πνεύματος ἐπανάκλησις.

Ὅταν ὡς εἰώθασιν ὀνομάζειν, ἡ καρδία πρωτοπαθῇ. *Quũ, quẽadmodum nominare cõsueuerant, cor primo laborat.*) Sic nanqꝫ dixisse, quàm ἰδιοπαθεῖν, meliùs. Nam etiam si ex iecinoris uitio fiat hectica, laborãs inde cor, quod necessariũ est, ἰδιοπαθεῖν dici poterit, utiqꝫ proprio iam affectu correptum, non autem πρωτοπαθεῖν, quia non primo affectum, sed iecur primò. At frigidioris aeris inspiratio nõ in hoc, sed in primario cordis affectu commendatur magis, atqꝫ etiamnum magis, si pulmones afficiantur primò: tametsi in alijs quoqꝫ iuuet.

CAP. IX.

Ἔχει τινὰ μεμιγμένην ἑαυτῷ θερμότητα. *Admixtam sibi habet caliditatem quandam.*) Vt quidem demonstratum, declaratumq́ꝫ abunde satis fuit, libro primo de simplicium medicamentorum facultatibus.

Χρὴ δ' εἰς αὐτὸ παρασκευάζεσθαι κηρὸν, ὡς κάλλιστον πεπλυμένον. *Cera autẽ parata ad id habeatur oportet optima elota.*) Ceratum Galeni hoc est, quod refrigerans Galeni dicitur, frequentis ad multa, quæ refrigerari postulant, in medicina usus.

Ὀξαλίδος, ἢ ὀξυλαπάθου χυλός. *Oxalidis, aut oxylapathi succus.*) Vtraqꝫ herba Latinis rumex dicta, sicuti Græcis λάπαθον. Sed altera oxylapathum, à figura, tẽdentibus, ac desinentibus eius folijs in acutum: altera oxalis, à sapore manifestè acido, qui ὀξὺς est. Officinæ acetosam peculiariter hanc dixere.

Ἀλφίτων ὀλίγων μιχθέντων. *Exigua polẽta mixta.*) Est ἄλφιτον authorib. Gręcis, quib. dant hordeũ madefactũ, tum siccatum, tum tostũ, nec molam passum, sed tunsum, Itaqꝫ polentam uertit, non farinam interpres: quod farina proprie magis,

ἄλευρον

quum primum fit, illicò horremus, quum cessat, horrere desinimus. Cæterùm quemadmodum actionum læsionem causam habere continentē morbos ipsos diximus: ad eundem modum, num morborum quoq; ipsorum, nempè affectuum præternaturalium, actionem primò lædentium, causam afferre nobis semper liceat continentem aliquam, uidendum. Inuenientur enim in quibus liceat, non pauci: rursus in quibus non liceat, multi alij. Qua de re, quoniam in defensione quadā aduersus Galeni calumniatores prolixe satis actum à nobis fuit ante aliquot annos, agere hoc loco supersedebimus.

Η ὁμοία φλεγμονῇ διάθεσις ὑπάρχῃ κατὰ τὸ ζῶον. *Vel similis phlegmone affectus fuerit in animali.*) Quod genus esse poterit collectitia aliqua materia in corpore, uisceribus præsertim, aut uentrium superiorum, inferiorum ue capacitatibus contenta, humorum quorumcunq; putrescētium, aut naturæ quoquomodo ornatum illum, qui κόσμος illius est, exeuntium.

Καὶ μάλιστ' ἐὰν μήπω τῷ ψυχρῷ σβέσωσι τὸ καῦμα. *Præsertim si nondū frigida restinxerint æstum.*) De frigidæ aquæ potu accipiēdū. Etenim hi æstate media, sub sole æstuoso iter ingressi, deinde quum domum applicuerint, si neq; balnei cōmodum usum adhibeant, & à frigidæ insuper potu abstineāt, (quod tamen libēter pleriq; omnes faciunt, ut bibant quam primum) egregiè æstuantis per omnia corporis sensum percepturi sunt. Nā frigidæ potus restringuet ex parte, quāuis non quantum præstitutus balnei usus esset legitimè adhibiti.

Ἐτολμῶμεν ἂν οἶμαι συνεχῶς ἐξ αὐτῶν λούειν ἐν ὕδασι ψυχροῖς, βαλανείου χωρίς. *Nō dubitaremus opinor, eorū aliquos assiduè in aquis frigidis lauare, absq; balneo*) Nēpè secunda balnei totius parte, quę lauatio est in calida, omnium maximè propriè dicta balneū, siue lauacrum, paulò suprà à Galeno, his uerbis: ὅπερ δὴ καὶ αὐτὸ τὸ κυριώτατον προσαγορευόμενον λουτρόν. Citra partem autē hāc dixit, ut sciremus, maximum futurum esse usum frigidæ lauationis etiam per se, ac sine calidæ pręparatione, modò exquisitè dignoscere febricitantium naturas possemus, hoc est, modò perspecta nobis foret exactè uniuscuiusq; ἰδιοσυγκρασία. Sunt enim, in quib. quanuis signa nō defutura sint, quæ fieri id posse persuadeāt: at fecisse tamen periculosum sit, eò q latent, occultenturq; nobis aliqua in tēperaturarū proprietatib. quę si cōperta haberemus, nō faceremus: ut inter alia partis alicuius imbecillitas, nō laturę frigidę lauationē sine nocumēto. scimus aliquos sanguine, carneq; multa præditos, beneq; habitos, genere tamē neruoso omni imbecilliores fuisse: quib. idē cōsuluisse, temerariū maxime fuisset. Et aliū tamē scimus stulti generis Bohemū hominē, sed robustū, & quadrati corporis, in maximis hyemis frigorib. immergere se solitū interlabēti mediā Pragę ciuitatē fluuio, sine pręparatione omnino ulla, nec lęsū inde quicq; unq; futurū omnino, ut læderet, si quā in corpore habuisset particulā, nocumentis his obnoxiā. Hūc arbitror potuisse innocuē genere remedij hoc uti, febre ardēte correptū, uel in maximo febris uigore ipso: erat enim iuuenis, & carnosus, ac frigidæ lauationi assuetus, uel in hyeme: tātò magis laturus lauationē id genus, ęstate forte febricitās. Sed nō multi tales. Ac Gens tamē est, si Americo Vespucio credimus, nouí orbis peragratori maximo, sub cancri tropico posita, quę in febre, quo maximè febris uiget tēpore, immergere se egelidæ aquæ dicat, frequentiq; post id circa ignē cursu, ac recursu, morbi discussionē quęrere: nō factura (ut opinor) nisi successu ad id aliquo inuitata. Vt diuinus, ꝓpterea fuisse hac in re Galenus uideat mihi, q fieri hoc posse diuinarit, uel rationib. potius ostēderit. Subscribētē certè sententię illius experientiam de gēte hac sumtā habemus, si uera ea sunt.

Νέος δ' ἄν τις εὔσαρκος ὥρᾳ θέρους, ἐν ἀκμῇ πυρετώδους νοσήματος. *Iuuenis autem aliquis benè carnosus, æstatis tempore, in febriculosi morbi uigore.*) Atque hoc est, quod suprà à Galeno dicebatur in hunc modum: ἢ καὶ κατὰ τὴν ἀκμὴν ἐνίοτε. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο συμβαίνει ποτὲ σπανίως. Vel in uigore quandoque: etenim hoc quoque contingit aliquando, rarenter.

parat corpus, sed etiam humorem partibus addit resiccatis, quę pars curationis est: nihil tamen hectica febre laborantes iuuatura, nisi frigidę insuper accedat usus, ueluti curationis totius summa.

ἐν μὲν πρώτῳ τῶν τριῶν οἴκων τοῦ βαλανείου. In prima ex tribus balnei domo.) Prima aëris fuit temperationis, ἀποδυτήριον dicta, in qua nudarentur ingressi primum, ac ue luti pręmollirentur corpora. inde πυελαλακτήρια dicta loca ea. κατὰ τοὺς πρώτους οἴκους τῶν βαλανείων, οὓς εἰώθασιν πυελαλακτήρια καλεῖν, ait Galenus, lib. ro nono de simplicium medicamentorum facultatibus, capite de atramento sutorio. Secunda ab hac domus, calida, quàm prima magis: & quàm secunda, tertia: ut per caliditatem aëris sensim auctam, quasique ἐκ προσαγωγῆς, perueniretur ad calidę lauacrum, quod in tertia fuisse domo uidetur, posito ibi solio. Vt uideantur fuisse tria hęc aeris domicilia: caliditate quidem paulò maiore, minoreue differentia, temperata in omnibus tamē. quod quidem temperamentū ex eo intelligitur, ut neque summè calidus, neque summe frigidus eorum aër esset: sic enim ait: ἔστω δὲ καὶ ὁ ἀὴρ τῶν οἴκων ἁπάντων μήτε θερμὸς ἄκρως, μήτε ψυχρὸς, ἀλλ' εὔκρατος ἱκανῶς. Intra quas duas, caliditatem summam, summamque frigiditatem, consistere temperamentum domorum trium potuit, caliditate aliquantum differentium, sed temperata omni: ut paulò antè dictum, secundam domum non solum positu, sed etiam temperamento esse mediam debere, sicuti prima calidiorem, ita frigidiorem tertia. Ac fortasse eodē nomine appellabantur omnia hæc tria domicilia, πυελαλακτήρια. Multitudinis quidem numero pronūtiatum fuisse legimus à Galeno, loco modò citato, τοὺς πρώτους οἴκους: in quibus, sicuti candēs ferrum, igneque emollitum prius, si lacu tingatur, fortius exit, solidatumque duratur: ita balnei aere, & calidæ lauatione præmollita corpora, aliarum deinceps domorum immersione in frigidam, uel eiusdem etiam inspersione, robur sumerent, & uires, febreque affecta hectica sanarentur.

CAP. XI.

ἐκεῖνο μὲν γὰρ καὶ θερμαίνεται ταχέως, καὶ διεξέρχεται. Ipse nanque & calefit citò, & permeat.) Vtrumque ex substantiæ tenuitate, quæ & citò alterari, siue ad caliditatē, siue ad frigiditatem uelis, solita sit, & non minus citò partes omnes pertrāseat.

οἷαπερ ἐπὶ θλίψει στομάχου. Cuiusmodi in oris uentriculi afflictione.) Ita reddidit nobis θλίψιν interpres: uulgò medicorum dicimus cōpressionē oris uentriculi, siue stomachi, in qua pulsus exiguus sæpè, paruusque tangentibus offertur, eaque sæpe frequentia, ut febriculosæ cuiusdam accessionis initium repræsentet, fallatque medicos: ut in Marco Antonino Imperatore falsos fuisse narratur à Galeno, & à se deprehensum, compressionem, siue afflictionem tantùm esse quandam, nempe θλίψιν. in libello περὶ τοῦ προγινώσκειν.

τὸ μέτρον δὲ οὐ μόνον τοῦ γάλακτος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων σιτίων. Modum uerò non modo lactis, sed aliorum ciborum omnium.) Cibi modus in septimo operis huius dictus, ut ne grauetur uentriculus, uel ut quam minimum, minimoque tempore, grauetur: potus, ne fluctuans innatet.

ὅσοι δ' ἀκρατέστεροι τῶν τοιούτων εἰσὶ, σφαλερὸν ἐπιτρέπειν αὐτοῖς ἐμβαίνειν ταῖς ψυχραῖς κολυμβήθραις. Sed qui ex his minus sunt ualentes, eos non tutum est permittere, in frigidā natationem descendere.) Sic interpretatum uidemus illud ἀκρατέστεροι, minus ualētes: quod esse potest. Quid si autem intemperatiores dixerimus, quos permittere ut ipsi per se in natationem descendant, ex usu recto non sit, diutius ibi forte tasse, quàm par sit, moraturos, utpote intemperantes. Iccircò foris prius præparādam esse, quæ affundatur toti, duplicem iubet: tepidam primò, deinde & frigidam: quod fieri si se natationi immerserit, haud potest. Quin si propter imbecillitatem id consuluisset, præstabat intulisse ægrum natationi in sindone, ut in priore non stanti affudisse, in quo quidem corporis statu, plusculum omnino uirium sit, oportet. Et proponuntur ægri nunc hectica quidem febre cor-

repti,nondum tamen marasmo, ac uiribus adhuc ualentes sic satis. οὐδὲ τῷ μαρασμουμένοι, καὶ ὡς ἂν ἰσχυροὶ ἔτι τὴν δύναμιν ὄντες. Nec frequens occurret in Galeni lectione uocis huius ἀκρατέστεροι significatio hęc, pro imbecillioribus, uel minus ualētibus, quos ἀρρώστους, & ἀρρωστοτέρους,ut opinor,frequētius appellauerit.Atque haud scio,an comparatiuum, ἀκρατέστεροι, formari ab ἀκρατὴς, quod imbecillus est,rectè debeat: quum ab ἀκρατὴς, quod incontinens,siue intemperans, sine dubio,rectè. Verùm non multum retulerint sanè ista.

Ἀλλ' οἷόν τὸ κρηναῖον καλούμενον. *Sed qualis, quæ fontana uocatur.*) Hanc diximus suprà quomodo haberi teporis diuersi posſit,pro anni tempore, diuerso sub sole,& temperati tamen teporis cuiusdam semper, si temperamentum intelligatur,inter frigiditatem quæ feriat, & teporem, qui resoluat,ut hîc dicitur: ὡς μέσον ψύξεως πληκτικῆς, καὶ χλιαρότητος ἐκλυτικῆς.

Ἐκβόσκεται τὴν οἰκείαν ἰκμάδα τῶν μορίων, ὑφ' ἧς ἐτρέφετο. *Proprium partium humorem depascitur,ex quo nutriuntur.*) Qui in superioribus,libro septimo,roris in modū per oēs corporis partes dispergi dictus est,ut inde alantur. post quem reficcatione aliquam humorem,si pergat siccitas,iam quartum illud fiet siccitatis genus insanabile, atque irremediabile dictum suprà, eodem in loco: cuius nihilominus ordines adhuc quidam sint, ac ueluti gradus, quibus ad consummatam solidarum partium consumptæ humiditatis totius siccitatem peruenitur: dum primùm partis cuiusque substantia simplicior, ac cuique parti propria siccescens absumitur, in musculis caro dicta, intersepientibus fibris,mēbranisque tenuisſimis uestientibus cōtexta,in uisceribus παρέγχυμα,in uenis,& arterijs innominata alia,sed sui,proprijque generis. cui quanquam ægrè,ac difficulter imprimis,si tamen tum primùm siccescere incipiat, succurri quoquo modo posſit, donec ad fibrarum, neruosarumque, uel membranosarum etiam particularum substantiam,ac naturam deuentum sit: in quibus si tandem siccitas hæserit,conclamatum iam esse debeat meritò,quòd pro solidis hęc partibus deputentur à Galeno hoc loco.

Ὅταν δὲ ἐπιλείπωσιν αὐτούς αἵ τε πιμελαί, καὶ αἱ σάρκες αἱ μαλακαί. *At ubi pinguedo destituerit eos,et mollis caro.*) Vt ideò duę pariter notari posſint carnis siccitates altera mollioris carnis pinguisque,ad illam septimi libri reducenda,quæ ex substantia concreti humoris cuiusdam constare dicebatur, ut pinguedo, & caro: ἐκ τῆς ὑγροπαγοῦς οὐσίας,ὁποία ἐστι πιμελὴ σὰρξ: altera item carnis, sed durioris,& siccioris, quæ cum depositæ sanationis illa collocanda ueniet, si solidiores illius partes arripuerit siccitas. Nam in simplici,ac propriè magis dicta carne,si tum primùm ceperit,non ex toto desperanda salus erit:in parua tamen spe,ac si modò nihil penitus erroris admittat.οὐδ' ἀνατεθέντι, καὶ ἀκριβῶς πάντα, ait Galenus.

IN LIB. XI. THERAPEVTICES METHODI

CAP. I.

Ἡνίκα ἐδείκνυον ὅπως ἐγχωρεῖ, καὶ δύο, καὶ τρεῖς αὐτοὺς ποιῆσαι. *Quum ostendebam,quo pacto liceat & duos,& tres fecisse ipsos.*) Noni maximè libri in fine.

Ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν ὑπομνήμασιν ἐδείξαμεν. *Quod in commētarijs etiam de Pulsuum differentijs ostendimus.*) Secundo maximè libro,ubi prolixè tractatum legitur de his.

Μετὰ τῶν ἰδίων ἑκάστου,πλεῖστα καὶ τῶν κοινῶν ἐπελθών. *Cū proprijs cuiusque plurima quoque communia percurrens.*) Sic quidem in principio libri superioris, quum de transitu diariarum febrium in hecticas,sermonem instituisset,quoniam eę putridarum prius sæpe interuentu in hecticas abeunt, coactus fuit, communi quadam tractationis affinitate, de putridis tractasse quædam ibidem.

Ἤτοι γε ἐν τοῖς νοσεροῖς αἰτίοις,ἢ ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς τίθεσθαι χρὴ τὸ περιέχον. *Vel in morbificis causis, uel in salubribus ponendum esse ambientem.*) In febribus si calidus & siccus

ſiecus fuerit ambiens, morbificis cauſis adnumerabitur rectè: ſalutificis ſi frigidus & humidus.

Ἓν δὲ αὐτῶν ἐστὶ τὸ καλούμενον βοήθημα. Vna ex his eſt cauſa, quæ remedium uocatur, ſiue auxilium.) Remedium erit, quodcunque depellendis morbis præſtatur corpori: ac quatuor fermè illis continetur, quæ à Galeno recitãtur in calce primi de ſanitate tuenda. Suntq́ue προσφερόμενα, ποιούμενα, ἔξωθεν προσπίπτοντα. Quæ omnia, ſi iuuerint, remedia erunt, & dicentur rectiſsime. Multò aũt maiore nomine dignata ab Herophilo ſunt: ita, ut manus Dei uocarentur, præſtito auxilio: ſecus ſi fuerit amiſſura cum re nomẽ protinus, & inter morboſas cauſas recenſenda.

Κατὰ διαφόρους ἐννοίας, ἔσχατον, καὶ πρῶτον ὑγιεινὸν αἴτιον ὀρθῶς λεγόμενον. Pro differentibus rationibus ultima, ac prima ſalutaris cauſa rectè dictum.) Cogitantibus, & deliberantibus ultima: quòd natura tunc & ars cum fortuna prima ſeſe offerant curandi rationes conſiderantibus, atq́ue examinantibus, poſtremò autem remedia afferantur, quibus, quod deliberatum fuerit, exequamur: faciẽtibus autem prima omnium occurrent remedia faciendæ medicinæ in actione ipſa rerum, corpori applicanda. Fortunam autem dixit, non quidem quòd artificij ratio fortunę temeritatem admittat, aut fortuitò fieri debeat quod ex arte fit, aut cõmittere fortunæ debeamus, quum quod firmis quibuſdam rationibus nixi facere poſsimus, habuerimus: ſed quòd facientibus & remedia ęgroto admouẽtibus, uel quicquid tandẽ in recuperanda alicui ſanitate moliemur, optãda bona fortuna ſit, ne rebus ſe noſtris, atq́ue actionibus aduerſans immiſceat, impedimẽto q́ue ſit, ut ſi nuntium fortè afferatur ęgroto malũ, aut incendium fiat, aut ab aſtantibus peccetur aliquid, quod in ægri detrimentum cedat: qualia multa contingere ſæpe ſolent. Hoc unum optandum, ut benè agatur nobiſcum, fortunati q́ue in eo ſimus: cætera, ſuas ſibi habere res fortunam iubebimus. Sic dictum, quemadmodum in pręcedentibus dicebatur, bona uti fortuna ęgrotos, qui in medici boni manus inciderint, mala qui in mali.

Τύχη μὲν οὖν, καὶ τέχνη, καὶ τεχνίτης, διὰ μέσων τῶν ὑλῶν ἔχουσι τὸ δρᾶν. Igitur fortuna, et ars, & artifex materiarum interuentu agunt.) Atq́ue ideò, quoniam interuenientibus demum materijs: remedijs nẽpè ipſis, quæ βοηθήματα dicuntur, agunt, prima habẽda iſta ſunt, hac quidẽ ratione: nam alia quadã, inter agendũ prima ſeſe dabũt, faciẽtibus nobis remedia, quæ corporibus applicemus, uti paulo ante diximus. Nõ ualdè diſsimili modo, atq́ue quũ ab Ariſtotele dicebatur aliquãdo, prima quędam in conſiderationibus, ultima eſſe executionibus: ac contrã, fieri, ut prima, quæ exequimur, ultima ſint, quæ conſideramus. Belligeraturi parandi, conficiendiq́ue belli permulta cogitantes, eò tandẽ deuenimus, ut conſcribendis militibus pecuniarũ cura ſit colligendarum neceſſaria: atq́ue poſtremæ huius conſiderationis omnium prima erit deliberatio, quam exequamur. Tum, parata pecunia, conſcribemus milites: centuriones, præfectos inſtituemus: moliemur multa artibus uſi, & belli gerendi rationibus omnibus, quarũ prior fuerat conſideratio, ut uictoriam, quantum in nobis eſt, ex hoſte reportemus. Similimè, curaturi, ac morbos ipſos, quos pro hoſtibus habebimus, profligaturi, methodũ, rectamq́ue curandi profligandiq́ue hos uiam, rationeq́ue ducẽ habeamus oportet: conſiderantes diligenter cuncta, atq́ue examinantes: peruenieturq́ue hîc pariter ad remedia, quaſi ad milites quoſdam, quorum, ut militũ, delectum habebimus: ac iam quum curationem inchoare uoluerimus, his utemur primò, multos habituri, qui hæc nobis parent, adeoq́ue pareant imperaturis, tanquam ducibus, & architectis: herbarios, ῥιζοτόμους, componendorum medicaminum artifices, qui uenam, ſi opus futurum ſit ſecent, qui fomenta, cataplaſmata applicent, ut ſanitatem tandẽ, depulſis morbis, inducamus laborãtibus corporibus omniũ poſtremã, cuius omniũ prima fuerat propoſita ab artifice ex artis ipſius rationibus cõſideratio. cunctaq́ue ita faceremus, comitãte fortuna, certè nõ aduerſante, neq́ue actionibus ſe noſtris opponẽte, ullo quo iam diximus, modo, neq́ue alia ſanè ratione quã qua dictũ ab Hippoc. fuit, lib. de lo-

cis in homine his uerbis: ὡς γὰρ οὕτως ἐντεχνικὴν ἐπίσταται ἐλάχιστα τὴν τύχην ἐπιμέλεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἄνευ τύχης, καὶ σὺν τύχῃ εὖ ποιηθείη ἄν. multaq́ præterea ad rem hanc apposite inprimis scripta ibidem.

Η φύσις δὲ αὐτὴ δι᾽ ἑαυτῆς, ἐκ τριῶν τούτων συμπληρουμένη. *Natura autē per seipsam ipsa ex tribus his constans.*) Spiritus nempè substantia, ac partibus corporis uerè solidis, quæ ex semine ortum habent: tertiaq́ insuper carnosa substantia, siue carniformis: σαρκοειδοῦς οὐσίας, γὰρ ἑκάστῳ τῶν μορίων ἰδίας ὑπαρχούσης: quæ parti unicuique sua, ac propria quædam est, ut paulo antè quoq; dictum fuit: musculis, quę propriè caro dicitur, tenuissimis, atq; araneosis membranis, fibrisq́ intexta, ac circumdata: renis neruis, atq; arterijs sua item, ac propria itidem illorum caro, cõmuni quadam omnibus alijs uoce dicenda, quoniam musculorum illi proportione respõdet. Sua item ac propria uisceribus, proprium iam, ac peculiare nomen, παρέγχυμα, sortita. Quæ planè substantiæ omnes, ipsæ etiam dici solidæ partes queant, quamuis non tam uere, ac rectè, quam quæ semineam materiam in ortu suo habuere, inter uerè solidas hîc à Galeno deputatæ Verba sunt Galeni, καὶ τὰ τῶν ὄντως, ἅπερ ἐκ σπέρματος ἰδέᾳ εἴχθη γιγνόμενα. Vt sciamus, si quando Galenum dicentem audimus has, illasûe sôlidas partes, qua accipiendum dictum quodq; significatione sit. Ex tribus enim substantijs, duæ solidæ, ex feminali materia ortæ, uerè tales: ex sanguinea minus uerè, σαρκοειδοῦς οὐσίας, dictę: quippè ex sanguine caro, uel carnis cuiusdam speciem, ac similitudinem referens substantia aliqua carniformis, ut παρεγχύματα uiscerum multorum, carnis nomine frequenter nuncupata. Sic quidem pulmonum carnem dicimus sepè cordisq́ eodem modo, & iocinoris, & lienis, & renum. Quæ sanè omnia, cumq́ his uerè solida seminalia membra alia, soliditate quadam prædita, τὰ ἴσχοντα alibi dicta ab Hippocrate fuere, utpote quæ humores continerent, γυιχομένα iccirco ab eodem appellatos: sicuti idem spiritus ὁρμῶντα nominasse uidetur Galeno, libro statim primo de Differentijs febrium. Continentur ergò humores: reliquæ duæ partes continẽt hosce. Quarum rursus temperamentum, naturam ipsam alio modo dictum, constituit ex ætate, temperatura, & consuetudine constantem: non comprehẽsis hac diuisione spiritibus, medicis magis accommoda: quòd spirituum substantia quorumcunque fluxa semper, fluxq; sit: hæ duæ, si cum spiritibus conferantur, diutius multò permaneant, scilicet solidiores partes seminalis, & carnosa, siue carniformis, σαρκοειδής. atque adeò sanitatis, & morbi duæ hæ materia, & subiectum habentur semper, in quas recipiantur, & à quibus abigantur: proinde neq; humores, neq; spiritus, hac quidem consideratione corporis partibus adnumerandæ uenient. At hîc, ubi uirtutis mentio fit, uiriumq́ ipsarum roboris, pro spirituum qualitate, & quantitate diuersa, ualidi pariter, aut inualidi futuri, necessarium Galeno uisum, hos etiam addidisse, ita tamẽ, ut illud quoq; mox adscriberet: licere nobis dictis prius scopis uirtutem uel solam addere, ex substantiarum trium illarum cõnumeratione simul, uel scorsum per se uirtutem ipsam disseparato ab ea temperamẽto. καὶ τοίνυν καὶ ἡ δύναμις, ἐφ᾽ οἷς ἔμπροσθεν εἶπον σκοποῖς, ἤτοι μόνη προστίθεται, κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων τριῶν οὐσιῶν συναρίθμησιν, ἢ τῆς κράσεως ἀφοριζομένης, ἰδίᾳ καθ᾽ ἑαυτήν. Vt diuersè uirtutem, rursusq́ diuersè temperamentum constituamus, ex ętate, temperatura propria, ac consuetudine constans.

Εἴς τε τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν, καὶ τὴν ἐπίκτητον διάθεσιν. *Et in naturã, quæ ab initio fuerat, & in acquisititiã affectum.*) Vt ignoretur quanta discessio facta sit à naturali in preternaturalem statum: qui rursus diuidi in causas suas possit, hisq́ ipsis indicationes faciendorum cõcedat. Vt, quoniã febris fortè ab ætate in eam procliui facta fuit, uitęq́ studio aliquo ad idẽ propenso, & rerũ quarũdam consuetudine simili, ab his sumanẽ indicationes cùm cibãdi rectè ęgri, tũ etiã refrigerandi, atq; humectandi, plus minus, quò maior minorq́ facta discessio fuerit.

CAP. II.

Αρχὴ γὰρ ἐκείνων δεῖν, εἰς ὅπερ ἐτελεύτησεν ἡ ἐκ τῆς θεραπευομένης διαθέσεως τομή. *Etenim*

nim principium illorum est, in quo affectus, qui curatur, diuisio desinit.) Curaturi affectum aliquem, inq; opere ipso uersantes, diligẽter prius affectus ipsius naturã considerabimus omnẽ, causasq; hũc ipsum faciẽtes. quo quũ deuenerimus, & affectui huic, febri puta ipsi, refrigerationem necessariam esse, & humectationem iudicarimus, remedia illicò quæremus opportuna. Itaq;, ubi desinit curãdi affectus ratio, ex rerum multarum diuisione facta, ibi primum inchoat inueniendorum, parandorumq;, quæ factura ad curationem affectus talis sint, remediorum consideratio, ut ad manus sint: quo ferè modo annotatũ suprà quoque fuisse meminimus. Secus, si rerum tantummodo considerationem ipsarũ animo uersabimus, non in opere erimus, neq; in re præsenti medicinam alicui faciemus: tunc enim desumere nobis quamcunque uoluerimus partem licebit considerandam, atq; examinandam.

τῶν μὲν οὖν ἐφημέρων πυρετῶν ἡ ὄντως ἐστὶ θεραπεία, καθάπερ γε καὶ ἡ τῶν ἑκτικῶν. *Febriũ igitur diariarum uera est curatio, quemadmodum hecticarum quoq;.*) Vtpotè in quib. nulla præcautio, uel prouisio sit, ne quid nouę febris fiat, post causarũ iã discessum: ac curatio sola, & sanatio restat, refrigerantibus, atq; humectantibus perficienda. In hecticis magno semper & labore, & opere, interdum etiam cũ periculo, ob refrigerationem, quæ cũ discrimine fit, ne percussę sciãtur partes urinę, & nocumentũ accipiant: in diarijs minimo negotio res peragitur, sæpè etiã nullo, quando, ut superiore libro traditum fuit, ipsam propemodum febris substantiam, euacuari per sudores contingat: sic enim scribitur ibi: καὶ τήν γε ἐφημέρων πυρετῶν αὐτὴν σχεδόν γε τὴν οὐσίαν ἐκκενοῦσθαι συμβαίνει δι' ἱδρώτων.

CAP. III.

αὐτὴν μὲν τὴν δύναμιν ὡς τὸν πρῶτον σκοπὸν τιθέμενος, τὸν δ' ὑπ' αὐτῆς ἐνδεικνύμενον ἕτερον σκοπὸν δεύτερον. *Virtutem quidem ipsam scopum unũ primum statuẽs: quod autem ab ea indicatur, secundum.*) Duo ponuntur scopi, quorũ primus nihil aliud est, quã proposita menti res aliqua, ex qua mox indicatio ipsa oritur, secundum demũ scopum faciens, ad quem ab indicatione ipsa profecti contendamus, intentos in eum semper oculos habentes, tãquam uerũ scópum, extremamq;, quo perueniamus, metam, ac summum propositum nobis finem. Virtutem ipsam primo proponimus nobis: is primus est scopus simplicissimus, uirtutis nempe cõsideratio ipsius: pro indicatione potius habendus, quoniam ex eo indicatio statim oritur uirtutis conseruandæ, quæ quidem conseruatio, uerus atq; ultimus scopus est. Fueritq; hæc ἀκριβολογία quædã, exacta nimirum, atq; exquisita loquendi formula: nam aliàs & pro indicatione dixisse scopum, ac sumsisse, proq; scopo indicationem, fas sit.

τῷ μὲν πνεύματι διά τε ἀναπνοῆς τε καὶ διαπνοῆς, καὶ τῆς ἐκ τοῦ αἵματος ἀναθυμιάσεως. *Spiritui quidẽ ex respiratione, & trãspiratione, atq; ea, qua ex sanguine fit, uaporatione.*) Respirationis, quę ἀναπνοὴ est, duę sunt partes: expiratio, & suspiratio, spiritui presertim animali, alimenti semper plurimũ suggerẽs inspiratio inquã, tũ & uitali. Quod idem transpiratio quoq; dicta facier, quę διαπνοὴ est: inspiratio nẽpè illa aeris, quæ per cutis meatus, in corporis habitum, molemq; uniuersam fit. Nam & transpirationis huius duæ itidem partes habẽtur: expiratio quædã, qua fuliginosa de corpore excrementa propelluntur, & inspiratio, qua calidum innatum uentilatũ refocillatur ex parte. Neq; parum alimenti uitali quoque spiritui subministratur inde: licet maior spiritus huiusce portio ex calidioris ac tenuioris sanguinis uapore generetur: sicuti naturalis ex paulo crassiore minusq; calido, si modò naturalis cõcedi spiritus ullus debeat, ut certe debet: Cur.n. naturalis facultas suo destituat, quũ uitalis suũ habeat, & animalis suũ? Quin naturalis spiritus materia is reliquorũ duorũ iudicandus rectè fuerit, ut ex quo tenuiore facto uitalis primũ, dein ex uitali etiamnũ tenuis magis alius, animalis scilicet, spiritus ipse procreetur. Quamquam ex sanguine quoq; duo hi: naturalis ex eo, qui iecore, uenisq; continetur: uitalis ex eo, qui corde, & ar-

terijs, multò naturali tenuior, ut diximus, & calidior. Post hęc, per arterias distributus plurimas spiritus idē, magisq́ ideò, ac magis assiduè elaboratus, tenuissimusq́ tandem factus, animalis euadit, ut tenuitatem maiorem adeptus, ita caloris, ac feruētiæ prioris plurimū exutus. Ex distributione aūt ea, in minutas partes diductus, uasorumq́ inde natura suapte frigidorū cōtactu, refrigerationis aliquid accepturus est: imprimis cerebri frigidioris uisceris occursu feruoris plurimū depositurus, ut animalis euadat, ob eāidis mouēdi, sentiēdiq́ muneribus, & intelligendi, ratiocinādiq́, nō aliter idoneus futurus, nisi tenuissimus, & attemperatior. Hæc esse spirituū nostrorū omniū materia uideri poterit cōsiderantibus rectè, ex qua gignantur. Efficiens autem quę alia possit esse causa hos ipsos gignens, quàm ipsum calidum innatum, nō uideo, rerum multarum exemplo adductus, uiniq́ præsertim, quo potissimum feruet tempore, plurimum flauiosorum uaporum, quos spiritus illius dicimus, generantis, ac tātum quandoq́, ut disrumpātur facile inde uasa, nisi depleta statim euacuentur partim, aut recluso spiraculo aliquo, libera uino exhalatio permittatur. Quod si apertis id uasis fiat, ut moris est nostri, qui capacissimis mustum inijcimus, cū uinaceis unà: tum uerò concepto per se triduo pòst, summum quatriduo ac ueluti exuscitato proprio calore, feruescūt sponte sua, ac diebus aliquot sufferuefacta ita elutriantur uina, atq́ inter elutriandum, tantum plerunq́ emitti uaporum, & spirituum uidemus, ut, si conclusis fortè uinarijs in cellis id fiat, inebriatos ex eo aliquot, testari non unus ego uerissimè possim, magisq́, quo calidioris naturæ uinum fuerit, ac proinde spirituosum magis: quod quidem nō ab alio, quàm à calore uini fieri posse existimandum: atq́ hoc nemini dubium esse credo. Quod si ita est, ut nempè eodem penè modo spiritus generentur: quomodo ab innato calido differant spiritus, habituri facilè sumus, ac rursus quomodo idem dicendi. In eodem quippè subiecto quum sint, spiritus, & calidum innatum, ut puta, sanguine ipso, hactenus idem erunt: at different non solū rationibus quibusdam, quòd calidi innati uegetandi inprimis, corpusq́ uniuersum custodiendi munus sit: spirituum mouendi sese in partem omnem, multorum quippè opinione animatorum: sed etiam re, quòd spiritus calidi innati soboles sint, ut ostendimus, & quòd maior sit calidi innati, quàm spirituum ambitus. in solidiorum enim partium aliqua, innatus calor omninô aliquis, ubi spiritus nullus, ut osse, & cartilagine. Ac spirituum semper magna, atq́ assidua generatio, ut temporum singulis momentis generati distrahantur, ac distrahendi perpetuô generentur. Iccircò in animi defectibus, abeuntibus spiritibus, & linquētibus nos, innatum calidum non relinquit, manetq́ semper. Alioqui tēperamēto quoq́ non sanè diuersi ualdè spiritus, & innatus calor: calidus quippè, atq́ humidus uterq́: ut, nisi substantiæ tenuitate distarent, qua spiritus uincit, futuri ijdem fuerint hac quoq́ in parte, quæ censeri natura propè illorum potest Et calidum quidem innatum eiusmodi habēdum esse, humidum inquam, nemo non fatebitur: spiritus autem esse aliter quî poterunt, si quidē ex sanguinis uapore gignuntur? Nam uapor humidus, uel iudicio nescio cuius poetæ, qui scripsit: Vapor humidus omnes Res creat. Sanè Galenus hîc, spiritus permansionem, custodiam, & conseruationem, nempè διαμονὴν, ex sanguinis uaporatione esse dixit: ἐξ αἵματος ἀναθυμιάσεως: at unumquodq́ ex ijsdem generatur, ex quibus nutritum conseruatur, communi propè philosophātium omniū scito. Eādem ἀναθυμίασιν etiam ἀέρωσιν dici, si libeat, posse, etiam λεπτοποίησιν αἵματος, etiam εἰς ἀτμὸς λύσιν, monemur à Galeno. At siue in aerem mutetur sanguis, quæ ἀέρωσις est, siue halitum, humiditatē retinebit semper, quoniā aer humidus, & halitus humidus. sed neq́ attenuatus sanguis humiditatem amittere propriam necessariò cogetur, utiq́ tantùm attenuatus. Quamobrem quū spiritum hæc omnia humidum natura sua indicent, spiritum ego flammam dixisse, ut dixere alij, rem calidam, & siccam non ausim, Sed neq́ flammeū dixerim:

perimens

perimēs enim esset, flammeus si esset: nūc blandum, benignumque experimur, nec à calidi innati natura & tēperamento discedētem longè: quo etiam calidū ipsum innatum tanquam instrumento quodam utatur: ut propterà authores quidam spiritum, calidum quandoque innatum dixerint, non secus atque hominem sæpe, corpus dicimus ipsum, quum animam potius deberemus, cui corpus pro instrumento sit, ut Platoni uisum.

τὴν μοχθηρὰν δὲ ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἤτοι φυλάττειν, ἢ ἀλλοιοῦν. *Vitiosam uerò in sanis, uel conseruare, uel alterare.*) Hanc enim in sanitate tunc tantùm alteratam mutare in melius præstiterit, quum uacat, & otium suppetit, ne si aggrediamur, nec perficere possimus, deterius aliquid cōtingat: quoniā in multis non inchoasse, quàm inchoatū tantùm, atque imperfectū reliquisse opus, prēstat. Vt hîc quoque conducibile magis futurum sit alicui, suæ illum reliquisse intemperaturæ, quā in melius eam immutare tentasse, neque perficere potuisse negotiorū interuentu. Nam quum id fieri, nisi alterantibus, ac priorem statum mutantibus nō possit: periculum est, ne, si antequam obfirmatum temperamētum nouum fuerit, desistatur ab incœpto, ex alteratione ea, in qua etiamnum sit, noxæ aliquid percipiat cui hoc fiat. Quocirca otiosis tantummodò mutanda ut melior fiat, intemperatura: negotiosis conseruanda, ut in ægris quoque omnibus, eandem ob causam, quòd negotium tunc sit cum morbo non paruum.

ἢ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς φυλάττειν κρᾶσιν, ἢ τὴν ἐπίκτητον ἐργάζεσθαι. *Vel enim, quæ ab initio fuerat, temperaturā seruare, uel acquisititiam facere.*) Quorum quidem utrumuis fuerit, attendenda semper consuetudo sit. Nam si uictum in ægritudine aliqua calidum forte, ac siccum postulet ætas, ac natura ipsa ægroti, consuetudo autem fuerit illi frigidioris, atque humidioris, consuetudini potius stabimus, & frigidū, atque humidum uictum exhibebimus, quod quidem ad hoc attinet: modò consuetudo ea tanti temporis sit, ut induci temperamentum inde corpori potuerit ab ætate, prioreque ægroti natura aliud.

CAP. IIII.

ἐπεὶ δὲ ἡ σηπεδὼν ἤτοι γε ὁμοτίμως ἐν ἅπασι συνίσταται τοῖς ἀγγείοις. *Verùm, quoniam putredo uel æqualiter in omnibus consistit uasis.*) Omnia hac dictione comprehendūtur febrium genera putridarum. Nam æqualiter per uasa omnia diffusa putredo, ex orarū extremarū infarctu, febres faciet συνόχους, cōtinuas, quas dicimus: in maximis, & maximè principalibus, alas inter & inguina, συνεχεῖς, continētes, ut à superioribus continuis differant, dictas: in una aliqua corporis parte, si cū phlegmone, eas, quas plerunque de loci alicuius phlegmone laborantis nomine uocamus, ut pleuritidem, ut peripneumoniam, quasque uetustiorum medicorum nonnulli ne febres quidem dixere sæpe, eo, quòd morbum semper aliū comitarentur, phlegmonē nimirū ipsam: sin absque phlegmone, sed ex collectitia materia aliqua loco aliquo putrescēte, vt vētriculo, iecore, liene, vel intra venas partium earū recepta, continuas afferet, sed cū accessionibus suis, nunquā tamen ex toto desinentibus: vel extra venas, in viscerū corpore, quod ἀγγεῖα illorū est, intermittētes, genus omne. Quæ planè febriū differētiæ ex locorum differētijs ducunt oēs, in quib. putredo est: ab humoris uerò putrescētis diuersitate, q̄tidianæ dicentur, quartanæ, tertianę, continuę ęquè, ac intermittentes.

πῶς δὲ αὐτὰ δύναιντο κατὰ ὅλον τὸ ζῶον εἰς τοῦτ' ἐλθεῖν, ἄνευ στεγνώσεως, ἤτοι γ' ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἀγγείων γιγνομένης, ἢ κατὰ σύμπαν τὸ δέρμα. *Quo pacto autem poterunt ad hoc deuenire, quæ in toto animali sunt, sine constipatione, vel in vasorum finibus facta, vel vniuersa.*) Id est, qui fieri potest, ut intercludantur, sistanturque perspirationes illæ animalium corporis totius, nisi aut cutanei meatus stipentur omnes, aut uasorū fines obturentur? De putredine in corpore aliquo ab initio facta intelligendū, & q̄ originalis (ut ita dicā) ibi fit. Nā inuehi ab alio p contactū, putridæue exhalationis alicuius inspiratione, etiā ut constipatio nulla talis fuerit, nihil impedit: quod em̄ à putrido tangitur, putrescit necessariò, utique putrescere aptū

 quod

quod fuerit. Quinimò disertis satis uerbis in libello de inæquali intẽperatura, scriptum à Galeno fuisse reperietur in hunc modum: ὁ γὰρ δὴ πάντη ἰσοφλεγμονία, καὶ μὴ διαπνεόμενα σήπεται μόνον, ἀλλὰ τοῦτο τάχιστα καὶ μάλιστα. Nõ enim impacta & non perspirabilia, putrescunt solùm, sed citissimè quidem, & maximè ista. Neq; tamen Galenum dixisse uidemus, hoc quidem in loco, ut in corpore putrefactio aliqua suboriatur, necessariã constipationem esse: sed perspirationis, quæ διαπνοὴ est, priuationem necessariam: quoniam impedita ne perflari, uentilariq; possint corpora, putrescant necessum est. At, ut prohibitæ perspirationis huius, & perflationis, maxima causa, præcipuè uerò in animalium corporibus, meatuũ constipatio sit: esse nihilominus aliæ quoq; possunt quædã, sicuti in aliis, ita & in animalibus: ut in aquis stagnãtibus fieri aliquando solere experimur, quæ motu suo priuatæ, proinde & perspiratione sua, puttidam tandem naturum contrahunt. Idem contingere aeris insuper parti quandoque non inauditum omninò est. Ac putrescere multa alia hac eadẽ ratione, quotidie conspicimus: in quibus calor, qui rebus omnibus inest, suus cuiq;, earũ substantiam ac compositionem retinens, fortasse à Stoicis causa rerum omniũ cõtinens illa dicta, reses interdum, segnisq; quacunq; de causa factus, nec perspiratus ideò, uentilatusq;, perit tandem, corrupta substantia, rerumq; compositione, quæ putrefactio est. Quæ, quo maiore res calore, atq; humore donata à natura fuerit, citius semper perspirabilitate priuata, putrescet, nimirũ plus quoque ea indigens, humoremq; additum habens, quo ueluti suffocetur, non perspirata, perflataq;, quod satis sit. Reliqua minus, quo calida minus fuerint minusq; humida: ut non pauca reperiantur frigidioris, ac sicciores naturæ, quibus longissimo demum post tempore accedere putrefactio solita sit. Consideranti igitur diligenter, atq; examinanti rectè, duo dixisse Galenus uidebitur hîc. Primùm, ea sola putrescere corpora, quæ calida, & humida natura quum sint, nec uẽtilata, nec perflata, in calido itidẽ, atq; humido loco manẽt. Sola dixit, quòd omniũ maximè hæc ac potissimũ putrescant. Qui loquẽdi modus multis non omnino infrequẽs est. Solus sapit dicimus, cuius sapientia, & frequens, & maxima. Vel, quòd nullũ esse animantis ullius corpus possit, in quo non calidi innati illius, ac primigenij humidi, in quo calor, aliquid omnino insit, quę perspiratione destituta sua putrescant: nam si in motu sint, uẽtilenturq;, ac perflẽtur, seruari sine putredine queant. Galeni uerba sunt: εἰ δ' ἐν κινήσει εἴη, καὶ ῥιπίζοιτο, καὶ διαπνέοιτο, δύναιτ' ἂν ἄσηπτα φυλάττεσθαι. & paulo pòst: εἴπερ οὖν τι μέλλει σαφῶς σήπεσθαι, τὰς κατ' αὐτό, τὰς εἰρημένας χρὴ διαπνοὰς ἐπισχεθῆναι. Quod si igitur futurum sit, ut manifestè aliquid in eo putrescat, dictas transpirationes impediri necessum fuerit. Nullam adhuc constipationem audimus, obstructionem nullam. Ac solam uentilationem, perspirationem, transpirationẽ impeditam, prohibitam, putredinis, putrefactionisúe causam esse: causam inquam proximam, & quam proprio nomine nuncupare cõtinentem solemus, quippè quæ quũ fuerit, futura putrefactio quoq; sit: quum discesserit, discessura. Audiamus nunc (nã hoc erat alterum) non proximam, neq; immediatã, neq; continentẽ putredinis causam, sed illius ipsius continentis, ac proximę interuẽtu, putrefactionis causam: constipationem aliquam nimirum, cùm aliter, tum ex meatuum quoq; obstructionibus factam, in animaliũ corporibus frequenter ac facilè fieri solitã. πῶς δ' ἂν καὶ δύναιντ' αἱ καθ' ὅλον τὸ ζῶον, & reliqua, quæ annotationis huius initio adscripsimus, ne repetantur: in quo nihil aliud excerpi ex Galeni scripto potest, quã maximam quandam, ac præcipuam prohibitæ atq; impeditæ transpirationis in animalibus causam esse constipationem, quam ille στέγνωσιν dixit, nõ semper ab obstructione effici consuetã, sed meatuũ præterea cõniuentia, & adstrictione qualicunq; alia. Quomodo, inquit, fieri possit: quasi ita dicẽs: quũ esse impedimenti huius causæ aliæ possint quædam, quæ tamẽ esse poterit in animalib. iustior causa, quàm constipatio? Quod uerum est, neq; nos negamus, sed quo

iam

iam diximus modo, accipiẽdum esse affirmamus: nempe, ut putrefactionẽ impedita quidem perspirabilitas semper faciat: perspirabilitatem autem hanc nõ semper impediat obstructio, sed aliæ insuper causæ sint, quæ facere idẽ soleant. Atque ut in animaliũ corporibus constipatio semper impeditæ transpirationis causa esset, quod non est, hæcque putrefactionem semper faceret, aut non semper faceret: quandoquidẽ innumera ingruere extrinsecus rebus ipsis possunt, quæ hoc faciant, perspirabilitatemque ipsis auferant, quum substantiæ totius proprietatibus multis aduersantia, tum non minus manifestarum qualitatũ aliarum contrarietatibus oppugnantia, ut de stagnantium aquarum, & aeris quandoque putrefactione dictum est. Quæ quoque tamen si contendere uelit aliquis constipationis nonnihil rebus afferre, obturatis, quanquam non ita apertè, ac manifestè, ut alijs, meatibus, qui omnibus sui insunt, sensum nostrum effugientes: facere id posset, exemplo aliquo, ac ratione, quòd quædã sint, quæ rationibus excogitata tantummodo comprehendantur, sensibus occultentur: idque non sanè minus in arte nostra probari possit, occultæ, sensumque latentis transpirationis illius exemplo, temporum momentis omnibus in nobis uigentis. Vt pariter existimandum sit, perspirationem, perflationemque illã corporum nostrorum, quæ prohibita putrefactionis causa sit, impediri à constipatione, atque obturatione posse aliqua, quoquomodo facta, nec apparente nobis. Non enim quærendam semper obstructionem esse ab humorum plenitudine, crassitie, glutinositate euidentem, euidenter factam, aut uasorum meatuumue cutaneorum ex conuiuentia stipationem, quam ne ipsam quidem sæpè oculorum fide certa, atque explorata testatam facere liceat, atque omnes tamẽ facile concedant. Cur quæso non idem in alijs quoque fieri identidem posse cõcedatur, ut, quamuis lateant, fiant tamẽ alibi pariter in corpore stipationes eiusmodi plerunque multæ? Quæ si admittantur, uerè dictum illud quoque recipiendum erit: in animalium corporibus, putredinis causam, constipationem semper aliquam existimandam esse, quæ impeditæ transpirationis interuentu illam faciat, dumtaxat ortam ibidem, & originalem: nam aliunde (ut initio diximus) inuehi putredo in corpora etiam non constipata queat.

ὅπως μὲν οὖν ἐναντίως χρὴ ψύχειν, ἔμπροσθεν εἴρηται. *Ac quemadmodum quidem refrigerare illum conueniat, dictum prius.*) Frigidæ inprimis potu, tum & uictus actione omni, ex caloris quidem ipsius indicatione, ac quantum reliquorum simul indicationes admittere posse uidebuntur, ambientisque ante omnia aeris, & laborantis naturæ.

CAP. V.

εἴ τι μεμνήμεθα τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένων. *Si quid suprà dictorum meminimus.*) Libro octauo, qua libri in parte his usus est uerbis Galenus: μεταξὺ δὲ τῶν ἡλικιῶν τούτων, ῥώμης παρούσης, καὶ ἀνευ ... φλεβοτομητέον, εἰ καὶ τὰ τοῦ πλήθους ἀπείη σημεῖα. Inter ætates autem has, si robur adsit ægroto, incidẽda uena, tametsi plenitudinis signa absint: Et rationem addit, quòd melius sit, uacuata prius cacochymia ad deobstruendas obstructiones uenire, ut periculum fugiatur, quod deobstruentibus utentes manet, augend[illegible] obstructiones, impingendique magis illas, si ante euacuationem adhibeantur.

CAP. VII.

δευτέρα δὲ ἐκ τοῦ καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶον, ἢ κατὰ μέρος ὑπάρχειν τὴν σηπεδόνα. *Secunda uerò ex eo quòd per totũ animal, uel in parte putredo sit.*) In animali toto, non ut simul in uasis omnib. et habitu corporis uniuerso extra uasa, sit: sed uel in uasis habitus totius primò, quod cõtinuas faciet, uel per corpus totũ in habitu uniuerso, carneque ipsa, quã sæpè propriè corpus appellatã uidemus, quod intermittentiũ est. ut ex parte per molẽ corporis totã diffundatur putredinosus humor, sudores plurimũ moturus: ita tamẽ, ut putredinis initiũ, ac quidã ceu fomes, focusque, priuatã, ut diximus, corporis partem occupare aliquã potuerit: quandoquidẽ nulla omnino

est

est febris, quæ non habitum tandem corporis totum molemq́ peruadat: sed de foco, in quo primum originem suam habent febres, intelligenda differētia hæc. ut illarum in toto sit animali putredo, quarum uenis omnibus (hæ quidem in animali uniuerso, perq́ animal totum sunt) ab origine initioq́ suo putredo inest: in parte autem, quæ parti uni alicui.

CAP. VIII.

Καὶ σκεψώμεθα τίσιν ἂν τις προσέχων σκοποῖς, καὶ τίσιν τῶν ἐνδείξεσι χρώμενος. *Ac consideremus quos nam scopos attendentes, & quibusnam indicationibus usi.*) Scopos attendimus, in quos intentos habeamus oculos, acturi, facturiúe aliquid: hos enim nobis proponimus: indicationibus autem ad faciendum utimur, quę nos facere doceant, à rei ipsius natura, quam considerandam sumpserimus, petitis, deductisq́. Docemur igitur ab indicationibus quos præfigere nobis scopos debeamus. Quibus maximè indicantibus, quibusq́ indicationibus usi, uertit interpres: scopum cum indicatione eundem faciens, alicuius tamen inter se differentiæ, ut alibi quoque monuimus.

Τίς οὖν ἡ φύσις τῆς σηπεδόνος ἐστίν; ἡ μεταβολὴ τῆς ὅλης τοῦ σώματος σηπομένης οὐσίας εἰς φθοράν, ὑπὸ τῆς ἔξωθεν θερμασίας. *Quænam igitur est putredinis natura? transmutatio corporis substantiæ totius putrescentis in corruptionem, à calore extrinseco.*) Vtiq́ perflationis, transpirationisq́ corporum, qua calidum eorū innatum subinde uentilatur, destructæ, atq́ amotæ, interuentu, quòd facilè calidum extraneum corporibus extrinsecus uehementius ingruens faciat: ut quidem rei huiusce exēplum animaduertere licebit nobis, quum exiguam fortè candelæ, aut lucernulæ alicuius flammā in ambiēte paulò magis calido marcescentē, paulatim dilui, ac tabescere, nonnunquā penitus etiam extingui uidemus: non aliam ob causam, quàm ob priuatum internum flammæ calorem uentilatione sua foris facta, euocatumq́, ac dissipatum: quod quum factum fuerit, mutetur ad corruptionem tota ignei corporis substantia necesse est, communi quodam dicto more putrefactionis: neq́ enim ignis propriè putrescit: quæ tamen tunc propriè, ac maximè fit, quum ex humidi præsentia cum calido unà extraneo inducentis se in corpora, innatumq́ illorum calidum facilè suffocantis, rerum substantia corrupta perimitur. ut hac quoque de causa putredinem fieri, uel Galeni ipsius authoritate doceamur, non modò ab obstructione, qui quidem putredinem eo, quo audiuimus, modo finierit, idq́ ex Aristotelis meteorologicis. Verumq́ esse appareat, quod paulò antè dicebamus, proximam, atq́ immediatam, & continentem putredinis, rerumq́ corruptionis multarū causam esse perspirationis destructionem, atq́ abolitionem, qua interueniente telliquæ causæ agāt, multæ, ac diuersæ, adeoq́ interdum contrariæ. ut extraneus calor nimius putrefactionē ac rerū multarū corruptionē fecerit, qua diximus ratione: eādem meatuū cutaneorū cōstipatio ab ambiente interdū frigore facta introduxerit: utrumq́ perspirationis abolitæ interuentu, sicuti morbū frigidū inter alias, eædem pariter causæ effecerint non raro, caloris hic quoq́ natiui interitu, qui & ex stipatione nimia à frigore interdū facta pereat, & ab ambiente supra modū æstuāte, pręsertim si cū humore insuper factū id fuerit. Ad eundē planè modum putredinis causa calidū etiam numerari extraneū poterit, simul & meatuū constipatio, hæcq́, præcipua atq́ inprimis, multoq́, quàm altera, frequētior: multò nāq́ frequētius euenit, ut putredinis, dumtaxat eius, quę febrē faciat, causa sit cutis, uel alibi quoq́ in corpore obstructio, constipatioúe aliqua, quàm ambiētis aeris calor nimius, atq́ extraneus. Qui nihilominus, ut nō parū sæpè esse posśit, at nō sic sæpè calidū innatū corporū ea fuerit debilitate, ut extraneo ambiētis calido succūbat. Itaq́ sæpius nō immeritò contingat, ut hæc, quā illa, putridarū febriū futura causa sit. Tametsi in hāc illa quoq́ incurrat, ut diximus: & extraneus ambientis calor, similiter atque obstructio, destructa prius perspirabilitate putrefactionē inuehat, proxima semper atq́ immediata, & (ut nominare usitatè iam solemus) continente putredinis causa.

Καί τοι τὸ πλεῖστον τῆς οὐσίας, ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἔχοντα. *Plurimũ licet suipsius substantia calidum & humidum obtineant.*) Quæ qualitates duæ paulò magis increbrescentes, quum ualdè proximæ putredini sint, à putredine tamen defenduntur, calidi innati beneficio.

Τῇ δ᾽ ἐκ τούτων βλάβῃ συγκακοῦται καὶ τὸ κατὰ φύσιν θερμόν. *Cum horum autem nocumento uitiatur simul naturalis calor.*) Probatur id, quod paulò antè dixeramus: intercepta corporum perspiratione, quæ ἄδηλος est, lædi protinus calorem innatum, atq; offendi: interdum etiam perire, & extraneum, ac præternaturalem alium succedere, ex quo putrefactio ingeneretur corporibus.

Καὶ τὸ πάχος τοῖς τέμνουσι, καὶ τὴν γλισχρότητα τοῖς ῥύπτουσιν. *Et crassitiē incidētibus, & lentitia deterguentib.*) Suprà aliquãdo quũ utriusq; meminisset, crassitiæ & lentitiē, pro remedia tamē attulerat utriusq; incidentia tantùm: nunc suũ utriq; reddit, crassitiæ incidentia, lentitię detergentia. Explicatius omninò: sed tamē incidentib. qui utetur, quoniã eorũ non pauca detergendi quoq; potestate aliqua prædita sunt, etiam detergentibus usus fuisse uidebitur. At in oxymelite utraq; facultas inest haud dubie, & incidēdi, aceti ratione, & detergendi, mellis.

Οὐ τῶν αὐτῶν δ᾽ εἰς ἅπαντα δεήσεται τὰ κενώσεως φαρμάκων. *Caterùm non ijsdem omnes opus habitura sunt euacuantibus medicamentis partes.*) Quoniam aliter uentriculus, aliter iecur, huiusq; aliter simæ, aliter gibbosæ partes uacuari, atq; etiam per alia postulant. Idemq; de reliquis corporis partibus omnibus censendum, ex methodo in fine septimi libri tradita.

CAP. IX.

Τὸ δ᾽ ὅλον σῶμα, πρὶν μὲν κενῶσαι, μανὸν οὐ χρή. *Corpus uerò uniuersum priusquam uacuetur, rarefacere non expedit.*) Ob timorem bis iam repetitum suprà: semel octauo, iterum hoc eodem libro paulo ante. Timendum enim est, ne, si ante uenæ sectionem rarefacientibus, aut detergentibus, aut huiusmodi alijs utamur, eorum calore (calida n. ea omnia) maior quedã humorũ copia attracta euocetur de corpore, maiorq; ita obstructio, aut constipatio sequatur. Sicuti igitur prius bis secandam esse uenam præcepit, antequam usus adhibeatur corporibus medicamentorum talium: ita euacuandum esse monet in uniuersum.

Χαλεπὸν μὲν οὖν, εὖ ἴσθι, καὶ γνώμης ὀξείας δεόμενον, ἀλλήλοις παραβάλλειν τὸν πυρετὸν, καὶ τὴν σηπεδόνα, καὶ τὸ ποιοῦσαν αἰτίαν. *Difficile igitur (mihi crede) & ingenij acuti opus, ut inter se conferantur, febris, putredo, & faciens causa.*) In hoc dicto, tanquam in cardine, uersatur curandarum febrium omnium negotium omne: quod nisi diligenter attendatur, nunquam curaturi sumus rectè, atq; ex ordine methodoq;, febriũ genus ullum. Atq; hac statim ratione, quum paulo antè uini in febribus usum concessisset, captata temporis opportunitate, utpote quo excretiones omnes moueantur, egeranturq; de corpore febrilis putredinis recremēta: mox addit, in febris magnitudine, cuiusmodi synochę sunt, quas continentes diximus, nō esse id faciendum, ne uidelicet calori febris magno, uini quoque calor accedat. Sic quidem plura quoq; alia moliremur in febrium curationibus, ciendis urinis, eliciendis sudoribus, educendis per aluum putredinosis humoribus, utiliter omnia, nisi febris sæpè obstaret respectus paulò uehementioris. Sic ediuerso, tollendo, restinguēdoq; febrili calori nihil præstātius epota affatim frigida, si febrem facientes causæ admitterent: cruditas, crassitiesq; humorum, obstructiones, phlegmone: quæ nos sæpè id facere non permittunt, aut multò minus facere, aut suspitiosius plerunque cogunt. Rursus, cur in quartanæ curatione (modò non inter morbi id principia, aut ante uigorem, statumq; ipsum omnino fiat) ex Galeni, authorumq; aliorum doctrina, theriacā propinamus, utiq; febris ipsius calorē nulla hoc quidē pacto ratione restinctu ri, uel mitigaturi: sed materiæ, febrem illam facientis, naturā inspectantes facimus, frigidiorē, & discuti difficilē, cui loco dimouēdę, maiore opus sit auxilio,

Quo-

Quocircà, et ipsum elleborum album, si Galeno adhibebimus fidē, dabimus, & cyrenaicum succum: neq; enim tanti faciendum tunc esse febrilem calorem existimabimus, præsertim post augmentum, ut nos ab horum usu deterreat. Quid in pestilenti febre, pestéq; adeò ipsa persuadet nobis, ut mithridaticam antidotum (quoniam Theriacen ob hecticę suspitionē fortasse non dabimus) exhibeamus? Summa scilicet putredo, quæ ad summum peruenerit, atque in summo sit: quæ quoniam supremum putrefactionis apicem attingit, febrilisq; intereà calor, non sanè magnus admodum, neq; usq; eo intensus repertus, cōcedit cum ratione ut faciamus, cogit nos, propè posthabitis alijs, curam, ac solā sui rationem tunc ducere. Itaq; quicquid obstiturum esse putredini speramus, adhibemus tunc libenter, non sanè magnam reliquorum rationem habentes, & habentes tamen aliquam: quoniam, si nullam haberemus, ignea facultate aliqua absumeremus putredinis fomitem omnem, qua possemus: quod non facimus, sed moderamur omnibus, quantum in nobis est. Expendenda igitur omnia semper esse diligenter monemur ex his: ut quæ uincant, uincanturq;, obscurēt alias, uel ab alijs obscurētur diuersis respectibus indicationes, ne ignoremus: foreq; ad rem hanc opus acri, ac uigilanti ingenio certum est. Ac tantò quidem magis, si uirium quoq; consideratio accedat ad alia: quas nisi respiceremus, nunquam in accessionum principio, aut statu cibaremus ægrotos: at cibamus sæpè, ut uirium solummodò robur sustentemus, non ob aliud: nam alia potius dissuaderent.

Κἂν εἰς κολυμβήθραν αὐτὸν ἐμβάλῃς ψυχρὰν, οὐ βλαβήσεται. *Vel si inieceris ipsum in natationem, non læseris.*) Repetitur quod supra quoque dictū fuit, libro antecedente hunc: ut animum nobis addere ad id faciendum non parum uideatur, bis idem inculcans: si modò (ut ibidem monebamur) non solum bonæ sit alioqui habitudinis æger, & cœli fuerit status calidus, siccusq;, sed etiam in morbi id uigore, statuq; fiat, & lauandi in frigida consuetudo adsit, & phlegmone absit.

Καὶ ἡ τοῦ οἴνου πόσις *Et uini potus.*) Quod quidem non permitteretur, si magna esset febris: sed modica proponitur nunc. μετρίου δ' ὑπάρχοντος τοῦ πυρετοῦ, inquit.

Ὡς εἴγε συμβαίνῃ ποτὲ, ψυχροῦ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὄντος, ἰσχυρῶς καυσοῦσθαι τὸν κάμνοντα. *Quòd si quando contingat in frigido ambiente aere, uehementer uri ægrum.*) Meminisse aphorismi illius secundæ sectionis oportet: In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, ætati, anni tempori proprius fuerit morbus, quàm quibus non proprius. Causam enim esse necessum est ingentem, quæ repugnante ambientis frigiditate, ardentem febrem, ægrumq; incendentem, attulerit: quam quo modo euincere partem suam, poterit incensus iam aer factam, quam antequam incenderetur, ne fieret, prohibere non potuit?

CAP. X.

Ὅπερ οὖν ἔσχατον εὑρέθη κατὰ τὴν ἀναλυτικὴν μέθοδον, ἐν τῇ θεραπείᾳ πρῶτον ἁπάντων χρὴ πραχθῆναι. *Quod igitur inuentū ultimū fuit ex resolutiua methodo, id in curatione omniū primū peragendū est.*) Modū, rationēq; rei huius traditā habemus nobis mōstratāq; ab Aristotele: & exēplum inter alia adductū de curatione, sanitatisq; recuperatione quomodo fiat, lib. Methaph. 7. uerbis pluribus, sed his quoq;: γίνεται τὸ ὑγιὲς, νοήσαντος οὕτως· ἐπειδὴ τοδὶ ὑγίεια, ἀνάγκη εἰ ὑγιὲς ἔσται, τοδὶ ὑπάρξαι, οἷον ὁμαλότητα. εἰ δὲ τοῦτο, θερμότητα. καὶ οὕτως ἀεὶ νοεῖ, ἕως ἂν ἀγάγῃ εἰς τοῦτο, ὃ αὐτὸς δύναται ἔσχατον ποιεῖν. εἶτα ἤδη ἡ ἀπὸ τούτου κίνησις καλεῖται, ἡ ἐπὶ τὸ ὑγιαίνειν. Fit autem sanum, intelligente ita: quoniam sanitas est hoc, necesse si sanitas erit, hoc fieri, utputa æqualitatē. quod si hoc, caliditatē. atque ita semper intelligit, donec redigat in illud, quod ipse potest ultimū facere. Deinde motus q iā post hæc fit effectio ad sanitatē appellatur. ἀπὸ τούτων dixit, nimirum ab his inchoās, atq; ad sanitatem progrediēs. Dilucidè satis intelligēdi in his, faciēdiq; modū aperiēs, quū quod intellectioni nostræ omniū ultimū sese offert, omniū primū arripimus ad faciēdū, ut quod intēdimus, exequamur. Et mox idē quidē, sed paulò alijs uerbis explicans

plicans, ait: τῶν δὲ γενέσεων, καὶ κινήσεων, ἡ μὲν νόησις καλεῖται, ἡ δὲ ποίησις. ἡ μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ εἴδους, νόησις, ἡ δ' ἀπὸ τοῦ τελευταίου τῆς νοήσεως, ποίησις. Generationum autem, & motuum, hæc quidem intellectio, illa uerò effectio uocatur. Quæ quidem à principio, & forma, intellectio: quæ uerò ab ultimo ipsius intellectionis, effectio. Quibus planè uerbis, instrui, docerìque de resolutiua simul, & compositiua methodo ad multa quoque alia commodè satis possumus: idem est enim progressus, & regressus, uia eadem. Sed alius expectandus erit dicendi de alijs locus: hîc enim quomodo ex methodo ad putridarum febrium curationem accingamur, resolutiua uia docemur satis, intellectione præeunte, tùm effectione quoque sequente. In quam planè rationem, quum aptè satis quadrare uideretur mihi locus Aristotelis is, quem modò citauimus, non uisum fuit omittere. Cæterùm de his anteà quoque dictum est.

Δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις. *Ostensum enim fuit in superioribus sermonibus.*) Libro octauo: tùm uerò hoc eodem quoque suprà.

CAP. XI.

Τροφὰς ἀκαίρους δοῦναι χρὴ, σὺν οἴνῳ ψυχρῷ. *Intempestiuum cibum exhibere opus sit, cum uino frigido.*) Interpres uinum cum frigida uertit, quum nihil tale sit in exemplaris Græci contextu, mei quidem. ac σὺν οἴνῳ ψυχρῷ non inconuenire uidetur mihi heo loco. Etenim in animi deliquio cum febre, uinum necessariò dabitur, ad spirituum fugientium reuocationem: frigidum autem actu, respectu febris, rectè. Quia uerò non desunt affectus alij quoque, in quibus potum exhibuisse calidum actu oporteat: iccircò, οἴνῳ ψυχρῷ addidit.

Ἔντερόν τε ξύει, καὶ βῆχα κινεῖ, καὶ τὰ νευρώδη βλάπτει. *Et intestinum radit, & tussim mouet, & neruosas partes offendit.*) Damnatur ab Hippocrate his nominibus, libro de ratione uictus acutorum, & Galeni commentariorum tertio, oxymel. ἐντέρου μέντοι τῷ κάτω μέρει, inquit, πλαδαρώτερον, καὶ ξύσματα ἐμποιεῖ. & paulò pòst: γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν πολεμιώτατον, ἢ ἀνδράσιν ὄξος, ὑστεραλγὲς γάρ ἐστιν. utero dolorem affert. At uterum anatomici neruosis partibus adscribunt, ut ibidem ait Galenus.

CAP. XII.

Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὰ παρὰ φύσιν ἰαθῆναι, δι' ἄλλης τινὸς ἰαμάτων ἰδέας. *Neque enim fieri potest, ut quæ præter naturam sunt, ulla alia remediorum specie sanentur.*) Scitum, decretumque Hippocratis libro de Natura humana. Ac (nequis authoritatem hanc reijciat, quòd ea libri in parte scripta reperiatur, quam multi non esse Hippocratis legitimam contendunt) author idem Aphorismorum, quos illius esse nemo inficias eat, de proprio scripto ueluti contestatam, reliquit uerbis hisce, ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται. καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονή. καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις. Quorum uerborum explicatam satis à Galeno habemus rationem omnem, ibidem, sicuti hîc quoque modus expositus est, quo intelligenda sententia hæc sit, quóue accipienda sensu. Addamus & nos, quæ alibi afferuntur ad rem hanc ab autoribus his, Epidemiarum sexti secto secundo: ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, inquit: deinde ab aliquo additum: οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει: ut dolorem dolor sedat. quasi à simili simile sanetur, non autem à contrario contrarium: quod non ita est: sed remedium aliquod cum dolore factum, affectûmque doloris causam afferens, unà dolorem quoque auferet. Ergo remedio alio interueniente, dolorem dolor tollit: imò ne tollet quidem dolor ullo pacto, sed remedium: & remedio accidit alicui tantùm, ut cum dolore agat, quum intereà alia quoque inueniantur, siue dolore idem præstantia. Ac interdum dolor aliquis uel maximus, dolorem non abstulerit: auxerit potiùs, nisi affectum simul amoueat, ut appareat, omnino non ex doloris ratione fieri, ut tollatur dolor.

Non secus ac ab Hippocrate eodē dictū in aphorismis: ἔστιν ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος νέῳ εὐσάρκῳ θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιεῖται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται. Est quando, ἔστιν ὅκου, inquit: ut non semper id succedere solere sciremus, sed interdum, & quandoque: tū prætereà conditiones aliæ si adsint quędā. Postremò θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται, ait. qui meminisset, alibi scripsisse se: cōtraria cōtrariorū esse remedia oportere. Ne quis temerè suspicaretur, tetanū, affectū frigidum, frigidæ perfusione sanari: primò, ac per se amouere suspicionem istā voluit, calore hoc fieri professus, nō frigore, nisi ex accidente quodā. Idē rationis afferrī, si qui uomitu uomitū curari obijciēs dixerit, aut fluxu fluxū, aut lassitudine lassitudinem, & talia quædā: quæ quidē eò reduci debent, ut omnia cōtineantur aliquo genere symptomatum, quibus ostenderit hoc ipso iam libro Galenus propriam non adhiberi curationem, tollię cum affectuū simul amotione, quorum tantummodò propria sanatio sit, & curatio: hæc autem à contrarijs semper, & per contraria fit. Sicuti ad alia quoque multa parata erit nobis responsio ex Galeni dictis hîc, cōtraria accipientis significatione fusiore, quicquid quocunque modo oppositum alteri fuerit, cōprehendente: non autem solam, quam in qualitate inuenire tantum sit, contrarietatem, ut Aristoteles aliquando censuit. tametsi ne ipse quidem perpetuum seruare id potuerit. Vt, quum physicæ auscultationis primo, rerum principia ponens materiam, formam, priuationem, eadem contraria pariter ponit, contra ea, quæ alibi statuerat, substantiæ contrarium nihil esse dicens: at substantiæ tria illa. Eodē modo libro de Generatione & interitu secundo, contraria inter se ignem, & aquā dixit, aquam & terrā, quæ substantias esse nemo ignorat. Ergo, si authore tāto fretis paulò magis fusa sumatū cōtrarietatis significatio, non similares morbi omnes suas habuerint cōtrarietates, quę in aperto apud omnes sunt, caliditatis, frigiditatis, siccitatis, humiditatis: uerumetiā instrumētales suas, magnitudinis magnę, ac paruę, numeri excedētis, uel deficiētis, posituræ sinisterioris, dexterioris, superioris, inferioris, locorūq differentiarū omniū, conformationis, & figurę multipliciter diuersæ, ac multifariā distortę, idque oppositis semper inter se modis: ut & continuitatis solutio: cuius plures licet differentię sint, supra libro tertio recitatę, quibus magna aut parua dici solutio potest, recta, obliqua, transuersa, breuis, longa: una tāmen proponitur omnibus maxima contrarietas, ut soluta ad unionem, siue vnitatem per contraria reuocetur continuitas. Atq horum omnium sua quoq inuenientur media haud difficulter, ad quę cōtrariorū usu, & administratione reducenda sint. cōtinuitatis solutæ, unio: qualitatum quattuor illarum, temperamētum, & ęquabilitas: magnitudinis, parti unicuiq propria inter paruā, & magnam nimis media, quæ parti illi debetur. Simili modò in alijs omnibus, quando & calidum innatum ipsum, si quos tandem curare dici posſit morbos per se, non aliter, quàm ut præternaturaliter se habentibus contrarius, atq oppositus curat, sanatq: naturalis quippè calor, omnibus naturæ nostræ inimicantibus aduersans, & infestus. Quæ uerò ex occulta, latentiq natura, ac proprietate, totaq (ut dicere solemus) substantia agentia sanant, quanuis manifesta satis sua cuiq generis in his quoque cōtrarietas intuentibus appareat, ut ne hac quidem in parte contraria contrariorum esse remedia dictum illud claudicet: tamen quia in artem illa nostram non cadunt, ut alibi ostendimus, solliciti de eo esse non debemus. Sed nec aliàs quoque anxiè nimis, scrupulosisq ualdè argumetis probandum medicis id fuerit: utpote medicinæ totius ἀξίωμα, & effatum, quodq concessum in arte nostra, atque in confesso esse debeat. Nec Galenus ipse enunciati huius comprobationem aggressus hoc loco, ut medicus facit, sed ut philosophus: iccircò ad Aristotelica quæq trasiens, & in philosophica digressus de contrarietatibus quædam adfert.

ἀλλ' ὅπερ ἀεὶ λέγομεν ἑπόμενοι τῷ θείῳ Πλάτωνι. Sed quod semper dicimus diuinum Platonem

Platonem sequuti.)Cùm alibi sæpè, in Cratylo, Teæteto, Sophista: tum uerò in Politico, his uerbis: *καλῶς γε ὦ σώκρατες, κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως.*

CAP. XIII.

Αἰτίας ἅμα, καὶ συμπτώματος, τῆς κατὰ τὴν διαπνοὴν ἐπισχέσεως. Causæ uerò simul, & symptomatis prohibitæ transpirationis.) Quippè quæ obstructionis symptoma sit, quam ueluti umbra corpus suum consequitur. Eadem putredinis pariter causa fuerit, prohibita inquam transpiratio, non uulgaris: & quæ interuenientibus alijs faciat, sed continens, & immediata, *συνεχὴς* scilicet, ut ostēsum suprà. Rursus putredo à transpirationis prohibitione, siue retentione, facta, febrem fecerit, ipsa affectus insuper in corpore quidam quum sit: ut proinde causa simul dici, & affectus possit.

οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ ἀριστοτέλης ἀεὶ ποιούμενος. Sic enim uidetur Aristoteles semper facere.)Problematū sectione uigesima prima: glutinosum ait, in pane quiddam causam esse ut inter se cohæreant panes, tantisper dum calidi etiamnum sunt. Vt intelligere liceat à contrario, hoc si priuentur, friabiles, ac solutiles fieri. *ἀφιᾶσι τὸ ἐν αὐτοῖς γλίσχρον ὑγρόν*, ait, *οὗ ἐξελθόντος, οὐ κολλῶνται. τὸ γὰρ ὕδωρ, ᾧ ἐβρέχθησαν, ψαθυρωτέρους δεῖν.* Sine dubio uoci *γλίσχρον*, opponēs *ψαθυρόν*, quod idem, quod *κραῦρον* est. Atq; hoc obiter, & alia tractās: nam propriè de his tractationis locus esse unicuique obuius potest, libri Meteorologicorum quarti, ubi *γλίσχρον* esse ait, *ὅταν ἑλκτόν, ἢ ὑγρὸν ὂν ᾖ μαλακόν.* moxq; paucis uerbis interpositis: *ὅσα δὲ μὴ τοιαῦτα, ψαθυρὰ* esse dixit. Longe autem magis nobis medicis retinenda Galenica fuerit oppositio, quàm Aristotelica, maiori semper nobis usui futura, ac remedij allatura plus certiq; magis. Nam quum uiscosa, glutinosaq; omnia, adhæsione in primis peruicaci, quà tenaciter inhærent, noxam inferant, & obstructiones faciant: multò & faciliùs, & certiùs detergentibus usi dimouebimus ista, & infarctus expediemus, quàm si friabilem, ac solutilem totam uiscidorum substantiam reddere maiore semper negotio aggressi fuerimus.

Ἆρ' ἰσχνά, καὶ πυκνά, καὶ σκληρά, καὶ πολύαιμος. Num tenuis, & densa, & dura, & sanguinis multi.) Ne miremur, tenues dictos, & copiosi sanguinis eosdem: sunt enim nonnulli tales, qui nulla omninò pinguedine notari possint, neq; graciles tamen, neq; ut Terentius dixit, iuncei prorsus, sed lacertosi, durę q; ac densæ habitudinis, uenisq; amplis, ac magnis, multiq; ideò sanguinis, carne uerò nō multa, iccircô tenues dicti, sed ea densa, ac dura. cuiusmodi ex nationibus nostris Europęis Hispanos plerosq; uidemus, egregiè, ac fortiter, sanguinis semper copiosi missionem ferentes.

CAP. ẊV.

Ἀλλὰ καὶ περὶ καταπλασμάτων τε, καὶ περὶ τῆς τῶν ὑποχονδρίων καταιονήσεως λεκτέον. Verùm & de cataplasmatis, & de hypochondriorum perfusione dicendum.) Videtur ad earum febrium curationem transire, quarum fomes, & ceu focus, putredinis parte corporis aliqua continetur, siue phlegmone, siue aliter quoquomodo laborante, atq; affecta: quæ una quædam erat ex relatis suprà febrium differentijs.

Ἐφ' ὧν οὐκέτ' ἀλᾶται περιττὸν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι. In quibus non iam oberrat in corpore toto superfluitas.) Quum uidelicet sistunt se iam loco humores noxij, ac superflui in corpore, neq; oberrantes uagantur: quod quum fit, ut uagentur, speciem exhibent concitatæ, ac turgentis cuiusdam materiæ, quam dicere furiosam sæpè solemus: Hippocrates quidem *ὀργᾶν* dixit, id est furere. Ac ea dum mobilis adhuc est, & agitatior, calefactis perfusione aliqua, aut cataplasmate hypochondrijs, facilè eo rapta traheretur.

ὥσπερ ἱπποκράτης ἔλεγε. *Vt aiebat Hippocrates.*) Libro de fracturis, περὶ ἀγμῶν. Galenicorum autem commentariorum tertio.

ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, τοῖς ὑπὸ σήψει χυμῶν. *Verum etiam in omnibus alijs, quæ ex humorum putredine fiunt.*) Præsertim uerò continuis. dixerat enim: οὐ μόνον ἐν τοῖς συνόχοις πυρετοῖς, quas continentes iam dicimus, sed etiam ἐν τοῖς συνεχέσιν ἄλλοις. quum & σύνοχοι continuæ febres sint, nempè συνεχεῖς, attamen σύνοχοι dictæ, continentes, ut ab alijs differant. Quòd si de omnibus in uniuersum febribus intelligendum ueniet Galeni dictum hoc, exceptione utemur necessariò paucissimarum quarundam, ex intermittentibus. Nam neq in tertiana simplicissima, & purissima illa, in qua sola bilis flaua dominium exercet, tutò satis mittemus sanguinem, etiam ut nec ætas prohibeat, nec uirium imbecillitas ulla obstet: neque in quartana semper, nisi ualdè abundare uisus fuerit sanguis. Fortassè autem neque in quotidiana: de intermittentibus intelligo: in continuis nanque cuiuscunque modi, modò uirium robur absit, nec uetet ætas, datum nobis à Galeno consilium sequemur, ut incidatur semper uena, maiore quadam ratione, quòd uenis tunc putrefacti humores contineantur, qualescunq fuerint. In omnibus autem alijs dixit, febrium comprehendens genera quædam, non species.

οἷς ἡ σῆψις ἐν ἑνὶ συνίστη μορίῳ. *Quibus in una particula consistit putredo.*) Dixi anteà, de his iam agi hîc. Continentium autem meminit interdum, quæ συνεχεῖς sunt, communis tantummodò rationis cuiusdam causa.

καὶ πάντως ἐργάζεσθαι τὸ σφέτερον ἔργον ἀναγκαῖα, κἂν τοῖς νόσοις. *Atq omninò, ut opus suũ faciant necessaria etiam in morbis.*) Nõ autẽ si pars afficiatur, cuius opere decumbentes in lecto non egent, utiq ad se mouendum: puta cerebrum. hoc enim nomine non habituri sumus opus adstringentibus, si in cerebro fortè febris ueluti focus sit primò: nisi fortassè quatenus inter principes corporis totius partes cerebrum quoq ipsum numeratur: hactenus enim licebit, suum ... pariter conseruasse robur adstringentium usu aliquo, ratione aliqua.

ἔνιοι δὲ, ὡς φησὶν ἱπποκράτης. *Nonnulli uerò, ut Hippocrates ait.*) Quum enim ignorent, opinione tamen sua maximi sibi uidentur, seq magnificè in primis in eo circumspiciunt, quòd phlegmonem curasse existiment iecoris, quæ musculorum potiùs erat. Sicuti quos Hippocrates dicit, luxatas se uertebras reposuisse arbitrantes, quum spinæ tãtummodo eminentis disfracta ossa sanassent. Iudicio igitur suo decepti decipiunt alios, lucrumq reportant inde ab ijs qui persuasi, ità esse credunt: quod non facerent, si ueritas appareret. Sic porrò scribitur ab Hippocrate de re hac, in libro de articulis: ἀγνοέουσι δὲ πολλοὶ, καὶ κερδαίνουσιν, ὅτι ἀγνοέουσι, πείθουσι γὰρ τοὺς πέλας.

φαίνεται γὰρ ἐνίοτε τῶν καθηκόντων εἰς ὑποχόνδρια μυῶν. *Videtur enim aliquando descendentis ad hypochõdria musculi.*) Dignoscuntur autem tradita nobis à Galeno ratione, quinto de locis affectis in hunc modum: ἕκαστος γὰρ τῶν μυῶν, ἅτε συνεχὴς ὅλος ὑπάρχων ἑαυτῷ, κατὰ βραχὺ μειούμενον ἔχει τὸν ὄγκον τῆς φλεγμονῆς. τῷ δ' ἥπατι μόνῳ συμβέβηκεν ἀθρόως περιγραφόμενον ἔχειν αὐτόν. Nec sanè aliter uidemus, quàm paulatim desinere musculorum phlegmonem, imminutione quadam sensim facta, ut inter phlegmonem, & sanam partem esse in medio nonnihil, utriusq particeps, uideri possit. At iecoris circumscripta confestim finitur, ueluti linea à parte sana diuisa, nihilq in medio relinquens.

CAP. XVI.

ἄριστον δὲ ἐν οἷς σύψεως ἰσχυροτέρας δεῖ χρεία, τὸ ἰστρικὸν ἔλαιον. *Optimum autem, ubi maiore opus est adstrictione, Histricum oleum.*) Histricũ, ut opinor dictum non ab Istro fluuio, in cuius per totum tractu, haud scio an olei prouentus sit ullus: sed ab Histria prouincia denominationem accepisse credo, Illyrico contermina, cuius ualde uerisimile fit, ut adstrictionis paulò uehemẽtioris particeps sit oleũ, quàm aliarum regionum, in meridiem uergentium magis,

τὰ γὰρ παχυμερῆ τοῖς ἐκπυΐσκουσιν ἐδείχθη χρηστά. *Crassarũ enim partium quæ sunt, demonstratum fuit, pus mouentibus utilia esse.*) Libro quinto de Simplicium medicamentorum facultatibus. Quippè quæ quò crassa fuerint magis, eò quoq; magis obstructionem meatuum maiore, calorem natiuum auxerint, difflari nõ permissum, at is auctus, faciliùs, ac citiùs mouebit pus sine dubio.

μυροβαλάνου πίεσμα. Interpres Latina reddere nobis duo hęc uerba, noluit dicã, an nõ potuit. Libet μνημονικοῦ ἁμαρτήματος crimine potius condemnare uirum comprimis doctũ, qui nõ meminerit, dictum à Galeno de re hac libro de Simpliciũ medicamentorum facultatibus sexto, cuius uerba hæc sunt, de glãde unguentaria scribentis: χρῶνται δ' οἱ μυρεψοὶ τῷ τῆς σαρκὸς αὐτῆς χυλῷ, θερμῷ τὴν δύναμιν ὄντι. τὸ δ' ὑπόλοιπον ἀπόθλιμμα τὸ γεῶδες, καὶ σκληρόν, κρατοῦσαν μὲν ἔχει τὴν πικρὰν ποιότητα, μέμικται δέ τι καὶ στύψεως αὐτῷ. Vtuntur autem unguentarĳ carnis ipsius succo facultatis calidæ. quod autem reliquũ factum est, expressum, terreum, ac durũ, uincentem quidem qualitatẽ habet amaram, immixtũ autem retinet abstringentis etiam aliquid. ἀπόθλιμμα expressum uerti, quod idem est ac πίεσμα, eiusdem utrumq; significati. idẽ enim arbitror, significat πιέζω, unde πίεσμα, & θλίβω, siue ἀποθλίβω, unde ἀπόθλιμμα: nõ pro succo accipiendum, hunc enim in unguentariorum usum cedere dixit: sed pro carne de qua expressus iã succus fuerit, qualitatibus his prædita omnibus, quibus maximè ad rem suam egere uisus est Galenus, in cataplasmatis, quod parabat, compositione. Fuerit igitur μυροβαλάνου πίεσμα non aliud, quã glandis unguentariæ expressum, nempe expresionem iam passa illius caro, corpusq; durum ac terrestre, remisso, ac reposito per expresionem succo iam omni.

πλὴν εἴποτε τοῦ πύου ἐκκαθαίρειν δέοι, τοῦ περιεχομένου ἐν θώρακι καὶ πνεύμονι. *Præterquam, si quando repurgandum pus fuerit, thorace, & pulmone cõtentum.*) Subintelligendũ, perniciosum tũc in his ęquè, ac in illis, fore, si partium robur resoluatur: etenim resoluto eo, non satis habituræ uiriũ sunt partes eæ ad puris contenti reiectionem, tametsi alia ex parte uideretur, nihil adhibendũ esse adstringentis, ne ueluti conclusum intus pus constringeretur. Sed enim ea adhibenda moderatio in his, & temperamentum, ut neq; constrictio hæc fiat, & conseruetur tamẽ robur partibus illis suum, non prorsus priuatis cõstringendi facultate aliqua medicamentis adhibendis. Quæ sententia ex ĳs, quæ mox dicuntur, confirmatur. Nam & in liene, uili satis uiscere, si cum thorace & pulmone conferatur, usum necessarium esse adstringentium aliquem ait, si uel natura colligere melancholici humoris multum solitus sit laborans, uel quo tempore laborat, collegerit iam. Monebimur tamen à Galeno paulò pòst, ob suspicionem, quam diximus, ne retrô pulsi ferantur ad pulmonem & cor humores, minus esse hoc in medicamentis foris admouendis faciendum. ἧττον dixit, non ὅλως μή. Illud autem uerum: suum tunc conseruãdum partibus his robur, inprimis ciborum idipsum præstantium usu. ἀλλὰ διὰ τῶν ἐδεσμάτων αὐτοῖς φυλακτέον τὸν τόνον.

CAP. XX.

καὶ μάλισθ' ὅταν μὴ φλεγμαίνῃ τι τῶν ἔνδον.) Eradendum illud μὴ dubio procul, ut sit: Potissimum si intra corpus aliquid phlegmone laboret. Quod uideo, ab interprete quoq; ipso rectè fuisse animaduersum.

ἡ γὰρ οἷον ἑστία τοῦ πυρετοῦ, ἢ τὴν ἔμφραξιν, ἢ τὴν σῆψιν, ἢ τὴν φλεγμονὴν ἐκδεξάμενον ἐστι μόριον. *Febris nanq; ueluti focus pars est, quæ obstructionem, uel putrefactionem, uel phlegmonem acceperit.*) Ea ratione, ut phlegmone quacunq; corporis in parte fuerit, continuas semper faciat, utiq; communicato priùs cordi putredinoso calore, ut par est: putredo autem, & obstructio, cùm continuas, si tamen intra uenas receptus fomes, focusq; fuerit, tùm intermittentes, si extrà, in carne corporeq; ac corporis habitu, nec non uisceris alicuius parenchymate, carne nempe illius etiam, & corpore: quo tempore, quamuis phlegmone non laborent

partes, malè tamen affectæ affliguntur, & κακοπραγοῦσι, ut solitus est Galenus dicere de his.

Ποτὶ ἔτι περιχέειν αὐτοῖς, ὡς εἰώθαμεν ἐπιτήδειον ὕδωρ. *Quapropter uel perfundere ipsos, ut solemus, idonea aqua.*) Frigida nempe: de hac enim loquitur. sed idonea addidit, frigidam minus innuens. Nunc neutrā adhibemus, neq; calidam, temperatamq;, neque frigidam: cùm propter aliam omninò, ac diuersam in uniuersum uictus nostri rationem: tum uerò ob desitum iam balneorum, lauationumq; harum omnium usum. At illi assueti quotidie hoc facere, facere nihilo minus in febribus etiam putridis ipsis poterant, ea moderatione, ac lege, quas hîc Galenus præscribit. Nemo autem ignorat, quantùm consuetudo in omnibus ualeat.

CAP. XXI.

Τοῖς ἡρμοσμένοις ὀργάνοις τοῦ ζώου τὸ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων σκοπεῖν. *Dictis autem animalis instrumentis quod proportione respondeat, considerandum in alijs.*) Dictis, nempè iecori, & uentriculi ipsius ori: ut in cibo exhibēdo opportunitas, & idoneū tempus captetur in reliquis corporis partibus, in quibus febris focus, uel ex phlegmone, uel ex τῆς κακοπραγίας (ut ita nunc dicam) fuerit iuxta modò factam à Galeno in iecore, & uentriculi ore formulam. Ex qua ratione, lienis si forte hunc ita affectum esse contigerit) multò minorem solicitudinem habituri simus, si absque phlegmone tantùm male affectum, κακοπραγοῦν scilicet, fuerit: quòd & longiùs positum sit uiscus, repurgando solum secundæ concoctionis melancholico humori destinatum, & minoris multò dignitatis habeatur. Pulmo autem, ut pro digniore, ac nobiliore omninò uiscere habendum sit: at positura eius longior, ex uenæ demum arterialis sanguine nutriendi. Quocirca, si urserit causa, uel in ipsa febris accessione, cibum quandoque dare in his non uerebimur.

IN LIB. XII. THERAPEVTICES METHODI.

CAP. I.

Οὐ γὰρ τὸ τέταρτον γένος ἐν συμπτώμασι θετέον. *Neq; enim quartū genus inter symptomata reponendum est.*) Morbi nanq; potius sunt erysipelata, ophthalmiæ, ulcera, parotides, qui sua ipsi quoque necessariò symptomata habent. Quòd si cum febribus unà fiant, uel febres etiam sequantur, dici tamen ob id febrium symptomata non debebunt, sed complexus erit morborum simul: non secus, ac si cum phlegmone fiat febris, uel insequatur phlegmonem, non propterea symptoma erit phlegmones febris ipsa, sed morbi numerabuntur duo, phlegmone, & febris. De his igitur non agetur hîc, actum nanque in superioribus fuit, traditaq; methodus complicatorum morborum tertio, ac septimo libro, rectè, atq; ordine curandorum: sed de symptomatis agendum proponitur propriè dictis, quoties ad id magnitudinis, aut uehementiæ peruenerint, ut posthabere cogant nos febrium ipsarum curationem, nullamq;, uel exiguam admodum illarum rationem ducere, sui autem maximam, ac potissimam: intantum quandoque, ut uel si cum febris incremento succurrendum symptomati sit, succurrere cogamur, si ex symptomate uel imminui uidebuntur uires, uel augeri affectus.

Τὸ δ' ἐν ταῖς διαθέσεσι γένος τῶν συμπτωμάτων. *Symptomatū uerò genus, in affectib. positum.*) Neq; enim conuerterit nos magnopere ad se curandum auriginosus color in ictericis neglecto prorsus affectu altero, unde primò prouenit, felleæ nimirum uesiculę obstructione: uel nigricans fortè in aliquo color, ex lienis eiusdemmodi affectu. Totos nos rectiùs conuertemus ad curandum affectū symptomatum huiusmodi causam, in quibus periculi nihil laborantis uitæ immineat, quod nos ad aliter faciendum adigat.

ἀλλὰ κἀκείνην ῥωννύναι σπεύδομεν. *Sed etiam roborare illam festinamus.* Quod cibo in primis, potuq; fit, etiam non ualdè affectui conuenientibus: ut, quum in dolore, cuius causa biliosa fortè materia aliqua sit, collabentibus uiribus, & concidentibus iam offas ex Cretico, uel alio generoso uino aliquo propinamus.

Καὶ μάλιστ' ὅταν ἔχῃ τι σηπεδονῶδες. *Potissimùm quum putredinosi aliquid retinet.*) Quippè pinguia, atq; unctuosa illa, ut dolorē sedare, aut mitigare ex parte ualeant, putredinem nihilominus intereà non parùm auxerint.

ὥσπερ ἀμέλει τὴν δυσεντερίαν αὐτὴν δακνωδεστάτοις φαρμάκοις. *Sicuti dysenteriam denią; ipsam omnium maximè mordentibus medicamentis.*) Cuiusmodi pastilli sunt, qui auripigmentum, & calcem recipiunt: trocischi dicuntur διὰ χαρτῶν: ex quorum iniectione sanatos scio dysentericos, dysenteria laborantes putredinosa.

Καὶ (ὡς ἔλεγον αὐτοὶ) τὴν διάθεσιν ἀνασκευάζουσι. *Atq; (ut ipsi loquebantur) affectū destruentibus.*) Est enim ἀνασκευάζειν Græcis authorib. bonis destruere: inde ἀνασκευὴ apud oratores, argumentorum aduersarij destructio, atq; confutatio.

Πολλοὺς μὲν ἐθεράπευσεν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, τινὰς δὲ ἀπέκτεινεν. *Multos quidem sanauit die uno, quosdam uerò interfecit.*) Non effugit Galeni reprehensionem, qui medicamento suo illo, ut ipse arbitrabatur, generoso, quamuis iugulasset quosdam, plures tamen seruauerat: quoniam quos interemit, uixisse hi quoque potuere, mitioribus, ac securioribus medicamentis, longiore licet tempore, sanati. At hodie reperiri possent, qui plures interficiant, quàm sanent, secretis suis (sic enim uocant) dum nihil prorsus pensi habent, laturus, uel non laturus sit æger medicamentum, & de uirium robore nimis securi, in quas intueri medicum semper oporteat. μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπερορᾷν, Hippocratis dictū. Itaq; admoneri de hoc hic quoq; possumus: sic enim pugnandum medicamentis aduersus morbos potentibus, & efficacibus à generoso medico, ut intereà tamen securitas semper adsit, quod paulò pòst dicetur.

Κρόμμυα τὰ κάρτα καλούμενα. *Cepas, quæ κάρτα uocantur.*) Non lego apud authorem Græcū ullum medicum uocē hanc de cepis ita uocatis. Quòd si nō additū fuisset illud καλούμενα, poteramus subaudire δριμέα, hoc pacto: κρόμμυα τὰ κάρτα δριμέα, ualdè acria: sicuti dicere licebit nobis, σκόροδον τὸ κάρτα, allium, quod ualdè: intelligendum statim, δριμύ, hoc est acre, atq; acutum.

Ἢ μανδραγόρου ῥίζης, ἢ στύρακος. *Vel mandragora radice, uel styrace.*) Styrax calidioris naturæ quomodo in censum uenerit frigidiorum aliorum à Galeno hîc enumeratorum, non uideo. sed neq; in Philonij alicuius compositionem accipitur (quod ego quidem legam) sicuti ne mandragora quidem, quamuis frigidi temperamenti. Itaq; additamentum potiùs quoddam esse uidebitur duarum dictionum hoc. Nec me tamen fugit, cōpositionibus his adijci solita esse calidiora quædam rectè: & styraci adscribi à Dioscoride soporiferam facultatem: sed in compositiones has non uenire usitatè dico.

Καὶ μάλισθ' ὅταν ὑπὸ ψυχρᾶς αἰτίας ἡ ὀδύνη συνιστῆται. *Ac præsertim, ubi ex frigida causa exortus dolor fuerit.*) Nam si à bilioso humore excitetur, soporiferorum usus aduersus morbificā causam, morbumq; adeo ipsum potiùs, quâm symptoma, pugnarit, ut cum morbo unà ipso hoc quoque tollatur.

CAP. II.

Ἐν ἀφορισμοῖς λέγων ὧδε. *In aphorismis ita inquiens.*) Sectione sexta.

CAP. III.

Ἤτοι γ' ἐξ ἀπεψιῶν, ἢ καὶ ἄλλως πως. *Vel ex cruditatibus, uel aliter quoquomodo.*) Vt ex fluxione ab alijs partibus, in uētriculum sæpè ingruente, in quem ueluti corriuari humores de toto corpore missi, crudi, incoctiq; facilè solent.

Οἱ σφυγμοὶ δ' ἅπαντες μικρότεροι εἰσίν, ἢ κατὰ λόγον τῆς θερμασίας. ἀμυδροὶ δὲ, καὶ παντάπασιν ἀνώμαλοι. *Pulsus autem omnium minores sunt, quàm pro caloris ratione: imbecilli uerò, & omninò inæquales.*) Vincente quippè humorum inconcoctorum

 frigiditate

frigiditate febrilem calorem: crudi enim frigidi quoq; semper, ut pote non satis accepto per totum calore, ad perfectam concoctionem. hac de causa minores pulsus. Imbecilli uerò, degrauata ab humorum copia uirtute: quæ inæqualitatis similiter esse causa potest, à uirtutis imbecillitate, humorum oneri quasi succumbentis, factæ. quemadmodum alteram pariter inæqualitatis pulsuum causam (duæ enim præcipuè sunt) afferre eadem humorū abundantia potest, quæ obstructio est, præsertim uerò arteriarum cordi proximarum. Quo loco, ἀμυδροὶ, obscuri, uertit interpres: quod quamuis non improprium sit uocis huius significatum: tamen quum de pulsibus dicitur, pro illorū imbecillitate semper, siue debilitate accipiendum erit, nec sanè accipi aliter uidemus in Galeni, Græcorumq; medicorum aliorum libris: sed nec accipi quidem debet, aut potest rectè, atque ad rem. Etenim nisi ἀμυδροὶ imbecillos nobis significarit pulsus, necessariò eos significabit, qui non satis manifestè tangentibus se offerūt, aut etiam quandoq; uidentibus: quos significanter (ut opinor) satis, ἀσαφεῖς nominabimus, & ἀδήλους. At hi, qui ita obscuri sunt, non rarò cum uirtute sunt satis forti, certè non imbecilla: ut in præpinguibus uidemus quandoq;, quorum arterias salientes non perspicimus, neq; apertè satis, aut manifestè tactu deprehendere, ut in nō usq; adeo obesis, licet: ac, nisi caro, pinguedoq; nimia obstaret, detectas tangeremus cum uirium sæpè roboris significatione. Hi igitur obscuri erunt, & nō inualidi tamen, aut imbecilli pulsus, cuiusmodi, nimirum imbecillos, per ἀμυδροὶ illud intellexisse hoc loco uidetur Galenus. E contrario, alij manifesti satis sunt uidentibus ac tangentibus pulsus, & minimè certè obscuri, atque ijdem insigniter debiles, atq; imbecilli: ut in emaciatis, hecticaq; febre laborantibus, aut tabe, phthisiq; consumtis, in quibus apparent arteriæ non obscurè, sed si tangantur, ægrè, atq; debiliter ferirent manum, cum imbecillitatis non paruæ indicio.

Ἢ τὸ παρὰ τοῖς αἰγυπτίοις ὀνομαζόμενον. *Vel quod ab Ægyptijs commendatur.*) Duo ponit Galenus Ægyptia olea: κίκινον, & κρίνινον: & item unguēta duo, μενδήσιον & μετώπιον, Hippocratis linguas exponens. Hoc loco, olea tantum accipienda esse uidentur: ubi oleorum fit mentio digerentium.

Τῷ λίπει δ' ὕστερον. *Post uerò pinguedine.*) Nempè ex oleo, ut priùs.

Συνεργεῖ δ' εἰς τοῦτο μάλιστα καὶ ἡ πλείων τρῖψις. *Confert uerò ad hoc maximè multa frictio.*) Quoniam lassitudinis cuiusdam sæpè sensum afferat: lassitudo autē somnum conciliare sæpè solet. Non quidem quòd ad lassitudinis usque sensum iuste fricare debeamus, id uetuisse uidetur Galenus, nec faciēdum sanè est: sed lassitudinem intelligo hîc, qualis cum fessos nos sentimus ex itinere, aut labore, aut exercitatione aliqua. placide enim potius obrepere solet tunc somnus, anteq; lassitudinis in corpore suboriatur genus aliquod, ulcerosæ, phlegmonosæ, tensiuę. Hæc quum quietem tantùm exposcat lassitudo, somnum pariter facilè inducit, & tanq; post exercitationem, somnum non inuitum prouocat. Scimus autem exercitationis uicem cuiusdam gerere sæpè frictionem, præsertim multam.

Εἰ μὲν γὰρ ὁ σφυγμὸς αὐτοῖς μικρὸς ἱκανῶς εἴη, καὶ ἄρρωστος. *Nam si pulsus his paruus nimis fuerit, & imbecillus.*) Apparet, quæ suprà de pulsu ἀμυδρῷ diximus, uera esse, nec aliud significari potuisse ibi, quàm imbecillitatē: quod enim ibi ἀμυδρὸς, hîc ἄρρωστος est: nullius alius significationis, quàm imbecillitatis.

Εἰ δ' ἐπιμένει φερόμενα, τῷ ἐκ τοῦ χόνδρου ῥοφήματι τρέφειν. *Quòd si fluere pergant, chondri sorbitione cibabis.*) Far intelligendum esse adoreum puto, quod ex tritico adoreo fit, alio omnino, quàm uulgatum triticum, grano, ac semine: ex hoc enim tragus propriè exit pinsito: qui tamē chondri quoq; sæpe nomine intelligatur, ut hîc. Nā alica ex zea, à chondro hoc diuersa. cōsulit porrò chondri usum Galenus hîc, nimis citam aluum ueritus: lentoris quippe maioris, quàm alia, & sistendæ aluo, uel saltem ne nimium fluat, conhibendæ, idonei magis.

ἀναδοῦναι

ἀναδοθῆναι γὰρ βουλόμεθα τὴν ληφθεῖσαν τροφήν, οὐκ ἐν τῇ γαστρὶ μένειν. *Distribui nanq. uolumus assumptum cibum, non in uentriculo manere.*) Concoctum priùs: cuius rei gratia uinum eiusmodi exhibet, quo non solúm sumpti cibi concoctio iuuetur, sed etiam humorum cruditas tollatur.

ὁ δ' ἀριούσιος ἐν χωρίοις τισὶ τῆς Χίου γεωργεῖται. *Ariusium uerò locis quibusdam in Chio colitur.*) Hoc quidem uinum Aruisium dixisse uisus est Virgilius aliquando eo uersu in Daphnide: Vina nouum fundã calathis, Aruisia, nectar. Promontoriũ esse aiunt Chij insulæ, in quo proueniat: & nunc, additione literæ unius, Maruisia dici ab alijs, fortasse mutatione r in l, liquidioris soni causa, Maluisia: nunc uerò etiam Maluesia. Quamuis Creticum potius credatur hoc.

μεγίστην βλάβην ἡγούμενοι ἕψεσθαι ἐφ' ὧν μίγνυται γενήσεσθαι. *Existimantes, maximum sequuturum incommodum, in quibus admixta fuerit.*) Non iniuria. Etenim, ut uirium sustentandarum ratione concedatur in his febribus uini potus aliquis: atq; ut crudiorum humorum copia concoctionis aliquid ex eo accipiat: repugnante tamen intereà qualicunq; febris calore, si marina insuper aqua uino admisceatur, sine dubio iam modum excesserit omnem, & caloris, ac siccitatis nimiæ abundantia nocumentum inferetur certum, adaucta in immensum febre, ac perturbata potiùs uentriculi, uenarumq; concoctione, quàm adiuta, potissimum uerò accedente siccitate ex marina aqua, uehementiore, quàm par sit, multo, concoctioniq;, & alimenti per corpus distribuendi œconomiæ toti minùs accommoda, quàm humiditas ipsa sit. οἴνους uocant τεθαλασσωμένους.

γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν ἑλλησποντιακὴν μυσίαν οἶνος. *Prouenit autem & in Hellesponti Mysia uinum.*) Asiæ minoris regio hæc est, maior etiam Mysia aliquando dicta. Nam in Europa ad Danubium, duæ aliæ Mysiæ mumerantur, superior, & inferior, ubi nunc Bosna ferè, & Seruia

οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροις οὐδένα τῶν λευκῶν οἴνων θερμόν. *Neq. enim inuenias ex albis uinis calidum ullum.*) Fortasis hoc hodieq; uerum alibi: at in Germania alicubi, agriq; Tridentini quædam, & Tremenica, & quæ Laiticha uocamus, prope Bulsanum, benè generosa omnia, calidaq; comprimis, atque alba: adeoq; aquàm colore, & substantia referunt, ut facilè deceptos non paucos sciam per iocum, quum aquam poscerent ad diluendũ, affuso uino tali: iussumq; subinde magis, ac magis infundere pincernam, qui adstabat, à mirantibus non satis dilui ut uolebant: ut qui aquam omnino esse crederent. Id scilicet genus uuæ facit, uerdalbariæ ex calore dictæ. Et quòd horna bibuntur semper, haud scio, an mutatura colorem sint, si annum excesserint.

εἰ δ' ἄλλως ἐθέλοις ὀνομάζειν τὸ κιῤῥὸν χρῶμα, δύναιο ἂν λέγειν πυῤῥὸν ὠχρόν. *Quòd si aliter nominare fuluum colorem uelis, ruffum pallidum dicas licet.*) Interpres πυῤῥὸν igneum reddidit, uocis etymũ sequutus, quasi ab igne deductũ, qui πῦρ Græcis sit. Verũ πυῤῥὸς color propriè uidetur is esse, qui quorundã barbę est, ac capillorum, æerei coloris, siue æneì, unde ænobardi dicti. ruffos etiã dicimus sæpè eosdem. Is color si pallescat, κιῤῥὸν faciet: nempè fuluum: quem eundem Latini giluum quoq; dixere. Nam ξανθὸς flauus est, splendescentis, atq; aurei nitoris simul ac coloris, mulierum capillis expetitus, ut si natura non habeant, arte, & mangonio parent sibi. Hoc colore etiam nostro tempore prædita esse uina uidemus generosissima quæq;: Cretica ipsa, uel quæ Ariusia siue Aruisia olim fuerãt, Chij insulæ ut diximus, & nunc Maruisia, siue Maluisia, parum detorta uoce, appellari credimus.

ὅθεν περ καὶ τοὔνομα αὐτοῖς. *Vnde & nomen illis.*) Quomodo uox cæcubum, aut fuluum aliumue colorem, aut uetustatem Latinis significet, animaduertere nõ possum. Lego interea apud authores cęcubos, Campanię esse populos, uel agros, sortitumq; inde nomen fuisse uini id genus.

πρίν γε τοῦ διαυγοῦς τὸ ξανθὸν λαβεῖν χρῶμα. *Priusquã in splendescẽti colorem flauum accipiat.*) Vt appareat ex hoc, quod paulò antè dicebatur: colori flauo splendorem

talitate sententia principio hoc nititur: πᾶσα, inquit, ψυχὴ ἀθάνατος. & deinde: μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον. Periculum nullum est, quod seipsum mouet, ne quando moueri desinat: quippe quod nunquam seipsum deserens, principium pariter motus retineat semper. Quod quum anima, siue seipsam in affectibus, & pathematis proprijs, siue corpus in actionibus corporalibus, quas hic πρακτικὰς ἐνεργείας Galenus dixit, mouens, spiritibus pro instrumento assidue usa faciat: mirum uideri non debet, si in utriusque motus genere, paulò maioris, aut uehementioris, citatiorisque, uel diuturnioris etiam absumtio fiat spirituum non pauca, quam uirium meritò sequatur debilitas, nonnunquam & animi deliquium.

περὶ δὲ πόνων τί δεῖ λέγειν. *De laboribus uerò quid opus est dicere.*) Videtur mihi doloris potiùs significatione accipiendum esse πόνων: uel laboris certè, qui cum dolore fiat, quando de dolore multò certiùs, ac ueriùs, quàm de labore ullo simplici dici, atque intelligi possint, quæ mox adduntur, uerba: ὥσπερ καὶ ὄλεθρον μὲν τινας, αὐξήσαντες ὑπὸ τὸ σφοδρότερον. ἐβλάψαν δὲ ἅπαντας, ἀ καὶ μὴ τύχοιεν ἀποκτείναντες. Et suprà inter libri huius, qui in manibus est, initia, de uires maximè lædentibus scribens ait: βλάπτει δὲ τὴν μὲν δύναμιν ἀγρυπνία, καὶ ὀδύνη, καὶ κένωσις ἄμετρος: Vires lædunt. uigilia, dolor, & immodica uacuatio: laboris absolutè ità dicti nulla facta mentione. Quamuis paucis aliquot uersibus ante hunc, substantiæ spiritus corruptionem facere maximè solitas esse scribat, præter animi affectum, & dolorem uehementem, καὶ κινήσεις πλείους, motus plurimos. Vt negandum non sit, inmodicum quoque motum facere hoc posse, proinde ex motu etiam ipso laborem. Sed non tàm facilè id fecerit motus, quàm dolor: cuius uehementia multi moriuntur, nonnulli mortem etiam sibi consciscunt. Labor nunquam ullus fecerit, ut quenquam interimat, aut insigniter lædat, nisi affectu altero aliquo accersito.

ἔσθ᾽ ὅτε μὲν ἀπολυμένης τοῦ πνεύματος, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ ἀλλοιουμένης. *Nonnunquam deperdito spiritu, nonnunquam uerò alterato.*) Perit deperditus spiritus, quum illius substantia aliquo tandem pacto dissipata consumitur. Alteratur bifariam: tùm manifestis qualitatibus, frigiditate præsertim, igneæ spirituum naturæ exaduersum repugnante: nec minùs, si iusto plus tenuis substantia reddatur: sic enim quoque alteratio illi cõtigerit aliqua, ut mox dicetur, quum tenuior etiam redditur, dissipatu facilior: tum uerò occultioribus alijs, atque à tota substãtia operatis qualitatibus interceptus perimi nõnunquàm solet: ut rerum fœtore multarum, & mephiticis quibusdam exhalationibus.

οὔκουν οὐδ᾽ ἀραιοῦν ἄμετρως χρὴ τὸ νοσοῦντος τὸ σῶμα. *Quapropter, neque rarefacere plus æquo opus est ægrotantis corpus.*) Et rarefaciendum tamen, præsertim in suspicione cutaneorum meatuum obstructorum, ut dictum prius fuit: imò quia tũc dictum, nunc ne nimis id faciamus, monemur. Ac memini frictiones adhibitas nocuisse aliquando hac de causa: neque enim suberat alia. Credoque hanc eandem ob rem cum alia obseruari quædã à mulierculis nostris medicastrinis, tùm de linteis illud, quòd uetant, ex ijs lixiuio mundatis sterni lectum ægrotantibus, timore debilitatis: insequi ægrotos solitæ ex eo, quòd lixiuio fortasse, cuius facultas in linteis adhuc maneat aliqua, rarefaciendi uis insit ob cinerem. Causam illæ quum nesciant, obseruant tamen.

μήτ᾽ ἐκ μετάλλων, ἢ καμίνων, ἢ βαράθρων. *Neque ex metallis, aut caminis, aut Barathris.*) Metallorum siue fodinæ, siue fornaces, uirosi semper aliquid referũt, exhalationibus, fumosisque amissionibus; uirus enim ipsa quoque sunt penè omnia. Camini propter fumũ, quem multi cõcipiunt, retinentque. nam nõ omnes fortè turriculam habebant, qua nunc in omnibus paulò commodiùs extructis utimur, excipiendo, emittendoque fumo idonea, ad ædium usque summitatem producta, tectumque adeo ipsum exuperante. καπνοδόχιον rectè Græcis dicitur: nostrum aliquibus infundibulũ. Iccircò M. Tulliũ uidemus in epistolis ad Atticũ, luculento

luculento utendum esse camino censentem, quòd non omnes fortassis ità essent ut fumosi multi: & ligna habebãt ad hoc ipsum parata, ἄκαπνα uocata, quippe minimè fumosa, quibus in conclusis per totum caminis uterētur. Barathrũ porrò ipsum nomine suo se prodit, quàm futurum ægrotis noxium sit, si quid inde exhalatum inspirare cogantur.

οὐ συγκοπὰς οὗτοι γε φέρουσιν, ἀλλὰ τὰς καλουμένας λειποψυχίας. *Vtiq; syncopas non afferent hi, sed uocatas lipopsychias.*) Maioris minorisq; rationibus differunt solum. Dicere tamen licet non nimis impropriè, animi deliquium λειποψυχίαν esse, delinquente iam ægrotum animo, quasiq; deficere incipiente, hocq; ipsum persentiente illo tamen: syncopen uerò animi defectum, iam quum ità effecti sensu nollo fuerint, defecitq; iam animus, reuocabilis tamen.

οὐχ ἕωθεν δὲ, οὐδ' ἄχρι μεσημβρίας. *Mane uerò non, neque usque ad meridiem.*) Quod frictionibus peragi iubebatur priùs in his, id nunc sponte sua diei tempus facere uidetur matutinum, & meridianum: quo tempore ex corporis penetralibus foras aguntur humores per se, nullo nostro auxilio, nec mollientibus quicq; nobis, uerùm noua diei luce, solisq; ascensu euocati: sicuti inclinante eodem, intro uelutiretropulsi feruntur, noctisq; tenebris abacti interiora petunt. Vt mirum proptereà non sit, nec tàm facilè corripi ægrotos syncope aut lipothymia posse, matutino, meridianóue diei tempore, & nocturno, uespertinoq;, facilè: degrauatis quippè tunc præcordijs humorum incursu maiore. Hæc eadem ratio possit persuadere nobis aliquid (eodem enim tendere uidetur) de humorum dominio diuerso diei tempore diuerso: noctu pituitæ, mane sanguinis ad meridiem usq;, flauæ bilis post meridiem horis aliquot, uesperi nigræ: pro partium diei noctisq; temperamento diuersarum. ità tamen, ut quodcunq; quacunque diei hora dominium suum exercuerint humores, intro forasúe quibus modo dixi temporibus agantur, feranturq;, & qua dixi, ratione.

CAP. VI.

ῥῖς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι. *Nares acutæ, oculi caui.*) Descripta ab Hippocrate facies libro Prognosticorum.

ὅπερ εἴωθε μάλιστα γίνεσθαι διὰ τὴν ἀμετρίαν τῆς καθεκτικῆς. *Quod fieri potissimùm consueuit ob retentricis nimietatem.*) Quomodo ἀμετρίαν meliùs reddam non habeo. Interpres habuisse in suo ἀῤῥωστίαν, uidetur: uertit enim, imbecillitatem. quod magis placet. ex retentricis nanque imbecillitate expultricis maius futurum esse opus, ac ualidius, necessum propè est: sicuti ediuerso, debili expultrice, uires semper sumere maiores retentricem posse, non dubitandum. quippè, contrariorum inter se officiorum facultates quum sint, remittente alterutra suum, ac debiliter exercente, inualescere alteram ac proptium fortiter edere debere minimè absurdum fuerit. Quòd si tamen ἀμετρίαν tueri aliquis uellet, possitis dicere, ex retentricis ualidè munere suo fungentis, diuq; simul operatæ, officio, quum plurimum humorum collectum fuerit, expultricem collectitia illa, ac nimia humorum quantitate fortassè etiam qualitate mala aliqua irritatam, fortiùs sese excitare ad expellendum solitam, præcipitem agi, ferriq; ad id. Mihi autem prior magis arridet lectio, ut expeditior, expeditiorisq; simul, & meliotis sensus.

δοτέον δὲ τούτοις ἔστιν ὅτε καὶ ᾠά. *Danda uerò his interdum & oua.*) Interdum ait, non semper: ueritus, ut opinor, facilem eorum in aliquibus corruptionem, præsertim malè affecto uentriculo.

ἀναγκαῖος δὲ τούτοις ὁ ὑδατώδης οἶνος ἐστὶν, εὐθὺς ἐπὶ τοῖς σιτίοις ἐξ ἀρχῆς λαμβανόμενος. *Necessarium autem his aquosum uinum est, initio post cibum statim sumtum.*) Vinum dari iubet aquosum, propter ægroti temperamentũ calidũ, siccumq;: ità enim ponebatur suprà decimo libro, cuius nunc retulisse historiam meminit.

Aquosũ

Aquosi igitur, & diluti maior erit in his usus semper. Inter initia uerò, & post cibum statim exhibet, ne humoris exhalatione nimia, sponte alioqui sua ob tenuitatem satis difflabilis, maior succedat uirium debilitas: cui sanè exhalationi plurimum resistat maturè datus cibus, potusq́, ut simul κεκρᾶσις illa, & attemperatio protinus sequatur. Neq; enim periculum hîc, ut in affectu priore ex crudorum humorum plenitudine facto, ne abrepti cum cibo unà humores incôcocti illi, uini protinus usu in corporis habitum, molemq́ totam, uel proximas, maioresq́ uenas, è uentriculo deferantur: sed est humoris tenuitas ac subtilitas, affectui huic, qui nunc in manibus est, propria, non sanè multæ interdũ côcoctionis egens: ut ideò tanquam in semiconcocto, tutius facere cũcta ista liceat. Carnei quidem alimenti ut aliquid sumãt permittit ægroti hi, post quartum diem, qui in prioribus illis ad septimum usq; protrahi inediam, solo melicrãti usu mandauerat: non aliam ob causam, quàm quòd iam tum febrem faciẽtes humores ad concoctionem ueniant: ἤδη τῶν σὺν πυρετῷ γεννώντων χυμῶν, εἰς πέψιν ἡκόντων.

CAP. VII.

Ἤς ἀναγκαῖον ἤτοι διαίρεσιν τῆς διαθέσεως εἶναι τῆς ὀδυνώσης, ἢ ἀλλοίωσιν. *Necessarium, aut diuisionem affectum doloris esse, aut alterationem.*) Non attinet repetere hoc loco, quæ iam anteà dicta de re hac fuere, in physiologicis.

Ἢ ἀμέτρως ξηρότητος. *Vel immodica siccitate.*) Hæc enim quoq; facere partiũ contractionem potest, humiditate siccata, qua parte prius emollitæ, proinde mini mè quoq; contractæ manebant. Hoc enim loco quam tensionem, seu distẽtionem Galenus dicit, rectius contẽtionem, & intentionem à siccitate factam accipiemus, ex qua partes contractiores factæ dissolui tandẽ, ac diduci cogũtur, ut coria uidemus mollitudine pinguiuscula uncta ac delibuta, rimas non agere: at fissuræ extant, quum primùm resiccata contrahuntur: igne uerò etiam dehiscunt prorsus, quasi fenestrata. tanta est siccitatis uis ad solutionem continui faciendam.

Ὧν πάλιν αὐτῶν τὰς αἰτίας, ἢ ἐν τῷ πνεύματι θετέον, ἢ ἐν τοῖς ὑγροῖς, ἢ ἐν τοῖς στερεοῖς. *Quorum rursus causa, uel in spiritu, uel in humoribus, uel in solidis statuendæ sunt.*) De humoribus, & solidis nemo ambigat, utrolibet modo fiat per calidum, uel frigidum, quin excitari ab his doloris multum possit: sed de spiritibus miremur sanè, qua ratione refrigerari usq; adeò queant, ut doloris inde sensus suboriatur, ac nô interstinguãtur prius. Quòd si tamẽ de partibus corporis intelligatur nô principalibus, aut maximè uitalibus, fieri aliquando possit, ut refrigerati dolorem inferant, nec uitæ tamen afferatur nocumentum. Nam de excalfactis nimium, qualibet id corporis in parte fieri posse, nemini dubium esse debet.

Σαφῶς ἐνδεικνύμενον, ὡς κἀκ τοῦ σώματος ὅλου τι φέρεται πρὸς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα χωρία. *Clarè ostendens deferri ex toto quoq; corpore aliquid ad uentris loca.*) Nam quũ quæ per aluum deijciuntur, quantitate exuperant nimis ea, quę per os sumũtur, unde quæso possunt hæc aliunde, quàm de tota corporis mole, habituq́ delata, missaq́ ferri? Quod quidem quum particulatim à Galeno allatũ pro coniectura huiusce tantummodo ægroti fuerit, cuius nunc meminit, atq; libro etiam de locis affectis primo relati: trãsferri tamẽ ad alia quoq; potest, ut uniuersale fiat.

Πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰρημένοις καὶ ψυχροῦ ποτῷ συνεχωρήσαμεν χρῆσθαι. *Præter alia iam memorata etiam frigida potione uti permisi.*) Vini ne, an aquæ non explicat: nam bibi utrumq; frigidum potest. Scio, ac referre uerè possem, non semel, neq; mihi soli, ubi biliosę materię dolorem facientis certa quædam subessent signa, successisse, imminutumq́, deinde etiam amotum ex toto dolorem frigidę potu concesso primum, tum & remediorum aliorum quorundam usu. Quinetiã linteorum aliquando, quæ frigidæ prius aquæ plurimum imbibissent, applicatione foris, eundem sequutum successum, non minus scio, ac memini: ita tamen ut doloris primò uehementia tolleretur applicatis linteis, tempusq́ deinde daretur, & cõmoditas, atq; opportunitas maior utendorũ remediorũ quoq; aliorũ.

CAP. VIII.

προσβοηθοῦντα δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῇ μᾶλλον τοῖς λεπτύνουσιν ἐδέσμασί τε, καὶ πόμασιν. *Auxilium ferentes his, attenuantibus cibis, ac potionibus.*) Cùm quòd hæc ipsa, quæ incidũt, præsertim uerò si calidę insuper naturę fuerint, ut quidem eorum pleraq; sunt, flatuositatem discutere omnem solent: tùm uerò quòd crassitiem humorum dissecando inprimis, flatulentorum spirituum materiam maximam, ac fomitem, sic quoq; conferre uel maximè queant. Deposita nanq; crassitie humores faciliorem semper exitum de corpore inuenient, nec flatulentiæ tantum gignent: discussa quippè, dissipataq; substantia.

κατὰ δύο προφάσεις οἱ οὕτω κάμνοντες ὀδυνῶνται. *Duplici occasione dolẽt, qui sic laborant.*) Et continuitatis, quam tensio ex flatuoso spiritu faciat: & humoris frigiditate. quæ duæ statutæ erant prius doloris causæ: scilicet cõtinui solutio, & alteratio: donec constitutum melius fortasse fuerit in alijs, alterationem, præsertim à frigido, calidoq; factam, continui solutione contineri pariter posse.

ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ἐντέρων ἠθροισμένας. *Intestinorum in medio collectos.*) Vt locus intelligatur non solùm cauitatis, & capacitatis intestinorũ intra illorum tunicas, sed etiam partis eius, quæ ex argumento μεσάραιον nomen habet, magisq; adhuc ex re μεσεντέριον, ubi non minus coaceruari humores possunt, eiusmodi dolores facturi.

ἐζώννυτο μὲν αὐτίκα, πρότερον οὐ ζωννύμενος. *Cingebatur statim, prius non cinctus.*) Hodieq; in doloribus idem fit à multis, non modò coli, & intestinorum, uerũ etiam capitis: ut arctissimè ligetur caput fascia. siue constrictio ea ita arctata, laxas partes esse illas nõ sinat, minusq; ideo suscipiendis humoribus obnoxias reddat: (nemo enim ambigat, in laxas, apertasq; defluere facilius, & decumbere humores posse:) siue etiam robur addatur, partibus inde in unum coactis, abigendis facilius, retroq; pellendis humoribus noxijs fortius: tantò autem magis, si non cingere solitus antea se aliquis, in dolore cingat: natura ipsa, quasi ex nono remedij genere (usitata enim prius spernere interdum solet) leuamen doloris sensura, & iuuamentum melius. quod exemplo probetur mox rusticani hominis operarij.

ἔστι γὰρ ἁπλῶς καὶ τὰ σκόροδα τῶν ἀφύσων, καὶ ἀδίψων βρωμάτων. *Est enim omnino allium quoq; ex cibis nec flatulentis, nec siticulosis.*) ἄφυσον intelligi potest, & quod flatus non faciat, & quod factos iam discutiat. Rursus quæ flatum faciunt, duorũ esse generum possunt: alterius eorum, quæ flatulenta dici rectè possunt, quòd flatulentiæ plurimum in se contineant, materiamq; præbeant generandis flatibus multam, cuiusmodi sunt pituitosa, & frigidioris naturæ plura, ut inter alia de faba scribitur à Galeno, quam dicit flatuositatem, quam habet, nunquam deponere, longa quãuis, ac diligenti elixatione, solere: alterius eorum quę hos ipsos flatus in aluo gignunt, & inuenta materia, in qua fieri hoc possit, excitãt, ipsa nullos de se præbent: sed in alia, ut dixi, atque ex alia materia partim faciunt simul & resoluunt, partim faciunt tantum, non etiam resoluunt. quæ hoc loco à Galeno summopere damnantur, in cruciatu colico nihil æquè timendũ esse dicente, quàm θερμότητα χέουσαν μὲν καὶ πνευματοῦσαν αὐτούς, διαφορεῖν δ᾽ ἀδυνατοῦσαν: Quæ humores ipsos fundat quidem, & flatulentos reddat, discutere uerò hanc ipsam flatulẽtiam non ualeat. At allium Galenus nõ solùm hìc ἄφυσον, imò uerò ἀφυσότατον dixit, sed etiã uerba illa exponens libri quarti de Ratione uictus in morbis acutis: σκόροδον φύσαν, καὶ θέρμην, ποιεῖ τὴν ξηρασίαν: Calefacere, & siccare pronuntiauit, & ἄφυσον εἶναι, modò corpus inueniat nec plethoricum, nec cacochymum.

IN LIB. XIII. THERAPEVTI- CES METHODI.

CAP. I.

Ὥστε κἂν ἐν τῷ τοῦ ποδὸς ἴχνει, κἂν κατὰ τὸ τῆς χειρὸς ἔνδον γένηται μεγάλη φλεγμονή. *Adeò, vt si, vel in pedis vestigio, vel in parte etiam manus interiore phlegmone magna fiat.*) De partibus his dixit, quòd hæ propter tendinem subiectum cuti, coloris minime rubescentis, cuius etiam extensione priuantur pilis, minus quoque rubescere alijs solent, & rubescere tamen necessarium fuerit eas, si paulo maior sit phlegmone.

CAP. II.

Εἴτε διὰ ἔμπτωσιν τοῦ αἵματος ἐν μόναις ταῖς ἀρτηρίαις. *Siue intercidentiam sanguinis in solis arterijs.*) Cuius sententiæ fuisse uidetur Erasistratus.

Μηδέπω δ' αἰτίας μηδεμιᾶς ὑπούσης ἐρρωμένης ἐν τῷ σώματι. *Si uerò nulla adhuc causa in corpore subalitur.*) Illo quidē inter duo hęc discrimine, vt corpora, in quibus collectum causæ aliquid appareat, morbum facturæ, nisi caueatur, neutra dicātur & sint: neutralitatis significato eo, quo corpora indicantur, morbū mox incursura, ac parti salubris artis pręcautrici subijciuntur: at quæ nihil dum subortum in corpore tale habent, salubria, sanaque ut sunt, ita appellētur quoque, ac salubris propterea artis & hygijnes curam pariter expectent, quæ salutaris est simpliciter, atque absolutè.

CAP. III.

Καὶ φυλαττέσθω τῷ λόγῳ κἀνταῦθα τὸ ἀληθὲς ἐξ αὐτοῦ τοῦ βλέπεσθαι. *Consletque sua sermoni fides hic quoque, ex eo, quod videtur.*) Quod quidem factum si fuerit, euidenter apparere poterit diligenter obseruātibus, trahi potius, vt Galenus censuit, quā fluere, ut Asclepiades, ad calefactū locū humores, ut spōte in quā sua fluāt: quia nulla tūc subest causa, ut in partē excalfactam fluant, & calor iā eò subest, confessione omniū trahendi ad se ui pollēs. Neque uerò phlegmones ipsius calor tātus est, ut circumiectarum partium sanguinē, humoresque, pręcipuè paulò remotiorū, ex quibus confluere eò deberent, eliquatos reddere, fluxionique ideo paratiores facere posit: &, ut aliquatenus posit, non ideò tamen fluent, quia eliquati, sed quia à calore tracti: eliquatio autem illa solam facilitatem, ac promptitudinem fluentibus humoribus addet, nihil aliud. Et alioqui cerni oculis manifesto satis potest, uel in lucernarum, cādelarumúe ellychnijs, sursum ab accensis trahi oleum, seuumque, non per se eo fluere: in superiorē quippe partem ardentis iam ellychnij, quo sponte sua ferri, aut fluere nequeant, nisi trahātur, & id quidem ignis ui. Atque hoc est, quod oculorum fide cerni, ac perspici apertè potest, & quod Galenus hic dixit: ἐξ αὐτοῦ τοῦ βλέπεσθαι. Nec minus fortasse illud quòd ex partibus, quarū positus infra phlegmonē sit, nō facile per se, spōteque sua ascendere ad phlegmones loca humores, & à calore facilè satis trahi posse perspicimus. Sicuti sanè in facta quoque doloris causa phlegmone, mittentur sine dubio à circumiectis partibus omnibus eo facilius multò humores, quàm ex inferioribus ferentur, vt quidem sponte tantùm sua ferantur: quos deorsum potius natura sua ferri constet satis, nisi aut trahantur, ut in calore, aut mittantur, ut in dolore.

CAP. IIII.

Ὁ μὲν οὖν παχὺς ἤδη πως ἐστὶ μελαγχολικός, καὶ ἤτοι γε ἧττον, ἢ μᾶλλον. *Crassus quidem igitur iam quodammodo melancholicus quoque fuerit, utique minus magisúe.*) Sic fiet uti pituitosi humores multi, duntaxat ex crassa pituita facti, melancholici quoque

existimari possint: & quidem existimantur sæpè, usque eò, ut cacerosi quandoque affectus suspitionem faciant. Hos, ut opinor, Arabes sephiros dixere: quos pariter authores habemus, posse pituitam exustione in melancholicum humorem transire. Pituitosi autem humoris uerè ita dicendi soboles œdema erit: ex pituita tumor, neque crassa tamen, sed laxiore quadam, & fusiore: iccircò digitorum impressioni cedens facilè, & fossulas admittens, ac mox remittens: quod non faceret, si ex crassiore pituita esset.

ὀνομάζουσι. ἤδη δὲ πάντας ἀδένας ἀσήμους, βουβῶνας. *Nominant autem glandulas, quum sic intumuerunt, Bubones.*) Vt appareat, errasse qui inguinibus tantùmodo quum factum id fuerit, hoc uocari debere nomine existimarunt.

CAP. V.

Εἰ δὲ σκιῤῥωδέστερα ποτ᾽ αὐτῶν ἡ φλεγμονὴ γένοιτο. *Quòd si quãdo scirrhosior earum partium phlegmone fuerit.*) Ne fortè existimemus, quas medici strophulas uulgo appellamus, strumarum nominibus uocandas esse omnes: eo quòd strumarum cum phlegmone esse necessum sit omnem, at scrophulæ sine hac multæ.

Αὐτῷ μὲν οὖν τῷ ἕλκει τὸ τετραφάρμακον ἐπιτιθέμενον ἐπὶ λινῷ μοτῷ. *Ipsi quidem ulceri tetrapharmaco imposito in linteolo.*) Tetrapharmacum unum erit, basilicum dictum, ex ceræ, resinę colophonię, picis, seui taurini, paribus portionib. constãs. Est & aliud tetrapharmacum, lõge alterius rationis, mysterium dictũ, ex Aetij descriptione ad podagricos, & arthriticos affectus propinãdum: ex gentiana, aristolochia, baccis tauri, & myrrhoo compositum: qualis fetè theriaca ex quattuor rebus ita à quibusdam dicta, circumfertur. Prioris tetrapharmaci compositio loci huius erit: eiusdem penè rationis, cuius est Macedonium quoque medicamentũ, ulceribus cõueniens, ut mox à Galeno diceť: quod quidẽ tetrapharmacum ipsum solo thure superat; nec aliter sanè descriptum à Paulo fuisse reperietur. Superiorum enim quattuor, ceræ, resinę colophonię, picis, seui taurini, æquis portionibus, eliquatis, ac sublatis ab igne, lacryma thuris inspergitur, lacrymã dictã arbitror, ne fortè pro ea, thuris mannæ ad cõpositionem reciperetur: quòd in hac adstringendi uirium plus sit: in lacryma, thuris nimirum ipsius corpore, & detergẽdi, & resiccãdi plus, plus quoque ideo ulceri profutura.

Χειρὸς μὲν γὰρ κακῶς ἐχούσης τὰ σκέλη, τὸ δ᾽ ἑτέρου σκέλους πεπονθότος, τὸ λοιπὸν σῶμα. ταῦτα γὰρ τὰς κενώσεις ἐνδείκνυται τὸ πλῆθος. *Manu quidem malè habente, crura: altero autem crure affecto, reliquum. has enim euacuationes indicat plenitudo.*) Duo erant, quæ corporis totius considerationem habendam esse admonebant nos: si uel plethoricum, uel cacochymum fuerit. quorũ neutrũ si esset, curari phlegmone ex ulcere in corpore oborta (nisi magnus fortè dolor fuerit, aut calor ingens, quibus in corpore quamuis non plethorico, nec cacochymo, humorum tamẽ fluxio excitetur) absque uenæ sectione, uel corporis purgatione ulla posset, medicamentorum usu iam relatorum. Quæ planè medicamenta non tuto satis adhibebuntur (fluxionem enim excitabunt ad membrum) si uel succorum initium inerit in corpore, quod est cacochymum esse, uel plenitudo, quod plethoricum. Ac de succorum quidem uitio nemo ambigat, purgatione detrahendos fore eos: sicuti nec de plenitudine quidem, uenæ incisione auferendam: tantùm qua corporis in parte faciendum id sit, dubitari posit. Illud tamen certum, reuellendos esse humores, qui ad membrum fluunt, non ex membro ipso euacuandos, nisi qui iam fluxerunt eò: quod postmodum faciendum erit, quum iam inueterauerit affectus. sic enim ait Galenus, libro Therapeuticorum ad Glauconem, secũdo: πλὴν, εἰ χρόνιον εἴη τὸ πάθημα. τηνικαῦτα γὰρ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος. Quo etiam in loco membris patientibus extremis, siue reuellere, siue deriuare propositum nobis fuerit, in compari semper, siue coniugo membro

bro secandam esse venam præcipit: crureq; ita alterutro affecto, ac phlegmone(puta)laborante, alterum ad secandum: ut manu alterutra affecta, alteram ad incidendum sumamus. τῶν κώλων δ' αὐτῶν πεπονθότων, ἀπὸ τῶν ὁμοζύγων ἡ κένωσις, εἴτ' ἀντισπᾶν, εἴτε παροχετεύειν ἐθέλοις. Idemq; hac quoque libri huius parte faciendum esse iubet, quod ad crura attinet: ut altero crure laborãte, ad incidendum, scarificandumúe sumatur alterum. Diuersum mandat in manibus: ut manu affecta, in cruribus uenæ demum fiat incisio, aut scarificatio. Cuius planè diuersitatis ratio in eo uertí mihi posse uidetur, quòd phlegmone laborante manu altera simul & vlcere (sic nanque ponitur hic) multò facilius reuellentur humores, facta in cruribus sectione uenæ: quippe deorsum retracti, quo suapte quoque natura, sponteq; alio quisua feruntur: quàm laborante eodem modo crure, facta in manibus reuellantur, sursum retracti, motu præternaturali illis, quoties quidem natura tantùm sua ducuntur, non etiam aliqua alia de causa, ut doloribus, aut quo affectu alio acti feruntur. At cur (dicat hîc aliquis) in therapeuticis ad Glauconem non idem iubetur? Arbitror eandem ob rationem, causamq;: quia ibi tam deriuationis, quàm reuulsionis seruandam esse rationem uidetur uelle utrobiq;, siue manus, siue affecta crura fuerint: at hîc ob geminatum phlegmones simul, atque ulceris affectum, visum illi fuit, superiores extremas partes, manus nempe, ita laborantes, maiore quadam agere humorum fluxionis reuulsione: quæ profectò sperari maior, & efficacior, ex misso in cruribus sanguine, quã ex altera manu, si laborarit altera, possit, cùm ob causam paulo ante allatam, tum ob id quòd κατ' ἴξιν, & καθ' ὅλον positura, reuulsioni faciendæ omnium maximè accommoda, in corporis principaliter longitudine meritò spectetur, vt interea in alijs quoque dimensionibus reperiri eandem non negem. Neque tamen aberraturum credo, si quis in manu pariter venam secuerit, laborante altera, præsertim qui reuellendum simul, & deriuandum sibi esse proposuerit, in affectu in quo bona pars iam humorum affluxerit ad locum, & non tam reuulsione, siue retractione, futurum opus sit (quãquam & hoc quidem) quàm deriuatione, qua collecti humoris pars, qui iam affluxit, uacuetur. hoc enim deriuationis officium est, inquiente ita Galeno in therapeuticis ad Glauconem: τῶν δ' ἤδη κατειληφότων τὸ μόριον ῥευμάτων, ἡ παροχέτευσις ἴαμα. Vbi notandum, κῶλον Galeno propriè significare crura, manusque, partem scilicet corporis ab humore, ad extremam usq; manum, & ab inguine ad pedes. τῶν κώλων δ' αὐτῶν πεπονθότων, inquit, vt suprà retulimus: quorum uerborum non alia potest esse significatio, quàm ea, quam diximus. Itaque haud scio an reddi uox hæc Latinè rectè satis possit, ut membrum uocetur, quod Latinis interiores etiam corporis partes multas significare posse uideatur, cerebrum, cor, iecur, quæ Græcorum authorum nullus, quod sciam, κῶλον dixerit.

Ὡς ἐς ἐκπύησιν ἔρχεσθαι. *Sic, vt ad suppurationem perueniat.*) Quod factum quum fuerit, alia tunc exoritur curãdi indicatio: mouendum quippe pus suppuratorijs medicamentis: & aut discutiendum deinde, discutiendi uim habentibus, pusq; ipsum attenuantibus, uel si id assequi non poterimus, aperiendus locus, ut exitus puri pateat, facto iam abscessu. Prima aũt, ac potior curãdæ phlegmones ratio, ac uia semper fuerit, ut ad puris generationem ne perueniat, sed prohibito pure, affluxionis collectio discussa resoluatur: quod hodie quidem rarò fieri uidemus, perq; rarò.

Μυρσινοειδῶς περιαιρεῖσθαι.) Myrti folium cuiusmodi sit, scimus omnes. huius igitur figuram imitari excindendo iubemur

Καὶ τὸ διὰ τῆς καδμείας. *Et quod ex cadmia fit.*) Petenda compositio ex Pauli Æginetæ libro septimo.

Καὶ γὰρ, καὶ αὐτὰ ἔχει τι καθαιρετικὸν τῶν ὑπερσαρκούντων ἑλκῶν. *Etenim hæc quoq; aliquid retinẽt, quo supercrescentia vlcera deprimantur.*) Καθαίρειν inter alia, superfluũ,

 & su

& superuacaneum quod fuerit, demere, ac detrahere significat, quod repurgare est: quo planè modo usitatissimè corporum pariter repurgationem κάθαρσιν dicimus, qua superuacanei ac superflui de corpore humores demti detrahuntur, repurganturque educti. Sic quæ supercrescentem in ulceribus carnē auferunt, eadē ratione καθαιρετικὰ dicentur. Quod quidē parte ex aliqua præstare ellychnia quoque ipsa solere audimus à Galeno hic, ut ideò non nimis mirari debeamus, si quando sanata ulcera linteolorum ex lixiuio mundatorum applicatione sola, sed diligenti, uideamus: nam si demere de superflua, excrescēteque carne possunt ista, tantò magis uulnera recentior, quod satis sit, resiccare, atque etiam sordium si quid insit, repurgare poterunt: in quibus duobus uniuersa sæpè uulnerum curatio uertitur.

CAP. VI.

Ὡς κοινὸς μὲν ἁπασῶν σκοπὸς ἡ κένωσις. *Communem phlegmonorum omnium scopum esse uacuationem.*) Vtique conantibus nobis semper, ut anteuertatur suppuratio, repressa, quoad eius fieri poterit, humorum affluxione, & qui iam affluxerint, discussis: quod paulò antè quoque dictum fuit.

ἔτι τε ἔμφραξιν τινὰ, καὶ πνεῦμα φυσῶδες. *Tum insuper ob obstructionē aliquam, & spiritum flatuosum.*) Flatuosus spiritus quomodo dolorem faciat, scitur: tensione quippè nimia afferre solutæ continuitatis aliquid potest, ex quo dolor. At obstructio per se nō fecerit: sed obturatis meatibus, progressuque ità impedito necessariò collectio humorum sequitur aliqua, aut sanguinis, extendenturque partes, atque ex tensione orietur dolor: simul humores collecti illi intemperatura sua doloris non nihil facere poterunt: nisi uerò hanc quoque doloris causam reducere ad solutum cōtinuum libeat, ut potiùs esse reor, & potior dictat ratio, dicta, allataque alibi.

οὔτε τρίψει πολλῇ. *Neque frictione multa.*) Mediocris enim usus esse aliquis potest in his: ut quidem colligi ex Epidemiorum primo potest.

κἄπειτα διὰ τῆς χειρῶν κινήσεως γυμνάζεσθαι. *Tum deinde manuum motu exerceri*) Quod genus plurimæ exercitationes aliæ sunt, quibus manus tantùm, & brachia exerceantur, non exercito corpore reliquo: tum qui ἀκροχειρισμοὶ dicūtur, de quibus in opere de tuenda sanitate alicubi agitur.

οἷον ὅταν ὑπὸ φυσώδους πνεύματος, καὶ πυκνώσεως τοῦ μορίου γίνηταί τις ὀδύνη. *Veluti quum ex flatuoso spiritu, & partis densitate dolor aliquis excitatur.*) Paulò antè pariter dicebatur, ἔτι τ' ἔμφραξιν τινὰ, καὶ πνεῦμα φυσῶδες, inter doloris causas. Quod uerò ibi ἔμφραξιν dixerat, hìc πύκνωσιν retulit: sine dubio utrumque pro nō ualdè diuersis inter se ponens: ut hæc ideò existimari illius species quædam possit, ἐμφράξεως inquam πύκνωσις, obstructionis densitas. Neque enim obstructio ab humore semper aliquo, aut re quapiam alia, qua manifesti magis corporum nostrorum meatus obturentur, fit: sed dici etiam uerè obstructa, obturataque particula aliqua poterit, sic densata, ut occultiores eius meatus, & qui sensus nostros latēt, constipati claudantur: quod sæpè, nullo intercurrente humore, aliaúe, quæ infarcire meatus illos possit, re ulla, contingit: ut si particulæ alicuius substantia totius densetur, compressione fortè, aut uinculo aliquo adstricta, uel qua alia de causa sine humorum affluxione densata: qualiter quidem contingere gangrænas interdum partium corporis quarundam, & sphacelismos experimur, aut uerò emortuas quandoque reddi partes compressas, ligamentisúe arctatas nimis, diuque: non ob aliud, ut opinor, quam ob perspirationis priuationē, qua partium innatus calor uentilatione continua fouetur. Hæc quoque igitur erit obstructio perspirabilitatem illam impediens, & partium sæpè putrefactionē, interdum mortificationem inuehens, quæ νέκρωσις est. Proinde non sine causa scripsisse aliquando Galenus uideri possit: putrefactionum omnium maximā, ac potissimam existimandam semper esse causam obstructionem aliquam: quocunque

quocunque tandem illa modo fiat in corpore, ſed quæ impeditæ perſpirabilitatis interuentu id faciat.

ὧν δὲ τῶν κατὰ τὴν οὐσίαν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐκ πείρας εὕρηται πάντα. *In his verò, quæ ex ſubſtãtia ſunt, non eſt, ſed ab experientia inuenta fuere.*) Ex tota intelligendũ ſubſtantia: ſuperiore nanq; uerſu, ὅλαις ταῖς οὐσίαις, dixerat. In his, inquit Galenus, nõ eſt methodus: quomodo enim quæſo eſſet in rebus, quarum nec naturã tenere ſatis, neque cauſas indagere, aut indagatas reperire nobis liceat? methodus nuſquam ulla, niſi ubi cauſarum inuctio eſſe poſsit aliqua, & comprehendi rerum, quas deducere ad methodum uolumus, naturæ valeant: in has demum cadit methodus. At quę à tota ſubſtantia agũt, conſentiuntq; inter ſe, aut diſſentiũt, horum fugiunt nos cauſæ omnium, proinde & naturæ: quas ſcilicet non aliter ſcire nobis liceat, niſi cauſas omne genus tenuerimus: nec in commune eas nimis, ſed rerum proprias, ac proximas quaſque. Nec ſanè rationalium medicorum nomine dignandi ſimus, niſi rationibus his, & cauſarum, quas modo diximus, ratione nitamur. Et inuenti tamen ſunt noſtri temporis ſophiſtæ medici, qui hoc ipſum facere tentarint, ſibi ſolis tantummodo tamen ſtructuram hãc molientes: quã quũ exædificare, quamuis maxime architectarentur, operis deſtituti non poſſent (nam diſcipulorum etiam multi, vt audio, operas conferre ad id ſuas, niſi ad demoliendum nolebant) rudia, & inchoata tantùm relinquere omnia coacti ſunt. Vtemur igitur à tota ſubſtantia agentibus, inuentisq; per experientiam, commodè, qua experimentum ex toto non reijcimus. Imò amplexamur rationalis medicinæ noſtræ non abijciendam partem: ut cùm, inter alia, medicamẽtis utimur bilẽ repurgantibus utrãq;: aut pituitam, aut huiuſmodi, non niſi à tota ſubſtantia, & proprietate ſolũ quadã ſua facientib. multaq; huiuſmodi alia in uſu medico ad res noſtras quotidie uſurpamus, ꝓ inſtrumẽtis ſolùm faciendorũ, ex medẽdi ratione, ac methodo.

τινὲς δὲ καὶ διὰ αὐτοῦ στόματος ἕλκουσι τὸν ἰόν. *Nõnulli verò ore etiã ipſo virus extrahũt.*) Quo ferè modo Pſylli quoq; ſcribuntur à Plutarcho in Catone maiore, oris ſuctu venenatorum animaliũ virus trahere ſolitos. οἱ τά τε δήγματα τῶν θηρίων ἰῶνται, τοῖς στόμασιν ἕλκοντες ἰόν. Qđ quidẽ facere innoxiè poterant naturã habẽtes venenatis his beſtijs à tota ſubſtãtia repugnantẽ, tũ quas retũdere, ac demulcere cãtu, incantationibusq; poſſent. αὐτά τε τὰ θηρία κατεπᾴδοντες ἀμβλύνουσι, καὶ κηλοῦσι.

C A P. VIII.

τοῦτο κωλυτικὸν δὲ τῆς αὐξήσεως. *Hoc incrementum prohibet.*) Quaſi quod præcautricis potius partis ſit, quàm curatricis. quemadmodum de medico quoq; calefacientium vſu dicetur mox: quæ quatenus phlegmones ex nouo materiæ affluxu augmentum inhibẽt, dum dolorem ſedant, vel mitigãt, pręcauebimus, prouidendo ne phlegmone maior fiat: ablata quippe, vel mitigata faciente phlegmonẽ cauſa, quæ dolor erat. quatenus verò factæ iam phlegmones abſumũt aliquid, contentam parte ea materiam per halitum digerẽdo, curare dicemur.

C A P. XI.

εἰ δεῖται κενώσεως τὸ πᾶν σῶμα. *An vniuerſum corpus euacuatione indigeat.*) Hoc eſt, an plethoricum ſit, ſanguineq;, & humoribus ſimul omnibus abundãs. Cuius rei ſi fuerint indicia, mittendus extemplo ſanguis ſit. Neq; tamen ſi non fuerint, non mittemus, phlegmonem iam contrahere incipiente iecore: propter dictum à Galeno ſuprà, tum etiam alibi non ſemel. Euacuamus, inquit, uniuerſum corpus, non ſolùm in plethorico affectu conſtitutum, ἀλλὰ καὶ διὰ μέγεθος τοῦ πάθους, ἐν συμμετρίᾳ χυμῶν καθεστηκότος τοῦ παντὸς σώματος. Verum etiam in ſuccorum mediocritate, ob morbi magnitudinem. Porrò morbum dicẽdum habendũq; magnum eſſe ſemper iecoris phlegmonem, nemo medicorum negauerit, propter uiſceris nobilitatem, vnius ex principibus tribus, et quòd phlegmone per ſe affectus magnus ſatis ſit. & is quidem ſanguineus tumor, ſi quo alio remedio, ſanguinis maximè miſsione ſanandus.

Τὴν γοῦν φλέβα τέμνοντας, ἐπεὶ κατ' εὐθὺ, καὶ δι' εὐρείας ὁδοῦ τῇ κοίλῃ καλουμένῃ κοινωνεῖ. *Secta interiore vena, quoniam & edirecto est, & cum caua uocata per amplam viã communicat.*) Quorum alterum (edirecto) vt sanguinis fluxio reuellatur, in causa erit, alterum (communicatio cum caua) cùm hoc, tum etiam, ut detrahi, auferriq́; ex phlegmone quoque ipsa possit: Quod quidem ut assequeremur, iubebamur paulò ante διὰ τῶν συναναστομουμένων αὐτῷ id facere: venas, opinor, intelligente Galeno, quibus loca inter se communicant, ut cum caua, lateris eiusdem, dextri nimirum cubiti interior. Sic fiet, ut verborum initio horum dictũ sequatur statim, ἀνασπαστέον, inquit, ἅμα καὶ κενωτέον τὸ φερόμενον ἐπὶ τὸ ἧπαρ αἷμα: reuellendus, atque euacuandus, qui ad iecur fertur, sanguis: iterum iam hîc quoque eadem opera, eodemq́; remedij genere, inita ratione: ut simul maior non fiat phlegmone, quod præcauentis, prouidentisq́; est, simul vt facta iam dempta minuatur ex parte, quod curantis

Ἀντισπᾶν γὰρ χρὴ τῶν ἀρχομένων ῥευματίζεσθαι, πορρωτάτω τὸ πλεῖστον, οὐχ ἕλκειν ἐπ' αὐτά. *Siquidem longißimè reuellere à partibus, quæ infestari fluxione incipiunt, opus est, minime verò ad eas trahere.*) Ne scilicet cõtra Hippocratis præceptum fiat, quarto de ratione victus in morbis acutis libro præcipientis idem, his uerbis, ὁκόσοισι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα, ἐν ἀρχῇ τῶν νούσων εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντείνοντος, καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ἀφαιρέουσιν, οὐ γὰρ δέχεται ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος, τὰ δ' ἀντέχοντα τῷ νοσήματι, καὶ ὑγιεινὰ συντήκουσιν. atq́; hoc, de eo, quod ad purgationes attinet, de quibus hîc quoq́; dicitur, & de urinam simul cientibus medicamentis, in renũ, aut uesicæ affectibus inchoantibus phlegmonosis. Nam quod ad uenæ in his sectionem spectat, sanè non diuersa in eo pariter erit consideratio: quippè de ea quoq́; præceptum habemus ab Hippocrate eodem, longissimè interdum à parte affici solita adigendum esse cultellum incidendę uenę. Quod quamuis principaliter accipiendum de his sit, in quibus nondum subortum in corpore mali quicquã fuerit, & ne suboriatur, prouidemus tantũ, ac præcauemus: intelligi tamen nõ minus de ijs debet, in quorũ iam corporib. morbi initia iam ceperint, ὡς ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ἤδη πάσχειν, ait Galenus in Therapeutico per venæ sectionem: & suprà hoc eodem in loco, affecta iam manu, nempe κακωθείσης, vt ibidem dicit, crura sumit, in quibus aut incidatur vena, aut scarificatio fiat. Quod quum annotatum à nobis iam tum, quum ad id loci uenissemus, ad ea, quæ tunc proponebantur, vt opinor, non incommodè fuerit, non commode minus hic pariter annotandum, ad rem hanc fuit.

Ὅσα δὲ κατὰ τὴν φάρυγγα καὶ γαργαρεῶνα, ἢ τὴν ὑπερῴαν.) Hoc loco quid inter γαργαρεῶνα, & ὑπερῴαν discriminis sit, non uideo in græcorũ libris, & aliquid tamẽ posuisse uidet̃ Galenus, interposita disiunctiua particula ἢ, inter utrũq́; nomẽ, raro solitus vocib. vti idẽ significãtibus duabus: & voci φάρυγγα γαργαρεῶνα addens, intermedia cõiunctiua particula καὶ, quasi idẽ uel nõ diuersum multũ significet utrũque, nisi fortè γαργαρεῶνα ꝓ inferiore palati vicinaq́; magis faucibus parte accipiamus, quòd hãc φάρυγγα addiderit Galenus, ὑπερῴαν verò ꝓ superiore, ut habet Græcorum natio rerum plurium priuatim magis significata quædam, quàm latinorum: quod tamen affirmare non ausim. Interpres quidem utrumq́; eodem nomine reddidit, palatũ dicens, nec aliter potuit melius, vir cõprimis doctus.

Ἢ ἐμέτοις τῶν κατὰ τὸν στόμαχον. *Vel vomitum, affectis ventriculi partibus.*) Attendendum diligenter hoc: nam contrarium fere fieri uideo, inconsiderate nimis. Quod si στόμαχον in propria significatione sua accipiamus, ut gula sit, perinde errabitur, si idem fiat.

Εἰ δ' ἧπαρ, ἢ θώραξ, ἢ πνεύμων, ἢ καρδία, τὴν ἔνδον. *Quòd si iecur, aut thorax, aut pulmo, aut cor, internam.*) Ac iecore quidem affecto, dextri semper brachij, reuellendo, euacuandoq́ue inde simul sanguine, ut prædictum iam, & dicetur mox. Thorace autem non semper, nec nisi in dextri lateris pleuritide, in sinistri autẽ, ut κατ' ἴξιν, & κατ' εὐθὺ illud seruetur, sinistri itidem arripienda erit uena ad secandum.

Nam

Nam in peripneumonico affectu, quoniam pulmones peræquè affici omnes possunt, atque ut altera afficiatur interdum magis pars, sciri certò satis, utra ea sit, non potest, fortasse præstiterit dextri semper cubiti uenam incidisse internam, educendo ita facilius, ueluti ex sanguificationis officina, sanguini. Idem de corde statuendum.

οὐχ ἥκιστα ἡ ἐν τῷ μετώπῳ. *Nec minus sanè, eam, quæ in fronte.*) Meminerimus Hippocratici illius, Dolentem partem capitis posteriorem in fronte recta uena incisa iuuat: qui reuulsionis modus est à Galeno dictus, ἡ τὰς μὲν ὀπίσω, πρόσω, τὰς δ' ἀπὸ πρόσω ὀπίσω: In libello de reuulsione, scarificatione, &c.

οὕτω γοῦν καὶ οἱ τῶν κώλων ὑπ' ἀνθρώπων δεσμοί. *Sic igitur extremarum quoque partium excogitata fuere uincula.*) Hic rursus colligo, Græcis κῶλα propriè dici crura, manusque: partes inquam totas eas, ab humero, ad extremam usque manum, & inguine, ad pedem imum. nec minus ex eo, quod mox dicetur, τῶν μὲν τῶν κατὰ κῶλον μορίων: & ex sequentibus uersibus aliquot. nusquam aũt melius, quàm ex quarto anatomicarum administrationum libro, ubi postquam in prioribus tribus, de partibus his egisset extremis totis, ita scribit inter libri ipsius initia, ἡ διὰ τῶν μετὰ τὴν τῶν κώλων ἀνατομὴν, ἐν τοῖς πρὸ τούτου γεγραμμένην: sine dubio, κῶλα appellans partes, quas diximus.

C A P. XIII.

οὐ μέγα διαφέρει. *Non multum refert.*) Et refert tamen aliquid, quandoquidem ex uitiosi succi cibis, probe quamuis in uentriculo concoctis, adeoque in sanguinem conuersis, alimentum prouenire ex toto laudatum extremis corporis partibus haud poterit. itaque rectè dictum, non multum: & digniorum multò partium respectu intelligendum.

C A P. XV.

τῶν καταπλασμάτων δὲ, μυροβαλάνου πίεσμα. *Cataplasmati verò unguentaria glandis expressum.*) De hoc dictum in superioribus, lib. undecimo, satis: ubi eodem, sicut hic, modo relicta nobis sine interpretatione à Linacro fuere duo hæc, μυροβαλάνου πίεσμα. ostensumque ex capite de glande vnguentaria, Galeni, significari voce hac, post expressionem glandis factam, reliquum quod fit, glandis ipsius carnis, corporisque, esseque hic πίεσμα, quod ibi ἀπόθλιμμα dicitur.

Καὶ μίξαι ποτὲ τὴν ἰλὺν αὐτοῦ. *Misceréque aliquando facem ipsam.*) Vini nimirũ, utpote quæ & adstringendi uirium plus obtineat, & cataplasmatis compositioni futura magis semper accommoda sit.

Ἐγὼ γοῦν καὶ πολύποδον ἔστι ποτὲ συνέψησα τῇ πτισάνῃ, καὶ μέλανος ἐλλεβόρου φλοιόν. *Ego igitur & polypodium quandoque incoxi ptisana, & ellebori nigri corticem.*) Duntaxat in morborum inclinationibus, ne quid relinquatur irrepurgatum, ex affectu: & negotium, quod sæpe fit, exhibeant reliquiæ quædam, præstat interdũ his, uel similibus uti. Nec perterreamur magnopere ellebori mentione, nigri præsertim, minime uiolenti, si non nimis id fiat. Notandum porrò cibis immisceri, ut trahantur ad loca facilius, proinde felicius etiam præstent, quod expectandum ab illis est. Atque id factum quum fuerit, tunc subueniri corporibus purioris cibi alimento debebit.

Καὶ τὴν κολοκυνθίδα, καὶ τὸ λεπτὸν κενταύριον. *Et colocynthida, & tenue centaurium.*) Vtique διὰ τῶν κλυσμάτων, quod paulo ante dicebatur, ex clysterium usu.

C A P. XVI.

Ἄμεινον γὰρ αὐτοῖς ἐστι, μηδ' ὅλως ἐκ ἀναλογισμοῦ τι λαμβάνειν. *Satius namque est, nihil eos ex ratiocinio accipere.*) Sicuti empiricus bonus rationali bono, medicus medico inferior est, notæque (quod probatũ satis à Galeno alibi habem') omnino deterioris: ita ediuerso malus malo, empiricus, inquã, rationali, malus tamẽ minus. falsa. n. ratio malaque, est experiẽtia ipsa peior. falsis quidẽ rationib. adducti, præcipites agimur, multò, quã experiẽtia aliqua decepti magis: cui dubiũ (ut exẽplis nostris agamus) methodicis ipsis, qui eo se nomine nuncupari uolunt, cũ nihil minus

cribrataq; diligenter ex melicrato, cumq; ipso sumetur: efficax inprimis futurum expectorandis crassis uiscidisq; humoribus remedium.

CAP. XIX.

Ἀλλὰ τοῖς συνεχέσι αὐτὴν ἐπιβάλλειν τὴν σικύαν. *Sed continuitate iunctis partibus imponenda cucurbita.*) Suprà non diuersum ab hoc dictum fuisse meminisse debemus, διὰ τῶν συναισθανομένων αὐτῷ: quo dicto significantur corporis partes ita inter se continuatè positæ ut mutuo consentiant, earumquê cùm uasa, tum reliqua etiam, communibus ceu uinculis colligata conspirent, simulq; & aperiantur, moueantq;, & moueantur inuicẽ ueluti consociatæ, ut uterus, & mamillæ.

CAP. XX.

Ἐπειδὴ καὶ ταύτῃ μέμικται τις δύναμις καθαρτική. *Quoniã huic quoq; admixta est purgatoria vis quedã*). Exigua admodum, & quę iecur ultra non feratur, ideo inter κοπρώδη quę dicuntur, stercoraria nimirum medicamenta, reponenda potius.

CAP. XXI.

Ἐκ δὲ τῆς χυμῶν μοχθηρίας ἡ ἄνοια. *Ex humorũ verò uitio demẽtia.*) Cuius quidem uitiositatis, quæ nihil aliud est, quàm prauitas humori addita quædam, quoniã innumeræ species, atq; eæ indicibiles sunt, vt explicari satis, cuiusmodi sint, nequeant: fit propterea, vt tam varia dementiæ ac stultitiæ genera uideamus, cedente corruptione unaquaq; pro corruptelæ diuersitate, ac naturæ, diuersissimas semper species, quas obuersantes sibi imaginatur ut arripiat, & arreptas retineat diu.

Οἱ δὲ ἄνευ μὲν τοῦ σήπεσθαι καταφορὰς βαθείας ἐργάζονται, ἄνευ πυρετῶν, ἃς ὀνομάζουσιν ἀποπληξίας καὶ κάρους, καὶ κατόχας. *Qui si non putrescat, sopores altos facit, citra febrẽ, quos apoplexias vocant, & caros, & catochas.*) Καταφορὰς nomen fecit generale omnibus his: rectè: uideo enim oppositum ab eodem nomen hoc alibi uigilijs, ut nihil esse aliud possit, quàm sopor altus quidam. Sic enim ait secundo commẽtariorũ libro, in prorrheticũ Hippocratis, καταφορὰ γὰρ ἴδιον τῶν τοιούτων, οὐκ ἀγρυπνίαι ὠνόμασται: vt καταφορὰ nobis, & κῶμα, & βαθὺς ὕπνος idem propè sit: ἀγρυπνίαι autẽ ex aduerso his ponantur, simplici uigiliarum nomine, eo quòd uigilias quum dicimus, ferè nimias intelligimus vulgo, primaq; statim consideratione: somnum non itidem. Porrò autem quis, qualisúe morbus sit apoplexia, quis carus, quis catoche, siue catalepsis (idem enim duo hæc sunt) satis determinate explicatum legi poterit ex Galeno, quarto de locis affectis libro, & commentariorum secundo in prorrheticum, ut modo indicauimus. si non putrescat autem, dictum, propter lethargum, & lethargicos affectus, in quibus ex putredine aliqua febris, quæ in modo memoratis affectibus nulla.

CAP. XXII.

Λεαίνειν γὰρ πέφυκε τὰ τοιαῦτα τῶν ὑγρῶν ἁπάσας τὰς τραχύτητας, ὅσαι διὰ ῥεῦμα γίγνονται δριμύ. *Lenire namque humores hi asperitates omnes solent, quas acris fluxio excitarit.*) Quippè naturæ totius contrarietate id fit, tàm temperamenti, quàm substantiæ, & consistentiæ ipsius: quæ duo naturam semper rerum constituere harum uniuersam possunt: acris fluxio caliditatem secum afferet insignem, & indubitatam, fiteritq; itidem indubitãter partium tenuium ualde & penetrabilium, quę consistentia, constitutioq; illius est, uiscidus contrà glutinosusq; humor, & frigidus, & cohærentiũ simul partium est, quæ interceptam cohibere acrioris fluxionis penetrabilitatẽ possint, illiusq; simul caliditatem frigiditate retundere, & asperitatem glutinositate ueluti æquatam complanare, diutiusq; ob idem permanere facile queant, vt mirum non sit, dolores pariter fluxionibus eiusmodi excitatos, sedari inde.

Ἐπικερασθέντος δὲ τοῦ λοιποῦ. *Reliquo autem attemperato.*) per ἐπίκρασιν videlicet toties iam dictam. tollitur enim acrimonia fluxionũ, humorumq; omnium facilè balnei usu retusa, ac dilutior facta exuperantis humoris abundantia, simul & aquæ caliditate temperata. In natiua tamen frigiditate eadem attemperari non difficulter acrimonia poterit, quod nihil aliud est, quàm per ἐπίκρασιν, ut dicebamus, tolli, utiq; dilutione prius facta; id enim quoque fit, sed ἐπίκρασις tamen

men est, & contemperatio, quæ faciat. itaque non male uertisse uideri potest interpres, reliquo uerò diluto, quamuis propriũ magis futurũ fuerit attẽperato.

Ὡς γίνεσθαί ποτε τὸ μὲν ὅλον σῶμα μετρίως διάκεισθαι, κατά τε ποιότητα, καὶ συμμετρίαν χυμῶν. *Vniuersum aliquando corpus mediocriter se habere, quo ad humorum qualitatem, modumque attinet.*) Cauillatori alicui, qui ita fortasse obijciens, cauilletur, quanam fieri ratione possit, ut corpus totũ mediocriter se habeat, si una aliqua, aut duæ suprapositarum partiũ, superfluitates suas, τὴν ἑαυτῶν περιουσίαν, ut mox dicetur, à Galeno, ad ægram trasmittunt: respondendum perinde esse, ac si exceptione usus fuisset Galenus, quòd protinus, diserteque inprimis, unius, uel duarum partium περιουσίαν, quæ redundantia est, addiderit: quasi dixisse illud uolens, τὸ μὲν ὅλον σῶμα τὸ λοιπόν.

Καὶ τὰ χρονίζοντα τῶν ὀφθαλμῶν ῥεύματα θεραπεύομεν, ἀφιστάμενοι μὲν αὐτῶν τῶν ὀφθαλμῶν, ἐπὶ δὲ τὴν τῆς κεφαλῆς ἀφικνούμενοι πρόνοιαν. *Ac diuturnas oculorum fluxiones sanamus, relictis oculis ipsis, atque ad capitis prouisionem accedentes.* Nõ potuit ad rem melius, aut conuenientius dici ab aliquo quicquam, quàm dictum à Platone fuerit, his uerbis in Charmide, λέγουσί που ὅτι οὐκ οἷόν τε αὐτοὺς μόνους ἐπιχειρεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰᾶσθαι, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον εἴη, ἅμα καὶ τὴν κεφαλὴν θεραπεύειν. Platonẽ fuisse medicũ insignem, cum medicis consuetudinem habuisse insignibus, qui non hîc solum, sed alibi plerunque in operibus suis medicorum utatur dictis, fide, exemplis, testimonio, sententijs, ad res suas, de quibus scribat, commodè semper.

Ὡς τὰ πολλὰ μὲν οὖν ἤτοι ψυχρὰ δυσκρασία γίγνεται κατὰ τὴν κεφαλήν, ἢ ὑγρὰ καὶ δηλονότι καὶ ἀμφότεραι συνέρχονται. *Plurimum igitur quidem, aut frigida intemperatura oritur in cerebro, aut humida, uelque simul etiam utraque cõueniunt.*) A frigido natura uiscere, atque humido, quid potest aliud expectari frequentius, quàm eiusdem intemperaturæ uitium, uel per se seorsum, uel coniunctè etiam. facilis est enim omnibus ad sui generis intemperaturam prolapsus uisceri, partique corporis unicuique, quippe antea quoque ad id natura suapte procliui. Fieri nihilominus nonnunquam potest, ut resilientes de corporis mole tota, habituque, uel calidioris temperamẽti parte aliqua, iecinore, puta, uenosoque, atque arterioso genere omni in caput, uapores, fluxionis deinde acrioris ad oculos deriuatæ causa sint.

Ἐνίοτε μὲν οὖν ὁ ἐγκέφαλος ἐκπέμπει τὸ ῥεῦμα. *Interdum igitur cerebrum transmittit fluxum.*) De quo dictum, traditumque fuisse semper existimare debemus, quoties in paulò antè relatis, captis facta fuit mentio.

Καὶ χωρὶς χειρουργίας ἔνεστι ῥῶσαι, φαρμάκοις καταχρίοντα τονωτικοῖς. *Etiam citra chirurgiam roborare licet medicamentis illinendo corroborantibus.*) Huiusmodi medicamenta non alia erunt, quàm quæ temperamentum addũt debilitatæ parti, atque ex debilitate ea suscipiẽdis fluoribus obnoxiæ. Suprà enim dixerat, ἐκ τοῖς ἀτονωτέροις ὑπάρχουσι, ὡς δέχεσθαι τὴν τῶν ἄλλων περιουσίαν. imbecillibus sic, ut uasorum aliorum redundantiam excipiant. Porrò scimus ex probatis alibi, debilitatem addi partibus ab intemperamento aliquo, sicuti robur à temperamento, si ad id reuocẽtur. Ergo pro intemperamenti diuersitate, diuerse pariter corroborabuntur, ut in paulò calidiore fluxione unguentis illinendæ partes sine refrigerantibus, cuiusmodi multa sunt: in frigidiore, calefacientibus, non minus multis, inter quæ & rubificantia, & quæ μετασυγκριτικά nominantur, reponi rectè possunt.

Ὡς τὰ πολλὰ μὲν οὖν ἀνάγκασται, τῆς ἐκτμηθείσης ἀρτηρίας τὰ καταλειπόμενα μόρια πρὸς τὸ συνεχὲς ἀμφοτέρων. *Plurimum quidem excisa arteria, quæ factæ reliquæ fuerint, partes ad continuas sibi retrahuntur utraque.*) Quod quidem præstãt, excisa arteriæ in medio portione, reliquæ arteriæ eiusdẽ partes hinc atque hinc, si ad continuas sibi retrahantur, ut sanguinis ex arterijs fluxio cohibita, arceatur, abdentibus sese alterius retractione ea arterijs, & oris extremis, qua parte abscissæ sunt, occlusis ita, circumiectaque carne obturatis, ut in membri parte aliqua mutilatis euenit. Quod nisi fieret, & non tota discissa, sed media fortè tantum arteria foret, in promtu esset ἀνεύρυσμα, atrox malum.

Η τῶν γειτονῶν ὀνομαζομένων. *Eorum, quæ Gaietana vocantur.*) Opinatus aliquando fui, fides chordasque significari hoc nomine eas, quæ musico instrumento, leutum quod uocant, inducuntur, ex animalium neruis eductæ, concinnatæque, nomine passim adhuc uocantur parum ab hoc deflexo, uulgo Gauete: & materia est, corrumpi, aut putrescere non admodum facilis. nihil tamen statuo.

IN LIB. XIIII. THERAPEVTICES METHODI.

CAP. I.

Α Σ' ἔχουσι μεταξὺ τῶν συνθέντων αὐτὰ ὁμοιομερῶν σωμάτων. *Quæ habēt inter corpora similaria, ex quib. cōstituuntur.*) Corpora hæc sunt musculorum ipsorū ceu πλέγματα, membranosis, ac tenuissimis, aranearum instar, telis intextum, interstinctumque totum, ut uidere est quotidie in carnibus mensæ impositis, dum me diæ inciduntur: faciunt telæ hę, distinguūntque spatia, mearusque per musculorum substantiam totam exiguos quidem illos, sed perspici tamen qui possint, & in quos effusus de venis sanguis recipi facile soleat, ad phlegmones generationē.

CAP. III.

Δεύτερα δὲ διαφορητικῶν ἔξω, κατὰ τὴν ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοήν. *Secunda, quum foras discutimus, per sensibus occultam transpirationem.*) At in phlegmone superiore libro, per manifestas quoque, ex plegmone correptis partibus effluxiones faciendum id esse præceperat, ut quęrenda causa sit, cur non idem in erysipelate faciē dum iusserit, quæ in aperto satis est. Nam, quū erysipelas alterari magis refrigerantibus, quàm euacuari postulet, eo quod tenui satis humore constet, satis illi esse posse uidebitur facta per sensum nostrum fugientem difflationem, uacuatio. Quòd si quando scarificari partes erysipelate correptas videmus nō inutiliter, quæ tamen manifesta uacuatio est, non propterea falsum dixisse Galenum credemus. id enim in refrigerato iam erysipelate, ac liuescente membro fit necessariò, quo tempore dici ulterius erysipelas, uero quidem nomine, non possit, Galeno eodem authore, paulò post hoc dicturo, & capite de Corianno in hūc modū scribente, ὅτι γὰρ erysipelas οὐ κλητέον, ὅταν οἴχεται τὸ φλογῶδες αὐτοῦ, καὶ ζέον, καὶ χολῶδες: nec nominandum erysipelas est, quum flammeum eius, æstuāsque & biliosum recesserit. Ita sanè erysipelas, dum erysipelas est, tantisper non egebit uacuatione manifesta: locus inquam erysipelatis. Namque uacuari corpus eo casu detracta bile posse, ac debere, nemini esse dubium debet, & præcipientem idipsum Galenum audiemus mox.

CAP. IIII.

Αμεινον χρῶσθαι τούτῳ διὰ τῶν καλουμένων πρὸς τὴν πολλῶν ἐλλυχνίων. *Vti melius eo quod elychnium vocant.*) Elychnia nostro quoque tempore meliora, nobilioraque ex gossipio fiunt, siue xyli lanugine, ut dubitandum non sit quin de hoc intelligi dictū debeat: quamuis elychnium tantum dixerit, nec proprium nomen protulerit, ignotum sibi: sicuti nec alibi quidē mentionem fecit illius ullam, nec Discorides ipse. & Plinius tamē meminit, vt de Dioscoride nō perinde mirū, quàm de Galeno sit, qui quum multis post Plinium annis uixerit, habuisse melius nomē debuit: sed quum nullus tunc fortè maior esset rei huius, quàm ad paranda elychnia usus, potuit facilè hoc nomine notius, ac cognitione maiore circumferri, quàm proprio.

Ου τὴν σύνθεσιν ἔχεις ἐν τῇ περὶ τῶν φαρμάκων πραγματείᾳ. *Cuius compositionem habes in opere de medicamentis.*) Quærendum ex Galeno, medicisque alijs passim.

Εοικα δὲ καὶ τετάρτην ἄλλην ποιήσειν. *Habeo autem in animo, quartam etiam cōficere.*) Quam quidem si confecit, ea erit, quæ de medicamentorum compositione secundum locos inscribitur. Quod autem dixit, καὶ μετὰ ταύτην ἡ περὶ τῆς συνθέσεως

Ἐπὶ δὲ τῷ τέλει τοῖς θερμαίνουσι, καὶ ξηραίνουσι χρῆσθαι. *Sub finem calefacientibus, & sic cantibus utendum esse.*) Vt quamuis morborum initio quorũdam, quos prauus uitiosusq; humor fecerit, refrigerandum sit, in fine tamen excalfaciamus, neq; hoc solum, sed etiam desiccemus, absumẽdis melius humorum reliquijs. nihil enim quæritur ex his aliud, quàm illorum cõsumptio: simul, quamuis affectus hosce, calidior natura humor aliquis genuerit, ad extremum tamẽ caliditas ea paulatim amissa euanescit, succedente frigiditate interdũ, & crassitie, quæ calorificis, resiccantibus atque incidentibus egeant, ut discutiantur, erysipelatum liuescentium iam exemplo, in quibus sæpissime hoc ipsum fit, ac fieri in capitis quoq; affectibus quibusdam debere admoniti fuimus superiore libro, quo loco lethargum, & phrenitidem, diuersissimos affectus, inclinante iam morbo eandem requirere curationis formulam scripsit, calefaciẽtium uidelicet usum, et affectus reliquias discutientium: quamuis ipsa phrenitis in principio frigida potius, & morbi eiusmodi feruore reprimentia postulasset.

CAP. VIII.

Εἰς ἑσπέραν δοθέντος τοῦ φαρμάκου. *Sub uesperam dato medicamẽto.*) Vesperi quũ inuisisset ægrotum Galenus, & non leue esset malum, ac remedium non differendum, sed pręsentaneum aliquod exposceret, uesperi pariter, quum diei adhuc, quodcunq; id anni fuerit tempus, horæ superessent duæ, dare medicamentum purgans coactus est, ne fortè argumẽtum sibi sumat ex hoc aliquis, faciendum hoc perpetuò esse: faciendum enim non est, nisi quum causæ aliquid subsit, quamobrem facere ita expediat.

Ἀλλὰ διά γε τῆς νυκτὸς ἐναργὲς κατὰ ὄναρ αὐτῷ γενόμενον. *Verùm nocte ea euidentissimum illi insomnium.*) Apparet ex multis iam locis, Galenum nõ parum insomnijs tribuisse fidei semp: possimũ uero in ijs, quæ ad remedij alicuius inquisitionẽ nouã aliquã ptinent, quãuis hic excogitatũ prius à Galeno insomniũ cõfirmarit.

CAP. IX.

Τὸ μὲν οὖν ἐπιῤῥεῖν τινὰ κυρίως ἅπασι τοῖς τοιούτοις. *Ergo quod aliquis tumoribus his humor semper influat.*) Nam inuenti fuere nostro quoq; tempore, qui contrarium scripserint: rati posse ex humore inibi tantum in parte, quę afficitur, genito, humorẽ excitari præter naturã aliquẽ. Quod quidem à ueri prorsus similitudine abest multũ. nõ eñ uerisimile, à uicinis circũiectisq; partib. adeoq; à paulò remotis magis, nõ etiã aliquid influere missum, tractũue, si modo uera sit corporis cõfluxio totius, conspiratioq; Hippocratica illa, ut esse uerissimã credimus.

Μηδὲ καὶ τῶν μυῶν. *Vt ne ipsi quidem mures.*) Ita interpretatus est Linacer, rectẽ si scriptũ est μυῶν. mihi placeret magis, si μυιῶν scriberetur, ut muscæ nobis significarentur, quæ ne ipsæ quidem aduolent ad bilem atram hanc gustandam, solitæ alioqui auide appetere succos huiusmodi, eritq; de muscis dictũ, quòd uideri quotidie, cert q; perspici oculis possit: de muribus nõ itẽ. At fides per certa, ac manifesta facta melior. Rogatum hoc loco uolumus lectorẽ, annotatiunculas, quæ huiusmodi interdum occurrunt, si cui leuidensis nimium operę, uisæ forte fuerint, boni consulat. Nos enim usum tantummodo quætimus nostro hoc labore, & emaculatum Galenum uellemus, remorisq; ac difficultatibus euolutum omnibus, si fieri id posset etiam non magnis: securi captandæ ex eo gloriæ alicuius, aut popularis auræ, aut fumi, & quicquid tale est, prorsus.

Καὶ καλεῖται τὸ γιγνόμενον, ὥς που καὶ Πλάτων ἔφη, ζέσις, καὶ ζύμωσις. *Vocaturq; quod fit, ut quodam loco inquit Plato, feruor, & fermentatio.*) Plato in Timęo, ubi de saporũ differẽtijs agit, uerba hæc quoq; adscripsit, τὰ δὲ τῆς γεώδους ὁμοῦ κινούμενα, καὶ αἰρόμενα ζέσιν τε καὶ ζύμωσιν. ζέσιν feruorem interpretari possumus, & ebullitionem.

Καὶ ὡς οὗτοι ἐν χρόνῳ πλείονι σηπομένου τοῦ χυμοῦ, διὰ τὸ ἐν τοῖς ἀγγείοις σφηνοῦσθαι ἑλκοῦσι. *Et quòd hi tempore post putrescente, quoniam impactus in uasis sit, humore, exulcerantur.*) Quo quidem tempore non iam amplius dici ab humore tumor factus melancholico debebit, dumtaxat μελαγχολικὸς χυμὸς proprie nominari, esseq; qui

posſit ſed μέλαινα χολὴ propriè magis multò, quippe in quam humor melancholicus ille degenerauerit, putredine accepta.

ἡ ξενὸς τῶν συνθέτων, οἷόν περ ἐστὶ καὶ τὸ ἡμέτερον, συγκείμενον ἐκ δυοῖν καὶ τριάκοντα ἁπλῶν φαρμάκων. *Cuiuſmodi noſtrum quoq; eſt, compoſitum ex duobus et triginta ſimplicibus medicamentis.*) Inuenio apud Auctuarium, Hieræ compoſitionē Galeni authoris nomine ad melãcholicos affectus, & comitiales, ex ſimplicibus medicamētis triginta duobus conflatam, ſi ſpica in ea ſemel tantum accipiatur. Videtur enim errore omnino aliquo irrepſiſſe bis in ſcripturam compoſitionis ipſius, quæ hæc recipit medicamēta. Adſcribam autē ſine ponderũ nominibus, quoniã nõ eſt neceſſarium nunc, cũ peti ex auctuario ipſo ſemp poſsint. ſunt autē iſta: colocynthis, ſcylla, ſpica, iũcus odoratus, poliũ, pulegiũ, aiuga, euphorbiũ, Gētiana, Agaricum, Ammoniacũ, Veratrũ nigrũ, ſcãmoniũ, Hypericũ, epithymũ, filicula, Bdelliũ, Aloe, Trixago, Myrrha, Caſia, porrũ, piper longũ, piper nigrũ & albũ, ſagapenum, crocũ, ariſtolochia utraq;, cinamomũ, panacis lacryma, caſtoreũ, petroſelinũ, zingiber: triginta duo in totum, ſi in cõpoſitionem, ut par eſt, utraq; Ariſtolochia pro una accipiatur, quod fieri in piperũ generib. nõ æquè poteſt, diuerſi inter ſe magis generis, atq; etiã diuerſarũ plantarum: quæ quũ duæ ſint, piper longũ ferens vna, & albũ nigrumq; ſimul altera, ſic duo tãtum ponentur hîc piperis genera, ut numerus ille exeat. Excipiuntur autem omnia melle deſpumato, uel paſſo, uel uino dulci. Hoc uidetur mihi pro eo, cuius hîc meminit, & ſuum appellat Galenus, haberi poſſe, cõpoſito ad affectus hos medicamēto, præſertim cùm in Galeni libris, quod ſciam, inuenire non ſit aliã, quæ magis ad uſus hos accedat, cõpoſitionem, quã hæc ſit, cùm ob multa alia, tũ veratrũ inprimis, & epithymũ, & filiculam, nempe polypodium ipſum.

ἀλλὰ τὴν τούτων ὕλην ἐν ἑτέροις ἔχεις γεγραμμένην. *At horum quidem materiam in alÿs habes deſcriptam.*) Vtiq; ſimplicium. nam compoſitorum ego per me inuenire non poſſum, quæ loco huic ſatis reſpondeant.

CAP. X

Καταπυκνῶσαι τὸ μέρος. *Denſantes partem.*) Non quidem, ut cutaneæ particulę illius meatus denſentur: contrà enim potius fit, exulcerata nempe cute ipſa: ſed puſtulis denſari dixit paruis, ut denſam ſæpe ſegetem dicimus.

Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον ἐκείνων, οἷς ἐρυσιπελατώδης ἐστὶν ἡ φλεγμονή. *Sed magis adhuc, quã illis, quibus eryſipelatoſa phlegmone adeſt.*) Propterea quòd affectus ὑπὸ χυμοῦ παχέος, καὶ ζέοντος, vt iam dictum fuit, ab humore craſſo feruenteq;, & ebulliēte excitetur: quod quum in materia factum fuerit craſſa, denſaq;, ſine dubio, maior feruor ille, & ebullitio ſequetur, permanebitq; diutius. At phlegmone eryſipelatoſa, quamuis humorem habeat additum, natura ſua bene calidum, bilem flauam, tenuis tamē idem atq; exhalatu facilis, nec tantum concipiet ignis, nec tã diu retinebit: proinde febrē quoq; non tã intenſam facturus eſſe videt humor is.

πλὴν εἰ μή τι τῶν ἄλλων τι προσείη, τῶν κωλυόντων φλεβοτομεῖν. *Niſi verò aliquid aliud adſit, quod ſecari venam prohibeat.*) Quorum omnium maximum, ac potiſsimum eſt, ſi inuentę uires fuerint imbecilles, & propter quod inter initia libri de Boni & mali ſucci cibis in ſui temporis peſtilitate, quam ibi deſcribit, paucíſsimis mittere ſanguinem audebãt medici, idq; non abs re. ἐδεδίεσαν γὰρ εἰκότως, inquit, χρῆσθαι τῷ βοηθήματι, διὰ τὸ προκαταλελύσθαι τὴν δύναμιν: quòd iam antea reſolutæ eſſent vires. Ergo cũ ſciret in peſtilentib. morbis, magisq; adhuc in peſtilentia ipſa facilè reſolutũ, debilitatumq; in uires, de carbũculis in peſte loquutus, admonitos voluit de hoc. Nanque alias nõ ualde neceſſariũ hoc ipſum addidiſſe fuerat, eo quòd etiam ſi nõ dicatur, intelligendum ſemper ſit, modò uires ualidę ſint, excepta puerili ętate. At in uirium robore, cui dubium mittendũ eſſe ſanguinem, quo maior ebullitio humorum, eo magis, & quo maiore tunc opus eſt refrigeratione inflammationis maximæ. Sed aduertendum debilitari ſtatim uires ſæpe in his, peſtibus nimirum, uel ſi tunc, primoq; debiles non uideantur.

CAP.

C A P. XI.

γίνονται δ' αὐτοῖς ἐκ σκιρρωθέντων ἀδένων. *Fiunt aūt hæ duratis adenibus.*) Cum glandes ſcirrhoſum tumorē acceperint, χοιράδες eæ erūt, vulgò iam ſcrophulas dicimus, Græci nominis ſimilitudine, quod Latinis ſcrofa, ſus fœmina ſit, quæ Græcis promiſcua tamen uoce χοῖρος eſt: inde χοιράδες dictæ, infeſtari enim morbo eo animal id ſæpius ſolere; obſeruatum iam eſſe aiunt. Solent hæ collum, uel partes eas circum occupare, maiori ex parte.

C A P. XII.

Καὶ γὰρ ὀνύχων, καὶ τριχῶν, καὶ ὀστῶν, καὶ ὀστράκων, καὶ λίθων, καὶ πώρων θραύμασιν, εὑρέθη τινὰ σώματα παραπλήσια. *Etenim unguibus, pilis, oſsibus, teſtis, lapidibus, & pororum fragmentis, inuenta in his fuere corpuſcula ſimilia.*) Hinc factum fuiſſe crediderim, ut cùm reuera inuenirētur in corporibus iſta, quippe in abſceſsibus quibuſdā, multi deinde rerum miracula huiuſmodi quædam circumferrent impoſtores; nugas maximas uenditantes vulgi credulitati, credi ꝗ ſibi uolentes, uomitionibus reiecta aut per aluum deiecta non modo eiuſmodi, ſed acus, cultros, clauorum ꝗ fruſtilla, capillorum globos, tum glomerata quędā inter ſe miris modis: quæ quum nobis aliquando oſtenderentur à Principibus viris maximis, idem iam perſuaſis, neque nos aſſenſum facile noſtrum præberemus, uiſi fuimus illis inepti, rerum ꝗ imperiti.

ἢ σήψαι πᾶν, ἢ ἐκτεμεῖν. *Vel putreſacere totum, vel excindere.*) Putrefacientia intelligenda ea, quæ σηπτικὰ proprie uocantur, & putrefactorum ſubſtantiam abſumunt totam, minime uero putrefactam relinquunt: quę eadem erodētia quoꝗ dicere medici conſueuerunt, quæ ꝗ multa tum ueteribus fuere, tum uerò noſtrâ etiam tempeſtate non pauciora, abſque doloris ſenſu ullo, uel eo certè exiguo id ſæpe præſtantia.

ὁ διὰ τῆς κρητικῆς καλαμίνθης σκευαζόμενον. *Quod ex Cretica calamintha paratur.*) Opinor, cuius deſcriptionem libro quarto de ſanitate tuenda exhibitam nobis habemus à Galeno.

C A P. XIII.

ὡς ἐπὶ καρκίνου τε, καὶ τῶν ἀθεραπεύτων ἁπάντων ἑλκῶν. *Vt in cancro, & immedicabilibus ulceribus omnibus.*) Nam & cancrum quum excindimus totum, & inſanabilia ulcera quædam, carnis ſimul multum, partium ꝗ corporis ſecundum naturam, quas affectus iam hi occupauerant, abſcindere cogimur.

οἷον δ' Ἱπποκράτης ἔγραψε κατὰ τὸ προγνωστικόν. *Sed qualem Hippocrates deſcripſit in prognoſticis.*) propè libri finē Hippocratis uerba hæc ſunt, τὰς δὲ γαργαρεῶνας ἐπικινδύνως, καὶ ἀποτέμνειν, καὶ ἀποσχάζειν, ἕως ἂν ἐρυθροὶ τε ὦσι, καὶ μεγάλοι. & mox, ὁπόταν δὲ ἀποκριθῇ ἤδη πᾶν, ὃ δὴ σταφυλὴν καλέουσι, καὶ γένηται τὸ μὲν ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος μεῖζον τε, καὶ περιφερὲς, τὸ δ' ἀνωτέρω λεπτότερον.

καὶ ἐγκανθίδες. *Es encanthides.*) Oculi uitium, uel prope oculum in maiore ad naſum angulo carunculæ excreſcentia, encanthis eſt.

ἐπεὶ δὲ τετάρτην ἄλλην ἄμεινον εἶναι δοκεῖ τοῖς τρισὶ πραγματείαις. *Quoniā quartā aliam tribus ut adijciamus, melius eſſe uidetur.*) Tres dicit, quas etiam ſupra eodem lib. hoc retulit, de ſimplicium medicamentorum facultatibus, & horum compoſitionibus, & de facilè parabilibus. quartam, quam hoc loco pollicetur, exhibuiſſe nobis uideri poteſt in opere de compoſitione medicamentorum ſecundùm locos. niſi uerò quis contendere uelit, hoc quoꝗ opus eo cōtineri, quód ſupra ſecundo loco dixerat, καὶ μετὰ ταύτην, ἡ περὶ τῆς συνθέσεως αὐτῶν, de compoſitione abſolute: ut ideo de compoſitione ſecundū locos pariter eo cōtineri credi poſſit. Cæterùm, cùm quarto hoc opere traditurum ſe περὶ τῶν κοινῶν, καὶ ἰδίων ἑκάστῳ μορίῳ, καὶ πάθει φαρμάκων promiſerit, idꝗ in de ſecundùm locos compoſitione fecerit, eſſe quartum illud, hoc fateri cogimur. Deſiderantur tamen interea eorū, quibus repurgari detrahiꝗ corporibus humores multi uarijꝗ debeant, medicamentorum compoſitiones non paucæ, quas præter paucas omnino quaſdā, non habemus à Galeno quidem ipſo præſtitas nobis, ſed ab alijs mendicamur:

Sicuti sanè nec quod hic promisit, de chirurgica medicinæ parte se facturum, præstitit, quód quidem usquam appareat.

CAP. XIIII.

Καὶ ἄπερ συνεχῶς μὲν τοῦτα, σπανίως δ' ἐγίνετο τὰ κατορθώματα. *Ac siquidem assiduæ fierent hæc, rara autem essent recte facta.*) Κατόρθωμα rectum est, siue recté factum, quod actioni accommodari omni potest, finem adeptæ suum rectum: propriè tamen κατορθώματα recté factorum sunt in uitæ communione, mutuisq; hominū inter se officijs, de quibus scripti sunt á M. Tullio libri tres. Hic recte facta naturæ potissimum formatricis κατορθώματα dicuntur á Galeno, ut argumentum construat huiusmodi, quo probatum cupit, non primó, neque per se, sed secundó, atq; ex accidente expeti á nobis, quod secundum naturam est: primam autem ac per seipsam actionem esse, quæ expetatur, posito eo prius, quod negari non potest: & quotidie experimur, opera naturæ omnia, quæq; secundum naturam eduntur plurimum eodem modo, maioriq; semper ex parte fieri. vt digitos quinq; manus nostra quód habeat, perpetuum ferè est: at sextus digitus ut addatur á natura, uel auferatur quintus, id uero contingere multo rarius uidemus. Quód si econtrario eueniret, ut multo plures inuenirentur, qui sex, quattuorúe tantum in manu digitos haberēt, pauciores essent qui quinq;, iam tum id, quoniam á natura fieret (positum enim est prius, naturalia opera, frequentiora multó, quàm præternaturalia esse) si quod secundum naturam est, expeteremus primó, retinendum nobis necessario foret, quamuis actionibus, functionibusq; nostris, quas manibus obimus, impediremur. Quód si functionibus impeditis necessarió sextus amouendus esset digitus, aut quærendus quintus, si quattuor tantum essent, contrarium faceremus, quàm quod naturæ opera exigant, quippe quæ nón seruaremus, tueremurque, sed abijceremus, non seruato, puta, quinto digito, qui secundùm naturam non esset, sed abiecto. Sic quidem in naturæ operibus contrarium faceremus, ut quum seruata ea & custodita, retinere debeamus, tolleremus de medio. τοὐναντίον ἂν εἴη τῶν τῆς φύσεως ἔργων ἐπράττομεν, οὐ φυλάττοντες ὥσπερ νῦν, ἀλλ' ἀναιροῦντες αὐτά. Vtroq; igitur modo in operibus naturæ contrariū faciemus, eius, quod nūc facimus, id est, quod facere debemus, & facere soliti sumus: si id, quod secundùm naturā est, ipsum per seipsum solum spectarimus, non etiam actionem: &, quód sex, aut quattuor digitos, si uisi, qua modó diximus ratione, secūdum naturam fuerint, expetentes, actiones impeditas manuum habituri simus: & quód si, ut expeditas eás habeamus, quinq; tantummodo expetemus, non custodituri sumus, quod secundum naturam erat, sextum nempe digitum, aut quartum, sed quintum exposcituri, quod præter naturam. Nunc quum, quod secundum naturam est, habituri non simus, nisi actiones quoque edat commodas; cessant hæc omnia, nec inconuenientis quicquam incurremus, & actionem semper primó spectabimus ipsam.

CAP. XV.

Προηγησαμένης ἤτοι τῆς παραλύσεως, ἢ δυσκρασίας μορίου. *Præcedente vel partis resolutione, vel intemperatura eiusdem.*) Quorum utrumq; priuare alimento iusto suo potest partem: neruorum resolutio, quód cessante motu, segnes unā quoq; redduntur naturales facultates omnes, torpentq; innati caloris paucitate, qui motu mediocri uentilatus excitari solitus erat: itaq; ne attrahet quidem alimentum ad se pars, quod debet, attractricis facultatis segnitia, quæ, quamquā proprietate sua agat, calore tamen, motuq; excitata agit melius: intemperatura autē, quæcunq; ea fuerit, si modum excesserit, multùm simul partem debilitarit semper, & frigidior quidem, non quod satis sit traxerit alimenti: calidior autem itidem supra modum euecta, tractum quod fuerit, dissipatum resoluet, ac gracilem

reddet

reddet partem, inuecta atrophia, tametsi dicenda proprie magis atrophia ea fuerit, in qua, aliqua de causa, alimentum partibus non accedit.

Θεραπεύσεις δ' ὑπερβάλλουσαν εὐσαρκίαν παράμενον. *Iis tu quoq; quum nimiam obesitatem curabis*) Interpres & in superioribus πολυσαρκίαν non semel, & ὑπερβάλλουσαν εὐσαρκίαν nunc, obesitatem nimiam uertit, quum πολυσαρκία, & ὑπερβάλλουσα εὐσαρκία, ut uoces quoq; indicant ipsæ, nimietatem tantũ corporis, carnisq;, quã ipsam pariter corpus uocamus, notent, & quę esse nimię, sine pinguedinis tamen nimietate, ac cũ naturali solũ huius quantitate possunt: sicuti e diuerso pinguitudinis quosdã, quã carnis multo habere plus animaduertere sępe licet, ea ratione, quam in secundo de temperamentis libro docemur. At obesitas utrumq; comprehendit, ut ideo non sanè multum referat ita uertisse, præsertim uerò, quum eadem utriq; corporis conditioni competere remedia, sanandiq; modi posint. Sed si tamen obturare ritè differentiam, quæ non obscura in his est, uoluerimus, dici πολυσαρκία carnositas multa, & ὑπερβάλλουσα εὐσαρκία, excedens modum carnositas, recte satis, neq; Latinè minus poterit: uel si dictiones duæ non placcerent, corpulentia esset, qua idem significaretur, nec conueniens minus nec Latina minus uox, quando carnem Latinis corporis quoque significari nomine diximus. Obesitas autem Gręcis melius erit παχύτης, quonim παχεῖς dicti hi fuisse uidentur ab Hippocrate aliquando. οἱ παχεῖς, inquit, σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθανατώτεροι: in aphorismis.

Τοῖς δὲ ὑδατώδεσι χρῆσθαι, τουτέστι τοῖς λευκοῖς μὲν τῇ χρόᾳ, λεπτοῖς δὲ κατὰ τὴν σύστασιν, ἢ τοῖς θαλάττῃ μεμιγμένοις. *Vti verò aquosis, hoc est, calore albis, consistentia verò tenuibus, vel marina aqua admixtis.*) Tanquã multo minus nutrientibus uinis omnibus his; albis quippe & tenuibus, discedentibus de corpore citô, multumq; secum deuehentibus humorum semper, & alimenti relinquentibus parum. Quibus autem admixtum mare est, maris similiter naturam referentibus, quę calida est, & sicca, cuiusmodi esse debent alimenta simul, & medicamenta extenuandis corporibus idonea, indicatum paulò antè fuerat.

CAP. XVII.

Ἐν θέρει δὲ ἅπαξ ἀρκεῖ. *Aestate uero semel satis.*) Quia si factũ plus semel fuerit, quod prius tractum alimenti ad partem fuerit, iam iam nutriturum, & gracilitati illius subuenturum, propter adapertos æstatis tempore cutis meatus, circumiectumq; nobis aerem calidum, iterum si fiat, discussum statim resoluetur, priuans alimento locum mox nutriendum. At hyeme non ea suspicio.

Ὡς καὶ Ἱπποκράτης ἔλεγεν. *Vt Hippocrates etiam dicebat.*) κατ' ἰητρεῖον, uel de officio medici.

Αὐτίκα δ' ἐξ ὀξυμέλιτος διδόναι κάππαριν ἐν ἀρχῇ τῆς τροφῆς. *Protinus vt capparis detur ex oxymelite, in principio mensa.*) Noui quibus non parum auxilij attulerit sumptus ex acetario capparis ante alios cibos, insperso sacharo, manè ac uesperi.

Καὶ πλέον ἤδη κατεψυγμένοις. *Ac plus iam refrigeratis.*) Id quod mirum uideri non debet, & fit facile. destitutæ enim alimento suo partes, quod ex sanguine accedit, simul calore suo destituuntur innato, qui cum sanguine, & spiritibus, adesse partibus semper solet.

Μετὰ τὴν καθάρσεις, πρῶτον μὲν ὅλον τὸ σῶμα, δεύτερον δὲ τὴν κεφαλήν. *Ita, vt primò corpus totum, deinde caput purges.*) Vniuersalẽ, corporisq; totius uacuationẽ appellant medici uenę imprimis sectionem, tum & repurgationem itidem totius, cũ ęqualit humores partib. corporis ex omnibus purgati detrahũtur. Quòd si ex omnib. utiq; etiã ex capite: sed interdũ non satis in rebelli affectu, sanatuq; difficili. Et priuatim repurgandum sępe caput, si in capite affectus cõstiterit, ueluti in alijs aliæ corporis partes, lociq;. Ac sicut in uenę sectionib. fit, ut aliæ de uniuersa corporis totius mole habituq; uacuẽt, ueluti ex iecoraria copiosus si mittatur sanguis; aliæ ex particula aliqua, ut de capite, si ex humerali: ita purgantiũ

stulas paruas illas excitet primò, tum & disruptis illis, emisso q; bilioso humore sequantur ulcuscula pariter.

Καὶ τὰ χωρὶς τῆς συστολῆς ψύχοντα. *Et quæ citra adstrictionem refrigerāt.*) Vt aqua ipsa aqueaq; cuncta, quæq; actu, & in præsenti frigida sunt, etiam si aliâs ex calfacientibus essent. refugit enim sanguis, calorq; innatus, frigidorum semper oc cursum: repulsusq; ita, trahit secum alia.

Πάμπολλα γὰρ ἐπινοεῖται μέχρι τήμερον, ἃ τοῖς παλαιοῖς οὐχ εὕρηται. *Igitur plurima hodieq; excogitātur, veterib. adhuc non inuenta.*) Inuitamur à Galenô ad ditandā medicinam inuentionibus nouis, sed utilibus. Quod quidem magis faciendū est, eritq; semper, quoniam, ut multa inueniantur nūc, non pauca interea pereunt inuentorum prius. Atq; haud scio, an paria facere cum amissis, nouorum inuētione possimus: eorum dico, quæ ad curandi rationes, & artificij totius formā las quasdam attinent. Nam instrumentorum quorundam supellectile, & medicamentorum numero, ausim etiam dignitate, & securitate dixisse, superamus sine dubio: afferri præsertim ad nos cœptis insuper ex inuēta nostro tempore, quasi alterius iam orbis cuiusdam regione, medicamentis non paucis, quæ ad usus, rationesq; medicas nostras feliciter, bonoq; sæpe cum successu desumpta uocamus.

Καὶ τοῦτο ὁ λογισμὸς εὗρεν, οὐ περίπτωσις. *Et hoc quidem quoq; ratiocinatio inuenit, non casus.*) In empiricos dictum, qui artem suam partim ex fortuito occurrentibus quibusdā cōstitutam habebāt, quod illis κατὰ περίπτωσιν erat. At nunc dicta de eruendis, extrahendisq; cum pinna auium aliqua myrmecijs, rationes suas habent omnia, quamobrem hoc, atq; illo fieri modo debeāt. Nam & quòd pinnæ fistulam myrmeciæ crassitudini respondere oporteat, rationem habet, ut neq; excedere nimis eam, & amplecti arctè totam possit, & quòd pinnæ imū, quod circulo dissecturū myrmeciam est, tenue, & acutum esse opus sit, ut firmius, & profundius adigat: educendæ ita melius, ac radicitus prorsus myrmeciæ. Eadem ratione præferuntur Galli pinnæ ueteris alijs, quòd ueterum haud dubie firmiores, ac duriores semper pinnæ sint, proinde peragēdo operi quod uolumus, accommodatæ magis: & Galli pinnis, Aquilæ pinnæ etiamnum magis eandem ob causam: ualentiores enim. eodemq; modo reliqua rationibus suis nixa omnia prius, tum experiendo quoque confirmata: nec horum quicquam erit, quod fortuitò contigisse, uel κατὰ περίπτωσιν possit.

Αἵ τ' ἐξοστώσεις καλούμεναι. *Et quæ exostoses vocantur.*) Nomen non habent Latinū, quod sciam, ullum. lingua materna nostra uulgoq; dicimus, lopraosso, uitium in equorum cruribus animaduersum sæpe.

CAP. XIII.

Οἵ τε κατ' ἄρθρα, καὶ ἐν πνεύμονι πῶροι. *Et qui in articulis, & in pulmone inueniuntur, pori.*) Tophacea quædam est, horum substantia, nec minore tamen interdum consistentia, quàm rerum ipsarum calculi sint, quales magnitudine insigni uidimus de pedis pollice extractos Hungaro primati uiro, candicantes: & in alijs sæpenumero in pulmonibus, non uidi, audiui tamen.

Ἀπώλεια μορίου τινὸς ἐσὶ χρησίμως γεγονυῖα. *Amissio particulæ cuiusdam est utiliter facta.*) Non concedent ἀκριβολογοῦντες aliqui, & qui exquisitam rerum significationem sequuntur tantum, partes corporis dici pilos, capillosue, quemadmodum ne ungues quidem ipsos, propterea quòd non æquè, ac partes aliæ, quas uere esse corporis partes constat, nutriantur, augeanturq;, utiq; ueris augumēti rationibus, usum nihilosecius esse eorum aliquem concedent, præsertim uero capillorum: quòd non inconuenire prorsus uideatur, aliqua esse, quæ propriè dici partes nequeant, atq; usum tamen exhibeant de se aliquem, itaq; improprie dictum à Galeno fuisse μορίου τινὸς illud, accipiendum erit. quod subinnuisse uisus est additis mox uerbis illis:

Καὶ τὸ λοιπὸν κατ' ἀπόφυσιν αὐξάνει. *Ac de cætero, succrescēdo auget.*) ἀπόφυσιν dixit; procul

agendum fuerit:non immeritò.dicenda enim multa & considerationes proferendæ multæ,ut rite instruamur. Porrò autē ex tribus,quos modò diximus, de uenæ sectione, libris, primum sibi locum iure uendicat aduersus Erasistratum is: quandoquidem de omni remedio,non solùm de uenæ sectione, inquirendum primum id,num admittendum ad usus medicos sit, an rejiciendum potius:quod hic fit, de remedij genere hoc, ut ostenso prius, utile ac necessarium esse:tum demum de utendi quoque modis agatur postremò.

Ἀπὸ τρόφεις τισιν ἐκ τῆς τῶν χυμῶν φύσεως ὁρμωμένοις ἀρχῆς. *Quæ ab alijs quibusdā desumpto ab humorum natura initio, dicta fuere.*) Ea enim demū vera est disputatio, in qua,rerum,de quibus disputatur,perspecta natura,ac causis,argumenta, argumentorumque propositiones ducuntur,ut si, qui eliminatam ex usu medico uenæ sectionem uolunt, quoniam in ea sanguis corporibus, & cū sanguine humores alij detrahuntur,à sanguinis,humorumque reliquorū natura deductis argumentis,secta uena uacuandos eos non esse demonstrassent,multò persuasiuri nobis fuerint magis, quàm argumenta afferentes,errores tantummodo imperitorum, remedioque hoc nescientium tempore & loco uti,ostendentia,interdum etiam ægrotorum culpam indicantia. Quo planè nomine nullū esset propè remedium,cuius non usus rejci, atque aboleri deberet,quòd nullū sit,in quo utendo non erretur aliquando,artificum inscitia,& ęgrotorum incontinentia, quandoque mollitie etiam nimia, qui quod facere par eos esset,recusent.

Ἐπειδή τις αἰτία βίαιος, ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας τὸ αἷμα. *Quum verò violēter causa aliqua,ex uenis in arterias sanguinem*) Attendenda diligenter hæc propter Erasistrati opinionem,quam habuit de febrium,& phlegmones,& aliorū quorundam affectuum generatione.occurrent enim in Galeni lectione alibi loca, quæ percipi non satis intelligenter possint, ignoratis his.

συμφημι ἔσϑ. *Idem dico.*) Fateor,inquit,& assentior inedia plenitudinē uacuari,uerùm id longiore tempore fieri affirmo,& cum magna molestia. Addit alibi, quoties fere uacuationis ex inedia factæ mentio incidit,fieri uacuationem eam ex accidēte, non primò,quippe inanito prius habitu totius,molleque membrisque ita exinanitis, alimentum aliunde quærentibus, quum à uentriculo expectandum non habeant, rapientibusque demum de sanguine, & humoribus quorum plenitudinem ex parte absumunt, uel minuunt.

Γυναικὶ αἷμα ἐμέσῃ. *Mulieri sanguinem vomenti.*) Aphorismorum quinto.

Ἀπὸ χολῆς μελαίνης εἰς ὅμοιον. *Ab atra bile ad simile.*) Epidemiorum sexto.

Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ποτὲ πάσχει,τῷ μεγέθει τῶν νοσωδῶν αἰτίων νικηθεῖσα. *Etenim hoc quoque interdum patitur, morbosarum causarum uehementia superata.*) Non commouet se quandoque natura, neque expellendam aggreditur noxam,ob causarū morbos facientium magnitudinem ac robur,quibus uicta iacet,ac segnis est. Non audere dixerunt & crediderunt quidam expellendas aggredi morbificas causas naturam ipsam,quasi ueritā id facere:quod non ita est,quia natura animal non est,nec facere possunt ipsi, animal vt sit. At uinci ab aduersantibus causis in opere aliquo potest,hisque ipsis ueluti oneri succumbere,vt attollere se, quasique erigere ad expellendum nequeat, ex naturæ tantummodò suæ dictatis, non sensu,cuiusmodi in animalibus,aliquo.

Τὰ κρινόμενα,καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως. *Quæ indicantur, & indicata sunt integrè.*) Aphorismorum sectione prima.

Ἃ δεῖ ἄγειν,ταῦτα ἄγειν. *Quæ ducenda sunt,hæc ducere.*) Ibidem.

Ἀλλ' εἰ μὲν ὀδύνη εἰς κληῖδα. *Sed si dolor ad ingulum.*) De ratione uictus acutorum.

Εἰς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα. *In renem dolor grauis.*) Epidemiorum sexto.

Ἡ συμάργου οἰκέτις ἰδουμαία. *Stymarga ancilla Idumæa.*) Epidemiorum secundo, sectione quarta: quo loco etiam uerba leguntur Hippocratis illa, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πρόφασιν ἀπαλλάξιος,καὶ τῆς προφάσιος τὴν ἀρχήν.

Ἐστι καὶ θανάτου μελέτη. *Vt & mortis meditationē.*) Lōgè alia ratione ab Asclepiade

ade dictam mortis meditationem medicinam fuisse uidemus, quàm à Platone philosophiam in Phædone: à quo tamē detortum ab Asclepiade in priores medicos scomma hoc calumniose nimis fuisse apparet, tam quidem calumniose & cauillose hoc, quàm superbè & vanogloriose illud, eius, qui sepulchro inscribi uoluit suo ἰατρικήν: vt aut seipsum iatricē esse ipsam, aut sepultam ibidem cōtineri iatricem secum credi uoluerit à nobis. Miseros uerò nos, si sepulta cum eo fuisset Medicina legitima, & uera, quam sepelire non potuit: suam sibi secum sepultam habere potest medicinam, sanè & habeat, non inuidemus.

γυνὴ οὐ ποδαγρᾷ. *Mulier podagra non laborat*) Aphorismorum sectione sexta.

εἰ καλῶς ἐκκρίνεται τὰ καταμήνια. *Si menses rectè excernātur.*) Optima ratione prorsusq; recta, additum Rectè illud, i. καλῶς fuit: noui enim nonnullas querulas satis, & morborum hîc enumeratorum quibusdam laborantes, ac menstruorum tamen purgationibus non omnino destitutas, sed diminutis, atq; inordinate, & vitiose procedentibus, ut dici non posset, rectè, atque inculpatè fluere his menses.

ἀλλὰ καὶ σπασμὸν, καὶ ὕδρωπα αἵματος κενώσει πολλάκις ἰασάμην. *Sed conuulsionem & aquam intercutem, sanguinis vacuatione sæpenumerò sanaui.*) Sicuti paulo ante in muliere, quæ filiam pepererat, Margæi famula, quamuis tremore laboraret, frigido affectu, sanguinem tamen mittendum curauit Hippocrates, spectata prius affectus occasione, quæ suppressio fuerat purgationis ex partu consuetæ per puerperium, λοχεῖα Græcis dictæ. ita nunc conuulsionem, & hydropem frigidos itidem morbos, sanguinis missione sanatos à se testatur Galenus, eò quòd fieri in his pariter possit aliquando, vt & conuulsionis ex plenitudine factæ, sanguinis abundātia causa sit, atq; occasio: & hydropis, sanguinis interdū copia nimia, causa, sanguificationis officinam in iecore repletione modū omnem excedente obruens, caloremq; ita innatum imminuens, ac frigiditatē inuehēs, ex qua hydrops. Ac quemadmodum nimius quādoq;, diuq; nimis perseuerans sanguinis per hæmorrhoidas fluor, morbum eundem fecerit hydropem, depauperato calore suo iecinore, ob nimium sanguinis profluuium: eodem modo per hæmorrhoidas easdem prodire foras consuetus sanguis, si subitò suppressus ingurgitauerit se in iecur, & circum uenas, extincto, aut diminuto ita calore, eiusdem esse morbi causa facile possit: qui quamuis frigidus, curari tamen per sanguinis, qui nimius morbum fecerit, imminutionem, missionemq; postulet, ut depleatur protinus, redundans, & auferatur causa.

ἔγωγε κύνα πολλάκις εἶδον, ἐμετὸν ἐπιτηδεύοντα, καὶ τὴν αἰγυπτίαν ὄρνιθα κλυστῆρας μιμησαμένην. *Ego quidem canem sæpenumero vomitionem procurantem vidi, & Aegyptiam auem clysteres imitantem.*) Canariā esse herbam Plinius author est, qua fastidium deducant canes, vomitu, ut opinor, facto. Canes certè nomen herbæ illi quum fecerint, argumentum esse poterit utilitatis alicuius, quam inde capiunt. Ibis porrò Ægyptia auis, non tam clysteres imitata uideri, dicíq; debebit, quā clysteris in medicina usum ostēdisse prima, si autori eidē credimus Plinio.

ποτὲ δὲ καὶ τοῦ κάμνοντος αὐτοῦ, καὶ λειποθυμία. *Interdum ægroti quoq; ipsius, tum animi deliquium.*) Nam & pallescēte ægro supprimere sanguinem licebit, si robustus natura non fuerit ægrotus, & in paulo magis robusto, animi quoque deliquiū expectare, idq; uel desistendo protinus, antequam accedat ex toto, uel vt fiat, etiam permittendo, euitata tamen semper syncope.

ἔνεστι γάρ σοι τὴν μίαν κλυστῆρσιν, ἢ ἀσιτίαις, ἢ ἀνατρίψεσιν, ἢ ἱδρῶσιν ἐκκενῶσαι. *Licebit enim vnam illam heminam aut clysteribus, aut inedia, aut frictionibus, aut sudoribus uacuare.*) Nam si totius per sanguinis missionem faciendę euacuationis, heminarum puta trium uicem pręstare quandoque possunt hęc, ut alibi dictum, atque ostensum fuit, cur non partis tertiæ, quæ hemina una est, vicem præstare multo facilius, ac citius possint? ut si aliqua de causa demere sanguinem ex dua-

bus

bus tantùm heminis proposuerimus nobis, uirium resolutionem ueriti forte, aut refrigerationem nimiam: unam, quam reliquimus, illam consumere modis his queamus, clysteribus, frictionibus, sudoribus, inedia. Hac quidem ex accidente: non enim euacuatur protinus primoque, ac per se, sanguis in his, ut in uenæ sectione, uel scarificatione, sed euacuatur tamen, quod satis aliquãdo futurum sit, ex inedia illa, quam bis iam annotatã suprà fuisse meminimus, ratione. ex frictionibus uero occultæ trãspirationis plurima beneficiõ, meatuumque cutaneorum rarefactione, & humorum attenuatione facta, ex clysteribus, & sudoribus deiectione altu manifesta, & per cutim euacuatione, in omnibus autem aut exinanitis, aut consumptis humoribus, corumque imminuta redundantia, atque ita, ueluti per sequelam quandam sanguine quoque detracto.

ὀρθῶς τοῦτο κελεύων. *Rectè hoc præcipiens.*) Eliquatis nanque balnei usu humoribus in corpore, præsertim magna si fuerit eorum copia, quamuis pars euaporata diffletur aliqua, maior tamen portio commotior facta, & fluxilis iam, ac uaporosa tota, petere imbecilliores partes perquàm facile queat, cuiusmodi in comitiali morbo obnoxijs, caput ipsum est, quo facto magna præbetur comitialis accessionis accersendæ causa.

Εἶτα δ᾽ Ἀπολλωνίου, καὶ Δεξίππου ὑπὲρ λιμοκτονίας. *Deinde Apollonii, & Dexippi de inedia.*) Apollonij medici meminit sæpius Galenus in compositione medicamẽtorum quorundam. Dexippum autem Suidas Coum fuisse medicũ scripsit, & Hippocratis discipulum, ut eãdem habuisse, quam Hippocrates, de cibandis ægris opinionem uerisimile sit.

IN LIBRVM ADVERSVS ERASISTRATIOS ROMAE AGENTES.

Δεδιὼς γὰρ μὲν ἐν συνάγχῃ, καὶ περιπνευμονίᾳ τὴν ὀξύτητα τοῦ κινδύνου. *Timens in synanche, & peripneumonia periculi uehementiam.*) Hic comparationem factã uidemus pleuritidis, & peripneumoniæ, ac periculosam magis maiorisque discriminis iudicatam peripneumoniam pleuritide ipsa: quod mirum uideri alicui posit. Atque ita tamen rem se habere manifestò satis appareret, si ritè, rectèque obseruata omnia conferrentur. Nunc pleuritis, quemadmodum etiam synanche, bene noti affectus sunt, nec medicis tantum ipsis in aperto, sed uulgo etiam sæpè: signis quippe offerunt sese uidendos cognoscẽdosque suis, claris, euidentibus, certis, minimè obscuris. At peripneumoniam quoties adesse uidi, & pro peripneumonia non haberi, febremque solummodo esse credi continuam unam aliquam? Quo quidem morbi genere quum multi laborantes pereant, nemo peripneumonia affectus perijsse iudicatur. Quòd si pro eo, acres ipsa est, iudicaretur, crebrius uidentes experirentur, maximũ esse in peripneumonico affectu uitæ discrimen & periculum, nec sine causa tamen, quũ pulmonum inflãmatio omnium ea sit, ac cordi ipsi uicina, multo, quàm pleuritis, magis: quæ locum non solum remotum magis à corde, sed etiam unum tantum, & ipsum pulmonibus minus nobilem occupat, nempe membranam: ut non frustra scriptum à Galeno ita fuisse existimemus.

Ἐνίοτε καὶ οὔρων ἐπίσχεσις. *Interdum urinæ quoque retentionem.*) Non quemadmodum uesicæ collum obturans calculus urinam supprimit, aut sanguinis grumus, aut crassus, glutinosusue humor, ita inedia quoque suppresserit: sed resiccatione tantummodo humoris nimia. siccat enim corpora fames, ut Hippocrates aliquando ait, quæ inediam comitatur. At siccitas ea supra modum facta, humiditate corpus priuabit, ut ne lotium quidem fluere posit: uel non satis certè fluere, & meatus urinarios siccos reddet omnes. Qui ipsi pariter sicci-

tate ea nimia, vrinam reddere tam facile quàm prius nequeant: non secus ac paulo pòst propter eandem hanc causam, ex inedia menses pariter supprimi posse dicetur. ξηραίνεται γὰρ, dicet, ἐν ταῖς ἀσιτίαις, καὶ παχύτερον ἑαυτοῦ γίνεται τὸ αἷμα. siccatur inedia & seipso crassior fit sanguis: vt si crassior, necessariò multo quoque semper habiturus serositatis minus sit, quæ vrinæ in materia est ipsius.

διὰ τὸ πλῆθος τῶν γυναικῶν, ὕδωρ ψυχρότατον ἀπὸ χιόνος πινουσῶν, ἤτοι μηδόλως, ἢ ἐκλειπῶς καθαίρεσθαι. *Bibentibus frigidissimam ex niue aquam mulieribus, ut aut nihil quicquam, aut diminute purgentur.* Locus diligenter animaduertendus, quærentibus suppressorum menstruorum causas, uel etiam ut frigidorum omnium uitetur in his usus, non solum aquæ aut niuis.

γίνονται γὰρ ὡς τὸ πολὺ αἱ τοὺς πυρετοὺς ποιοῦσαι φλεγμοναὶ διὰ πληθώραν. *Fiunt nanque plurimum, quæ febres faciunt phlegmonæ, ex plethora.*) Neque φλεγμονὴν inflammationem interpretari possumus rectè, neque πληθώραν repletionem, ut factum ab interprete hoc loco fuisse uidemus. φλόγωσις potius inflammatio erit, & πλήρωσις repletio: quæ esse humoris etiam unius alicuius priuatim potest, quod plethora non est. Hæc nanque tunc solùm fit, quum humores simul omnes cũ sanguine, seruatis portionibus æquis, quas à natura sortiti fuere, suis, incrementum sumpsere. Phlegmonem autem nemo nescit, sine tumore esse non posse, quod φλόγωσις, & inflammatio potest. Ergo phlegmone tumor quũ sit sanguineus, ex plethora oriri facile, sanguinis nempe abundantia potest, idque maiori semper ex parte. Quod ideo dico, quia etiam absque plethora in corpore ulla, ex percussione fortè, aut dolore, aut uulnere exeitari phlegmone similiter queat, febrem faciens aliquam. ideo dictum à Galeno, ὡς τὸ πολύ.

πλὴν εἰ ποτε διὰ τὴν κυρίαν τοῦ πάσχοντος μέρους, ἢ τὴν τοῦ πλήθους ὑπερβολὴν ἐφθάσθη ἀποθανεῖν ὁ κάμνων. *Præter quàm si quãdo ob affectæ partis principatũ, aut plenitudinis nimietatem, præueniretur æger.*) Videretur ex hoc, posse nos exceptione duorum tantummodo istorum usos, in reliquis omnibus, sanguinis semper missione supersedere: quòd Galenus medicos, qui hoc ipsum factitare consuessent, non damnarit: licebitque nobis ita in multis, omissa uenæ sectione, clysteribus, frictionibus, sudoribus, inedia, morbos multos finire, longiore quamuis tempore assequuturi id simus. Quod tamen si fecerimus, magni protinus, ac manifestarij artis nostræ dici, haberique præuaricatores meritò possimus. Etenim si in opere semper, quod manuum officio peragitur, chirurgico, citò id, ac tuto, atque quoad eius fieri sine dolore potest, perficere iubemur ex arte, cur non idẽ transferre ad reliqua pariter omnia, rectè cogitantes possimus? vt cito, ac tutè sanatos in omnibus ægrotos assidue nostros uelimus? Atque ubi nullus timeri dolor poterit, pro eo ut libereť molestia ea æger, sollicite agamus. Quod quidem quo citius præstiterimus, nemini esse dubium potest nos ex officio nostro, adeoque, ex arte ac ratione facturos fore magis, quàm si longius productũ iri morbos siuerimus, modò æquè tuto, eademque facere id nobis liceat securitate: quod profectò licebit, rectè, atque in tempore, & qua corporis in parte debemus, quaque copia misso sanguine, nõ solùm breuiori multò tẽpore, quàm si paulò antè relatis remedijs illis uteremur, uerùm etiã securius, uel ratione illa, que minore hoc pacto opera, ac per compendium, minoribusque uiarũ ambagib. peruenire quo volumus, ad sanitatem, minusque ita in minore uiæ progressu, & diuerticulis paucioribus ac breuiore tẽporis spatio, errorũ continget: qui contingere sæpe multi solent, quo longior interest ad sanandũ uia, longiusque interuenit tẽporis spatium, plures semper ac maiores. Nec Galenus absolute ita commẽdasse medicos hosce uideri poterit, sed minus peccasse dixisse animaduertetur quàm qui indiscriminatim, nullaque habita prorsus rerum eo pertinentium discretione, temere et inconsideratè, inque ægritudine omni ad uenam secandam cedebant.

ὡς γὰρ

ὡς γὰρ ὁ Πλάτων ἔλεγεν. *Nam quemadmodum aiebat Plato.*) In Alcibiade primo. γινώσκεις οὖν, inquit Socrates, ὅτι καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἐν τῇ πράξει διὰ ταύτην τὴν ἄγνοιαν ἐστὶ τὴν τοῦ μὴ εἰδότα οἴεσθαι εἰδέναι. & reliqua, quæ ibi leguntur.

Καὶ μᾶλλον ὅτι, ὡς Ἱπποκράτης ἔφη. *Præsertim si, ut Hippocrates dicebat.*) In libro de ulceribus, post libri principium haud ita multum. Tot autem, ac tantis mendis scatet hoc loco liber, quodq; reliquum est libri, ut nec quæ adnotari rectè satis possint, habeat multa, & perplexa quædam si extricare aggrediatur aliquis, operam omnem ludat, præsertim, in libro non admodum διδασκαλικῷ, atq; in confutandis solum laborãte, ut ἐλεγκτικὸς existimari potius debeat, quàm διδασκαλικός.

πότερον ἐπὶ μὲν τῶν πληθωρικῶν οὐδὲν μὴ ὀνῆσαι τὸ βοήθημα. *Verum in plethoricis quidem, nihil iuuerit remedium.*) Quippe ad partes ante quoq; per se repletas satis, ex corporis habitu totius repleto, plethoricoq;, nihil rectè trahi posse uidebitur, arctè quamuis adstrictæ deligentur partes.

Ἄριστον μὲν ἀφαιρεῖσθαι, τὸ δὲ δεῖπνον ἔλασσον λαμβάνειν. *Prandium quidem auferre, cœnam uerò minorem sumere.*) Vel ex Erasistrati ipsius sententia defendere possumus, cœnam esse prandio maiorem debere, quòd minorem sumere soliti per diem totum, ubi partem in corporum extenuatione amouerit omnem, utiq; prandij: cui si adempta pars fuisset aliqua, nihil penè futurũ fuerit reliquũ: exiguo quippe, si cum cœna conferatur. Maiori autem, quæ cœnæ erit, portionem ademit, ut reliquo nutriri corpus posset substentandæ uitæ necessario, licet extenuatio quæreretur. ἔλασσον enim dixit minorem solito, nõ minorem prandio.

πλείους γοῦν τρίψεσι πολλαῖς τῶν τοιούτων ἐκκενώσαμεν, ὑπὸ μαλακίας ψυχῆς οὔτε καθαῖρον φάρμακον ὑπομένοντας λαβεῖν, οὔτ' ἐπιτρέποντας τέμνειν τὴν φλέβα. *Enimuero nonnullos istorum frictionibus multis uacuauimus, qui neq; purgans medicamentum sumere sustinebant, nec secari sibi uenam permittebant.*) Magna fricandi laus hæc, usus magnus, posse aliquando uicem prestare repurgandi corporis, & sanguinis mittendi: nosq; quotidie experimur medici, imò testari omnes possumus, quantum sæpe conferat fricandi opus, non modò in ijs, quæ dicuntur à Galeno hic, uerùm etiam in alijs multis, reuellendisq; in primis humoribus, cum impetu in partem corporis aliquam nobiliorem delatis, uel etiam extra corpus fluore nimio erumpentibus. Tremuli quidem inter alia, salientisq; cordis affectum memini præsentaneo remedio hoc abactum sæpius: affectus intelligo accessionem, ut interea quærenda remedia alia essent ad tollendum.

ὥσπερ καὶ Διόδωρος ὁ γραμματικός. *Quemadmodũ etiã Diodorus Grãmaticus.*) Alibi similiter relata historia hæc legitur, quinto de locis affectis libro, in primis, neque additum tamen ibi nomen inuenies Grammatici, quod hîc habes.

Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τούτων ὁρῶντες ἔνιοι τῶν Ἐρασιστρατείων. *Verum nihil horum animaduertentes Erasistratiorum quidam.*) Eò tẽdunt omnia libri huius, ut nusq; ostẽdatur uenæ sectione usus fuisse, ac ne potuisse quidem uti Erasistratus, modò à dictis, scriptisq; suis discedere nollet: quod quidem facere eum debuisse, credere atq; existimare debemus. ut propterea non debuerint sectarij eius, inani ac falsa coniectura quadam duci, ut persuasum haberẽt, adeoq; persuasum nobis quoq; esse uellent, ubicunq; Erasistratus inediam iussisset, uenæ pariter sectionem iussisse: cuius in libris facta fuisse mentio reperiatur nulla ab eo.

IN LIBRVM DE CVRANDI RATIONE PER VENÆ SECTIONEM.

CAP. I.

Τοῖς περὶ φλεβοτομίας σκοπουμένοις. *Considerantibus de uenæ sectione.*) Superioris libri in confinio est præsens, quod quidem illius in calce, atque huius

in principio dicta indicant. Eiusdem fere rationis, ac sententię utraque, ut cohærere meritò uideantur, quasique unius atque eiusdem argumenti libri duo hi, tres imò esse. nam secūdum, qui tertium hunc præcedit, necessariò aneitit aduersus Erasistratum primus ille.

Ο κάμνων δ' οὐ φέρει αὐτὴν, ἤτοι διὰ ἡλικίαν, ἢ δι' ὥραν τοῦ ἔτους, ἢ διὰ τὴν τῆς χώρας φύσιν, ἢ διὰ κάκωσιν τοῦ στόματος τῆς γαστρός. *Aeger autem non tolerat ipsam, uel propter ætatem, uel propter anni tempus, uel regionis naturam, uel oris uentriculi uitium.*) In secando uenam, exceptione utimur puerorum ante decimum quartum annum, ob corporis habitudinem difflabilem satis per se, atque intantū, ut esse pro uacuatione sanguinis iusta possit. Decrepitorum: ob uirium debilitatem. In anni tempore, uel regione: quoniam eadem est utriusque ratio ac consideratio eadem, calores, si modum nimis excesserint, resolutionem inde uiriū uerebimur, & habitus totius raritatē nimiam formidabimus: proinde & transpirationem plus iusto sanguinis, & carniū, & spirituū. In frigoribus autē nimijs, constipatio habitudinis uniuersa metuenda erit: simul ne misso sanguine, & cum sanguine spiritib. multis, & calorificis, habitus uniuersi, calore innato suo depauperati, refrigeratio sequatur, ex ambientis frigiditate. Oris porro uentriculi κάκωσις, quā nunc uitium interpretamur, deterrere nos poterit, eò, quòd, quibus natura imbecillū hoc est, his ex leui sæpe causa uexatū affligitur, animique ideo deliquium, nonnunquam etiam syncopen in uacuationib. affert. Quę cum timentur, non solū à sanguinis missione, sed ab omni humorū quorumcunque in corpore cōmotione, eorumque purgatione, abstinendum est, uti iā ex Therapeutices methodi duodecimo edocti satis fuimus. Cæterùm in omnib. his, una dēpta puerili ætate, prima ac potissima, quare mittēdus sanguis nō sit, causa est, uiriū imbecillitatis timor, & suspicio, quę cuncta hæc cōsequi facile solita est: pręcipue, si supra modū inualuerint, ut propterea, quū mediocria fuerint, non in totū uenę sectionē abdicent, neque indicationē contrariam ei prorsus ostendāt: minuant tamen aliquantū, hoc est, paulò minus faciendū esse indicēt. Eamque ob rē in regione, aut cœli cōstitutione nō in summo calida, & bene tamen calida, postulāte morbo uenæ sectionem nō omittemus sanè: multo tamen mittemus sanguinis minus, quàm si tēperata ea essent. Idē obseruabimus in alijs. Quæ quidē hoc loco annotasse melius uisum fuit, quòd in unum cōgesta huc à Galeno sint, quib. ferè uenam incidere prohibemur aliquādo, ut dictis à Galeno moderatio adhibeatur, quæ adhiberi de illius quoque sententia potest, pręcipientis alibi cū Hippocrate unà, in morbi uehementia, ac magnitudine, cuiusmodi ferè acuti sunt, uenam incidere, modò ætate floreat æger, & uires ualidę sint: hoc est, sola excepta puerili ætate, quæ quidem dici florida haud possit, si uiriū robur adsit: quarto de ratione uictus acutorum libro. Reliqua omnia uel non auferent ex toto, mittendi sanguinis indicationem nobis adimere tantum partem, uel quum auferunt, uirium id imbecillitatis interuentu fiet tantūmodo. Qua Hippocrates quoque ipse, subscribente Galeno, usus antea exceptione fuerit.

Εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ διὰ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος. *Sunt porrò qui ob corporis quoque habitudinem.*) Eadem est huius, quæ superiorum cōsideratio. potest enim, qualis puerorum, inueniri in alijs pariter ętatibus aliquando, pręsertim in fœminis, corporis, perspirabilitatis multę habitus, quæ supplere uicem interdum missi sanguinis ualeat: potest raritatis tātę esse, quæ in maximis calorib. siue tēporis anni, siue regionis, factā raritatē: tātęque rursus adstrictionis, quæ in maximis frigorib. factā cōstipationē ęquet: uetemurque ideo sanguinē detrahere, quoties quidē ad summum illud peruenerint. Nā infrà si substiterint, hæc quoque utique detrahere permittēt nobis. Monebimur tamē interea semper, multo parcius id ut faciamus.

Η παρὰ τοῦ μέρους σκέψις ἡμᾶς διαδέχεται.) Loco τοῦ μέρους, legendū τοῦ καιροῦ, quod qui ita emendarunt, perquam rectè emendasse uidentur mihi. nec alia esse potest legitima loci huius lectio.

Καλόν

CAP. III.

Καθότι καὶ δι' ἄλλων ἡμῖν εἴρηται. *Quemadmodum dictum alibi quoq; fuit à nobis.*) Maxime atque in primis libro de Differentijs symptomatum, & secundo Therapeutices methodi libro.

Τῷ δευτέρῳ δ' οὐχ ἅπαντες· ἴδιος γὰρ ἤδη τῶν τεχνιτῶν. *Secundo autem non omnes: proprius enim est artificum.*) Illustre attulit exẽplum Galenus rerum harum ex Geometricis rationibus. Sed enim colligi nõ minus in arte nostra ex Galeni ipsius alibi dictis, simile poterit quippiam: ut ex Therapeutices methodi libri tertij initio. Quo loco commune esse hominũ omnium notionem ægrotantiũ ostẽditur, ut remotũ morbũ uelint. Quocunq; enim morbi genere laboret quisq;, medicũ adibit, sanari cupiens: uerrucas, atheromata, meliceridas, si his afficiatur, tolli petens: prolapsum in scrotum intestinum, luxatasq; partes omnes reponi, è uesica calculum auferri, & similia, quæ nemo non communibus unicuiq; etiam idiotæ notionibus his usus, mente statim concipiat. Καὶ μὴν οὐδ' ἡ τὰ τῶν οὕτως τεχνικός: uerùm nihil horum artificiosum adhuc erit, sed plebeculę etiam omni cognitũ. Quod uero artificem facit, medicumq; instituit, id demũ erit, si quis, quo faciẽda ista sint modo, quibusúe assequi hoc ipsum remedijs liceat nouerit. καὶ τοῦτ' ἤδη, ait, ὃ δεῖ προστίθεσθαι τὸν ἰατρόν: atq; hoc est, quod adijcere medicum oporteat. Ergo quemadmodũ geometra Theorema primũ suum, è communi tantummodo omnibus notione accipit, reliqua autem priore hoc nixus, de artificij iam sui rationibus depromere incipit: ita medicus cõmuni accepta ab idiotis notione, artis initia constituere suæ incipiet. Et in de optima secta ad Thrasybulum clare in primis, ac diserte τὰ φαινόμενα, euidentia nempè, & manifesta, principia artis non esse, neq; uerò dicenda esse declaratur: quamuis interea inuentionis artium principia esse possint hęc. ἀρχὴ μὲν ἂν εὑρέσεως τῶν θεωρημάτων τὰ φαινόμενα λέγοιντ' ἄν. δικαίως· οὐ δὲ τέχνης ἀρχὴ τὰ φαινόμενα οὐκ ἔστιν. exemploq; monstratur luculento: Leporis, inquit, inueniendi principia esse dicíq; possunt, uestigia, quæ tamen leporis principia ipsius rectè nunq; dicentur: quippe ex quibus nullo pacto costituatur lepus. Ad eundem modum inueniẽdum artium principia duci ex communibus notionibus poterunt rectè, omnibus notis, & natura insitis: at artium principia, ex quibus constitutæ eriguntur, in ijs tantum reposita erunt, quæ paulo magis à uulgo remota, artificiosæ iam rationis aliquid contineant. Quin libro Therapeuticæ methodi primo, ad rem eandem hanc exempla adducuntur ex mathematicis, non ualde hoc loco allatis dissimilia: quæ nullum esset operæpretium transferre huc, in medio posita legere uolentibus.

Τὸ πλῆθος τοῦτο κατὰ τὸ ἔγχυμα. *Plenitudo hæc secundum enchyma.*) Ab ἐγχέω ἔγχυμα est, quod infusionem quandam designat abundantem. Nam sicut effundere dicimur, quum largè & copiosè uacuamus: ita infundere dicemur meritò, quum eodem modo implemus. hinc ad uasa nomen accepit plenitudo hæc, bene quippè repleta eorum capacitate· κατὰ τὸ ἐγκεχυμένους τοῖς ἀγγείοις χυμούς dicetur à Galeno mox.

CAP. IIII.

Ἐπεὶ τοίνυν ἐδείχθησαν ὑπὸ τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων αἱ πρῶται τῶν ἐνεργειῶν ἐπιτελούμεναι, ὑπὸ δὲ τῶν ὀργανικῶν αἱ δεύτεραι. *Igitur quoniam demonstratum fuit, à similaribus corporibus actiones primas perfici, ab instrumentalibus uerò secundas.*) Et in libris de usu partium corporis humani, & in de morbis & symptomatis, & in Therapeuticis, non semel dictum scriptumq; à Galeno fuisse inuenietur hoc. Exemplo esse poterit oculus, uidendi instrumentum, cuius princeps pars crystallinus humor est, eo temperamento præditus, quatenus similaris, ac ratis quibusdam sibiq; debitis elemẽtorum quatuor portionibus constans: ut meritò delegatam uidendi functionem primus ipse, ac præcipuè & principaliter

obtineat, adeoq́ edat semper. Reliquæ autē partes oculi, usum principi huic parti, actioni propriç, quæ uidendi est, edendæ, perficiendæq́ conferunt omnes, suum quæque, eo modo compositæ, figurateq́ quo uidemus: ea positura, numero, magnitudine, quibus esse melioribus, magisq́ idoneis non poterant, explendæ, atq; absoluendæ uidendi functioni, cui destinantur. Hos usus, quos partes hæ præstant, quatenus organicæ, & instrumentariæ, hoc est, conformatæ ita, locatæ, numeratæ, magnæ, secundarias actiones uocauit Galenus hoc loco: quoniam prima, ac princeps crystallini humoris erat, quatenus similaris. nam & is, quatenus instrumentalis, sua constat forma, figuraq́, positu suo, ac magnitudine: à quibus si euariet, protinus uidendi pariter functioni officiet parte ex illa, qua mutatus à naturali statu suo uariat, quaq́ organica, & instrumentaria pars est: eritq́ læsio & offensa hæc primariæ quoq; actionis illius, ut instrumētalis, primæq́, ac potissimæ oculi totius partis, quāuis prior adhuc hac, & potior quodammodo: uidendi actionis læsio non aliter continget ei, quàm si temperamento immutetur suo: quando quidem neq; sanè aliter, quàm ex temperamento proprio quodam, suoq́ sortitus fuit, ut uidendi functionem, coloresq́ obiecta sua percipiēdi, obire solus, inter reliquas corporis partes omnes posset. Aliarum uerò partiū, præter crystallinū oculi, omnium, quoniam usus tantùm quidam sunt, quos secundarias actiones hoc loco nominauit Galenus: morbi quicunq; fuerint, qui primò uidendi actioni officiant, morbi oculi dicentur proprij, ac primò, ut uueæ tunicç, foraminis obstructio, aut corneæ densitas, uel corrugatio: quoniam harum usus primò pariter, ac propriè uidendi actioni conferunt. Eatenus tamen tantùm dicendi secundarij, quatenus usum solum obtinent quendam partes eæ, uidendi quidem actioni conferentem primò, ac per se, sed non uidendi tamen actionem primam sortiti, quæ crystallini solius humoris sit.

CAP. V.

Ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ φύσιν θερμασία τὴν διαμονὴν ἐξ αἵματος ἔχει. Verùm etiam innatus calor permansionem ex sanguine habet.) Exemplum addit ignis in foco, ex lignis comburi idoneis cōseruati. Sunt porrò partes corporis natura suç frigidç quçdam, quæ ex sanguinis tamen præsentia & contactu incalescant, ut uenarum, arteriarumq́ tunicæ, & membranæ, quæ, quum sanguine destituuntur, frigiditati natiuæ suæ restituuntur. Quarum sanè partium innatus calor (quamuis enim frigidas dixerimus, innatū tamē calorem suum obtinent omnes aliquē) ex sanguine maximè custoditus permanebit, nec minus reliquarū omniū. quo enim plus inerit partib. sanguinis, eo maiore semper calore fouebūtur, sine dubio, cùm præsente, quem prçsens tangensq́ sanguis elargitur, tum influēte ex principijs uenarum simul, & arteriarū. Nihil enim prohibet, quominus, sicuti ex corde influens partib. conciliatur calor, ita ex iecinore similiter idē fiat, idq́ per sanguinem: cum quo simul spiritus, qui plurimi semper, & calorifici, atq; ignei insunt, sanguini immissi, calorem innatum foueant, permansionemq́ illi addant, τὴν διαμονήν. Quamq́ ab Aristotele existimatus fuerit sanguis nō absolutè calidus, secundo de partibus animalium libro: sed ut aqua calefacta, aut ferrum, quorum subiectum non calidum: coniunctum autem, siue associatum, calidum sit, τὸ ὑποκείμενον οὐ θερμὸν, συνδυαζόμενον δὲ θερμὸν, οἷον εἴ τις θεῖτο ὄνομα ὕδωρ ἢ τὸ θερμόν... τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον τὸ αἷμα θερμόν ἐστι. Sed sit sanè sanguinis subiectum, & materia non calida, ut aquæ, ut ferri, & per associationem tantùm calidus euadat sanguis, spirituum nempè, natura suapte benè calidorum, igneorumq́: nihil planè retulerit, quod ad id attinet, ut partium innatus inde calor, permansionē suam habeat. Siquidem autor idem Aristoteles, eodem, quem modo narrauimus, libro, ex accidente calida quædam, excalfacere magis, quàm quæ per se talia sunt, solere scripserit.

ποτὲ δὲ πλείων, ἤτοι διὰ ποιότητα θερμὴν αἵματος, ἢ δι' ἔνδειαν ὀλίγην. *Aliquando autem maior uel ob qualitatem sanguinis calidam, uel ob exiguum defectũ.*) Hoc est, uel quum intenditur sanguinis caliditas, gradumq́ maiorem ascendens accipit: uel quum abũdat. Quod quidẽ per exiguum defectum significatur. Proculdubio nanq in exiguo, paruoq rei alicuius defectu, abundantia intelligitur quędam. Ille, dicimus, parum eget pecunia: pecuniosum ac benè nummatum intelligentes. Exiguus erit hoc anno his in locis, paruusq́ uini defectus: abundaturos uino intelligo, nimirum ex prouentu anni huius magno. Sic accipiendum existimo, ἢ δι' ἔνδειαν ὀλίγην illud: opponit enim, ἢ δι' ἔνδειαν πολλὴν illi, superiore uersu scripto: quod quũ multum, magnumq́ defectum indicet, necessum erit: ex contrario minimum, aut nullũ intelligamus, in quo abundãtia sanguinis, & ex abundantia calor: quod Galenus hîc uult. Qui cõmentarios in librum hunc edidere, per defectum exiguum, commoderatam sanguinis quantitatem intelligendam esse autumant. quod esse non potest: longe quippe à Galeni sensu diuersum: qui cordis calorem auctũ ex hoc maioremq́ factum, probatum uult, non autem commoderatum conseruari, ut hîc, ποτὲ δὲ πλείων, inquit.

Ἢ δι' ἔνδειαν τινὸς αὐτῶν. *Vel propter horum alicuius defectum.*) Vtrumq euenict cordi, & frigiditas, si sanguine destituat̃ suo sibiq́ proprio. q̃ppe dictũ iam fuit, innatum partium calorẽ, ex sanguine permansionem suam sortiri: & caliditas, si humoribus frigidis careat. Nam quamuis cordis, & arteriarum sanguis, iecoris, ac uenarum sanguine calidior & feruentior sit, pituitæ tamen portionem retineat suã oportet: quam nisi obtinuerit, calidior iusto factus, cor pariter ipsum iusto plus concalfecerit. Atq in hunc modum pituitosi humoris in sanguine defectu, & indigentia, caliditas addetur cordi.

Ἤτοι ὅτι πλησίον αὐτῇ ἐστὶν, ἢ ὅτι κύριον, ἢ ὅτι θερμόν. *Vel quòd uicina illi sit, uel quòd princeps, uel quòd calida.* Vicini cordi pulmones maxime sunt, & thoracis partes omnes. Itaq facile in peripneumonia & pleuritide accensum cor febricitat. Principes uerò partes aliquæ, paulò licet remotiores, quia tamen coniunctæ, quasiq́ connexę cordi interuenientib. arterijs multis sunt, facilè in consensum trahent cor. Nam, quũ cõsensus, & conspiratio Hippocratica illa, partibus corporis omnibus insita sit, tantò magis animaduerti in his poterit, quę ceu uinculis quibusdam consociatæ detinentur inter se, ut cerebrum & testes sunt cum corde. Hę quoq igitur partes phlegmone laborantes febrem facient, accenso haud difficulter ob id corde. Ventriculus uicinitate magis facere idẽ poterit, quàm connexione aliqua: iecur cõtrà, cõnexione magis, quàm uicinia: quamuis hac quoq ex parte non parum. Venæ enim cauę, qua cordi iecur coniungitur, truncus, non ita longe, à cordis dextro, cui inseritur, sinu repositus est. Porrò corporis pars calidior unaquæq, facilius, quàm frigida, in consortium rapiet cor: eò, quòd facilius pariter phlegmone corripi, interdum etiam erysipelate soleãt calidæ partes, quibus correptæ, afficere simul cor poterunt, introducta febre, quod ex tumore œdematoso aliquo, uel alioqui humore frigido aliquo non fieret: cuiusmodi melancholicus quoq humor est.

Εἰς σηπεδόνα τε ῥᾳδίως ἀφικνουμένης. *Quæ facile ad putredinem ueniat.*) Non aliam ob causam facilè, quàm quòd, quum supra uires plenitudo ea sit, regi ab innató calore non satis potest. Non rectà autem, neq naturæ ordinem, quem κόσμον dicunt, prompte suscipiens, reliquum est, ut necessario in præternaturam labens degeneret, quæ putredo, est in superati, atq eliminati natiui caloris locum introducti præternaturalis, & extranei soboles.

CAP. VI.

Ἤτοι δὲ τῶν κυρίων τι μορίων, καὶ σύμπαν τὸ σῶμα, βαρυνομένοις, ἢ τεινομένοις. *Aut principalium partium aliqua, & uniuersum corpus grauatur, aut tenditur.*) Coniunctiua particula loco disiunctiuæ posita legitur, quod interdum fit, non obseruata

φαίνηται τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτοῖσιν. In acutis ægritudinibus uenam secabis, si uehemens uideatur morbus, & laborantes ætate uigent, & uires adsint. Quæ hîc adscripsimus, ut eradatur ex his uerbis, ἡ νόσος illud: quoniam eo loco, unde allegata huc uidemus, non legitur.

φθάνει γὰρ ἡ παίδευσις, ἣν Ἱπποκράτης εἶπε. *Anteuertit enim doctrina, quam Hippocrates dixit.*) hoc est, iã antea edocti ab Hippocrate sumus de hoc. Melius ex sectionis sextæ aphorismo illo, ὁκόσοισι φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη συμφέρει, τούτους τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν, ἢ φαρμακεύειν χρή: scripta, ut Galenus quoq; exponit, de sanis adhuc, ægrotaturis autẽ, nisi uacuẽtur. Quos quidem uere ipso, aut uenæ incisione, aut purgatione uacuare oporteat: ut hac prouisione præoccupatum anteuertatur futurum malum, nisi caueatur: de his enim sermo nunc est. Melius inquam respondet sententiæ Galeni huic aphorismus, quem modò attulimus, sectionis sextæ, quàm, ut existimarunt & commenti sunt, alter iste, ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι δοκέει κινεῖν, κίνει: de ægrotãtibus, morboq; iam correptis, dictus, enuntiatusq;.

ῥώμη γὰρ οὐδ' ἐν τῇ κατ' αὐτὴν τὴν ἡλικίαν ἐστίν. *Robur nanq; nulli in ætate ea adest.*) Vtiq; postrema senij in parte: non enim hi ferre iustam sanguinis missionẽ possint. Nam, quod facere hodie uidemus ex senibus etiam septuagenarijs quosdam, ut sanguinem mittant, neq; lędantur tamen: id quoniam non fit ea sanguinis detractione, quali quantaq; ueteres medici utebantur, quantamq; intellexisse uideri potest Galenus, planè ne eius quidem dictis aduersabitur.

CAP. X.

Διὰ φλεβοτομίας μὲν, εἰ ἀκρατεῖς εἶεν τῇ διαίτῃ, χωρὶς δὲ ταύτης, εἰ ἐγκρατεῖς. *Per sectionem quidem uenæ, si incontinentes in uictus ratione fuerint: absq; hac uerò, si continentes.*) Atqui paulo ante incontinentes, siue intemperantes, qui ijdem (quod quidem ad rem hanc attinet) existimandi sint, dixerat nihil adiutum iri neq; purgatione, neq; uenæ sectione: uerissime. de his nanque sermo illi tunc fuit, qui morbo magno aliquo tentari quotannis soliti essent, parteq; corporis aliqua male affecta laborarent. hosce enim tàm morbis obnoxios, nihil quicq; iuuaris prouisione, aut præcautione unq; ulla: utique intemperantes si extiterint. Quomodo nanque iuuarentur, quum dediscere natura nequeat, quinquod coaceruatum uitiosi humoris ex intemperantia fuerit (colligi autem perq; necessarium) ad partes statim mittat imbecilles, quas reperit, & morbos consuetos faciat. Quod autem nunc dicitur, non de intemperantibus omnibus dicitur, sed ijs tantum, qui neque affici morbis, ut priores illi, soliti sint, & partium corporis omnium inculpatam constitutionem retineant: quos par est, si quid ex intemperantia errati contigerit, discuti id, & præcaueri misso sanguine posse, ut ideo non cogantur necessario ægrotare, remedio hoc adiuti.

πρὶν μὲν ἄρξασθαι νοσεῖν, εὐλαβῶς ἀποκενώσεις, ἤδη δὲ πυρεττόντων, οὐδόλως. *Priusquam ægrotare incipiant, cautè euacuabis, febricitantes autem iam, nequaquam.*) Prioris præcepti, quo iubemur humorem crudum, adhibita semper cautione, uacuandum esse, documenta ex libro quarto habebimus de sanitate tuenda: secundi uerò, qun monemur, nullo id esse modo in febricitantibus faciendum, ex therapeutices methodi duodecimo.

CAP. XI.

οὐδὲν οὕτω τὴν ἰατρικὴν τέχνην, ἐν ταῖς πράξεσιν ἀποφαίνει στοχαστικήν. *Nihil tam artem medicam in actionibus coniecturalem ostendit.*) Nimirũ hoc illud est, quod alibi pariter à Galeno dictum legimus, semel atq; iterum quantitatẽ in re medica esse, quę nec dici, nec scribi satis queat. Quod mirũ alicui uideri non debebit,

quando

animi deliquium interpretetur, delinquentis, siue relinquētis ægrum animi significatione, nondum tamem qui reliquerit, sentienteq́ adhuc, & uidente ab ægro fiat: συγκοπὴν autem animi defectum dicat, quum iam deliquit penitus, siue reliquit hominem animus, neq; anima tamen, nec uidentem iam, nec sentientem quicq́. Quòd ut in mittendo sanguine expectetur, ut tam diu mittatur, donec nec uideat, nec sentiat, atq; in lethi limine iam uersetur æger, id uerò à sanę mentis medico non arbitror dictum enuntiatumq́ iri, neq; persuasum à quoq; uelim medicinæ tyronibus, medicinam mox facturis, in ægrotorū perniciem, atq; artis medicæ infamiam. Atenim libro Galenus (aiunt) Therapeutices methodi nono, de industria sanguinē se auferre ab homine dicit, quoad animo linquatur, ὡς λειποθυμίαν ἐπιγγίνεσθαι. Do & cōcedo, atq; hoc maximè esse dico, quod fieri in his debeat, mittaturq́ sanguis his casibus, quumq́ id futurū esse opus uidebitur, ad animi usq; deliquiū, ὡς λειποθυμίαν ἐπιγγίνεσθαι, adeoq́, ut includatur, non excludatur ab animi deliquio æger, intraq́ terminos cōsiderationis huius sit, non extra positus: inclusiuè (ut uerbo dicam) non exclusiuè. quid uolunt amplius? At non ut ad syncopē usq;. Hîc iā opus habituri sumus distinctione, & discretione illa: nā exclusiue acceptā syncopem admittemus: inclusiue si admittenda esse intelligatř, reijciemus exclusam. Quòd si hi pariter nobiscū non eousq; procedendum esse mittendo sanguini, in his, ut syncopem ipsam absolutam uideamus, ac delinquentē tantūmodo animū, deficiētemq́, non etiam defectum prorsus notemus, unum & idē sentimus. Sed illorū uerba aliud nescio quid sonant, & uidentur differentiam non admodum agnouisse (quantum conijcere possumus) inter λειποθυμίαν, & συγκοπὴν, animi deliquium, & animi defectum: si in ea significatione accipiantur, qua paulo ante diximus. perq; raro autem contingere aliquando possit, ut in plenitudine ad uasa, maximá, & habitudine athletica, urgētibus magnis de causis id fiat, sed circumspectè semper & suspensa consideratione.

Καλῶς δ' ἦ πεπεμμένα τὰ κατὰ τὴν προτεραίαν ἐδηδεσμένα. *Rectè autem concocta fuerint pridie comesta.*) Hoc semper cauendum monemur, ne quid crudi uentriculo insit, inter secandum uenam: misso quippe sanguine abreptum fertur è uentriculo in primas uenas crudus incoctusq; cibus, magno periculo. Itaque & postridie eius diei, quo febris cœperit, si concoxerit rectè uentriculus, forasq; exierint alui excrementa, uel certè in intestina descenderint. nam & hoc futurum sæpe satis est, & eadem interdum nocte paulum progressa, quæ diem febris primam, qua incepit, finitam sequitur, mittendum eodem modo sanguinem esse consulit, si modò aliqua de causa quas ipse enumerat, parcius sumpserit cibum æger, ut id perpetuum seruetur, dum sanguinem mittimus, ne non concocto prius cibo, defectóque de uentriculo fiat.

Μέχρι λειποθυμίας τοσαύτης, ὡς μηκέτι ἀναληφθῆναι. *Ad animi deliquium tantum, ut refici, siue restitui amplius non possint.*) Atque hoc illud erat, de quo paulo ante dicebamus, posse in mittendo sanguine, si necessitas exigat, ad id usque produci missionem, ut linquatur quidem æger animo, quod uere deliquium sit: non etiam ut destitutus eo deficiat, quod defectus iam prorsus animi dicendus. Ac profectò, multo semper consultius fuerit, intra hos terminos se continuisse, quam ultrà progressos, in apertum uitæ discrimen uocasse ægrum, nec reuocasse ad uitam facilè: sæpe etiam nulla omnino ratione potuisse: omnino autem mali alicuius dedisse causam immedicabilis.

CAP. XIIII.

Κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον, οὐδὲ τοὺς παῖδας φλεβοτομήσεις, μέχρι τεσσαρεσκαιδεκάτης τῆς ἡλικίας. *Eadem ratione neque pueris secabis uenam ad ætatem usque decimi quarti*

quarti anni.) Ergo non propter ætatem primaria quidem ratione, ſed habitudinis ipſius, qua præditi ſunt, reſpectu eximuntur pueri uenæ ſectioni. Nam quum & habitudinis per ſe difflabilis ſatis ſint, & non multum inſuper ſanguinis contineant, nõ admodum ſane ſanguinis miſsione indigere uideri meritò poterunt. Quæ quum tamen habitus conditio inſignis in pueris eſſet; uſq; eo, ut in tantum ſanguinis in his miſsionem auferat, in adultis autem non niſi ex parte tantum aliqua, ſic ſactum fuit, ut ab autoribus, quaſi primaria id ætati illi ratione contingat, ætatis, non habitudinis, ſuper hoc mentio ſemper fiat. Atq; hanc planè ob cauſam, rationem eandem hanc, ex oppoſito quodammodo petitam, ualere alicubi, adeoq; inualuiſſe iam uidemus. Etenim in Hiſpanijs, paſsim iam, ut audio, habitudinis tantũmodò ipſius, cuius primariam eſſe hac in re rationem diximus, conſideratione, & reſpectu, pueris quartumdecimum infra annum multis, ſanguinem largè ſatis ſæpe mittunt medici: non ſacturi, neque in eo perſeueraturi, niſi ſucceſſu aliquo inuitati, ratione tamen ad id faciendum primò adducti aliqua, ſine dubio: quæ nulla alia fuiſſe poteſt, quàm corporum habitus gentis, nationiſq; eius, multò ab alijs diuerſus. Qui quum uideretur ſolidior quidam eſſe, minimeq; fluxus, laxuſue, nec pauci inſuper ſanguinis: arbitrati ſunt, non ſine ratione, poſſe eum in puerili nõ minus ætate miſſioni ſanguinis ſufficere: & uiderant, legiſſe quidem poterant, nationis nõ ual de diuerſæ, eiuſdemq; propè cœli Mauritanum medicum Alpharanium, opinor, filiolo annorum ſeptem miſiſſe prius ſanguinem. Quamobrem ratione, & experientia perſuaſi fecere.

Εἰσὶ ἔτι καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν τήνδε, πολύαιμοί τινες, ἅμα ῥώμῃ δυνάμεως. *Sunt enim ætate adhuc hac, qui ſanguine abundent, quidam, ſimul & cum facultatis robore.*) Septuagenarios eſſe quoſdam eiuſmodi audimus hîc, qui ferre ſanguinis detractionem poſsint: ut quod ſuprà audiueramus ab eodem dictum, nulli ſenũ adeſſe uirium robur, id de ætatem hanc, annorum nimirum ſeptuaginta, ultra prouectis audiendum, accipiendumq; tantummodò eſſe, neceſſariò manifeſtoq; ſatis appareat.

CAP. XIIII.

Τῇ μεταβολῇ μὲν αὐτῇ, καὶ μάλιστα ὅταν ἤδη ᾖ φλεγμονή. *Mutationi quidem ipſi, præcipuè uerò quum phlegmone iam fuerit.*) Ex Hippocratis præcepto de ratione uictus acutorum, ſiq; ualidæ uires ſint: quod ſemel dictum, intelligi ueluti dictũ debebit ſemper, quoties de mittendo ſanguine ſermo erit, etiam ſi non dicatur: tantò magis, quum de expectanda ſanguinis mutatione dicetur. Quo etiam caſu memores nos eſſe oportebit exceptionis Galenicæ, qua monemur, in phlegmone maligna expectandam nõ eſſe mutationem eam: quumq; tanq; impactus fuerit ſanguis, qui non facile inde remittatur, ut paulò pòſt narrabitur, attentos igitur eſſe opus eſt, ac propterea repetimus hæc, non alia de cauſa. Hic quoq; enim, ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς, Hippocratici illius, non paruus eſſe uſus reperietur.

Διὰ τοῦτ' οὖν ἔλαττον ἀφαιροῦμεν, ἢ τὸ πλῆθος ὑπαγορεύει, κατὰ μὲν τὰς ἡλικίας ἤδη τῶν παίδων. *Idcirco igitur minus auferimus, quàm plenitudo poſtulet, ſecũdum ætates quidem in pueris.*) Atqui nihil prorſus detrahimus pueris ſanguinis, Galeni etiam conſilio ipſius ſæpius dato. Cur igitur quaſi demendũ, auferendumq; pueris ſanguinis ſit aliquid, ita nũc ſcripſit? Profectò nanq; qui minus huic fortè, quã illi auferendum eſſe ſanguinis dixerit, is aliquid tamen, minus licet, detrahendum atq; auferendum eſſe dixerit. Sed ſic intelligendũ, ſi contingeret, ut pueris auferri ſanguis deberet, minus auferret, ob rationes dictas. Quamuis rectè inſpicienti conſideratione quadam intelligibili ſatis, minus detractum ſanguinis fuiſſe alicui dicetur, non ineptè, nec minus uerè, cui nihil detractum omnino fuerit, ſi quis cogitationem ſuam explicet, non nimis cauilloſè,

CAP. XV.

Ὅσα μὲν οὖν καὶ περὶ τόπου τοῦ σκέμματος εἴρηται τοῖς ἰατροῖς, εἰ γράφοιμι. *Quæcunque igitur de consideratione hac dicta à medicis fuere si scripsero.*) Considerationem, & σκέμμα dixit de loco corporis, in quo incidenda uena sit, mittendo sanguini: non de mittendi quantitate, ut credidere. Patere id liquidò uel ex superioris statim uersus uerbis satis unicuique potest, in quibus mentio fit incidendæ iuxta secundum paruorum digitorum uenæ, de qua incisione deinceps dicturum se ait, neque aliud deinde agit, quàm ut, quæ deligenda in corpore secandæ uenæ loca sint, doceamur.

CAP. XVI.

Ἡ δ' ἐκ τῆς ἀντικειμένης χειρός, ἢ πάντως ἀμυδρῶν, ἢ μετὰ χρόνον. *Quæ uerò ab opposita manu, uel omnino exiguam, uel tempore post.*) Oppositam intelligit, affecta dextra thoracis parte, sinistram manum: & dextram, sinistra. Cui dubium hoc? Dico propterea tamen, quòd non defuerunt, qui aliter accipiendum hoc esse dictum contenderent: ineptè nimis, & importunè, ut referre pigeat omnino. Quamobrem neque de hoc, neque uerò de mittendo in pleuritide sanguine in uniuersum, qua mitti ex parte debeat, dicendum quicquam hoc loco esse existimo: inquisitione quippe non necessaria, editis de re hac libellis antea à doctissimis nostri temporis medicis: tum uerò à nobis quoque refutatis, ut spero, ante annos aliquot, nouis quibusdam natis super hoc opinionibus.

CAP. XVII.

Ὅπερ οὐκ ἦν ἡμῖν προκείμενον ἐν τῷ παρόντι λόγῳ. *Quod propositum nobis non fuerat in præsenti sermone.*) Dictum enim de his satis, cum supra in hoc, tum in præcedentibus hunc duobus alijs libris, primóque in primis aduersus Erasistratum scripto libro.

CAP. XVIII.

Ὅταν ἥ τε φλεγμονὴ πρόσφατος ᾖ, καὶ πλῆθος αἵματος. *Quum recens phlegmone fuerit, & sanguinis plenitudo.*) Vacuatione indiget abundantia sanguinis. uacuari autem nulla ex parte, nec commodius, nec copiosius, quàm si ex uena mittatur, sanguinis officinæ maxime proxima, poterit. Phlegmones autem initia, adeoque augumentum, uenæ sectionem postulabunt, qua sanguinis affluxus ad phlegmonem retractus auellatur. In renum igitur phlegmone recenti utrumque egregiè præstiterit incisa cubiti uena interior: utique lateris eiusdem, in quo affectus. hoc enim Hippocrati & Galeno, κατ' ἴξιν, & κατ' εὐθὺ est. Neque toto corpore, si quæratur alia, inuenietur, quæ hoc in negotio peræque euacuare à sanguinis ceu fonte plenitudinem eius ualeat: ac simul confluentem undique quidem, sed ex superioribus maximè corporis partibus, in renum phlegmonem sanguinem reuellat: quæ duo in primis requirebantur. Secus in inueterato affectu, & quem νεφρῖτιν proprie uocant. tunc enim detrahendi renibus humores, sanguisque, incisa sub genu, aut in malleolis, uena, quò deriuari inferius haud difficulter deducti cum sanguine humores queant, cum per confinium uenarum riuulos delapsi, tum sponte quoque sua inferiores in partes decumbentes, paulum modo accepto impetu motus aliquo. Nephritim porrò renum uitium intelligimus, calculo harenulisque laborantiũ, qui planè affectus non minus uenæ incisionem requirat, & quidem qualem nobis Galenus præscripsit, Hippocratis quoque ipsius authoritate, qui Epidemiorum sexto ἰγνύαν τάμνειν nos iubeat, quo loco in renem dolorem esse grauem dixit.

CAP. XIX.

Προκεκενῶσθαι χρὴ τὸ σύμπαν σῶμα. *Prius uerò uacuasse corpus uniuersum oportet.*)

quin confestim auertamus simul, & euacuemus. Atq; quum utraq; præstare posśit uenæ sectio pedis, & brachij (eiusdem enim rationis in cōmuni quidem sunt) priuatim autem priuatas ob causas, quas diximus, hæc quàm illa, promptius multò, & facilius præstet, præferendā parit' hanc illi habebimus, hís quidem casibus, ut interea illā huic in alijs pręferamus. Cęterùm hęc à nobis alibi, fusiùs explicata legi poterunt ab eo, qui legisse in animo habuerit.

Συμβαίνει μέντοι γέ ποτε, καὶ τὰς μήτρας ἐξ ἀναβρώσεως αἱμοῤῥαγεῖν. *Contingit tamen interdum, uterum ex erosione, sanguinis profluuio laborare.*) Quasi non aliam ob causam profluat ex utero nimius, nimiúmque abundans sanguis, quàm erosa uena aliqua: ita protulisse uerba hæc uidetur Galenus. Quod diligenter attendendum, considerandumq; est. nam rectè cogitanti apparebit, hanc uel solam, uel omnium potiśsimam, ac præcipuam ducendam causam esse fluxionum huiusmodi, quoties quidem profluuia occurrunt ingentia illa, quæ compescere & cohibere labor maximus semper sit, laboreturq; incassum sæpe, profectu nullo.

CAP. XX.

Ὥστ᾽ εἰ κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν φαίνεται καταλυομένη ποθ᾽ ἡ δύναμις. *Quocirca si secunda quandoq; die resoluta uidebitur uirtus.*) Exemplo comprobari poterit medicorum hoc eorum, quos suo tempore Galenus scripsit, in pestilitate paucisśimis ægrotantium, inter morborum tunc initia, sanguinem mittere ausos, διὰ τὸ προκαταλελύσθαι τὴν δύναμιν: quòd iam tum resolutæ essent uires, ut iure uererentur hoc facere: in principio libri de bonj & mali succi cibis.

CAP. XXI.

Σκοπὸν ἔχων ἐπὶ μὲν τῶν πυρεττόντων τὴν παρακμήν. *Scopum habens in febricitantibus quidem inclinationem.*) In febribus inclinantis, remittētisq; se accesśionis tēpus expectare iubemur secandæ uenę, uitato accesśionis uigore summo: in phlegmone autem, uel doloris alioqui uehementia, ex affectu aliquo secare permittimur uenam: in affectus etiam uehementia, uigoreq; ipso, nō iniuria. Etenim in phlegmone, dolorēq; ex phlegmone, uel plenitudine aliàs, aliquo, nō incōueniet, plenitudinem doloris causam primo quoq; tempore amouisse, etiam quum maximè causa ca urserit. tunc enim succurri laboranti uirtuti maxime debet, & potest. At in febrium accesśionibus putredo pręterea est, qua afflicta in primis iaceat uirtus, & expectandum propterea tempus incidendę uenę sit, in quo minus laborent, minusq; iaceant uires. Quæ quanq; putredo in febribus quoq; sit, quę phlegmonem sæpe insequuntur, maior tamen in his febrē ipsam facientis causa, quæ phlegmone est, ex qua pariter magis laboratur, habenda ratio fuerit, quàm alterius putredinis: & alioqui huiusmodi febres, non manifestas satis accèsśiones obtinent, nisi quas phlegmone fecerit: proinde nec inclinationes euidentes, ut commode expectasse tempus id liceat.

προεγρηγορήσαντας χρόνον, ὡς ὥρας μιᾶς. *Vigilantes uerò prius, horæ circiter unius tēpus.*) Quo tempore & deijci excrementa alui, uesicæq; poterunt, & ueluti sopitus per somnum sanguis, suscitatis spiritibus paulò commotior factus, fluidum sese magis reddet, ut emitti facilius de uena posśit.

Καὶ μέντοι καὶ ἀποθανόντας τινὰς ἴσμεν, ἐκ τῆς ὑποκειμένης ἀρτηρίας τῇ κατ᾽ ἀγκῶνα φλεβὶ τῇ ἔνδον. *Et quidem obijsse quosdam scimus, ex subiecta arteria uena interiori in cubito.*) Rectè dictum, τῇ ἔνδον, interiori: huic enim subiecta uisitur ferè arteria: non exteriori, quę humeralis est: neq; inter has mediæ. Quòd si hoc ex phlebotomo accidebat, quali ueteres usos fuisse par est credamus, qualiq; nostro etiā tēpore utimur, maior pars: quid credendum de phlebotomo, quo pasśim Germania utitur, aut si qua natio Germanā in hoc sequitur, multo magis incerto? Modus incidendi, ut appositū phlebotomum uenæ, quà secare in parte uolūt,

pollicis ictu adacto pertundant: qui si paulo ualidior ictus fuerit, incidi non solùm uenam, sed etiam arteriam quandoque id necessum est: quin neruum quoque interdum tactum feriri. Vtrumque contigisse uidi: de arteria bis, qui etiam interiere duo: de neruo sępius.

ταῖς δ' ἀρτηρίαις ἀεὶ μᾶλλον τῶν φλεβῶν. *Arterijs autem magis semper quàm uenis.*) Quòd quidem crassiores, proinde etiam ualidiores uenis arteriæ sunt multò, quoque magis moueri aptæ, natura quippe suapte antea quoque mouentes sese: ualde uerisimile fit, dissectis medijs hinc atque hinc, retractum iri in sese partem utramque, multò quàm si in uenis idem contingat, magis.

IN LIBELLVM DE HIRVDINIBVS, REVVLSIONE, CVCVRBITVLA, ET SCARIFICATIONE.

CAPVT DE HIRVDINIBVS.

Θηρῶντες τινὲς τὰς βδέλλας *Venantes nonnulli hirudines.*) Eiusdem omnino cum iam annotato, argumenti, habebitur libellus is, seu pagina potius tantùm quædam. Omnia enim præstant, quæ uenæ quoque sectio ipsa, in eo tradita: uacuationem sanguinis cum humoribus, reuulsionem, deriuationem, non tã fortasse efficaciter semper: sed præstant tamen, quod ex usu aliquando futurum satis sit. Itaque appendicula erit hæc antegressæ tractationis.

Η σπόγγον δ' ὑγρὰς ὑγρῷ πίσσῃ. *Vel spongiã madefaciens liquida pice*) Pix ex tæda in furno, artificio adhibito ignis ui prolecta fluit, liquidior primò: ea deinde iterato decocta, durata coit, palimpissæ tunc, ut Discorides ait, nomine accepto: arbitror eò, quòd bis ita ignẽ passa uideri possit. Ab hac igitur ut differret, liquida dicta pix fuit: non, ut à Lopissa, quam resinã esse cum cera nauibus derasam, scripsit Dioscorides: idque de aliorum potius sententia, aiunt, inquit.

CAPVT DE REVOLVTIONE.

Αμφω δὲ ταύτας τὰς ῥοπάς. *Vtranque porrò uergentes fluxus has.*) ῥοπὰς dixit fluentiũ aliquam in partem humorum cursum, cumque impetu aliquo uergentium eodem: ut impetum, siue decursum interpretari liceat. Quo loco animaduertendum, superne, infernèque factas uentris uacuationes, per urinas & sudores reuelli posse, dici à Galeno. Quas quidem uias alibi non semel deriuationis potius nomine significauit nobis author idem, ut sciamus, reuulsionis speciem modumque esse quendam deriuationem pariter ipsam, quam in communi, & in genere appellasse reuulsionem quoque liceat, saltem qualis est humorum ab internis partibus foras abactorum.

Ανθέλκοι δὲ καὶ τὰ δριμέα φάρμακα τοῖς κόλποις ἐπιτιθέμενα. *Reuellunt porrò acria quoque medicamenta sinibus imposita.*) Pro κόλποις, restituendum κώλοις: etenim κῶλα sine dubio, non solùm Galeno, uerumetiam autoribus Græcis multis, manus ipsę sunt, ab humero ad ungues usque extremos & crura, pedesque ab inguine ad imum pedem, plantamque ipsam. Quibus sanè corporis partibus, extremis inquam manuum, crurumque, recurrentibus in caput, aut uergentibus in uiscera humoribus, magno usu, rectaque semper ratione medicamenta acria applicabuntur (rubificantia uocant) hodieque quanto sæpe cum successu, cubitum supra, aut genu infra, in eundem modum, rationemque eandem inurantur loca candenti ferro, factisque ita fossulis (quod non minus causticis medicamentis quibusdam, aut putrefacientibus assequimur) aliquid semper inde manantis proliciatur humoris, tanquam de fonte, ex quo fontanellas iam uocemus, medicorum nemo, paulùm modo experientium, ignorare debet. Vsum quidem reportasse ægrotos uidimus sæpenumero eum, ut diuturnis capitis doloribus

doloribus fluxionibus'que uexati, aut de parte corporis aliqua queruli, frustra remedijs tentatis alijs multis, hoc uno persanatos se profiterentur quidam, plures magna certè ex parte leuatos se non diffiterentur, humorum ita noxiorum reuulsione, aut deriuatione facta, aut utrumque potius. Quod quanquam sanationem omnem non perficiat (restabit enim semper emendanda intemperatura, partibus illis ex humorum affluxu conciliata) plurimum tamen retulerit, sanationis totius fundamenta iecisse, ut ad partes amplius humor aliquis ne fluat, auersus aliò, diuersus'que, quo deinde melius medicamentis opportunis temperamento suo restituere lapsas inde partes possimus, nullo ulterius humorum in eas affluxu impediti.

Καὶ ἁπλῶς τὴν ἀντίσπασιν ποιητέον. *Simpliciter autem reuulsio facienda.*) Vt summatim, inquit, dicatur, reuellendum per omnem corporis dimensionem, modò contrarietas seruetur, & uergẽtes in partem aliquam humores retroacti, ac retracti auocentur, ut siue sursum aut deorsum, siue foràs aut intrò, siue dextrorsum aut sinistrorsum, siue antrorsum aut retrorsum uergẽtes ferantur, contrariã semper in partem tracti reuellantur. Quo planè nomine, quicquid uisceribus, aut internæ tandem parti alicui incumbit humoris noxij, foràs si retractus abigatur, auerti, reuelli'que ab impetu suo, quo primum uergens ferebatur, dici rectè satis poterit: quippè intrò delatus, ac uergens, foras atque extrà reuocatus abigitur, contrario motu.

CAPVT DE CVCVRBITVLA.

Σικύα δύναται τὴν ὕλην κενῶσαι. *Cucurbita potest materiã uacuare.*) Duntaxat affectuum reliquias, ipsarum'que adeo phlegmonarum ignea ui discussas, & in auras transpiratas.

Ὀδύνην λῦσαι. *Dolorem soluere.*) Nempe à flatuositate excitatum, uel quem intemperaturæ fortè frigidæ alicuius inæqualitas fecerit.

Φλεγμονὴν μειῶσαι. *Phlegmonem minuere.*) Sub extremum, ut diximus, quum affluxus humorum cessauerit omnis. tũc enim affixa parti cucurbitula, materiam attenuare, atq; attenuatã per halitum digerere poterit: proinde phlegmonem pariter minorem reddere, uel ob id etiam quòd partibus alijs diuerso in loco applicata, habere ad se materiæ non parum soleat, etiam alio, quàm finientis phlegmones, tempore.

Ἐμπνευμάτωσιν διαφορῆσαι. *Flatulentiam discutere.*) Cùm quæ dolorem faciat, quo paulò ante diximus, modo, si tantùm flatuositas sola sit: tum quę parte corporis aliqua uagetur, sine dolore: hanc enim quoq; discusserit eadem ratione, ignea nimirum facultate, & attenuandi, dissipandi'que uiribus.

Ὀρέξεις ἀνακτήσασθαι. *Appetentiam reuocare.*) A mala temperatura factam, frigidiore cum materia, & absque hac: quibus etiam de causis debilitatum uentriculum, quod mox additur, corroborarit.

Λειποθυμίας ἀπαλλάξαι. *Animi deliquia amouere.*) Siue ab animi deliquio liberare. quippe excitato innato calore, qui tunc torpet, quacunque corporis in parte deligãtur: simul & liberatis præcordijs, humoris, causæ'que deliquium facientis retractione, quemadmodum etiam, quod mox dicitur, transferri ex profundo eadem ratione fluxiones, & siccari possunt, ignis ui utramq; promptè efficiente.

Καὶ αἱμοῤῥαγίας ἐπισχεῖν. *Ac sanguinis profluuium cohibere.*) Vndecunq; tandem fluat, si in ex aduerso posita parte applicetur, infra, supraúe, ea distantia, ut auerti sanguis possit fluens.

Καὶ ἐμμήνων φθοροποιοὺς δυνάμεις ἑλκύσαι. *Et mensium corruptrices facultates extrahere.*) Valde suspicor pro ἐμμήνων, legendum esse ἐμβρύων. nam impropriè nimis dici uidentur posse mensium corruptrices facultates ullæ, sicuti

maxime propriè infantis in utero, fœtusq́ ipsius: multoq́ frequentius occurrent legentibus, φθοροποιοὶ ἐμβρύων δυνάμεις, quàm ἐμμήνων. sed nec in clausula hanc sequente ἔμμηνα repetisset, quæ iam in præcedente nominasset: ταῦτα potius dixisset, uel αὐτά. Quòd si ἐμβρύων fuerit, facili satis uerborũ sensu intelligemus, in his, quę abortiunt, propter corrumpentes fœtum causas, posse causas hasce, apposita cucurbitula, extrahi atq́ absumi.

Καὶ ἔμμηνα κουφίζει. Et menstrua leuare.) Vtroque, ut opinor modo: & eruptione nimia profluentes menses sistere ut queat, si uterum supra figatur: & suppressos prouocare, si coxis, aut malleolis: dicique in utroque affectu leuatum malum id, uel leuata potius ægrota malo; molestiáque ea rectè satis poterit.

CAPVT DE SCARIFICATIONE.

Ἅμα γὰρ τῷ αἵματι πολλῷ συνεκκρίνεται τὸ ζωτικὸν πνεῦμα. Simul nanque cum sanguine multo excernitur uitalis spiritus.) Idque magis adhuc fit æstuante ambiente nos aëre.

Καὶ πάντα τὰ ψυχικὰ ἔργα χεῖρον γίνεται. Cunctaq́ animalia opera deterius fiunt.) Vel pro ψυχικά, scribendum φυσικά: uel animalia accipiendum, pro partium animæ omnium operibus, quas tres esse in uniuersum demonstrarit in opere de placitis Hippocratis & Platonis, ut non solùm animalis cerebri, sed etiam uitalis cordis, & naturalis hepatis intelligantur facultates, utique animæ quoque omnes, nec minus, quæ in nimia sanguinis missione debilitentur omnes, exhaustis spiritib. cũ sanguine uitalibus pariter & naturalibus, & animalibus: quanq́ his secundaria quadam ratione, subtractis nimirum uitalibus primùm, qui animalium materia sunt.

IN LIBELLVM, QVOS PVRGARE OPORTEAT, ET QVIBVS, ET QVANDO.

Τοὺς ὑγιεινὰ σώματα ἔχοντας, ἐργῶδες καθαίρειν. Sana habentes corpora difficile est purgare.) Huic loco conuenienter in primis inseri uisus est posse libellus, quos purgare oporteat, & quibus, & quando. Nam, quum utraq́ medicinæ in parte, tam quæ præsentem tuetur, quàm quæ amissam reuocat sanitatem, duo omnium maxima, maximeq́ ut utrunq́ assequamur, habeamus remediorum genera, secãdæ uenæ, & repurgandorum de corpore humorum, pręcesseritq́ iam tractatio de primo, cùm in Therapeuticorum libris quatuordecim sæpe, tum uerò in paulò antè annotatis à nobis libellis, priuatim rei huic à Galeno dicatis: de secundo (quod in libello hoc fit) tractatio, conuenienti satis ordine, uenire in hunc locum debebit. ἐργῶδες καθαίρειν, operosum purgare dixit, quòd magnum in eo collocandum studium sit, diligentia magna, atque interea tamen non parua sequantur incommoda, & difficultates. hoc enim est operose aliquid facere, difficulter, ac laboriosè, si quis opus exerceat aliquod.

Τοὺς δ' ὑγιαίνοντας μὲν ἔτι, νοσήσοντας δ' αὖ, εἰ μὴ κενωθεῖεν. Sanos autem, ægrotaturos uerò, nisi repurgentur.) Ex Hippocratis præcepto, qui aphorismorum sectione sexta ita scribit, ὁκόσοισι φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη συμφέρει, τούτους τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν, ἢ φαρμακεύειν χρή: quibuscunque uenæ sectio, aut purgatio confert, his uere uenam incidere, uel purgationem dare oportet. Multaq́ leguntur in expo-

in expositione inibi Galenica, quæ hic quoque ijsdem probe uerbis, uerborumque sensu. Porrò autem uerno maxime tempore utrumque fecisse præstat, quod fluidus magis per id temporis, reddatur sanguis, proinde misioni quoque aptior, & humores sese tunc commoueant facilius, ac commotiores facti, periculū partibus afferant, in quos fortè decubuerint, nisi repurgatione detrahantur prius corporibus: sicuti sanguis pariter tunc, maxime abundans, fluxilisque factus, mala illaturus multá, nec parua sit, nisi mitti de corpore, secta uena, anteuertatur.

ἐνίοις δὲ τὸ ὀῤῥῶδες περίσσωμα. *Quibusdam uerò serosam superfluitatem.*) Serosus humor, quamuis ex pituitæ genere in uniuersum sit, euacuari tamen peculiaribus medicamentis quibusdam, purgatus postulat, alijsque, quàm crassior, alteriusue generis alicuius pituita.

οὕτως γὰρ ἄμεινον δεῖ τοὺς τοιούτους κενοῦν. *Hoc nanque modo melius est uacuare hos.*) Obnoxios nimirum tertianis febribus, quos biliosus humor gignit, qui quoniam æstate maximè uiget, uiresque eo tempore potissimùm sumit, coaceruaturque in corpore, æstatis initio detraxisse eum corporibus præstiterit, priusquam accumulatus noxæ aliquid afferat, simul etiam ne nimis multus generetur, præcauisse, usitatis, quibus bilis multa inest potestate, alimentis, ac refrigerantium atque humectantium mediocri usu. Pituitosos autem & crassos humores, uere primum inchoante uacuare conueniet, si tamen dissecti prius, & tenuiores facti fuerint, atque ita euacuationi idonei magis redditi. Quamuis enim temporis beneficio ipsi sese iam tum commoueant in corpore humores, præparari tamen postulant natura segnes, tardique, & non facilè loco mobiles, nisi dissectique, & detersi. Quam etiam ob rem, hyemis tempore, in quo in primis uigent, & copiosi colliguntur, quum uacuari pariter deberent, rectè tamen ac commodè non uacuantur, crassitie, & tenacitate impediti, hyemisque insuper frigiditate tardati. At melancholicus humor, natura terrestris ualde, locisque quibus hæserit, ueluti affixus, non satis habiturus esse uidetur, si in anno semel tantùm detrahatur corpori: sed & ineunte uere uacuari ritè uolet, ob collectionem antegressi autumni factam, humoris talis, & insequentis itidem autumni in principio purgari non minus ritè requiret, ut euitetur collectio futura humoris eiusdem maxima, nisi euacuatione præueniatur, ob humores, præcedentis æstatis caloribus ac feruoribus, sicciores factos: cui quidem humorum siccitati, si frigiditas præterea ex autumno, atque hyeme, accesserit, humoris copia melancholici expectanda protinus erit.

τὸν μέντοι μελαγχολικὸν ἀεὶ κάτω. *Melancholicum autem semper inferius*) Scitum est Hippocratis illud, quo natura suapte uergunt humores, eò, per loca conuenientia ducendos esse. Sic bilem sursum latam libenter, ac facilè uomitu uacuamus: pituitam per inferiora deijcimus, sponte sæpe sua eodem delatam. quam nihilominus uomitione quoque aliquando reijciendam curabimus, uentriculo contentam: sæpe etiam ibi non parua ex parte genitam. Eodem modo, eadémque ratione, contentam in intestinis bilem, quamuis ibi non generetur, ac deferatur tantùm eò, deijciemus inferius, contra quidem Hippocraticum decretum illud, quod diximus, facientes. nam & pituita, sponte, naturáque sua faciliùs inferiora petet, ut superiora bilis: sed locorum commoditate, in quibus interdum positi, neque commouentes se quicquam in hanc, illamúe partem inueniuntur, inuitati facimus, ut hanc inferiùs, superius illam euacuemus. Cæterùm in melancholico humore facere idem nobis non licebit, semper inferiora petente, ideóque per easdem uias purgando, nunquámque in uentriculo genito, uel manente ibi diu, sicuti pituita: quæ quanquam ipsa quoque, bile flaua ponderosior, repurgari per infema requirat: quod & fit sæpius: interdum tamen inuenta

in uentriculo, inde compendio maiore, uomitu educetur melius, simul melancholici humoris comparatione, terrestris ex toto, leuior ipsa, locoque mobilior, ac fluxilis magis, eductioni superne factæ, non repugnabit ualde: quod quidem facturus esse uidetur melancholicus humor, ut propterea educi perpetuò per inferiora postulet.

Καὶ γὰρ αὐτόματα οὕτως ὠφελεῖ. Etenim sponte sua ita iuuant.) Si quis autem causam quærat, cur ita fiat, ut in accessionum principio atque incremento uomitiones fiant, & sanguinis per nares fluxiones: in remissionibus autem, per urinam & aluum excretiones: illa esse possit: Inchoante accessione, & augescente, calent intus omnia, ac feruent sæpe præcordia, ebullit sanguis, agitati mouentur humores, extremæ contrà partes frigent, pauloque à præcordijs remotiores, ueluti adstrictæ cessant, ut intestinorum quoque extrema, & uesicæ urinariç loca, quorum tunc excrementa mirum esse non debeat si supprimãtur: sicuti sanè neque illud mirum, uomitum tunc accedere, quærente humore per aperta & patentia, propinquaque magis loca exitum, qui uentriculus est. Feruescente autem sanguine, sursumque feruore eo acto, *ἀναστόμωσις* facile fiet, adapertis uenarum osculis, quæ ad nares tendunt, facientéque sibi uiam feruidiore sanguine, atque erumpente. inclinante uero, remittenteque se accessione, ac diffusa ita per extrema quoque calore, simul & intestinorum uiæ aperiantur relaxatæ, & uesicæ, per quas liberius prodire foras de corpore noxiæ humorum superfluitates queant.

τῆς γὰρ ῥοπῆς τῶν χυμῶν ἄνω γινομένης. Humorum nanque impetu sursum facto.) Ratio de accessionum tẽporibus dicta, in diebus quoque indicatorijs seruabitur, dum crises, & iudicia fiunt: quippe hæc quoque in accessionibus plurimùm eueniunt. quocirca hîc pariter sursum acti ferentur humores, ut propterea tentanda tunc alui deiectio non sit.

Διακρίνουσα τοὺς χυμούς, ἀποθεμένη τὸ περιττόν. Secernens humores, & superfluum deponens) Eadem opera facultas eadem, sequestratos, secretosque humores excernit, non autem secernit primò, tum interposita temporis mora aliqua excernit: imò excernens secreuit iam. neque enim excernere aliter potest, nisi secernendo: ut eandem esse appareat facultatem, quæ hæc faciat, neque duo sint, quç fiunt, sed unum, excretio nempe, quæ coniunctam secretionem habeat. Sicuti attractrix nihil attrahit nisi secretum, sed eadem opera: coniunctum enim hæc quoque habet secernendi opus, trahendo.

Τὸ λοιπὸν αὐτοὺς χρὴ προστιθέναι φαρμακεύοντας. Quod reliquum est, adijcere ipsos oportet dato medicamento.) Quç relinquuntur in morbis, recidiuas facere consueuerunt: dictum est Hippocratis. ne igitur recidiuæ morborum fiant, repurgasse humorum reliquias, opus erit.

ὧν δὴ καὶ τὸ ἐκ τῆς κολοκυνθίδος. Quorum ex numero est illud quoque, quod ex colocynthide paratur.) Haud scio, an hoc facturi simus hodie, ut febricitantibus, huiusmodi purgatoria medicamenta propinemus, quamuis febris uehemens non sit, quamuis ægri perspecta nobis, atque explorata natura: & facturi tamen, medicamentis melioribus destituti, ut Galenus, cumque Galeno temporis illius medici faciebant omnes. Nunc Christo gratia, medicamenta habemus, quæ nec de caliditate nimia damnare iuste possimus, & quæ benigne placideque operata semper, nunquam nobis suspitionem afferant purgationis nimiæ, aut uiolentæ futuræ alicuius.

Ὥς φησιν Ἱπποκράτης. Vt ait Hippocrates.) De ratione uictus in morbis acutis.

Καὶ τροφὴ γίνεται τοῦ ζώου, τὰ δ' ἤδη τὸ φθαρτικὸν καὶ δηλητήριον ἐκτρέπεται. Et animalis nutrimentum fit, quadam uerò in corruptiuum, & uenenosum conuertuntur.) Purgatoria medicamenta, quatenus humorum alicui nostrorum similia semper sunt (non enim aliter traherent) uerti in humorem eundem possunt, naturæ ad id similitudine adducta: eoque nutrient: humoribus enim nutrimur

his

his pariter. Rursus quatenus contraria, aduersantisque nobis naturæ semper aliquid retinent, superato calore innato nostro, in partes trahi poterunt corruptiuas nostri, & uenenosas.

ἀλλ᾽ ὅταν τὸ μὲν εὐθέως, τὸ δὲ μετὰ πολὺ τῆς προσφορᾶς. *Sed quum hoc quidem cito, illud autem post multum assumptionis tempus.*) Hodie feliciter satis componuntur, compositaque habentur medicamenta iam purgatoria, genus omne, quibus uarij, diuersique de corpore humores repurgentur, non magna sanè temporis intercapedine, finitaque sæpe unius, alteriusúe summũ horę spatio, purgatione omni, successu bono, ac bene ferentibus qui sumpserunt. Non attinet referre cognita medicorum quoque uulgo, & quę ubique prostent simplicia, compositaque, non solum legenda sumi ab autoribus possint.

IN LIB. DE MARASMO SIVE TABE.

CAP. I.

Μαρασμός ἐστι φθορὰ ζῶντος σώματος ὑπὸ ξηρότητι. *Tabes est corruptio uiuentis corporis, præ siccitate.*) In censu Galenus Therapeuticorum librorum suorum, sic ait, ἔστι δὲ καὶ τὸ περὶ μαρασμοῦ τῶν θεραπευτικῶν: est porrò liber quoque de tabe inter Therapeuticos; ut necessariò ideo collocandus, atque adnotandus nobis pariter inter hos ipsos sit, autoris proprij iudicium sequutis. Μαρασμὸν interpretantur marcorem alij, tabem alij. Quo quidem affectu qui laborant, quum ex siccitate periclitentur, quos melius ac propriè magis tabescere & contabescere, quàm marcescere dicimus: ita rectius quoque Latinis nobis reddi μαρασμὸς uocem arbitror, si tabes dixerimus, quàm si marcor.

περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστιν. *De quo nunc est sermo.*) Quippe qui, ægrè quamuis ac difficulter, sanari tamen possit, adhibitis opportunè remedijs: quod alter non potest, absolutè eiusmodi qui fuerit.

CAP. II.

ἀλλὰ πάθος δὲ ἀνάγκης ἑπόμενον. *Sed affectus necessariò sequens.*) Senectus naturæ opus non est, inquit, necessariò tamen insequitur; nimirum naturæ opera ipsius, calorisque innati actiones omnes: quamuis in eam gratiam minime fiant, ut senectus sequatur. Neque uero ex naturæ intentione prima id fit, modo ullo, atque iccirco naturæ esse opus nõ dicatur, primò, ac per se, senectus: ex accidente uerò, & secundariò rectè dici queat, neque non secundum tamen, si secũdum naturam accipiatur quo diximus modo, pro eo, quod naturę opera necessariò sequitur, ac comitatur.

τὸ γὰρ ὅτι τὸ γεννητὸν πᾶν φθαρήσεται πάντως, οὔτ᾽ ἐπιστημονικὴν, οὔτ᾽ ἀναγκαίαν ἔχει τὴν ἀκολουθίαν. *Nam, quòd genitum omne corrumpatur omnino, nec scientificam, nec necessariam consequutionem habet.*) At interea demonstrasse credet se Aristoteles, genitum omne corrumpi necessario, & non genitum non corrumpi: libro primo de cœlo. Rursus autem alia ex parte, quæstiones, quæ agitantur in scholis de rebus his, ut quum de anima quæritur, sit ne simul à parte antè, & à parte pòst immortalis necessariò (sic enim disputantes loquuntur) ostenderint, non esse hoc pro effato, aut enutiato immutabili prorsus recipiendum ab omnibus: & in Phędone Plato, allata prius demonstratione, quòd ingenita esset anima, atque, antequam corpus ingrederetur, fuisset: quod isti per id intelligi uolunt, quum immortalem haberi à parte antè dicunt. Non satis esse deputãs demonstrasse hoc, etiam post egressionẽ de corpore futurã demonstrare aggreditur,

quod

quod à parte post, ab ijſdem intelligitur, fruſtra idipſum facturus, ſi pro axiomate habenda foret propoſitio, qua genitum omne, neceſſario, atque omnino, corruptibile quoque eſſe dicitur. Hoc enim ſi neceſſariò, ac penitus uerum eſſet, eadem neceſsitate ingenitum pariter, incorruptibile uerè exiſtimaretur: adeo què in eo, quod nunc proponitur de corporũ genitorum interitu neceſſario, rationis afferri aliquid poſsit, neceſſarium non eſſe, ſiquidem uerum eſt (ut uerum eſſe oſtenſum fuit) ex accidẽte iſta fieri, ſiccitatem, ſenectutem & mortem: non enim primò id intendi à natura, ſed naturę ſolummodò opera ipſa ſequi: at quæ ex accidente fiunt, non ſemper fiunt, nec perpetuam in omnibus ueritatem obtinebunt immutabilem.

CAP. III.

τίς δ' ἐκείνη τὴν τροφὴν ἐξομοιοῖ μᾶλλον τὸ ἢ τὴν ὕλην ἑαυτῇ. *Quanam autem illi aſsimilat magis, quàm materiam ſibi ipſi.*) Flamma quæcunque materiam, quam arripit, & ex qua alitur, ſibi ipſi aſsimilat, in ignem quippè uertens: at non ut alimẽtum illi aſsimilet, hoc eſt, ut alimẽtum, materiæ, in qua eſt, & quam depaſcitur, aſsimilans, aliud ſubminiſtret. Quod quidem calidum innatum facit, corpori in quo alitur, alimentum ſemper ipſum, aliud, priori aſsimilatum, ſuggerens, quaſique rependens.

καὶ μὴν ταυτὸν εἶναι ἔμφυτον θερμὸν, καὶ φύσιν, οἱ τῆς εἰρημένης δόξης ἡγεμόνες. *Atqui idẽ eſſe aiunt, innatum calorem, & naturam, dicta opinionis authores.*) Fuſa paulo magis eſt naturæ ſignificatio, qua cùm alia, tum calidum innatũ, ſpiritusque etiam ipſi comprehendantur: quæ rurſus, quomodo inter ſe differant, quòue eadem eſſe poſsint modo, dictum in phyſiologicis fuit.

CAP. V.

Η καὶ νὴ δία τοῦ ἥπατος. *Vel certè iocinoris.*) Reſiccabitur cordis ſubſtantia facilè, etiam bene alioqui temperati, niſi ſanguinis illi alimoniam ſubminiſtret iecur quod ſatis ſit: ac iecoris humidius temperamentum, cordis ſæpe ſiccitati non paruo eſſe auxilio ſolere ſcimus, quippe quam emendare nonnunquam poſsit. Hac de cauſa ſi ſiccitatem corrigere iecoris daretur nobis, ut inuehere humiditatem nouam illi liceret, duntaxat ſubſtantia humida eius reddita, cordis pariter bona ex parte liceret.

Εοικε τοίνυν ὅμηρος, εἴπερ τὶ καὶ ἄλλο. *Videtur igitur Homerus, ſi qua alia.*) Verſus eſt ex Odyſſeæ Ω.

Αποθνήσκουσι γὰρ οὐδὲ τοῖς ἀσιτίαις, οὐ τοσοῦτον ἐνδείᾳ τῆς τῶν στερεῶν σωμάτων τροφῆς, ὅσον τοῦ πνεύματος· οἱ σφαττόμενοι. *Moriuntur enim ex inedia, non tam ſolidorum corporum nutrimenti defectu, quàm ſpiritus, qui iugulantur.*) Quemadmodum pereunte, deſtructoque temperamento, cui inhæret, atque ubi tanquam in domicilio hoſpitatur anima, migrat aliò: ita inſtrumento ſuo, qui ſpiritus ipſi ſunt, deficiente migrabit: fruſtra ibi commoratura, niſi corpus uiuificet, atque animet: quod facere ſine inſtrumento non ſolet, nec poteſt quidem. diſcedit ergo, priuſquam etiam intemperatura accedat, quæ abire ipſam cogat, abſumto ſpiritu uitali maxime.

Εἰ δ' ὃν Αρχιγένης ἐκάλει σκληρὸν, ὄνομα μόνον φθεγγόμενον. *Quod ſi quem Archigenes uocabat durum, nomen tantùm dicens.*) Ex tertio libro de differentijs pulſuum, ſub finem, ſciri poterit, Archigenem ualde impropriè, pulſus duri ſignificationem accepiſſe, ac metaphoricè ſolummodo, factis trãslationibus multis, atque, ut Galenus de eo ibidem dixit, ἢ κατ' ἄλλο τι τῶν λαληθῆναι μὲν δυναμένων, διδαχθῆναι δὲ ἀδυνάτων: uel ſecundùm aliquid aliud eorum, quæ dici quidem poſſunt, doceri autem non poſſunt.

CAP. VI.

Συμβαίνει δὲ τοιοῦτον τοῖς οἰομένοις ἰᾶσθαι μαρασμὸν, οἷον τι καὶ ὑπαλείφοντι τὴν εἰς

τὸ

τὸ πρόσω μετέστασιν. *Contingit porrò tale quippiam putantibus, marasmum se sanasse, quale est ijs, qui luxationē, anteriorē in partem.*) Eos innuit, qui Hippocratis quoque tempestate, dorsi spinam fractam fortè sanantes, uertebras se dorsi antrorsum luxatas sanasse credebant: de quibus Hippocrates in libro de articulis in hunc modum scribit, ἀγνοέουσι δὲ πολλοί, καὶ κερδαίνουσιν ὅτι ἀγνοέουσι. πείθουσι γὰρ τοὺς πέλας: ignorant multi, ex eòque quòd ignorant, lucrantur: quippe præsentibus persuadent. Ita sanè emaciatos aliquos, & ἀτροφοῦντας, nec alimentum sentientes, aliqua alia de causa, non autem ex cordis, iecorisúe, uel uisceris alicuius siccitate, si quis sanitati suæ restituat, & se marasmo, tabeq́ue affectos restituisse glorietur, seipsum deceperit, deceptosq́ue alios fefellerit. Non alio exemplo uidi, qui longa ac diuturna tussi laborantes, ueluti pthoe, pthisiq́ue correptos, sanatos à se gloriabundè iactaret passim.

CAP. VII.

Εἰ μὲν ἔτι διαφυλάττοιτο τὴν ἔμφυτον ἰκμάδα καταπτώσις γίνεται δυνάμεως. *Siquidem adhuc innatam humiditatem conseruat, deijcitur uirtus.*) Introducta uidelicet frigiditate nimia: quandoquidem intemperaturæ genus omne, supra modum factæ imbecilliores uires efficere solere, dictum sæpius alibi sit.

Ὥσπερ γε καὶ τὸ διψώδεις μὲν ποιεῖν, τοὺς μὴ διψῶντας: ἀδίψους δὲ τοὺς διψώδεις. *Quemadmodum quidem & siticulosos reddere, qui non sitiunt, & sitibundis sitim demere.*) Huius facilis est redditio causæ: ut sitis mitigetur, totaq́ue etiam auferatur. Eadem enim opera fit, qua reliquæ pariter corporis partes balnei usu iuuantur, humectationis nempe beneficio, qua inuecta uentriculo, & a nota siccitate, facilè cessatura sit sitis omnis. Alterius autem, sitis nimirum ut introducatur, quæ prius non fuerat, qui priori contrarius effectus est, causa alia omnino quædam afferatur oportet: neque ubi nam locum suis in operibus, rei huiusce causam attulerit Galenus, cuius tamen alibi attulisse dicturus mox est, succurrit nunc quidem. Esse tamen possit hæc, ut necessariò, ex accidenti id quodam fiat, id est, secundariò. Etenim fieri potest, ut resoluta, ac transpirata, ex balnei ui, ac facultate, si crebrius hoc fiat, humiditate, quæ sitire humefactos ita non permittebat, succedenteq́ue in illius locum siccitate, simul & sitis succedat, quæ prius non erat. Hinc illud additum à Galeno legimus statim:

Χρὴ τούτους μὲν πλεονάκις, ἐκείνους δὲ ἅπαξ λούειν. *Porrò autem hos sæpius lauisse opus est, illos autem semel*) Sæpius nimirum eos, qui sentire sitim debebunt: semel, quibus extingui, hi nanq́ue protinus humefieri solent, arripiente humiditatem partium siccitate auidè ad se, ac retinente, nisi frequentetur balneum.

CAP. VIII.

Σεσηπέσθωσαν δὲ ἐξ ὕδατος ψυχροῦ. *Putrescant autē ex frigida recenti.*) Maceretur uult lactuca, quod putrescere appellauit, ut Virgilius solū putre, & putrem glebam dixit: quippè solutilem. sic nobis accipienda est lactuca loco hoc, quę quasi putruerit, flaccuerit certe. quicquid enim amissa substantiæ suæ consistentia flaccescēs ueluti emarcuit, illud putrescere quodammodo dici rectè satis poterit. Sic lactuca eo pacto macerata, & frigidæ qualitate accepta, confici facilior erit stomacho, & refrigerarit melius: cui si acetum insuper addatur, simul addetur & penetrandi, & frigefaciendi potestas maior.

Τὸν πυρετὸν ἀκριβῶς ἑκτικὸν ἀδύνατον ὑπάρχειν. *Febris exquisitè hectica ut sit, fieri non potest.*) Quæ tunc solummodò exactè talis est, quum nullo absq́ue humore prorsus fuerit. at in erysipelate biliosus humor, sanguisq́ue quum sit, putredinosæ febris aliquid semper miscebitur, ut pura esse non possit hectica.

λέγεται δὲ

se, quum facere aliquid statuerimus, habeant: nec pleraq; alia: quorum unum aliquod immutaturum quamprimum sit consilium nostrum omne, si in rē presentem uenirerimus. Et sunt tamē in quibus consilij impertiri à medico liceat aliquid morbi Chronici præsertim, & si qui sunt, qui non tanta indigeant temperamenti, rerumq; quas modò retulimus cognitione: aut, ut indigeāt, minus tamē erratur, minoreq; noxa in illis simus, quam in alijs, qui particularem magis actionē requirūt. q̄d genus acuti in primis sunt, in quibus indies, sæpe etiam in horas, mutare alia atq; alia cogimur, idq; dū curationi intersumus ipsi, uel præsumus quoq;. Itaq; medicorum nemo rectam sequi rationem si uoluerit, ægro to huiusmodi absenti consilium absens ipse dederit: alijs quibusdam dare non facilè tamen, neq; sponte sua uolens, & precibus tantum uictus posit, ut in cōsilio comitialis pueri hoc factum à Galeno fuisse uidemus. Et quos sanatos à se dixit per literas, alibi gentium degentes, nec uisos sibi, hieræ usu, in suffusionis suspicione, atque ita tamen, ut non ante faciendum quicquam esse consuleret, quàm certior prius fieret de quibusdam: quod scire possumus ex libro quarto de locis affectis.

CAP. II.

Καὶ τροφαῖς ἐκπληκτικαῖς. *Et alimentis perterrefacientibus.*) Cuiusmodi sunt, quæ replent caput multa, exhalationibus calidioribus, mentisq; quasi consternationem quandam afferunt, ac perturbant ipsam, percelluntq;.

Καὶ τῆς πάθης ἀναμνῆσαι. *Et affectionis reminisci.*) Reuocant ista accesionem sæpe, & oblisci non sinunt, aut quiescere, affectum, sed sopitum interdum excitant, ac meminisse cogunt inuasionis, & insultationis suæ.

CAP. III.

Καὶ γὰρ πως οὕτως συμβαίνει κινεῖσθαι τὰ ἐν περιόδῳ. *Etenim contingit quodammodo ut ita moueantur, quæ recursionis sunt.*) Quæ redire solent ęgritudines, humorisq; recurrentis causam habent, uere posimum recurrunt, excitato, commotoq; ueris teporibus, humore, segni per hyemem, sopitoq;. quemadmodum podagræ quoque eodem maxime tempore inualescunt: atq; inter ueris morbos, comitialis pariter refertur ab Hippocrate: τῷ μὲν ἦρι τὰ μανικά, καὶ τὰ μελαγχολικά, καὶ τὰ ἐπιληπτικά, ait, Aphorismorum sectione tertia.

Τῶν χειρῶν ἀπὸ τῶν βραχιόνων τι, καὶ χειρῶν ποιούμενος. *Initio facto à brachys, & manibus.*) χειρῶν dixisse poterat tantum, & brachia similiter intellexissent medici, manus appellatione: sed quia medicinæ idiotæ scribebat, brachiorum addidit, humerum cubitumq; inter positam partem intelligens, ex uicinis semper parti bus parti, unde retrahere studemus, faciendas esse frictiones iubens, tum per succesionem quandam ad inferiora deducendas, reuellendis ita humoribus melius à propinquis ad longinqua: proinde brachia prius nominauit, deinde & manus.

Οὐδὲν κωλύει σὺν τοῖς ἄλλοις. *Nihil prohibet, ut cum alijs simul.*) Si cum pinguetudine aliqua adhibita fuerit frictio, fricari poterit & caput, unà cum partibus corporis alijs: cùm quòd multum minuetur frictionis uis, lubricitate indu cta ex pingui: nec tam rubescent partes, proinde nec incalescent tantum, neq; attrahent: Tum quòd perfrictis simul alijs corporis partibus omnibus, trahentibusq́ue ad se quibusq; quod possunt, trahi, ferriq; ad caput non poterit quicquam, trahentibus non minus alijs.

Λουτρῶν δὲ ἀπέχεσθαι τὰ πολλά. *Plurimum vero abstinere oportet à balneo.*) Balnei usu liquescent, commouebunturque lauationis calore agitatiores facti humores in corpore, & ad partes imbecilliores, quod hoc in affectu caput ipsum est, ferentur facilius. Hac de causa abstinendum. Meminisse debemus, iam dictum fuisse suprà idem in libro de uenæ sectione aduersus Erasistratum, his uerbis: οὐκ ἂν οὕτω τοὺς ἐπιλήπτους ἐγχειρήσομεν βαλανείοις κινεῖν

Dd CAP.

CAP. IIII.

Εἰς τὸ δεῖπνον ἀποθέσθαι τὰ λοιπὰ δύο μέρη, μετὰ τῶν ἰσχυροτέρων ὄψων. In cœnam reponere reliquas partes duas unà cum fortioribus obsonijs.) Fortiora dixit valentius nutrientia, & alimentosa magis, quæ cum duabus panis vnius partibus, reseruanda esse cœnæ imperat, tributa huic tempori procul dubio ita maiore cibi portione: non solũ autem, sed etiam maioris, ac ualidioris nutrimenti, vt, si autoritate niti Galeni ipsius uolumus de re hac, hanc habeamus diserte inprimis prolatam, & contestatam. Rationẽ attulit nullã hîc, memor eius, ad quem scribit, cuius persona idiotæ, & ignari rei medicæ persona erat. Attulit autẽ libro septimo Therapeutices, nosq́, & ante nos alij, prolixè satis de his disseruimus in opere salubrium, siue de sanitate tuenda, nostro.

Καὶ οἱ πέπονες, οἱ σικυοί. Et pepones, qui sicyi.) Eos nimirum, quos libro secundo de facultatibus alimentorum uno uerbo *σικυοπέπονας* vocari scripsit: totum hoc, de quibus opere eodem dictum à nobis fuit, ut nõ attineat repetijsse hic.

Καὶ τι τάριχος τῶν μικρῶν. Et salsamenti aliquid ex paruis.) Nam sicuti cetacei pisces omnes, etiam non saliti, deteriores semper alijs, minusq́ salubres sunt: ita sanè illorum pariter salsamenta deteriora, *τεμάχη*, opinor, dicta. Ab incisione autem crassioris humoris commendantur ista.

Ὡς καὶ ἡμᾶς ὁρᾷς ἀπεχομένους ἁπάντων σχεδὸν τῶν ὡραίων ἐδεσμάτων. Vt nos ipsos quoque vides abstinere ab omnibus ferè horarijs cibis.) Comprobatio hæc illius, quod in principio diximus, Galeni legitimum esse libellum hunc. idem enim ab eodem de seipso dictum alibi quoque non semel legimus.

CAP. V.

Τῶν μὲν ἡμέρων ὑὸς τοῖς ἀκρέοις, καὶ τῇ γαστρί. Domestici quidem suis excarnibus partibus, & uentre.) Posſit *ἀκρέοις* illud etiam extremis uerti, quod idem erit. Quæ sanè partes quanquam membranosæ ferè sint, neruosæq́, ac tendones multos habeant, eoq́ pituitosæ materiæ alicuius gignendæ culpa non uacent: quia tamen tenues inprimis sunt, minimumq́ corpulentiæ obtinent, rectã cocturã si subeant, confici faciles satis erunt: ut quidem septimo quoq́ Therapeutices methodi libro, ptissanę suillos pedes incoquere iubemur, quos edendos exhibeamus reficientibus se à morbis, ac sicca uentriculi intemperatura laborantibus.

Φακῆ δέ, καὶ χόνδρος. Lens autem, & chondrus.) Conceditur sumenda aliquando lens, uerùm exceptione ea, quæ mox dicetur.

CAP VII.

Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰς πλείστας τῶν νήσων οἶδα, καὶ ἐκ τῶν κηρίων σκευαζόμενον ὀξύμελι. Scio autem et in Græcia, & insulis plurimis parari ex fauis oxymel.) Hoc illud nimirum est, quod *ὀξύγλυκυ* dictum ab Hippocrate ipso inuenimus libro de Fracturis, eiusque tradita præparatio fuit, commentariorum secundo eiusdem libri, quod quidem annotasse suprà quoq́ meminimus, in de Curatione per uenæ sectionem libro.

Ὁ γὰρ καιρὸς τῆς χρήσιος ἑκάστου, καθάπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε. Vsus enim uniuscuiusq́ opportunitas, ut dicebat Hippocrates.) In libello *περὶ τροφῆς*, siue de alimento, quamuis Hippocratis legitimum esse hunc negauerit aliquando Galenus ipse.

Τὰ δὲ φάρμακα μᾶλλον βοηθημάτων ὕλαι εἰσίν, ἢ βοηθήματα. Medicamenta verò remediorum magis materia sunt, quàm remedia.) Auxilia & remedia quæ ægrotis adhibentur, nisi remedium afferant, & auxilium, remedia non erunt, nisi nomine tãtum: reipsa non erunt, forma nempe destituta sua. nam materiã, ut esse posſint, habent: formam non habent, quæ effectum reddat, quod cupimus. Introducetur autem forma, si tempore, & loco fiant omnia suo, in nulloq́ aberretur eorũ, quæ ad medendi rationes pertinent. Tunc verò non solùm remedia & auxilia reuera fient, sed etiam Deorum manus nomen merebuntur, iuxta Herophilum, iuxtaq́ id, quod à Galeno inter initia undecimi Therapeutices methodi libri dicitur hac eadem de re,

IN LIB. I. ARTIS CVRATIVÆ AD GLAVCONEM.

CAP. I.

Ὅτι μὴ μόνον τὴν κοινὴν ἁπάντων ἀνθρώπων φύσιν. Quod quidē non solùm cōmunem hominum omnium naturam.) In libris Therapeuticæ methodi quattuordecim, fusè nobis satis, atq; in uniuersum, & in commune, tradita medendi methodus fuit, quasiq; dixerim, curandi in totum idea proposita quædam, quam mētibus nostris cōciperemus, paulo magis particularibus abstractam, quamq; in particularibus deinde exercentes nos ipsos, agentesq; (actio enim circa particularia) semper sequeremur. Ac si quid inibi in libris illis allatum, dictumq; particulariter fuit, dictum allatumq; exempli solummodo loco id fuisse à se, testatus est autor ipsemet Galenus non semel. Hoc autem in opere librorum duorum Therapeutico, descendisse ad particularia magis uisus est, propiusq; ad medendi opus ipsum: ut quum in rem præsentem, medicinam uni alicui facturi uenimus, accessisse in amici Glauconis gratiam. Itaque distinctius tradita legentur quædam hîc, pauloq; magis discretè, cùm alia, tū de febribus tertianis, quartanis, quotidianis, intermittentibus omnibus, ac therapeuticæ methodi prius traditæ putredinosarum febrium ex ordine curandarum, ratione, ac modo generatim dicto, comprehensa multa. Quod quum animaduerteret Galenus, particularem magis habendam esse tractationem hanc, atq; unicuiq; singillatim penè propriam, quatenus facere nobis ex arte id licitū sit, exponit: ne fortè existimaretur ab aliquo, sic posse de his dici, scribiq; in libris, ut quum Socrati, puta, aut Dioni medemur, hominibusq; singulis. Vsumq; eadem excusatione hac, in pueri Epileptici consilio uidemus suprà, eandem hāc ob causam. In conscribendis enim consilijs, magis etiamnum accedere singillatim ad medicinam uni alicui, inq; re præsenti faciendam uidemur.

Ἀλλὰ καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου. Sed etiam propriam cuiusq;.) Scire utramq; naturam opus erit medico, communem, & propriam: sed communem (quæ nihil aliud est, quàm humanæ speciei temperamentū, & constitutio, quibus homo, homo est) sciuisse, menteq; retinere, antequam medeamur alicui, possumus, ac debemus: propriam uero tunc tantùm, quum primum in ægrotum inciderimus cui medicaturi sumus, examinandam sumemus: si nota nobis, atque explorata antea quoque fuerit, benè erit: sin minus, at multorum, quæ hic à Galeno referuntur, examinatione, proximè tamen accedendum ad particularem magis, quantum fieri à nobis poterit, cognitionem.

Πρὸς Ἱπποκράτους ὀρθῶς εἴρηται. Rectè dictum ab Hippocrate.) His uerbis, τὰ δὲ περὶ τὰ νοσήματα ἐξ ὧν διαγινώσκομεν, μαθόντες ἐκ τῆς κοινῆς φύσιος ἁπάντων, καὶ τῆς ἰδίης ἑκάστου, primo epidemiorum, sectione tertia.

Ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἔγραψεν. Vir idem scripsit.) Libro de alimento, Hippocratis uerba hęc sunt, μέγα τὸ ποσὸν, δυνάμεως ξυναρμοσθέν: quibus iubemur, in quantū fieri à nobis potest, uirium semper robur expendere, quicquid facturi in re medica sumus: siue missuri sanguinem, siue corpora repurgaturi, ne supra uires quicquam fiat: imò uerò, si intemperaturas emendare, atq; ad temperamentū reducere propositum fuerit, ne ultra modum id contingat, prouidendum. Breuiter, ut ne quid nimis, sicuti in omnibus alijs, ita hic quoq; fiat, attendendum diligenter: tum uerò ne infra modum etiam agatur: omnia enim hæc, μέγα τὸ ποσὸν illud, significarit facilè.

Καὶ μηδὲν ἴδιον ἑρμηνευθῆναι δύναται διὰ λόγου. Ac nullum proprium sermone explicari potest.) Nihil, inquit, quod proprium, & peculiare sit uni alicui, tradi, manifestariq; oratione, uel sermone ullo poterit, dumtaxat ad docēdum, ut de eo in-

ſtruamur, ad faciendum rectè aliquid. Quis enim Socratis fortè naturam, aut temperamentum, quem curaturi ægrotum quandoque ſimus, nunc autem ignoti nobis, nouiſſe ſatis poſsit, cuiuſmodi ſit, calidúmne, an frigidum, uel quātum in eo progreſſus, quibus uiribus, qua habitudine, aut corporis totius conſtitutione, quo ſtatu reperiatur? Quæ omnia tunc demum manifeſtabuntur nobis melius, quum in rem præſentem uenerimus, noſque curationi accingemus; & præſentes præſentibus interfuerimus medicaturi. Ac, ne tunc quidem tamen, exquiſite tenere ſingulorum temperamenti rationes omnes, modumque, ac mēſuram poſſe credemus. id enim uni concedemus Æſculapio, ut *ἰδιοσυγκρασίαν* uniuſcuiuſque introſpicientes exploratam habeamus. Sed tunc facturi ex artis rationibus ſatis ſumus, ſi proximè acceſſerimus, minusqúe alijs aberrarimus.

Καὶ τῇ χρείᾳ δεύτερον ᾖ. Etiam ſi uſu ſit ſecundum.) Prius, ac potiſsimum ſemper fuerit in medendo, eius cui medemur, naturam propriam, et temperamentum, temperamentique unà modū, priuataſque ac peculiares conditiones alias tenuiſſe, quoad eius fieri à nobis poteſt: ut in ægritudine, quanta à naturali facta in præternaturalem ſtatum diſceſsio fuerit, ex eo non ignoremus. Secundum ac proximum, ut quum aſſequi hęc non poterimus, ad communia confugiamus, à quibus per multorum ſectionem artificioſe factam deuenire ad ſingularium particularem magis cognitionem liceat, proximam futuram cognitioni, quam ex conſuetudine alicuius, & conuerſatione, habitudiniſque, & coloris inſpectione, corporiſque, & arteriarum attrectatione, uictuſque adhęc, atque aliorum huiuſmodi omnium examinatione habituri aliquando ſimus, ut non multum ſanè aberraturus ſit, qui ita ſe geſſerit.

Ἱπποκράτης μὲν καὶ τοῦτο, πρῶτος ἁπάντων. Hippocrates quidem hoc quoque omnium primus.) Colligi nō obſcurè ex eo poteſt, quod in prognoſtici procœmio dicitur: Prænoſcens, inquit, & prædicens præſentia, præterita, & futura apud ægrotantes, eorum credetur res cognoſcere: at hoc non fiet, niſi à perito, reſque, quas modo retulimus, examinante diligenter omnes, ut in cognitionem ægrotantis rerum deueniat, propriarum ipſi, & particularium, quantum fieri ex arte potuerit.

Ὥσπερ οὐχὶ παρὰ Πλάτωνος αὐτὰ πάλαι μεμαθηκότα. Quaſi non antè à Platone edocto illa.) cùm ex alijs aliquando Dialogis, tum ex Philebo, & Politico, & Sophiſta inprimis.

Πολλοὶ δὲ καὶ μοχθηραῖς ἐχρήσαντο διαιρέσεσιν. Multi autem diuiſionibus etiam uſi ſunt malis.) Quos quidem malis coquis aſsimilaſſe quandoque Platonē meminimus ipſum, neſcientibus rectè partiri, ut ſua cuique contingat portio, & de quibus non ineptè dici Homericum poſsit illud, *μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα.*

Εἰ γὰρ διορίσαιτό τις πρῶτον μὲν τὴν κατὰ τὰς ἡλικίας διαφοράν. Nam ſi quis diſtinxerit primum ætatum differentiam.) Neque uerò hoc ſolùm in negotio utilis futurus ſemper eſt diuidendi modus is, ſed etiam eiuſdem uſus ueniet in alijs non rarò medentibus nobis, ut quum libro de prænotione ex pulſibus ſecundo docemur à Galeno, arteriæ pulſum attrectantes, in emaciatis, niſi cognitam antea, & compertam habuerimus ægroti naturam, nec ſatis exploratus nobis fuerit proprius ægroti, naturaliſque illi pulſus, ad examen ſtatim uocare communes magis differentias, ex quibus coniecturas ducamus, ex temperaturæ primùm caliditate aut frigiditate, tum deinde ex habitudinis quoque tenuitate, & corpulentia, explorandis certius pulſibus, qui ſecundum ægri naturam eſſe poſſint, utiles.

CAP. II.

Οὓς Ἱπποκράτης ἐφημέρους καλεῖ. Quas Hippocrates ephemeras uocat.) Aphoriſmorum ſectione quarta, & epidemiorum ſecundo, *οἱ ὑπὸ ἑβδόμῃσι πυρετοί, κακόν, πλὴν τῶν ἐφημέρων.*

Καὶ οὐδ' ἁμῶς ἐπιεικεῖς, Ac minimè mites.) Peſtilentes imò ſæpe, expellēte quippè na-

pe natura ad adenas pestilitatis materiam nõ, ut in ulcere, aut percussione, læsioneúe aliqua, irritatis partibus, excitatoq́ inde tumore in glandulis, qui bubo sit, periculo uacans, & ephemeram tantummodo febrem faciens.

χρὴ γὰρ ἤδη τὰ λουτρὰ ταχέως ἄγειν αὐτούς. Nam & ad balnea adducere eos citò oportet.) ταχέως dixit, citò, ita tamen citò, ut nihilominus accessionis inclinatio expectetur, post quam lauari confestim ac tutò satis queant, atq; ad consuetam uictus rationem reduci. Neque propter aliud ταχέως dixit, quàm propter diatritarios medicos, tridui inediam imperantes semper, ne forte eadem ratione, modoq́ abstinendum pariter à balneo esse crederemus ante id tempus.

ὡς καὶ χειροποίητα ὄντως ἐργάσασθαι. Vt uerè manufactos morbos efficiant.) Manus instrumentum faciendi sunt, quæ si rationis, intellectusq́ factiui iussa sequantur, opus exibit eius, qui fecerit, totum, neq; authorem habiturum alium. Passim dicimus, ipse manibus suis hoc fecit.

εἶτα οἰηθέντες τὸ πᾶν διὰ τὸ προηγησάμενον αἴτιον, οὐδ' ἄλλην τινὰ γεγονέναι διάθεσιν. Deinde existimantes totum ob antegressam causam, non aliquem alium affectum fuisse factum.) προηγησάμενον αἴτιον: antecedentem quippe & antegressam causam hoc loco τὸ προκατάρξαν, καὶ προκαταρκτικὸν accipit Galenus: primitiuam nempe, & euidentem quam dicimus. Quod alibi quoque ab eodem fieri interdum adnotauimus aliàs, ut causas antecedentes, priuitiuas uocet aliquando, & primitiuas antecedentes, temporis tantum significatione quadã: nimirum primitiuę, ac procatarcticæ ipsæ quoq; præeunt, siue pręcedunt, atq; antecedunt eas, quas proprie antecedentes uocamus, & corporeæ, interneq́ causę sunt, hocq́ loco, uerbis illis, οὐδ' ἄλλην τινὰ διάθεσιν, significantur. Porrò autem facient ad dictorũ hîc explanationem maiorem, quæ à Galeno commentariorum quarto scribuntur in Hippocratis librum, de ratione uictus in morbis acutis, uerba Hippocratis illa exponẽte, ἀλγέει ἢ οὖν κεφαλαλγικὸς, ἐκ γυμνασίων, ἢ δρόμων, ἢ πορειῶν: quo loco, ubi plenitudinis subest aliquid in corpore, collectiq; humores multi fortè fuerint, accedentes causas externas, & euidentes, προφάσεις potius nominandas esse, quàm αἰτίας admonuit: occasiones, quàm causas euidẽtes, ac manifestas. ἐκεῖνον τὸν τοιοῦτον, οὐκ αἴτιον τοῦ νοσήματος, ἀλλὰ πρόφασις γίγνεται· κυρίως γὰρ ἄν τις, μάλιστα τὰς τοιαύτας αἰτίας ὀνομάζοι προφάσεις, οὐχ ἁπλῶς φανεράς: utiq; causæ erunt hæ quoque, sed non satis propriè: propriè autem magis προφάσεις, & occasiones dicentur. Sicuti proprie rursus magis, causæ, internæ illæ, & corporeæ nominabuntur, externæ autem, atq; euidentes causam potius dederint, causasq́ cõmouerint morbificas. Quo planè modo dicentes sæpe medicos audimus, internas, atq; antecedentes causas, qui humores ipsi sunt, ab externis, & procatarcticis moueri. Negotiũ igit̃ exhibuerint, morbi maioris, ac periculosi sæpe, internę externarũ occasione ueluti deprehensæ: quæ, si nullæ in corpore fuerint, ut nec plenitudo humorum, aut superfluitas, aut uitiositas ulla sit, externæ illæ accedẽtes, mali nihil inuexerint uehemẽtioris, aut periculosioris, quàm illarum natura ferat: ut hanc quoq; ob causam, quum propria sui ratione, periculum corporibus ullum non facessant, ut causæ quidem morborum dici debeant propriè, utiq; uehementiorum, & qui uitæ quandoque discrimen afferant, uel insanabilium: nam intemperaturam aliquam facere morbosam possint sine humore: ut insolatio nimia, calidam: & ambiens frigus, frigidam.

πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν μεγίστων σκοπεῖσθαι τὰ κατ' αὐτόν. Primùm quidem ex maximis cõsiderare ea, quæ circa ipsum sunt.) In principio κατ' ἰατρεῖον additur, Et facillimis: ὅμοια, ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς, ἀπὸ τῶν μεγίστων, ἀπὸ τῶν πάντη πάντως γιγνωσκομένων, ut sunt signa, quæ se oculis nostris uidenda, ingredientibus ad ægrotos extemplò exexhibent, atque offerunt, dignoscendis morbis maxima eadem, & cognitu facillima, qualia ab Hippocrate quoq; ipso inter prognostici initia referuntur, de salutaribus, aut lethalibus signis quibusdam si accipiantur, non male. At hîc signa à Galeno proponuntur, quibus diariæ inprimis febres internos-

cantur, maxima quidem, nec facillima tamen, ut pote ex pulsibus, & urinis sumenda, primò: dein & faciliora, minoraq; omnia ex reliquis petenda.

Τῶν μὲν σφυγμῶν, μήτε τὸ τῆς φλεγμονῆς σημεῖον ἐχόντων. *Pulsibus quidem, neq; phlegmones signum habentibus.*) Quæ sciri possunt omnia cuiusmodi sint, ex libro quarto de causis pulsuum.

διὰ τῶν σφυγμῶν μάλιστα πειρᾶσθαι διαγινώσκειν. *Ex pulsibus maximè dignoscere tentandum*) In affectionibus animi febres diarias excitantibus, afficitur cor facilè, ut propterea ex arteriarum pulsibus dignosci affectus non difficulter queant, tantisper, dum adhuc manent.

Κοινὰ μὲν γὰρ ἅπασι τὰ οὖρα πυῤῥά. *Communiter enim omnibus urinæ sunt ruffæ.*) Duntaxat in diarijs ab animi affectionibus factis. Nam paulo post in diarijs ex cutis constipatione, non esse rufas urinas dicetur, & in euenientibus ex bubonibus etiam subalbidas.

Μάλιστα δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς διορίζειν χρή. *Potissimum autem ex oculis discernere opus est.*) Vtpote qui in tristitia affectis, concaui magis reperiantur, tum uerò etiam inconuenientes magis quàm in cogitationibus ullis alijs sint.

Οὗτοι μόνοι πάντων τῶν πυρετῶν, στεγνὸν εἰσὶ πάθος. *Hæ sola febrium omnium strictus sunt affectus.*) Vt uideantur non uera dixisse methodici, febrem omnem dicentes strictum esse affectum, quum multæ ex his & madores, & sudores habeant: nec minus in multis profluat aluus, affectus non stricti, sed laxi potius indicio manifesto satis: ut interea aliæ quadam, in quibus stipata densatur cutis, adstrictioris esse affectus cuiusdam existimari possint.

οὐ μὴν οὐδὲ τὰ οὖρα πυῤῥὰ, τοῖς τοιούτοις. *Sed neq; urinæ ruffæ sunt his.*) In diarijs febribus, quas animi affectiones excitarint aliquæ, commotior fit sanguis, commotis nempe spiritibus, & ultrò, citro meantibus, atq; exagitatis: qua exagitatione miscentur humores, serosaq; ita illorum pars, qui ichores quidam sunt, accipere facilè bilis colorem possunt ruffæ, proximè quidem accedentem ad flauum, qui ξανθὸς est, sicuti πυῤῥὸς, ruffus, turbidior tantum, & albidior: ut purior et splendidior flauus, flammeusq;, & elucens: quem quũ colorem acceperint urinæ, igneum calorem intus ostendent conceptum, accensosq; ex febrili humores: sicuti quum ruffum, perturbationem tantummodo, & agitationem ex turbulentia, quod in diarijs, ut diximus, euenit, ab animi affectionib. exortis. uerũ in ijs, quæ cutis cõstipationem causam habẽt, nihil tale: neq; enim agitatio humorum ulla ex constipatione cutis ea, ut ruffas ob perturbationem reddat, neque humorum accensio putrefactorum, quę flauas, flammeasq;, & spirituũ succensio solum, quæ in humores non transeat, donec diaria fuerit: sed nec corporis moles concidit, interclusa humorum transpiratione sensum nostrum fallente nec sudoribus ullis factis densata cuti, quibus extenuetur habitus, nec caui fiunt oculi, sicciúe, eandem ob causam, manente in corpore, humore, neque pulsus minores, ut in tristitia, curisq;, & uigilijs, exedentibus corpus omnibus, & desiccantibus.

Καὶ τὰ οὖρα ὑπόλευκα. *Atque urinæ subalbidæ.*) Qui in artis operibus uersati sunt, animaduertere potuerũt, & meminisse, vrinas ex crassis, ruffisq; tenues, ac pallescentes reddi, petente caput materia morbifica, factoq; ex eo interdum delirio, in eundem modum tendente ad bubonem, buboniq; circumiectas partes, cum humoribus reliquis, sanguine, non magnam accipere poterunt tincturam urinæ à bile flaua, ruffaúe, albescentq; proinde, uel certè pallescent, pallidiore tingente urinã bile, ὠχρᾷ nimirum, quæ priusquam caloris uim maioris sentiat, aut putredinis aliquid accipiat, nec ualde exagitetur (contingunt autem febribus ex bubone ephemeris omnia hæc) colore spectabitur pallido, serosaq; inde sanguinis totius pars, urina nempe ipsa, albidior apparebit. Simul illud cõsiderandum, in diaria ex bubone, non ascendere ad cor putredinem, aut putre-

de

dinosum halitum ullum, & continuata partium successione calorem tantummodo inferri cordi, ut hac quoque de causa, multo minus flauæ, minusque ruffæ uideri urinæ non immerito debeant.

CAP. III.

Κοινὸν δὲ τοῖς τοιούτοις ἅπασι πυρετοῖς ἡ σφυγμῶν ὁμαλότης. *Commune autem diarijs febribus huiusmodi omnibus pulsus æqualitas.*) Pulsus inæqualitas, ut ex secundo de prænotione ex pulsibus docemur, ob instrumentorum obstructiones, compressionesque, præsertim uero uasorum, cordi proximorum, aut putredinem uires degrauantem, aut inæqualem cordis ipsius intemperaturam fit: quorum quum nullum in diarijs febribus, quatenus diariæ sunt, reperiri possit, ita sane ne inæqualitas quidem reperietur: ac si quid tamen in aliquibus inæqualitatis deprehendetur, obscurum id erit ualde, pulsu in uno nec euidenter, nec manifestò satis apparens, fietque non febris ipsius diariæ causa, sed plenitudinis potius alicuius, qua aliquantulum grauetur uirtus, aut obstructionis leuioris suspitio oriatur aliqua, præsertim uero in diarijs id, quas constipata cutis fecerit, eueniet, nonnunquam & in factis à bubone, quòd in utroque genere humores in corpore sint, qui effectum id reddere ualeant.

Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ πυκνώσει τοῦ δέρματος. *Verum eos quidem, qui ex cutis densitate.*) Balnei aëre calido rarescet cutis facile, & tolletur cutis densitas, & quæcunque collectæ ex densitate ea superfluitates fuerint, reseratis meatibus cutaneis exibunt ac resiccabuntur utiliter. idem fiet in diarijs ex bubone, non minus utiliter: utrobique enim aliquid, quod absumi, siccarique in corpore postulet, non deest. At Diaria, si lassitudo fortè, aut tristitia, animique affectiones aliquę, uel uigiliæ, aut cogitationes illam fecerint, siccandi facultate prædita omnia, multo plus habitura opus est lauatione humectante, quàm aere desiccante, meatuumque cutaneorum apertione, euaporationem nimiam interdum moliente.

Μάλιστα μὲν τοὺς κοπωθέντας, ἐφεξῆς δ' αὐτῶν τοὺς στεγνωθέντας, καὶ τρίτους τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας. *Præcipuè quidem febricitantes ex lassitudine, deinde autem, qui ex constipatione, tertiò, qui ex bubonibus.*) Ex oleo frictio repido, multoque, si mollibus insuper manibus fiat, factam à lassitudine diariam febrem multipliciter iuuerit, humectando simul, & contentas, laborantesque partes laxando, atque emolliendo, dolorisque inde sensum tollendo, & humores, si qui collecti fuerint, acriores, per halitum digerendo: factam autem à constipatione cutis densitatem auferendo, proderit, tum & aliquid euaporando, quo nomine etiam ex bubone diariæ conferet.

Ἐσθίειν δὲ τοὺς μὲν ἐπὶ τοῖς κόποις πλέον τε καὶ πολλάκις. *Comedere autem qui ex lassitudinibus sæpius possunt.*) Quo etiam magis eget refectione, atque humectatione, ex cibo atque alimento quæsita, utpote squallentes, siccatique magis: contra ex constipatione febricitantes, uel ex bubone, tenuius alemus, siccitate semper laborantes minus, & humoris semper plusculum retinentes.

Ἀλλὰ καὶ οἶνον πίνειν. *Sed & uinum bibere.*) Vtique bene, & quod satis sit dilutum, ut humectando fit, non ut siccando, quod meracius potatum faceret.

Τοὺς δ' ἐπὶ πλέον ψυχθέντας, ἢ πληθωρικοὺς, κωλύειν συμφέρει. *Refrigeratis autem multum, & plethoricis, interdixisse expediet.*) Turbas mouebit uinum, si refrigeratis nimium potandum detur: frigore enim adstrictos humores fundet, ac fluxiles faciet, & in partes corporis omnes deferet concitatè. Idem in plethoricis eueniet, atque ob eandem causam, nempe plenitudinem: cuius, ubi contraria conditio in corpore fuerit, ut neque refrigeratio stipatioue multa, ac plethora nulla sit, tutius concedetur uinum, præter id, quòd in cutis densitate ex magna constipatione, uel refrigeratione, maior quoque semper futuræ putridæ febris suspicio erit, nisi uictus ratione diligentiore caueatur, ut ex libro octauo de Therapeutica methodo colligere licet. Quam planè si-

mul ob causam ne uinum quidem permittendum est ipsum.

Οἶνος δὲ μάλιστα μὲν τοῖς ἀγρυπνήσασι ἀδεῶς διδόναι πᾶσι. *Vinum autem præcipue ijs qui vigilarint, intrepide dandum omnibus.*) Dumtaxat commode dilutum. Nam & somnum conciliarit ita, ut quod maxime, & squalorem corpori demserit ex uigilijs contractum, omnem, & exhaustos spiritus refocillauerit.

Τοῖς θυμωθεῖσι δὲ, ἐπὰν παντελῶς ἔξω τοῦ πάθους ὦσι. *Excandescentibus vero quum primum extra affectum positi omnino fuerint.*) Prius dixerat τοῖς ὀργισθεῖσιν, quibus uini potum concesserat: nunc τοῖς θυμωθεῖσιν negat, ut aliud omnino esse uideatur ὀργὴ, & θυμὸν aliud, dicereque illam leuiorem quandam iracundiam, hunc excandescentem prope furorem liceat, accenso, ac feruente circa cor ipsum sanguine: quibus si, præsertim vero ebulliente adhuc sanguine, addatur insuper uinum, sine dubio duplicabitur malum. Vel igitur diuersa erunt ὀργὴ, & θυμὸς, uel ὀργισθεῖσι illud accipiendum de ijs, in quibus sedata iam affectio ea fuerit, sicuti θυμωθεῖσι de in affectione adhuc positis, quibus sedato tantum affectu cōcedatur tamē.

CAP. IIII.

Καὶ εἰσὶν οὐ συμπτώματα νοσημάτων, ἀλλ' αὐτοὶ νοσήματα. *Suntque non symptomata morborum, sed ipsa morbi.*) Sanè uero neque phlegmonem quæ cōsequuntur febres, symptomata reuera sunt, sed morbi. ueterum autem medicorum de more potius dictum, qui pro symptomatis haberent eas, unde nomina quoque indiderint locorum phlegmone correptorum, pleuritim dicentes, & peripneumoniam, & phrenitim, atque huiusmodi alia. Itaque nō absolute symptomata dixit, sed quasi symptomata, partium phlegmone affectarum, febres has, quum morbi uerissime sint, scilicet intemperaturæ calidæ & siccæ, sicuti planè phlegmone quoque ipsa morbus, ut quidem non inconuenit ex morbo morbum fieri sæpe alium, miscerique plures interdum simul, adeoque in phlegmone ipsa, & tumor est instrumentarius morbus, & intemperatura mala, similaris partis alius. tum uerò in putridis febribus, uel quæ nullam comitentur phlegmonem, & obstructio inerit instrumentalis itidem morbus, & intemperatura calida ac sicca cordis similaris partis. Itaque nollem symptomaticas dictas fuisse ab eruditis febres hasce, quæ phlegmonē insequuntur: symptomaticæ dicerentur rectius, quas symptomata comitantur magna, seuaque, ac curationem sæpe trahentia ad se, neglecta febre.

Τούτων δὲ τινὲς μὲν ἄνευ συμπτωμάτων. *Harum vero aliquæ quidem sine symptomatibus.*) uehementioribus illis intellige, quæ medentem potiorem interdum habere sui rationem cogant, quàm febris ipsius. Nam aliàs sine symptomate aliquo inuenietur prorsus nulla, quemadmodum planè ne morbus quidē alius ullus.

Ὁ δ' ἀμφημερινὸς οὐδὲ χωρὶς τοῦ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς πεπονθέναι τὰ πολλὰ συνίσταται, καθάπερ ὁ τεταρταῖος ἐπὶ σπληνὶ κακοπραγοῦντι, ὁ δὲ τριταῖος ἐπὶ ἥπατι. *Quotidiana uerò, neque absque eo, quòd ventriculi os patiatur, plurimum consistit: quemadmodum quartana malè affecto liene, & tertiana, iecore.*) Minimo minus focū, fomitemque intermittētium febrium quendam ostendere nobis uoluisse nisus est, uerbis his, ut quotidianæ focum crederemus uentriculum, tertianæ iecur, quartanæ lienem: neque ita tamen disertè dictū hoc ab eo fuit, ut non alibi quoque in corpore idē contingere posse existimaremus, quū hoc tantùm pronuntiarit, τὰ πολλά, plurimum uidelicet cōtingere, ut nō sine oris uentriculi affectu quotidiana febris fiat, intermittēs illa: sicuti nec sine iecoris, tertiana, nec sine lienis affectu, quartana, si τὰ πολλὰ, plurimum, magnaque ex parte, haud dubie ita fiet. Intereà uerò quāquam rarius, absque uiscerum horum affectione euenient febres huiusmodi. Atque, ut perpetuò affectis uisceribus his gigni febres has enuntiatum ab eo legeremus, quod nō legimus, non auferret nobis id, quin alibi pariter, affectoque unà uiscerum illorū aliquo, in corpore: ut diximus, euenire posse arbitraremur. Neque enim affecto uētriculi tantūmodo ore, quotidianā, neque iecore tertianā, aut quartanā liene dictū, neque additū quicquam, quo ita solummodo atque omnino, ac necessariò fie-

riò fieri oportere suspicemur: nec si alibi in Galeno legerimus, affectis similiter alijs quoq; corporis partibus quibusdam, intermittentes febres huiusmodi fieri, repugnaturum id dictis hîc ab eodem credemus, quandoquidem utrumq; fieri non magna sanè rerum difficultate posse arbitrari licebit nobis. Sententiā potius utramq;, atq; (ut opinor) rectius multò, coniungemus simul & adducemus in unum, ut eandem non incongruè faciamus. Etenim si transfusis, effusisúe de uenis per uiscera hæc uel etiā inibi collectis humoribus, contigerint ista, quid erit impedimento quæso, quo minus & per totum corporis habitū transfusis, effusisúe, uel collectis humoribus ijsdē illis, adeoq; eodē modo, rationeq; eadem cōtingat. Audiamus igitur quid de intermittētium febriū origine, & differētia, scriptum aliquando ab autore eodē fuerit, cùm alijs fortè in locis, tum disertè inprimis, secūdo de differentijs febriū libro, inter libri initia, his uerbis, ὡς οἱ μὲν διαλείποντες αὐτῶν (οὕτω γὰρ ὀνομάζω τοὺς εἰς ἀκριβῆ ἀπυρεξίαν ἀφικνουμένους) ὑπὸ κινουμένων, καὶ πάντη τοῦ σώματος ἰόντων, τῶν τὸν πυρετὸν ἐργαζομένων συνίστανται χυμῶν· οἱ δὲ συνεχεῖς ἀφικνοῦνται στεγνουμένων, καὶ περιεχομένων ἐν ταῖς φλεψίν: intermittentes audimus esse febres eas, quæ ad febris omnis uacuitatem deueniunt, utiq; in accessionibus, & quæ cōmoto faciente febrem humore, perq; corpus omne uadente fiunt: continuæ uerò ex concluso, contentoq; in uenis, consistunt. Et secundo de crisibus, ἂν μὲν ἐν φλεψὶν ἐγχωνευμένης μενούσης τῆς χολῆς ἐξάπτηται, καῦσος ἀκριβής· εἰ δ' ἐπὶ πάντα φερομένης, τριταῖος: Siquidem igitur, manente adhuc in vasis bile, accendatur, exquisitus causus est: quòd si per omnia feratur, tertiana. Primum παντὸς τοῦ σώματος dixit: deinde πάντη simpliciter atq; absolutè, nullaq; prorsus exceptione, neq; internarum aut externarū partiū, neq; uiscerū, aut habitudinis totius differentia ulla. Quin eadem libri in parte, post modò descripta uerba, tribus tantum interpositis uersibus, non differre continuas atq; intermittētes huiusmodi febres addidit, quā quod aut uenis contineantur, aut πάντη, quocunq; nimirum, & quamcunque corporis in partē deferantur humores, utique in intermittētibus hoc: & quòd uel sine rigore, uel uomitu, uel sudore fiant, nempe cōtinuæ: uel cum his, uidelicet intermittentes, ut uel ex hoc ipso corporis partes indicētur nobis omnes, per quas, & in quas humores tunc ferantur, interiores æquè, ac exteriores, ex rigore & sudore hæ, uomitu illæ. Neque dissimile est, quod secundo commentariorum Galenicorum libro in Hippocratis epidemiorum primum legitur his uerbis, καὶ οἱ διὰ πλεονεξίαν χολῆς ξανθῆς οἵ τε καῦσοι, καὶ οἱ τριταῖοι γίγνονται, καὶ τοῦτ' ἔχοντες κοινόν, διαφέρουσι τοῖς τόποις, ἐν οἷς ὁ πλεονάζων ἀθροίζεται χυμός. ἐν μὲν γὰρ τοῖς καύσοις κατὰ τὰς φλέβας πλεονάζει, καὶ μάλιστα τὰς καθ' ἧπαρ, καὶ γαστέρα. τριταῖοι δὲ πυρετοὶ γίνονται κατὰ τὰς ἐν ὅλῳ σώματι σάρκας, ἐπικρατούσης τῆς ξανθῆς χολῆς. Loco igitur solùm different continuæ atque intermittentes febres inter se, humor faciens erit idē, conclusus uenis, continuas gignens: extra uenas autem positus, quacunque corporis in parte, uisceribusq; adeo ipsis, intermittentes, non secus, ac alij quoque morbi diuersi eodem modo sæpe fiunt, ab humore eodem omnino, vt quum ex melancholicis epileptici fiunt, & ex epilepticis melancholici, Hippocratis ipsius authoritate, sexto epidemiorum libro: & quum eodem secundo commentariorum in Hippocratis epidemiorum primum, in hunc modum scribit, τοὺς καύσους, καὶ τὰς φρενίτιδας ὁ μὲν αὐτὸς ἐργάζεται χυμός, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τόπον ἔχων: causos, & phrenitidas idem facit humor, at non eodem in loco: contenta nanque bile in uasorum cauitatibus, simul cum sanguine, quocunq; accensa fuerit modo, fieri ardentes febres contingit, qui causi sunt. Καὶ μάλιστα inquit, ὅταν ἐν ταῖς κατὰ γαστέρα, καὶ ἧπαρ, ἢ κατὰ πνεύμονα φλεψὶν ἀναζέσις γίγνηται τῆς χολῆς· ὅταν δ' εἰς στερεὰ μέρη τοῦ σώματος ἀφίκηται, καὶ δι' αὐτῶν φέρηται, ῥῖγος ἐργάζεται. ac potissimū, quum in uentriculi, aut iecinoris aut pulmonū uenis facta ebullitio fuerit: quū verò ad solidas corporis partes peruenerit, perq; eas feratur, rigorē efficit. Ex quib. planè uerbis colligi quædā possunt, nō prorsus extra rē de qua institutus nūc sermo est.

Nam

Nam &, ſicuti cauſum recepta, contentaq́ intra habitudinis corporis totius uenas bile, fieri, paſsim frequenterq́ audimus ab autoribus: ita nunc præcipuè, atq́ inprimis idem contingere ſolitum legimus, ſi intra uentriculi, iecoriſue, uel pulmonis etiam uenas recepta bilis ferueat, eodẽ penè modo quo hîc, inq́ hoc primo artis curatiuæ ad Glauconem libro, febrem intermittentẽ quotidianam ex uẽtriculi ore affecto, tertianã ex iecore, & ex liene quartanam oriri ſcribitur, cæterùm materia non intra uenas contenta: id enim continuas faceret: ſed extra uenas, inq́ ſolidis earum partiũ particulis putreſcente. quod quidem neceſſariò ita intelligendum ueniet, quoniam neceſſariò intermittentium natura, non aliter, quàm ab humoribus uenas extra putreſcentibus fiat, nemine inuento alicuius nominis, qui ſententiæ huic refragetur. Quo tempore, ut nec phlegmone nec eryſipelate laborare partes eæ dici poſsint, alias malè tamen affectæ dicentur rectè. πεπονθέναι, ait, τὸ σῶμα τῆς γαστρός. &, ὑπὸ τῆς ἄλλως κακοπραγοῦντι: nempe male affecto. Ac fortaſſe illa quoq́ ex parte inuenietur nonnulla rerum inter ſe harum omnium ſimilitudo, ut, quemadmodum ardentes febres, & continuæ, interdum quidem in una aliqua corporis parte fiunt, interdum uerò et in toto corpore: pariter etiã intermittẽtes modò ex una parte aliqua oriantur, modò ex tota corporis totius habitudine. In cauſis autẽ id euenire, ardentibus nẽpe febribus, quæ ſine dubio cõtinuæ ſunt omnes, teſtẽ adducere poſſumus Galenũ, quarto cõmentariorum libro in Hippocratẽ, de ratione uictus acutorum, ſic ſcribentẽ, ἐνίοτε μὲν γὰρ καθ' ἕν τι μόριον, ἐνίοτε δὲ καὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, καῦσος γίγνεται. De intermittentibus autem hîc, quotidianam ex uentriculo, tertianam ex iecore, quartanam ex liene (quæ corporis uniuerſi ſingulæ quædam partes ſunt) male affectis conſiſtere ſcripſit. Nam quòd peruadentibus uniuerſam corporis habitudinem humoribus, uenasq́ extra, intermittentes febres contingant, id uerò quoniam alibi, ut ſuprà retulimus, non ſemel ſcriptum enuntiat, non attinuit hîc eum, hoc ipſum fruſtra repetere: & addidit, magna ex parte contingere ut id ita eueniat, oblæſisq́ uiſceribus his intermittentes febres fiant. quo nimirum aliter quoq́ fieri poſſe exiſtimaremus. Atque ita ſanè non diſsimilis fuerit admodum febrium ratio continuarum, atque remittentium (ſynochas hoc loco excipio) quod ad cauſam eas facientem attinet, quę humorum putredo eſt: idem enim putreſcens humor, bilis puta flaua, tertianam continuam pariter, atq́ uerò quartanam eiuſdem modi utramq́, pituita quotidianam cõtinuam, intermittentẽq́ fecerit, atra uerò quartanã eiuſdẽ modi utrãq́, pituita quotidianã continuã pariter atq́ intermittentẽ: loco tantùm different, neq́ ſimpliciter tamen & abſolute, ſed quatenus continuarũ intra uenas putreſcit humor, intermittentiũ extra, hactenus locis quoquomodo different, cætera non admodum: nam & continua febris & intermittens quotidiana (ponamus enim hanc primò) adeoq́ etiã cauſus, ardens ſcilicet febris, eo modo, quo ardẽtem febrem facere pituitoſa materia poteſt, eundem ſortiri locum, uentriculum quippe ipſum, poſsint, ut tertiana cõtinua itidem, & intermittens, bilioſusq́ cauſus iecur, earundẽq́ rationum quartana lienem, poſitorum tantummodo humorum diſcrimine intra, uel extra uenas; ſed eiuſdem tamen uiſceris. Rurſusq́ue in toto quoque corporis habitu eadem ſpectabitur ratio, diſcrimen idem, ac totum occupare habitum queant facientes febres humores, diuerſas, quas modo retulimus, diuerſi, receptis tantummodo intra uenas humoribus, ſi continuæ fuerint: extrà autem poſitis, ſi intermittentes. Neque tamen neceſſarium exiſtimandum ſit, ſi continuam fortè febrem quotidianam, contentus in uentriculi uenis humor, aut tertianam itidem continuam in iecoris uenis contentus alius fecerit, ac de quartana ſimiliter, in liene ut ſtatim eadem humorũ quoq́ eorundẽ cauſa in habitus totius uenis ſit: quòd diſertè pronuntiatum à Galeno legatur, ἐνίοτε μὲν γὰρ ἔν τινι, ἐνίοτε δὲ καὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα καῦσος γίγνεται: interdum in uno aliquo, interdum corpore toto cauſus generatur, ut

idem

idem (quandoquidem, quod ad hoc attinet, ratio eadem prorsus sit) existimate de intermittẽtibus quoq; debeamus. nec, si male affectũ in quotidiana intermittẽte uentriculi forte fuerit os, uel solidę etiã illius partes, mẽbranæ uidelicet omnes, quibus pituita corruptior contineatur, uentriculi interim uenis non cõtenta, uel in tertiana eiusdem rationis, in iecoris parenchymate, quę solida eius substãtia censetur, bilis flaua, & in liene, eodem modo atra: cõtinuo necessariũ esse deputabimus nobiscũ, ut humores ijdem, pro febriũ rationibus, diuersi, in corporis totius hibitu cõsistant, vagenturúe, exortu dumtaxat suo, primoq;, sicuti sanè, neq; econtrario necessario fiet, ut si per corporis habitum dispersi, ibiq; extra uenas locati, febres gignant, suas quique, suiq; generis primo, ac per se, cõtinuo in uentriculo pariter, aut iecore, aut liene male affectis uersent. Dictũ quidẽ à Galeno uidemus τὰ πολλὰ, plurimũ uidelicet ita fieri, vt, rarius quãuis, aliter tamen quoq; euenire posse credamus, simillime, ac, quum in epidemiorum primi, secundo commentariorum libro citato prius dixerat, καὶ μάλιστα ὅταν γὰρ ζέσις κατὰ γαστέρα ᾖ ἧπαρ, ἢ κατὰ πνεύμονα φλεβίων, ἡ ζέσις γίνηται τῆς χολῆς: pręcipue si in uentriculi, aut iecoris, aut pulmonis uenis bilis ebullitio fiat, ut, quemadmodum de intermittentibus plurimũ, magnaq; ex parte ex uentriculo, iecoreue, aut liene consistere dixit, partibus utiq; illorum male affectis solidis, ad eundem modum de continuis dicat, potissimum atq; inprimis gigni, facta in uẽtriculi, aut iecoris, aut pulmonis uenis bullitione. Sunt porrò causi ipsi, ardentes scilicet febres, necessario continuæ. Quo loco (ut aliqua etiam obiter notentur) de intermittẽtibus loquutus, uiscerum mentionem fecit trium, uentriculi, iecoris, lienis: de continuis non item, lienẽ eñi omisit, & pulmonẽ addidit non abs re, eo q; non solũ pulmones, ut in peripneumonico affectu, sed etiam thoracis partes oẽs, ut mẽbranæ in pleuritide, phlegmone laborãtes, quicũq; phlegmonẽ humor genuerit, cordis uicinitate cõtinuas excitare febres facilius, q; intermittentes multo semper possit, lien aũt non possit, nõ modo paulo remotior à corde, sed humoris etiã proprietate, terrestris inprimis, frigidiq; & sicci, ut non facile sentire putredinem soleat, & si sentit, non tantam tamen concipere, quæ mitti, ad cordis usque ipsius loca queat, ut pote minutissimis, & uenis & arterijs cõtenta (de hac enim loquemur) ac si quãdo tamen miserit, perquã id rarẽtur fieri posse credẽdum, ut quidem continuã pariter quartanam, ab intra uenas per ambitũ totius putrescente melancholico humore factam, nõ admodum sane frequenter contingere experimur: idq; ab Auicenna etiam ipso animaduersum aliquando legimus. Cui addidisse illud quoq; licebit nobis, lethalẽ utrãq; esse, siue ex lienis phlegmone, uel alias cõtento in lienis uenis melancholico humore, putrefactoquẽ, siue ex diffuso per ambitus, habitusquẽ totius uenas fiant: non enim facile memini sanatum unquam quemquam quartana laborantem, eorũ quidẽ, in quos ego inciderim. Contrà autem intermittens quartana, & frequens satis, nec secura minus, nisi errores committantur, aut deterior aliàs affectus in corpore aliquis subortus excitet̃. Qđ nequaq; mirum existimare debemus, si ex melancholico humore putredo uenis contenta, uel habitudinis corporis totius, uel lienis etiam, solis illis, continue tamẽ atq; assiduẽ cor ipsum impetẽs, idq; diu nimis (diu.n. perdurãs in terrestri, crassoq; accepta humore putrefactio permanebit) affligens, exitium tandẽ ægrotis ipsis afferat: at intermittentis quartanæ, ut, longissima quandoq; temporũ spatia protrahantur, nec continue infestat putredo, & dierũ duorũ intercedẽs spatiũ plurimum semper afferet requietis, colligendisq; uiribus, quibus superari tandem ualeat malum, cõmoditatis, atq; interualli. Sed hæc obiter, ut diximus: illud nõ obiter, ex toto, facit enim ex parte ad rẽ ipsam, ubi de putredinis loco in febrib. intermittentib. quęrit̃: Ait Galenus, quarto libro cõmentariorũ, in de Ratione uictus acutorũ Hippocratis librũ loco, quẽ paulò antè citatũ huc allegauimus: καὶ οὖν ὅτως μόνον γίγνεται καῦσος, ὡς ὅταν γε, ὅταν ἐν τοῖς ἀσθενοῦσι φλεβία δριμεῖς καὶ χολώδεις ἰχῶρας

ἰχῶρας εἰς ἑαυτὰς, ἢ καὶ ἡ σαρκὸς τοιοῦτόν τι παθούσης ἔσται καῦσος. εἴτ' οὖν καθ' ἕν μόριον, εἴτε καθ' ὅλον τὸ σῶμα συμβῇ παθεῖν αὐτήν: nunquid igitur ita solum fit causus, ut dixit, quum uenæ acres biliososę ichoras ad se attraxerint? an carne insuper idē hoc passa, fiet & causus, siue in una parte siue in toto corpore pati contingat? quęsitæq; rei huius causam attulit mox eam, quòd non aliter, ac uenæ, caro pariter ipsa trahendi uim, quibus indigeat, sortita sit. nec quicquam præterea responsionis ab eo accepimus ad quæstionem hanc, quo soluta dilui posset, eo quidē loci. Et alibi tamen accipere quod respondeamus, licebit nobis, decq; illius admodum sententia, non fore causum ex hoc ullum, febremúe ardentem, neq; adeo continuam ullam, ideo quòd quamuis carnes quoque ut uenæ trahere ad se in indigentia ichores possint, acres, biliososq;, extra tamē uenas quū id fiat, febris inde continua gigni nulla poterit, multò minus ardens, causus scilicet: quoniam huius quoq; ipsius uenis contineri opus sit materiam, febrem facturam. præter id esse in carne, uenasq; extra, biliosi acresq; humores, & ichores, illi poterunt, nec putrescere tamen, eoq; nec febris inde quicquam oriri, ut in arquatis euenit. Cæterum quòd, εἴτ' οὖν καθ' ἕν μόριον, εἴτε καθ' ὅλον τὸ σῶμα συμβῇ, dixit, nónne apertè manifestū nobis facit, posse in una aliqua corporis particula, uenas extra febris materiā reponi omnē aliquando? adeoq; etiam omnis, utiq; intermittentis. Nam si de causo quærit, an fieri causus in parte carnis aliqua, ichore recepto bilioso acriq;, possit: multò magis maioreq; cum ratione quæri de continua, & intermittente possit, quę & crebrius, & facilius generari, quàm ardentes soleant: causi nimirum ipsi. Quod quum non hic solum, dubitanter quamuis, de causo dictum fuerit, ut indubitanter de intermittentibus accipi queat, in carne inquam, atq; extra uenas parte corporis aliqua, putrescente humore gigni febris intermittentis genus unum aliquod posse: sed commentariorum etiam secundo, in epidemiorum primum, causum bile in uentriculi, aut iecoris, aut pulmonis uenis putrescente feruescenteq; gigni solere scriptum reperiatur, ut rursus pariter, eademq; ratione, ex ibidem, sed extra uenas, inq; ue in ferum eorum substantia, & parenchymate posito humore, putrefactoque oriri intermittentes febres posse arbitraremur: omnium autem maximè, & inprimis luculenter, libro artis curatiuæ ad Glauconem primo hoc, uerbis, annotationis huius initio à me recitatis, omniqúe absq; dubio, pronuntiatum fuerit, nullus dubitationi relictus amplius locus uidetur. Quid enim clarius dici, atq; apertius potuit, quàm quum dicitur, quotidianam plurimum consistere uentriculi ore male affecto, quemadmodum quartanam liene, & tertianam iocinore: quod, quia nullo pacto de uiscerum illorum phlegmone, tumoréue aliquo alio, neq; uerò contenta in eorundem uenis materia (causus enim, uel febris certè continua sequeretur aliqua, non autem intermittens) dictum fuerit, necessario intelligi de in substantia, membranisqúe, aut parenchymate, locoqúe inibi aliquo contenta, sed extra uenas, materia debebit, ex quo male affecta, & κακοπραγοῦντα uiscera ea dicantur tunc. Cuius planè sententię subscriptorem habuit eundem, & expositorem Galenus, retroactis temporibus Græcum hominem Atheniensem Stephanum, qui locum Galeni hunc explanans, quotidianam ait, intermittentem nimirum (de hac enim illi sermo) ex pituita putrescente fieri, quæ præcipuè circa uentriculum & stomachum colligitur, quando nonnunquam putrefacta fuerit. Nam quòd aiunt, rarò id fieri, additumq; ideo ab expositore Nonnunquam, & Galeno repugnant, qui τὰ πολλὰ fieri dixerit, plurimū nempe: atq; ut non sæpe fiat id, nobis satis est ut aliquando tamen fiat, illis nō satis, qui nunquam id fieri defendunt in omnibus alijs. Neq; dictum à Stephano fuit, nonnunquam fieri hoc, nempè ut febris fiat, sed nonnunquam putrescere pituitam, ex quo febris sequatur. Nonnunquam igitur, temporis respectu, quo redundat in uentriculo pituita, dictum, quod frequens admodum est, at non tam frequens putrefactio; male enim ageretur cum rebus humanis, si ut

quisque in corporibus nostris abundans, parteque aliqua collectus humor fuerit, putresceret semper.

Cōstare arbitror ex omnibus his (recolligamus enim summatim, quę hactenus attulimus) non inconuenire, ut cōtinuæ febres aliquæ, sicuti ex materia, in minoribus ambitus, habitusque corporis totius uenis contenta fiunt, ex in uenis pariter uiscerum trium illorum, uentriculi, iecoris, lienis contenta fiant, (synochas, & ex partiū aliquarum phlegmone ortas, omittimus hoc loco, de quibus non est sermo) inque eundem modum (non enim dissimilitudinē, quæ me à dicēdo hoc abstineat, vllam video, neque in loca Galeni, aut clasſici autoris vllius incidi hactenus ulla, quæ mihi contrarium persuadeant) de intermittentib. existimandū nobis sit, ut illarū aliquę, per ambitū, habitūque corporis totius, putrescēte materia, solidasque ibi partes occupante, sed uenas extra fiant: alię eadē ratione ex materia, in uētriculi, aut iecoris, aut lienis locis extra venas, solidisque partibus, quæ parenchymata ferè uiscerum illorum sunt, cōtenta pariter fiāt, ac generentur. Atque, sicuti seorsum, separatæque consistere continuæ ex uiscerum horum uenis contento humore possunt, seorsumque rursus, ac separatę, ex habitus totius uenis contento aliæ: ita intermittentium consistere per se queant, ac separatim, quæ ex uiscerum horum solidis partibus, extraque venas positis humoribus fiunt: rursusque separatim, ac per se, quæ per totum habitum dispersis, itidē extra uenas accenduntur. Hæcque cùm ita contingere facilè posse arbitramur, tum illud non minus, vt coniungātur simul, conueniantque in vnum febres hæ, cum causis unà suis sæpe, & continuæ ex vtraque causa viscerum simul atque habitus, coeant copulenturque: eodemque modo intermittentes, & quæ male affectis uisceribus, & quæ habitu reliquo toto pariter male consistunt, eodem tēpote affligere ægrotum vnum aliquem queant. Tum uerò nulli nobis melius, si ita opinati fuerimus, reddere compositarum febrium causas (ut existimo) potuerint: explicatisſime nanque, & continuarum cum continuis, diuersarum cum diuersis, et intermittentium cum intermittentibus, & harum ipsarum cum alijs illis, intermittentium inquam, cum continuis complexiones, coniugationesque, quotupliciter, quibusque modis eueniāt, habituri semper in promptu simus, quod rectè sentientes dicamus. Quo quidem explicatiore nitemur semper rerum, causarumque omnium distinctione, & diductione quadam, indicijs manifestis notisque, penè sub oculos ipsos posita.

Multoque magis tollere controuersiam licebit nobis, magna contentione, inter magni nominis ætate hac nostra habitos, habendosque semper medicos, ortam, agitatamque diu, de intermittentium febrium fomite, focoque. Quærētibus enim, ubinam in corpore is sit, ita respondebimus. Sed prius quæ foci febrium, aut fomitis significatio apud medicos sit, indicandū. Id quidem ex Galeno petendū, lib. de marasmo sic inquiēte, λέγω δ' ἑστίαν τοῦ πυρετοῦ, μόριον ἐκεῖνο τοῦ ζώου, τὸ πρῶτον ἀμέτρως θερμανθὲν τοῖς στερεοῖς μέρεσιν ἑαυτοῦ: uoco autem febris focum animalis partem eam, quę primum immodicè excalfacta in solidis partibus sui fuerit, intantùm quidem, vt concalefieri inde cor pariter ipsum queat, faciendæ febri, quod ante concalfactum cor non fit. Quærentibus igitur dicemus, intermittentium febrium extra uenas esse semper, modò in corporis totius habitu, carnibusque ipsis, extra uasa, venasque putrescentibus humoribus, focum, modò in uiscerū aliquo triū illorū, uentriculi, iecoris, lienis, contentis, putrefactisque, partesque eorum solidas, uentriculi nēpè mēbranas, iecoris autē & lienis parenchymata, solidas itidē eorundē partes occupantibus, & modò separatim modò coniunctim, ut docuimus, hoc facto. Atque ad eundem modum, quasique formulam eandem de continuis pronuntiandum, quarum focus (tametsi non tam fortasse proprie in continuis intelligatur focus, ob febris continuationem) modò in habitudinis, ambitusque ipsius, modò uisceribus contento putrefactoque humore, sed intra uenas consistat separatim itidem, aut coniun-

ctim, idem ut eueniat, quod de intermittentibus diximus. Atque ideo ualituræ sint utrinque rationes, & eorum, qui de habitus totius, & qui de uiscerum eorum foco contendunt: uera quippe utrique profitentur, hacque in parte cum his sentimus, in qua affirmate uereque partem tuentur suam utrique: in eo tantùm falsi, quòd alterius alter destructam sententiam uult, ut erigat suam, quam solam ueram autumat: quum (ut dixi) fieri possit, utraque uera ut sit, ex parte. Neque contradictio futura est ulla, si quis dicat, intermittentium focus hic, & intermittentium focus ibi: contradicerent, si alterutri propositioni additum Solummodo, uel Tantummodo esset. Nec si inueniretur Galenus alicubi scripsisse, febrium intermittentium focum, in solo esse aut corporis habitu totius, aut uisceribus, causam dicerem: quin alterutrū uerum esse oporteret, falsum alterū. Nunc, quum absolutè pronuntiatum uideam, uerum reperiri utrūque arbitror posse, ac proinde, qui falsa hæc conantur ostendere, falsitatis eos demum condemnandos esse, iudicio quidem meo existimo.

Pugnandum, agendumque rationibus, quoniam rationales sumus, atque habe ri uolumus. At primum quidem animaduertendum, eos qui intermittentium focum, sedemque, & originem in prima corporis regione, circa præcordia, uentriculumque, ac iecoris caua, ac lienem, pancreas, omentum, mesenterium statuunt, disputationis suæ initio, tanquam aduersus opinantes, intermittētis febris materiam, in solo corporis habitu, & extra uenas cōputrescere, scripsisse uideri: deinde argumēta attulisse, quasi nullo omnino pacto cōsistere materia ea in corporis habitu usquam queat: qua disputandi ratione, aut forma, non satis uideo. Enimuerò qui in solo corporis habitu materiam eam contineri existimantes damnat, is, quoniam nō ibi solùm, in habitu, inquam, sed alibi quoque in corpore cōtineri eandem innuisse uidetur posse: inepe mediusfidius, ne imperite dicam, argumentis deinde utetur, nusquam in corporis eam habitu reperiri cōprobantibus: quod hi faciunt, ut propterea melius fortasse aggressuri disputationem hāc uideri possint, si arbitrantes absolute, in corporis habitu materiam contineri eam, nō aūt solo, scripsissent. Sed in transcursu quodam dictū hoc sit.

Mirantur quo pacto possit noxius humor uenis contentus, sanguinique permistus, primo accessionis insultu è uenis in corporis habitū depelli, diligentiæ ac sagacitatis naturæ nescij dicā, an dissimulatores? cuius multò maiora, admirandaque magis, quàm hoc sit, officia spectantur passim. mitto notissima, & uulgatissima, ac penè quotidiana: oblitos autem fuisse (nam si meminissent, non dicturos fuisse hoc eos credo) reiectorum sæpe uomitione noxiorum humorum, & retenti cibi, quos una eademque opera, uno eodemque tempore expultrix secretos expulerit illos, & hunc retinuerit retentrix. Ossium squāmas notatas aliquando ab eis dubitare non possum, qua arte, quo miraculo exerant se extra cutim propulsæ solæ: acum à puella deuoratam fortè, referunt autores certi per abdomen tandem expulsam prodijsse solam: uirtus ac facultas, quæ uias sibi inuenit has, pigrior, & ignauior reperietur extrudendis è uenis humoribus noxijs, reseruatis melioribus, uenarū tantummodo osculorum reseratione? quid enim aliud? Iudicationes tot, ac tantæ, quas quotidie uidere est sudoribus fieri, unde, nisi ex uenis? quę noxiam materiam, ac morbificam propulsam remittūt, defæcato sanguine, ac repurgatis humoribus, sanitatique ex eo solo sæpenumero restitutis facile ægris: multaque huiusmodi alia, quę longum nimis esset recensere. Quid si autem humorum eorum partim in habitu quoque corporis ipso generari, colligique concesserimus, interdum etiam totos, ut non necessum semper futurum sit, è uenis emitti, non arbitror fore, ut inconuenientis inde sequatur quicquam.

Quærunt cur in continuis, quarum materia peccans uenas intra est, nō eius quoque portio uenas extra effundatur, quæ rigorem efficiat, ut in intermittenti bus. Si respōdeatur, id quod res est, multo esse maiorem cōtinuarum in uenis,

quàm

quàm intermittentium obstructionem, ac tantam, quę omnem humorem cohibere intus queat, diuerticulum hoc esse aiunt, & effugium: plurimas nanque continuas ab horrore, aut à rigore primum inuadere. Quod quum in principijs earum fiat, ut in summa corporis effundatur bilis, cur non deinceps, quoties inardescit, aut motu nouo excandescit, eodē similiter insilit. Nec uidentur accidētium se tantummodò, quæ circa febres contingunt, causam perquirere, darā autem responsionem non infirmare, quæ, si eorum quæ contingunt, ratio afferatur iusta, mansura inconcussa sit, accipiant ergo hanc. Horror magna ex parte, rigor perquam raro, anteire continuas febres solet multas, nō tam quidem, quòd è uenis humor resiliens in corporis habitum, id faciat, quàm quòd collecta per corpus tunc omne materia, febrem mox factura, necdum tamē loco aliquo obfirmata quæ fuerit, exagitata uagatur, impulsaque à facultate expultrice per sensiles habitudinis corporeæ partes, in quibus partim quoque, ut diximus, nec sanè minus tota etiam aliquando colligi potuit, si foras, corpusque extra aliqua de causa propelli, uel quòd nimia, uel quòd crassior aut glutinosior fortè sit, uel etiam quòd aeri forte fortuna frigidiori aut densatæ cuti, corporisque totius superficiei occurrat, nequit, retro acta reciprocat, sesęque impulsu eo inducere in uenas potest ipsas facilè, atque inibi conclusa: non facilè deinde foras iterum prorumpere ualens, multa, cratia, uiscida, factisque iam obstructionibus magnis impacta, manet. Quo in loco meminisse eorum debemus, quæ alibi à Galeno, opinor, de facultatibus libris, dicta de facultatis expultricis uehementia, incredibilique aliquando eiusdem reciprocatione fuere, intrò, foras, partemque corporis in omnem, humores sæpe agentis, ut flatus quandoque inter cætera, ab ore, uentriculoque ipso, per tot intestinorum inuolucra inferius protrusus, si qua de causa exitum non inuenerit, retrò actus, temporis momento superiora repetens, eructatione sæpe aliqua prodeat: non dissimili id ut ratione fieri hîc quoque possit, ac foras qui expelli debuerant humores, intrò, inque uenas agantur. Non est nouum, ex intermittentibus continuas sæpe fieri, sicuti ex continuis intermittentes: quam nā aliam quæso ob causam, nisi ingressa uenas febrem faciente materia, atque ultro abacta, quoties causæ aliquid accesserit quamobrem ita eueniat? nam donec non accedat, uel noui quicquam cōtingat, quid mirum si & continua naturā suam seruans, continuæ pariter symptomata afferat secū semper, & intermittentis intermittēs, naturæ similiter suæ conditiones retinens, tantisper dum causæ aliquid accesserit, nouæ, ut nouū aliquid contingat. Itaque & continua, antegresso semel horrore, continua, conclusaque facta, ex causis, quas diximus, non horrescet amplius, aut rigescet, donec reseratis obstructionibus, concoctaque melius, & paratiore reddita materia expulsioni, facultas insurgens expultrix rigorem inducat, propulsa in corporis habitum materia, finitoque ita morbo, si finiendus ita fuerit. Et intermittēs accessionum initio suarum horroris semper aliquid, aut rigoris, pro febrilis materiæ qualitate aut quantitate ostendet, donec obstructiones auferantur, tollaturque itidem putredinis fomes per habitum corporis, uel uiscerum ipsorum trium parenchymata, uenasque extra dispersus. Causam igitur habēt, cur continuarum initio horroris aliquid sentiatur, non sentiatur in progressu.

Porrò aūt urinę meiuntur albę, tenues, et crudę, in febrium intermittentiū rigore, ob idipsum, quòd propulsis de uenis in corporis habitum humoribus, nihil sanè mirum sit si & decoloratior urina, tenuiorque, & crudior appareat. Idem enim spectatur in alijs pariter affectibus sæpe, ut, quum materiæ è uenis in partem corporis aliquam, paulo remotiorem feruntur, urinæ eiusmodi uisantur, certo indicio atque argumento, impetu deferri humores alio. Raptum, inquiūt medici omnes, habet materia ad caput, quoties ex crassis tenues, ex coloratis decolores fieri urinas conspiciunt, idemque proinde contingere posse existimemus de latis extra uenas in corporis habitū humoribus, urinas ipsas tingentib.

prius. Iam quod tunc temporis, molesta etiam sit suffocatio, tussis plerunque sicca, oscitatio, anxietas, præcordiorum distentio, ac sæpe dolor uehemens, ab his nausea, & sub rigoris finem biliosa uomitio: De suffocatione uiderint ipsi: non enim suffocari, aut strangulari uidentur hi, si rectè obseruaui, nec strangulatus quicquam sentiunt: sed auxietas, & oscitatio est: quod profectò non faciunt, qui strangulantur, aut suffocantur, ut oscitent. Tussi quidem sicca infestãtur sæpe, accessionum principijs, sed ea manifestam satis causam habet, quam docemur à Galeno, libro de causis symptomatum secundo, inæqualem intemperaturam partium, respirationi dicatarum, quæ accessionum initio, refrigeratis extremis, attingere thoracis quoque partes potest, siccamq; tussim illam excitare: ut quidem oscitationes similiter, & pandiculationes ex eadem causa fiũt, quod eadem libri eiusdem in parte ostenditur: ex inæquali nimirum intèmperatura, qua molesti nescio quid sentitur, subcalidi interdum, aut mordacis, aut uaporosi, quam deinde excutere molestiam cupiẽs expultrix uirtus, oscitationibus & pandiculationibus eijciendam aggreditur. Tussi autem siccà perceptum ex inæquali intemperatura frigidiore molestiæ sensum cuiusdam deponere curat, idq; in pectoris, thoracisq; musculis profundius: sicuti per totam non minus interdum corporis molem, sensus oboritur profundior rei extraneæ, & à natura alienæ, quæ symptomata illa faciat. βίαιος γάρ τις αἴσθησις, inquit Galenus ibidem, γίγνεται καθ' ὅλον τὸν ὄγκον, ὡς διασπαρμένης τινὸς ἐν αὐτῷ, τῆς φύσεως ἡμῶν ἀλλοτρίας. Hinc sanè & oscitatio, & anxietas, & tussis siccior, non autem ex præcordijs, aut uisceribus. Nauseam porrò, ac sub rigoris finem, bilis fomitum, collecta ex toto corporis habitu bile, uisceribusq; adeo ipsis, atque ad uentriculum tandem delata fieri, ualde credibile, incrementumq; deinde sumente àccessione, ac summo in uigore posita, dum penè feruent omnia, miraculo esse non debebit, si in urinis postea caloris eius signa notæq; uisantur manifestiores, nullo nec indicio, nec argumento, ad summa tunc corporis contendere bilem (qui enim indicare hoc urinæ possint) sed febrilis potius caloris, corporis partes omnes peruadentis, relicto ubique qualitatis suæ uestigio, indicio id sit.

Illud autem, de hypostasi, calòreq;, & substantia urinæ laudabili, quid tandẽ argumenti fuerit hoc: aut quid ex èo uincere se posse sperant? febris quippe intermittentis nullam putredinem in uenis haberi, quid aliud dicimus nos, qui intermittẽtium focũ in habitu partim corporis, partim in uiscerũ trium quodã quasi rursus habitu statuimus, substantia nẽpe carneq; eorũ, & parenchymate, extra uenas tamẽ semper? Verũ enim uerò argumenti huius uis quæ tandẽ sit, uidendum, quando in continuis, quarũ, confessione consensuq; medicorum omniũ, putredo intra uenas est, urinæ spectãtur eiusmodi sæpenumero, ut negari non possit, & putredinis intra uenas esse aliquid posse, & urinæ hypostasim & colorem, & substantiam laudabilem: noxiam quippe materiam, uel uenis ipsis contentam concoquentis, uincentisq; iam naturæ indicium. In exquisita tertiana, inquiunt, in qua non rigor, sed extremarum partium frigus (ut plerunque fit) solum percipitur, quomodo bilis flaua in corporis molem effusa, frigoris causa ponetur? Mitetur sanè, cuicunque cognita scribentium ita eruditio fuerit, lector omnis: & uero ipse miror, dici scribiue ab erudito aliquo debuisse uel potuisse ista. Nam quum & in secundo de causis symptomatum, & in dicato peculiariter symptomatibus his libro, tum uero quibusdam alijs in locis, non semel, causa diligenter reddita symptomatum duorum fuerit, horroris, & rigoris, simulq; demonstratum, maioris tantummodo ac minoris ratione differre, in utroq; autem quamuis causa interdum calida atque acris id faciat, frigus tamen sentiri, ac percipi, quóque id modo, quaue fiat ratione explicatum, exẽplisq; ostensum eorum, quorum aliquando uulneribus applicata fortè medicamenta

menta acria fuerint: non debuit quæri ab eis, ut mihi quidem uidetur, nunquid calida, acrisq́ quum sit causa, corporis habitũ refrigeret. refrigerat enim nihil aliud, quàm spirituum, & innati caloris ad interiora reuocatione, quod omnes sciunt: itaq́ nihil aliud dico, miror tantùm. Eodemq́ue modo de melancholia, quæ, ut raro intra uenas putrescat, at non raró colligi in uenis potest, ut profectò colligitur, quum colligendi, cumulandiq́ue causæ non defuerint, ex uictus potissimum ratione, ætate, temperamento, circumiecto nobis aere, & huiusmodi alijs: nec perspicere possum, quomodo ualiturum sit argumẽtum: Rarò in uenis putrescit, ergo rarò colligitur. Non semper enim collecta quum fuerit, putrescet necessariò, quia spiritibus, caloreq́ innato multo in uenis adiuta calido humidoq́ue, sanguinisq́ue humore proprie ita dicti, frigidior ipsa, & siccior natura, quasi contemperata, non magnopere putredini obnoxia fiet, atque accumulabitur interea dictis de causis, & quòd instituto naturæ esse absque humoris huius præsentia, sanguis nequeat ipse. Quòd si tantum coaceruari melancholici humoris in uenis ambitus omnibus, non posse putant, qui in corporis habitum effusus sufficere gignendis tot intermittentibus quartanis possit, quónam tandem pacto tantum humoris eiusdem in liene, nõ sanè magno admodum uiscere; ac præcordiorum, in quibus solis intermittentium febrium focum constituunt, multo minore, quàm corporeæ molis totius ambitus regione, gigni posse probabunt, ut efficere idem queat? locis præsertim generandæ melancholiæ non ualde idoneis. Quæ quum utrosq́ in solis præcordiorum, circumq́ hæc, locis, quiq̂ue in solo corporis ambitu, intermittentium febrium focum ponunt, premant, nos non prement, qui utrobiq́ ponimus, nec cur ponere non possimus, ullam uidemus rationem: nec Galeni autoris ue classici alicuius dictum animaduersum hactenus à nobis quidem fuit opinioni nostræ huic contrarium.

Iam compositarum febrium ratio, qua quæso constare firmius ratione poterit, quàm si eo, quo diximus, modo opinati fuerimus? Nam & intermittẽtium inter se focum diuersis in locis diuersum, quibus diuersè quoque componantur, & continuarum rursus cum continuis, harumq́ cum intermittentibus, ut in hemitritæis euenit, complexiones multipliciter quomodo fiant, nusquam defuturæ nobis sint rationes, quas promptè reddamus, allegatis (idq́ non abs re) diuersis semper febrium focis, aut fomitibus, quas febrium sæpe etiam mineras appellamus: modò intra uenas putrescere incipientibus humoribus, quod continuas facit: modò uenas egressis in habitum, modò etiam ibidẽ coaceruatis, modò in uisceribus, quæ diximus, putredinis initia accipientibus, idq́ bifariam: uenas intra nempe, aut extra. Atque ideo, eandemq́ hanc ob causam exuperante bile, non semper duplex fiet tertiana, sicuti ne quartana quidem duplex, triplexeúe, redundante melancholia: harum enim, quum duplicantur, uel etiam triplicantur, diuersa est putredinis foci, non una eademq́ in parte sedes, multus licet humor sit, longas potius, longarumq́ accessionum febres facturus, quàm duplices, aut triplices, ex locorum magis diuersitate, in quibus putredinis fomes, xeortas. Quapropter propotirone sæpe quadam respondere has experimur inuicem.

Bellum uerò argumentum de curatione, aiunt: si antecedens intermittentis febris materia in urinis est, una uenæ sectio, quæ hanc prompte demit, illius curatio erit. Verùm, tollitur quidem materiæ, si egressa in corporis habitum fuisset, facturæ ex parte sua febrem, aliquid, ex uenæ sectione, non autem auferetur fomes, qui, ut cesset febris, tollendus fomes inquã: fomes auferendus. Quæro ab his, continuarũ nũ putrefactio in uenis sit, & si, uel ipsorum confessione, est, nũ sola uenæ sectione tollantur. Bene ageretur cum ægrotis, atque utinam: sed non tollitur. Ergo, quod sequitur, uident. Habent, meo quidẽ iudicio, res-

 gabant.

ponsionum satis, qui de intermittentium febrium foco, in corporis habitu negabāt. Accipiant modò qui de foco in uisceribus negant. Atq; horum, quoniā non peruenere ad nos nisi manu scripta tantum quædam, eaq; mendis multis scatentia, ut ut diuinandum semper ferè fuerit, quantum conijcere potuimus argumentum huiusmodi est: Si putrescerent, inquiunt, in uisceribus humores, ex quibus intermittentes febres accenduntur, continuæ potius fierent, quàm intermittentes: Nunc uerò intermittentium frequentiorem semper copiam ui demus passim, ut argumento hoc sit, ne intermittentes quidem ex humorum in uisceribus putredine accendi, cū quę maxime atq; inprimis accendi debuerant, non accendantur. Frequentiores meritò esse intermittentes febres addunt, communesq; magis, quòd leuiores eas causæ, ac minores faciant, quàm continuas, quarum maiores, ac grauiores esse semper causas oporteat. At uiscerum locus (aiunt) eiusmodi est, ut si humorum inibi putredo fieret quæ febrē accenderet, accensura ea cōtinuam magis sit, quàm intermittentē, propterea quòd nihil eorum deest, quæ pertinēt ad prorogandam putredinem, antequā remittatur ex toto accessio, atque ad febris uacuitatem omnem perueniat, nouam assidue suggerendam, ut continua maneat febris, non autē intermittens. Hic quattuor numerant, quæ præstare id maximè queant: locum primò, in quo putrescit humor: secundò, positum particulæ in quo accenditur putredo: copiam, tertio: quartò, substantiam materiæ putredinis ipsius. Nam & locus undiq; circumseptus peritonæo, tum & abdominis musculis, & dorso, multisque alijs, putrescentem humorem non facilè digeri, difflariùe permiserit, eoq; nec accessionem ex toto finiri, sicq; continuam faciat: quod idem positus tam cordi uicinus præstiterit, ut continuè febrem accendat. Nec de copia dubium, maiorem eo humorum semper uim confluere, quasi in publicam corporis sentinam, quandamq; ceu colluuiem. Quæ planè omnia quamuis uerè, ac doctē maiori quidem ex parte dicta, atque explicata sint, opinioni tamen nostræ nō aduersantur. Quomodo enim aduersarentur, quum quod uolunt, nō probent? aut quomodo probabunt, si febris nullius, nec intermittentis, nec continuæ, in horum ullo, & in eo solùm consistit origo, idq; uno omnium de his scribentium consensu, quòd uel intra, uel extra uenas facturus febrem humor putrescat, copia autem humoris, & substantia, positusq; loci, locusq; adeo ipse, quattuor illa, nihil aliud, quàm maiorem aut minorem, leuiorem aut grauiorem febrem fecerint, siue continua, siue intermittens illa fuerit: continua, si intra uenas: intermittens, si extra computruerit humor. Quamobrem, si intra uiscerum, quæ toties iam memorauimus, uenas exorta fuerit putredo, continuæ semper fient necessario: intermittentes, si extra, pro humoris putrescentis diuersitate, diuersæ: maiores autem, & minores, mitiores aut uehementiores, non minus necessariò, si materiæ copia, qualis tandem eunque ea fuerit, maior, minorùe constiterit, magisq; pariter, uel minus esse reperietur qualitate sua uehemens. Examinentur diligenter omnia, constaturum spero, uerum esse, quod dicitur. longum enim nimis, multoque magis superuacaneum foret, si percurrere cuncta singulatim de his uellemus. Enimuero, quanto quæso facilius persuasissent nobis, futuras fuisse continuas, quàm intermittentes, frequentiores ex uiscerum locis, si humorum putredinem frequentius docuissent nos intra uenas fieri, quàm extra? Nunc nihil aliud audimus, quàm locum, lociq; positum, humorum copiam, substantiam, eiusmodi omnia, ut minus contingere intermittentibus, quàm continuis febribus solita sint: de humorum putredine in uenis frequentiore, quod probatum maxime oportuit uerbum nullum, hac utique in parte. Quanquam ne illud quidem tam facile, atque in uniuersum concesserim, frequentiores semper esse intermittentes,

quàm

quàm continuas. Nam pro constitutionum diuersitate contrarium non raro euenire, obseruari posse crederem, ut aliquando continuas frequentius, passímque magis grassari uideremus, quàm intermittentes. Neque illud uereadmodum, aut rectè satis dictum accipio, sentinam, & colluuiem humorum in uisceribus, & præcordijs, ubi tanquam in officina sua in habitare natiuus calor dici posit, per omnes licet corporis partes dispersus, ubi alimentum excoquitur, repurgatur, defæcatur, excrementis, immunditijs suis omnibus emundatur, quę, quo deriuabuntur, reponenturq́, ibi demum sentina uerè fiet, & colluuies.

Altera eorum argumentatio (quantum colligere mihi licuit ex scripto) huiusmodi est: Si febres intermittentes ex siccis excrementijs, à uisceribus, uel uiscerum uenis, in capacitatem, cauitatemq́, inter uiscera positam, uētremq́ expulsis, uel excusis, primam originem, & sedem habent, fore ut non differant, saltem inter initia, ab hydrope, in quo ijsdem in locis ichores colligantur serosi multi, adeoq́ putrescentes, propterea quòd hydrope laborantium non pauci, febricitare interdum percipiantur. Animaduertendum primò, utdisputationis quoque huius initio dictū, explicatūq́ fuit, non poni à nobis intermittētiū focū in prima corporis, quę ita nuncupatur, regione omni: quod alij fecisse. uidentur: sed uiscerum trium substantia, & parenchymate, de Galeni sententia: nō secus, ac in reliquo etiā corporis totius habitu, atq́ ambitu, ut quemadmodum effusi, egressiq́ è uenis, quæ in ambitu totius sunt, in corporis habitum humores, febres generare, si computruerint, diuersi generis, diuersi ipsi, intermittentes possunt, quotidianam, tertianam, quartanam, occupata, atq́ imbuta per totum carnosa ibi substantia, ac musculis meatibusq́ exilioribus illis repletis: idem, atque eodem prorsus modo, contingere posse putemus in uentriculi, iecorisq́, ac lienis substantia, ac parenchymate, emissis ex illorum uenis in uiscerum substantiam, fortasse autem capacitatem quoq́ ipsam humoribus, & putrescentibus ibidem, ut febres eiusmodi gignantur: uentriculo quidem ita affecto, quotidiana, quòd ibi dominium exerceat suum pituita: iecore, tertiana: ut liene, quartana, easdem ob causas, idque sæpius, maioriq́ ex parte, & ut Galenus dixit, τὰ πολλά, ob humoris ibidem abundantiam, uisceri cuique peculiaris.

At enim dicunt, si hoc fiat, necesse est, ut aut inflammatio præcedat, aut affectio præter naturam, omnino similis inflammationi: quod factum quum fuerit, continuæ potius febres sequuturæ sint, quàm intermittentes ullæ. Nos autem minimè uerò necessarium futurum id esse dicimus, ut phlegmone ex hoc ulla, aut erysipelas, aut similis his affectio ulla excitetur ibi, si pro inflammatione phlegmonem intelligunt, ut quidem intelligere non dubito. Nos enim non aliter, atque in corporis reliqui totius habitudine fit, in intermittentibus, ut in habitum, carnosamq́ illius partem imbuatur humor, & putrescat, nulla excitata inde phlegmone aut erysipelate: aut aliquo tali, ita, ac pariter in uiscerum horum substantia, ac parenchymate, quæ carnosam reliqui habitus partem proportione quadam referunt, imbui, putrescere q́ ponimus, ac, si quidem in habitu id euenit reliquo, similiter, codemq́ prorsus modo in uisceribus euenire posse, maxima uerisimilitudine concedendum esse cōtendimus, ut, sicuti nulla penitus ibi suboritur ex eo phlegmone, uel huic similis affectio, ita ne hîc quidem suboriatur, non sine ratione, causaq́ iusta satis. Per uiscerum nanq́ substātiam, & parenchyma dispersus humor, uenæsq́ extra omnino positus, meritò nihil phlegmones fecerit, ut intermittentium proinde esse causa posit, facile. At in phlegmone, & erysipelate, & huiusmodi, ut pars aliqua sanguinis, humorisque alterius alicuius uenas exierit, pars tamen uenis adhuc cōtinetur, ac fortasse maior, apertis adhuc uenarū osculis: ac sanguinis, humorūq́ plenitudine distensis, facile interiora simul atq́ exteriora occupabūtur, ideoq́ nihil futurū mirū sit, si continuæ affectus hosce febres sequantur, ubi humorum pars uenas

miri fit, si continuæ affectus hosce febres sequuntur, ubi humorum pars uenas intra putrescit: illum alium non sequantur, ubi extra uenas locati humores putrescant, clausis iam eorum osculis omnibus eodem, quo per habitum totum fit, modo: atque ita febris intermittens tantummodò sequatur, non autem continua.

Porrò in hydrope quòd febricula aliquando succedat aliqua, id quoniam ex humoris uiscerum, partiumque inferioris uentris omnium capacitatibus contenti, ac putrescentis ex parte fit, longe alterius rationis, febris erit, quàm intermittentium: missis quippe solummodò fuliginosis inde ad cor uaporibus, non autem putredinis aliquid eo deferentibus, & excalfacientibus tantum, ut in ex bubone febre fieri uidemus, in qua ex bubonis putredine, ad cor putredo tamen non peruenit, sed excalefactio tantùm quædam: quemadmodum ob eandem causam, ex alijs quoque corporis locis excitari sæpè febriculæ eiusmodi solitæ sunt.

Nec quoque omnino in uerbis, quæ ipsi allegant, nosque antea ad rem nostrã citauimus, secundi commentariorum libri in epidemiorum primum, inesse nostræ huic sententiæ aduersans: contraque plurima hanc ipsam confirmantia uideo. Nam & in uasorùm spatijs, cum sanguine unà contenta bile, causos, ardentes nempe febres fieri dixit, præsertim, si in iecoris, uentrisque, & pulmonum uenis efferuescat bilis. Addidit, ὅταν δ' εἰς τὰ στερεὰ μόρια τοῦ σώματος ἀφικνῆται, καὶ δι' αὐτῶν φέρηται, ῥῖγος ἐργάζεται: quum uerò ad solidas corporis partes peruenerit, perque ipsas feratur, rigorẽ efficit. Sanè uerò solidas corporis partes intelligere possumus, membranas etiam uentriculi ipsas, iecorisque, ac lienis substantiam, parenchymata uidelicet ipsa, quæ nec spiritus, nec humores esse constat, ut esse propterea dicique rectè solida possint, diuisione Hippocratica illa, τὰ ἴσχοντα, καὶ τὰ ἐνισχόμενα, καὶ τὰ ἐνορμῶντα: quorum quum neque inter τὰ ἐνισχόμενα numerari possint, humores nempe ipsos, neque τὰ ἐνορμῶντα, spiritus quippe, necessario ex ijs, quæ ἴσχοντα dicuntur, erunt, quæ solidæ corporis partes ipsæ sunt, non minus uehiculi ac uiscerum omnium, quàm reliqui corporis habitudinis: ut non minus etiam in his, quàm illis contento humore aliquo, qui putrescat, sequutura pariter symptomata non dissimilia sint, atque ideo cessare argumenta, quæ de hoc afferebantur, debeant, fundamento nixa nec uero, nec solido satis.

Putridas febres nominauimus toties iam, & putrefactionem diximus humorum sæpe: nec minus sæpe putrescere intra extraque uenas eosdem narrauimus: arbitrati uera nos semper, & consona medicis scribere, sententiæque huius, & uerborum prorsus securi. Nam tametsi in Alexandro quandoque legeram Tralliano, non deesse, qui in uniuersum febrim nunquam à putredine fieri pronuntiassent, eundem tamen autorem memineram minime sententiam hanc sequutum fuisse, omissaque, uel potius transmissa illa, statim addidisse uerba hęc: Dicendum igitur est putrescere, & incendi: moxque tractationem de ex putredine febribus, rectè, & diligenter peregisse omnem, putridarum notas indicasse, putridarum differentias & curationem attulisse, idque ex Galenica semper medendi formula, ac methodo, ut, quod quidem ad uiri huius autoritatem attinet, non sanè magnopere moueri debuerim, multoque minus aliorum quorundam, si qui tandem reperti essent, qui reuocare ista in dubium uiderentur, de febrium putredine: cum, quòd, sicuti rectè dicitur, non esse respondendum ad omnia, ita plauè nec omnibus: tum uerò autores uidebam classicos, receptosque omnes, quum de continuis, uel intermittentibus febribus loquerentur, & accendi eas dicerent, accensionemque sæpenumero proferrent accensionem, illam ex putredine semper intellexisse: quòd quum utrumque esse scirent, & putredinem, & ex putredine accensionem, siue incen-

incensionem; idem nimirum, quod à Tralliano paulo ante dictum attulimus; ex secundo primum pariter intelligendum semper fore existimarent, cum accensione simul, atque unà putredinem, ex qua illa resiliret, mente statim conciperemus: ineptum nimis secum esse deputātes, uiri boni, ac frugi, si quoties de febrium intermittentium, aut continuarum accensione loquitur, putredinem quoque necessario, uel ex putredine addat, quod semel initió dictum, indicatūque repeti semper, putide (ut dixi) nimis, magnoque cum legentium tædio non debeat. At nostri temporis non desunt (ut nunc quidem sunt ingenia) qui in authorum quorundam libris, quum incendi, aut accendi febres legunt, uel καίεσθαι, accensionem tantummodo eam libentissime árreptam accipiant, putrefactionem amoueant, uerénе ita existimantes, an ut authores solum se faciant, popularemque ex eo auram captent, & sectatores inueniant antiquarum, adeoque antiquatarum opinionum, scire non possum. Magna profectò, nimis mehercle magna sui fiducia factū hoc ab illis fuisse, scire mihi posse uideor: quippe nulla nec authoritate satis firma, nec ratione nixis: hoc unum tātùm, ut fides illis à nobis adhiberetur omnis, confisis: quumque contendere rationibus inprimis debuissent, utique ex professo rationales, rationis nihil attulerunt, autoritatibus nituntur magis: Alexandri primum Tralliani, quæ cuiusmodi sit, uidemus, recitantis tantummodo, non comprobantis, aut recipientis, explodentis potius & trāsmittentis, adeoque omittentis, & contrariā retinentis: Erasistrati porrò, Auerrois, Nicoli, Vgonis, Gordonij, quanti faciēdæ in hoc autoritates sint, nō dispuro, nec dubito, modo esset mihi librorum his in locis copia horum, inuenturum me tale aliquid, quale de Tralliani iam autoritate uidimus, aut quale iam diximus de accensionem scribentibus: sed quam intelligere ex putredine ortam debeamus. omnino autem aut inuersa interuersaque aliqua, aut alio sensu, dictione alia, aut nulla etiam auguror inuentum iri. Non uidisse autem hos, aut uisum dissimulasse, sed non uisum potius credo (málo enim inscitiæ eos, quàm malitiæ condemnare) Hippocratis de re hac scriptum in parte librorum omnium maximè legitimorum contestatū relictúm nobis, qui tertius est epidemiorum liber: quo in libro quum de febribus in constitutione illa, cùm magna semper putredinis significatione, ob abscessus, magnasque ob id carnium, neruorū, atque ossium excisiones, pútrefactorum omnium, sermonem instituisset, hæc tandem addit: Sub extremum, ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος, καὶ ἄλλα ἃ σὴψις καλεῖται: carbunculi æstate multi, & quæ putredo uocatur. Quid uolunt amplius? febris est, & cum febre putredo indubitata, ut non dici, quocunque tandem modo accipiatur, nisi putrida febris possit: idque Hippocratis testimonio, authore, quem si reijciunt nihil ulterius dicam. Viluit his Galenus, num uilescet etiam Hippocrates? ex hac igitur una Hippocratis unius authoritate, reliquas iacere omnes contendo debere.

Quæramus pariter rationes, quamobrem ex putrediné febrem negarint. Nullam scio, præterquam Tralliani illam, aliorum nomine adductam, non suo proprioque, in hunc modum argumentantium: Si nanque hoc esset, inquiunt, cur tandem non etiam lumbrici, aut aliæ quædam bestiæ in uasis, si putrefactio est, gigni cernūtur, quemadmodum in uentre, & alijs particulis. Ad quod sanè facilis est responsio, ut mirer, usos fuisse tēporis illius medicos argumento hoc, itaque ne dignatus quidē fuit responsione ulla Trallianus, uel inanimaduersum transmittit. Nos tamē respōdebimus, ne nō respōderi potuisse iactent. Idē fieri dicemus in corporibus nostris, animaliumque aliorum, quod in rebus extrinsecis fit, ut non semper, neque uerò in putrefactione omni geniti nascantur lumbrici, aut animalcula talia. Poma putrescunt, pyraque, uuæ, fructus omnes: quis neget? Vermiculi, lumbrici, aut bestiolæ non apparent: putrescunt carnes, apparent: quid miri? alibi alia materia, locus alius, putrefactionis licet forma eadem. Nō dissimiliter in corporibus, in quorū uentribus, & intestinis, alicubi

etiam

etiam in carnibus, & in ulceribus quibusdam reperti ex putrefactione uermes, at in uasis non reperti, manifesta quamuis putredine, neq; enim materia tūc, aut locus, generationi talium apta: sed nec necessarium, ubi putredo, ibidem ut generatio horum sit, uel in Galenico de fimi columbini exēplo putrefacti, quod ille febrium putredini accommodat, nihil tale de lumbricis, aut uermibus, & manifesta tamen putredo.

Quæ quoniam ita se habent, quærere licet ex his iam, quę tandem causa desit quominus putredo in uasis aliquando sequatur aliqua: materia ne, an faciēs causa, an forma: nam finis in his, nisi formæ immixtus, nullus. Materia sunt humores cum sanguine, uel humorum certè ichores putrescere apti. efficiens causa obstructio, uel obstructionis simile quippiam, prohibita nempe partium illarum aliquo tandem pacto trāspiratio. putrefactionis totius forma, dominum, & uictoria aduētitij, atq; extranei caloris, superato innato, & naturali, omnia eiusmodi: ut contingere sæpe solita sint in corpore intra, atque extra uenas, ubicunque causæ iam dictæ adfuerint, efficiens præsertim, & materialis, quas multo maxime euenire in corporibus animalium frequenter solere scimus. Quamcunque corporis partem occupauerit phlegmone, uasa simul partis illius occupabuntur, uenæ nempe, & arteriæ, quæ si ad suppurationem uertatur, quis inficiabitur putredinem esse, ubi pus est, laudatum quamuis, tanto quidem magis, si amisso naturæ κόσμῳ omni, pus illaudatum succedat, si gangræna, si sphacelus fiat, sequanturque ea, quæ ab Hippocrate memorata retulimus supra: Plurimos quidem, inquit, horum abscessus in empyemata contigerunt, carniumque, & ossium, & neruorum excisiones magnæ, in excisionibus, quis mihi exemerit uasa, uenas utique, ut putrefactioni obnoxiæ non fuerint.

Illud maximum, si ut isti rentur, in febribus, quas putridas dicimus, humores οὐ σηπεσθαι, ἀλλ' ἐκκαίεσθαι contingit tantùm, ut non putrescant, sed accendantur solùm, & ut Trallianus ait, à quo hi sumpserunt, non defuisse suo tempore, qui in uniuersum febrim nunquam à putredine fieri pronuntiauerint, in ista eorum succensione, & incensione, quam per interualla temporum stata, tam in continuis quibusdam, quàm intermittentibus fieri uidemus, quales tandem habituri sumus sufflones, qui materiam arsuram succendant nobis eam, statutis illis horis? Non quidem motum, quem esse insignem aliquem oporteat ut febrem accendat: at decumbentibus, & affixis lecto, in clinice, nullus sæpe, nunquam certe magnus. Nō calidioris corporis alicuius uiciniam, cuius contactu incalescat, eodem semper modo, quod quidem huc spectat, calidi, atque, ut diuersè incalescat, statis id, certisq; horis non fiet, nisi causa aliqua alia subsit. Nō obstructionem, quæ nunquam adsit, eodem modo semper, perque totum morbi decursum adest, neque certis, statisq; horis quibusdam contingere potest, ut de corporis calidi propinquitate dicebamus. Non cibum calidioris facultatis aliquem, quippe in contrariæ quamuis facultatis, refrigerantis cibatione, redeuntibus tamē eodem semer tempore accessionibus. Restat (quoniam quinq; numerabantur in totū calorificæ causæ à Galeno) putrefactio, quæ hoc effectum reddere possit, una: tum quæ pro materiæ, humorumq; putrescibilium diuersitate citius, serius, putredinem subeuntium, ut quidem maximam in his uarietatem uidemus, pituitæ, bilisq; utriusque, flauæ nigræq;: sic redire ipsa non minus, & accensum referre febrilem calorem, constitutis propè horis quibusdam, facilè queat.

Postremò sumantur considerandę febres cōtinuę quędā, quarū in confesso materia intra uenas sit accensa tantūmodò, ut isti uolunt, siue incēsa: minimè uerò putrescens. Id an fieri possit, uideamus. Duo sunt genera inprimis, æstuantissimarum febrium quarundā alterū, calore intolerando, sitimq; afferentiū, quæ ferri

ferri non posit,ut causi nonnulli sunt,ardentes nimirum febres ipsae: Alterum est genus febrium itidem continuarum,atque intra uenas materiam continentium,minimè aestuantium,calore,si tangantur, minimo,uel pauco quodā,sequūturque saepe symptomata eiusdē modi: quod genus habentur pestilentes febres multae,pestisque adeo ipsa. Quaero,ex utro genere plures pereant? Ex secundo hoc sine dubio dicere cogentur. Cur pereunt autem? non quidē ex aestu, aut calore flāmeo: quod tamen necessum erat, si nihil in febribus his aliud, quàm accensio,succensioque est,atque ignea inflammatio. Quid igitur causae? Ego nullam aliam quàm putrefactionem habeo. Ipsi si habent, proferant: sed non habebūt. Putredo est,putredo, quę hoc faciat: cuius quoque ipsius signa nō exigua ducātur tunc,ex uesicae,aluique excrementorū foetore,animaque saepe ipsa graueolēte, prodeuntibusque ex ore acribus ualde exhalationib. quibusdā,cū extranea sem per qualitate nares pessimè ferientibus. Et sunt quidem quoque in aestuātissimis atque ardentibus illis,putredines, sed minoris rationis: superat enim calor: contrà quàm in pestilentibus fiat, in quibus longè semper putredinis,quàm febrilis caloris ratio maior,modusque. Quae diligenter expendenda omnia in curationibus sunt.

Atque haec non tam ad nouatores huius temporis hos, ad quos fortasse non erat opus,quàm ad Alexandri Tralliani scripturam referri,dicta à me uelim: dici enim aliquid potuit, ac debuit de eo,cuius specimen aliquod in Antiquorū libris inueniretur,non autem ipsi de suo attulissent. Nam quae de suo prorsus nouant, non aliunde acceperunt illorum specimen. Ea uerò eiusmodi esse mihi quidem uidentur,ut de his,cumque his agier bene satis, uel commode à medico frugi nequeat.

Aiunt, quum quaeritur de febrium intermittentium foco,locum,in quo primum accenditur febris,cordis substantiam esse,nisi febris sit symptomatica,&, quod à corde defertur per corpus reliquum caloris, non febrem id,sed symptoma esse. Duo haec,quorum non facile in veterum libris simile aliquod reperias, sed de suo penitus soli protulisse uideri posśint ipsi,itaque talia sunt, qualia audimus.

Quaerit aliquis,intermittentium febrium focus ubi sit. Respondet: In quo primum accenditur febris,cor esse. At qui quaerit, non hoc quaerit, sed locum in corpore,unde idipsum,ut febris in corde accendatur,fiat: & qui causam accēsionis huiusce det,priusquam hoc ipsum fiat, & priusquam accendatur. Nugatoria,inanis,& inepta responsio,quae aliud respondet,quàm quod quaeritur. Si quis in pueri historia,à Galeno relati,comitialis,ex aurula de inferioribus partibus superiores petente,uel,ut nos aliquando uidimus, ex pedis pollice, quaereret,ubi mali illius focus,uel si focum nollet,fomes & origo? Caput ne diceret, & cerebrum, ubi primum comitialis affectus fit? ac non inferiores potius, & pedem: unde causa resiliens malum gignat illud,& ne gignatur saepe arctissimo uinculo constrictis partibus fit. At sciant se simillime eodemque prorsus modo de febrium foco dixisse.

Illud uero,symptoma esse debere,affectum eundem,eiusdemque omnino rationis,calidam quippe,& siccam intemperaturam,à corde in venas,& arterias reliquas,corporisque habitudinem progressam, cuiusmodi tandem habendum esse dicemus? qualis,quantaeque eruditionis? Si symptoma & morbus idem penitus essent, credere possemus. Nūc diuersa ualde sunt: profecto nāque,si calida in corde intēperatura morbus est,eadē in uenis & arterijs,non erit symptoma, uel si in his symptoma,in corde non erit morbus. Non urgebo ulterius, quod maximè facere possem hoc loco: cōtinebo me,& expectabo,donec paulò melius edoctos uideamus, quid febrium focus sit,quid symptoma proprie dictū, quid morbus,ut agi inter nos conuenientius deinde,et utilius posśit,saltem de

que

iam quartana illo quoq; ex fomite accesserit. In febribus autem inordinatis, necessario exassantur humores, diuturnitate temporis, & exassati, in melancholicum abeant facile, quartanæ causam, & materiam.

Καὶ εἰ μετ' ἱδρῶτος παύοιντο. *Ac si cum sudore cessent.*) Vt si fortè quotidianæ signa aliqua conueniant, hoc uno interstinguãtur, quòd quotidianæ accessiones nõ facile sudoribus finiri soleant: tertianæ uerò finiunt, sed copiosiore.

CAP. VII.

Ὅσον τούτων οἱ ἐν τοῖς τεταρταίοις. *Quanto his quartanarum pulsus.*) His, quum dicit, quotidianorum pulsus intelligit, quos tantò rariores esse uult tertianarum pulsibus, quãtò quartanarũ pulsus quotidianarum pulsibus rariores sunt. Raritate igitur superabuntur quotidianarum pulsus, à quartanarum pulsibus, quum utriq; tamen tertianarum pulsibus rariores multò sint: sicuti utrique etiam minores quum tertianarum pulsibus sint, quartanarum in hoc, nempe paruitate, uincentur à quotidianarum pulsibus. Breuiter, quartanæ pulsus, tertianæ pulsu minor, at quotidianæ multo etiamnum minor, utpote qui quartanæ quoque pulsu ipsius minor sit. Rursus, quotidianæ pulsus tertianæ pulsu rarior, at quartanæ multò adhuc rarior, quippe qui quotidianæ quoque pulsu rarior existat: nec sine causa, aperta satis: nam & in quotidiana, quoniam natiuus calor, frigidi, humidique humoris multitudine pressus, quasiq; suffocatus, attollere se nequit, multò quàm in quartana magis, minores proinde pariter pulsus fient, atque ob id etiam frequentiores, quippe uentilari cupiente calore, pulsationum frequentia, quod paruitate nõ potuit: euadentq; ita quartanarum pulsibus sicuti minores, ita minus quoq; rari, nimirum frequentiores: in quartana uerò, ut in qua pulsus maiores existant, eq; magnitudine ea uentilationis, ac refrigerationis plus accedit, non fuerit frequentia tanta necessaria. Sicuti igitur maiores, ita rariores quoque habitura ea pulsus sit quotidianarum pulsibus.

Πλὴν ὀλίγων δή τινων. *Paucis quibusdam exceptis.*) Illis uidelicet, quarũ non multa, nec crassa, uel glutinosa nimis materia fuerit, quæq; iccirco consumi tota finita accessione possit: præsertim si rarior natura sua, corporis reperta habitudo fuerit.

CAP. VIII.

Εἰ δὲ καὶ ἀνώμαλον ποιοῖντο τὴν αὔξησιν. *Quòd si incrementum quoq; sumat inæquale.*) Plurium ex eo significabitur humorum multitudo, quibus concoquendis, conficiendisq; laboratura sit naturalis facultas: quô plures, plus. id quod si inordinati quoque pulsus fuerint, dicendum: tum si rhythmis suis careant. Natura nanque quum ordinem semper suum non impedita, & rhythmum seruet: quo magis hæc defuerint, præter naturam magis factum id fuerit, maiórque ideo sequetur inde noxa, temporeq; opus habitura maiore, ut tollatur. interdum uerò tanta, quæ naturam prorsus deprimens, uictam conficiat.

Εἰ δὲ καὶ ἡ τετάρτη τῶν ἡμερῶν, ὁμοία φαίνοιτο τῇ τρίτῃ. *Quod si dies quarta tertiæ similis apparuerit.*) Quippe id non simplicis continuæ febris alicuius, sed compositæ, complicatæq; indicio erit certo. Nam cuius tertia die accessio maior fuerat, tanq; tertianæ continuæ, si simplex, solaq; esset, alternis tantummodo diebus, non insequente, expectanda accessio erat maior. At quarta diei similis tertiæ accessio, subesse continuæ alterius febris alicuius cõplexionem significauerit nobis non obscurè, quæ, cuiusmodi tandem sit, tertiana ne, continua quidem, sed duplicata, eoq; quotidiè inuadens: an quotidiana addita tertianæ, cõtinua continuæ: an continuarum alicui intermittentium aliqua coniuncta, ut in hemitritæis euenit: id uerò ex coniecturis alijs iudicandum, & posterioris diei mox animaduersione clarescet melius.

Καὶ ὁ πυρετὸς οἷον σμυχόμενος ἂν, καὶ τὸ πρόσωπον, ἥτε πᾶσα ἕξις τοῦ σώματος ἀσύμπτωτος. *Ac febris ueluti delitescat, facies'q́, & uniuersus corporis habitus non concidat.*) Oppressi à materia multa, eaq́ frigida, caloris signum quum delitet intus, neque exerere se, ac foras dare febris potest, longioris, adeóque periculosioris morbi argumento. De facie autem quod dicitur, & corporis habitu, non concidente in continua febri, de Hippocratis prorsus sententia dictum accipiendum est, aphorismorum sectione secunda, in hunc modum, τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, τὸ διαμένειν, καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. τὸ μὲν γὰρ μῆκος νόσου σημαίνει, τὸ δ' ἀσθένειαν. non omnino leuiter febricitantium audimus (quod profectò continua febre qui laborant, sunt) corpus si permaneat in eodem, nec remittat quicquam, hoc est, concidat, uel non pro morbi uehementia remittat, malum augurari: morbi nempe diuturnitatem. Quod hîc quoque dictum.

Ἦν μὲν δὴ τοῦ ἔτους τὸ μεταξὺ πλειάδων τε δύσεως, καὶ τῆς προγεγραμμένης ἰσημερίας. *Erat anni tempus inter Vergiliarum occasum, & antegressum æquinoctium.*) Autumnale æquinoctium die circiter septima Septembris mensis fit, ingrediente Sole in Libram: post quod diebus quinquaginta occidunt Vergiliæ, auctore etiam Galeno, commentariorum libro primo, in Hippocratis Epidemiorum primũ. Id fuerit igitur temporis, quo ægrotare adolescens cœperit, de quo habemus hîc: quamuis non eodem omnino tempore occidant Vergiliæ nunc.

Συνεπέβαλε δ' αὐτῷ καὶ σκληρὸς σφυγμός. *Simul autem accessit ipsi durus quoque pulsus.*) Libro Galenus de prænotione ex pulsibus primo, duritiem in pulsu, aut ex siccitate, aut congelatione, aut tensione fieri docuit. Congelationis autem causam esse frigidæ intempestiuum aut immodicum potum, aut lauationes huiusmodi, immodicè nempe frigidas, aut fructuum esum refrigerantium, intempestiuum itidem, & immodicum. addit postremò, ἢ ὅλως ὅσα τὸ ψυχρὸν φλέγμα γεννᾶν πέφυκε ἱκανῶς, ὅπερ ὑαλώδη χυμὸν ὁ Πραξαγόρας ὀνομάζειν εἴωθεν: uel quæcumque tandem pituitam generare frigidam apta sunt, quam uitreum succum nominare Praxagoras solet, ut hanc pariter fuisse causam manifestò satis appareat duri in adolescente pulsus, cuius hoc loco historia narratur.

Τά τ' ἄλλα καὶ τῷ μήτε γραφῆναι, μήθ' ὅλως διαλεχθῆναι λόγῳ δύνασθαι τὸ ποσὸν ἑκάστου. *Cùm ob alia, tum ob id, quòd nec scribi, neque omnino doceri sermone queat, uniuscuiusque quantitas.*) Alia intelligenda omnia, quæ rerum cognitioni aliarum similiter sese offerunt difficilia: propter quæ in cognoscenda quoq; quantitate laborandum egregie sit, atque eo magis, quo minus, sermone, uerbisúe ea doceri ullis queunt, ut ideo exercere nos in percipienda ea debeamus, semper magis.

CAP. IX.

Ὑγραίνει γὰρ, καὶ ψύχει κατὰ δύναμιν ὅσα τοιαῦτα λουτρά. *Humectant enim, & refrigerant potestate balnea hæc.*) Κατὰ δύναμιν dixit, secundùm facultatem, ac potestatem: quod non solum de facultate intelligendum erit, quæ potentia quadam fit, ut quum marinam aquam, quæ actu humida sit, potentia, & facultate siccare dicimus: sed etiam de ea, quæ actu: humectat enim semper dulcis aquæ balneum, actu quoque, seu frigida, seu calida lauetur quis. Veruntamen frigida lauatio refrigerabit simul, atq; humectabit actu: calida humectabit, quod diximus, actu ipsa quoq;, refrigerabit autem partim ex accidente, nempe reseratis cutis meatibus, ac difflatis ex eo biliosis uaporibus, calidum prius facientibus; partim actu quoque. amisso enim calore aqua accidentali, propriaq́ facile recuperata frigiditate, etiam actu corporis partes refrigerarit, intrò recepta.

Καὶ

Καὶ ὡς τὸ πολὺ βέλτιον τοῦτο τοῦ κενοῦν ὁπωσοῦν. *Ac magna ex parte melius hac quàm quomodocunque euacuare.*) Vt intelligamus, euacuare licere quidem quoque, sed non tam bono futurum id, quàm si refrigeremus, exuperantemque qualitatem contrariæ introductione castigemus. Quod multò melius est quacunque euacuatione, quæ ipsa quoque bona esse possit, melior licet multò futura sit alteratio ex refrigeratione. Versibus quidem superioribus non multò antè docebamur, uomitionibus, & aluum emollientibus, & urinam prouocantibus, & sudorificis, euacuationis aliquid moliri, ut appareat non malum id esse: quin & repurgationem consuluisse uisus, quod paulo plus sit, quàm emollire aluum lenientibus. ait enim, ἀγαθὴ ἦ καὶ ἡ διὰ τῶν κάτω τῆς χολῆς κάθαρσις. quod quidem placidissimis assequemur, ne, si fortiora adhibeantur, irritatior factus biliosus humor, qualitate sua augeatur. Qui fere modus erysipelati quoque curando debetur, affectui ab humore eodem facto, refrigerationemque semper magis, atque alterationem, quàm euacuationem exposcenti.

CAP. X.

Ἐν δὲ τοῖς οὐκ ἀκριβέσι τριταίοις οὐδὲ λούειν εὐθὺς κατ᾽ ἀρχὰς ἀγαθόν. *In tertianis uerò non exquisitis, inter initia lauare statim non bonum.*) Balnei nanque calore fundi, liquarique pituita, cuius non exigua portio in nothis tertianis semper, atque ea liquata partes obsidere corporis quascunque poterit, nocumentique ei afferre aliquid, præsertim crudior adhuc: nam concoctior facta, non solum loco moueri, sed etiam foras propelli de corpore ualebit, cùm uijs quibusdam alijs, tum sensim balnei usu euaporata.

Καὶ εἰ αἵματος ἀφαιρέσιος δέοιντο. *Quòd si sanguinis delatione indigeant.*) Sanguinis missionis in curatione tertianæ exquisitæ mentio facta fuit nulla, nisi tacitè admodum, quum alterationem euacuationi omni prætulit. Est porrò sanguinis missio euacuatio ipsa quoque. Nunc de ea admonet considerandum esse an conueniat. Solet Hippocrates humores puros, sincerosque nimis damnare, quos, ἀκράτους uocat: ut quum ait in prognosticis, τὸ τε γὰρ ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν, κινδυνῶδες: flauum, inquit, sincerum, periculosum: qui color bilis est, inde flauæ dictæ. Impermixtos igitur uituperat, permixtos commendat. ἔμετος δὲ, inquit, ὠφελιμώτατος, ὁ φλέγματος, καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος: uomitus pituita, bileque permixtus, iuuantissimus: eodem in libro. Pura igitur, sinceraque bilis, quæ tertianam exquisitam facit, quum pituitæ immixtum nihil habeat, cuius frigiditate, & humiditate ueluti attemperata frænetur, calidissima ipsa, & siccissima, si neque sanguinis succum præterea habuerit proprie dicti illius, atque ab humoribus alijs distincti, cuius benignitate temperatissimi, mitescat, ipsa calida antea per se, siccáque, calore proprio suo, & siccitate exardescet magis. Atqui hoc fecerit uenæ sectio in exquisita tertiana. Detracto enim sanguinis benigniore humore, acrior, atque efferuescentior reddetur bilis, quamuis interea biliosi nonnihil mittatur è uenis, sed cum sanguinis tamen unà mitioris humore. Hac de causa non mitti debere sanguinem in tertiana exquisita crediderim, & mitti in notha posse, ubi discriminis nihil eiusmodi, modò mittendi conditiones adsint reliquæ, alibi passim narratæ à multis: idque inter initia protinus faciendum, dum uires ualent adhuc, necdum obfirmatæ obstructiones sunt: dissecandisque simul ualidius crassioribus humoribus, & aperiendis meatibus struetur ita uia, quod fieri tutò satis, nisi sanguinis prius copia detrahatur, haud queat. infarcientur enim uiæ interdum, & obstructiones maiores fient, præcipitata materia, paulò ualidius incidentium medicamentorum usu, in repletione corporis, quam sanguinis detractio demat, minuat certè.

Καὶ τι τῶν ἠπιακῶν ὑπαγαγεῖν. *Et modicè subducentium aliquid.*) Qualia plura ha-

 bemus

terrei quippe, ac difficulter loco suo mobilis, ut propterea consumendus potius totus sit, uel illius certè focus. Itaq; benè calidorum & resiccantium consuli mox usum uidemus, quamuis siccus natura sua humor sit, ac temperamentum ab humefacientibus potius petat, nempe anteuertente hic quoque considerationem hanc, auferendi in totum humoris, aut eius quidem fomitis, focique indicatione. Salsamentis igitur ac sinapi utendum esse consulit paulò pòst, & cibos proponit, dissecantes melancholici humoris crassitiem, calefaciendiq; simul, & siccandi facultate præditos, præter alimoniam, quam exhibent: medicatos utique, & medicinales quos dicimus, caliditate aduersus frigiditatem humoris eiusdem pugnaturos, siccitate autem humiditatem, quę actu illi inest (humor enim omnino est) resiccaturos, ac utriusque simul calefaciendi siccandique facultatis usu, paulò uberiore, etiam consumpturos ex toto. Qua gratia Theriacæ quoque usum mox admittet, siccandi insigniter ui prædıtæ: minimè quidem quæsita ex hoc alteratione humoris ulla, manente substantia (ea enim humectando fit) sed humoris potius substantiæ totius destructione dumtaxat putrescentis, quæ resiccando contingit, ut resiccatione hac melancholici humoris, cum frigiditate simul sua, substantia consumpta pereat tota, utique putrescens, ut quidem sæpe humorem in corpore, dissipatum, consumptumque, quacunque tandem ratione, uolumus, quum aliter non possumus ad naturam illum reuocare suam, aut contemperamento, aut qua alia ratione: præcipuè uerò melancholicum hunc, rebellem curationi semper omni inprimis, non solùm in quartanæ morbo, uerum etiam in affectu alio omni. Quamobrem & urimus, & secamus sæpe, quum usus uenit, & facere nobis id licet, ut tollatur totus: mitescere aliter, aut temperari posse non ualde sperantes. Quodque in alijs non faceremus, in quartana febre faciemus, eandem ob causam: melancholici, inquam, humoris huiusce ratione, ac respectu, ut caloris febrilis ratione penè nulla habita, materiæ febrem facientis habeamus uel maximam, uincere frigiditatem illius benè satis calidis medicamentis, & putredinem absumere desiccantibus satagentes: neque ante tempus tamen, nec nisi concoctione præeunte, ne, si non in tempore id fiat, duplicetur malum. Atque ita in præcepto hic quoque uersabimur undecimi Therapeutices methodi libri, expendere nos iubentis semper, uiresque ac magnitudinem conferre inuicem, febris, causæ, putredinis, uirium, quattuor horum: ut utrius habenda maior in curando ratio sit, non ignoremus: mirariq; propterea tantopore non debuerit Alexander Trallianus de Galeno, si potiores in his partes quasdam sequutus, calefacientium & desiccantium usum prætulerit. Eandem enim quoq; sententiam seruat in his, quæ mox subijcit, ita scribens:

εἰ δὲ καὶ παντάπασιν ἀπέχεσθαι λουτρῶν. *Quod si penitus à lauacris abstinere possent.*) Hic enim quoque humefacientium usum formidasse, & suspectum habuisse uideri potest in eo, quòd, quamuis aduersus humoris siccitatem pugnent, putredinem nihilominus augeant. In quorum locum frictiones substituit, nihil aliud, quàm per halitum digerētes materiam, eamq; hac ratione cōsumptam siccantes ex parte. Nec uetat tamen in totum: sicuti sanè nec suprà humidorum usum in totum uetuit, & frigidorum, sed alia alijs præfert, concesso interea quorundam modico, ac tempestiuo usu.

Συνεχὴς διαδεξάμενος πυρετὸς ἀπέκτεινε τὸν ἄνθρωπον. *Continua febris excipiens iugulauit hominem.*) Perq; rarò uideas, euadere ex cōtinua quartana febri aliquē, quod suprà pariter notasse memini, reddita etiam causa.

CAP. XII.

περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν προνοεῖσθαι χρὴ τῆς γαστρός, μάλιστα δὲ τοῦ στόματος αὐτῆς. *Circa uigorem uerò consulere uentriculo, eiusq; maximè ori opus est.*) Quo uidelicet, ubi maximè faciens humor febrem generatur ac putrescit: ei imprimis quoque consultum sit

parti, ut habeant, qui focum inibi in uifceribus intermittentis febris inueniri non poffe contendunt.

CAP. XIII.

Καὶ ἄρτον δι᾽ ὕδατος. *Et panem ex aqua.*) Lotum hunc dicimus, quafi cui fermentum, falisq; quod ineft, eluatur. Hinc panatella noftra, quam dicimus, pafsim iam in ufu multipliciter paranda.

CAP. XIIII.

φέρε γὰρ εἰ τίς πυρέττοι, μὴ τῆς καλουμένης πληθωρικῆς διαθέσεως παρούσης. *Agè nanq;, fi quis febricitet, nec phethorica affectio adfit.*) In alijs exemplaribus dicitur legi, Et adfit: ut adeffe affirmetur. Sed quum cafus ponatur à Galeno eorũ, in quibus una excepta febre continua, quæ euacuationem poftulare uideatur, reliqua autem multa expofcere nõ uideãtur, potior fuerit, ut uideri pofsit, lectio, adeffe negans plethoram, uacuationem quæ requirat. Affirmatiuè uerò fi ponatur, ex parte febris ponetur, ut quamuis duo hæc facienđę uacuationi fubfcribant, uetantibus alijs, ne faciamus tamen.

ἔνιον δέ τι σύμπτωμα, καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος. *Quoddam uerò ueluti fymptoma, ambientis quoque.*) Quoniam inftitutus fuerat fermo de fymptomatibus, febrem fequutis, curationemq; ad fe omnem, uel magnam certe illius partem trahentibus, ac rectam, debitamq; morbo curationem adhibere impedientibus: quum alia infuper quædam effent, impedimentum illud idem afferentia, quæ febrium tamen fymptomata non funt, ueluti fymptomata habenda hæc effe dixit, nempe eodem modo impedimento nobis futura femper, quo minus rectà ad febris curationem ipfius tendere ualeamus: quæ non pauca enumerat.

Ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι ὑπερβαλλόντως, ἢ ἰσχνοί. *Similiter, quicunq; craßi fupra modum, aut tenues.*) Rectè additum, fupra modum. nam alioqui graciles, modò non nimis, fanguine abundant, ut fi habitudo præterea corporis paulò denfior fit, euacuationes ferant hi facilè: obefi autem nimis, ijdem exangues.

Καὶ βούλιμος ὁ καλούμενος, οὐδὲν ἄλλο. *Et uocatus Bulimus nihil aliud.*) Vtpote affectus longè diuerfus à canina appetentia, ut fuprà in alijs oftenfum iam fuit.

Προηγεῖται δ᾽ ἀποπληξίας τε, καὶ κακοήθους ἐπιληψίας, καὶ διαφορήσεων, καὶ τῶν συγκοπῶν καὶ μαρασμῶν. *Præcedit autem & apoplexiam, & malignam epilepfiam, & diaphorefes, & fyncopas, & marafmos.*) Vt appareat, affectus hos omnes grauiores effe lipothimia ipfa, animi nempe defectione non abfoluta, in qua non ex toto amiffus perit fenfus, & eorũ, quæ fiunt, recordatio manet aliqua, quod neq; in attonito euenit morbo, neq; in comitiali, præfertim maligno, quem malignus, uitiofusq; uapor aliquis, aut uirulenta aura, de parte corporis aliqua refiliens gignat: neq; in diaphorefi, qualis in corporibus nimium perfpirabilibus, fummaq; habitudinis raritate, & humorum tenuitate maxima præditis, ex difflatione, tranfpirationeq; confertim facta, & copiofa fit, fequuta fæpe uirium refolutione omni: neq; in fyncope, neq; in marafmo, extrema fcilicet cordis ficcitate, & frigiditate. In omnibus enim his, & fenfus amittitur & motus omnis: proinde nec meminiffe quidem quicq; poffunt. Rectè igitur dictũ fuprà fuit, lipothymiam aliud effe, & fyncopem aliud.

Καὶ θυμωθέντες τινὲς ἐλειποθύμησαν. *Et irafcẽtes animo defecerunt.*) Pofsit quidem excandefcentia hoc facere, paulò diutius perdurans, ut collectis primùm, atq; aggregatis ad uindictæ cupiditatem, fpiritibus, eorundẽ mox refolutio quoque, & difsipatio fiat tanta, ut animi inde deliquium facile fequatur, mors autem nõ facilè, lipothymia folum fuccedat, hoc eft, animi deficientis quidẽ iam, ac delinquentis affectus, necdum tamen defecti, quod fyncope effet. Itaq; ne

mors

quidem facile sequetur ex ira. At metu, & mœrore, & effuso interdum nimis gaudio, exanimatos penitus referunt aliquos. Atq; ita ira correptos uehementi aliqua sequi posſit lipothymia: syncope autem nō facile: mors autem nunq̃. Quod secundo etiam de causis symptomatum libro dictum à Galeno legitur, ex ira nunq̃ interijsse quenq̃, ideo q; lipothymia tantūmodo corripiantur, ut diximus, syncope autem non facile: qua tamen si quando corripiuntur, reuocabiles facile pariter ad uitā inde sint, spiritibus nondū nimium dissipatis, disiectisq;: ut proinde neminem unq̃ ex eo perijsse, obseruatum diligenter fuerit.

Καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τέμνοντες ἀποστήματα. *Nosq; ipsi abscessus incidentes.*) Hoc est, non solum quum sponte sua rumpuntur, uerum etiam quum ab artifice secantur.

Ἱκανὸς ἂν τοῖς ἐξαίφνης ἐμπίπτουσιν ἐνίστασθαι παροξυσμοῖς. *Incidentibus improuiso accessionibus opponere se satis ualeas.*) Nimirum symptomati se solùm opponendo, occurrendóque, nec curata tunc quicquam affectione, ex qua pendent symptomata ea.

Εἶναι δὲ χρὴ τοὺς δεσμοὺς πλείονάς τε, καὶ σφοδροτέρους. *Vincula porrò plura, ac uehementiora esse opus est.*) Animi delinquentis ratione, extremis omnibus, cruribus æque ac manibus inijcienda erunt uincula, quo nimirum à præcordijs retractio fiat maior. At partium, per quas euacuatio fit nimia illa, respectu, contrariam omnino in partem fortior facienda reuulsio, atq; ita omniū habebitur ratio, rectè, atque ex ordine.

Λουτρὰ δὲ τοῖς μὲν εἰς τὴν γαστέρα ῥευματιζομένοις ἐπιτηδειότατα, τὰς δ' αἱμορραγίας δεινῶς παροξύνει. *Lauacra uerò fluxionibus in uentrem delatis commodiſsima, sanguinis autem fluores uehementer irritant.*) Ex uniuerso corporis habitu, ac mole qui in uentriculum feruntur humores, balnei usus reuocare ad extimas partes queat, ut sicuti prius intrò agebantur, nunc foras retracti tendant, lauationis calore inuitati. Tum uerò apertis etiam cutis meatibus difflabuntur. At fluentem sanguinem magis etiamnum fluere faciet balnei usus, fusum quippe, ac fluxilem magis factum, ut, etiamsi intro feratur, reuelli tamen in contrarium non facilè queat. Quum enim uenis per halitum totum dispersis contentum sanguinem fundat, fluxumq; reddat balneum, fluorem, quem iam inchoauerit, sequetur sanguis apertis uijs, reseratisq; per anastomosin uenarum osculis, per quas iam fertur, potius, quā in diuersum agatur, occlusis iam & conniuētibus quæ in habitu sunt. Quod in humoribus per habitum extra uenas positis & impetu in uentrem delatis non eueniet, ut qui facilius ob id reuocentur, retrahanturque.

Πλὴν ὀξυμέλιτος. *Excepto oxymelite.*) Ob Hippocratis dictum, in libro de ratione uictus acutorum: γυναιξὶ δὲ τὸ ὄξος πολεμιώτατον, ἢ ἀνδράσιν ὄξος· ὑστεραλγὲς γάρ ἐστιν: mulieribus uerò infensiſsimū acetum, quàm maribus magis: utero enim dolorem facit. Neruosus uterus, at neruis acetum inimicum.

Καὶ ταῖς μὲν ῥισὶ δυσφρηστά, δυσώδεστατα, ταῖς δὲ μήτραις εὐώδη. *Ac naribus quidem odorabilia, peſsimè olentia, utero autem bene odora.*) Seminis substantia, excrementi substantia est concoctionis ultimæ, utilis, nobilisq; inprimis, spiritus domicilium, quo cuncta generantur, formanturq;, id quod in corporis parte alia, humoréue, aut excremento alio ullo inuenire non est, ut corruptionem pariter substātiæ eiusmodi diuersam ab alijs esse necessum sit, propriumq; sibi, ac peculiare exposcere aliquid. Quumq; dignitatis eius, & nobilitatis sit, locū quoq;, qui & retinendi proprij fœmellę scilicet, & alieni, maris nēpe, trahēdi ad se proprietatē habet, corruptionē eius sentire inprimis opus est, fœtidaq; ita refugere, atq; auersari, tanquā ex quib. augeat corruptio: bene odora admittere, atq; amplexari, corruptioni contraria. ut quidē uentriculū quoque in corruptelis cibi diuersis diuersa respuere, atq; appetere experimur. Suprà igitur adhibētur, quę refugiat uterus, graueolentia, reprimendis exhalationibus, ne superiora impetentes noxam illis inferant, prauę, corruptęq;, non autem ne uterus in partes ullas incurrat illuc, quod nō potest: subter bene odora, ut suffitu suo sursum

elata(ſurſum enim odorem ſemper iaciunt) odoris bonitate corruptionis malitiam emendent: quod facere naribus applicata non poſſent, in caput enim ferrentur tantùm, uſum nullum præſtarent, contraq́ ſtrangulatum potius mouerent, non repreſsis, ſed euocatis magis fumidis euaporationibus illis. Nunc inferius adhibita, uſum, quem diximus, exhibent. Neque uerò negandum, occurere his uterum quoque ipſum, motu omnino aliquo poſſe, quaſi quidem excipiēdo etiam maſculo ſemini occurrit, & cibo uentriculus: quem Ariſtoteles aliquando ſcripſerit, libro (ut opinor) de Hiſtoria animalium octauo, in piſcibus quibuſdam carniuoris, ut denrices ſunt & hyatulæ, minores piſces perſequētibus, prę uorādi, apprehendendiq́ auiditate, in os uſq́ ipſum procedere: neq́ tamē ex motu hoc, animal dicem⁹ aut faciemus uentriculū, ita ſanè ne uterū quidem dicere, aut facere debebimus, quāuis motu feratur hoc.

Εἰ δὲ δυσεμέουσιν, θάλπειν χρὴ πρότερον αὐτὰ τὰ περὶ τὸν στόμαχον, χωρία, καὶ πόδας, καὶ χεῖρας. *Quod ſi difficulter uomant, calfacere prius regionem circa ſtomachum, opus eſt, pedesq́, & manus.*) Meminimus non raró cohibitam fuiſſe uomitionem im poſitione manuum in frigidam, ut proinde, ſi contrarium à contraria itidem expectandum cauſa fuerit, nempe ut uomitus calefactione & tepore quodam cieatur, mirum uideri id non debeat: cauſa tamen ſi quæratur, quod ad ſtomachum, ſiue uentriculum attinet, non fuerit difficile, reddidiſſe aliquam. fota nanque, concalfactaq́ regio ea, craſsitiem humorum, quæ uomitum forte moratur, attenuare poteſt, & frigiditatem auferre, atque ita mobiliores, & uomitioni paratiores facere: frigiditas contrà. Quòd ſi præſtare iſta poſſunt, loci quem diximus calefactio, & frigefactio, ut uomitum altera ciere, ſiſtere altera ualeat, & manuum præſtare poterunt, ac pedum, quorum qualitates ad uentriculum pertingere facilè ſæpe ſolent. Experti ſumus quantum interdum nocumenti ex pedum frigore, uentriculo concilietur ipſi, & iuuamenti ex calore.

Τοὺς δὲ διὰ μέγεθος φλεγμονῆς, ἢ καὶ κακοήθειαν σφοδροῦ πυρετοῦ. *Qui uerò ob phlegmones magnitudinē uel etiam ob febris uehemētis malignitatē.*) De his abunde tractatum libro Therapeurices methodi duodecimo fuit, ſicuti de ijs, qui ex ſiccitate in acceſsionum principijs, animo linquuntur, octauo, et decimo operis eiuſdem, allatis etiam hiſtorijs.

Ἀλλ᾽ ἀρκεῖ τηνικαῦτα ῥοιῶν, ἢ ἀπίων, ἢ μήλων. *Sed tūc ſatis eſt, mala punica, uel pyra, uel poma.*) Nihil ueretur uitioſitatē ſucci primò, quæ fructibus his ineſt, nec detegitur tamen protinus, humefactā cupiens ſiccitatem, ex qua periclitantur ægroti: quamq́ humiditatem, inquam, prompte præſtare poſſunt fructus hi, inſigni humefaciendi facultate præditi, cum roborandi inſuper uiribus. Neq́ iterationem tamen concedit, ſi ex priore aſſumptione melius habuerint, id ipſum ſcilicet ueritus, ſucci ex his malitiam, uſu crebriore.

Ἀπόχρη δὲ τούτοις, ἐν μὲν τῷ παραυτίκα τοῖς ὀσφραντικοῖς ἀνακτήσασθαι. *Satis autē eſt his, odoratis quāprimum ſi recreentur.*) Fugientes enim ſpiritus exinanitione nimia reuocant hæc facilimè, ſubminiſtratis nouis in deperditorū locū, atq́ enutritis. Ἀρχὴ τροφῆς· πνεύματος, ῥῖνες, στόμα, aiebat Hippocrates: At naribus admouetur odora, perq́ os, & bronchum ingreſſa, uitalem ſpiritum, temporis momento reficiunt, atq́ alunt: ἀρχὴ τροφῆς enim dixit, alimenti initium.

Καὶ ταῖς τῶν ῥινῶν καταλήψεσιν ἀνακτησάμενον, ἐμεῖν ἀναγκάζειν. *Et narium apprehenſionibus refecti, uomere cogendi.*) Vtrumq́ fit, ut excitati ne iaceāt prorſus, ſed paulò commotiores facti ſuſcitentur parumper. Porrò in comprehenſione narium, etiam ſpiritus collectio inerit aliqua: in uomitu, reuocario ſpirituum ad interiora, exultans, & effuſum nimis gaudium, aut ira ſi fuerit, utiliter. Tum in quibus intrò potius feruntur humores, horum ipſorum uacuatio pariter, non incommode.

Ταῖς τε τῶν πεπονθότων μορίων ἀλέαις μάλιστα καθίσαντα. *Affectarum partium calefactionibus*

ctionibus potißimum cessant.)Hæc enim uerè ἀνώδυνα dicuntur, quæ modicè calida, cutaneis meatibus reseratis, rarefactaq; parte, dolorem facienti materiæ exitum præbent, discussamq; eam absumunt, attenuatam prius, simul & concoquent, & exæquant retusa acrimonia, si qua adest, & detersa glutinositate, & dissecta crassitie, ut ex quinto de simplicium medicamentorum facultatibus docemur libro, uere inquam, ac rectè anodyna quæ dicantur, & sint; nam alia dicuntur tantummodò, nec sunt, ut stupefacientia.

CAP. XV.

Ἕνα κοινὸν ἤδη πάντων ἔχοντες σκοπὸν, ἐπισκέπτεσθαι τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον αὐτῶν αἰτίαν. *Communem scopum habentes unum, ut causa, quæ unumquodq; horum facit, consideretur.*) Cum morbi ipsi, qui nullo interueniente alio symptomatum, causa ipsorum sunt; tum uero antecedentes insuper aliæ, & corporeæ causæ multæ.

ἡδυόσμου τε τοῦ χλωροῦ, καὶ σισυμβρίου σκευάζεται. *Ex uiridi mentha & sisymbri o parantur.*) Virides dixit, reprimendo quippe idoneas herbas tunc, menthã præsertim, adstringendi facultate, & stipticitate alioqui per se præditã, tantoq; magis uiridem. Nam paulò post, earundem usum proponet, uacuando: sed siccatarum iam, ut arbitror. Tum uerò eosdem roborandis etiam particulis commendabit, non modò, quòd roborandi facultatem omnem non exuant, siccatæ licet, uerumetiam quòd resiccando, temperaturam conciliarit parti meliorem, humoris præsentia intemperatiorem factam. At nullo alio modo robur additur partibus melius, quàm si pristinæ temperaturæ suæ restituãtur, uti iam hoc quoq; nomine roborari caput, menthæ, & sisymbrij usu queat.

φέρε δὴ καὶ τὴν ἡμέραν εἶναι κατὰ τὸ τῆς ταραχῆς μέγεθος. *Agè ergo sit dies pro perturbationis magnitudine.*) Id est, respondeat dies perturbationis magnitudini, ut si septima fuerit dies, & perturbatio accedat magna, futura mox indicetur crisis: at idem si quinta forte, uel octaua contingat die, non indicauerit. Atque hoc est, quod paulò antè dixerat, in magnis commotionibus multos non posse magnitudinem perspicere perturbationis, an ex diei natura sit: quod nihil aliud est, quàm ignorare, num perturbatio ea futuræ mox criseos indicium sit, an alia potius aliqua de causa facta.

τό γε καθόλου σκοπούμενος. *Vniuersale quidem considerans.*) κατ' ἴξιν, opinor, Hippocraticum illud, & κατ' ἴθυν: non autem uillorum, aut fibrarum filamenta. Est nanq; consensus, & conspiratio, sicuti totius ad totum, ita partis ad partem, sinisteriorum ad sinistram, & dexteriorum ad dexteram, etiam ut uenarum sæpe fibræ non coniungantur, aut conueniant nimis,

IN LIBRVM SECVNDVM ARTIS CVRATIVÆ AD GLAVCONEM.

CAP. I.

Καὶ πλείστας ἔχει διαφοράς. *Ac plurimas habet differentias.*) Phlegmone primum ipsa, quam simpliciter ita dicimus, tum humida, tum sicca, carbunculi, tubercula, phlegmonæ rursus erysipelatosæ, œdematosæ: tametsi mixtum iam horum genus sit. Febrem autem pariunt duntaxat in corporis parte aliqua ortæ, unde peruenire ad cor putredinosa fuligo illa possit. Quin ne putrida quidem sequetur febris semper, ut in bubone ex primitiua causa exorto aliquo, unde exhalationis putredinosæ calor solùm pertingit ad cor quidam, qui diariam faciat, non etiam putredo, quæ putridam.

Ξηρὰν δ' ὅταν μηδενὸς ἐπιῤῥυέντος, τὴν ξύμφυτον θερμασίαν ἐκπυρωθῆναι συμβῇ. *Siccã uerò, quum influxu nullo, natiuum calorem ignescere cõtigerit*)Atq; hæc fuerit partis alicuius φλόγωσις potius dicẽda quædam, inflãmatio nimirũ, absq; humore excitata

excitata, ut proprium hoc ſiccæ huius phlegmones nomen habeatur: ſicuti humidæ proprium rurſus, phlegmone, φλεγμονὴ, ſanguineus tumor, uſurpato, proprióque ſibi facto nomine communi ac generali, ut fieri in multis conſueuit.

τοῦτο δὲ μέχρι μὲν τινὸς οἷον πυρετὸς ἐστὶ τοῦ μορίου. *Hoc autem aliquatenus, uelut partis ipſius febris eſt.*) Eatenus ſcilicet, quatenus, ſicuti febris totius corporis, uel cordis intemperatura calida & ſicca eſt, ita partis unius alicuius hæc: id quod libro Therapeuticæ methodi ſeptimo, ἀνάλογον dixit πυρετῷ, febri uidelicet reſpondentem affectum: quum hiſtoriam narraret, ex uentriculi caliditate, & ſiccitate inſigni laborantis, γινώσκοντες, ὡς ἡ τοιαύτη διάθεσις, ἀνάλογος ἐστὶ πυρετῷ. ὅπερ γὰρ ἐκεῖνος, ἢ κατὰ σύμπαν τὸ ζῶον, ἢ κατὰ τὴν καρδίαν ἐστὶ, τοῦθ' ἡ νῦν προκειμένη διάθεσις, ἐν τῇ γαστρί: ut ſimul ſciremus, ſiccitatem coniungi caliditati in febribus, neceſſariò. Dixit autem, vel in toto animalis corpore, uel in corde: quod, utrumcunque dixerimus, futurum uerum ſemper ſit, ſiue in toto, ſiue in corde: non ſolo autem hoc, aut illo, ſed deriuato ſemper à corde in totum affectu.

Καλεῖ δὲ ξανθὴ, ἡνίκα μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν σώζουσα. *Bilis uerò flaua, quum ſuam ipſius naturam conſeruans.*) Naturam ſuam retinet, non pùtrefacta, atq; è uenis effuſa, tuncq; icterum faciet: at effuſa eadem de uenis, putrefactaq; tertianam excitabit intermittentem, & continuam finiet, commoto rigore.

τῶν γὰρ ἄλλων δυοῖν εἰδῶν, τὸ μὲν ἤδη προειρημένον. *Aliarum enim duarum ſpecierum, ea quidem, quam iam diximus.*) Quaſi duas prius retuliſſet ſpecies, ante eã, quam abſolute & ſine additione, herpetem nominari dixerat, duarum aliarum dixit nunc. Cæterùm duæ fient, diuiſa priore ſpecie in duas, ut altera ſit, quam herpetem ἐσθιόμενον appellarit Hippocrates, nempe exedentem: altera κεγχρίας, miliaris ex argumento dicta: tertia uerò, quæ in prima diuiſione ſecunda ponebatur, ſimpliciter dicti herpetis ſpecies fuerit.

τῶν πρώτως θεμένων αὐτάς. *Qui primi ea impoſuerunt.*) Imponendorum nominum medicorum diuerſis morbis, diuerſe, ratio quæ fuerit, legi ex Galeno poterit paulò fuſius atq; explanatius quàm hîc, inter principia ſecũdi Therapeutices methodi libri.

C A P. II.

ἐξευρεῖν τὴν πρόφασιν τοῦ νοσήματος. *Morbi occaſionem inueniſſe.*) Quod ut ſemper faciamus, non minus ab Hippocrate quoque ipſo iubemur, Epidemiorum ſecundi ſectione quarta ita ſcribente, ἀλλ' ἰδεῖ τὴν πρόφασιν δηλοῦν, καὶ τῆς προφάσιος τὴν ἀρχήν.

Καὶ χρὴ τεμεῖν αὐτοῦ τῶν ἐν ἀγκῶνι φλεβῶν, ἤτοι τὴν ἐντὸς, ἢ τὴν μέσην. *Opusq; fuerit huic uenam incidiſſe cubiti uel internam, uel mediam*) Si interna illa non ſe oſtenderit ſatis, ſecundo loco mediam. Nec dubium eſſe debet, quamuis tacitum id à Galeno ſit, dextro affecto genu, dextri ſimiliter cubiti ſumendam ad incidendum uenam eſſe, ſicuti ſiniſtro, ſiniſtri: ut ſeruetur perpetuo κατ' ἴξιν Hippocraticum illud. Duobus enim ueluti ſuffragijs uincitur, ut ita fiat: & quòd ab inferioribus ad ſuperiora humorum retractio atque auulſio fiat, & quòd è directo καθ' εὐθυ, ſi genu laborante dextro, dextri itidem cubiti ſecetur uena: at ſi ſiniſtri, uno tantum id ſuffragio fiet, contrarietatis nempè, quæ inter inferna, ſupernáſque partes eſt. Hoc igitur tantummodo nomine iuuerit: at prior ratio duobus.

Καὶ εἰ παραχρῆμα δόξει ῥασώνην τινὰ φέρειν. *Etiam ſi iuuamenti aliquid afferre uideatur ſtatim.*) Eò q medicamentorum talium uſu, materiæ omnino nonnihil ſolutum diſſletur, ex ſuperficiarijs affectus partibus. At eadem ratione, trahetur eodem multò plus materiæ ſemper ab intrinſeco. Vitare etiam iubemur in phlegmone uehementer dolente, adſtringentium nimis uſum, quòd partes,

hæc

hæc adſtrictione nimis conferta quaſi exaſperare uideantur, proinde & dolorem addere, & maioris ad partem affectam affluxionis cauſam præbere: quod idem mox de nimium quoq; exciccantibus dicetur.

καὶ μηδ᾽ ἀμοῦ πῦον ὑποφαίνοιτο. *Ac nuſquam pus appareat.*) Quod quidem intendere omnium primum, in phlegmones curatione debemus omni, ut, quoad eius fieri poterit, citra puris generationem ullius, diſſoluta phlegmonem faciens materia conſumatur tota, partim repulſa, repercuſſaq;, partim per halitũ digeſta, nõnunq; etiam manifeſta euacuatione aliqua abſumpta, ſi locus ferat, ut ſacrificatione aliqua.

καταπλάττειν μὲν ἀναγκαῖον ἅπαξ, ἢ δὶς που. *Cataplaſma quidem apponendum ſemel, aut iterum.*) Explorabitur enim ex iterata hac cataplaſmatis applicatione, & compertum fiet, num ſperari puris digeſtio poſsit, priuſquam inciſio fiat: quæ ſi ſperari nulla poterit, exitus quamprimum puri dandus, aperta ſcalpello conuenienti in loco parte, ne puris permanſio diuturnior, eroſioúe aliqua nocumentum inferat, uel etiam ſinuoſi affectus alicuius cauſa ſit.

καὶ μάλιϛα ὅταν ἄνευ φανερᾶς γίγνηται προφάσεως. *Ac præcipuè, quum ſine manifeſta fiet cauſa.*) Nam quum cauſam habuerit eryſipelas manifeſtam, aut externam aliquam, refrigerari ſolùm poſtulabit, non etiam ut humoris affluxus alicuius repellatur, futurum opus eſſe uidetur: quippe in non uitioſis admodum humoribus repleto corpore, ſed ex primitiua tantùm cauſa facto eryſipelate. Aſt in ſuborto per ſe in corpore affectu tali, quod non fieri niſi ex abundantia bilioſi ac tenuiſsimi ſanguinis ſolet, cùm refrigerandus locus, humoris naturæ reſpectu, tum etiam repellendus, affluxionis nimiæ cohibendæ cauſa, ita tamen, ne ad partes nobiliores repercuſſus feratur humor, & ut antegreſſa repurgatio corporis totius fuerit.

οὐ μὴν ἀπό γε φλεβὸς αἷμα, τούτων γε τοιούτων κενοῦν ἀναγκαῖον. *Neq; tamen ex uena quidem, in his certe, mittendus neceſſariò ſanguis.*) Geminatum hoc loco, γε, illud lego. ἀπό γε, τούτων γε, cuius ſignificatum eſt, utiq;, & duntaxat, & certe quidem: ut admoneamur, non eſſe neceſſarium detrahere corpori ſanguinem, utique, uel certè quidem ex uena: & in his, utiq; qui eryſipelate laborant, cuius generatio ex ſanguine, bileq; flaua commixtis, uel ex ſanguine quidem, ſed feruenti, & qui conſiſtentia ſua, tenui quum ſit, purgationem magis requirit, quàm ſanguinis miſsionem, duntaxat ex uena: nam alias aut ſcarificatu, aut per occultam quoquomodo tranſpirationem, minus aliquatenus ſanguis poſſit, qui alioqui ſecta uena, non rectè ſatis minueretur, ob timorem efferueſcentiæ bilis nimiæ, ſi ſanguinis detractatio fiat, ut explicatum ſupra, quum de tertiana loqueremur, fuit. Quin purgationis uice facturus quandoq; clyſter quoque ſit ſatis, acrior aliquis, utique in affectu exiguo.

ἀλλὰ μόνον τῶν ψυχόντων προσίενται, τὰ ξηραίνειν μάλιϛα δυνάμενα. *Sed ex refrigerantibus, ea admittunt, quæ reſiccare maxime poſsint.*) Propterea quòd tam in exedente, quàm miliari herpete, ſoluatur continuitas, & ulcuſcula omnino aliqua fiant, quæ exiccatione ſemper indigeant, abſumendo inſuper humori nimio neceſſaria.

περιελὼν αὐτοῦ τὸ ἀείζωον. *Detracto illis ſemperuiuo.*) Ideo quôd non, quod ſatis ſit, ſiccet. ξηραίνει μὲν ἐπ᾽ ὀλίγον, ait Galenus de eo, libro ſexto de ſimplicium medicamentorum facultatibus. &, ὡς ἐπικρατεῖν γὰρ αὐτῷ τὴν ὑδατώδη μᾶλλον οὐσίαν: ſic, ut aquoſa in eo ſubſtantia uincat. Proptèr hoc igitur quoque, in affectu, qui ſiccari uehementer requirat, non ſatis conueniet ſemperuiui uſus, ob aqueam, inquã, ſubſtantiam: cuiuſmodi ſunt herpes tum exedens, tũ etiam miliaris. Nam q; ibidẽ ſcribitur à Galeno, καὶ πρὸς ἕρπητας ἁρμόττει: de herpetis tertia ſpecie intelligendũ, qui abſolute herpes dictus eſt, non exedens, non miliaris: eoq; nulla prorſus exulceratione, ut cum refrigeratione, ferre nonnihil

inſuper

insuper humectationis queat. Tam autem priora illa duo genera exedentis, ac miliaris herpetis ſiccari uolunt, ut præter deſiccantia, quę particulis eorum omnibus adhibenda eſſe diximus, priuatim ſemper ulceratis partibus illinenda ſint medicamēta, ſiccandi facultate prædita inſigni, paſtilli orbiculares quidam, & id genus. ταῦτα δὲ, inquit, τὰ ἡλκωμένα, κατάχριε φαρμάκοις τοῖς πρὸς ἕρπητας, nempè exedentes, & miliares. In ſuperficie tamen tantum exulceratos herpetas, nec longi temporis, mitius tractandos habebimus, uehementibus nanque & fortiter ſiccantibus ueluti irritati exaſperantur.

φαρμάκῳ δ', ὡς Ἱπποκράτης φησί, μὴ περισκελεῖ. Medicamēto uero, ut Hippocrates ait, non exaſperante.) Inter initia libri περὶ ἑλκῶν: καὶ ἄξηρον εἶναι, ὡς μάλιστα φαρμάκῳ μὴ περισκελεῖ, inquit.

Καὶ μὴν δὴ, καὶ ὅσα φλεβώδη, κἂν ᾖ μᾶλλον τῶν σαρκωδῶν ξηρότερα. Et quidē quæcunque uenoſæ ſunt, multo quamuis carnoſis ſicciores ſint.) Vena carne ſiccior eſt, ac quanto carne ſiccior, tanto quoque ſiccari magis poſtulat, quæ tamen reſiccatio nondum erit magna, propterea quòd carne ſiccior licet uena ſit, at ſiccitas ea, non ſanè multum à temperamenti mediocritate recedit, ac multas habet ſicciores ſe partes, arterias, neruos, mollioribus exceptis, qui inter ſiccitatem, & humiditatem medium cum cute unà obtinent, membranas, tendones, ligamenta, cartilagines, oſſa, pilos, eiuſmodi omnes, ut humefactæ, multo maiorem poſtulaturæ deſiccationem ſint, quàm uena. Siccanda igitur uena quoque iuſto humidior reddita, ſed non uſque eo tamen, ut ſiccitate ſua mediocritatem egreſſæ partes, modo numeratæ, inſignem exiccationem admiſſuræ. Atque hoc eſt, quod additum à Galeno legitur, ἀλλ' οὐδ' αὐτά γε ἱκανῶς, ſed ne ipſæ quidem abunde.

Ὅσα δ' ἔσω περιτοναίου, κατὰ θάτερον. Qui uerò intra peritonaum, ex altera.) Nimirum ab extera ſolummodò parte.

Τοῖς δὲ σπλάγχνοις σχεδὸν ἅπασιν. Viſceribus autem fermè omnibus.) Plus, minus habent omnia, at magnas capacitates, quæ εὐρυχωρίαι μεγάλαι dictæ Galeno fuere, non omina, non lien, non iecur, non renes: interna dumtaxat in parte, ut ideo σχεδὸν adieciſſe illud, uideri poſsit Galenus.

Ἄμφω δὲ τὰ εἴδη τῆς κενώσεως, διὰ τῶν κοινῶν ποιεῖσθαι κελεύει φλεβῶν. Vtramque uero uacuationis ſpeciem per communes fieri uenas præcipit.) Conſentiunt omnes ſimul uenæ, utpote ab uno principio exortæ iecoris, ut quaſi communicare inuicem dici queant uniuerſæ: ſed communes intelligendæ ex hoc loco ſunt, affecto loco propiores, quæ reliquis conſentiunt, & conueniunt magis, accipereque ex loco, & reddere illi promptius, ac facilius multò poſſunt, locorum tum proximitate, tum etiam conuenientia, quæ in conſenſu partium ex poſitu, poſita omnis eſt: tum qua corporis partes uniuerſi, uniuerſæ inuicem mutuoque conſpirant, confluunt, conſentiunt, atque inter hæc maximè dextra dextris, & ſiniſtra ſiniſtris, qua in primis atque ante omnia dimenſione, diductum in duo uidemus corpus: conſentireque hæc ſibi plurimum, ac ſimul affici, ſimul ualere experimur ſæpiſsime, dextra inquam dextris, & ſiniſtra ſiniſtris. Qui quidem conſenſus, ex poſitu ibidē deſumptus, quāuis non tam fortaſſe apertè ac manifeſtò, animaduerti tamē nō nimis obſcurè in ſupernis pariter inter ſe corporis partib. & infernis, externis & internis poteſt, ut mutuò ſibi in eadē dimēſione, locique poſitura quęque collocatæ conſentiāt, affectę ſæpe, afficiendæque ſimul, ut ſanatæ etiam, ſanandæque. Cæterùm conſenſus, quo inuicem dextra ſiniſtris, ſicuti ſiniſtra dextris, ſuperiora inferioribus, atque ediuerſo interiora exterioribus, uiceque uerſa ſibi in conſenſu mutuo reſpondent, paulò magis communis eſt, neque tam, ut quem prius diximus, partibus inter ſe proprius: ſicuti rurſus omnium maximè communis Hippocraticus ille, quo nullo poſituræ diſcrimine, cunctæ inter ſe corporis conſentiunt partes, & conſpirant, dextra reliquis omnib. & reliqua omnia his, pariter, ſiniſtra, pariter ſuperiora, inferiora,

interna

interna externa, eodem omnia modo. Ex hac tam uniuersali partium inter se omnium conspiratione, ac cõsensu, in quocunq; corporis partis uniuscuiusq; affectu, qui modò sanguinis missionem requirat, quacunq; in parte secetur uena, iuuamenti semper reportabitur omnino aliquid, dumtaxat, si iusta, ac pro uiribus detracta corpori sanguinis quantitas fuerit: non autem unciola sola: ut fieri sæpenumero à multis solet, dempta. Non enim fieri aliter poterit, quin cõspirantibus, & confluentibus omnibus inter se corporis uniuersi particulis, parti quoque affectæ auferatur aliquid. Quod quum ita sit, multò tamen utilius, sine dubio, maioriq; cum emolumento, ex una aliqua certa uena mittetur sanguis, quàm ex omni indifferenter. Etenim, si nihil penitus aliud quæramus ex uenæ incisione, quàm sanguinis plenitudinis diminutionem, ac ueluti depletionem quandam, nec dum affectum parte ex ulla corpus fuerit, sed neque pars eius aliqua affici solita afficiatur, ut qui pleuritide corripi quotannis penè solent, qui tertianis, qui epilepsia, & huiusmodi alia: nihil, uel non magnopere certè relaturum sit, quocunque ex loco, quacunque ex uena missus depleatur sanguis, nisi illud fortasse unum, quòd detracta eo casu ex dextri cubiti basilica, eadem sanguinis quantitas, plusculum nescio quid, profutura esse uideri potest: exhausta quippe ceu de fonte ipso, ac ueluti sanguificationis officinæ ablata. At in affecto iam parte aliqua corpore, si affectus is fuerit, qui sanguinis missionem flagitet, uel etiam non affecto, sed tamẽ affici consueto, multũ, plurimũ imò retulerit, hac, an illa ex parte auferatur corpori sanguis. Humorũ nanq; fluor hic uel præsens iam, factusq;, uel etiam qui futurus mox timeatur, moderari considerationem debebit omnem hanc: in parte enim artis præcautrice uersati, ac futuram fortè pleuritim timentes, uel comitialem etiam, capitisq; affectum aliquem alium, ut iuuatura sit sanguinis missio de corpore ipso omnis, ab Hippocrate tamen edocti, libentius in lõgissimè dissita ab affici cõsueta parte adigemus cultellum, quo uidelicet longius retracti tanquam dediscant eo se humores fluxiles facti conferre: quinimò natura doceatur ipsa, alio eos reuocatos mittere. Itaq; communi nimis consensu illo non utemur, cuius ratione indiscriminatim mitti sanguinẽ de corporis parte quacũq; dicebamus posse, quãuis hunc quoq; nõ nociturũ, profuturum potius, etsi parum, sperare nobis liceret, sed rationis nouę, quę se nobis offert, interuentu, quam diximus: quoniam pati solitæ partes superiorẽ posituram obtinent, in inferioribus: quippe longius hæ distant: ita facere ab Hippocrare iussi, quæremus quam incidamus. Et in comitiali quidem, aut phrenetide, affectuûe quouis capitis alio, qui utram capitis afficere magis solitus sit partẽ, scire non dabitur, dextramne, an sinistram: ne ualde quidem intersit, utercunq; sumatur ad secandum pes, at in pleuritide, ubi nosse hoc possumus, sine dubio in affici ex dextra thoracis parte consueto, dextri pariter pedis internam ad malleolum incidemus uenam, ut in sinistra, sinistri, sæphænam medicorum uulgo utramq; dictam. At concitato iam sanguine, & fluere incipientibus cum eo in partem aliquam, humoribus, iamq; phlegmones alicubi initio alicuius facto, non solum quo feratur humorum fluor, sed quo impetu, quantumq; delatum humoris sit, diligenter aduertendum. Alia enim est ratio fluentis etiamnum humoris: alia eius, qui iam defluxit, partemq; affectam occupauit: quippe fluentem adhuc retractum auellemus, ne affectum augeat, affluxum iam quoquomodo euacuare de loco studebimus, & quum retractum auellere, ubicunque uenam ab affecta parte in corpore secuerimus, liceat nobis, locum tamẽ quæremus semper, ex quo ualidius id, promptiusq; & uberius cõsequamur. Quapropter communes magis, quos narrauimus, consensus partium illos posthabebimus, & proprius semper accedemus ad rem præsentem, citam certamq; magis, quantum fieri à nobis poterit, sanationẽ quæsituri, ut in pleuritide (statuatur enim exemplum in hac, quoniam & frequens affectus est, signis, notisq; suis cognoscendus, & alterutram

occupare thoracis partem dextram sinistramúe solet) quæ iam inceperit, adeoque incrementi iam quoque aliquid sumat, quod quidem ad fluorem attinet, qui undique in partem affectam fit, ex consensu partium maxime communi inter se illo, quacunque in parte tundatur uena, sequuturum iuuamenti utique aliquid sit, modò non ex phlegmone ipsa uel phlegmonem attingentibus particulis fiat: ut etiam si ex pede alterutro, alterutróue brachio factum fuerit, futurum id nō sine ratione penitus aliqua sit, & profuturum non omnino nihil. Sed quū dextri lateris πλευρῖτις sit (ponatur enim ita esse) iamque inchoauerit atque augescat, ab leganda n bis erit pedum uenarum sectio omnis, non tam in curatione, quàm in præcautione accommoda: & ad incidendas in brachiorum cubito uenas uenimus, dextro, sinistróue: ut quoniam nec communissimus partium inuicem consensus omnium, neque uero minus hoc ipso communis inferiorum cum superioribus, satis nobis facere in hoc potest, ob causas iam dictas, propius accedamus ad consensum, & communitatem uenarum aliquam, unde & confluetium ad affectum humorum retractionem, & eorum, qui iam confluxerunt, sperare uacuationem possimus. Ac sinistri quidem cubiti interior cum dextri interiore, in dextri lateris pleuritide, cōtendere de hoc ratione nonnulla posse uideretur, nisi consensus, & communitas esset partium dextrarum ad dextras, propior communisque minus multo, quàm sinistrarum ad dextras: seruaretque ille κατ' ἶξιν, & κατ' ἴξιν Hippocraticum illud: dexter, inquam, consensus, à quo sinister longè abest, consensusque tantummodo huius ratione, ac respectu, præferre hanc illi uenæ sectionem, maioris multò & usus, & successus debeamus, ut quæ longe felicius, humorum ut fluor retrahatur, & collectorum iam pars uacuetur, quod nulla in toto corpore alia præstare, uel non tam bene certe præstare ualeret, uenæ sectio Exemplo nobis esse poterunt, rerum harū rectè in quibusdam, ac feliciter operatæ naturæ successus, ut quū iocineris fortè phlegmonem ex dextra nare emisso sanguine soluit, & lienis ex sinistra: quæ si ita, uti diximus, κατ' ἶξιν, & κατ' ἴξιν fiant, bono semper futura sint: secus, si aliter: nempe affecto liene, si ex dextra, & iecinore, si ex sinistra effundatur sanguis nare. Atqui uterque, tā qui à liene, quàm qui à iecore ad nares peruenit, intermedia caua uena perueniat, necesse est. Cur igitur, eo quum peruenit, in uenā, inquam, cauā fluor, æquali tunc ab utraque nare interuallo distans, futurus tamen salutaris ad dextrā tendet, si ex iecore inceperit, & ad sinistram, si ex liene: contraque insalubris, si à liene missus ex dextra, à iecore autem è sinistra, conuersa ratione profluat? nisi id confluxus, & conspiratio partis eiusdem inter se fecerit, ut bono futurus sit fluxus seruata rectitudine, malo autem, in diuersa si abierit. Non alia melior inueniri rei huiusce, mihi quidem uidetur posse ratio: in distantia nanque æquali positus fluor, qui quidem in partem corporis eandem, quod ad rectitudinem attinet, unde initio digressus exierat, conuerterit se, bene, ac rectè operatam atque ex ordine, legibusque, ac regulis suis usam fuisse naturam, indicio erit, solitam semper, quum muneribus fungitur suis inculpate, coniunctarū inuicē affinitate quadam, rationisque, ac conditionis eiusdem partium consensum obseruare, atque exercere. Nam quòd filorum, ac staminum, ex quibus uenæ partim constituuntur, rectitudine, & continuitate fieri id dicūt, ut eiusdē lateris cubiti secta in pleuritide uena iuuet, quā alterius magis: qui quæso fieri id possit? quū eadem fibrarum, staminumque oblongorum, & filorum rectitudo, continuitas eadem omnino sit in uenis, qua parte, in dextram, ac sinistrā corporis partem dispescuntur, ut, quum sanguis eo peruenerit, ubi tanquam in biuio ponitur, causæ habiturus nihil sit, filorum quidem, & staminum rectitudinis, & continuitatis ratione, cur in hanc magis quàm illam partem uergat, iuuaturus, aut nociturus, nisi una esset partis ratio, ac respectus, quem diximus. Quid enim aliud uenas possunt fibræ tūc, & filamenta, & fila, quàm ut uelut iter præbeant delato per sanguini, ac fluentem eum transmittant, in hanc illámue partem uocare nō

pos-

possunt, aut trahere, ut prosit, aut obsit: mittitur em̃ ne forte hoc nesciant) non trahitur à filis, filamentisúe ac fibris, oblongis, rectisq́. Atque hoc demum est, quod imposuisse suspicor opinionis huius authoribus, quantũ uideo: arbitrati enim sunt incisa uena sanguinem attrahi ad uulneratæ uenæ locum, idq́ uillorum, fibrarumq́ rectarum, & longarum rectitudine, ac continuitate fieri, quando quidem trahendo hę factæ, institutęq́ à natura fuerint, ut uincere tandẽ hoc argumento se posse credant, quoniam quidem hoc pacto, hacq́ ratione secta uena sanguinis missio fit, ut ex fibrarum rectitudine, & continuitate, commodum, utilitasq́ ea sequatur. Sed enim si commodum sequitur, & utilitas, his rationibus, incommodum, & dispendium (sequuntur enim hæc quoq́ naturę ipsius ductu, irritatioris factæ, secusq́ quàm quum recte operata facit, diuersa in parte emisso sanguine interdum) quibus sequerentur? Iisdem necessariò habẽt dicere, quando hanc solam, unamq́, ac potissimam afferunt causam, rectitudinem nimirum uillorum, & continuitatem, utraq́ in parte dextra, sinistraq́ eandem, rationisq́ omnino eiusdem, quod quidem ad rectitudinem, & continuitatẽ attinet, uti iam, si nulla alia, quàm hæc, causa fuerit, esse ea boni successus, & sinistri euentus, quæ duo tantum inter se distent, causa, utiq́ eadẽ quum sit, nequeat. Hęc porrò quæ esse possit, nisi diuersarum partium ratio, cum positione sua, dispicere non possum. Illud autem, quod de incisæ uenæ humorum ad se attractione dicunt, quàm à ueritate deuiet, facilè perspexerit, qui, quomodo, aut in quem usum institutæ à natura, quaq́ ratione, munere suo fungantur rectę uenarum fibræ animaduertet. Tunc solummodo, quum proprium sibi aliquid, aut familiare, aut sub proprij, ac familiaris specie quod arripiant, quum habuerint, attracturæ, ut uentriculus per rectas gulæ fibras cibum, ut mesaraicæ uenæ chylum, sanguinem reliquæ: propria omnia, & familiaria. Sub horum autẽ specie medicamenta multa, adeoq́ uenena interdum trahentur ab eisdem, utpote, quę cibi semper, aut potus specie alicuius offerantur: quorum nihil in incisa uena uidere est. Quid enim traheret? aut quorsum traheret? sanguinem uidelicet, quẽ attractum simul, protinusq́ de sectione emittat. At nihil esse in toto corpore opinor, quod, quicquid eo, quo diximus, modo traxerit, non etiam aliquantisper retineat. Non igitur attractus eo est, qui per uulneratã uenã profluit sanguis: ut ideo iaceant statim de uillorum, & staminũ rectitudine, & continuitate argumenta: corruantq́ simul eodem modo (eodem enim nititur de rectorum oblongorumq́ filorum attractione fundamento) opinantium sententia, propter uenam sine pari mittendum semper ex dextro brachio in pleuritide sanguinem esse. Dicent, si non est attractus eo, qui ab incisa uena fluit sanguis, qua ratione fluit? Missus, dicemus, fluit, à circumiectis partibus primũ, tũ & ab alijs, doloris, & ligaturæ, & pertusionis causa, undiq́ sanguinem ad offensæ partis locum mittentium, non secus ac phlegmonem ex dolore generari didicimus à Galeno libro Therapeutices methodi decimotertio. Atq́ ita, nõ difficulter admodum, & qui affluxurus ad affectum locum sit sanguis, & eius, qui iam affluxit, pars reuocari, conuersa motus ratione, ex doloris noui sensu, in cõtrarium poterit, ac tanto quidem magis, quanto inuento per dictam uenam exitu, eo se facilius, ac promptius cõuertet fluor, ut sicuti prius ad phlegmones loca missus ferebatur, ita nunc remissus in diuersum feratur de corpore foras, expultrice facultate (ut luculenter ostensum à Galeno legitur, libro 3. de facultatibus naturalibus) in contrarias se sæpe partes, temporis momento, non ualde magnis etiam causis, agente. Eritq́ id semper transuersarum, minimè uero rectarum fibrarum opus, per quas sanguis cum humoribus ultro, citroque ab expultrice facultate transuersarum fibrarum ope missus fertur, ut quidẽ per nares quoq́ in iecoris, aut lienis phlegmone à natura eadẽ missus, pulsusq́ fertur, nulla tum uenæ incisione, sed adapertis tantùm uenarum osculis ex anastomosi. Quã certè sanguinis emissionem nemo fibrarum rectarum, aut uillorum re-

καὶ τοῦτ' ἤδη πλεῖστον ἀθρόως ἐξαιρεῖσθαι, φαίνεσθαι δ' σοι καὶ τὸ σύμπαν σῶμα μεστὸν αἵματος. feratur, inquit, in genu fluxus, hocq; confertim, ac uehementer attollatur, simul uero uniuersum corpus sanguine redundare uideatur. Ferri in genu fluxum audimus, idq; confertim, ac uehementer in tumorem attolli, sanguine preterea redundare corpus totum. Quis non statim ingentem fluoris impetum uereatur ex hoc? ac non se quamprimum opponat, cum reuulsorio maxime remedio, malo huic? quod quidem ex lateris eiusdem uenę in cubito sectione maxime fiet. Quæ si non fuerint, ut nec fluoris impetus urgeat tantus, nec plenitudo sanguinis redundet tanta, sed nec tam repentinus tumor assurgat: uel si fuerint etiam prius, cessarint autem iam, ac remiserit fluoris uehementia, atque impetus: tunc quidem retrahendo, euacuandoq; simul de phlegmone, influenti unà atque qui influxerit iam in phlegmonem sanguini, non male neque inconuenienter alterius sumetur pedis uena ad incidendum. Quum enim docuerimus rectarum fibrarum attractione nullo pacto exire ab incisa uena sanguinem posse, sed transuersarum missione, atque impulsione id fieri, excretrice facultate operata, non autem attractrice: sane à remotioribus multò facilius, ac copiosius propulsus feretur sanguis, quàm attractus: eo quòd attractrix, præsertim uerò quæ ex rerum proprietate fit, quam hic intendimus, paulo magis dissita nō trahat: at expultrix, excretrixque, longius quoque remota, adeoque ad extrema à motus ipsius principio excernere, atque expellere soleat. Quod à Galeno libro tertio de Facultatibus naturalibus docemur, cuius uerba hæc sunt: λάχισαι ῥοπαὶ κινήσεων τὴν ἐκκριτικὴν ταύτην σαλεύουσι δύναμιν, ὡς ἂν διὰ τῶν ἐγκαρσίων μὲν ἰνῶν γινομένην, ὠκύτατα δὲ διαδιδομένην ἀπὸ τῆς κινήσεως ἀρχῆς, ἤδη τὰ κατ' ἀντικρὺ πέρατα. Exigui quidam motionis impetus, facultatem huiusmodi excretoriam regunt, quippe quæ fibris quidem peragatur transuersis, ocyssime autē à motus principio, in extremas è regione sibi oppositas partes percurrat. Principium motionis dixit, & extremum, quæ esse plurimum inter se distantia possunt in corpore: ut quidem pedes distant inuicem sinister, dexterque, si spatium metiemur, ab uno in alterum, per crus utrumq; & inguina deductum. Quamuis quoquomodo dici κατ' ἴξιν, etiam alteri alter oppositus pes possit, &, quod dictum hic à Galeno uidemus, κατ' ἀντικρύ, utique locutione impropria quadam, sed tamen non omnino inusitata, qua Hippocratem quoq; ipsum usum aliquando fuisse Galenus librum de Articulis explanans admonet, sic scribens: ἴξιν ἀεὶ τὴν εὐθυωρίαν ὀνομάζει, ποτὲ μὲν κατὰ τὸ μῆκος τοῦ σώματος, ἔστι δ' ὅτε τὴν κατὰ τὸ πλάτος. Ixin nominat rectitudinem semper, aliquādo quidem secundum corporis longitudinem, sed & nonnunquam secundum latitudinem. ἔστι δ' ὅτε, ait: est, uel fit interdum: ut perquam rarò id fieri sciremus: propria nanq; maxime, atque usitatissima κατ' ἴξιν illius significatio, dimensi per longitudinem corporis, ex dextra, sinistraq; parte erit.

Εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τό γε πρῶτον, καὶ ἀναγκαιότατον αὐτῶν ὄργανον. *Sin minus, at certe primum, ac maximè necessarium eorum instrumentum.*) Hoc potius admittendum, ut Galeni alibi sententiæ congruum, conueniensque magis, qui uirtutum, ac facultatum substantiam non aliam faciat esse, quàm intemperamentum: id quod natiuus calor non est, proprie quidem ac per se: ut interea tamen temperamento nitatur suo semper, spiritosam, & aeream substantiam obtinens.

CAP. III.

Ὁποῖόν τι καὶ κατὰ τὰ νεκρὰ γίνεται σώματα. *Cuiusmodi quippiam in cadaueribus euenit.*) Pereunte innato calore, frigescunt etiamnum magis corpora: atque ex eiusdem tamen caloris ceu uestigio quodam remanente, flatulenti spiritus generabuntur facile in corporibus, quos caloris exiguitas quædam suscitat, nec

tariorũ libro in primum Epidemiorum, non ſolum quum humores, ab una aliqua parte in aliam fluẽtes miſsiq́ decumbunt intra corpus, uerumetiam, cum foras propelluntur, fueritq́ hæc ἀπόστασις κατ' ἔκρουν, per effluxionem, ſicuti prior illa κατ' ἀπόθεσιν, per repoſitionem, quoties in partes alias ab alijs miſsi deferuntur humores; ibiq́ reponuntur, ad articulos, uel quam aliam corporis partem, quo in loco facere etiam abſceſſum poſſunt, hoc eſt, ἀπόστημα. Sic eſſe poterũt, ἀποστάσεις ſignificatione hac, ſiue ἀποστημάτων, abſceſſuum cauſæ, nempe ἀποστημάτων aliquorum: ut ſi ex deflexu humorum, ab una aliqua parte in aliam, quod ἀπόστημα fuerit, defluxi eo, atq́ inibi putreſcentes ſuppurentur tandem humores, & abſceſſus fiat, nimirum ἀπόστημα.

ἰδιότης δὲ τῆς ἕξεως, ἑτέρα μὲν ἐστὶ, τοῖς λεπτοῖς χυμοῖς. *Habitus autem proprietas alia quidem eſt in tenuibus humoribus.*) Quæ proprietas, ut mox dicetur, ad tenſionis, & ceſsionis quantitatem reducitur. Cui enim dubium, minus tenſum in paries à tenui, quàm à glutinoſo humore, & à glutinoſo quàm à craſſo? plusq́ ſemper tangentibus ceſſuras à tenui, quàm à craſſo uiſcidóue tenſas? Benè tantùm uerſatum in his memoremq́, ac diligentem eſſe opus eſt, qui dignoſcere iſta uoluerit: nam aliâs ſcriptura aliqua doceri haud facilè queant, ſed exercitationem exigit res.

ἔνιοι δὲ τὴν σεμίδαλιν. *Nonnulli autem ſimilaginem.*) Quid σεμίδαλις ſit, & panis ſimilagineus, & ſiligineus, atq́ huiuſmodi alia, pateſcet melius, quum inſequẽti tractatu, de Alimentorum facultatibus, in caput adnotabimus de tritico, & frumentaceis omnibus.

CAP. VII.

ἔπειτα στομώσας. *Deinde aperiens.*) Hoc loco, στομόω, aperire eſt, exitum præbere puri collecto, ſuppuratæq́ materiæ. aliâs στομῶσαι, firmare, & obdurare eſt: ut quũ aciem gladij, aut cuiuſuis ferri, exacutã firmamus chalybe firmiore, quod στόμωμα eſt, nobis acciallo, unde acialere, uox ad aciei ſignificatum alludens, quaſi aciem inducere ſit, & acutiem. Hic porrò στομῶσαι, nihil ſignificet nobis aliud, quàm oris in modum perforare, ut pus exeat, ueluti patẽti ore. Inde στόμιον quoq́ dictum, tanquam os quoddam & foramen.

ὡς ἐν τοῖς περὶ συνθέσεως φαρμάκων. *Quemadmodum in de compoſitione medicamentorum*) Primo κατὰ γένη, ſecundùm genera.

τῆ καλουμένη καταπλάσματος ἀγωγῆ. *Curandi modo, cataplaſmatos uocato.*) Mendoſus omnino locus. Aliqui uoluerunt κατὰ πλάτος eſſe. Sed neque hoc placere ſatis poteſt. Quid enim plus habebimus ex eo? nam & cataplaſmata tã latitudinem occupare, quàm rectitudinem partis poſſunt. Paulus libro quarto, emplaſtro utitur διὰ χαλκίτεως, ἐπιτιθεμένῳ ἐν κύκλῳ μετὰ τὴν περιοκίσεως ἐπιδέσεως: hæc eſt illius ἀγωγὴ, Galenum imitati: qui inſequẽtis capitis quodam in loco ita ſcribit: εἶτ' ἐπιτιθεμένῳ ἐν κύκλῳ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν. De emplaſtro loquutus ex lithargyro, quibuſdamq́ alijs.

CAP. VIII.

πῶς οὖν αὐτάρκως σεσαρκωμένου τοῦ κόλπου, *Quonã modo igitur repleto carne ſinu, quod ſatis ſit.*) Taxatur eorum inſcitia, qui acri, & bene detergente medicamento utebantur ad ſinus, prius his uſi, quæ carne ſinum replêrent, ordine præpoſtero: Neque enim replendus unquam carne ſinus ullus fuerit, niſi bene antea deterſus, & repurgatus.

τῇ συστάσει μὲν ὑγρῷ φαρμάκῳ, τῇ δυνάμει δὲ ξηρῷ. *Medicamento conſiſtentia quidem humido, facultate autem ſicco.*) Vt cutis inſtar, laceræ, detritæq́ pellis attenuatior, proinde & ſiccior facta, humecta ſeruetur, uel certè non ſicceſcat magis, atque

interea tamen ulcus, continuitatis nempe ipsius solutio siccari aliquo tandem pacto postulans, siccetur. Quæ sanè curandi ratio, traduci ad multa alia queat, quorum contrariæ, aut diuersæ inter se indicationes fuerint, in curando.

ὡς δυσπρόσπλαστον εἶν. *Vt difficulter applicabile sit.*) Tam enim durum esse, siccumq; posit, ut neq; linteolo adhærere, neq; corpori facile sit. Vult enim neq; diffluere medicamentum, neq; non tamen consistentiæ, siue crassitudinis, & substantiæ, tantum retinere, ut admotum linteolo simul, & affecto loco hæreat. Venit enim à προσπίπτειν, quod est, incidere in rem aliquam, siue impingere: ut δυσπρόσπτωτον sit, quod non facile rei alicui impingitur, impactumue adhæret. Arbitror rectius hoc esse, quàm si aut labatur uertamus, aut, ut ægre decidat, sicuti quidam uerterũt. Contrarium enim uerius, locoq; huic conuenientius: quippe, ut ægre hæreat, maneat, impingatur: nisi fallor.

CAP. X.

ἥτις ὅταν ὡς χρὴ γίνηται, τελέως ἄνοσος ἡ γυνὴ διατελεῖ. *Quæ quum ut par est sit, integra sanitate mulier fruitur.*) Valdè uereor, ne, quemadmodũ uerum esse nõ reperit Galenus, quod ab Hippocrate proditum olim fuerat, mulierem podagra non laborare, nisi cui menstrua prius purgatio defecisset: erratorum, quæ in uictus ratione committebantur, luxusq; nimij culpa: pariter nos, eandemque ob causam falsum esse experiamur à Galeno hoc loco allatũ. Ego enim (existimo autem idem alijs contigisse) quasdam uidi, quibus inculpate prorsus procederent menses, atq; easdem non leuiter ægrotasse, non semel scio, unde, nisi ex mala uictus ratione?

τὸ μὲν ἧπαρ εἰς γένεσιν ἐπιτήδειον τοῦ τοιούτου περιττώματος. *Iecur quidem generando huiusmodi excremento idoneum*) Calida maximè, siccaque inprimis intemperatura præditum, utpote in qua facile æstuans exassetur sanguis, plurimumque ideo melancholici humoris gignat.

Κατὰ δὲ τὰς γερμανίας τε καὶ μυσίας. *In Germanijs autem, & Mysijs.*) Cæterùm, quod quidem ad Germaniam attinet, contrarium spectatur hoc tempore, ex publicis per ciuitates, superioris, & inferioris Germaniæ, propè omnes, & castella, nosocomijs, uni penè morbo huic destinatis. Quamuis enim non omnes elephantiaci haberi possint, at omnes tamen uel eo tendunt, uel proximi maxime generis morbo aliquo laborant. Quod non aliunde, quàm ex mala, ac deprauata uictus ratione, longe fortasse alia nunc, quàm Galeni tempestate esset, fieri arbitrandum. Victus rationem accipio, rerum sex naturalium, quæ ita uocãtur, seriem, in quibus nimis multum peccatur. Vt idem causæ hic quoque sit, quod modò dicebamus esse de mulieribus, ex Hippocratis, et Galeni authoritate, podagra, morbisque alijs sæpe laborantibus, etiam procedentibus mensibus certè, atq; ex ordine, ob unius uictus rationis errata.

ἐάν γε δηλονότι μηδέπω πεντηκοστὸν ἔτος ἄγωσι. *Siquidem quinquagesimum annũ nõdum agant.*) Quippe ea ætate iam cessant menstruæ purgationes. Plurimis autem etiam quadragesimo quinto: ut frustrà tunc laboretur proliciendis mensibus, natura suapte suppressis. Quantò minus igitur conandum in his aliquid?

IN LIB. I. DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. I.

Περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων. *De alimentorum facultatibus.*) Adscribuntur à Galeno therapeuticis libris, hi quoq; tres de Alimentorum facultatibus, & de Attenuante uictus ratione unus, itemq; unus de Boni & mali succi cibis, cũ quòd (sicuti in ipso ꝓtinus principio dicit à Galeno) absq; alimẽto uiuere neq; sani

ſani,neq; ægroti poſſumus, tum uero quod nullus ſit morbus,in quo non magnum ſemper operæpretium futurum ſit,quantum, ac qualiter nutrire quicunque ualeat,ſciuiſſe. Sunt qui ualenter nutrientem cibum ferant,ſunt qui tenuiter:qui craſſum facientem,qui attenuantem uictus rationem poſtulent,præter alendi facultatem,qua uitam ducimus:qui calefacientem,frigefacientem,ſiccātem,humectantem inſuper potentiam cum cibo unà flagitent:quæ in cibis penè omnibus inſunt,alijs alia. Paucíſsimi quidam,ut omnino inueniantur.qui alere tantùm poſsint,non etiam medicatæ facultatis retineant aliquid:medicinales ex argumento cibos appellamus. Vti iam eadem ratione facere non parum ad Therapeuticen debeant,quæ opere hoc toto traduntur.

ἀλλὰ τὴν ὅλην φύσιν αἰτίαν εἶναι νομιστέον. *Sed naturam totam cauſam eſſe putandum.*) Idem quod,quum agere aliquid à tota ſubſtantia dicimus:ut de alimento quoque ipſo dici non minus debet: neque enim aliter alit, quàm ex ſubſtantiæ totius proprietate,cumq; eo quod alere debet affinitate quadam. Fitq; ob id, ut diuerſis conueniant animalibus alimenta, propter naturarum diuerſitatem: imò quod unum aliquod animal alet interdum, interimet alterum,ob idipſum, quia contrarium quæ propria naturæ ſuæ fuerint, alet,contraria perimet.

ὅτι πρὸς τὰς χρείας οὐ πολλάκις τὸ τοιοῦτον ἀναγκαῖον δεῖν. *Quòd ad uſus ſæpenumero neceſſarium hoc non eſt.*)In multis uerum,at in multo pluribus perquam neceſſariū, rationali quidem medico, & dogmatico, qui non aliter artem exercere ſuam ualeat,modò ſequi decreta ſua uelit, quàm rerum,quas tractat,natura perſpecta, & cauſarum omnium inueſtigatione, quæ quidem ueſtigijs ſuis inueſtigari,ſciriq; poſsint.Idem non negaturus eſt,eſſe quædam in abſcondito poſita, ſoliq; naturæ comperta,nobis autem inexplorata, adeoq; inexplorabilia, quæ hic Diocles naturæ principijs aſsimilauit,occultari in quibuſdam ſolitis,quæq; magni in philoſophia uiri, quum teneri cauſis ſuis comprehenſa non uiderent poſſe, intacta reliquerunt,ingenuè confeſsi, inexplicabilibus quęſtionibus implicata,non eſſe uerſanda nimis. Atq; horum multa dogmaticus, & rationalis medicus,in rem tamen ſuam,uſumq; ſæpe uertet, aggredieturq; experiētia inuenta, experientia comprobata:ut hæc ipſa,de quibus nunc agitur,alimenta.

καὶ μήτε ἐκ δὲ κατὰ κρίσιν ἐνδείξεως.) Pro κρίσιν,reponendum κρᾶσιν,ut ſit:Et neque ex indicatione per temperamentum.

ἤ τι τῶν θαλαττίων ζώων, ὧν εἶπον. *Vel marinorum animalium aliquod,quæ dixi.*) ὄσπρια κόλλυβα autem dixerat paulo ante, cum braſsica, & lente pro rerum harum exemplo.

Ἕκαστος οὖν τῶν εἰρημένων χυμῶν, ἤτοι πρὸς ἔκκρισιν γαστρὸς, ἢ πρὸς ἐπίσχεσιν ἑτοίμως διακείμενος. *Ergo memoratorum ſuccorum unuſquiſque, uel ad excretionem, uel ad retentionem paratus.*) Bilis ferè omnis excretionem iuuerit: ad hoc enim ipſum facta à natura eſt,ut excretricem facultatem proritet,expellēdis alui excrementis: magis tamen id faciet ruffa,quàm flaua, & quàm pallida flaua. Ex pituitoſo porrò humore,ſalſilaginoſus, & glutinoſus pręſtiterit aliquid in hac re,quòd & ſalſedo irritet ad expulſionem,omnis, & gluten lubricitate inuitet ad idem, leuiendo tamen potius,atq; emolliendo,ut malua, & id genus quædam. Craſſa uerò pituita cohibuerit magis quàm prouocarit:acida neutrum fecerit per ſe,niſi forte lubrico ſuo adiuta.

Νυνὶ δὲ καὶ τρίτη τις εὕρηται. *Nunc porrò inuenta tertia quoq; eſt.*)Modò dicta illa,quę affectuū erat quorundā, non naturaliū ſiue natiuorum. ſed tempore aliquo factorū,collectis pituitoſis,aut bilioſis, & his quidem multiplicibus,in uentriculo,humoribus,quorum cauſa aperta,uel adſtricta maneat aluus. Nam priores duæ illæ erant cauſæ,natiuus cuiuſq; uentriculi affectus, & ciborum natura.

Καθ' ὅτι καὶ Ἱπποκράτης ἐν ἐπιδημίαις ἔγραψεν. *Quemadmodum Hippocrates quoq; in Epidemijs ſcripſit.*)Epidemiorum libri ſecundi ſectione ſecunda: τὰ βρώματα, καὶ

ut prosint, ac iuuēt: quod nō facilè fiet, nisi adhibitis prius distinctionibus multis: ὅτι κἀνταῦθα διορισμῶν δὴ χρεία: diuisionibus ac limitationibus, hîc quoque futurum opus est, ait Galenus, hoc eodem in loco, cùm alijs quibusdam, tum inprimis, quibusnā, quóue se modo habētibus adhibere ea conueniat, ut uere remedia fiant, usumque quib. adhibita sint, afferāt. Atque hoc ipsum multo quoque ante adnotatū à Platone ipso legere possumus, disertè satis in Phædro: Si q̄s, inquit, cognita habēs quę calefaciunt, & quę refrigerāt, & quæ aluū subducūt, atque huiusmodi plurima, deinde pro medico se is gerat medicosque se alios facere posse arbitretur, hoc unū docens, interrogandus erit, ἂν προσεπίσταται καὶ οὕστινας δεῖ καὶ ὁπότε, ἕκαστα τούτων ποιεῖν καὶ μέχρις ὁπόσου: nū præterea sciat, in quibusnā, ac q̄n facere unumquodque horū opus sit, atque etiam inquantū: nēpe, calefacere, aut refrigerare, aut aluū subducere, & id genus multa. Vt, nisi ista sciuerit, ne pro medico quidem habendus sit. In eandem sententiam scriptum à Galeno legimus: τὰ μὲν δὴ τὰ νῦν εἰρημένα γένη τῶν ὑγιεινῶν αἰτίων, ὗλαι τινές ὑπάρχουσι. Et in consilio pueri epileptici: τὰ δ' ἐν φάρμακα μᾶλλον βοηθημάτων ὗλαι εἰσίν, ἢ βοηθήματα. Et Therapeutices methodi undecimo; τὸ δὲ τῷ καλεῖσθαι βοήθημα, καθ' ὃν ἂν ὠφελεῖ καιρόν, ὡς καὶ πάσης ὕλης τῆς ὠφελούσης τὸ σῶμα. Quod quum non præstiterit, ut iuuet, nec dicendum, nec habendum remedium sit.

ἐκ βιβλίων δὲ μήτε κυβερνήτην τινὰ γιγνόμενον γίνεσθαι, μήτε ἄλλης τέχνης ἐργάτην. *Ex libro autem neq; in nauis rectorem neq; in artis alius euadere artificem quemquam.*) Et hoc quoque in loco subscribentem Platoni Galenum habemus eodem in Phędro, eademque Dialogi in parte: qui mox, post allata suprà uerba ita scribat: καὶ ἐκ βιβλίου ποθὲν ἀκούσας, ἢ περιτυχὼν φαρμακίοις, ἰατρὸς οἴεται γεγονέναι, οὐδὲν ἐπαΐων τῆς τέχνης. Atque ex libro alicunde audiens, & in scripta de medicamentis incidens, factum se medicum existimat, nihil quum artificij teneat. Sententia planè non abhorrens à Galenica, cum hîc, tum alibi alicubi.

CAP. II.

καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς πλείστοις. *Et Barbarorum plurimis.*) Apud quos pro regionū diuersitate, uaria omnino reperiantur tritici genera quædam, colore tātum, ac figuræ quadantenus, & substantiæ uarietate, densitateque, aut raritate differentia, at omnia tamen ad panificium eodem modo uenientia, & quæ in pane nō facilè discernas, cuius demum habenda sint generis: ut propterea, siue Italia, siue Sicilia, Germania superior aut inferior mittat, Noricum aut Belgiū, uel Hispania etiam, & Fortunatæ insulæ, diligenter examinandas semper habeamus diuersas horum omnium facultates, aut uirtutes ad alendum: in eo enim laborandum tantummodo, ut diuersæ, ac uariæ cognoscantur, medico præsertim, tuendæ, recuperandæue sanitatis præfecto. Sequemur igitur in omnibus notas nobis à Galeno traditas de substantiæ laxitate, aut secus, de pondere, colore, intus, foris, animaduertendo, furfurum post molituram paucitate, aut multitudine & huiusmodi, ubicunque ea prouenerint, aut quacunque tandem ex regione importata ad nos fuerint, dumtaxat triticum ut sit.

καὶ οὐκ εὐθὺς μετὰ ζύμην καὶ τὴν μάλαξιν ὀπτᾶσθαι. *Nec statim post fermentum, & subactionem assare.*) Nisi prius benè fermententur: quod temporis mora aliqua interposita fit, antequā imponantur furno: donec sese attollentes parū excrescāt.

ὁ μὲν καθαρώτατος ἄρτος ὀνομάζεται σιλιγνίτης· ὁ δ' ἐφεξῆς αὐτῷ σεμιδαλίτης. *Purissimus quidem panis nominatur siligineus, secundus uero ab his, similaceus.*) Constat ex hoc, siliginem potiorem, ac firmiorem esse simila: dicitur enim mox, nutricantissimū esse siligineū, proximū aūt huic in nutriendo similaceū panē. Et quid sit siligo manifestatur. Quum enim molituræ partiū omniū, maximam ipsa alendi cùm retineat: omnium pariter minimam retinere furfurum, qui alendo prorsus non sunt, uel nullam potius penitus partem debebit. Purissima igitur, & sincerissima, ab omnique in toto furfure repurgatissima, maxime tenui incerniculo secreta pars, erit siligo, Secūdò simila, minus & nutriens, & minus pura: ut fur-

furum

οἱ μὲν οὖν ταγηνίτας παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενοι. *Ergo quos Attici Tagenitas uocant.*) Confirmatur idem ab Athenæo libro quartodecimo. ταγηνίτης, inquit, πλακοῦς ἐν ἐλαίῳ τετηγανισμένος. Tagenitis placenta cum oleo, in sartagine cocta.

CAP. III.

Διὸ καί τινες αὐτῷ μιγνύουσι μέλιτος. *Vnde etiam nonnulli admiscent ipsi mel.*) Quippe quod & παχύνυμοι illud demat tenuitate sua, quam possidet, & καλλιόν γαστὲρ aliud illud auferat detergendi uiribus, quibus pollet.

CAP. IIII.

Διττὸν τῶν ἰτρίων τὸ εἶδος. *Duplex itriorum species.*) ἴτριον facit Athenæus, libro, quo supra, πεμμάτων speciem. ἴτριον, inquit, πεμμάτιον λεπτὸν, διὰ σησάμου καὶ μέλιτος γινόμενον. Bellaria omnia communi uocabulo appellari possunt: & placentæ, quarum uariæ compositiones petendæ ex Athenæo, si quis scire ista uelit. Existimari tamen potest, lagana, quam secundā speciem ponit Galenus itriorum, multa comprehendere ex nostratibus edulia, quæ hodie parantur (tortas uocamus) ex farinaceæ massæ, sine fermento subactæ, membranulis tenuibus, modò herbulas quasdam, beram aut spinachria, modò fructus, poma, pyra, cerasa, amygdala, interdum & cucurbitas, multaq; huiuscemodi includentibus, cōcinnatas. Sunt & lagana, cylindraceæ tudiculæ circunductu frequenti, farinaceæ massæ ueluti folia, longe, lateq; extensa, tum incomposite discreta manibus, pinguiq; iuri alicui incocta, caseo deinde, & aromate multa condienda: lasagne uocantur nobis, deducta à laganis uoce sine dubio: quamuis in eduliorum potius censum uenire debeant, quæ nempe prima inferuntur.

Εμφράξεως δ' ἀρχὴν ἔχουσιν, ἢ φλεγμαίνουσιν, ἢ σκιρρουμένοις, οὐδ' ἐν ἄλλην ἰχύνην, ἀλλ' ἔστιν ὅτι καὶ μᾶλλον βλαβερά. *Obstructionis autem initia habentibus, aut phlegmone, aut scirrho laborantibus, nihil minus illis, nonnunquam uero magis etiam noxia.*) Incolumibus enim, neque obstructionis, aut phlegmones, aut schirrhi suspitionem habentibus ullam, additum mel, cibum crassi alioqui satis succi nocuum esse non sinet, utpote attenuādi ui præditum, crassitiemq; illam emendatam corrigens, ut non facile in liberis, atq; expeditis uijs hæreat. Ast ubi dictorum modò affectuum suspicio fuerit, si iecur, aut renes, aut lien laboret, augebitur affectus ex parato cum melle crassi succi cibo, magis, quàm si paratus sine melle esset: quanrò etiam magis, maioriq; quātitate, attrahetur ob mellis dulcedinem, ad uiscera ea cibus: & iam antea affecta, atq; impedita, impediet magis, præsertim uerò si præter crassitiem, uiscìditas quoq; affuerit, duplicato ita malo. Quo propè modo de caricis, & ficubus dicetur in sequentibus, phlegmone laborantibus iecori & lieni noxias esse, communi dulcium ciborum, & potuum omnium ratione: τῷ κοινῷ λόγῳ τῶν γλυκέων ἁπάντων ἐδεσμάτων, καὶ πομάτων, οὐ κατ' ἰδίαν τινὰ δύναμιν ἐξαίρετον: non ex peculiari facultate aliqua. Additur ibidem phlegmone correptis, aut scirrho: iecori nempe, & lieni, nec iuuamenti per se, nec nocumenti afferre quicq; caricas, ficusq;: at incidentibus, & attenuantibus, abstergentibusq; medicamentis commixtas, non parum iuuare. vt ratione non prorsus dispari, sed à contrario perita, nocituras non parum existimare debeamus: crassum, ac uiscidum facientibus medicamentis admixtas. Eodemq; omnino modo arbitrandum de melle quoq; sit in utramq; partem, iuuamenti quippe, & nocumenti.

Θώρακα γε μὴν οὐδ' ἐν, οὐδὲ πνεύμονα βλάπτει, τῶν οὕτω σκευασθέντων. *Porrò autem neq; thoracem, neq; pulmonem offendet ita paratorum quicquam.*) Propterea quòd longæ sunt uiæ, longa sparia, à uentriculo ad thoracem, thoracisq; partes, inq; eo contenta, quò quum peruenerint parati ita cibi, offensæ afferre secum nihil poterunt, imminuta ubiq; parte ex aliqua per tàm longum tractum, ac deposita tandem noxa ex crassitie, & uiscìditate, quam habebant.

πρὶν πλάσασθαι. *Antequam formetur.*) In orbicularem nimirum formam, quod fere fit: uel quamuis aliam, quò assari deinde melius possit.

CAP. V.

Ὅσοι δὲ τὴν πλυνὸν ἄρτον ἐπενόησαν σκευάζειν. *Quicunque uerò loti panis præparationem excogitarunt.*) Hinc natum fuisse existimare possumus, ut cõmemoratione hac Galeni de loto pane persuasi, panatellæ uocatæ usum introducerent superiorum ætatum medici in morbis multis: persistiturque adhuc in eo passim, præparationibus tamen uarijs, pro morborum uarietate.

Ἑψόντων δὲ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἀγροῖς πολὺ ἄλευρον πυροῦ μετὰ γάλακτος. *Coquentibus uerò apud nos rusticis triticeæ farinæ multum cum lacte.*) Mosæ nomine eduliũ hoc passim iam usitatum in mẽsas multorum uenit: atque Germania penè omnis infantes suos cibo hoc, non solum in nutricum defectu, sed lactentes etiam, quibus non satisfieri posse credunt, ex solo lactis suctu ab ubere, nisi insuper hoc quoque cibi genere sustententur. Quàm rectè autem iudicabit, qui diligẽter obseruauerit, quàm multi inde periclitentur, nec minus multi, improuisis sæpe malis corripiantur, ex uiscerũ infarctu, quę hypochondriorũ tẽsio manifestet.

CAP. VI.

Τοῦ γένους τῶν πυρῶν ἐστὶν ὁ χόνδρος. *Ex tritici genere est chondrus.*) χόνδρος duo significat apud Græcos: primùm, granum quoddam, semenque natiuum, non factitium, tritici: de quo Galenus hoc capite agit. Intelligentię enim puritas, & interpretationis, nisi distorqueatur, ueritas, non aliud admittet, quàm hoc. τοῦ γένους τῶν πυρῶν, inquit, ex tritici genere. at triticum factitium non est, utique per se. Latinis far propriè dictum hoc, & adoreum, ueteribus Romanis per annos trecentos, ante tritici alterius uulgationis usum, in usu. Secundum, χόνδρος, uocis significatum, pinsitæ zeæ erit, quod far dicere zeæum possumus, Latinis unica uoce alica dictum, ut Græcis χόνδρος. Ergo nõ semper reddemus χόνδρον alicã Latini, neque uerò Galeni caput hoc inscribemus de alica, sed de farre, siue adoreo, quod semen, granumque, est triticeũ, quale diximus, densum, durumque, ac ponderosum, &, quod Græci dicũt, ἀδρόν, solidum, plenumque. Rura nostra alicubi uocant formento far. Quę uox, far, inquam, quum propria esset tritici huiusce generis, pinsitis tamẽ, pistisque, ut fieri solet, in pila seminibus frumentaceis propè omnib. accõmodatur, ut farra dicantur. Quo dici etiam modo, hoc ipsum si pinsatur, farreum far, siue adoreũ far posit. τράγος peculiariter Græci dicũt. atque hac uoce nõ minùs triticeũ, & ex optima olyra, quod infra dicetur, significari far debebit, τράγος ut dicatur, sicuti hordei πτισάνην dicũt Græci ijdẽ, nobis far dicere hordeaceum licebit. Zea porrò quum pinsitur, proprium sibi uendicauit nomen, alica, χόνδρος Græce, ut diximus: dici Latinè tamen possit zeæum far, ex aliorum analogia, & quod farris nomine appellata aliquando fuerit ab aliquibus zea. Valde tamen impropriè hoc fiet, quum farris nomen longe magis, magisque propriè χόνδρῳ Græcorum, Galenique, de quo nunc tractat, semini, granoque huic integro conueniat: zea autẽ proprio magis nomine semen dicta, uocataque fuerit, uel Plinio autore, libro decimo octauo in hunc modum scribente, Qui zea utuntur, non habent far. Est & hęc Italię in Campania maximè, semenque appellatur. Vt appareat zeam proprio ac peculiari nomine semen dici, diuersamque à farre esse, quãdoquidem in farris defectu, zeæ usum succedere scripserit.

Ἔνιοι δὲ καὶ ἐκ χόνδρου πτισάνης τρέφεσθαι φασὶ τὸν κάμνοντα. *Quidam uerò ex chondri, siue farris ptisana nutritum ægrotum dicunt.* & mox: πτισάνην πυρίνην τὴν οὕτως σκευασθεῖσαν χόνδρος. *Ptisanam triticeam paratum ita chondrum.*) Manifestum ex his nõ sanè minus fiet, Græcis πτισάνην idem fuisse, quod nobis far, secundæ significationis, quã paulo ante attulimus: ut quas nos fruges pinsitas, pistasque in pila

lignea

lignea ac pistillo disfractas, far dicimus, aut triticeũ, aut farreum, siue adoreũ, hordeaceum, zeæum, atq; huiusmodi, πτισσάνην illi dicerent: πτίσσειν enim, unde πτισάνη, purgare, & pinsere est: pinsendo quippe repurgantur fruges: ac frugibus id nominis applicarent diuersis: vt quamuis proprium quædam haberent nomen, & pinsitum adoreũm, siue far, τράγος uocaretur, χόνδρος zea, utiq; pinsita, uocari tamen πτισάνη quoq; possent: licet id uocabulum propriũ sibi fecisset hordeum, ut πτισάνη appellaretur, disfractum in pila, ac pinsitum. Non aliter, ac Latini, qui proprio quodam nomine alicam pinsitam zeam uocantes, eandem far quoq; appellare se posse putabunt, frugesq; alias non paucas pinsitas eodem farris uocabulo.

Εἴρηται δ' ἐν τῷ περὶ διαίτης ἱπποκράτους, τοὺς ἐκ τοῦ χόνδρου κατασκευαζομένους ἄρτους, τροφιμωτάτους μὲν εἶναι, διαχωρεῖν δ' ἧττον. *Dictum porrò fuit in libro Hippocratis de diæta panes ex chondro præparatos nutricãtissimos quidem esse, sed minus descendere.*) Panes ex grano hoc plurimi alimenti sunt, atq; omnium maxime alibiles, ex zea multo minus, confessione omnium, Dioscorideq; adeo ipsius, & Dioscoridæ testimonio usi Galeni, per hęc uerba de zea scripta: ζεὰ δὲ τροφιμωτέρα μὲν κριθῆς, καὶ εὐστόμαχος, ἀτροφωτέρα δὲ πυρῶν, ἀρτοποιουμένη. Panẽ ex zea triticeo minùs nutrire audimus. Quid sequatur ex hoc uidemus: illud utiq; non esse zeam, ut creditur à nonnullis, adoreum triticum, siue far ipsum, pro grano, anteq; in pila tundatur, acceptum. Vnde & illud: semen uocabulum, quo propriè zea à Latinis nuncupatur, conuenire adoreo grano alteri illi non debere: ualenter quippè nutrienti, multo minus nutriens.

CAP. IX.

Οὐ πολὺ πρὸ τῆς ἐδωδῆς. *Non multò ante comestionem*) Gratia enim ita additur dapibus maior, etiam si modicum inijciatur salis: neq; enim paruo eo tempore, quod esum præcedit, absumi potest totus, aut dilui nimis: quod fieret, si multò ante inijceretur.

Κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν πραγματείαν, οὐ θεραπευτικὴν οὖσαν. *In præsenti opere, quod Therapeuticũ non est.*) Cur igitur Therapeuticis adscriptũ uidemus ab eo in libello de proprijs libris? Non ob aliud opinor, quàm quòd Therapeutica insunt Theoremata nõ pauca, quę alimentorum facultates scribentibus sese offerunt subinde: ut hoc ipsum de præparanda rectè ptisana, quod quidẽ cẽseri maxime Therapeuticum potest, propter uictus rationẽ in acutis morbis rite instituendã: & quòd nullus omnino est morbus, in quo non aliqua tandẽ futurum opus sit uictus ratione, nisi in quibus sustentari ægroti uires ex inedia per totum morbi, ad statum usq;, decursum poterunt, qui pauci sunt. Aliquatenus igitur tantùm, & secundaria potius ratione quadam inter Therapeutica recipietur: nam primaria in tuendæ sanitatis gratiam tractari debere ista, nemo ambigat.

CAP. XI.

Ἐκ τῶν νέων κριθῶν φρυγεισῶν συμμέτρως τὸ κάλλιστον ἄλφιτον γίνεται. *Ex recenti hordeo, mediocriter frixo laudatissima fit polenta.*) Polentę præparatio petenda ex Plinio, libro decimo octauo naturalis historiæ.

CAP. XIII.

Κατὰ τὸν ὑπὸ τῶν ἀγροίκων ὀνομαζόμενον ἀπόθερμον. *Secundum uocatum à rusticis apotermum.*) Diuinandum de hoc. Quærentes enim non facilè inueniemus autorem, qui nos hoc doceat, ullum. Videtur autem significare, modo, nuperq; ab igne, caloreúe ueniens, aut amotum aliquid.

Τὸν ὀνομαζόμενον τράγον ποιοῦσι. *Nominatũ tragum efficiunt.*) Is similis erit trago, qui ex chondro, siue adoreo paratur, specie tamen diuersus, quòd semẽ quoq; diuersum, ex quo confit. Eo magis autem accedet ad similitudinem, quòd ex

nobilissima olyra paratur, æmula fortasse adorei, & tritici. Diximus autem supra, Tragum, quamuis adorei proprie sit, dici tamen & tritici ipsius posse, ut nunc & olyra, nō secus, ac ptisanæ plures sunt, quum proprie unius hordei sit, & farta multa: at propriè adorei solius, tragus erit.

ὥσπερ γὰρ κατὰ Καππαδοκίαν μὲν τὸ καλούμενον γυμνόκριθον. *Vt in Cappadocia quidē, quod uocatur gymnocrithū.*) Hordeum nudū significat uox hæc. Est porrò apud nos semē, cætera hordeo simillimū omni ex parte, nisi'que quum batuitur in area, exit granum tunicis, glumisque suis, & folliculis, multò, quàm hordeum, nudum, euolutumque magis. Scandellam quam nos uocamus, suspicor esse γυμνόκριθον posse.

ἄμεινον δὲ δηλονότι ἀποστάντα τῆς τοιαύτης ἱστορίας οὐ μόνον τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν σπερμάτων, ἕνα τινὰ κοινὸν ὑπὲρ ἁπάντων λόγον διελθεῖν. *Satius autem fuerit, omissa huiuscemodi historia non modo nominum, sed etiam seminum, unum aliquem de omnibus sermonem percurrere.*) Attendendum diligenter, quod hîc scribitur, neque oscitabunde transmittendum. Nam quum tot habeantur, tamque plerunque diuersa inter se frugū genera, rursusque alia tàm inuicem similia, ut fallāt sępe, nominaque aliarum pro alijs usurpentur, ætatesque rerum harum uocabula, temporis successione non rarò mutent, adeoque ætate eadem apud uarias gentes uaria sint, nec, quæ notissima illis essent multa, notis, signisque suis, repræsentare posterioribus curarint ueteres, ignorabuntur non pauca in his necessariò, tam naturalia, quàm factitia, uel diuinandum certè erit. At diuinare in nostra minime quidem decet arte: sed nec tutum ob artis præstantiam, corporum nostrorum bono, uitæque humanæ usibus dicatæ. Quanto igitur præstabilius fuerit, incertitudine hac relicta, certam aliquam quærere normam, ac regulam, qua, quicquid ad manus nostras uenerit, frugum, quæcunque illas terra mittat, quocunque nomine uocentur, earum compertas notisque suis exploratas tenere uires, commodeque, ac tutò, rectâque semper cum ratione ad usum adhibere liceat? Hæc nobis hoc in loco documenta traduntur à Galeno, utilia futura in multis, si eorum meminerimus.

Ἔνθα φησὶν ὁ Ἕκτωρ πρὸς αὐτούς. *Quo loco alloquitur Hector ipsos.*) Illiados Θ, ubi pro μὲν legendum πὰρ, hoc modo: ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν.

CAP. XIIII.

Χωρὶς δὲ λιμοῦ δι' ὕδατος ἑψηθέν. *Citra famem autē, in qua elixa.*) Artificio adhibito deglubitur in Germania granum hoc, ut parari ex eo hordei in modū edulium possit, iuri carnium alicui incocta, quod ægrotis quoque detur, modò innatante integro in iure semine, modò in pulticulam eliquato, solutoque.

CAP. XV.

Καὶ δῆλον, ὅτι τὸ ἔδεσμα τοῦτο, ποσοῦτον κρεῖττον ἐστὶ καταμόνας αὐτὸ ἐσθιόμενον. *Manifestumque est edulium hoc tantò melius, & ipsum per se sumptum.*) Hoc quidem uerborum sensu, ut panici, aut milij elum cum lacte pręferamus semper, quàm si sola seorsumque, à lactę sumerentur. Itaque suspicatus aliquando fui, subesse mendum, & adiūgi, siue interseri ἢ unum debere, hoc pacto: τοσοῦτον κρεῖττον ἐστὶ, ἢ καταμόνας αὐτὸ ἐσθιόμενον. Præstantius esse, quàm si ipsum per se ederetur: panicum nempe, aut milium: huius nanque ratio redditur mox. Quod in medio relinquo iudicandum: mihi admonuisse sat est.

CAP. XVIII.

Διὸ τῶν τεύτλων μὲν ἧττον ὑπέρχεται, φακῆ δὲ διαχωρεῖται μᾶλλον. *Ideo beta descendit, lens autem subducitur magis.*) Nimirum quàm si solæ, separatæque sumerentur. Natura enim betæ subducendæ alui, lente impedita, non tantum subducet: contrà lentis natura, quæ eiusdem cohibendæ habetur, betæ admixtione non cohibebit, uel non tantum cohibebit.

CAP. XIX.

πολλὴ καὶ τούτων ἐστὶν ἡ χρῆσις, ἔτνους δὲ αὐτῶν σκευαζομένων. *Multus harum quoq; usus, utpote ex quibus plus paretur.*) Fabam non esse fabã ostendere nobis conati fuere eruditi, rerumq; harum, præter aliam eruditionem medicinæ totius insignem, magistri in primis celebres, argumentis sane magnis, neq; uerò paucis. Nos contrà unum tantùm habemus, quod afferamus, & illud quidem paruum: quippè quod de hilo sit, quod minimum esse in fabæ grano, nigricans nempe illud, quod in summitate grani est, prodidit ante tot iam secula, bene uetus author Festus: Varroq;, ac Cicero, quum rem indicare uolũt exiguam, pretijq; aut parui, aut nullius, uoce hac significant. Porrò autem in nullo alio (quod sciam) quum uisatur, quàm fabæ grano, nigrum, exiguumq; id: hoc, in quo uisitur, fabæ habendum esse granum, semenq;, quasi demonstratur. Quo nanque cognosci faba, signo, notaq; melius, quàm insigni proprio, suoq;, quod illi ab omnibus, ueteribus æquè, ac recentioribus tribui legimus, posit? Ego quomodo necessum non sit, non uideo: si docebor aliter, agam gratias, & debere me fatebor. Interea argumentum hoc, quod de hilo esse diximus, non tamen de nihilo prorsus esse, deputabo mecum ipse. Et reperitur quidem in phaseoli quoq; grano, sed grani in medio, non autẽ in summitate, ut de faba authores retulere, nigrum quippiam: estq; id in phaseolo, multò, quàm in faba maius, locumq; maiorem occupat: ut propterea esse hilum non posit, quippè non tàm paruum. tum uerò neq; carpi, neq; decerpi digitis, manuq; ex phaseolis illud potest, ut ex fabis potest, ex quibus exemptile est, & digitis decerptum, abijci in contemptum tanq; nihili res, ut fieri solet in his, potest. In phaseolo autem hæret macula tantùm quædam: quæ quum neq; loco (in medio enim est, non in summo, ut de hilo traditur) neq; magnitudine, maior nempe quàm ut esse hilum posit, neq; uerò substantia, macula nempe tantummodo, hili naturæ ab authoribus nobis indicatæ respondeat: nulla esse prorsus ex parte hilum illud poterit. Percurramus alia quædam paucula. ἔτνος, ait hoc loco Galenus, puls nempè, paratur ex faba. Nullum aliud legumen hoc præstat melius, quàm faba, qua hodie quoq; utimur in quadraginta dierum ieiunio quotannis, ac nulla frequentior imponitur mensis puls, quàm ex faba, fresa primum, tum & elixatione parata, maioreq; paulo maceratione intumescente, ac mox longa rudiculæ alicuius circumductione agitata, donec puls existat, quam fabetam uocat Italia. Quo ferè modo, Aristophanis interpres in Ranis, præparari suo non minus tempore, solitam scripsit, in hæc uerba: ἔτνος, ὃ νῦν φάβα οἱ ἰδιῶται καὶ οἱ ἄγροικοι. τὸ διαλελυμένον ὑπὸ τῆς ἑψήσεως, καὶ τῆς τορύνης: Pultis, quam nunc fabam uulgares, & agrestes uocant, emollitam, solutamq; elixatione. Aitq; mox: ἐπειδὴ οὐδὲν ἄλλο τῶν ὀσπρίων σχίζομεν, ἀλλ' ἢ τοὺς κυάμους, ὅταν ἔτνος ποιῆσαι θέλωμεν. Quoniam nullum aliud legumẽ scindimus, quàm fabas, quum facere pultem uolumus. Etenim facillime, uel si dentibus teratur solùm, in duas statim partes scissum abit fabę semẽ, quod ἐρύγμη Græcis est, ut interpres idẽ uult, uel ἐρύγμος, ex quibus deinde puls pararetur, ut λέκυθος ex molitis, testante id quidem Galeno, libro de boni, & mali succi cibis. Quòd si igitur promptisima scinditur fabæ nostratis atq; hodiernę in duo granum: omnibus pariter leguminibus alijs melius, præstare nobis pultem poterit, ἔτνος nimirũ ipsum, & liquidũ in ollis, & in patinis spissum, ut initio statim capitis huius, de faba Galenus dixit: quod sane præstat, qua hodie quoq; uescimur, faba. ut eandẽ ideò esse appareat, nostram hanc, atq; eam de qua Galenus scripsit, fabam. Iam nefrendes porci ueteribus omnibus nonne dicti illi fuere, qui nondum frangere fabã dentibus possent? Ac quum possunt, quid aliud obijciunt, hodieq;, qui porcorum greges circumducunt uenales, nisi fabã nostram hãc? maxime proprium quippè cibũ, & quo allecti sues, sequãtur quocunq; uoluerint? Flatuosa insuper esse faba scribitur, est, atq; esse existimatur. detergẽdi vĩ

 pollere:

ſemen fabæ ſimile aſſerere. Exemplar Dioſcoridæ excuſſum Græcum meum quidem, ita habet: καρπὸς δ' ἐν θυλακίοις κυάμοις ὅμοιος, στρογγύλος, ἐρυθρός, δριμύς. Semen in folliculis fabę ſimile, rotundum, rubrum, acre. Fabę ſimile dicit, non autem rotundum ſemen fabæ, ſimile aſſerit. Separatè namq; legenda poſt illud, κυάμοις ὅμοιος, tria illa ſunt, στρογγύλος, ἐρυθρός, δριμύς. vt ſciatur, ſimilē eſſe fabæ fructum, cum xyridis fructu in alijs quibuſdam poſſe: folliculis puta, aut cellularum poſitura, non autem neceſſario, rotunditate, rubedine, acrimonia. Nam ſi neceſſariò accipiatur de rotunditate, continuò de rubedine pariter, & acrimonia accipiendum erit: cuiuſmodi nunq; fabæ ullius, quamcunq; fingere ſibi eā uolucrint, eſſe ſemen reperietur. Neq; uero στρογγύλος ſi applicatum legatur κυάμοις, continuò rotundam oſtenderit debere eſſe fabam, quippè κυκλοτερῆ, orbiculatam ſcilicet, quando στρογγύλον, rotundum quidem ſignificare poſsit: ſed cylindratum, uel teres, quale quidem fabæ granum habetur. Simul illud affero ex doctiſsimis Petri Andreæ Matthioli amiciſsimi noſtri commentarijs in Dioſcoridem, in Oribaſio, pro fabis, orobo legi, hoc pacto: ſemen in folliculis ſimile orobo. non autem fabis; ut in Dioſcoride deprauatam eſſe loci huius lectionem conſtet, idcoq; duci inde argumentum non potuerit rectum. Plinius, inquiunt, Tithymali paralij fructum magnitudine fabæ eſſe ait. Ego in Plinio non fructum, aut ſemen, ſed caput lego: ſic enim libro uigeſimo naturalis hiſtoriæ, capite decimo nono exaratum inuenietur: Tertium genus eſt Tithymalon, mecona uocant alij paralion, folio læui, albo capite, magnitudine fabæ. Caput ſcriptum inuenio in meo, non fructum: nam in capite ſæpe fructus, ut in eryngij genere, quod centum capita uocat author idem Plinius, quæ ſemen includunt: ſuntq; ea, nempe capita, fabis maiora in multis: ut mirum eſſe non debeat, ſi Tithymalum Plinij paralium caput ſortitum fuerit, fabæ noſtratis, uulgatæq; magnitudine. Iam quòd oniſcos Græci κυάμους appellent, ubi ſe in globum conuoluerint, ex fabæ ſimilitudine, quæſo ſimilitudinis cauſam uideamus. Eſt enim adſcripta à Galeno, per hæc uerba: ἐπειδὴ παραπλήσιοι τοῖς ἐδωδίμοις κυάμοις εἰσίν, ὅταν εἰς αὑτοὺς σφαιρώσωσι, φαιοὶ κατὰ τὴν χρόαν ὄντες: Quoniam ſimiles eſculentis fabis ſunt, ubi ſe in globum conuoluerint, fuſci colore quum ſint. Luculenter explicatam ſimilitudinem uidemus ex colore: quamuis oniſci, quauis re tacti, quum ſe contrahunt, figuram non reddunt orbicularem prorſus, ſed oblongam ex parte, quæ fabæ figura, & forma eſt: eorumq; ità multi æquare fabarum grana multa magnitudine quoque poſsint. Eſt porrò fuſcus is color pullus quoque dictus, maximæ tertarum partis, & lanarum proprius, ſimul & fabarum, ut uidere quotidie licet. Ad argumentum de aphaca, & uicia, nihil aliud, quàm prima capitis uerba ponemus, quæ ita habent: τὸ σχῆμα τῶν σπερμάτων, οὐ στρογγύλον δηλονότι, ὥσπερ τὸ τῶν κυάμων, ἀλλ' ὑποπλατὺ μᾶλλον, ὁμοίως τοῖς φακοῖς. Seminum horum figura rotunda non eſt, ut fabarum, ſed in latum tendit magis, ſimiliter lentibus. Veriſsimè quidem: magis nanque ſimiles ſunt, aphace, & uicia lentibus rotundis, & orbiculatis, quàm fabis rotundis, & teretibus, cylindratiſq;. hoc enim ſignificare propriè στρογγύλον diximus: rotundum nempè, ſed oblongum, quale fabarum ſemen. Quæ profectò argumenta magis mihi adſtruere uidentur opinionem noſtram, omnia, quàm deſtruere, ſi rectè examinentur, ac perpendantur. Sicuti ne illud quidem aduerſabitur multùm nobis, quòd Cornelius Celſus, acrochordonas, thymos, epinyctidas, rotunda, & exigua tubercula fabis ſimilia fecerit. De acrochordone dixit Celſus, quia raró fabę magnitudinē excedit: ut intelligatur contrarium potius eius, quod probare intendunt: uidelicet multò ſæpiùs infra fabæ magnitudinē eſſe, nec pro miraculo habendū, ſi quando inuenta uerruca aliqua fuerit, quæ excedat. Vidi ego extantes è cute dimidiatæ fabæ magnitudines, imò craſsiores & longiuſculas, rotundas tamen. De thymo ſcripſit

Hh 4 fereq;

fereꝗ circa magnitudinē fabæ Ægyptiæ est, de epinyctide: neꝗ enim ea faba maior est. Vera omnia, si de uulgata, & quotidiani usus faba accepta intelligantur, ut intelligi, atꝗ accipi debent, cuius etiam granū nunꝗ mehercule obolos integros tres pendet. Ego quidem uerum esse non reperio. pendere uolui cōmune fabæ ex aceruo granum: tritici grana pependit, uix decem. Et tàm parua sæpe reperiuntur, ut occupare auditoriū meatum possint, tàm facile, quàm calculus, quàm semen aliud, uel minutum quippiam. Mycillum obijcientem Gallo, quòd fabas sublegisset, ne per somnium quidem, inuenire in Luciani insomnio quiui, qui dialogus ἐνύπνιον inscribitur: in ὀνείρῳ, qui Gallus, iuueni. Quid autem mirum, si Gallus fabas communes has, uulgatasꝗ colligat, atꝗ edat, aut si, ut in Icaromenippo, formica fabæ putamen, aut tunicam, fortasse autem tunicæ tantum partē ferat, quas ferre sæpe maiora uidemus, sicuti Gallos quotidie fabæ grana crassiora glutire? Cęterùm ne prosequamur quæso ambitiosa hæc, & tenuia nimis. At illud, dicent, non ambitiosum, non tenue, utpote ex Aristotele sumptum, authore tāto: qui libro de Historia animalium, sexto, de Gallinarum pullo decem iam dierū ita scribat: ἔχει δὲ τὴν κεφαλὴν μείζω τοῦ ἄλλου σώματος, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς κεφαλῆς, οὐκ ἔχοντας ὄψιν. γίνονται δ' οἱ ὀφθαλμοὶ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον ἐξαιρούμενοι, μείζους κυάμων, καὶ μέλανες. Habet autem caput maius corpore reliquo, & oculos capite, nondum uidentes. Fiunt autem oculi circa hoc tempus exempti, fabis maiores, & nigri. Si eximātur, inquit, atꝗ extrahantur è capite. Emineant uertit Gaza, quasi ὑπεραίροντες esse: at ἐξαιρούμενοι est, quod extractos, demptos, euulsos significat, & euulsos si inspicias, maiores fabis fatebere. Sanè etiam non euulsos: nam quum caput corpore reliquo tūc maius sit, & oculi capite maiores necdū extracti, sed in capite: necessario oculi multò maiores fabis erunt, quippè qui capite etiā ipso maiores sint. Decrescunt deinde, euaporata parum humiditate nimia illa: exempti superare tamen adhuc fabarum magnitudinem poterūt, utiꝗ earum, quæ in usum cōmunem omnium nostrum ueniunt, frāguntur frenduntur ꝗ, moluntur, aceruí fiunt ex illis, unde deinde ad usus pulmentorū, aut iusculorū multos sumantur: nō autem de grandioribus alijs si intelligatur, quibusdā, minùs multò frequentibus, ac peregrinis potiùs, & quas diligentiore hortorū cultura maiores reddimus: qualiꝗ altiles facimus, de quibus non disputo, sed de his, quos intellexisse autores uideri meritò possint, qui de fabis scripserunt. Has nos eruditorum authoritate de rebus his scribentium sede propè sua motas, experiri uoluimus, an restituere in locum suum possemus, uindiciasꝗ has illis nostras offerremus, ob commumem tantùm studiorum medicorum usum, ob quem non dubito eruditos etiam, quos dico, dixisse, ac scripsisse omnia, ut ideò in neutris cudi faba isthæc meritò debeat, quum ab utrisꝗ bono prorsus animo, fideꝗ omnino bona, & iuuandorum solummodo studiorum gratia dicta, factaꝗ inter nos fuisse hæc, planè constare omnibus debeat.

ἀλλὰ χαυνοτέρας πως μᾶλλον. Sed laxiore quodāmodo.) Laxa magis caro, ex laxioris pariter substātię alimēto prouenit: quod quidē faba est, cum reliquis cōparata leguminib. recens recētibus, & ueteribus, uetus, siccatisꝗ sicca. Nam ꝙ cornu modo solidatā durari arguunt, ut laxam non esse monstrent, id quidē illi, cum multis alijs cōmune est leguminibus: quæ tamen aquis si macerat, nunꝗ tàm emollescēt, aut aquæ recipient tantū, quàm faba, argumēto laxitatis, & fungositatis cuiusdam non paruo. Itaꝗ pulmentū existit ex hac, quali quotidie uescimur, ex alijs non item, uel non tàm probum, laudatumꝗ, neꝗ tam usitatum: ut neꝗ ex cicere, quod ab urbanis non ualde solitum parari fuisse, scribetur à Galeno mox, capite de Cicere, sed à rusticis quandoꝗ solùm.

CAP. XXII.

βέλτιον δὲ τὸν χυλὸν μόνον αὐτῶν πίνειν, ἕψοντας ἐν ὕδατι. Præstat autem succum solummodo

modo ipsorum bibisse, in aqua coquētes.) Succum appellasse uidetur decoctū: quasi in quod, decoctione, plurimum reponatur cicerum substantiæ, succiq. Et quidem reponitur: quod & color ostendit, & crassities iusculi quædam. Hinc natum, ut plurimi medicorum potandum ius præcipiamus, abiectis ciceribus.

CAP. XXIIII.

χυλὸς δὲ τῆς ἑψήσεως τῆς τήλεως μετὰ μέλιτος λαμβανόμενος. *Succus autem elixi fœnugraci cum melle sumptus.*) Iterum iam succi nomine elixi fœnugræci, decoctionem appellat: sicuti cicerum supra: & quòd succi plurimum retineant elixatione educti iuscula hæc: & quòd, quantum succus ipse præstat, præstare possunt ipsa.

CAP. XXV.

Καὶ ταῦτα τὰ σπέρματα, καθάπερ καὶ τὴν τῆλιν. *Hæc quoq, semina, quemadmodum etiam fœnumgræcum.*) De phaselis, & ochris inscriptum caput est. Ochrum eruitiam esse satis constat. Fabam, qui fabam non esse arbitrati sunt, phaselum esse contenderunt, argumentis, quæ legere uolentibus, posita in medio sunt. Nos quum fabam nostratē, ueterum pariter habendam eandem esse, ostendisse nobis quidem uideamur satis, simul ostendisse credemus, esse phaselum, siue phaseolum, non posse. Ac sicuti fabam loco classeq; sua non mouimus, ita sane ne phaselū quidē mouebimus, qui nihil aliud sit, quàm qui fasolo ab Italis omnibus dicitur: sicuti phasiolus, ut placuisse quibusdam uideo, nihil aliud, quàm fasolo turchesco, à Dioscoride etiam smilax hortensis, & à Galeno δόλιχος dictus, cū phaselo genus non diuersum, specie diuersa tamen: at, à faba utrumq;, & genere diuersum, & specie: quamuis generali paulo magis genere eadem, q legumina omnia sint. Non arbitror ineptiandum esse nimis, ut comprobentur ista: totum enim ex eo pendet, fabam hodiernam, ac quotidiani usus, fabam esse ueterum: quæ si est, phaselus certe non est, suumq; sibi locum, sedemq; relinquet phaselo, seu phaseolo, ac phasiolo insuper, & facie omnia nobis sua repræsentabuntur.

CAP XXVIII.

τὸ τῶν δολιχῶν ὄνομα γέγραπται μὲν καὶ παρὰ τῷ Διόκλει. *Scriptum dolichorum nomen est apud Dioclem quoq.*) δόλιχον longum semper significabit, cuicunq; uoci alteri adhæreat. δολιχοὶ, inquiunt, ἀποτείνουσι τὸν λόγον, Græcorum scriptorum aliqui. Sic fructus is δόλιχος dictus, uel quòd in longum ascendens scandat, uel quod affixis pedamentis longioribus apprehensis, in altum pergens, topiarium opus sæpe perficiat.

Καὶ τίς δύναται λέγειν ἓν εἶναι γένος ταῦτα πάντα. *Ac dicere quis possit unum esse genus cuncta hæc.*) Et reuera sunt genere eadē, specieb. quibusdā diuersa cūcta hęc. Libenter autem hoc loco peterem ab his, qui fabas non esse fabas, sed faselos uolunt, quomodo cōgeneres esse fabæ, fasiolis, seu lobis, & dolichis dictis possunt, tàm forma, figuraq; diuersæ ab his. Oporteret quidē, quoniam phaseli, & phaseoli, & phasioli congeneres sunt, si phaselus faba est, congener ut sit. At multo magis conueniet semper phaselo uel phaseolo, quem fasolum uulgo uocamus, cum phasiolo, quem dolichum, siue lobum, quàm fabis. Vt hinc nō minus appareat, fabam aliud, atq; aliud phaselum esse.

CAP. XXX.

ἀνατρέπουσι τὸν στόμαχον. *Ac uentriculum subuertit.*) More pinguium omnium.

CAP. XXXI.

ὠφελεῖ μέντοι τοὺς ἐκ κεφαλῆς καταῤῥεομένους λεπτῷ ῥεύματι. *Confert tamen distillatione*

tione laborantibus à capite, ob fluxum tenuem.) Quippe quem interceptum cohibeat, ne cum impetu deferatur, simul & crassum eundem reddat.

CAP. XXXVII.

Ἐν μὲν τοῖς πυροῖς αἶραι πολλάκις εὑρίσκονται πολλαί. Inter triticum quidem lolium sæpè multum reperitur.) In tritico multum, in hordeo parum: at ægylops plurimum: id, quod non parum aliquando fidei facit, esse γυμνόκριθον, id est nudi hordeum granum, quod uulgo scandellam dicimus. Hæc enim, quum ueris initio seratur, si paulò frigidior succedat aeris constitutio, aut alias frigidiore in loco facta satio fuerit, plurimum attulerit semper secum ægylopis, non secus ac in hordeo contingit: & est alioqui hordeo similimum semen, gymnocrithum inquam illud, nisi quòd folliculo, glumaque sua facilè liberatur, ex quo illi nomen.

Τὸ τελάμπυρον ἢ μελάμπυρον καλούμενον. Quod autem melampyrum dicitur.) Hoc uaccinum appellari triticum, authores sunt rei herbariæ, simul & medicæ totius in primis periti: notisque suis uisendam repræsentarunt ad uiuum in libello depictam herbam, quam credere possim melampyrum esse, libentius tamen crediturus, si non tantum inesset florum, sicuti nec multis sanè frugum uitijs inest, ut lolio, neque tam passim uel extra segetes inueniretur.

IN LIBRVM SECVNDVM DE FACVLTATIBVS ALIMENTORVM.

CAP. I.

Κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ, ἀπίων, καὶ μηλέας ὁ μὲν καρπός. In eundem modum pyri, & pomi fructus.) περικάρπιον proprie appellari uidetur posse, & uerò appellatur, quæ pars in fructibus his semina ipsa ambit: fructus nempe totius caro, cũ cortice.

Κυάμων δὲ τῶν χλωρῶν ὁ λοβὸς οὐκ ἐδώδιμος. Fabarum uerò uiridium siliqua esculenta non est.) Vbi sunt igitur, qui nostrates fabas maiores, minoresue, ueterum esse phaselos persuadere nobis conantur? est quidem phaseli siliqua esculenta, recentis, ut & fasioli, siue dolichi, itidem recentis: estur enim utraque hodie pariter: at fabarum nusque editur. Quî quæso igitur esse unque poterunt phaseli fabæ, aut κυάμος, φασήλος, si τοῦ κυάμου non editur, maioris, minorisque, editur τοῦ φασήλου lobus, & siliqua? Illud insuper: in utrisque, phaselis inquam, & phasiolis, siue dolichis, magna cum animalium quorundam renibus similitudo, in fabis nulla. Et huiusmodi quædam, quæ si persequi uellemus omnia, tædio nobis æquè, atque alijs futuri simus.

CAP. II.

Χρῶνται δ' αὐτῷ πάντες, μᾶλλον, ἢ τινὶ τῶν ἐδωδίμων. Vtuntur autem ea omnes magis, quam esculentorum aliquo.) At agricolæ nostri, quæ in uentrem alijs magis extuberant, deligunt, & angusto collo, per quod artificio semen, carnemque extrahunt totam: excauatas, relicto cortice, siccant fumo, ac siccatis utuntur, pro oleario uase.

Οὐ γὰρ δὴ τοσοῦτον ψυχρὰ ταῖς οἰκείαις κράσεσιν ἐστὶν, ὥστε κἂν θερμὰ προσενεχθῇ, ψύχειν τὴν γαστέρα. Neque enim usque adeò frigida proprio temperamento sunt, ut etiam si calida sumantur, uentrē refrigerent.) Quod quidē in aquæ potu, calidæ licet actu, usu uenit aliquando, ut propter summam, natiuamque refrigerãdi uim, acquisititiam caliditatem sumpta deponat, & refrigerandi facultatem assumat. idque non minus ex dulcis aquæ, & modicè calidæ lauatione continget: ut habitum corporis ingressa frigefaciat tandem aqua, humectans semper. Notentur Galeni dicta hic ab ijs, qui æstatis tempore cucurbitarum esu, ex iusculo calido aliquo,

refrige-

refrigerare se posse existimant ægros. Illud tamen crediderim: quamuis præsenti calefaciendi ui non refrigerent calida actu sumpta hæc, at subfrigidū sanguinem generatum iri, si forte in alimentum transierint.

CAP. III.

Καὶ σοὶ οὕτως ἐν τῇ μνήμῃ φυλαττέσθω ὁ λόγος. Atq; is non excidat tibi memoria, sermo) Præceptum diligenter sanè, ac semper custodiēdum, in tām licentioso fructuū omnium usu, esuq;, nullo discrimine, coctorum, an crudorum. Plurimum quidem uitiosi succi demi posse fructibus omnibus, si quoquomodo ignis uim experti senserint, dubitandum non est.

Καὶ ἡμῖν οὕτως κελεύσθω, σαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας. Ac nobis ita uocetur, clarioris doctrinæ gratia.) Ponatur ita esse, quamuis non sit. Etenim aqua quoq; ipsa, quæ maximè ἄποιος est, & dicitur, non tamen qualitatis prorsus omnis expers erit, sed quòd nihil in ea manifestioris qualitatis deprehendatur ex gustu, iccirco talis dicitur, &, quod hîc à Galeno audimus, σαφῶς ἐμφαίνων οὐδέν. Saporis igitur carentia notatu digni alicuius est in exqualibus, non omnis penitus: atq; ea propter pro materia sunt suscipiendarum facilè qualitatum gustatiliū aliarum euidentiorum omnium, quomodo materia etiam prima illa. at hæc reuera ita est, neq; esse aliter potest: exqualia uerò ista quodammodo potius hoc ipsum esse dicentur.

CAP. IIII.

Ἡ μὲν ὅλη φύσις αὐτῶν ἐστι ψυχροτέρα, σὺν ὑγρότητι δαψιλεῖ. Vniuersa eorū natura frigidior est, cum humiditate multa.) Non pauca erunt, si quis diligenter caput hoc perlegat, quę melones nostri temporis, quos ita ab Arabibus medicis sumpto initio, appellamus, Galeni habendos esse pepones hosce, persuadere nobis possint. Frigiditas cum humiditate copiosa, abstergendi, eliciendiq; urinam, facultas, descensus in intestina citus: quæ omnia melonibus similiter tribuuntur ab Arabibus. In primis autem, quòd in sequenti capite de melopeponibus, edi non solere peponum partem scripserit eam, quæ intra carnem ipsorum est, & semen continet, quod hodie quoq; facimus: at melopeponū edi. Vt rursus ex hoc, melopepones, cucumeres, aut citrulli genus unum aliquod esse, existimare liceat, quorū partes illæ mandantur omnes. Et alioqui in reliquis pariter conuenit melopeponi cum cucumere non parùm: quòd minus utiq; peponibus humidi, succiq; minus mali sint, minusq; urinam cieant: & quòd, sicuti de melopeponibus scripsit, non celeriter, ut pepones, in uentriculo corrumpi, ita eodemq; prorsus modo, cucumeres, non facilè, ut pepones, in uentriculo, corrumpi scripserit. Affines hos inter se fructus declarant hæc parte ex aliqua, sicuti paulò magis à peponibus diuersos.

CAP. VI.

Πάντων δὲ διὰ τοῦτο ἀπέχεσθαι συμβουλεύω τῶν κακοχύμων ἐδεσμάτων, κἂν εὐπεπτότατα τισὶν ᾖ. Iccirco consulo ut ab omnibus praui succi edulijs abstineatur, etiam si in cōcoctu facilia quibusdam sint.) Dictum aurea uirgula signandum, ne inconsideratum pertranseatur. Dicti ratio: neque enim, ualida licet concoctrix facultas, ac potens sit, & concoqui non admodum rebellis cibus, ita tamen conficere eum ex toto poterit, ut non substantiæ alimentum id suæ aliquid ad extremum, ac propriæ reseruet, tenuis, si tenue, crassæ si, crassum antea fuerit, & uitiosæ quoque, si uitiosum: eò quòd nunq; exuat naturam suam alimentum totam, bonam licet partem deponat, perpessum, atque affectum: ipsum uerò contrà afficiens sæpe, ac passionem inferens, ut ex tertio de causis symptomatum libro docemur.

CAP. VII.

Ἄπιοι δηλονότι, καὶ μῆλα. *Pyra nimirum, & poma.*) ἀκρόδρυα generali uocabulo uocantur Græcis hęc: tametsi propriè quercus, aut roboris significare fructum posse uideretur illud δρυς uoci ἀκρος adhibitum: summæ arboris glandem, uel castaneam fortaſsè etiam, quoniam hæc quoq; glans eſt, & inter glandiferas, quæ illam profert arbor censetur, indicans. Is, quum primum innotuiſſet mortalibus, atque ad uſum ueniſſet, fructus, nomē reliquis quoq; dediſſe initio potuit omnibus, ut ἀκρόδρυα dicerentur.

CAP. VIII.

Τὸ μὲν κοινὸν οὐ μόνον ὀπώραις ἁπάσαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὡραίοις ὀνομαζομένοις καρποῖς. *Commune non modo autumnalibus fructibus omnibus, uerumetiam fugacibus nominatis.*) Bifera arbor eſt ficus, ac temporis utriusq; eodem anno, tam quo fugaces proueniunt fructus, qui caniculares dies ſunt, quàm autumni, quo reliqui, particeps: fructumq; iccirco feret utrumq;, non ſine aliqua ſucci praui ſuſpicione, atq; in priore, quàm in poſteriore, maiore, quò maior etiam ſemper in horarijs, quàm in autumnalibus, ſucci ineſt prauitas. Cæterùm minus inerit in utroq; fructu uitij, ſi cum alijs, ſui uterq; temporis, conferatur.

Τῷ κοινῷ λόγῳ τῶν γλυκέων ἁπάντων ἐδεσμάτων, καὶ πομάτων. *Communi dulcium omnium ciborum, & potuum ratione*) Vtpote quæ & qualitatis calidæ, quamuis modicę, ratione, phlegmones augere calorem poſſunt, & ſubſtãtię craſsitia (in craſſo enim ferè dulcis ſapor) obſtructiones maiores facere.

Ἐμπεφραγμένοις δὲ, καὶ σκιῤῥουμένοις, αὗται μὲν καθ' ἑαυτὰς, οὐδ' εἰς ὠφέλειαν, οὔτ' εἰς βλάβην ἐργάζονται. *Obſtructione uerò laborantibus, & ſcirrhos, neq; ad iuuamentum, neq; ad nocumentum faciunt.*) De ficubus dictum hoc accipiendum, & caricis: dulces enim omnes ſiue cibi, ſiue potus, obſtructiones non modò augere, ſed etiam facere, ob ea, quæ modò diximus, creduntur. Ac caricæ, ficusq; eodem nomine damnari poſſunt, quà dulces: at quà detergendi ui aliqua pollent, noxa ea carebunt, eruntq; in medio: ac fiet, ut obſtructis, ſcirrhoq; affectis iecori, & lieni, per ſe ipſæ neq; proſint, quia dulces, neque obſint, quia detergētes. At diſſecantibus, & attenuantibus aſſociatæ conferent, officient contrarijs admixtæ: ut in capitis huius fine dicitur.

Πρὸ πολλοῦ γε τῆς τροφῆς. *Vtiq; multo ante cibum.*) Cùm, ut meatus illos, per quos uelut iter illis eſt, expeditos inueniant, tum ne, ſi uel cum cibo, uel nō multo ante, ut pòſt ſumantur, cum cibo ipſo tamē, tanq; pręcipitentur, & confertim deferantur eò, ubi obſtructiones augeant.

CAP. IX.

Ἃ καὶ αὐτὰ συντιθέασιν ἐν πίθοις, οἱ ἄνθρωποι, σφίγγοντές τε, καὶ πιλοῦντες ἰσχυρῶς. *Quæ ipſa quoq; componunt in uaſis homines ſtipantes, denſantesq; egregie.*) Vinacea uocamus, quorum uſu, ex quorundam iam inuento, non parum addatur partibus articulari morbo, podagraq;, aut chiragra affectis, robur. Solētq; inſuper partes eædem, inq; eundem uſum, efferueſcenti, cum disfractis, tunſisq; ſimul, ac piſtis acinis, racemisq; muſto imponi aliquamdiu non inutiliter. Stipãt autem, ne aer ingrediatur extrinſecus, corrupturus.

Στέμφυλα δὲ τὰ τῶν ἐλαιῶν, ὅταν ἐκθλιβῇ τοὔλαιον. *Stemphila uero oliuarum, poſt expreſſum oleum.*) Fraces Latinis, ut opinor, appellatæ.

Ἐστὶ δὲ κεφαλαλγὲς μὲν ἑκάτερον, εἰ μή τις ὑδαρέστερον αὐτὸ πίνοι. *Eſt porrò utrumq; capiti dolorificum, niſi quis dilutius biberit.*) Multum reponi loræ ex uinaceis, terrenæ partis uidetur, quæ tota uinaceorum eſt: unde ex mora longiore in uentriculis, capiti dolorem afferat, licet aquoſior, ac ſeroſior loræ pars, ocyus per urinam exeat. Credat aliquis ex his Galeni uerbis, ueteribus id moris fuiſſe, ut loras etiam ipſas diluerent.

ὅταν εἰς τὸ ἔαρ, ἢ καὶ τὸ θέρος, ἡ βρὺξ φυλαχθῇ. *Quum ad ver, vel etiam æstatem referuata fuerint uinacea.*) Apparet concinnari loram ex asseruatis uinaceis quocunque anni tempore posse, quam nos hac tempestate, autumno tãtum paramus, post uini tortiui condituram.

CAP. X.

τό γε μὴν ἐπικρατητικόν.) ἐπικρασικὸν intelligo, cuius maxime facultate uentriculi morsiunculas leniat, per epicrasin.

CAP. XI.

ὥσπερ τοῖς πέποσιν, οὕτω καὶ τοῖς μόροις. *Vt peponibus, sic quoque moris.*) Diximus suprà, pepones melones nostrates cẽseri debere: quod ex hoc similiter probatur: his nanque demendo oris uentriculi corporisque uniuersi calori simul, & squalori, potissimum, ac frequenter utimur.

δι᾽ ἃ οὐ μόνον ὑποχωρεῖ ῥαδίως, ἀλλὰ καὶ διαφθείρεται χρονίσαντα κατὰ τὴν γαστέρα. *Propter quã nõ solùm facilè descendũt, sed corrũpuntur etiã, si morentur in uentriculo.*) Etenim quaparte extraneę, atque alienæ naturæ cuiusdã sunt, nẽpe medicamentosæ, nisi uincãtur in totũ à calore naturali nostro, corruptionem necessario subibũt moram trahẽtia diutius, in locis præsertim corporis nostri calidis natura atque humidis.

ψύχουσι δ᾽ οὐ πάντως, εἰ μὴ ψυχρὰ ληφθείη. *Refrigerant non omnino, nisi frigida sumãtur.*) Propter ea, quæ dicta fuere suprà, capite de fugacibus fructibus: non esse fructus hosce temperamento proprio usque adeo frigidos, ut si calidi assumantur, refrigerare uentriculum queant.

CAP. XII.

τὰ τῶν κερασίων ἔνια μὲν ἔοικε τοῖς μόροις. *Cerasiorum quædam similia sunt moris.*) Similia utique facultatibus: nam aliàs, non admodum similia. Porrò autem cerasiorum nomen uendicarunt sibi dulcia tantùm uulgo: reliqua plura, & diuersa sunt, marenarum, amarellarum, uisularum nominibus dignoscuntur.

CAP. XIII.

διὸ χρὴ καλῶς ἐκπλύνειν, πρὶν ἐπιχειρεῖν προσφέρεσθαι τὸν καρπὸν τοῦτον. *Quamobrem diligenter prius abluere opus est fructum hunc ante assumptionem.*) Quasi in cuius superficie solum hęreat, quod uentriculo molestiam affert. Nos mora hodie Celsi illa, uino abluimus, esuri, & saccharo operimus.

CAP. XVII.

εὔχυμος, καὶ παχύχυμος, καὶ τρόφιμος δήπου ὁ τῶν κώνων καρπός. *Boni succi, crassique et alibilis, coni fructus est.*) Non inconuenit bonum esse fructum posse eundem, & crassum, sicuti bonũ pariter, & tenuẽ. Bonitas enim, & malitia ex tẽperamento qualitates sunt: tenuitas, & crassitia ex substantiæ consistentia, siue constitutione.

ἔστι μὲν οὖν ἀμείνω τὰ πραικόκκια καλούμενα τῶν ἀρμενιακῶν. *Sunt igitur quidem meliora, quæ præcocia vocantur, armeniacis.*) Sunt præcocia (quæ quidem ego pręcocia esse existimem) persicis ipsis similia, cortice, carne, nucleo: præueniunt maturitate, unde nomen meruere: medij inter persica, atque armeniaca, generis, quamuis non diuersa fecerit Galenus, libro de simplicium medicamentorum facultatibus septimo.

CAP. XXI.

τέμνει μὲν γὰρ ἄμφω πάχος χυμῶν. *Incidunt enim utraque humorum crassitiem.*) Vtemur igitur, si cum humorum crassitie associata caliditas fuerit, acidis: si frigiditas, acribus. Sin solam habuerimus humorum crassitiem incidẽdam, ideoque nec acidis habituri opus simus: utemur commodè oxymelite, in hoc ipsum parato, ut medicamentum esset, dissecandis crassioribus humoribus aptum, sic attemperatum, ut neque calidum, neque uero dici frigidum possit.

ὅσον ἐν ἑαυτοῖς. *Quantũ in ipsis est.*) Dictũ propter ea, quæ in cap. sequenti traden tur, Iubi ratio reddeẽ, qui fiat ut in quibusdã, adstringentiũ usu subducaẽ aluus,

putamen,ſic,ut hient tantum ac recipere aquam poſsint nuces,intraq́ non multum temporis ſpatium madeſcunt, & emaceratæ interiorem corticem, quo tenui,ac membranoſo ueſtiuntur, exuunt facile,nec ualde alio,quàm ſi uiri.les eſſent ſapore eduntur. Vt par ſit,neq; aliam planè eſſe facultatem : ac, ſi quid adſtringentis ex ſiccitate habuerint,id bene humefactæ deponant.

CAP. XXIX.

ὡς οὔτε πρὸς ὑπαγωγὴν γαστρὸς ὑπάρχει χρήσιμα. *Quòd neq; ad alui ſubductionem vtiles ſunt.*) Eo nimirum,quòd non tantũ,quantũ nuces,oleoſæ ſubſtantiæ reddãt.

CAP. XXX.

ἴσμεν δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων, ἥπατι χρησιμώτατα.) *Scimus porrò plurima quoq; alia huiuſmodi hepati vtiliſsima.*) Etenim quatenus ſubamara exiſtũt, expeditos meatus præſtant omnes : quatenus uerò ſubadſtringentia, ſimul robur uiſceri addunt,ſimul opus aliorum iuuant, propellendo, impulſuq́ quodam operata: ut roſaceum oleum intimius, & profundius adigitur, ſtipticitate ſua adiutum. Porrò aromatica qualitas quum non paucos uſus conferat alios,etiam putredini peculiariter reſiſtit.

CAP. XXXI.

Ἔνιοι δὲ καὶ πικρότητος ἐμφαίνουσι. *Quedã uerò etiam amaritudinem præſeferunt.*) Mihi quidem in hocce prunorum genus incidiſſe nondum contigit.

διὰ δὲ τὴν ὑγρότητα, καὶ γλισχρότητα. *Ob humiditatem autẽ ſimul, & lentorem*) Quod lẽtum, & uiſcidũ eſt,ſubſtantiam habere glutinoſam intus per totum poteſt: at foris lubricitas ineſt quędã in ſuperficie labilis, quę ſi coniuncta humiditati fuerit,lapſantem efficiet,ut in malua,quibuſdamq́ue rebus ſimilibus,id facit,ut lubrico hoc facile per aluum deſcendant.

CAP. XXXIIII.

Διὰ ὀξυμέλιτος, ἢ ὀξελαίου, πρὸ τῶν ἄλλων σιτίων ἁπάντων. *Ex oxymelite, vel oxelæo, ante cibos alios omnes*) Ex oxymelite nemo comedit hodie, ex oxelæo autem omnes,ſicuti, & ante cibum omnes. Adηcitur à multis ſaccharum, oleo, & aceto, quod oxelæum eſt,ut aliquid iam oxymelitis ita quoq; referat,ſuccedẽte in locum mellis ſaccharo. Acetaria dicuntur hæc uulgo.

CAP. XXXVIII.

Καὶ ὁ τὰς ἐπιμηλίδας φέροντος. *Et epimelidas ferentis.*) Epimelis Dioſcoridæ ſecundum meſpili genus eſt, uulgatum ſcilicer noſtrum: Galeno unedo eſt hoc loco,longe diuerſa res. Quin mox tertio pòſt uerſu,memecyla, & comarum, aliud feciſſe uidetur, quàm unedo ſit, pro eodem tamen quæ habeantur authoribus alijs: ut irrepſiſſe in contextum uerborum hunc arbitrer poſteriora hęc: καλεῖται δὲ οὕτως, ὁ τῆς κομάρου καρπός. Paulò pòſt enim inquiet: ἀσάπαντα δὲ χάρων δὴ ἡ μιμάκυλος: glandis genus faciens μιμηλον, fortaſsè autem quę ſit ilicis, & ἄκυλος appellatur.

CAP. XXXIX.

Ἢ ἀκρέμονας, ἢ τὰ νέα βλαστήματα. *Vel ſurculos vel nouella germina.*) Sunt ἀκρέμονες, ſurculorum potius ſummitates, quæ multò ante germinaſſe poſſunt, ut propterea eſſe nouella germina nequeant, & ἀκρέμονες tamen ſint: alioqui non multum diſcrepant inter ſe ἀκρέμων & βλάστημα.

Καὶ τὰ τῶν καλουμένων ἐπιχωρίως φουνρεπίων. *Et eorum, quæ apud nos vulgo Rapia vocantur.*) In Morauia longiſsimas, ac prægrandes radices, uidimus aliquando effoſſas raporum folijs: ut non immerito cenſeri pro ſylueſtribus rapis potuerint. Raphanus autem agreſtis aliud erit.

ἣν ὀνομάζουσιν ἐγκέφαλον αὐτοῦ. *Quam cerebrum ipſius nominant.*) Medulla nimirũ in cacumine dulcis: aliud à palmarũ genere pumilo, quod cephilio appellatur.

Καὶ κνῆκον, καὶ ἀτραγίδα. *Et cnicum, & atragida.*) Nomen hoc, quum apud nullũ inueniam omninò authorem, arbitrarer ſubeſſe mendum, & legi atractylida fortaſsè debere, quoniam atractylis, cnici ſylueſtris genus habeatur, & cnicum

iam dixit, nisi infra capite de plantis spinosis, eodem uersu, & atractylis scriberetur, & atragis.

Ἔτι τε τὸ ἕτερον εἶδος τοῦ χαμαιλέοντος. *Atq; insuper alterum genus chamaleontis.*) Albi necessariò intelligendum habebimus genus, quód nigri scripserit author i-dem radicem, uenenosi quippiam continere.

CAP. XL.

Ἢ διά τινος τῶν ὑποτριμμάτων. *Vel ex infriatorum aliquo.*) Infriamēta hæc dixerim, quæ infriata quoq; dicuntur Latinis, quum comminutum, contritumq; aliquid dapibus infriatum aspergitur: ut cum caseo Itali sępè facimus, iamq; gentes pro pè omnes cum saccharo.

CAP. XLII.

Ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν γλισχρότητα. *Verumetiam propter lentitiem.*) Quæ tamen lubricitas potius intelligenda quædam sit, lentis, ac glutinosis in superficie hærens, & lubricum faciens, quod ὀλισθηρὸν est.

CAP. XLIII.

Ἄγριον δὲ τεῦτλον οὐκ ἔστιν. *Syluestris autem beta non est.*) Et esse tamen uoluit syluestrem betam limonium Plinius, quod quidem betę folijs describitur. At id betā non faciet nobis limonium, nisi uires pariter quadamtenus betæ fuerint. Rectius lapathum syluestris beta dicitur, non sapore solum, sed facultate etiā hortensi betæ simile, ut paulo post scribitur à Galeno.

CAP. XLIIII.

Ἐμβάλλειν χρὴ τοῖς ἀγγείοις, ἐν οἷσπερ ἐσκεύασται τὸ λαιὸν ἅμα τῷ γάρῳ. *Inijcere opus est uasis in quibus paratum est oleum cum garo simul.*) Edendam proponit brassicam nobis, subducendæ aluo, cum oleo, & garo paratam, semel tantum, ac primo coctam, non autem potandum ius tantummodo, ut suspicari quis posset. ita & lentem.

Μὴ καθεψηθέντα, ὅταν ὑπαγωγῆς ἕνεκα λαμβάνηται. *Non nimis decoquentes, quum subductionis gratia sumetur,*) καθεψεῖν plus est quàm ἑψεῖν simpliciter: sicuti καθείργειν, quā εἴργειν, nescio quid significare plus uidetur, & καθαιρεῖν, quàm αἱρεῖν, atq; huiusmodi. Sic igitur brassicam subducendæ alui causa parandam, ἑψεῖν satis erit non καθεψεῖν.

Οὐκέτι γὰρ ἀκριβῶς γίνεται τακερὸν, οὐδ' ἂν ὅτι πλεῖστον ἑψῇς. *Neq; enim ad summum macerata fient unquam, uel si plurimum elixaueris.*) Recepto quippè ab ambiente, aut aqua frigore, solidantur magis, quo prius excalfacta magis fuerint. per totū enim accipient frigiditatis qualitatem illam, apertis meatibus omnibus à calore: ut quidem calefacta similiter aqua citius, ac potentius frigefit.

CAP. XLV.

Μόνη γὰρ ἡ θριδακίνη τοῖς τοιούτοις ἀμφοτέρως ἐσθίεται. *Sola nanq; inter hæc lactuca, utroque modo estur.*) Cruda nimirum, & cocta.

CAP. L.

Τούτων τῶν φυτῶν, καὶ σκόλυμός ἐστι. *Et mox: ἔστι τετιμημένη μᾶλλον ἢ προσήκει κινάρα.*) Ex quo apparet, aliud fuisse scolymum Galeno, & cinaram aliud: genere tamen eodem conuenire posse non negauerim.

CAP. LVIII.

Καὶ τούτω τοῦ Πλάτωνος μήτε γράμματα, μήτε νοῦν ἐπαΐσαντες: *In quo Platonis nec libros nouerunt, nec mentem.*) Qui quidem aliquando in Politico scripserit, multo plus allaturos nos ad senectam rerum scientię, neglecta de nominibus altercatione, quàm anxiè nimis quærentes de his, ut supra annotauimus, & alibi.

Ὁ μὲν οὖν τῆς κράμβης, ὃ καὶ κῦμα καλοῦσιν ἔνιοι. *Brassica igitur, quem cyma nonnulli uocant.*) De brassica: Frigoribus caules, & ueri cymata mittit, ait columella, pro κύματα.

CAP. LIX.

Καὶ ὀξυάκανθα. *Et oxyacātha.*) Fruticosam plātam facit Galenus oxyacantham

hoc

hoc loco Ast quæ à rerum harum peritis, pro oxycantha nobis repræsentatur, arbor est ingens sæpe: in sepib. tamẽ frequens quoq;, cũ fruticosis plantis alijs.

Τροφιμώτεροι τῶν ἤδη τοῖς λαχάνοις ἀσπαράγων ὅσοι, ὅσῳ καὶ ξηρότεροι. *Alibiles magis olerum asparagis sunt, quo sicciores.*) Ex comparatione accipiendum hoc. ut nanque olerum asparagis sicciores sint, at succi tamen adhuc retinent ad alendum satis. Porrò absolute sicca, non sanè alimenti exhibere multum solent, ut dictum supra non semel fuit.

CAP. LXI.

Καὶ τὸ μὴ καλῶς ἐν αὐτοῖς κατεργασθὲν, ὥστε τὰ φύλλα, καὶ τοὺς καυλοὺς ἀποκρίνει. *Quodq; probe confectum in his non fuerit, in folia & caules excernit.*) κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι plantę cuiuscunque, aliæ in radicibus, aliæ in folijs, in caulibus aliæ plus positum facultatis propriæ habent. sunt quæ in cortice, qui delibratur, dotes, ac uires manifestent melius suas, ut cinamomum. Pro cuiusq; igitur stirpis substantia, partes illarũ à natura rei huic destinatæ, tractum ad se alimentum conficient alijs omnibus melius, in diuersis, diuersę, in omnibus autem, utiq; ex radicibus in folia & caules, mittetur alimoniæ succus. Sed in ijs, quas secũdum τὸ εἶν, esseq; suum euadere partibus alijs potentiores radices, uiriumq;, ac facultatis propriæ retinere plus opus fuerit, plus pariter accedet illis ad alendum succi, idemq; exquisitius conficietur: reliquum in folia, & caules excernetur: Quæ uero naturæ proprietate suæ, minus habituræ facultatis, ac uirium sunt radices, eædẽ minus pariter rapient alimenti, minusq; concoquent, uel potius quod futurum sibi satis sit, ac proprium, trahent, & concoquent, partibusq; alijs plus transmittent, absolutius similiter concoquendũ. Quæ omnia naturæ instituto, ac dictatis semper quibusdam fiunt, non facile ab ordine suo euariantis, ut propterea non usquequaq; ueram esse appareat Mnesithei sententiã, radices statuẽtis in uniuersum omnes, reliquis plantarum partibus omnibus concoctu difficiles, & excrementitias semper magis habendas esse, quòd plurimam ad se rapiant necessario humiditatem, quam conficere nequeant omnem. Conficiunt enim, & reliquum transmissum excernunt, quibus datum, concessumq; hoc à natura fuerit, quæ cuicunque uoluerit parti elargiri ex instituto, legibusqúe suis, plus, minus, trahendi alimenti, puriorisqúe, aut impurioris, eiusdemq; pro temperamenti sui natura conficiendi uires potest.

Καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἔλεγεν. *Quemadmodum Aristoteles quoque dicebat.*) De partibus animalium, libro præsertim secundo.

CAP. LXV.

Ἡσίοδος μὲν οὖν ἔοικεν. *Videtur igitur Hesiodus.*) In carmine cui titulus, Opera & dies, ἔργα καὶ ἡμέραι.

CAP. LXVIII.

πρὸς ὑποδοχὴν ἀρτυμάτων. *Ad condimentorum receptionem.*) Hoc est, pro condimẽtorum materia. ὑποδοχὴ enim materia est, formas omnes excipiens, ita quoque Platoni aliquando dicta in Timæo. Materia igitur condimẽtorum meritò esse possunt, quæ qualitate omni carent, ut facilius unamquanque excipiant.

CAP. LXIX.

Ἤδη πως εἰς φλεγματώδη χυμὸν, ἱκανῶς ψυχρὸν, καὶ παχὺν ὑπηλλαγμένους. *Iam quodam modo in pituitosum humorem, frigidum ualde, ac crassum, conuersos.*) Sunt cibi frigidioris naturæ quidam, qui, priusquam in chylum à calore naturali mutentur, in pituitam abeant frigidam admodum, & crassam, uel pituitosum uerius humorem, si dici pituita recte, ac proprie non queat, nisi facta prius sanguificatione. Eiusdem generis cibi fungi quoq; sunt.

CAP. LXX.

Παραπλησίως τοῖς ἄλλοις αὐτοφυέσιν ὄψοις. *Similiter, atq; alia sponte nascentia obsonia.*) Hæc sunt, quæ per se, solaq; obsonij sæpe uicem explent, absq; quòd alijs cõcin

nentur apposita, ut è terra orta proueniunt. Alioqui obsoniorũ propria est præparatio semper aliqua.

Ἀλλὰ καὶ ὡς φάρμακον ὑγιεινὸν ἐδίδοσαν. *Verumetiam ut medicamentum salubre edunt.*) Salubria medicamenta dicuntur, quorum usus est, in sanitatis tempore: potissimum uerò, in præcautrice artis parte quum uersamur. Quemadmodum autem salubria hæc dicuntur medicamenta, quòd futuram ægritudinem præcauent: eodem modo salubria pariter, & salutaria rectè appellabuntur, quæcunque præsentem iam ægritudinem abigunt. Hæc faciunt sanitatem, conseruant & retinent illa.

IN LIB. III. DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. II.

Εἰληφθὲν γὰρ ἤδη, τοῦτο γεγονὸς ὑπὸ πονηρῶν πανδοχέων. *Deprehensum enim iam fuit, factum hoc esse ab improbis hospitibus.*) Idem quod libro quoque de simplicium medicamentorum facultatibus decimo, contigisse narratur conuiuis qui busdam in diuersorio.

Οἱ ὀνώδεις τε, καὶ καμηλώδεις ἄνθρωποι τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα. *Homines asinini & camelini, anima & corpore.*) Therapeutices methodi septimo libro, tale quiddam, de lactis usu, potuq; adscriptum legitur, ὡς ὄνοις αὐτοῖς δοτέον ὄνειον γάλα: ut asinis, inquit, lac dandum asininum: Quod non prorsus absq; medici Theorematis alicuius intelligentia, accipi debebit. reuera nanque & qui appetunt hoc illudue alimenti genus, similitudine temperamenti quadam appetunt: & qui uescũtur, aliquamdiu operato uirtute, facultateq; sua alimento, aliquid induent animalis, cuius carnibus uescuntur, temperamenti: proinde etiam naturæ. Etenim temperamentum medicis nobis natura est. Si naturæ, & temperamenti ex eo conciliabitur aliquid, necessariò & morum, & animi nonnihil eiusdem sortis, propterea quòd animi mores temperaturam corporis sequantur, ut iam antea edocti sumus ab authore eodem Galeno, dicato priuatim rei huic libro.

Εἴρηται δ' ἐμπροσθεν, ὁποίους αὐτὰ δὶς ἑψεῖν δεῖ. *Porrò dictum prius fuit, cuiusmodi sit, bis elixare.*) Quum de brasiscæ, & lentis elixationibus tractaretur, libro operis huius primo.

Καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν τὴν βαθεῖαν πόαν γεμισθῆ δεόμενα. *Atq; ideo, qua herbam altiorem depasci necesse habent.*) Quod quidem Hippocrates quoq; ipse senserit, ac scripserit, adeoq; Homerum citauerit de hoc, in libro de articulis. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα βοσκήματα δύναται βραχεῖαν τὴν πόαν βόσκεσθαι, βοῦς δ' οὐ μάλα, πρὶν βαθεῖα γένηται. Aliæ enim pecudes humilem pascere herbam possunt, bos uerò non admodum, nisi altior fiat. Sic utiq; uidemus, hyeme media in campis pratisque carpendo herbas, pasci oues, quod boues non possunt.

Ἐν λευκανίᾳ δὲ τῆς ἰταλίας, τὸ μεταξὺ πῶς ἄρκτου τε, καὶ συός. *In Lucania uerò Italia quod medium inter ursum, & suem est.*) Video doctis aliquot placuisse, animal hoc melem habendum esse, Tasso dictum uulgo. In Lucania simul, & Sicilia frequens ἀρκτομυῶ appellauere: melius crederemus, si ἀρκτομυῶ nominassent, uel fortasse, utrijdem hi admonere nos uidentur, in Galeno pro συὸς, legendum fuerit, μυὸς, ut ἀρκτομυὸς authorum quorundam nobis sit.

CAP. III.

Ὅτι μὲν οὖν οὔτε τοῖς πτηνοῖς οὔτε τοῖς ἐνύδροις. *Quòd quidem igitur, neque inter uolatilia, neque inter Aquatilia.*) Ast alij suum his locum tribuerint, ostrea terrestria appellantes, quod reuera sunt.

ὑπάρχει δ' αὐτοῖς, ὥσπερ τοῖς ὀστρακοδέρμοις χυλὸς ὑπακτικὸς γαστρός. *Adest autem his succus, quemadmodum & testacea habentibus operimentia, aluum subducens.*) Verum diuersa quadam omnino ratione. nam in ostracodermis, succi salse do est, quæ aluum proritet, in cochleis lubricitas potius ex glutinositate quadam, ut in multis alijs memoratis suprà, malua, attriplice, blito, & id genus, quæ si conditura insuper iuuentur olei, & gari, magis etiamnum præstiterint idipsum.

CAP. IIII.

Οἱ δὲ πόδες ἐπιτηδειότατοι τῶν χοίρων ἀσίν, ἐπεμβληθέντες ἐν τῇ πτισάνῃ. *Porcellorum porrò pedes aptissimi sunt elixa ptisana iniecti.*) Quo facere mòdo iubemur libro Therapeutices methodi septimo.

CAP. VI.

Καὶ οἱ παρακείμενοι δὲ τῷ τραχήλῳ τῆς κύστεως ἀδένες. *Et apposita vesica collo glandula.*) Parastatas hæ glandulæ faciunt maxima ex parte.

CAP. VIII.

τῶν αἰγῶν δὲ, καὶ τῶν προβάτων, κατ' ἀμφοτέρας τὰς χρείας, ἐκτέμνουσι σὺν ὄρχεις. *Caprarum uero, & ouium propter utrumque usum execant testes.*) Cibi usum uideo. reddi enim suauior haud dubie castratorum caro, minusque mali succi queat, agriculturæ non uideo exectorum hircorum, aut arietum, nisi fortè hi quoque minus ferociant castrati, ac pastorem suum sequantur facilius ita, ut minus in eo operæ sit, pascendo.

CAP. VIII.

Ἐν τοῖς πλείοσιν ὕστερον προσφέρεσθαι. *Sub finem sumere.*) Ob rationem ex historiæ de Rhethore superiore libro narratæ, relatione ducendam, cui modo aluus emolliretur, modo prouocaretur uomitus, eiusdem quidem cibi assumptione, sed conuerso solum sumendorum ordine, cibi initio, an in fine adhiberentur.

CAP. X.

Ὥσπερ γε καὶ αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον ἔνιοι προσηγόρευσαν ὡσαύτως. *Sicuti ipsum quoque cerebrum quidam eodem modo nominauerunt.*) Author est Aristoteles, multos cerebrum opinatos medullam esse ac medullæ principium. πολλοῖς γὰρ ὁ ἐγκέφαλος δοκεῖ μυελὸς εἶναι, καὶ ἀρχὴ τοῦ μυελοῦ. ait ipse libro secundo de partibus animalium.

CAP. XII.

Τὸ συκωτὸν ὀνομαζόμενον ἧπαρ. *Quod sycotum appellant.*) Ficatum dicere Latine possumus non nimis inepte ut arbitror, seruata multarum huiusmodi uocum aliarum, quæ logia, Græcumque hoc ipsum etymum sequuti, sicuti illi ἐκ πολλῶν σύκων ξηρῶν ἐδωδῆς συκωτόν, ita nos ex ficuum multarum esu, siccarum, ficatum ut uocitemus. Quamuis nos transtulerimus id nominis ad iecora animalium omnium omnia, Græci peculiariter suillo tantum indidisse uidentur, idque caricis enutrito, ac saginato.

CAP. XIII.

Διὸ κἂν καλῶς πεφθῇ. *Ob id, etiam si probè concoquatur.*) Accipient quædam in uētriculo, quoad eius quidem fieri in materia ea poterit, concoctionem, neque tamen exquisitus sanguineus inde succus, atque inculpatus generabitur, sed frigidior, ac crudior, quique tempore longiore indigeat, ut absolutam, ac perfectā sanguificationē subeat, nihil aliud, nisi ut humores sanguine iā facti, naturamque, & tēperamentum suū sortiti, exquisitius idem ex calore plusculo sortiātur, atque indipiscanī, minus ut excremētitius sanguis fiat, serosusque minus. quo nomine, ut mox dicet, syluestria domesticis præferūtur semper, quod exercita, & in aere sicco degentia, minore humorum redundantia onerentur, calorque natiuus motib. as

ſiduis minime torpeſcens, cibumq́ omnem facile confectum euincens, ſuperfluitates ſimul abſumat plurimas.

CAP. XV.

Τυροῦται γε μὴν ἐν τῇ γαστρὶ ῥᾳδίως τὸ οὕτως σκευασθὲν γάλα. *Facile porrò in caſeum cogitur in ventriculo, paratum ita lac.*) Nil mirum, quippe cui dempta ſit ſeroſa, aquoſaq́ pars, qua ueluti diluebatur prius, ne cogi poſſet.

Οὐ γὰρ τὴν ὑγρότητα τοῦ ὀῤῥοῦ φεύγουσιν, ἀλλὰ τὴν δριμύτητα. *Non enim ſeri humiditatem fugiunt, ſed acrimoniam.*) Qui igitur ablato ſero, aquam adijciūt lacti, ſimul & acrimoniam uitarint, ſi quid cauſæ ſubſit propter quod faciendum id ſit, & ne in caſeum cogatur, cauerint, quod prouidendum ſemper ſit, ne fiat.

Ἀλλὰ, καὶ αἰγὸς, ἢ τινὸς ἄλλου ζώου νεμηθέντος σκαμμωνίαν, ἢ τιθύμαλον. *Sed etiam ſi capræ vel alterius alicuius animalis, ſcammoniam, aut tithymalum depaſti.*) Ex Hippocratis ſcripto comprobabitur, inquientis libro epidemiorum ſexto, γυνὴ, αἲξ, ἐλατήριον, ἢ σικὺν ἄγριον βεβρωκυῖα, παιδίοις κάθαρσις: exemplaq́ adducuntur á Galeno in commento de hoc quædam.

CAP. XVI.

Αἱ γάρ τοι νοσωδέσταται κατασκευαὶ τῶν σωμάτων, ἐξ ἐναντίων τῇ κράσει σύγκεινται μορίων. *Morboſiſſimæ enim corporum conſtitutiones, ex contrarijs temperamento partibus componuntur.*) De quibus abunde tractatum fuit libro ſexto de tuenda ſanitate, & oſtenſa methodus regendarum, corrigendarumq́ue.

Ὅταν ἱκανῶς θερμαίνοντες τὸ γάλα, καταῤῥαίνομεν ὀξυμέλιτι ψυχρῷ. *Quum excalfacto admodum lacte, frigidum oxymel inſpergimus.*) Libro quarto commentariorum in librum Hippocratis de ratione uictus acutorum, eodem modo facere iubemur in aſinæ lacte, utrumq́ imò ſimul, ut excoquatur lac cum oxymelite, & æreum uas frigidæ plenum aſsiduè lacti immittatur.

Ἄνευ δὲ πιτύας, καὶ τὸ μετὰ τὴν ἀποκύησιν, ἀμελχθὲν αὐτίκα πήγνυται. *Abſq; coagulo autem à partu quoque emulſum cogitur ſtatim.*) Coloſtra latinis dicuntur hęc. De primo matrum lacte coloſtra damus: inquit poeta Martialis.

CAP. XVII.

Καὶ διὰ τοῦτο, καὶ δυσπεπτότερος, καὶ κακοχυμώτερος ἀποτελεῖται. *Atque iccirco & concoctu difficilior, & deterioris ſucci efficitur.*) Cacochymia, quam ſucci uitium, & maliciam interpretamur, tunc ferè eſt, quum humores naturæ ordinem, & κόσμον ſuæ egreſsi, qualitatem aut propriam concipiunt nimiam, aut impropriam induunt corruptiores facti, quod illis euenire ex propriæ etiam qualitatis nimietate poteſt, ut in extraneam naturam degenerent. Sicut hoc loco, caſeum caliditas addita nimia, & perurens acrimonia quædam concoqui difficilem, & cacochymum, mali quippe ac damnati ſucci fecerit: ſicuti cibos alios frigiditas itidē nimia, cacochymos, ſuccoq́ue uitioſo præditos reddiderit, ut quorum naturali frigiditati, extranea fortè aliqua accedit, accreſcitq́ue, & humorem crudum, uitreumq́ue omnium frigidiſsimum, ſucciq́ue praui addit.

CAP. XVIII.

Τὸ δὲ τῶν αἰγῶν αἷμα, καὶ ὅμηρος οἶδεν ἐσθιόμενον ὡς ἡδύ. *Caprarum autem ſanguinem Homerus etiam nouit edi ſolitum, vt ſuauem.*) Odyſſeæ Σ. γαστέρες δ' αἵδ' αἰγῶν κέατ' ἐν πυρὶ, τὰς ἐπὶ δόρπῳ κατθέμεθα κνίσης τε, καὶ αἵματος ἐμπλήσαντες.

CAP. XIX.

Ὄρνιθας ὀνομαζόντων τῶν παλαιῶν ἁπάντων. *Quum ueteres omnes* ὄρνιθας *nominent.*) Extat Ariſtophanis Comœdia, ὄρνιθες, quæ hoc ipſum probet, ex Auium genere omni conſtans.

Ἐν οἷς εἰσὶ καὶ οἱ πυργῖται. *In quibus ſunt & turricolæ.*) Numerantur quidem cum paſſerculis alijs, qui in turribus nidulantur, uerùm ob ſalacitatem, durioris, exuccæq́ue magis carnis: proinde minime conferendi alijs memoralibus uocatis auiculis de bonitate.

Υποβί-

Ὑπερέχουσα τῇ κατὰ τὴν ἐδωδὴν ἡδονῇ. *Suauitate superans in edendo.*) Ideoque alijs cõditionis eiusdem præferenda, probatiorque & laudanda magis. dictum enim supra, gustu suauia, minus suauibus alijs, bonitatis alioqui eiusdem, commẽdanda tamen magis esse, quia uentriculo acceptiora, eoque concoctioni paratiora, excrementorumque minus generantia. & repetitũ ab Hippocrate in Aphorismis idem, eadem quidem omnino sententia, deteriora, sed suauia magis meliori bus, sed suauibus minus, ante ponenda semper esse, monente.

CAP. XX.

Ἤκουσα δὲ ποτὲ σοφιστοῦ *Caeterum audiui aliquando sophistam.*) Neque uero sophista hoc minus, Aristotelem legere est ipsum, disputantem de animalis ambiguitate, qui struthiolibycus ab illo dicitur, ac struthiocamelus is est, libro de partibus animalium quarto, in calce libri.

CAP. XXI.

Βελτίους μὲν δὴ πολλῷ τῶν ἐν τοῖς πεζοῖς ζώοις, ὅσῳ καὶ σκληρότερος. *Præstantius aũt multo, quàm pedestrium animalium, quanto etiam siccius.*) Quæ nihilominus siccitas temperatura pótius intelligenda quędam sit: bene humidæ nanque rei quum comparatione siccitas hæc dicatur, proxime accedere ad mediocritatem poterit, ut quidẽ media extremorum cõparatione, diuersis sæpe nominibus appellamus: inter calidum & frigidum medium inuentum quod fuerit, calidi comparatione frigidum, & frigidi rursus comparatione calidum dicentes. Ita sanè auium multarum cerebrum non longe recedere à temperamento experimur, humiditatem aliquam declinans, quæ existimari siccitas pedestrium cerebri collatione queat.

Ὥσπερ ζιγγίβερι, καὶ πέπερι, καὶ κατ' ἄλλον τρόπον, οἶνός τε, καὶ ὄξος. *Quemadmodum Zingiber, & piper, atq; alio modo uinum, & acetum.*) Zingiber, & piper calorifica ui sua, cum aromaticitate quadam, concoctionem promouerint facilè: uinum, quòd calori natiuo plurimum statim adijciat uirium: acetum, quòd cibi crassitiem incisam omnem disfecet, ut promptius concoctricis facultatis uires subeat. Qui diuersi quidam inter se sunt iuuandæ concoctionis modi, quorum tamẽ nullo, struthocameli: aut mergi uentriculus iuuerit, dumtaxat comestus. Nam pellis cum pluma auibus his detracta, qua parte uentriculum earum uestit, concinnataque, & uentriculo extrinsecus admota nostro, proderit: quo pacto purpura Tyria, pluraque huiusmodi alia admota prosunt, uicem omenti præstantia, si cui forte id desit, ut illi contigit, de quo Galenus aliquãdo in libris de vsu partium corporis humani: aut debile id, & imbecille insit, ut multis usu uenit: quibus, quod intus iuuamenti omentum exhibet, foris hæc applicata faciunt, ut partes eas fouentia, concoctioni opitulentur. Nisi uerò contendat aliquis, quomodo lupi iecur, imbecille nostrum iuuat, eiusdemque animalis intestinum colico affectui mederi creditur, eodem modo auium uentriculus harum concoctioni nostræ prodesse: scilicet, proprietate innata quadam sua, qua durissimos cibos conficere aues hæ solent, struthocamelus etiam ferrum. Qua de re antequam compertum, atque exploratum, certique aliquid, & experiendo comprobatum habeamus, nihil temere proferre quicquam debemus. Quod factum à Galeno pariter fuisse uidemus. Hodie tamen persuasi, passim gallinarum uentriculis detractas pelliculas pepticis, & concoctorijs puluisculis, libenter addimus ad eosdem usus.

CAP. XXII.

Τὰ δὲ ῥοφητὰ ἧττον μὲν τρέφει, ῥᾷον δὲ ὑποχωρεῖ. *Sorbilia autem minus quidem nutriunt, facilius verò descendunt.*) Videntur minoris crassitudinis, seu consistentiæ esse sorbilia oua, quàm tremula sint, quòd citius subducantur, eoque minus nutriant: etenim, ut nutriant, moram aliquam trahant in uentriculo necessum est, concoctioni peragendæ, tum uerò & distributioni: quod fieri in nimis citò descendentibus non potest. Nutrient ergo melius tremula, plusculum temporis

manen-

quoque causa morbos incibunt ualetudine semper dubia, & infirmaquos νοσηματικοὺς etiam dicere liceat: nimirum insalubres plurimum, aut semper:

CAP. XXXI.

ὃν ὀνομάζουσι γαλεξίαν, ἐκ τῶν γαλεῶν ὄντα γένους. *Quem Galexiam appellant, ex mustelorum est genere.*) Hunc persuadere nobis adnixi sunt, argumentis multis, latino rum habendum esse Accipenserem. Et crederemus, si mustellis, ex quorum genere factus est à Galeno, paulo similior haberetur: at diuersus est: alias nobilitas & in edendo suauitas, fidei facere multum possunt. Hunc porrò quomodo nõ ualdè diuersum credere ab Asello possimus, memini, superiorib. annis aliquid allatum fuisse à nobis, in opere nostro salubrium, iam inuulgato.

Ὅθεν ἄμεινον δὴ ἐπισκοπεῖν τὰς ἰδίας δυνάμεις αὐτῶν, ἐάσαντας τὰς προσηγορίας. *Quapropter de ipsorum facultatibus inquisiuisse satius fuerit, omißis nomenclaturis.*) Hoc Galeni consiliũ si sequamur, non erimus admodũ anxij, quo quæque nomine appelletur, totique erimus in eo, ut rerũ uirtutes, ac facultates perquisitas inuestigemus nobis ipsis, quod optima facere ratione in multis possumus. Neque nomina tamen rerũ multarum negligemus, si quæ sciri rectè, certoque teneri poterunt: earum nanque simul dotes, facultatesque tenere omnes licebit nobis, à ueteribus illis traditas, quas ad usus nostros adhibeamus, eodemque modo noxas uitabimus, ab iisdem illis exploratas, ac pro compertis iam cognitioni nostræ exhibitas, quarũ modo uera esse nomina sciuerimus. At ubi certi nihil fuerit, & in ambiguis uersabimur, quo res quæque nomine proprio, certoque significentur, nobis ipsimet præstruemus cognoscendarum ex natura sua rerum, uiam, qualem Galenus cum hîc, tum alibi sæpe planam satis, atque apertam facit: & quibus nominibus rectius esse uidebitur, uocabimus.

CAP XXXII.

οἱ χυλοὶ δ' αὐτῶν μόνοι ἂν ἑψήσῃς. *Succos autem ipsos solos si elixaueris.*) Liquores iusculentaque omnia intellexisse uidetur, χυμοὺς dicens, succos scilicet, coquendo elicitos: ut suprà quoque annotatum non semel fuit, quum de quorundam decoctionibus ageretur.

Αὐτὸ γὰρ ὕδωρ πλεῖον ἑψόμενον ὕδωρ τὸ κάλλιστον, ἁλυκὴν ἐν τῷ χρόνῳ ποιότητα προσλαμβάνει. *Nam aqua optima ipsa elixa, salsam tempore qualitatem acquirit.*) Euaporatis quippe aqueis, & tenuibus partibus terrestribus autem remanentibus, cum empyreumate suo. Et sunt ex chymicis his, qui rebus inesse omnibus salis aliquid contendant.

CAP. XXXIII

Τοῖς διαφθείρουσιν ἐν τῇ κοιλίᾳ τὴν τροφήν. *Corrumpentibus in ventriculo cibum.*) Nõ quidem, ut testata, succi uitiositatem, siue cacochymiam ipsa emendent, sed ut uentriculi concoctionem subeant incorrupta, quod facilè corruptibilia non facerent: traherentur nempe in corruptelam quamprimum à cacochymia. Eodem modo consuluerat libro Therapeutices methodi duodecimo, in ægroto, cui hoc ob impactos in intestinorum tunicis mordaces succos, ac corruptos, in corruptionem simul adducebantur, tam per inferius iniecta, quàm per os sumpta, ut corrumpi difficilis cibus exhiberetur. δύσφθαρτον αὐτῷ τροφὴν δὸς, inquit.

γεννᾶται δ' ἐξ αὐτῶν ὁ καλούμενος ὠμὸς χυμὸς πάμπολυς: ἐκ δὲ τῶν μαλακοσάρκων τὸ φλέγμα. *Gignitur porrò ex ipsis crudus succus, qui ita dicitur, plurimus: ex molli autem carne preditis, pituita.*) Duo fecerat genera testatorum, duræ, mollisque carnis: ex primis crudum gigni succum ait, ex alteris pituitam: quum nihilominus pituita habendus sit, crudus quoque succus ipse, peculiari tamen nomine ita appellatus, pituitaque uulgata crassius magis, interdũ & glutinosius assumpta uiscidiate, quum liquato uitro assimilatur, unde & uitreus dictus à Praxagora, crudo humore ipso paulo quidem crassius minus, ut pituita crassior communi, multoque uiscidior: de pituitæ genere omnia tamen.

πρόδ'υ-

CAP. XXXIX.

Manifesta igitur est materia in mellis generatione, eiusdem generis, quæ sit & roris.) Etenim si ex arborum folijs mel colligitur aereum, uel melleum quippiam: ualdè uerisimile fit, collectum quoque ab apibus, plantas omnes circumuolitantibus, mel ipsum eandem habere, quam mel alterum, melleumûe illud, materiam: formamque introduci alteri ab aere, qua melleum, adeoque mel quoddam omnino fit, alteri ab apibus, parua quadā mutatione, qua mel, quo passim utimur, existat. Erit porrò sine dubio melleū id δροσόμελι, & ἀερόμελι, manna nobis dicta hoc tēpore. Idē enim quod Galenus hoc loco refert, cōtigisse superioribus annis meminimus in nostris montib. ut melle hoc, siue manna, plueret Iupiter, plueret inquā, non autē ex arborib. resudaret, quod fieri neutiquā potuit: hæsit quippe laricibus inprimis, summisque earū ramis, & folijs incidens, cādida, gūmosa, tenax prorsus, mā na idque antegressa, qualē Galenus describit, ambiētis aeris tempestate. Neque tamen resudari ex arbore quoque posse, iuerim prorsus inficias: quandoquidem non abroganda fides de hoc, eruditis præsertim, qui uisum à se hoc, diligēterque obseruatum retulere: fieri id tunc, quum ea contigere, non potuisse dicimus: ea ut copia, tam breui tempore, nocte quippe una, summis laricum foliolis inhærens spectatur, exudata de arbore, mellea ea substantia. Quid? num folia etiam tam tenuia, atque exigua laricis, roscida nobis hæc mella exudarint? quibus per ac uijs aut meatibus progressa?

In bilem ante transit quam in sanguinem mutetur.) Quo ferè modo porracea quæ dicitur, & æruginosa bilis, in uentriculo ante sanguificationem generantur: atque ex cibis quibusdam pituita, ut fungi sunt.

CAP. XL.

Cæterùm medicorum nōnulli non oportere aiunt alimentum nominari ipsum.) Non quidem quòd uinum non alat ipsum quoque, alere enim concedunt: sed quòd, quū peculiariter, præter hoc, sitim insuper extinguat, cui inprimis rei dicatum sit, peculiari etiam nomine insigniendum esse uideatur, ut potus, & potio appellaretur, cibo ipsi ex opposito, utrūque cū alimentum esset: ac proinde nō in conueniat de eo, ut alimentoso hoc in opere tractasse, quoniam ut medicamentosi, frequens pariter in medicorum libris mentio eius fit. Tametsi multorum sententia iam olim potus nihil aliud fuerit, quàm alimēti distributio, eiusque per corpus deuectio: cuius quidem rei gratia potissimū atque inprimis institutus à natura fuisse uideri atque existimari possit. Neque interea tamen potu in aliquo, si non omni, inesse alimētum quoque non possit, secundaria ratione quadam. Vt in aqua si pro potu ea utamur, primum inerit solùm alimenti diductio, & distributio: in uino, quibusdamque præterea alijs, cùm hoc, tum secundum, alendi nempe facultas, tanquam additamē tum: ὑγρασίη τροφῆς ὄχημα, ait Hippocrates, quæ in uino quoque est, præsertim diluto: sed cum alimoniæ prætereà uiribus.

Viuorum igitur omnium rubra simul, & crassa, sanguinis generationi idonea maximè habentur.) Quo alimenti cuiusque substantia sanguinis substantiæ propinquior fuerit, in eius pariter naturam citius, ac facilius transibit, parua admodum ad id indigens transmutatione: βραχυτάτης δ᾽ ἐμβλέψουν μεταβολῆς, ut hic scribitur. Mutari namque omnino, atque alterari alimentum necessum est: at mutatio promptior semper, quo propior naturæ rei fuerit, in quam transire mutata debet. Vt uinum colore, & substantia sanguini simile, sanguis citò fiet: & quāuis colorem quoque ex parte deponat, priusquam sanguis fiat, necessariò: alteratum enim à uentriculi, uicinarumque partium calore mutatur: eandem tamen

tamen resumere; & substantiam induere sanguinis, cum calore unà, haud difficulter sanè poterit, simile antea quoq; illi colore, ut diximus, & substantia, siue consistentia sua.

Τοῖς εἰς τὸ καλούμενον ὑδρόμελι ἐπιτηδείοις. *Hydromeliti uocato accommodis*) Paratur hydromeli ex pomorum, uel pyrorum etiam succo, melle, & aqua ad tertias decocta.

CAP. XLII.

Τοῖς δὲ μοχθηρὰν ἢ ἐξ ἀρχῆς ἔχουσιν, ἢ ὕστερον ἐπικτησαμένοις. *Prauam uerò uel ab initio habentibus, uel postmodum adeptis.*) Quas reuocandas in melius proponit; dumtaxat quum per otium facere id licuerit, & uacauerit. Sic enim accipiendum: ne si perficere quod inchoarimus, nequiuerimus, mutationes eas non sine nocumento ferat natura. Considerandum tamen diligenter, quo quæque eiusmodi intemperatura, in summo magis fuerit, eò citius subueniendum fore illi semper, quasiq; uenienti morbo occurrendum, opponendumq; se: in his enim uerum demũ esse, quod dici solet, illud experimur: In mora periculũ.

IN LIBRVM DE BONI, ET MALI SVCCI CIBIS.

CAP. I.

Οἱ συνεχῶς ἔτεσιν οὐκ ὀλίγοις ἐφεξῆς γενόμενοι λιμοί. *Fames, quæ non paucis deinceps annis assidua fuit.*) Non potest conuenientiore loco reponi de boni, & mali succi cibis liber, quàm post tres de alimentorum facultatibus libros: eiusdem omninò argumenti per totum, nisi quòd peculiariter in hoc, de succorum bonitate, & malitia agitur, ut melioris succi deligere alimẽta habeamus, & deterioris uitare: re tanti ad certam sanitatis tuitionem momẽti, ut nullum maius sit. οὐδὲν δ' εὐχυμίας εἰς ὑγίειαν ὠφελεῖ μεῖζον ἐφόδιον, dixit, scripsitq; ipse in superioribus, capite de piscibus molli carne præditis.

Ἄνευ δὲ κατὰ τὸ δέρμα παθημάτων. *Absq; uerò cutaneis affectibus.*) Diuersitas affectionum harum animaduertenda ex duobus in primis: cacochymiæ multitudine, ac malitia, locisq; ad quæ expulsa ea à natura fuerit, aut in quibus putrescens manserit. Etenim ex uisceribus, profundaq; corporis ad cutim abacta, pro materiæ uarietate, uariè quoq; eam affecerit: biliosa erysipelatos affectus afferens, phlegmonosos sanguinea, adusta, atq; atrabilaria lichenas, psoras, lepras: exoneratis eo pacto uisceribus, & affecta tantùm cute mitissimo malo. Eadem, accepta interius, atq; in uenis ipsis, putredine, febresq; faciens malignas, pro humoris diuersitate diuersas, biliosas, pituitosas, sanguinias, atrabilarias, modò propelli ad cutim, carbunculosq; ibi, & phagædenas excitare poterit, multorumq; generum papulas, atque exanthemata, qualia frequentissimè nostra hac tempestate uidemus, & petechias uocamus, quærente tunc quidem quoque mali depulsionem natura, missa ad cutem morbifica causa, utiliter, ac salutariter interdum, si superante uirtute id fiat, & in tempore, contractaq; materia: noxiè uerò, ac lethaliter, si ante tempus, crudoq; adhuc humore, irritetur debilior ipsa: modò nulla ad cutim exanthematum talium expulsione febres fient pestilentes multæ, si paulò maior accesserit cacochymiæ ex putredine malitia, graueolentes, ac mordaces alui deiectiones allaturas, cum intestinorum etiam difficultate, aut tinesmo, eiusdemq; modi urinas. Materia quippe, quæ ad cutim missa ferebatur in alijs, per aluum, & uesicam in his deiecta. Possit eadem materia attenuatior facta,

per ſudoras excerni criticos fœtentesq́, aut putredinoſum affectum aliquem, facta μετασάσει, aggrediente in omnibus natura, ut diximus, morboſæ cauſę expulſionem foras faciendam aliquo tandem modo: & uicta, uincenteq́, pro uirium robore, aut debilitate: ſuccumbente autem ſemper, niſi aliquod horum fiat. Quòd quidem fieri aliter nequeat, quin manente in uiſceribus tanta tamq́ maligna cacochymia, mors tandem ſequatur: oppreſſa, aut ex manifeſta uiſcerum alicuius phlegmone, aut febris magnitudine, aut inſigni malignitate, natura. Scire ex hoc licebit nobis, accipere peſtiferam putredinem poſſe humores omnes: quandoquidem pſorę, lepræ, lichenes, herpetes, eryſipelata, phagædænæ, carbunculi non ab humore uno fiant: ſpemq́ ſalutis eſſe in excretionibus à natura factis ualida, ac ſuperante aliquam: nullam autem, ſi nulla fiat uel ad cutim, extimasq́ corporis partes, uel per aluum, aut ueſicam, aut ſudores, materiæ alicuius euacuatio: quo genere comprehenſum intelligatur ſanguinis per nares etiam, aut per hæmorrhoidas profluuium: tùm uerò perire neceſſario ægrotos, uel ex uiſceris phlegmone alicuius, febrisq́ uel magnitudine, uel malignitate, hacq́ in primis. Ingens enim illa putredo, quæ malitiam hãc gignit, remedia omnia, quum propelli è uiſceribus, nulla ratione, à natura queat, haud difficulter ſuperabit, & maiorem febrem intus manens faciet, & phlegmones, quæ alioqui per ſe ſolaq́ uiſcerum aliquod obſidens, interimere ægrotùm queat, malum geminabit, addita malitia, prorſus ut nullum omnino futurum ſit reliquum à morbo effugium.

Ἐδεδοίκεσαν γὰρ εἰκότως χρῆσθαι τῷ βοηθήματι, διὰ τὸ προκαταλελύσθαι τὴν δύναμιν. *Meritò namq́, uti remedio uerebantur, propterea quòd reſoluta antea eſſet uirtus.*) Priuſquam ægrotarent, iam tum antea, uiribus erant imbecillibus: anteq́ morbum incurrerent: nempe ex cacochymia. Repleta nanque ſucci uitioſitate corpora, uiribus eſſe ſatis ualidis non poſſunt ad ferendum uenæ ſectionem: tantò minus morbo iam correpta aliquo ferent, ipſo quoque uires per ſe debilitaturo: ac tantò etiamnum minus, ſi morbus is fuerit cum inſigni putredine, qua uires deijci confeſtim ſolitæ ſint. Non immeritò igitur medici tunc temporis, hæc ipſa conſiderantes, antegreſſam nempe morbi initia uirium imbecillitatem ex cacochymia, morbiq́ noui acceſsionem, & inſignem in primis humorum putrefactionem, proſternere uires maxime conſuetam, non temere, neque ex præcipiti, ſanguinis in omnibus miſsionem moliebantur, utpote quæ uirium ſemper robur expoſtulet, ſi fieri rite, atque ordine debeat. Porrò autem, uires eſſe ualidas nequire, ubi ſuccorum in corpore uitioſorum copia aliqua ſit, præterquàm quòd autorem allegare poſſumus ipſummet Galenum diſertè ſatis alicubi hoc dicentem: etiam illud, quod ab eodem, quarto de tuenda ſanitate libro dicitur, fidem nobis facere rei huius non paruam ſanè poteſt. Iubemur enim in humoribus, paulò longius à ſanguine poſitis, cùm qui anteq́ ſanguis fiant, longius à ſanguificatione ipſa abſunt, inſigniter crudi, ut pituitæ genera multa ſunt, tum qui poſt ſanguificationem longius à ſanguine receſſerunt, ut genera bilis flauæ, atræq́ plura, à ſanguinis miſſione abſtinere: idq́, nulla dum putredine, aut ex putredine febre in corporibus oborta, ac ſola præſenti humorum uitioſitate, à ſanguinis natura remotiore, citra, ultraq́ ſanguificationem. Cui ſi putrefactio inſuper acceſſerit, qualis peſtis, peſtilentisúe eſſe febris ſolet, ob quam multò etiam ſemotius, à ſanguinis natura poſiti uideri meritò poſſunt humores: nemini eſſe dubium debebit, multo etiamnum minùs mittendum hac quidem ratione ſanguinem in his fore. Minusq́ ideô mirandum ſit, ſi quidem rationibus his ſubſcribentem ſæpenumero rerum quoque experientiam ipſam uidemus, pereuntes animaduertentes tot, quibus inconſideratè miſſus in peſte, peſtilentiúe febre ſanguis fuerit. Quid igitur? nunquamne mittemus: dicet aliquis: mittemus ſanè, ſed magna ſemper adhibita conſideratione, ex his iiſdemq́ rationibus

deducta

deducta. Quæ si omnes in eodē esse reperiantur, ut & antequàm incideret in morbum aliquem huiusmodi, succis uitiosis refertus multis esset ægrotus, quæ cacochymia est, atque ijdem hi plurimum à sanguinis natura recedant, & ingentis alicuius putredinis suspicio adsit, minimè gentium detrahemus sanguinem cuiquam. Nec, si aut præcesserit cacochymia morbum, aut morbi tantùm tempore existat, si modò ingens, uel notatu digna ea fuerit: nam in parua, præsertim si commista sanguini ea sit, secare uenam licebit: eadem utrobiq; ratione, ex contrario petita. Nam & in magna uires esse ualidæ non possunt: quod quum est, mittere sanguinem non licet: & in parua, paucaq; sanguini mista, ualent uires, & licet. Ergo eodem modo in pestilenti febre, si magna aliqua extiterit cacochymia, uel antegressa, uel cum morbo simul inuadens, à detrahendo sanguine abstinebimus, inualidas uires ueriti: si parua, cumq; sanguine alias laudato nec pauco, quod in bene sanguineis euenit, detrahemus intrepide: quippe ualentibus tum uiribus, ac robustis: sed in tempore, confestim scilicet atque inter morbi statim ipsius initia, ob idipsum, uirium nempè ualidarum, aut inualidarum considerationem: quæ morbi initio, licet putredinosi admodum, ualidæ tamen adhuc, & robustæ satis esse possunt. Nam eædem tēporis mora, uires semper accipiente putredine maiores, atq; incalescente, cōcident quamprimum, sanguinis simul missionem extemplo prohibituræ, imbecilliores factæ, quàm ut ferre eam absq; magno, ac propè certo ægrotantis uitæ discrimine ualeant.

μόνοις δὲ τοῖς ἀποστᾶσι τῆς κατὰ τοὺς χυμοὺς ἱπποκράτους διδασκαλίας. *Solis autem ijs, qui ab Hippocratis, de humoribus doctrina defecerunt.*) Cuiusmodi Asclepiades in primis fuit: tum uero Erasistratus non minus: ut ex secundo de naturalibus facultatibus libro colligere licet, secundoq; itidem de elemētis secundum Hippocratem, alibiq; passim, non paucis ex locis.

Ἔνιοι δ᾽ αὐτῶν ὡμολόγησαν μοι λαθραίως. *Horum uerò nonnulli clam confessi mihi sunt.*) Atque eadem ferè fassos sibi fuisse cum lachrymis quosdam retulit, octauo Therapeutices methodi libro: quamuis ibi de Diatritarijs medicis sit sermo.

Δύσκολον, ἢ καὶ τελέως ἀδύνατον εἶναι φασί. *Difficile esse, uel prorsus etiam fieri non posse.*) Quæri solitum scripsit libro quinto de locis affectis, num potionatorum certa quædam signa sint. Eorum nimirum, quibus exhibita uenenata aliqua potio fuerit: num dignosci ab illis queāt hi, in quibus sponte sua, siue potione generantur humores aliqui uenenosi: quod signi sit, utiq; generari eos.

Ἐμοὶ μὲν γὰρ πατὴρ ἐγένετο. *Mihi namq; pater contigit.*) Quem quidem ἀοργητότατον, καὶ δικαιότατον, καὶ χρηστότατον, καὶ φιλανθρωπότατον insuper fuisse refert: mitissimum, iustissimum, probissimum, humanissimum. Sicuti matrem ὀργιλοτάτην: iracundissimam scilicet: libro de Dignotione, & curatione propriarum animæ affectionum.

Ἐν τούτῳ δὲ κινδυνεύσας ἀπόστημα σχεῖν, καθ᾽ ὃ μέρος συνάπτεται τὸ ἧπαρ τῷ διαφράγματι. *Quo tempore, quum periculum esset, ne abscessu laborarem qua parte iecur septo transuerso committitur.*) Id fuisse temporis uidetur, quum in somnis bis monitus, aperiendam permisit sibi dextræ manus arteriam inter pollicem, & indicem, quo facto cessarit ilicò diuturnus dolor, ea maximè in parte obfirmatus, ubi iecur transuerso septo annexum coniungitur. παραχρῆμα δ᾽ ἐπαύσατο χρόνιον ἄλγημα, κατ᾽ ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος ἐρεῖδον, ἔνθα συμβάλλει τῷ διαφράγματι τὸ ἧπαρ: ut ipsemet inquit, in fine libri de curatione per uenæ sectionem.

φροντίζοντες τῶν γυμνασίων, καὶ τοῦ μηδέποτε ἀπεπτῆσαι. *Curam habentes exercitationum, ac, ne quando cruditate laboraremus*) Verba sunt hæc non oscitabunde percurrenda, neque in transcursu tantum, & negligenter pertranseunda. Monemur exercendum semper, uel faciendum, subintellige aliquid, quod exercitationis loco sit, consumandis superfluitatibus, & fugiendas cruditates,

maximam semper morborum multorum causam. Quod fiet, si concoctili, boniq; succi alimēto usi fuerimus, quieuerimusq; à cibo, ac iecur ipsum, & uentriculum fouerimus, excalfactorijs fotibus aliquibus adminiculantes, ne cruditas sequatur. Atq; hoc intantū aliquando iuuat, ut etiam si corruptelæ aliquid fuerit in uentriculo, ac iecore, tempore sensim paulatimq; concoquatur, & melior fiat fomētis his adiuta. sic enim ait libro primo de differentijs febrium, *μὴν γὰρ αὐτοῖς πᾶν αὐτοῖς τὸ δ' ἐφθαρμένον κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ τὸ ἧπαρ, καὶ σὺν τῷ χρόνῳ ἐξαιρεῖται κατὰ βραχύ, καὶ γίνεται χρηστόν*. Alioqui corruptelæ in uentriculo remedium fuerit præsens, ac maximum, si descendens statim per aluum subducatur.

οὓς μὲν δὴ τοιούτους ἀδύνατον αὐτοὺς ἀρρωστεῖν. Hosce igitur impoßibile est non morbis corripi.) Quid enim expectandum aliud fuerit manente in corporibus humorum corruptione, & malitia tanta, quæ corrigi, & reduci ad meliorem statū nequeat, ac, nisi aliquo tandem pacto de corpore excat, mali aliquid conciliatura ei dem necessariò sit?

CAP. II.

Ἀλλ' ἐὰν πλεονάσῃ τις ἐν αὐτοῖς, ἔξορρώδη, ἢ πικρόχολον. Quod si quis nimiū his utatur, serosum, aut biliosum.) Etenim diuretica propriè ea sunt quæ insigni quadam caliditate sequestrare serosam sanguinis partem possunt primò: multūq; ità adijcere sanguini ea serositatis sequestratione solēt, quam deinde renes trahant, ut plurimum inde pariter urinæ reddatur. Eadem de bilioso humore ratio ex caliditate, & siccitate.

τὴν δ' αὐτὴν ἔχει τῷ χόνδρῳ φύσιν ὁ καλούμενος τράγος. Eandem autē habet cū chondro naturam qui vocatur tragus.) Chondrus quum duo significet, ut superioribus libris dictum fuit: tritici adorei granum ipsum, & far ex Zea, quod Græcis χόνδρος est, sicuti Latinis halica: hoc loco, quoniam de trago quoq; est sermo, ex farre nempè adoreo, comparanturq; duo hæc inter se: necessario de farre pariter ex zea intelligendum erit: quod profectò farre ex tritici adorei grano, trago uocato, cùm concoctu facilius in ventriculo, tum uiscidum minus est: quantò etiam adorei granum, zea grano crassius, firmumq; magis, ac tenax est.

CAP. III.

ὅσοις γε μόνοις ὑγείας ἐστὶν ἡ φροντίς, οὐκ εὐεξίας σώματος. Quibus quidem solius sanitatis cura est, non autem bonæ corporis habitudinis.) Quod Gymnastici student. Hi nanq; quum bene habitos esse se oporteat, & lacertosos, plurimumq; corporis ad uirium ostentationem circūferre: benè alibilibus similiter vescentur necessario cibis, magna ex parte glutinositatis aliquid retinentibus, quæ durabilitatem illis aliquam conciliet, ne tam cito euaporatum exhalet alimentum. At cui studium vnum fuerit, sanitatis tuendæ suæ, quæ in mediocritate quadam consistit, huic satis quoque futuri sunt, mediocris consistentiæ cibi. Cæterùm omnibus, boni, laudatiq; semper cibi succus conueniet, gymnasticis æque ac sanitatis tantùm suæ custodibus: hunc enim bonum inquam, laudatumq; succum, maximum ad sanitatis firmæ tutelam uiaticum *μέγιστον ἐφόδιον* habendū esse, legimus frequenter.

CAP. IIII.

ὅντινα χυμὸν οἱ περὶ Πραξαγόραν τε, καὶ Φιλότιμον, ὀνομάζειν εἰώθασι κολλώδη. Quem humorem Praxagoras, & Philotimus, glutinosum vocare consueuerunt.) Nimirum eum in quo coniuncta cum crassitia uiscìditas fuerit. Quæ duæ separatæ

in hu-

humoribus reperire qualitates possunt, atque altera crassum, παχὺν nempe, uiscidum altera, γλίσχρον uidelicet, facere solent. Conuenientes autem in unum, glutinosum, hoc est κολλῶδη fecerint. Intelligere ex hoc poterimus, non eundem existimandum esse viscidum humorem, & glutinosum, in exquisita loquendi formula, quæ ἀκριβολογία quædam est: sicuti non eundẽ γλίσχρον & κολλώδη. Quoniam esse viscidus, seu γλίσχρος absque quòd crassus sit, potest: glutinosus, seu κολλώδης, non potest.

Ζητήσεως οὐ σμικρᾶς ἄξιον. *Inquisitione non parua dignum.*) Eodem modo euenit quo rerum experimur nobiliorum corruptionem semper deteriorem, ut ouorum, & lactis ipsius. Tametsi hoc non sit reddere rei huiusce causam, sed affectus eiusdem similitudinem afferre potius. Illud tamen in sanguine præterea est, quòd in eo spiritus insunt multi, qui uel ferre corruptionem eam non possunt, uel affecti ipsi quoque extranea qualitate aliqua, afficere simul corpus ualebunt, vt coagulatum quoque in ventriculo lac.

Οἱ παλαιοὶ δὲ, καὶ κακόχυμοι. *Veteres autem succi etiam mali.*) Igneam enim qualitatem procedente tempore accipiunt, & perurentem, quæ succi vitium addit.

Ὅλως ἀλλ' οὖν πυρίνοι, κακόχυμα πάντ' ἐστί. *Vel omnino ex triticea farina, succi mali omnia sunt.*) Videtur παχύχυμα potius legendum, quòd & institutus de crasi succi cibis sermo sit, & quæ relata hic à Galeno leguntur, non admodum mali esse succi videri queãt, similago, & triticea farina: crasi autem sine dubio, duntaxat non addito fermento.

Παχὺν, καὶ γλίσχρον ἔχουσι τὸν χυμόν. *Crassum ac viscidum humorem habent.*) Is verò iam κολλώδης appellandus erit, id est glutinosus, vt dictum supra fuit, ac mox ex eo quoque manifestabitur melius, quod in hunc modum scribitur:

Γλίσχρον μὲν γὰρ, οὐ μὴν παχύν γε τὸν χυμὸν ἐργάζεται. *Viscidum quidem enim, sed non crassum humorem generant.*) Id enim si esset, vt uiscidum simul & crassum gignerent, iam glutinosus foret humor talis; in quo cũ uisciditate cõiuncta crassities semper sit.

Καθάπερ γε καὶ τὰς κοιλίας ἄλλοι.) Quid si autem οὐ σικύοι legamus?

Οὐ μὴν ἱκανῶς γε παχύν. *At non crassum admodum.*) At sic tamen crassum, vt glutinosum faciat.

CAP. V.

Καὶ γνώρισμα δὲ τῆς μοχθηρὸν εἶναι τὸν μυκήτων μέγιστον νομίζουσι τὸ ξηρανθῆναι μὴ δύνασθαι. *Fungos porrò malos esse, indicium maximum existimant, quòd siccari nequeant.*) Et modum tamen reperere Bohemi, quo siccarentur, seruarenturque in hyemem puluerati, ex quibus deinde pulmenta sua conficerent. Spongiolos (fungi genus id quoque est, minus noxium) in tempus multũ collectos conseruant multi, ut perennent sæpè. Siccatos repositosque aqua macerant, quum volunt, nouoque eo humore recentatos, non multò infra modò collectorum saporem, ac bonitatem edunt.

Ἐκείνῃ δὲ τὸ σῶμα. *Illi autem os.*) Vt in quo prima fieri concoctio dicatur: quod in lib. de facultatibus naturalibus, probatur. Rudimentum certè concoctionis quoddam inchoari uidemus ibi non obscure.

CAP. VI.

Τοῖς δὲ παρακμάζουσιν, οἱ ἔτ' αὐξανόμενοι. *Inclinanti autem ætati qui adhuc crescunt.*) Temperandæ quippe, & corrigendæ, incipienti iam ætate ea, siccitati, ex paulo humidioris alimenti esu;

CAP. X.

Ἧς μέρος ἐστὶ καὶ τὸ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων. *Cuius pars est & de alimentorum facultatibus.*) Theoremata insunt in libris de alimentorū facultatib. quę tā ad sanitatem tuendam, quam recuperandam pertineant, non pauca, ut mirum esse nō debeat, si modò vni, modò alteri adscriptos parti libros hosce legamus.

CAP. XI.

Ἐὰν μὴ γινώσκοι τὰς τῶν σωμάτων φύσεις, οἷς ταῦτα προσάγεται. *Nisi quis corporum naturas cognouerit, quibus applicantur ista.*) Hoc enim demum est, quod medicum facit, ac ueluti eum informat: sicuti oratorem non orationis materia quæuis fecerit, sed si quibus tandem accommodanda ea sit, cognitum habuerit. Pariter medicamenta simplicia, & composita, manus Dei fiunt, iuxta Herophilum, si non solum quibus, sed etiam quo tempore, quoúe modo, quo ordine administrari debeant, non ignoretur: alias materia tantum sunt quędam faciendorum. Formam ex his accipiunt, vt medicamenta deinde uerè dicantur, ac sint. Nec dissimiliter alimentorum facultates aliæ alios alent melius, & salutares fient, insalubres alioqui futuræ, nisi omnia hæc sciuerimus, ac diuersis diuersa aptemus corporibus, densis, raris, melancholicis, pituitosis, biliosis, & id genus.

Ὑπάρχει δὲ κραυρότης μὲν τοῖς σκληροῖς τε, καὶ ξηροῖς ἱκανῶς. *Est porrò ariditas in duris, & siccis admodum.*) Iuxta relata nobis ab autore eodem libro vndecimo Therapeutices methodi: ὥσπερ ἄν τις ἴσως, ἀπὸ στερεῶν σωμάτων ὁρμώμενος, φαίη τὴν κραῦρον. Hoc uocasse arenidum quoqꝫ licebit Latinis fortasse.

τὰ δὲ κατὰ τὰς τροφὰς, ἐξαίρετον μὲν ἔχει, καὶ πρῶτον τὸν σκοπὸν, ὅπως ἄριστα πεφθήσεται. *Quod verò ad alimentum attinet, primus est, & peculiaris scopus, vt optime concoquatur.*) Dictum nanqꝫ suprà fuit: οὐδὲν γὰρ οὕτως εἰς εὐχυμίαν συντελεῖ, πᾶσιν ἐδέσμασιν, ὡς τὸ πεφθῆναι καλῶς ἐν τῇ γαστρί. Nihil enim æquè ad succi bonitatem edulijs omnibus confert, quàm ut in uentriculo probè concoquantur. Additurqꝫ ratio: etenim ritè, atqꝫ exquisite peractam concoctionem hanc, aliæ sequentur duæ, probæ itidem, secunda, & tertia, quæ iecoris, & venarum sunt, corporisqꝫ partium omnium nutriendarum: non magno nanqꝫ negotio confectum à prima rectè cibum, conficiendum excipiunt ipsæ, pro sua quæqꝫ parte.

CAP. XII.

Λευκὸς δὲ οἶνος οὐδεὶς γλυκύς ἐστι. *Album autem vinum dulce nullum est.*) Vtique exactè tale quod sit: nam sub dulcia quædam gustauimus, alba, & tenuia, artis tamē, & mangonij aliquid habētia uina, de quibus uerisimile est, non intellexisse Galenum hoc loco.

Οὔτ' ἀριούσιος. *Neq. ariusium.*) Aruisia Vergilius dixit vina in bucolicis, quæ etiam nectar appellauerit nouum, ex Chio insula: & nunc esse credi potest uinum, quod dicimus Maluisiū literæ adiectione unius, ut sæpe fit maruisium dictum primo, tum & mutatione r. in l. ut non minus sæpe euenit, maluisium. Hoc autem tempore, Maluisiam habemus ex Creta multam, eò fortasse trāslatis uini radicibus.

Θερμοὶ γὰρ ἅπαντες οἱ τοιοῦτοι. *Calida nanq. huiusmodi omnia.*) Quasi uerò non omnia calida sint uina, quod profectò sunt, ut disputatum alibi: sed sic dicta sunt calida, minus calidorum comparatione: quæ rursus calidioribus illis collata, dici frigida possint, temperamenti interea æqualis respectu calida. Vt quidem Macrobium quoque autorem memini, Ægyptia vina quædam, non calida, sed penè frigida dixisse: frigida absolutè pronuntiare non ausum, quum uideret dici reuera frigida non posse, nisi magis calidorum comparatione.

οὐδ᾽ ὅλως θερμαίνουσιν, ἕως ἂν ὦσι νέοι. *Hæc verò nullo pacto calefaciunt, donec fuerint nouella.*) Vt sciamus iudicium ferendum esse de uinis semper non musteis, sed quæ uini facultatem ætate iusta aliqua induerint.

Καὶ δ᾽ ὅτι μακρὸν πλοῦν οὐ φέρουσιν *Et quòd nauigationem longā non ferunt.*) Quod indicio sit, firmæ ea substantiæ non esse, sed tenuioris, calorisq́ non multi, proinde exhalatu facilis.

τὸν δὲ ψύχειν αἰσθητῶς. *Hoc autem sensibiliter refrigerare.*) Dumtaxat nouellum, recensq́ & adhuc musteum, quod quidem pro uino deputandum non sit: & quòd, qualecunque tandem uinum, quum dilui solitum esset, ex eo quoque frigiditatis aliquid accederet.

CAP. XIIII.

ὀξύμελι γε μὴν χρησιμώτατον ἁπάσαις ταῖς ἡλικίαις τε, καὶ φύσεσι. *Oxymeli autem utilissimum omnibus ætatibus, & naturis.*) Temperamentum enim quum sortiatur omni ex parte æquabile, incidendi insuper ui pollet oxymeli, nec detergendi facultate destituitur. Itaq́ & crassos humores inciderit, & glutinosos deterserit, maximo semper ad sanitatis defensionem commodo, securæ à morbis multis futuræ, si liberos, atq́ expeditos meatus suos habuerit omnes corpus. Aetatiq́ id omni, & naturę conueniet, propter naturę temperamentum, quod diximus: in medio enim omnium positum, cum omnibus congruet.

CAP. XVI.

τὸ καλούμενον παρὰ ῥωμαίοις, μέλκης. *Quæ apud Romanos melce uocatur.*) Huius septimo quoq́ Therapeutices methodi, fit mentio. Ex lacte, & aceto concinnatum edulium fuisse sunt qui scribant.

ἐμεσάτω πᾶν ὅ τι πίῃ. *Vomitioneq́, reiecto quicquid biberit.*) Ex aquæ enim uiniq́ benè diluti potu illo, refrigeratio tantummodo quæritur, quæ conciliari partibus ex sola potus eiusmodi qualitate potest, etiam si substantia non moneat. Quocircà quum primum refrigerandi usum præbuerit, quod inprimis quærebatur, reijci tuto poterit, ne læsionis aliquid sequatur, si manserit non necessario, ac uentriculo, & præcordijs innatans fluitet sine cibo.

εἰ μὲν ἔθος ἔχοιεν γυμνάζεσθαι, σπανιώτατα δεήσονται πόσεως ψυχρᾶς. *Si exerceri soliti fuerint, rarissimè frigidæ potione egebūt.*) Absumente quippè exercitatione mediocri humores superfluos omnes, etiam qui inducere corpori squalorem, & siccitatem ualeant: tum uero insequuta exercitationem rite peragendam, aquæ dulcis lauatione, cuius usu demi semper corpori squalor omnis solitus sit, nec sanè minus sitis quoque tolli.

λεληθότως μὲν κατὰ βραχὺ τῆς βλάβης αὐξανομένης. *Latenter quidem, ac paulatim crescente noxa.*) Hoc velim memoria retineant assidue, qui tam liberaliter in hoc peccant, tamq́ frequenter, nostris his temporibus: Sicuti & quod mox dicetur, in hunc modum:

μέγιστον δ᾽ ἐστι κακοχυμίαν, καὶ νόσον δὴ ἀπεψία συνεχὴς, ἐάν τ᾽ ἐπ᾽ εὐχύμοις, ἐάν τ᾽ ἐπὶ κακοχύμοις ἐδέσμασι γίγνηται. *Maximè verò ad vitium, morbosq́, facit cruditas assidua, siue ea ex boni siue ex mali succi cibus gignantur.*) Etenim materiam licet probam habuerit cruditas, at corruptela quum necessario sequatur semper aliquà, necessario pariter frequentata, & colligendorum in corpore uitiosorum humorum, & ex humoribus procreandorum morborum aliquid causæ dederit. cuius planè corruptionis malitia duplicabitur meritò, si materiam malam habuerit: geminata quippe prauitatis causa, materiæ, ac formæ, quæ corruptio hoc loco est, ratione.

διττῶν δ᾽ ὄντων. *Duplices autem quum sint.*) Non quod tenuitas, aut crassities cacochymiæ naturā constituant ulla ex parte: tenuia enim multa succi reperiūtur

boni eſſe, quemadmodum & craſſa: ſed quòd cacochymis hoc ipſum contingat, craſsis eſſe uel tenuibus.

Καὶ πυρετοὺς ὀξεῖς ὑποστροφὰς ἐπιφέροντας. *Febres acutas, recidiuas afferentes.*) Mirum non fuerit, ſiquidem ex humoribus uarijs, multisq́ factæ febres, quos plerunq; ad plenum concoquere non ſit facile, ex crudiorum humorum reliquijs recidiuas ſæpenumero afferant.

IN LIB. I. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. I.

TΑΣ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεις, ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, πηλίκον ὄφελός ἐστιν. *Simplicium medicamentorum facultates exquiſite nouiſſe; quàm utile ſit.*) Ex Therapeuticis Galeni operibus, & de tuenda ſanitate, conſiderationes omnes eius præſentis retinendæ, & abſentis reuocandæ, modosq́ue edoctis, occurret ſtatim, quibus id effectum reddere inſtrumentis, medicamentisq́ debeamus, aut poſsimus, ſimplicibus iuxtà, ac compoſitis, ordinis certi cuiuſdam ratione, qui uerſantibus in opere medico nobis ſponte ſua ſeſe offerat. Namq; aliàs, ſi doctrinæ tradendæ de rebus his ſequi libuerit fortè magis ordinem, tertium de temperamentis librum, ſerie quadam non inepta, ſequantur libri hi de ſimplicium medicamentorum facultatibus. Verùm hoc quidem ordine non tã rectè ſuccedent de ſimpliciũ medicamentorũ facultatibus libris, de compoſitione medicamentorum alij, κατὰ γένη, & κατὰ τόπους, omnium poſtremò tradendi, qui rectè ex priore illo ordine ſuccedunt. In actione enim cum medicinam alicui facientes, curandi officio fungimur, poſt ſimplicium medicamentorum quibus utamur, conſiderationem, mox, atque illico conſideranda aggredimur compoſita quoq;, ſi quis illorum nobis uſus ueniat operi faciundo. Ne diſpeſcerentur igitur de compoſitione medicamentorum libri à de ſimplicium medicamentorum facultatibus libris, ordini huic inhæſiſſe placuit.

Εἴς τε τὴν ποικίλων σύνθεσιν, καὶ τὴν τῶν εὑρημένων ἐπίκαιρον χρῆσιν. *Et ad uariorum compoſitionem, & inuentorum opportunum uſum.*) Nemo nec medicamentorum compoſitionem generatim, quod in libris κατὰ γένη traditur, nec ſecundum locos, quod in κατὰ τόπους, inuenire rectè queat, neq; uerò inuentis rite atque opportune iuxta Therapeutices methodi præcepta, uti, niſi prius cognita ſimplicia habuerit, ex quibus compoſitio fit. Etenim medicus, duntaxat rationalis, quonam modo ſimplicibus affectis, refrigerari aut calefieri poſtulantibus, multoq; magis compoſitis, utrumq; ſimul exigentibus ſæpe, accommodare medicamenti compoſitionem alicuius poterit, ignoratis, ex quibus componitur? Aut quomodo in phlegmones affectu, quo tempore ſimul & fluens ad affectum repellendus humor eſt, & qui iam fluxit, repellendus partim, partim etiam digerendus, niſi prius, quæ hoc ipſum præſtent, calleat medicamenta ſimplicia?

Ἀλλ' ὅπερ ἦν ἐφεξῆς τῆς περὶ κράσεων πραγματείας. *Verùm, quod deinceps eſt, poſt opus de temperamentis.*) Diximus, docendi ordinem, & commoditatem ſi ſe quamur, poſt tractatũ de tẽperamentis, tertij preſertim libri, in quo de potẽtia calidis, frigidis, ſiccis, humidis agitur, tractatũ haberi de ſimplicibus medicamẽtis hũc, recto ſatis ordine. Simul ſatius eſſe dictũ fuit, tractationẽ de ſimplicibus æque ac cõpoſitis medicamẽtis in unum ueluti faſciculum contuliſſe omnem: quæ aliàs interpel-

interpellaretur, interuenientibus necessariò inter libros de simplicium medicamentorum facultatibus, si statim post tertium de temperamentis librum ordinarentur, & de medicamentorũ compositione κατὰ γένη, & κατὰ τόπους alios, omnium postremo tradendos, plurimis alijs, & his quidem diuersæ ualde ab illis tractationis: de morbis, & symptomatis, de locis affectis, & σημειωτικὴν partem medicinæ tradentibus omnibus, Therapeuticaq́; adeò methodo ipsa, præter physiologicæ etiam partis non paucos à tractatione de medicamentis ualdè remotæ. Præstiterit ergò omnino, traditis prius omnibus his, tractatum aggredi de medicamentis cùm simplicibus, tum compositis simul.

Ἄμφω γὰρ ἐν τῷ πρός τι. Vtrumq; enim in eo, quod ad aliquid.) Quod uni alicui medicamentũ erit, esse alteri nutrimentum potest. Etenim quæ sturnum nutrit cicuta, & coturnicem elloborus, nos certè alterabũt, & interficient. Nec solùm in diuersarum specierum animalibus, sed etiam in eiusdem speciei indiuiduis uerum esse animaduertetur hoc: naturæ enim frigidioris aliquẽ eiusdem temperamenti lactuca aler, aucta sanguinis substantia illius, proinde & corporis, nec alterató quicquam eo aut corpore, aut sanguine: ast calidioris naturæ alium alterabit procul dubio, ut intereà illum alat. Eademq́; in multis alijs seruari poterit ratio.

Ἔστι δὲ τὸ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἔχον εἰλικρινῶς. Est autem quod secundum suam ipsius naturam sincere se habet.) Hoc dicit, ne in examinandis medicamentorum facultatibus, & naturis aberretur. Et aqua sumatur ad examen, pura, sinceraq́;, ac nullà alia re infecta: & oleum, & acetum, cunctaq́; eodem modo alia.

CAP. II.

Οὔτ' ἂν φθαρτικὸν δὴ τῶν ἐντόμων ζώων τοὔλαιον, ὅτ' εἰ λιπαρόν, ἢ γλισχρόν, ἢ κοῦφον. Neque si perniciosum sit insectis animalibus oleum, neque si pingue, aut uiscidum, aut leue.) Extra rem enim omnia sunt hæc, quum de calore quæritur ac frigore in corporibus nostris, siccitateq́;, atque humore: eo quòd alia, quàm quattuor horum, ratione interimat insecta oleum, pingueq́;, aut uiscidum, aut leue sit.

CAP. IIII.

Καὶ ἀναγκαιότατον εἰς τὴν ζωήν. Vitaq́; maximè necessaria.) Ex quo, ἄριστον μὲν ὕδωρ, pronuntiatum fuerit Pindaro, optimam dicente, quia necessaria admodum aquam.

Ἀλλ' οἷον τὸ καλούμενον ἀληθερές. Sed cuiusmodi, quæ ἀληθερὲς uocatur.) Fontanæ aquæ sub sole tepor quidam is est, frigidiusculus tamen, quæ neque natiuum frigus amiserit suum, neque ab ambiente frigido nimis alterata: qualis esse debeat, in qua explorandi rectè temperamenti exemplum statuatur.

Ἢ μοῖράν τινα τῆς οὐσίας τοῦ πυρός, ἢ τήν γε ποιότητα πάντως. Aut ignis essentiæ portionem aliquam, aut certè qualitatem.) Qualitatem dixerim potius, quòd in quantumuis excalfacta aqua siccitas non insit, quæ inesset, si ignis pars aliqua esset. Caliditatis igitur qualitas sola additur aquæ, ab igne acquisititia, & aduentitia, ideò mox quoq; discessura.

Καὶ δή, καὶ οὕτως ἴσως ἀδύνατον ἀκριβῶς ἐργάσασθαι καθαρόν. Atqui sic quoque impossibile fortaßè, exquisite puram reddidiße.) Ex primo de Elementis secundum Hippocratem libro didicimus, id quod mox quoq; dicitur à Galeno hic, elemen-

elementum inueniri purum posse nullum: ita ne aquæ quidem. atque huius tanto minùs, quantò terræ, & aeris in medio, ab utroq; alienæ aliquid naturæ contrahere facilius queat, qualitatum præsertim aliarum susceptiua ob humiditatem, & fluxibilitatem, propter quam materia aliorum omnium existimata à quibusdam, qui dixere: Oceanumq; patrem rerum, tum Tethida matrem.

CAP. VIII.

παραπλήσιον γὰρ τι σφάλλονται. *Similiter enim errant.*) Similis error potius, quàm idem: quamuis idem erroris modus, sed à contrario petitus. Etenim sicuti senes iuuenibus humidiores existimati sunt, ob excrementorum abundantiam, quos tamen ratio uinceret, solidiores partes ipsas siccescentes iuuenibus magis habere: uersariq; ideò in errore ità existimantes contingeret: pariter qui perfusas calida partes siccescere arbitrantur, errant, quòd euaporationem fieri multam cernerent, & contentas, collectasq; humiditates exhalantes uiderent: quum intereà solidæ partes, recepta aquæ humiditate imbutæ humescant. Atque ita indicantes errabunt hi, quòd siccas censeant partes, quæ uerè humectæ sunt: illi quòd humectas, quæ siccæ. Similis error, quia utriq; ratiocinationis falsitatem ab excrementitiæ humiditatis redundantia illa, priuatione hi deduxere, idem prorsus rationis contrarijs duobus applicantes, quanquam falsò.

CAP. IX.

τὸ καθ' αὑτὸ, θάτερον δ᾽. *Quod per se est, alterum autem.*) Conuersus uerborum ordo: ità enim legi debet: θάτερον δ᾽ τὸ καθ' αὑτό.

CAP. XI.

Ηδ' ἡμετέρα θερμασία πρὸς τῷ παχυμερὴς εἶναι, καὶ ἀτμώδης, ἔτι καὶ ἀσθενὴς ἐστιν. *Caliditas uero nostra, præter id, quòd crassarum partium, & halituosa est, imbecilla insuper habetur.*) Vtiq; elementaris ignis comparatione crassarum partium est innatus calor noster: idem & halituosus. At halitum, uaporemq;, utpote qui ad aqueam iam naturam accedat, aere ipso puro, multoq; magis igne, crassum magis meritò semper existimabimus. Imbecillus autem calor noster, duntaxat conficiendis multis, quæ ignis ipse conficit: ualidus aliàs muneribus suis perficiendis omnibus: efficientiæ tantummodò in alijs non tantæ, quantæ ignis, efficacissimum omnium elementum. At struthiocamelum tamen confecisse ferreas claues quasdem aiunt: sed nos de nostro loquimur calore.

ὁμοίως τῷ πυρὶ θερμαίνειν πέφυκεν. *Similis quo ignis, modo calefacere natum est*) Ignis nanq; ipse actu: at medicamenta, de quibus sermo, potentia, & potestate calefecerint.

ὑπάρχει δ'ὲ τοῖς μὲν σκληροῖς, καὶ γλίσχροις. *Adest autem duris, & uiscidis.* Et mox τοῖς δ᾽ κραυροῖς, καὶ μαλακοῖς ἄνευ γλισχρότητος. *Friabilibus uerò, & mollibus sine uisciditate.*) Dura, ac glutinosa sunt, cuiusmodi pili, capilliq;, quos paulo post dicet excalfacere corpora nostra non posse, eò quòd comminui à calore, in tenuissimas partes, pollinis instar, nequeant. Ac duros quidem esse tactus indicat: glutinosos autem, & uiscidos longitudo eorundem non parua sæpe indicio fuerit. neque enim protendi, promittiq; tam in longum, nisi ex materiæ uisciditate aliqua possint. Porrò friabilia, & mollia, cuiusmodi liquida, aqueaq;, multa erunt, aquaq; adeò ipsa, de qua in sequenti pagina ità scribet: διὰ τὴν γὰρ ὑγρότητα, καὶ τὸ μηδὲν ἔχειν γλίσχρον, θρύπτεσθαι κέκτηται τὰ μόρια. Propter humiditatem enim, & mollitiem, quodq; glutinosi nihil retineat, fragiles partes obtinet. Mollem appellat aquam, ac minimè glutinosam

ſam, quæ friabilitas eſt, ψαθυρότης. ψαθυρὸν igitur meliùs dicetur ὕδωρ: quàm κραῦρον, quòd κραυρότης de ſolidorum magis friabilitate intelligatur, ψαθυρότης de liquidorum, ſuccorumq́: docente ita nos Galeno libro Therapeutices methodi undecimo.

Καὶ οἷον μόρια ἄττα τῆς ἐμφύτου γίνεται θερμασίας. *Ac ueluti partes quædam innati caloris fiunt.*) Non quemadmodũ de aqua diximus ſuprà, cuius partes igneam ſolùm facultatem accipiunt quandam, non ignis ipſa fiunt, inq́ eius ſubſtantiam, atq́ eſſentiam abeunt: ut quidem in ignis, qui ipſam immutauerit, eſſentiam abit appoſita igni materia: & in caloris noſtri, alimenta, medicamentaq́ multa, cuius etiam qualitatem ſæpè augent.

Ἡ γὰρ ἰδιότης ἑκάστου τῶν σωμάτων, ἡ μὲν εὐφυής, ἡ δ' ἀφυὴς εἰς θερμασίαν ὑπάρχουσα. *Etenim corporum quorumq. proprietas, alia habilis ad calorem, inhabilis alia.*) Quis neſcit calamum ſiccum faciliùs accenſum iri uiridi, flammamq́ editurum maiorem citiùs: & paleas ligno quocunq́?

CAP. XIII.

Ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγεν. *Vt Hippocrates dicebat.*) Epidemiorum ſexto, ſectione itidem ſexta.

CAP. XIIII.

Οὐ καθάπερ Ἐπικούρῳ, καὶ Ἀσκληπιάδῃ δοκεῖ. *Non ſicuti Epicuro, & Aſclepiadæ uidetur.*) Qui uacuum poſuerunt, atomis repletum illis ſuis.

CAP. XIX.

Οὐ μὴν ἐπί γε τοῦ ὄξους, οὐδ' εὕρηται τι τοιοῦτον, οὔτ' ἐναργῶς ἀποδεῖξαι δυνατόν. *Veruntamen in aceto quidem, neque inuentum quicquam tale fuit, neque manifeſto demonſtrari poteſt.*) Optat Galenus artificium aliquod dari, quo ſicuti contrariæ inter ſe lactis partes ſeparantur, ità aceti quoque ſeparantur, necdum inuentum ait, atque inueniri, repeririq́ poſſe quaſi diffidit. Quod nihilominus ætatis noſtrę chymici facere ſe poſſe multi confiderent: ceterùm, ut prȩſtarent, quod pollicerentur, non ſatis ſcio, an ſucceſſurum illis ſit: ut diſſeparatæ, inquam, aceti partes contrariæ, diſiunctim calidæ, frigidæq́ facultatibus ſuis utreque agnoſcantur. Quando quidem nulla commoda ſatis iniri poſsit ratio (quod quidem ego credam) quin ex artificio per alembicum facto (ità enim chymicum uocatur inſtrumentum id) utpote ignis maximè ui operato partibus empyreumatis, igneæ nimirum qualitatis, aliquid addatur. Cuius quidem rei uel id argumentum ſit certum ſatis, quòd de lacte quoque ipſo, cuius hoc loco fit mentio, & facilem ſanè habet partium diſſeparationem, modisq́ alijs multis diſcretionem, ſi ſtillatitia extrahatur per alembicum aqua, inebriat ea: quod nec lac unq́ totum, nec ſeorſum, ſeparatimq́ ſumpta pars illius ulla faciet. Quamuis alia ex parte non iuerim prorſus inficias, inueniri aliquando modum aliquem poſſe, quo hoc ipſum, quod dicimus, conſequamur. Ioanni quidem Cratoni, collegæ optimo, & doctiſsimo, hoc ipſum pollicenti credo: quando plurima quoque alia eiuſdem rationis perquiſita quotidie reperiuntur: imò uerò in alembici opificio, quaſi aliud agentibus ſponte ſe ſua offerant plerùnque euenientia multa, quæ non expectabantur: & is qui me in hæc annotantem, loci quoque huius admonuit, Crato, præter ſingularem rerum medicarum eruditionem & experientiam, hoſce quoque omnes nouerit & apprime calleat educendi, extrahendiq́ de rebus propè dixerim omnibus, particulas ſeorſum quaſque, modos, ingenioſe mehercle in primis, miroq́ artificio, adeóque ſucceſſu ſæpè bono, multorúmque expectationem ſuperante.

CAP. XXI.

Ἡ τῷ λόγῳ τῆς δριμύτητος, κατά τι συμβεβηκός. *Quæ acrimonia ratione ex accidente quodam.*) Priùs irritando, uellicandóque, humorum excitat acrimoniam, trahitq́ ad locum, qui tum demum partem excalfaciant: acres enim ac calidi simul humores sunt. Secundario igitur hoc facit acetum, non primò, hoc est per accidens, non per se, neque κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν, ut mox dicetur, secundùm proprium ordinem, qui primò, ac per se excalfacientium est. Atq; ita fiet, uti acetũ multo maiore ex parte frigefaciat, idq́ per se ac primò: ex minore calefacit, secundo & ex accidenti.

CAP. XXIII.

Ἐπειδὴ καὶ πλάτων φησί. *Quoniam Plato quoq; ait.*) In Cratylo sic scribitur: δεῖ δὲ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος, παντὶ ἀνδρὶ τὸν πολὺν λόγον εἶναι, καὶ τὴν πολλὴν σκέψιν.

Καθότι καὶ Ἱπποκράτης ἔλεγεν. *Quemadmodum Hippocrates quoq; dicebat.*) Aphorismorum sectione quinta.

CAP. XXVI.

Ἀποχωρεῖν δ' εἶ προβλημάτων φυσικῶν, ἀπορίας ἐχόντων συχνάς. *Discedere à quæstionibus naturalibus opus est, dubitationes habentibus crebras.*) Dumtaxat in quibus non uersatur medica consideratio ulla, neq; affinitas cum rebus medicis ulla inest: atq; ubi experientia melius uti, nitiq́ possumus: cuiusmodi medicamentorum quoque inuentio habita semper est.

CAP. XXIX.

Τῶ γὰρ λέγειν.) Legendum ita: ἐῶ γὰρ λέγειν. Mitto enim dicere: sensu, si ita legatur, uerborum certo, atq; accommodo: qui aliter nullus sit: intelligi certè non satis benè queat. Hoc enim sibi uult hîc: Qui quærendis, cognoscendisq́ simplicibus medicamentis, in quæstiones inextricabiles quasdam induunt se, quum experiundo in primis probasse eas liceat, empiricorum causam meliorem faciunt, occasionemq́ dant illis, ut quod dicunt, dicãt. Aiunt enim: postq́ innumera medicamenta, simplicia æquè, ac composita, inuenta, comprobataq́ experientia fuere iam, frustrà quærentur primæ, & efficientes medicamentorum facultates. Quorsum enim quum composita illis ipsis quoq;, qui primas, atq; effectrices facultates inuestigant, probentur omnibus? Quinimò, quum composita unanimiter ab omnibus recipiantur, particularisq́ eorum usus cognitus, consensusq́ omniũ admissus frequẽtetur, causę uerò, quibus agunt, nondum cõpertè ignorẽtur, quippè de quibus altercatio multa sit, consensusq́ nullus: constabit apertè satis ex primarum facultatum, rationibus tàm uarijs inter se, inueniendarum cognitione, neq; compositionem medicamentorum inuentam, neq; usum fuisse. Quomodo nanq; ex incompertis, hoc quidem modo, & inexploratis cõponi, aut inueniri rectè posśit quicq; unq;? Atq; hoc empiricem confirmarit, ut rationalem medicinam destruxerit, ex parte quidem hac. Præstat igitur simplicia quoq; ipsa experiendo inuenisse medicamenta. Quod tamen factum quum fuerit, Empiricus nunq; ullus, duntaxat ut empiricus, ad compositionem tot rectè aduxerit: quod rationalis tantummodò medici opus est. Ostensum enim tertio Therapeutices methodi libro, quæ ex diuersißimis concinnantur, experientia inueniri nulla: ut ex oleo, atq; æris ærugine cõpositum ad uulnera pharmacum: nisi ratio præeat aliqua: utrumq; enim per se si experiare, neutrum uulneribus conferet: utpotè quorũ ex altero sorditiem, phlegmonem & erosionem, ex altero contractura ulcera sint: ut nulla omnino ideò, ac nuda, coire inidem ad ulcerum sanationem, experientia potuerit: idq́ ratio ipsa demum inuenerit sola, ut multo contem-

peramento

peramento utiliter ad usus hosce in unum adducta componerentur: experiendo quidem antea quoque, quàm ad compositionem uenirent, de natura, facultatibusque suis cõprobata, & rationibus confirmata, experientiæ subscribentibus, è re ipsa, rerumque examinandarum essentia proximè deductis, non autem extra rem longeque nimis petitis: quas hoc loco, sicuti alibi semper, Galenus meritò uituperat.

Αἰτίας τε πιθανὰς ἐφαρμόττειν ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτῶν προαιρούμενοι. Causasque probabiles eorum promissis aptare profitentur.) Quasi stultum hoc sit: neque enim omnium reddi ratio potest. Nec scire fas est omnia, Horatij aliquando dictum. Ac paulò, antè, quum causas allegaret caliditatis in aceto cuiusdam uarias, additum à Galeno ad extremũ legitur: *ἴσως δὲ ἄλλη καί τις ἐστὶν αἰτία, γνωσθῆναι μὴ δυναμένη.* Ac fortasse alia aliqua est causa, nõ cognoscibilis. Quod cũ uerũ esse in simplicib. medicamẽtis reperiatur multis, uerũ adhuc magis in compositis erit, in quibus forma sępe priuata, & peculiaris existit quædam, uirtusque resiliens apparet, supra componentium rerum naturam, cuius recta satis quandoque reddi ratio nequeat: ut de Theriaca passim creditur ab omnibus, deque multis alijs idem. Neque propterea tamen à simplicium medicamentorum inquisitione desistendum: quorum examinatio diligentior, compositorum nobis naturam aperiet, & ex quibus qualitatũ manifestiorũ, primarumque quattuor, caliditatis, frigiditatis, siccitatis, humiditatis, compositarumque ex his, tum uerò secundarum nõ minus, pluriumque aliarum ostendentur nobis uires, ac facultates: de quibus absolutus traditur in sequentibus tractatus.

CAP. XXXIIII.

Ὥσπερ Ἱπποκράτης ἔλεγεν. Vt Hippocrates aiebat.) Libro de Ratione uictus in morbis acutis, commentariorum autem tertio.

CAP XXXVII.

Ἀκούε τοίνυν τοῦ Πλάτωνος λέγοντος. Audi igitur Platonem dicentem.) In Timæo. Cõferenda uerò, atque emendanda ex Græco exemplari uerba Platonis hæc erunt: euariant enim alicubi, iustam intelligentiam impedientia. Porrò autem facere hoc sibi unusquisque poterit.

CAP. XXXVIII.

ὑπὸ τῶν περὶ Θεόφραστον, καὶ Ἀριστοτέλην. A Theophrasto, & Aristotele.) Libri statim de Causis plantarum sexti in principio.

Ὡς γὰρ Ἱπποκράτης φησίν, οὕτω καὶ Πλάτων ἔλεγεν. Nam quemadmodum ait Hippocrates, ita et Plato inquit.) Aphorismorũ sectione secunda. Plato autem in Sophista ita ait: *ὥσπερ οἱ περὶ τὰ σώματα ἰατροὶ νενομίκασι, μὴ πρότερον ἂν τῆς προσφερομένης τροφῆς ἀπολαύειν δύνασθαι σῶμα, πρὶν ἂν τὰ ἐμποδίζοντα ἐν ἑαυτῷ τις ἐκβάλῃ.*

IN LIB. II. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. I.

Προσαπολλύουσιν οἷς ἀγνοοῦσιν καὶ τὰ σαφῶς γινωσκόμενα. Cum his, quæ ignorant, apertè quæ cognoscuntur insuper destruunt.) Rationum enim falsitate, & deceptionibus sophisticis quibusdam, sensibus interdum manifesta, fidei apud aliquos amittere aliquid possunt: ut quę uidemus, non uidere nos arbitremur, & quæ audimus, non audire. Quod de Anaxagora mox dicetur, niuem nobis albam non esse, persuadere conante: deque sophistis alijs multa alia huiusmodi à Galeno alibi allata.

Αἷς ἀναγκαῖον ἐστὶν χρῆσθαι τὸν ὅλον ἀποδείξοντα. *Quibus uti necessarium sit unumquodque demonstraturo.*) Apparet ex hoc, necessariam magis fore medico Logicen, & Dialecticen, usuiq; maiori, quàm naturalem philosophiæ partem, præsertim uerò ex qua parte illa medicinam non attingit, paulò ab usu medico remotior. Nam bonam esse tractationis de natura partem, sine cuius cognitione medicū se profiteri rationalem, medicus nullus possit, nemo recto iudicio usus negauerit. At logice, & ratiocinandi, demōstrandiq; methodus, parte ex omni medico futuro necessaria: Vbi bue enim in medicina, partibusque illius omnibus offerunt se considerationes dicendorum, faciendorumq;, ad quas adhibere cōmodam ratiocinandi demonstrandiq; scientiam cogamur, si quidem rectam insistere uiam, & iudicium afferre de rebus sanum, uelimus.

CAP. II.

Ἐπειδὴ ἐκφεύγει τινά, τειρατέον ἐπάγειν αὐτοῖς τὸν λόγον. *At quoniam effugiunt quadā, ut ratio illis inducatur, tentandum.*) Similiter atq; 3. de locis affectis lib. dicebatur de empirice empiricem, si adhiberi omnibus æqualiter posset, omnium optimā fore: nunc quum non possit, interuenire enim multa sæpè, quæ ex ratione, deductaq; ex rei ipsius naturæ speculatione faciendum esse demonstreat, ab experientia discendum ipsa erit, neq; soli fidendum, & rationi accedendum, qua uti ueluti tutissimo per omnia ductore possimus, etiam quæ noua nobis sese offerunt faciē: inuia prius, nunc peruia, ductante nos ratione, futura: quippe quæ iter sibi ipsi faciat, aperiatq; ad cuncta.

Εἰ χρόας δὴ ἐξετάσομεν, ἢ ὀσμάς; *Colores ne etiam examinabimus, & odores?*) Non quidem, quòd ista quoq; non expendantur: expenduntur enim: sed posterius, ac secundario, postquam prius experiundo, probarimus, atq; ad partem potius. Neque enim statuere alba omnia frigida, sicuti nec rubra calida possumus: sed eiusdem speciei rubra dicere fortasse calida magis licebit: ut alba frigida. Rubras certè rosas caliditatis participes esse magis credimus alijs, ueluti albas frigidas. Eodemq; modo de odoribus.

CAP. III.

Δεύτερον δ' ὅτι μὴ γινώσκουσιν τοὺς ἀντιστρέφοντας, καὶ τοὺς ἀναστρέφοντας τοῖς ἀληθέσι λόγους, ἀληθεῖς καὶ αὐτούς. *Secundo autem, quòd nesciunt conuertentes, non aūt sermonibus ueris reuertētes, ueros ipsos quoq; esse.*) Sermones ἀντιστρέφοντες erunt, siue propositiones, cum conuersæ propositiones ueræ utraq; ex parte esse reperientur: ut cum generabile omne corruptibile pronuntiamus, & uersa uice, corruptibile omne generabile: rursus ingenitum omne incorruptum, atq; ecōuerso, incorruptum omne Ingenitum. Hos conuertentes, & ἀντιστρέφοντας dixisse sermones, ac propositiones licebit, omni parte ueras. ἀναστρέφοντας uerò (quos reuertentes, uerbum uerbo reddentes, nominasse detur, nisi fortè rectius euertentes uocasse uelimus) esse illi poterūt, qui non uere conuertuntur: quales in proposita Galeni oratione sunt. Omnis ignis ruber: non conuertitur, Omne rubrum ignis: multò minus, Omne rubrum calidum. Ex quibus paralogismi fiunt sæpè falso ratiocinantibus.

Ἱκανὴ γὰρ ἡ πεῖρα μετὰ τῶν ἐπιλογισμῶν. *Satis nanque experientia cum breuibus epilogismis.*) Epilogismus ratiocinatio est à posteriori deducta, quasiq; ab affectu, & signo, accidentibusq; rem ipsam insequutis. Vt quum in negotio pariter præsenti, ex saporis diuersitate, de simpliciū medicamentorum tēperamento & facultatibus coniecturas, atq; argumenta ducimus, præter experientiam: nō quidē inconsiderate, neq; in uniuersum de odore, aut colore, aut consistētia, & huiusmodi alijs enūciantes quicq;, sed recta adhibita semper in omnib. examinatione. Paulò. n. infra dicet: ἐπιλογισμῶν δ' ὁ πολλῶν μὲν ἀκριβῶν δὲ καὶ διωρισμένων δεόμενος:

Epi-

Epilogiſmis egentes non multis quidem, ſed exquiſitis, & determinatis.

Θερμήναντες γὰρ αὐτὸ πρότερον, οὕτως ἐπιχέομεν ἀκριβῶς ψυχρῷ. *Excalfacientes enim prius, ita demum aquæ inijcimus ſummè frigidæ*) Docet rationibus philoſophi, excalfactam prius aquam refrigerationem accipere poſſe maiorem: attenuatam quippe, ac craſsioribus partibus ignis ui ſequeſtratis, ac ſubſidentibus. Idem & in oleo expectandum fuerit.

CAP. XI.

τὸ δ' ἄνευ ἁλῶν φλεγματώδη μὴ ξύειν. *Sine ſale uerò in pituitoſo non abradere.*) Atqui ſine ſale, ne quidem purum radet uentrem, ubi pituitę nihil. Sed ſic dictum, nō radi pituitoſum uentrem ſine ſale, quaſi quod pituitam è uentre lubricitate tantummodo ſua educat, non etiam eandem detergens abradat, neq; uentrem tangat, interueniente pituita.

διὸ καὶ κενοῦν δεῖ παραχρῆμα τοὺς ἐκ τῶν ἐπικεραστικῶν παροξυνομένους. *Quapropter euacuandi illico ſunt, qui contemperantium uſu irritatiores facti fuerint.*) Si modò iuſta contemperantium medicamentorum exhibita quantitas fuerit: nam ſi exiguum nimis, & quod facilè à ſucci uitioſitate ſuperetur, propinatum, uel etiam per clyſterem iniectum attēperantis medicamenti ſit, id adaucta quantitate exhibitū ſæpe contulerit: uincit enim tunc, non uincitur. At ne ſic quidem remittente ſe affectu, tum demum uacuatio neceſſaria: ut paulo minore facto uitioſo ſucco, quod reliquum eſt, uinci facilius à contempe rantibus queat, ita quidem docente nos experientia quoq; ipſa.

CAP. XVI.

ἣν οἱ περὶ Χρύσιππον, ἀξίωμα συνημμένον ὀνομάζουσιν. *Quam Chryſippus axioma coniunctum nominat*) Semper enim in hypothetico ſyllogiſmo propoſitiones coniunguntur duæ. ſi mordax eſt, tuſsim ciet: hypothetica propoſitio ex duabus in unum conuenientibus compoſita. Affirmatiua unica: mordax omne tuſsim ciet.

ἀλλὰ τὸ μὲν, εἰ μὴ κερχνῶδές ἐστιν, οὐδὲ δακνῶδές ἐστιν, ἀληθές. ἀντιστρέφει γάρ. *Sed illud, Si tuſsim nō mouet neq; mordax eſt, uerum habetur, conuertitur enim.*) Omne nanq; mordax tuſsim ciet: ualebitq; argumentum hoc pacto: Mordax omne tuſsim ciet, hoc tuſsim non ciet, non eſt ergo mordax. Conuerti autem in hunc modum poſſunt. ſicuti nanq; uerè dicitur, Mordax omne tuſsim ciet: ita e conuerſo non minus uerè dicetur, Omne quod tuſsim non ciet, neq; mordax eſt.

CAP. XVII.

παρηθεῖται μὲν γὰρ ἀεί τι κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, εἰς τὸν πνεύμονα τοῦ πινομένου, σμικρόν. *Percolatur enim ſemper per aſperam arteriam in pulmonem ex potu, exiguum quippiam.*) Vt quidem abunde ſatis, ac dilucidè docemur, ex fine octaui libri de placitis Hippocratis, & Platonis.

λέλεκται δ' ἐπὶ πλέον ὑπὲρ αὐτῶν, ἐν ταῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίαις. *Dictum autem prolixius de his fuit in ſymptomatum cauſis.*) Libro ſecundo.

CAP. XVIII.

αὐτὸ δὲ τοὔλαιον ἄδηκτόν τε, καὶ λευκόν ἐστι, κατά γε τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. *Oleum autem ipſum nec mordax, & candidum eſt, utiq; ex ſua ipſius natura.*) Sic fiet ut iudicium ferendū de oleo non ſit, niſi bene repurgato, & cui partes excrementitiæ omnes illę, aut ſubſederint, aut euanuerint: quod non ita breui tempore fiet, niſi artis aliquid adhibeatur. Pariter de uino quoq; iudicandum, in quo partes, craſſa, tenuisq;, fæx, & flos dictæ ſequeſtrentur, parsq; aquoſa omnis cum tenui illa multa abſumpta exhalataq; euaporauerit, ut reliqua tantummodo ſ fiat uinoſa: quam quidem Galenus noſter meritò demum in natura ſua ſolum calidam, ſiccamque ſtatuerit.

CAP. XXIIII.

Συμβέβηκε δὲ καὶ ὡς φαρμάκῳ, μέσῳ τῶν τε τῶν θερμαινόντων, καὶ ψυχόντων ἡμᾶς. *Accidit porrò, vt & tanquam medicamentum medium sit calefacientium nos, & refrigerantium*) Atqui medicamentum (dicat hîc aliquis) necessario aliqua ex parte alterarit, si naturam retinere medicamenti debuerit. Verum est, sed tamen ex his quæ alimenta non sunt, neque in corporis nostri substantiam conuertuntur, esse quædam possunt, inter calfacientia, & refrigerantia media, adeoqúe inter humectantia, & resiccantia, si corporibus applicentur nostris, ne intro etiam sumantur: quæ quatenus non alent, ne alimenta quidem dici rectè poterunt: sicuti sanè nec medicamenta, quatenus nihil immutatum corpus alterant: & uocabulo tamen aliquo significanda necessario sint. Ea porrò, quamuis non nimis proprie, non inepte tamen prorsus medicamenta dicentur, quum alimenta nō sint: ut hoc ipsum de quo nunc agit, oleū. Qua ex parte appositio corpori ex eo aliqua fit, quod medicorū, et philosophorum non postremis placuisse uideri potest, alimentum erit: qua uero ex parte nihil alet, intus sumptum (non enim totum in alimentum abibit, quoniam πρόσθεσις τις τοῦ σώματος, dictum tantùm fit, appositio scilicet quædam) uel etiam foris si admoueatur, medicamentum fuerit, qualitatem licet caloris inuenti non augeat, sed substantiam solummodo, id qúe nihil ab innato calore immutatum.

Εἰωθότες δ' οὖν οἱ πολλοὶ καταχρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν. *Assueti autem multi nominibus abuti.*) Quoties enim dicentes audimus: hoc indumentum, hæc uestis excalfacit me, si pellicea, aut pilosa fuerit? Pellem porrò, & pilum frigiditatis continere aliquid, certè non calefacere posse scimus, dumtaxat per se. Tametsi, calorem mihi retinet uestis hæc, dicentes plures audimus, ut proprium, & inuentum conseruari, intelligamus, ambientisqúe frigus excludi, non nouum conciliari, aut augeri, quod quidem uerè, ac propriè esset calefieri. Nunc non sanè magnus erit abusus, si sic loquantur, & in hunc se sensum loqui intelligant.

Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν νενοσηκότων ἐπειδὰν ἱδροῦν ὑπάρξωνται, θερμήναντες περιχέουσιν. *Verùm in ijs, qui à morbo se reficiunt, quum sudore incœperint, calefactum circumfundunt*) Hoc faciunt, ut sudor præcedat, ac ueluti exudentur morbi reliquiæ omnes, si quæ sunt. In morbo autem correptis, post sudorem copiosum conceditur: non enim prouocabitur ex eo sudor, quippe absolutus iam: & recepto oleo exiccatæ morbo partes humescent, imbutique meatus, innatum calorem retinebūt melius. Sani uerò, & siccato aliqua de causa corpore, etiam ante sudorē inungi oleo poterunt, ob idipsum, quod modò diximus: ut per imbibitum oleum obturatis quoquomodo uijs prohibeatur resiccatio maior. Crudis autem, & plethoricis, uel post lauationem uetabitur: apertos enim esse meatus in his opus est omnes, ut uel per sensum fallentem transpirationem, plethoræ multum, ac cruditatis etiam aliquid afflatum euaporet. Hac de re nonnihil traditum à Galeno fuit commentariorum quoque tertio, in librum de Ratione uictus in morbis acutis, sub finem. Qua in re minimè mirandum, si ab oleo eodem excalfacto, & corporibus affricto, eliciatur sudor, ubi sudoris materia in corpore residet: lubricitas enim olei expulsionem non morabitur propellentis facultatis: & ubi nulla sudoris in corpore materia, caloris innati exitus prohibeatur, qui à facultate nulla propellitur, sed per se ipse manet, nisi laxis nimis meatibus exhalatus uaporet. Eodem modo de occulta transpiratione censendum.

CAP. XXV.

Ἀλλὰ τὸ παραμένειν ἐπὶ πολὺ τοῖς δεομένοις. *Sed quod diutius permaneat, in quibus opus est.*)

pus est.) Quod quidem ex accidente quodam erit. Dictum enim suprà quoque est, ea quæ opus edunt suum tempore pòst aliquo, ex accidenti agere. Non intenditur igitur actio hîc humefaciendi: intenderetur si maior introduceretur humectatio, altiorq́; ac profundior. Nunc mora temporis intercedens actionem producit utiliter, permansionem, & durabilitatem tantummodo addens.

CAP XXVII.

Ἐξ ἐλαίου δὲ, καὶ ῥόδων χυλοῦ σύγκειται τὸ ῥόδινον. *Ex oleo autem, & rosarum succo, componitur rosaceum.*) Succus erit expressus è re aliqua liquor: non minus autem sæpè (quod colligi ex Galeno locis aliquot potest, adnotandumq́; à nobis est) succus dicetur, decoctione aut maceratione elicitis: cuiusmodi inprimis hodie paratur rosaceum, bonaq́; oleorum reliquorum pars medicatorum.

IN LIB. III. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. VII.

Ἐπεί τοι καθ' ἑαυτὸ δύναιτ' ἂν κατ' ἐπικράτειαν λέγεσθαι θερμὸν, ὥσπερ καὶ ἡμᾶς. *Quandoquidem secundum seipsum per exuperātiam queat calidum dici, vt nos quoq.*) Philosophi enim, ut paulò ante traditum, in quibus caloris opera inspicerētur, alterationis, concoctionis, alimenti distributionis, atque incrementi, quæ peragi absq; caloris ope non possent, calida pronuntiarunt: eo quòd si non mole, uirtute tamen, & potentia, exuperare in his calor uidebatur: ut plantæ omnes sunt, tantoq́; magis animalia multa, quod nos quoque sumus.

Κἂν ὁπωσοῦν ἐν αὐτῷ κρατῇ τὸ θερμόν. *Etiam si quomodocunque in eo exuperet calidū.*) Vt in cicuta, & mandragora, papauere, & huiusmodi, quæ calida per exuperantiam quandam dicuntur à philosophis, qua modò narratum fuit ratione, ex caloris operum quorundam manifestatione. At nos frigida dicemus, dicemusq́; semper, quippe à quibus refrigeremur, calorq́; uincatur noster, eiusq́; adimatur, detrahaturq́; pars.

CAP. VIII.

Κατὰ τὸ τέταρτον, καὶ ὕστατον τῶν ἀρτίως εἰρημένων σημαινομένων ἐπισκέπτεσθαι χρῆναι, περὶ τῶν φαρμάκων δυνάμεως. *Ex quarto, atque vltimo dictorum significatorum, oportere de medicamentorum facultatibus considerare.*) Qui erat comparatione ad obuium quodlibet considerandi modus. Nihil enim examinatur aliud tunc, nisi an humanum excalfaciat corpus medicamētum hoc, illudúe, an refrigeret, siccet, an humectet, quod quidem ad obuium quodlibet est. Sicuti pariter ab obuium quodlibet esset, si in leonem fortè, equumúe, aut canem incidentes, uel quicquid tandem nobis animalium obuium fieret, experiri de hoc ipso uellemus, num hoc, illòue medicamēto incalesceret, aut refrigeraretur, quodcunq; obuiū haberemus. Vel fortè etiam proponeremus nobis animal, idq; bifariam: uel enim ad speciei cuiusque indiuiduum quodcunque, quod ualde inartificiosum esset: illius nanque tantum causa unius fieret: uel ad speciei unius alicuius temperatum corpus, quod artē continet: etenim deduci regulæ inde pòst, in singula speciei uniuscuiusque corpora facilè possunt. Quæ quum ita se habeant, fitq; collatio hæc ad obuiū quodq;, ut ostensum fuit: accidit tamen, ut refrigerandi, uel excalfaciēdi, siccandi, uel humectādi, & id genus, experientia, ad mediū humanæ totius speciei corpus facta eadem ad medium reliquæ totius in uniuersum rerum omnium substantiæ fiat, quoniam medium rerum omnium tempe-

 ratissimum

ratissimum quod fuerit, humanum corpus obtineat. Sed hæc ex accidente, & secundariô ut diximus, erit comparatio, quod ad medicamentorum examinationem attinet: per se illa, quæ ad obuium humanæ speciei temperatum, mediumque fit: non quidem absolutè, cuius temperamenti medicamenta habenda sint, ut in altera illa, sed quid nam præstare in corpore humano queant, calefacere ne, an frigefacere, & id genus.

CAP. IX.

ἐπιτιθέντες αὐτῇ ῥόδων στεφάνους. *Imponentes ipsi coronas ex rosis.*) In quem usum inuentæ primitus fuere coronæ, ad uarios affectus capitis uariæ.

ὀποβαλσάμῳ μιγνύντες τινὲς ῥόδων χυλὸν ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν. *Opobalsamo miscẽtes quidã rosarum succum, sub canis ardoribus*) Rosarũ succo ob penetrabilitatem (penetrabilissimum enim est, additum opobalsamum fuisse uideri potest: quo uidelicet induens se altius, secumque rosarum succum adducens, refrigerationis maioris causa esset. Nam aliâs calidum, siccumque ordine secundo constituitur à Galeno, capite de balsamo: tametsi non tam esse calidum addat opobalsamum eodem in loco, quàm quidam opinabantur, tenuitate partium decepti, tenuia omnia calida quoque esse fortè falsò existimantes. Arbitrari insuper licebit, paucissimum opobalsami, ob caritatem, ac quantum solũmodo ad penetrationem futurum satis esset, adijci rosarum succo solitum fuisse multo, refrigerandi propterea uires retinenti adhuc.

ἐκ δυοῖν θερμοτάτων φαρμάκων συγκείμενον. *Ex duobus calidissimis medicamentis compositum.*) Ironicè dictum de eo, cuius excusandus error non sit, calidissima statuentis sine controuersia, de quibus ambigi tamen satis possit, tum uero quæ in frigidum potius uergant.

CAP. X.

Καὶ τούτων μάλιστα τὰς ὑπὸ χολώδεσι χυμοῖς. *Atque inter has, eas maxime, quæ ex biliosis humoribus.*) Eæ nanque paulò magis calidorum medicamentorum applicationem non ferent sine noxa.

CP. XI.

τὸ μὲν γὰρ ἧττον ὑπάρχει θερμόν, τὸ δὲ μᾶλλον. *Hoc enim calidum minus existit, illo autẽ magis.*) Rosaceum oleo ipso calidum minus fuerit: rosaceum enim succum habet refrigerans: ideò calidum minus oleo, quod temperamenti medij est: magis autem calidum rosarum succo, quia oleum retinet temperamenti medij, calidum proinde magis succo rosarum.

ὥσπερ γε καὶ τὰ βαλανεῖα, καὶ τοὺς ῥιγοῦντας θερμαίνει, καὶ τοὺς ἐγκεκαυμένους ἀναψύχει. *Quemadmodum etiam balnea & rigentes calfaciunt, & æstuantes refrigerant.*) De lauatione intelligi potest, & balnei aere: lauatione tamen inprimis. Sanè partis utriusque beneficio & rigores tollentur, leuiter quippe frigidus affectus, aquæ aerisúe tepore, quæ caliditas tamen aliqua est, θερμασία, tepida licet, χλιαρὰ nempe: & æstus mitigabuntur, nempe à minus calidis tum aere balnei, tũ aqua. Viderique potest balneorum exemplum, ex parte calefacientium temperate, primique modicè ordinis positum: ut rosaceum oleum ex refrigerantium: quorum nihilominus ualde modica, ac temperamento proxima, & calefactio, & refrigeratio sit: χλιαρὰ nempe θερμασία, calida tepiditas, quam sæpe repetit, siue etiam tepida caliditas: ut temperamentum notetur ex calore, & frigore, quale est fontium multorum, quorum tepor maxime proprius est, & tepiditas: tepereque, ac tepescere rectè, & propriè dicuntur, in utramque partem, paruoque admodum à temperamenti exquisiti æqualitate in calidum uel frigidum recessu: ut frequentius tamen, atque usitatius in frigidum intelligatur.

CAP. XII.

Εἰ γοῦν τὸ ψυχρὸν ὕδωρ βουληθείης εὔκρατον ποιῆσαι, τὸ μὲν εὔκρατον ἤδη μιγνύειν οὐ χρή. χλιαρὸν γὰρ οὕτως ἔσται τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. *Ergo si frigidam aquam temperatam reddere uolueris,*

volueris, temperatam quidem admiſcere non oportet: tepida enim ita erit ex vtraq; mixta.) Hinc patere ſatis poteſt diligenter attendenti, quid tepidum & tepor ſit magis propriè. Nam ſi temperatam aquam facturis, quæ frigida prius ſit, tantundem addere ediuerſo aquæ opus eſt, tamq́ue calidæ, quàm frigida inuenta ea fuerit: quoniam ſi temperatã iam antea immiſcuerimus, tepor potius exſtet aquæ, quàm temperamẽtum: fiet neceſſario, vt cum frigiditate omnino aliqua cenſendus tepor ſit, quem tollere niſi calidioris aquæ additio non poſsit, ut temperamentum exiſtat tandem. Nuſquam autem apertius cuius eſſet temperamenti tepor propriè maxime dictus, pronuntiatum à Galeno fuit, quàm in ſequentibus, capite de atriplici his uerbis: ὑγρὰ μὲν δὴ δευτέρας τάξεως ἀπὸ τοῦ μέσου. ψυχρὰ δὲ πρώτης, ἥνπερ δὴ χλιαρὰν ἐλέγχομεν εἶναι θερμασίαν.

Τὸ γὰρ ἤδη τῇ αὐτῇ παραπλησίως ἀφεστηκός, ὅμοιον τῇ κράσει τῷ θεραπευομένῳ καθεστηκός, οὐδεμίαν ἀλλοίωσιν ἤδη φέρειν ἱκανόν. *Nam, quod eãdem in partem ſimiliter diſceſsit, quum temperamento ſimile ei quod curatur conſiſtat, alterationem nullam inferre valebit*) Vt ſi in tertij fortè ordinis à temperamenti mediocritate receſſu, affectus aliquis conſtiterit, ad frigidum vergens, huicq; medicamenta applicentur, aut aliâs adhibeantur tertij, itidem à temperamento ordinis in frigidum receſſu, nihil ſane timendum inde noxæ, quum ab eiuſdem ordinis qualitate actio nulla proueniat: nec auxilij ſperandum quicquam, ut affectus iuuetur, quippè cui calida potius admouenda medicamenta ſint, ſed eiuſdem omnino ordinis, nempe tertij.

Πάντως μέντοι προσωφελήσει τὸ πάθος. *Omnino quidem affectum iuuerit.*) Demet enim frigiditatis certè aliquid tepor ille, ſat tantum demere non poterit, vt ad temperamentum adducat.

Εἰς οἷον χλιαράν τινα μεταπεπτωκέναι. *Vt veluti ad tepiditatem quandã tranſeat.*) Hic rurſus oſtendetur rectè animaduertẽti, teporẽ ab æqualitate temperamenti in frigidum tendere receſſu aliquo. mox enim addet: τὸ αὐτὸ καὶ θερμότερον ἢ κατὰ συμμετρίας τὸ πάθος. Vt ſciamus, exemplum prius de frigidiore allatum, fuiſſe de tepore dictum.

Ὡς τοιούτῳ μὲν σώματι προσαγόμενον ῥόδινον. *Quòd huic quidem corpori admotum roſaceum.*) Inuentum temperamẽtum, cuius ipſum eſt, conſeruabit roſaceum oleũ, frigidius calefaciet quoquomodo, calidius refrigerabit.

CAP. XV.

Ἀλλὰ δὴ φανῶς ἄλλοτε, κατ' ἄλλην τὴν ἐπικρατοῦσαν. *Verùm manifeſto alibi per aliam exuperantem.*) Quæ quidem exuperare modò quantitate, modò qualitatis uehementia poſsit, atque ita aliarum uires obſcurare: & modò in vno hanc, in alio aliam detegere euidentius facultatum ſuarum, pro corporum, quibus adhibentur, diuerſitate.

Ἄλλο δὲ τρίτον, οἷον γὰρ τὸ γλεῦκος τὸ ζέον. *Aliud autem tertium, vt in muſto quod feruet.*) Aquoſa hęc eſſe ſuccorum pars uidetur, quę vel per ebullitionem conſumpto digeritur, cõcoquiturúe in multis, in alijs tempore paulatim euaporata euaneſcit, ſincero relicto ſucco.

CAP. XVI.

Ἐν δὲ τοῖς ἀνομοιομερέσιν δριμύτητες τε, καὶ ὀξύτητες. *In diſsimilaribus verò acrimoniæ & aciditates.*) Videntur diſsimilares dici partes hoc loco, non qua ratione magnitudine conſiſtunt propriè ſua, partiumq; numero, poſitu, ac conformatione ſiue figura: ſed quatenus diuerſæ, ac diſsimilis facultatis ſæpè cuiuſdam ſunt, eodemq; modo ſimilares, quatenus ſimplex eſt earum facultas vna aliqua caliditas, frigiditas, ſiccitas, humiditas, uel duæ etiam ex his, non contrariæ.

Καὶ μηδὲ γὰρ δύνασθαι λαβεῖν αἰσθητὸν μόριον, ὅτω μικρὸν, ὅτω μὴ πάντων μετέσι. *Neq; ſumi poſſe ſenſibilẽ particulã vllã, quæ particeps omniũ non ſit.*) Magno argumẽto, qualitates

inesse corporibus, non ipsas esse corpora, & misceri qualitates posse multò quàm corpora facilius: de quo quæri solitum fuisse Galenus quandoq; scripsit.

εὑρήσεις τὸν δεύτερον τρόπον τῆς μίξεως. *Inuenies secundum modum mistionis.*) Idem quod in calce primi libri de elemẽtis secundùm Hippocratem scribitur: tutius esse, ita censuisse, disfractisq; ad minima corpusculis nõ misceri substantias eorum, sed qualitates arbitrari. Idq; multò magis in mistionibus, quas miscemus nos, existimandum fuerit: nam natura miscere fortasse ipsa cũcta simul, & in unum queat, licet hic quoque nihil prohibeat, de qualitatum solummodo mixtione opinari.

CAP. XX.

τὰ δὲ τῇ φύσει ψυχρὰ τῷ καταθραύεσθαι, καὶ κίνησιν προσλαμβάνειν ἐπίκτητον. *Natura autem frigida, ex eo, quod comminantur, ac motum assumant acquisititium.*) Acquisitus motus is nullus alius fuerit, quàm quo à calore attracta mouentur ad cor ipsum frigiditate noxia medicamenta, quietura, mansuraq; loco per se, nisi commota agerentur. Hoc igitur quum ex seipsis non habeant, sed aliunde, à calore quippe ipso adipiscantur: in potentia esse quadam ad hoc ipsum dici, atq; existimari meritò poterunt: pręter id quòd cõminuta disfrangunt, non per se, sed ab eodẽ calore. Quem pariter quum aduentitium retineant, amittere breui possunt, vt potè acquisititiũ, & extraneum: ac tanquã actu rursus frigida fugefaciendo interficere, longe alia ratione quàm caliditate nimia interimentia medicamenta: quæ calorem, quem susceperunt, tantum abest, ut perdant, ut ad auctum maiorem insuper reddant quousq; interimant, innatum calorem ipsum deperdẽtia.

ἀκρατέστερος κεραννύμενος. *Meracius mixtum*) Argumento hoc esse posśit non minimo, nunquam potari solitum ueteribus vini quicquam, nisi cum aliqua omnino, uel qualicunq; tandem dilutione. Nam quum in affectu, omnium maximè uini haustum meracisśimi, nihilq; penitus diluti exposcẽte, misceatur aquę tamẽ aliquid: κεραννύμενος enim dixit: signi hoc sit, multo magis in alio uini vsu omni, fieri id, plus, minus, semper tamen, consueuisse.

CAP. XXI.

Συρφῶν μέντοι κόπρου περιστερῶν, καὶ μάλιστα τῶν ἀγρίων, κἂν θερμὴν φθῇς τὴν χεῖρα, σαφῶς αἰσθήσῃ θερμασίας. *Columbarum quidem, præsertim uerò agrestium, fimi aceruo manum si inieceris calidã, licet manifesto calorem senties*) Nam quum in eo, quod ad aliqd, cuncta hæc intelligantur: ea, quæ summe calidorum, aut frigidorum in medio, vel circa medium fuerint, diuersorum supra, infraq; se positorum respectu modò calida, modo frigida, cum sentient ipsa, siquidem sensu prædita sint, tũ sentientur ab aliјs. At in summo locata tàm calida, quàm frigida, uel propè summum calida semper, aut frigida, id quod sunt, sentientur ab intra se positis omnibus aliјs, quorum tantumodo respectu ad aliquid sunt.

CAP. XXII.

Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ πάμπολυν ὕστερον χρόνον αἱ χρεῖαι τῶν ληφθέντων. *Atq; iccirco post plurimum quadam tempus, postquam sumpta fuerint interficiunt.*) Persuadeat sibi ex hoc qs, potionari quosdam posse, certo deinde tempore aliquo perituros, añi puta, aut sesquianni, maiorisue, aut minoris temporis interuallo: quod an fieri posse credibile sit, quæri solitum ab eruditis scio. Et ratio quidem dictat hoc genus uenena, putrefacientia, atq; erodentia, naturæ eius quum sint, vt vires suas tempore non amittant, sic misceri posse interdum, vt plus minus seruata in corpore, serius pariter, aut citius noxam detegant suam. sic autem misceri, vt dierum, hebdomadis, puta, vnius, vel mensis etiam, aut cuiuscunque tandem, breuioris, longiorisue temporis spatio, post exhibitum venenum interimat, sic quidem, ut nec citra id temporis interuallum, nec ultra aut anteuerti, aut

ti aut protrahi mors queat, quod nonnulli contendere ausi sunt: id verò fieri mihi nulla ratione posse videtur, si non ob aliud, at ob corporum, quæ venenum sumpserunt diuersitatem, quorum alia densiore habitudinis vniuersæ substantia constant, laxiore alia, adstrictis alia, reseratis meatibus alia. Quæ quamquam sciri ex parte aliqua possint, aliquaq; proinde duci inde coniectura longioris aut breuioris in vniuersum temporis: tempus tamen constitui statum, firmumquè vnum aliquod nequeat, intra quod pereũdum necessario potionato sit: vtpote in quibus nulla omnino uersetur præcisi temporis alicuius causa. Quin ne absoluta quidem, quam modò diximus, atque in vniuersum sumpta, temporis lõgitudo, aut breuitas illa sciri, prædiciq; rectè satis sæpè queat. Vt enim reliqua comprehendi cuncta teneriq; possint, ex quibus argumenta sumere nobis, & coniecturas ducere liceat, ἰδιοσυγκρασίαν vniuscuiusq; illam quo modo comprehensam tenebimus vnquam? quæ si nos fugit, vt quidem semper fugit, vanũ, ac fallax futurum iudicium nostrum de his semper sit. Etenim si in demorsis à cane rabido, diuersa videmus pereuntium ex eo tempora, detegente se malo in alijs ante alium, idq; diuersissimis temporibus, in alijs post annum, multum itidẽ, aut parũ: sitq; mali causa in omnibus eadem, canis quippe eiusdem semper speciei rabies: quid aliud esse possit diuersitatis eius causa non video, vt alij citius, serius alij moriantur, nisi corporum, horumquè ipsorũ tẽperamenti, sed proprij vniuscuiusq;, quæ ἰδιοσυγκρασία est, diuersitas. Nã si (quod fortasse dici non prorsus absq; omni ratione posset) calidioris dixerit aliquis naturæ omnes, citius, sicuti alios frigidioris, tardius perire, ideò quòd citius quoq; in his per laxos apertosq; caliditatis ui meatus perueniat ad cor uenenum, quemadmodũ tardius in illis per adstrictiores, clausosq; magis: de paulò magis fuso tardatæ, vel festinatæ mortis significato concedendũ fortasse: de pressiore, strictioreq; nõ concedendum: vt quũ (quod in quæstione positum est nunc) determinatè periturum hoc illoúe mense, hac illaúe etiam septimana diuinant, mortisq; talia statui in hoc posse existimant præfixa tempora. Simul illud considerandum: tanto tempore postquam obseruari cœptum fuit de canis rabidi morsu, obseruatũ nihil quicquã legi, calido tẽperamento homines celerius perimi, quàm frigido, sicuti contrà frigido tardius, quàm calido: & verisimile tamen est, obseruaturos fuisse, transactis tot iam seculis, medicos rerum, effectorumq; omnium sæpe obseruantissimos. Nunc, quum nihil tale scriptum legatur apud autorẽ (quod quidem ego sciam) quemq; de re hac: ne contingere quidem solitum arbitrandum: multoq; verisimilius fiet rectè considerãtibus, ex taliter affectis, quos infinitos atq; innumeros extitisse, certum propè sit, non semper citò perijsse natura calidos, sicuti nec tardè, frigidos: sed ex ijs q; longissime interiere, vel medio quoq; in hoc se habuerunt modo, calidi alij, atque alij frigidi indifferenter vt essent, fieri haud difficulter potuisse. Quæ si ita sunt, iam nõ erit statæ ex veneno (licebit enim idem exempli ad reliqua omnia venenorum genera traducere) mortis alicuius tardissimæ, aut citissimæ, aut in medio harum locatæ temperamentum manifestum aliquod, quod probare nitebamur, causa, sed naturæ proprietas aliqua, quæ ocyus aut serius veneno succumbat, subiectiq; corporis, in quod venenum recipitur, ἰδιοσυγκρασία. Porrò autem subiecti ductæ ex manifestiorib. qualitatibus causæ illæ quum effectus hos producere nequeant, latentior aliqua sit oportet, quę faciat: atque hęc cum ignoretur nobis, sane ne determinatum quidem præcisumq; prægfigere tempus aliquod mortibus his licebit.

CAP. XXVI.

ἔνια μὲν ἤδη κέκτηται τὴν ὡς ὅλην ἐπιτηδείαν ὁμοιότητα. *Quædam possident iam*

iam idoneam attractioni similitudinem.) Vt quæ foris admouentur extrahendis sępè infixis fortè corpori aculeis: purgantia licet ista dici medicamenta, nisi larga nimis quadam significatione, non debeant: at inter propriè maximè trahentia semper numerabuntur.

IN LIB. IIII. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. I.

Ου μὴν ἀκριβῶς αἰσθάνεται τῶν παθῶν. *Attamen passiones exactè non sentiunt.*) Sensus non est ipsa alteratio, sed alterationis perceptio. Itaque ossa, & cartilagines, quamuis humefacta præter naturā, ac resiccata interdum, excalfactaque, & refrigerata alterentur, quia tamen nulla adest illis rerum harum perceptio, sentire rectè non dicentur. Rursus caro, & neruus calorem sentient ac frigus, exacteque hæc ipsa percipient: ast gustatiles qualitates, quamuis ab his afficiantur, non percipient tamen: ità ne sentient quidem. At lingua & afficitur ab his, & affectionum differentias facilè percipit: iccirco sentire, & gustum habere dicitur. Additum verò illud ἀκριβῶς, exactè, quia ossa, licet sentiendi potestatem non retineant, afficiumtur tamen, & patiuntur, ex eo nocumentum accipiunt, ut quoquomodo ex eo sentire dici queant, vt interim exquisite non sentiant. Caro pariter à qualitatibus affecta gustatilibus, quoquomodo sentiet, ob idipsum scilicet: quippè affecta, licet exacte non sentiens, gustus utique differentias non percipiens, quas lingua percipit.

CAP. II.

οὕτω γὰρ εἴρηται κἀκεῖνο πρὸς ἱπποκράτους. *Sic enim illud quoque dictum ab Hippocrate est.*) Sectione quinta Aphorismorum.

CAP. IIII.

Ἀλλὰ καὶ τὴν αἴσθησιν τὴν γευστικὴν ἐπὶ τῶν χυμῶν γυμνάζειν. *Verùm gustandi quoque sensum exercere in succo.*) Ex hoc enim, cùm primę qualitates innotescent melius nobis quattuor illę, tum secundæ, & tertię, reliquæque etiam ab his omnes, quæ diuersæ diuersis insunt succis: ac gustandi peritum non latebunt: cognoscenturque ex eo multa.

ὡς ἐγὼ μὲν φημί, γλυκέων. *Vt ego quidem dico, dulcium.*) Vulgo quoque sequimur hanc appellationem, sępè dulcia dicentes multa, quorum nulla tamen dulcedo sit, dumtaxat mellea, aut saccharea. Panē uocamus dulcē cui tantùm nihil additum fuerit salis, uel parum admodum.

CAP. VI.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἕτερος λόγος. *Caeterùm de his alius est sermo.*) In vltimo operis huius libro explicandus.

CAP. VII.

παχυμερῆ ταῖς τῶν ὄγκων συστάσεσι. *Crassarum partium tumorum consistentia.*) Tumores nominauit, ὄγκους scilicet, non quales Epicurus aut Democritus, sed simplicem intellexit rerum constitutionem ex corporea substantia. Mox enim addit: τὸ δ᾽ ὀξὺ ὡς λεπτομερὲς μὲν δὴ τοῖς σώμασιν. corporibus dicēs, quod prius τῶν ὄγκων συστάσει dixerat

Καθάπερ καὶ ὁ τῆς ἐλαίας. *Vt etiam olea.*) Qui tamen fructus amissione potius acerbitatis, quàm dulcedinis notatu dignę alicuius assumptione factus dici dulcis debebit.

Τὸ δ᾽ ἔξωθεν μὲν ἀπὸ τοῦ ἡλίου, σύμφυτον δὲ, καὶ οἰκεῖον αὐτοῖς. *Alterum autem à sole extrinsecus, congenitum verò, ac proprium ipsis.*) Σύμφυτον dixit, familiare intelligens: maxima nanque solis calori cum innato rerum intercedit familiaritas, & cognatio,

vt

vt appellari connatum quoq; possit calidum id, generandis præsertim, producendisq; rebus omnibus, maturescendisq; demum ac perficiundis tam necessarium, atque utile. Quamobrem transit ad innatum facilè, & associatur illi, unumque fit.

Εὑρεθείη δ' ἄν τις αὐτοῦ καὶ χρεία, πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν ἡμῖν πραγματείαν. *Inuenietur porro aliqua ipsius quoq; vtilitas ad opus præsens.*) Vt quum de secundis & tertijs facultatibus quæritur, ex saporum differentijs, ac natura maximè cognoscendis statuendisque.

Καὶ κοκκύμηλα, καὶ σταφυλαί, καὶ σῦκα. *Et pruna, & vuæ, & ficus.*) Vuas inter frigida connumerat, qui uinum, vuarum nempè succum, calidum satis statuerit alibi. Nec sanè ficus frigidæ censendæ admodum: quomodo namq;: quas quidem dulces semper experimur, utiq; benè maturas, non secus atq; vuas? At dulcia, tertio statim ab hoc uersu calida ponuntur, plus minus, pro dulcedinis quantitate: certè valde dulcium nullum frigidum habendum esse dicitur: at ficus, vuæq; dulces benè maturescentes. Quare vel de immaturis accipiendū vuis hoc: vel de uuarum genere, quibus stipricitatis, adstringentięq; multum insit. Non enim ignoro, capite de vuis, in libris de alimentorum facultatibus, genera poni vuarum acidarum, & austerarum quædam, quas etiam succo esse frigidiore scripserit, ut calidiore dulces. Poterunt nihilominus vuæ quoq; multæ non satis dulces frigidæ existimari, vtpote substantiæ aquosæ multum retinentes: quod paulò post manifestat nobis his verbis: ἔνιοι δ' ἄν τι καὶ μετρίως γλυκὺ ψυχρόν, ἐπειδὰν τὸ πλεῖστον αὐτοῦ τῆς σώματος ὅσπερ ὑδατῶδες ᾖ. Ita tamen ut frigida habenda esse ista intelligamus, primi tantùm ordinis initio, tepidæ cuiusdam caliditatis modo atq; vt Galenus ipse addit, ὡς καὶ πρόσθεν ὑπὸ λέλεκται περὶ τῶν χλιαρὰς θερμασίας μετεχόντων. Vinum porrò ex quamuis frigidis vuis, fieri calidum tandē poterit, euaporatis tempore aquosis partibus, & manentibus uinosis, quæ calidum faciunt.

CAP. VIII.

Παντὸς γὰρ χυμοῦ δύναμιν ἡ ὑδατώδης ὑγρότης ἀμβλύνει. *Omnis enim succi facultatē aquea humiditas retundit.*) Dictū prius αὐστηρὸν ἐκλελυμένον εἶναι στρυφνόν. Quod si igitur hebetat humiditas aquea succi omnis uires, & acerbi addita hebetabit. faciet itaq; ex acerbo austerum. quippe austerum remissum, atq; exolutum, acerbum est.

CAP. IX.

Ὡς τινὰ μὲν ἤτοι κατὰ μίαν, ἢ δύο ποιότητας ἐνεργεῖ τε, καὶ πάσχει πρὸς ἄλληλα, ἔνια δὲ καθ' ὅλας ἑαυτῶν τὰς οὐσίας. *Quod quædam vel vna, vel duabus qualitatibus agunt inuicem, et patiuntur, quædam verò totis substātijs suis.*) Actio, & passio contrariarum inter sè qualitatum semper sunt. At contrarietates duæ tantummodo quum sint primarum qualitatum, caliditas, & frigiditas, siccitas, & humiditas: aut vna solùm aget contrarietas, exuperantibus quippè ac pugnantibus calore, & frigore inter se: altera autem quiescet, ęquali forte inuento qualitatis suę ordine, siccitatis nimirum, & humiditatis: ab æquali enim non prouenit actio. vel ediuerso hæc aget, non aget illa, eodem modo æqualitate inuenta. Ita vna tantùm erit qualitas, quæ agat his casibus: aget utreq;, si contrariū, in quod agāt, inuenerint. Tertia simul agere qualitas vlla non poterit, quum duæ solę cōtrarietates sint, quarum alterius alteri inesse actio, aut passio vlla nequit, nisi ex accidēte quodam, vt quum calida resiccare insuper uidemus, & frigida humectare, secundaria quadam ratione, de quo agendi modo nunc non loquimur. Tota verò substantia agunt, & patiuntur, nullo dictorum nunc modorum agentia, & patientia. In his nanq; modis, quum ex vna solummodo aut altera qualitate

actio

prietatem unam aliquam eiusmodi, cõsensusq́ is sit quidam ceu harmonicus, nec recipi proprietas ea, nisi in proportionem hanc, illamue ratarum inter se partium, neque alteri nisi huic inexistere queat. Ita tamen vt rata ea elemento rum compositio commixtioq́, seruata proportione, harmoniaq́ ea, tam in calido existere, quàm in frigido, sicco, quàm humido possit: quando quidem, qui ab esu casei (exempli causa) natura, & proprietate, per ἰδιοσυγκρασίαν quandam abhorrent, hos diuerso sæpe præditos temperamento esse uidemus, utique manifesto, atque euidenti, ut alij calidi, frigidi dici alij possint: ac si fortefortuna rata ea elementorum pars, cui inesse proprietas abhorrendi à caseo solet, ignis puta, quattuor esse debeant, aeris tres, terræ unius, aquæ duarum, quæ calidũ procul dubio temperamentum faciant: eadem suscceptura proprietatem eãdẽ sit proportio, quę quatuor fortasse aquæ sit, terræ triũ, aeris unius, ignis duarum, quam nullus non frigidam dicat temperamento, sed tamen in qua, rata elementorum proportione, sibi inuicem respondentium partiũ seruetur ratio, quatuor, trium, vnius, duarum, siquidem hæc futura proportio sit, quod nescimus, & proportionem tantum esse debere intelligimus. Vt quidem eundem sæpè concentum, harmoniamq́ seruari eiusdem naturæ uidemus, mutato uocum ordine, modò proportio retineatur numeralis, ut altera in alterius locum ueniat, sed e ›dem numero, ordineq́ eodem.

καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ. ι τῇ συζυγίᾳ τῆς κράσεως, τὰ δ' ἐν τῇδε. *Atque hac quidem in hac temperamenti coniugatione, hæc verò in illa.*) In eum sensum uerba hæc accipio, quemmodò narrantes omisimus: ut temperamentorum familiarium nobis & ex proprietate conuenientium, diuersæ, ac uariæ sint coniugationes, compositionesq́ue, ex elementis multipliciter in vnum conuenientibus: sed eo tamen semper ordine, numeroq́ue, ac rerum cõponentium rata cuiusq́ parte, ut proprietas existat quam primum corporum nostrorum naturæ respondens, & cõgruens. Iccirco multæ esse poterunt coniugationes, siue compositiones, dumtaxat multipliciter compositæ, ordinis tamen eius, ac modi, in quo ratio constet, & proportio partium proprietati analoga ratione aliqua competens, ut illi inhæreat, non secus, ac (quod paulò ante quoque narrauimus) in concentu sæpè multarum vocum, musicaq́ harmonia, ex variatione vocum subinde immutatarum, eiusdem tamẽ modi ac rationis sonus, propriusq́ue institutæ tunc cantilenę exauditur. Idem porrò de agentibus à tota substantia censendum omnibus: interq́ue alia, de alimento, quod proprium, ac familiare esse semper naturæ corporum nostræ debeat, plus quidem, ac minus, sed eius perpetuò rationis, ut partium coniugatio ex quibus constituitur, rataq́, atque analoga earum portio, retinere proprietatem suam ualeat.

CAP. XVII.

καὶ φύσει θερμοῖς, καὶ πυρέττουσιν. *Naturaq́, calidis & febricitantibus.*) Considerandum ex hoc de syrapiorum in febribus vsu, uituperandus ne an cõmendandus ueniat. Et profectò in biliosi temperamenti hominibus, multoq́ calore accensis febribus, syrapios ex materia quamuis refrigerante, bilescere sæpe in uentriculo uidemus, utpote ex sacchаro concinnatos omnes, quod in huiuscemodi intemperaturis conuerti in bilem facile solitum sit: tanto magis autem accedente febre aliqua uehementioris caloris, ut interea tamen existimemus, refrigerantes res, quas accipiunt, opus pariter edere suum posse in corpore refrigerandi: quod non inconuenit ut simul & dulcia bilescant, & frigida refrigerent. Itaque, ubi suspicio suberit nocumenti ex conuersione in bilem maioris, quàm ex refrigeratione commoditatis, atque usus quæ in temperaturis, & quales diximus febribus est, decoctionibus uti præstiterit, & macerationibus, & dilutis, ferente ita anni tempore, ut ad manus esse possint, ex quibus ita pa-

rentur. Quando non in alium usum, ut opinior, inuentos fuisse syrapios credere par sit, quàm ut multa, quæ conseruari illæsa diutius nequibant, conseruarentur ita, ac perennarent ex saccharo, simul non parua ex hoc conciliata medicaminibus his abstergendi facultate, affectibus multis profutura. Illud tamen præclare cadit, quod hyeme, quo tempore usus syrapiorum maximus, ac frequentissimus est, non ualde pertimescere efferuescentiam bilis tutò possimus: æstate autem, in qua formidare illã meritò debeamus, diluta nobis, & decocta non deerunt, ex herbulis, ubiq; ad manus futuris præparanda.

Τὸ δ' ὀῤῥῶδες περίττωμα ψυχρὸν τ' ἐστὶ, καὶ ὑγρόν. *Serosa autem superfluitas, frigida atq; humida est.*) Attamen acrimoniæ nonnullius particeps, quæ non tàm esse frigidam superfluitatem eam sinat. Quare, quod mox additur à Galeno: hoc magno interuallo à temperatæ caliditatis corpore relinqui, hoc est, multo esse frigidius temperatè calido corpore: non tàm intelligendum de exuperante temperamentum qualitate, quàm quòd, quum multò maior sit serosæ partis in lacte quantitas, quæ frigidior, quàm butyrosæ, vel caseosæ, quæ temperatę habẽtur, maior quoq; existimanda hac de causa frigiditas sit, ob serosum excrementum multo maius, frigidum quidem, & aquosum, sed subacre, ideoq; caliditatis omnino aliquid retinens. Et alioqui mellis ipsius comparatione dicuntur eo in loco à Galeno ea: deq; acido accipi lacte dicta possunt, bene frigido iã, quippè à quo calidior acrisq; partis serosæ portio discesserit.

CAP. XVIII.

Ἀλλὰ καὶ πλάτων, ὥσπερ περὶ θερμοτάτου πάντων ἀποφαίνεται, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Θεόφραστος. *Verùm & Plato tanquam de omnium calidissimo pronuntiauit, & Aristoteles, & Theophrastus.*) Plato in Timæo, contextu uerborum, operis huius libri primi in fine recitatorum. Aristoteles autem in libello de sensu & sensilibus ita ait: τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν ἐν τῇ φυσιολογίᾳ, τῇ περὶ τῶν φυτῶν. De quibus abunde satis tractarit Theophrastus.

Καὶ διὰ τοῦτο πολλοῖς ἐξ αὐτῶν ὡς ὄψῳ χρώμεθα, πολλοῖς δ' ὡς ἡδύσμασι μόνον. *Atque ideò ipsorum multis, vt obsonio vtimur, multis verò, vt condimento solum*) In condimento nihil esse alendi uirium poterit: sed si cibum gratum palato, gustatuq; iucundum reddiderit, aut qualitates emendandas attemperarit, utilemq; eo pacto fecerit, atq; (hoc ipsum, quod dicitur) condierit, præstabit satis. Obsonium alat necessum est: diciturq; id, quod præter panem, & uinum mensæ infertur, cibi.

Λυκοπέρσιον ἔφασκεν εἶναι. *Lycopersium dicebat esse.* Non defuere nostri temporis benè inprimis in herbarum cognitione uersati, qui herbam hanc florem esse Aphricanum existimarint, incertis tamen coniecturis.

CAP. XIX.

Καὶ πρὸς τούτοις ἀρσένικον, ὑδράργυρος, λιθάργυρος. *Arsenicum præterea, hydrargyros, & lithargyros.*) Argẽntum uiuum, quod hydrargyros est, hoc loco Galenus perniciosis medicamentis adnumerat, quæ per erosionem interficiunt: idq;, ut uideri potest, aliorum de eo scribentium, Dioscoridæq; fortasse ipsius in primis, nixus fide. Nam huius eiusdem operis, libro nono, autor idem de argento uiuo loquutus in hunc modum scribit: ἐγὼ δ' αὐτῆς ἐδείπω πεῖραν, οὔτ' ὡς ἀναιρεῖ πινόμενον, οὔτ' ὡς ἐπιτιθέμενον. Non expertum se inquit, an interimat deuoratum, forisue admotum, quum tamen interea anni intercesissent circiter uiginti inter octaui operis huius, noniq; libri scriptionem. quòd nisi comperta, atq; explorata scribenda esse in animum suum induxisset, proprijs, priuatisque de medicamento unaquoq; locis, ac capitibus. Nam alias in transcursu proq; exemplo, cum alijs unà meminisse vnius alicuius medicaminis licebit, huius, aut illius naturæ, ex aliorum quandoq;, sed receptissimorum tamen authorum fide ac testimonio: quod à Galeno factum hoc loco fuisse uidemus.

Καὶ

Καὶ διὰ τοῦτ' ἐκφεύγει τὸ γένος τῶν δηλητηρίων. *Atq; propter hoc, deleteriorum genus ef fugere.*) Futura mox talia, non solum si grauiter magis, siccaq;, & dura essent: uerum etiã si neq; humidę, neq; aereę tantũ substantiæ retinerent. Imo uerò aristolochia atq; iris ob id ipsum, quia humidæ, & aereæ substantiæ maioris sunt, quã arsenicum, & argenti spuma, minus quoq; his & grauia, minusq; & dura & sicca habentur: proinde neq; esse deleteria possunt. Adeoq; uera ista sunt, quæ hic dicuntur à Galeno, ut argentum uiuum, quoniam una deest illi siccitas, & soliditas, proq; his mobilitatem, & fluxibilitatem retinet, esse deleterium non soleat, tantisper dum mobile, & fluxile est, quamuis interea ponderis insuper satis habeat, stabilitatem uerò induens, amissaq; mobilitate illa sistens se, perniciosum extemplò fiat, ac deleterium: quod in præcipitato (ita enim apellant) quotitie experimur ueneno, postquam siccitatem, & firmitatem accepit: antea, quum flueret, adhuc aquosum, unde ὑδράργυρος dictum, non ueneno, sed magni interdum in re medica usus, pro medicamine, non pro deleterio etiam epotum: ut in conuoluulo, ut in uerminoso infantium affectu.

CAP. XX.

Ἀλλ' ὡς Ἀριστοτέλης ἔλεγε, διὰ βαρύτητα. *Sed quemadmodum Aristoteles aiebat, ob grauitatem.*) In Meteorologicis, & Problematibus.

Ὃ γὰρ ἂν ἁλυκὸν ᾖ, πλέον ἐκθερμήνῃς, ἔσται σοι πικρόν. *Quodcunq; enim salsum excalfeceris plus, amarum tibi fiet.*) Sic quidem dictum supra quoq; fuerat, ieiunantibus sputum salsum primò, tum, si diutius protrahatur ieiunium, non modò salsum, sed etiam amarum uisum iri.

Καὶ πολλαχόθι δ' ἅλες ἐξ ὑδάτων ἐλαφρῶν, ἁλμυρῶν, ἀναξηρανθέντων γινόμενοι. *Ac pluribus in locis ex aquis leuibus salsis, resiccatis facti.*) Plurimis autem per Germaniam totam, in quibus magno artificio in prægrandibus, ac latissimis patellis, subdito igne excoquitur sal, resiccaturq;, & in pyramidales massas formatus educitur. Leuibus autem dixit, non autem leuiter salsis, ut interpres uertit, ut sciremus, nõ ex sola marina aqua, grauiore aliquanto, sed ex fontana etiam tenuiore concrescere salẽ posse, ignis ui, uel aliquo alio etiã fortasse modo exsiccatũ.

CAP. XXII.

Οὕτως καὶ τῶν ἀτμῶν, οἱ μὲν οἰκεῖοι τοῦ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον πνεύματος. *Ita & vapores, qui quidem proprij cerebri spiritui sunt.*) Proprietas ex tota substantia intelligenda uaporum atq; exhalationũ, spiritibus cerebri, per quos olfactus fit propriorũ, ac familiarium: non secus, ac calorum quoq; ipsorum, uisorijs spiritibus familiares, ac proprij, alij alijs magis babebuntur, gratiq; idcirco magis etiam, & accepti: eodemq; modo de sonis.

Ἢ τοῖς ὄγκοις ἀσύμμετρον. *Vel tumoribus immoderatum.*) Non sunt hi tumores, quos Epicuri, uel Democriti secta posuit, ex corpusculorum atomorum concretione facti: sed moles corporea accipienda est similaris partis, quam Hippocratica etiam schola ponit, ex qua quod exhalat, ὄγκος appellauit Galenus, tumores scilicet, seu molem: solitus alibi etiam ita nominasse, quum de corporũ meatibus sermo est, & effluxiones notantur rerum; quas hic olfactui non esse commensu suo respondentes dixit.

IN LIB. V. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. I.

Καὶ μέχρι μὲν τοσούτου καὶ αὐτοὶ προΐασιν. *Atq; hucusq; ipsi quoq; procedunt.*) Eadẽ fere, quæ initio tertij therapeuticæ Methodi libri traduntur.

Ὁ δὲ δεύτερος ἀνδρὶ λογικῷ προσήκει μάλιστα. *Secundus autem uiro rationali conuenit maxime.*) Qui more suo de primis rerũ qualitatibus inquiret primũ, tũ de

ſaporibus primas ipſas inſequentis. Ex his enim remedia morbis accõmodaſſe methodi, ac rationis eſt: ſicuti experientiæ ſolius, pleuriticis (exempli cauſa) medicamẽtum hoc ut cõferat, peripneumonicis illud: & utinam cieat hoc, menſes illud: atq; id genus multa obſeruaſſe tantumodo, nulla faciendi ratione, ſed ex obſeruationibus multis.

CAP. III.

Πρὸς τῷ δὲ μήτ' ἀφαιρεῖν τι πλέονος γ' αὐτοῖς ὑγρότητος, μήτε προστιθέναι. *Præter id quòd neq; adimunt humiditatis quicquã eius, quæ illis adeſt, neq; addunt.*) Quod quidẽ pus mouẽtia faciunt, ut neq; auferant, neq; adijciant humiditatis quicq; affectui, & quam inuenerint, in pus ſolummodo conuertant. Emollientia verò, & pluſculum obtinere caloris opus erit, vt emolliant: & humiditatẽ colligere neceſſarium, ſiquidem ex duris mollia facere debuerit.

CAP. IIII.

Καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἐδίδασκεν. *Quemadmodum Ariſtoteles quoq; edocuit.*) Meteorologicorum libro quarto.

Οὕτω γὰρ ὅτε Πλάτων ἔλεγεν. *Sic nanq; Plato quoq; aiebat.*) In Timæo, non multo poſt Dialogi ſiue libri medium.

CAP. V.

Ἑτέρα δὲ ἡ τοῦ πεπονθότος μορίου οἰκεία κρᾶσις. *Altera verò affectæ partis proprium temperamentum*) Vt nerui, neruoſæq; partes omnes ſunt, membranæ, & inter uiſcera lien, tàm facile, tamq; ſæpè duritiẽ aliquam incurrens, ſcirrhoſisq; affectibus obnoxius.

Πολλάκις γὰρ ἐκεῖνος μὲν ἤδη θερμότερος ἑαυτοῦ γέγονεν. *Sæpenumero nanq; ille quidem ſeipſo calidior factus eſt.*) Vt nonnunquam in phlegmone œdematoſo, uel œdemate phlegmonoſo contingere experimur, ubi tumorum reliquiæ indurantur ita, ut negotium medentibus faceſſant, ſæpe etiam diligentiam omnem uincãt.

Ἀλλ' ἐξαιρέτως ἐπὶ τῶν διὰ πῆξιν σκληρουμένων. *Sed peculiariter in his, quæ ex congelatione induruerunt.*) Atqui quum à frigore fiat congelatio, diſſoluaturq; hæc calore, calefacientibus potius ſoluenda eſſe hæc, quàm emollientibus, dicendum erat. Et verò ita eſt: calefacientium enim uſu ſoluuntur congelata, ſimulq; eo pacto emolliuntur, nempè calefacta, ſed modicè, ne ſi confertim nimis, aut uiolẽter id fiat, reliquiæ inſuperabilis duritiei aliquæ maneant. Eapropter quod parumadmodum ſiccet, ſumi ad hunc uſum aliquid ſolitum, ut in totum calida atq; humida exiſtant. at hoc ipſum emollire eſt, calefacere, neque ualde ſiccare. Dictumq; ſuprà fuit de emollientibus: τὰ δ' ὡς καὶ πλείονα τῆς κατὰ φύσιν θερμότητος ἀνάπτοντα, καὶ συνάγοντά τι τῆς ὑγρότητος. Vt & caloris plus accendant, & humiditatis aliquid colligant. Colligere dixit humiditatem ex duritie, quam eliquans faciat, dein parum ſiccans abſumat ſiquidem paulo poſt dicetur de emollientibus: τὰ δὲ μαλακτικὰ βραχύ τι μέρος αὐτῆς ἀναλίσκει: quum de humiditate loquẽt. Scribeturq; de his infrà: ὀλίγον ἀφέστηκε μήτε ξηραινόντων, μήτ' ὑγραινόντων. Vt propterea ſi quis calida quoq; ea, & humida facultatibus ſuis dixerit, concedendũ eſſe Galenus addat: neq; mirum eſſe debeat ſi pro calefacientibus hoc loco emollientibus dixerit, quippe quę emollire calefaciendo prius, tum humiditatẽ ſoluta duritie colligendo, ſiccandoq; etiam mox, parum utrumq;, ſolita ſint.

Ὡς Ἀριστοτέλης ἐδίδασκεν. *Vt Ariſtriſtoteles docuit.*) Libro quarto Meteorologicorum.

Πολὺ δὲ μᾶλλον ὑγραῖνον ἅμα καὶ θερμαῖνον ἔσται τὸ μικτὸν ἐξ αὐτῶν. *Multò ſane magis humefaciens, ac calefaciens erit, ex ipſis mixtum*) Additum enim oleum aquę, humefaciendi uim augebit, longiore tẽporis mora cõſeruatã retinens: quæ quò diutius manet, eò maior quoq; ſemper humectandi actio ſuccedet, etiam ſi fortaſſe

talse non intendendæ multum qualitati, at impreſsioni maiori faciendæ, & permansioni diuturniori.

CAP. VI.

Καὶ τινῶν παιδία προσέχειν νυκτὸς *Ac quidam pueros admonentes noctu.*) Dictū de his pariter septimo therapeutices Methodi libro.

CAP. IX.

Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τὴν αἱματικὴν οὐσίαν, καὶ ἀερώδη, θερμὸν ἔμφυτον ἀκούειν ἅμα τῷ πνεύματι. *Nihil autem prohibet, sanguineam quoq; substantiam, & aeream, calidum innatū audire, cum spiritu vnà*) Non quæremus ergo anxiè nimis de calido innato, quod qualeue habendū sit, quum esse hæc omnia poſsit, Galeni autoritate, principaliter tamen spiritus : sanguis autem, quòd plurimum in sanguine insit semper spirituū. Sunt codices, in quibus pro ἀερώδη, legitur σπερματώδη: quod sanè nō displicet. Nam quum sanguinem calidum innatum inaudire liceat, quòd spiritosus sanguis sit, multò magis semen fas erit, spirituosius etiamnum sanguine: & aeream substantiā addidisse spiritui, ipsi quoq; aeore, quasi superuacaneum uideri poſsit.

μᾶλλον δὲ οἷον ὕλην τινὰ, βραχείας μὲν ἔτι μεταβολῆς δεομένην, εἰς γένεσιν ἐμφύτου πνεύματος ἀκριβουμένου κατὰ τὰς οἰκείας ποιότητας ἤδη μέντοι πρός γε τὰ φυσικὰ τῶν ἔργων ἱκανῶς συντελοῦσαν. *Potius verò velut materiā quandā exigua quidē adhuc immutationis egentē, ad innati spiritus generationem qualitatibus proprijs absoluti, attamen iam tum etiam ad naturalia opera quæ satis conducat.*) Spiritum, quem naturalem dicimus, innuere videri poſsit hoc loco Galenus, de quo addubitauere multi, num admittendus esset, utpote craſsior, ac fęculentior, quâm innati, spiritusq; absoluti qualitatibus conueniat: & nihilo tamen secius naturalibus operibus concoquēdi, distribuendiq; alimenti, atq; uniuersæ nutricationis totius œconomiæ perficiendæ abunde suffecturus : elaborationeque maiore accepta, ac veluti depuratior factus, in uitalem mox, tum deinde & in animalem euasurus, calidiq;, & spiritus innati perfecti atq; absoluti conditiones, ac qualitates expleturus omnes. Vt proinde neceſſarium futurum sit, spiritum hunc quoq; esse, quandoquidem caloris innati munia cuncta expleat, qui spiritus ipse quoq; est.

τῶν μὲν καταντλουμένων ὕδωρ εὔκρατον, ἢ ὑδρέλαιον· τῶν δὲ ἐπιβρεχομένων ἔλαιον εὔκρατον. *Eorum quidem, quæ perfunduntur, aqua temperata, uel cum oleo mixta, quod hydrolcū est: eorum verò quæ irrigantur, oleum temperatum.*) Perfuſio, copiosior esse, atq; uberior, & liberalior liquidioris rei quędam quasi effuſio uidebitur, confertimq; facta: irrigatio stillatim fieri, guttatimq; debebit.

Τὸ δὲ χοίρειον αὐταῖς ταῖς ὀνομαζομέναις κυρίως φλεγμοναῖς οἰκειότατον. *Suillus verò his quæ propriè phlegmonæ appellantur, familiariſsimus.*) Propriè dictas phlegmonas accipio ex puro sanguine, quibus nec pituita, nec bilis flauæ, aut nigræ admixtum multum sit. Has enim, quibus nimirum admixtum tale quippiam fuerit, œdematosas uocare, aut eryſipelatosas, aut scirrhosas, uel cancerosas etiam solemus. Conuenit porrò adeps suillus puris phlegmonis omnium maximè, & familiariſsimus est, ex carne, sanguineq; ortum ducens, omnium itidē maximè familiariſsimus carni, & sanguini nostro. Cui sanè accedit gallinaceus quoque, & vitulinus.

Καὶ παροξύνονται ὑπὸ τῶν μαλακτικῶν φαρμάκων. *Atq; ab emollientibus medicamētis irritantur.* Putredinem quippè accipiunt, & sæpè exulcerantur.

Καὶ τῶν σκευαζομένων τὸ σούσινον. *Nempe ex ijs, quæ præparantur susinum.*) Nempe ex lilijs simplex, ac compositum. Etenim simplicis quoq;, quod propriè lilinū oleum dicendum sit, præparatio omnino aliqua est: Compositi verò, quod unguentum potius nominandum, petēda ex Dioscoride pręparatio. Ac simplex mediocribus duritijs conuenientius, maioribus compositum.

CAP. XI.

Ὥσπερ καὶ πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται. Siculi ab Hippocrate etiam dictum) In principio libri de usu humidorum.

Ἀλλὰ τὰ μὲν ὑγραίνοντα χαλᾷ, τὰ δὲ θερμαίνοντα, τὰ δὲ μαλάττοντα, τὰ δὲ κενοῦντα, τὰ δὲ τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους καθαιροῦντα. Verum alia quidem humectando laxant, alia calefaciendo, alia emolliendo, alia euacuando, alia tumores præter naturam deprimendo.) Resiccata humefacientes laxabimus: refrigerata excalfacientes, durata mollificantes: ut de cute dicebatur ab Hippocrate: *δέρματος σκληροῦ μάλθαξις* congelata, (quam propriè duritiam in scirrhosis affectibus cum Galeno agnoscimus) calefacientes simul & siccãtes parum, quippè à frigido, & humido in duritiam adducta: repleta uacuantes, tumida reprimentes: coniunctimque ista, ubi coniunctos affectus inuenerimus, facientes.

Περὶ δὲ φύσεως, ὧν ἡμεῖς ὑποτιθέμεθα, πόρων. De meatuum, quos nos supponimus, natura.) Quorum longe nobis alia sit ratio, quàm elemẽta sua statuẽtibus atomos ipsas, quæ quum impatibiles sint, necessario similares corporum partes, ex pororum, siue meatuum constitutione componentur primo ita censentibus, harumque pariter partium morbi ex meatuum horum ipsorum laxitate, aut adstrictione statuentur, ut sanitas in mediocritate. At nos, qui elementa ponimus patibilia, & alterabilia, similaresque ex his corporum partes generatas credimus sanas futuras, si temperate ea commixta maneant, sicuti morbosas, si ad intemperiem labantur: merito primarum elementorum qualitatum excessum, & defectum, hoc est intemperaturam, similarium partiũ morbos cõstituimus. Meatuum uerò corporeorũ constitutionem, ad instrumentalis partis conformationem reuocamus: ut mediocris illorum constitutio sanitatem, excessus, ac defectus morbum faciant, dumtaxat partis instrumentariæ.

CAP. XII.

Σκολοπενδρίου, καὶ σκίλλης, καὶ τῆς αὐτὸ δὴ τοῦτο προσαγορευομένης ἀσπλήνου πόας. Scolopendrij, & scilla, herbaque, quæ hoc ipsum vocatur, asplenum) Herba ex argumento ita dicta, quòd splenem minuat, scolopendrium etiam dicta: ut propterea credendũ sit, scolopendrium hoc loco uel redundare, uel pro Hemio nitide positũ à Galeno fuisse: hanc enim quoque sclolopendrium uocauere quidam ex ueteribus. Phylitim etiã superior ætas, scolopẽdrium esse credidit, itaque falso nominauit.

CAP. XV.

Τὰ γὰρ ὄντως σηπτικὰ ὑγραίνοντα, μετὰ τοῦ θερμαίνειν δεῖν. Vere namque putrefacientia humefaciunt simul, & calefaciunt.) Hinc colligere licebit nobis, septica, & quæ hoc modo putrefacere dicuntur uenena, seu deleteria, non esse ex ijs, quæ per excessum primarum qualitatum aliquem interimant, sed à tota potius substãtia: atque iccirco humorum putredinem in peste, pestilentique febre, ex summi solùm caloris, & humoris qualitatibus factam, dici propriè quidem uenenũ, aut uenenatã non posse, utique quæ ex tota substantia interficiat, hoc est, occultiore qualitate aliqua: quod genus propriè putrida, ac putrefacientia non sunt, ut hoc loco docemur, utpotè quæ caliditatis atque humiditatis cuiusdam uiribus agant, in summo quidem positarum, sed manifestiorum tamen, minimè uerò latentiũ. Quod profectò cùm in alijs multis, tum in peste, pestilentibusque unà febribus apparet, ut non oscura uisantur putrefactionis, ex calore & humore nimio signa, fœtorque inprimis ab exhalationibus graueolentibus, putrefactionem comitari solitis, unde contagium. Cuiusmodi nihil in uenenis, propriè quidem ita dictis, quippè à tota substantia agentibus, sed impropriè septicis, & putrefacientibus nominatis: hoc enim si essent, ex calore & humore nimio agerent, qualitatibus in aperto satis positis.

CAP. XVII.

οἰκειότητι ποιότητος ἐπισπώμενον, ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὁμοιότης τῆς ὅλης οὐσίας. *Qualitatis proprietate attractū, quod nihil aliud est quā substantia totius similitudine.* Substantiam dixit, quam eodem uersu qualitatem dixerat: substantiæ nomine, rei essentiam quamlibet uocans; uel qualitatem ipsam, quæ accidens est, eo quòd ipsum essentiam quoque suam habet, si non aliam, at eam, quæ inhærentiæ dici tur. Sciemus ex hoc, actiones, & passiones rerum à tota substantia, qualitatum esse quarundam, & proprietatum similium inter se, & dissimilium, consententi tium, & dissentientium: non substantię ipsius propriè, sed rerum tamen substan tiam necessariò comitantium.

CAP. XIX.

οὐδ' ἂν ὁ τόπος, ἢ τὸ πάθος προσδέηται. *Ne si locus quidem, uel affectus etiam postu let.*) Locus uentriculus, & iecur, quæ roborari semper adstringentis alicuius usu requirunt: affectus, ut si phlegmones principium fuerit, repercutientia, proinde adstringentia quoque postulans. Rursus nihil interdum affectum iuuant, ac dolorem tantum mitigant, quum uerè anodyna sunt, & dicuntur: ut si calidior materia aliqua dolorem crearit, anodynorum usu lenietur dolor: affectus non iuuabitur, contraque augebitur potius parum calidorum usu calidus ipse: anodyna enim calida, quamuis modicè. Nonnunquam & dolorem leniēt, & affectui proderūt nonnihil, duplici facultate usa: anodyna, & medicatrice: ut in affectu frigido dolente. simul enim anodynorum calorifica uirtute & mitigatus sedabitur dolor, & affectus auferetur ex parte. Æque ac de narcoticis, siue stupefacientibus dicebatur, libro duodecimo therapeutices Methodi, eadem ratione, e diuerso licet deducta. Hęc nanque, quum frigida natura sint, dolores calidos sedabunt sæpe, unaque sanabunt, utriusque induta natura, narcotici & medicamenti. Frigidos autem sanabunt quidem, cæterum affectum non tollent, auxerint potius: quo tempore uerè narcotica, & stupefacientia dicentur.

CAP. XXI.

εἰ δὲ φλεγματικόν, φαρμάκων θερμαινόντων μέν. *Quod si pituitosum, medicamentis calefacientibus quidem.*) Aperta ratio cur non repurgari pituitosum sanguinem iubeat ad lactis generationem, ut biliosum faciebat. Etenim citra sanguificationem adhuc quum sit pituita, nec dum ultra progressa, ut bilis, quæ reuocari ad sanguinis materiam retrocessione aliqua nequit: ipsa calorificis medicamentis adiuta, sanguis fiet, & ex sanguine copiosior mox lactis quoque prouentus.

CAP. XXII.

Καὶ διὰ τοῦτο βραχυτέρας ἐπικουρίας ἐκ φαρμάκων προσδέονται. *Atque ideo breuiore auxilio ex medicamentis indigent.*) Minus, inquit, ac leuius auxilium exposcunt à medicamentis, quæ lac adducere ad mammas, quàm quæ menses ad uterum debebunt, quamuis deorsum in uterum, quò sponte quoque sua fluunt, mittantur mēses, & magis sursum ad pectus, mammasque feratur sanguis. sed attractionis ui ad diutus, feretur facilius, quę nulla in utero est, menstrui quidem sanguinis trahendi: est quidem trahendi eum, quem ad alimentum sui trahit, uenis alijs, quàm per quas menstruus defertur sanguis.

Καὶ ὅσα γε εἰς τὸ ὑπέρχεσθαι προτρέπει. *Ac quæcunque ad subeundum prouocant.*) Quæcunque ait, ad subeundum in ubera, sanguinem iuuant, eadem leuiter suppressos menses cient. Subire autem dixit, ὑπέρχεσθαι, ut sæpe subire scalas, gradusque dicimus ascensu facto.

Καὶ διὰ τοῦτο ἐξαιρέτως οὐρητικὰ τὰ τοιαῦτα κέκληνται. *Ideoque peculiariter vretica, vrinam quippe mouentia, vocata fuere.*) De quibus dictum supra. non solum attenuari sanguinem, uerumetiam fundi, ac sequestrari ab his, serosa parte abducta, non secus, atque in lacte separari serosa lactis pars ignea

opus tamen, ac facultatem indicarint utraque, uidendi illa, concoquendi hæc.

Ξηραῖνον δ' οὐδ' ἓν δὴ εὑρεῖν τετάρτης τάξεως, ἄνευ τοῦ καίειν. *Siccans verò nullum inuenire est quarti ordinis, nisi vrat.*) Atqui terra in summo ſicca, proinde quarti ordinis, neque mens tamen: ut de compoſitis intelligendum hoc eſſe uideatur, non de elementis. Et ſiccans dixit, non ſiccum. Neque uerò quam ad manus habeamus terram, puram ſimplicemque exiſtimare oportet: proinde nec de ea iudicandum.

IN LIB. VI. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. I.

Η τινὲς ὀποὶ τούτων, ἢ χυλοί. *Vel liquores horum quidam, vel ſucci.*) ὀπὸς eſſe uidetur ſtillans quoquomodo ex arboribus liquor: χυλὸς expreſſus de plantis ſuccus, qui & χυμὸς. At confunduntur ſæpe ſignificata hæc.

Ἰδίως δὲ περὶ καθαρτικῶν, ἢ προποτισμῶν. *Priuatim verò de purgatoria, vel prapotionibus.*) Qui ſint propotiſmi conſiderandum: niſi potiones quædam ſunt ad iuſtas corporum deinde purgationes præparantes, ut hodie ſyrupos exhibemus, & decoctiones: & ueteres medici elleborum ſumpturos multo antè diligenter præparabant: iubemurque ab Hippocrate, corpora, ubi purgare uoluerimus, fluida prius facere, ac concocta medicari: quæ planè omnia propotiſmi hi præſtare poterant, bonam ſanè partem.

CAP. DE ABROTONO.

τάχα γὰρ ἄλλα, καὶ βλαβείη τις ἂν μᾶλλον, ἢ ὠφεληθείη πρὸς τῆς τοιαύτης ἱστορίας. *Nanque aliàs damnum potius attulerit, quàm vtilitatem, narratio huiuſmodi.*) Dum omnibus collatura credunt ſine ullo diſcrimine inuulgata hæc, qui legunt, artificum genus omne, mulierculæ ipſæ, medicinam temere facientes unicuique. Meminit duorum abrotoni fœminæ generum ex Salmaticenſi agro, præter uulgatum Santolinæ, Carolus Cluſius, vir, ſi quiſquam alius, rerũ harum ſtudioſus, ſolerſque inprimis, ac diligens inquiſitor, ſcrutator, inuentor: iudicio autem, quali uidemus ex editis iam ab eo libellis: firmo nimirum, & exquiſitio.

Ἱπποκράτει μὲν οὖν ἐν ἀφορισμοῖς γράφοντι. *Hippocrati quidem igitur in Aphoriſmis ſcribenti.*) Aphoriſmorum ſectione ſexta.

Τούτων γὰρ οὐκ ἐστι λογικὴν ποιήσασθαι τὴν εὕρεσιν. *Horũ enim fieri non poteſt, vt rationalis inuentio ſit.*) Propterea quòd occultentur nobis cauſæ rerum harũ omnium, quas quum tenere nequeamus, ne naturam quidem ſcire earum licebit ullo pacto: ſic ſanè, neque ex ratione quicquam agere, aut agendum faciendúmue inuenire: quod cauſarum ſolummodo inquiſitione recta fit, ut ſciamus quicquam cum ratione. Atque intereà poſſimus tamen leuiter aliquando ſuſpicari, hac, illáue de cauſa hoc, illudúe fieri in his: fortè fortuna omnia: certi, firmique nihil. Quod tempeſtate noſtra his contigiſſe uidemus, qui dum anxiè, ac ſollicite fortaſsè nimis peruestigare iſta conati ſunt, ſolidi nihil attulere, & Epicureas ſimul atomos admittere coacti fuere. Homines alioqui ſuſpiciendi mediusfidius de eruditione ſingulari quadam, tum uerò ingenij perquàm felicis, ætatiſque huius decoris magni.

CAP. DE AGNO.

Εἴγε τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὑπομνήμασιν εἰρημένων μεμνήμεθα. *Si modò eorum quæ in ſuperioribus commentarijs dicta fuere meminimus.*) Libro præſertim ſuperiore, quo de ſe-

de semen restinguentibus medicamentis agebatur, quæ desiccantis omnia esse debere facultatis ostensum fuit.

Τῶν ἄρα καὶ πρὸς ἧπαρ, καὶ σπλῆνα, σκιῤῥούμενα, καὶ ἐμφραττόμενα. *Quapropter et ad iecoris, & ad lienis duritiam, atq; obstructionem.*) Demonstratum enim fuit, cum alibi, tum non minus in superioribus præsentis huius operis libris, qua ratione medicamenta coniunctum cum partium tenuitate, ac penetrabilitate adstringentis aliquid posſidentia, felicius alijs omnibus quouis per corpus penetrare, meatusque aperire omnes, & infarctu liberare solita sint: tenuitate nempe sua præeuntia, quasique uiam sibi facientia, tum & adstringendi facultate fortius impulsa retrò.

CAP. DE GRAMINE.

Τῆς δ' ἀγρώστεως ἡ μὲν ῥίζα. *Graminis vero radix quidem.*) Duplicatũ legitur in Galeni exemplaribus de gramine caput. summatim in primo omnia, & per compendium: explicatiora in secundo, eadem tamen: ut surreptitium uideri queat primum, uel certè superuacaneum. Idem in anchusa mox fiet.

Τῆς δ' ἐν Παρνασῷ, εἰ βουληθείη τις οὖρ. *Eius uerò, quod in Parnasso, urinam ciet.*) Huius mihi uidisse folia aliquoties contigit, Patauio missa. Cæterùm graminis genus id, quod aculeatum dicimus, ante aliquot annos seri, colíq; cœptum in Austria, & contermina Austriæ Styria, vbere iam, & felici prouentu. Granum exit pusillum admodum, panico ipso tenuius: estur, ut panicum, ex iusculo: cœlestisq; roris nomen meruit, passim iam ita uocatibus Germanis lingua sua, Hymeltau. Cuius eiusdem omnino generis, neq; animaduersi tamen anteà ab ullo, graminis studiosis omnibus uidendam exhibuit iconem nuper in suis rariorum stirpium historiæ libris, amicus idem noster Carolus Clusius, passim per Gallias, & Hispanias nascentis.

CAP. DE ANCHVSA.

Εἴρηται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. *Dictum enim fuit in superioribus.*) Libro quarto supra.

Καὶ ἡ λύκαψος ἣ προσαγορεύομεν. *Et verò qua lycaphos nominatur.*) Hanc Lycopsim uocauit Dioscorides, radicemq; rubram tribuit illi, et adstringentem: quod de alijs anchusis, æstatis tantùm, ac messis tempore fieri dixerat, ut sanguineum quendam succum fundant radices. Cæterùm ex his unguentum sibi parat Germania, potabile quod dicunt. Et quidem bibitur ex humore aliquo, ad rupta & conuulsa, casumq; ex alto: usus frequentissimi.

CAP. DE AGARICO.

Ἀγαρικοῦ ῥίζα, τουτέστι ἐπιφυομένη πρέμνῳ. *Agarici radix, hoc est, quæ trunco innascitur.*) Ne ex terra prodire crederemus, Quod ex trũco exit, inquit: cũ radice: omne enim, quod rei alteri innascitur alicui, radicem habeat oportet, uel radicis instar aliquid: ut uiscum, arboribus pariter innascens, radice nititur omnino aliqua Agarico ditissimas syluas habemus Tridentini lariceas: Larices enim ferunt laudatissimum, & quod facile in usu medico, si quod aliud, præstet, quæcunque scribuntur ab Autoribus de eo.

Εἴπερ τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὑπομνημάτων μνημονεύομεν. *Si modò in antegressis commentarijs dictorum meminimus.*) Quarto inprimis libro, in quo de saporibus traditum fuit. Quæ si in memoriam reuocentur, constare haud sanè difficulter poterit, agaricum, & aereæ esse substantiæ, quia laxum leneq;, & terreæ à calore attenuatę, quia amarum: minime uerò aqueum ob hoc ipsum, quia terrestre: modice quoque calidum ex parte, quia subdulce: omnino autem ex

diuersis

diuersis particulis compositum, quia omnia hæc sit: multorumque iccircò in medicina usuum habendum.

CAP. DE ADIANTO.

Καὶ γὰρ καὶ ἀλωπεκίας δασύνει. *Etenim alopecias quoque densat.*) Propterea quòd resiccat, extenuat, & digerit, alopecias densat, id est areas, quas alopeciæ in capitis cute faciunt, capillis densans explet, & glabritie amota, spissitudinem introducit. Non alia planè ratione, quàm quod uitium humorum, quibus rarescunt partes eæ, & capillis spoliantur, desiccans, atque attenuans, perque halitum digerens, ac dissipans, causam præbet, ut uestiantur rursus.

CAP. DE SEMPERVIVO.

Ξηραίνει γὰρ ἐπ' ὀλίγον, ὅτι καὶ σύφει μετρίως. *Parùm quidem exiccat, quod modicè quoque adstringat.*) Adstringentia terrestria esse monstratum est: proinde et resiccantia: ut si modicè adstringant, modicè pariter resiccent.

Καὶ πρὸς τὰς ἐκ ῥευμάτων φλεγμονὰς ἁρμόζει. *Atque plegmonas ex fluxionibus facit.*) Hæ nanque ex humorum affluxione ad partem phlegmone laborantem ortæ, opus habituræ inprimis sunt repercutientibus humorum affluxum illum, tum & resiccantibus partim: quorum utrumque præstare semperuiuum queat. Verum ab humorum fluxu nullo phlegmonæ: ut quæ in corpore nec plethorico, nec cacochymo, ex casu, percussioneue interdum aliqua excitantur repercutientium non egebunt: uel intantum solùmodò egebunt, ut collectæ aliquid materiæ repercussum uacuetur, nō ut retrò pellatur fluxus, qui nullus est. Ob hoc ad phlegmonas dixit ex fluxione ortas. Semperuiui genus tertium, quod hîc à Galeno non ponitur, à Dioscoride ponitur, uim tribuente excalfactoriam, acrem, exulcerantem, ac strumas discutere cum axungia illitum addit, scito hæmorrhoidibus applicatum, ualenter inprimis aperire eas solitum: ut non sanè minus exemplum statui in eo aperientium medicamentorum, quæ anastomotica dicta superiore libro fuere, quàm in cyclamino, allio, cepa, felle taurino, atque huiusmodi alijs meritò posit.

CAP. DE AEGILOPE.

Αἰγίλωψ διαφορητικὴν ἔχει δύναμιν. *Aegilops discussoriam habet facultatem.*) Ne quoque erremus, eadem esse rem ægilopem & auenam existimantes, quanquam simillima, ut errasse pariter interpretem hîc uidemus, qui ægilopi capitis huius initio, pro interpretamento auenam addiderit, & in sequentibus, capite de bromo, auenam, ut debebat, non reddiderit, sed bromum reliquerit. Vitium ægilops est frugum, ut lolium tritici, ita hordei ipsa: eiusque inprimis, quod mense martio seritur, quippe trimestre, nosque nudihordeum esse credimus, Græcorū γυμνοκριθὴν, quòd euolutum folliculo suo granum in area dum batuitur, facilè spectatur, cuiusmodi hordeum aliud est: cætera simillimum illi. Rustici nostri Scandellam dicunt. Hæc in ægilopem facilè, atque abundè degenerat, nō minus, quam hordeum illud prius: ut quidem eodem hoc, quo ista scribebamus, anno contigit, meque in sententia illa mea confirmauit. Etenim si hordei uitium est ægilops, degenerantis, desciscentisque à natura sua, atque in scandella fruge copiosa hęc inuenitur, in quā desciscens degenerat: genus fuerit hordei scandella aliquod, ratione non prorsus nulla, ut mihi quidem uidetur. Ac, quum uulgatum, communeque illud non sit: necessario Græcorum γυμνοκριθὴ erit, nudihordeum nostrum, ut uerbum uerbo reddatur.

CAP.

CAP. DE POPVLO NIGRA.

Αἰγείρου τὰ μὲν ἄνθη θερμὰ τὴν δύναμιν ἐστίν, ἐκ τῆς τρίτης ἀποστάσεως, ἀπὸ τῶν εὐκράτων. *Populi nigræ flores quidem facultate calidi sunt, tertio à temperatis recessu.*) Emendandum, et restituendum, primo: ut emendatum, ac restitutum fuisse ab interprete, ac recte uidemus: neque enim facilè, neque frequens inuenietur medicamentum aliquod tertij à temperamento recessus in calidum, atque idem tam parum à temperamento distans ad siccum, ut de populo hac scribitur. Præter id, quòd ex primo calefacientium ordine quum censeantur anodyna, quibus populi pariter huiusce flores adnumerantur: hac quoque ex parte tertij esse recessus non debeant, sed primi.

CAP. DE ACACIA.

ψύξιν δὲ, οὐκ ἄγαν ἰσχυρὰν ἔχει. *Refrigerationem autem non admodum ualentem habet.*) Quippe terrestre medicamentum non alte se adigit, neque ad profundum, eoque non magnum inferet frigiditatis sensum: præsertim uerò illotum propter partes, quas dispersim calidas, tenuesque possidet, minus quê ideò refrigerat: ablutum uerò magis, nimirum amissa calefaciente parte.

CAP. DE VRTICA.

Ἡ τε τῶν ἐν θώρακι, καὶ τῷ πνεύμονι παχέων, καὶ γλίσχρων χυμῶν ἀγωγὴ μαρτυρεῖ. *Crassorum viscidorumque, in thorace, & pulmone humorum eductio testatur.*) Quæ nanque hoc ipsum præstant medicamenta, non nimis esse calida, & tenuium tamen partium oportere, ostensum suprà fuit, libro quarto. Cæterùm quòd pruritum molestum quendam sentiant contactæ ab vrtica partes, argumento id fuerit nō modò tenuitatis partium, induentis se in cutem facilè, sed etiam infestæ qualitatis cuiusdam, tanquam mordentia: excitantur enim pustulæ confestim albicantes quædam, ueluti demorsæ cutis.

Οὐ μὴν εἰς τοσοῦτόν γε μετέχουσα θερμότητος, ὡς ἤδη δάκνειν. *At non in tantum caloris particeps, vt iam mordicet.*) Quòd si mordicaret, iam neque Gangrænosis, neque uerò cancerosis affectibus conueniret, qui mordicantium usu irritantur, acueluti exasperantur. Mordicationem porrò ex calore nullam habet, non usque eò calida: & quam natiuam possidet ex qualitate infestum pruritum illum excitandi, eum quoque facilè amiserit in cataplasmata recepta, contusione, & coctione, utpotè superficie tantum hęrentem. Ac si quam retinuerit tamen, ea titillando potius, quàm mordicando aget: quo pacto aluum quoque ipsam ciuerit.

CAP. DE SPINA ALBA.

Ἄκανθα λευκὴ, ταύτην ἔνιοι λεύκανθον ὀνομάζουσιν. *Spina alba: hanc quidam leucanthum nominant.*) Vincitur argumentis, aliud esse spinam albam, hoc est ἄκανθαν λευκὴν, et aliud albam spinam, hoc est, λευκάκανθον, de qua in sequēti hunc ipsum libro agetur: quocirca hoc loco, ubi de spina alba tractatur, merito dixit, à quibusdam uocari eam λεύκανθον Galenus, non autem λευκάκανθον, ut pariter duo ista differre inter se existimemus, λεύκανθον inquam, & λευκάκανθον: sicut etiam differunt spina alba, & alba spina, de quibus seorsum, neque eodem libro, capita ponuntur à Galeno.

CAP. DE ACONITO.

Ὅθεν αὐτὸ φυλακτέον ἐν ἐδέσματι λαβεῖν, ἢ πώματι. *Quocirca cauendum est ne in cibo, aut potu sumatur.*) Dictum enim, quæ toto genere, & ex tota substantia, uenena sunt, ea misceri medicamentis nullis solita esse alexipharmacis, uel quæ alioqui affectibus ullis opitulentur: ut quædam alterius generis miscentur, non

ſatis proprie dicta uenena, neq; à tota ſubſtantia, ſed quantitate tantummodo ſua nocitura: vt opium Theriacæ, & Mithridaticæ compoſitioni, peneq; innumeris alijs: quibus tamen neque auripigmentum, nec ſandaracham, nec aconiti genus uſquam admixtum uidemus ullum: tantò minus cibo, uel potui immiſcenda unquam ulli. Quod mihi non parum profectò perſuadet, non eſſe Doronicum inter aconita numerandum, à ueteribus medicis non peſsimis, minimeq; rerum harum omnium ignaris, in medicamentorum quorundam compoſitionem receptum cùm aliorum, tum uerò in dictam diamargariton, & diābræ, ad plura utile, multoq; maxime ad uterinos affectus creberrimi quotidie uſus, & ſatis frequenter non ſine ſucceſſu, noxa autem nulla unquam (quod ego quidem meminiſſe queam) lethali aut ſaltem ſontica. At enim cani datum, poſt ſeptimam horam occidit canem, dicunt amicisſimi noſtri. Sanè uerò occiderit uel plures: huic rei huius experientiæ an non ſatis futurum ſit id alterum, quod nos opponimus, experientiæ certioris ac frequentioris, nempè cuius teſtes eſſe poſſumus omnes, tantum nō quotidie, non occidi homines, mares fœminasue dato. Facti potius cauſa quærenda, quum factum cōſtet. Alijs alia fortaſſe uidebitur: mihi ſeſe offert facti ratio hîc dicenda huiuſmodi. Cani exhibitū drachmarum quattuor pondere doronicum, interfecit ſeptima demū pòſt horam intermedio temporis ſpatio, alacri interea, lætoq; cane, nihilq; prorſus noxę perſentiente, quinimo exercente uenerem, & comedente auide, donec de improuiſo conuulſus mortuus eſt. Quod quidem quæ nam alia à tota ſubſtantia, naturaq; prorſus ſua uenena, proprie ita dicta, facere ſoleant, non ſuccurit: ut ſumpta non ſigni aliquid exhibeant de ſe, citius, tardius, omninò tamen antequam mortem inferant. Sed ſit ſanè uenenum cani id: num continuo neceſſarium, ut homini quoque? non arbitror. Illud potius crediderim, ſitq; mihi ualde uerisſimile: quum præſertim uenit in mentem ueterum medicorum, quos compoſuiſſe hæc conſtat, doctiſsimorum, experientiſsimorum, optimorum. Scilicet illi uenení aliquid tam atrocis, quàm aconitum eſt, compoſitionibus ſuis addidiſſent ſalutaribus? Illi ut non diligenter prius cuncta examinata peruestigarent, rimarentur omnia, in ſingula ſollicite ſemper inquirerent, nihil incomperti, inexplorati nihil relinquerent? Quod tantum in eorum uſquam dictis aut factis uecordiæ, uel imperitiæ ſignum, ut non ſummo cuncta ſtudio ac diligentia inchoata ab illis, confecta, perfecta, compoſita fateri nobis neceſſum ſit, quum & facere id potuerint non imperiti, & non perficere noluerint uiri boni minimeq́ue uecordes? Eandem igitur diligentiam, ſtudiumq́ue idem adhibitum fuiſſe non dubito compoſitionibus pariter ſalutiferis ab illis, doronicum recipientibus, nec temere, nec ſine cauſa: nempè, ut aliquid obtinerent medicamenta ea, quo humorum interdum uitioſorum, atque ad ueneni, uenenoſæúe rei cuiuſdam naturam accedentium, prauitas retuſa uinceretur: ut uinci ab alexipharmacis, & alexiterijs medicamentis quibuſdàm uenenum ſolere ſcimus, quæ Galenus ipſe naturæ eſſe inter venenum, corpuſq́ue noſtrum mediæ ſtatuebat ſuprà libro quarto, contrariaq́ue haberi naturæ noſtræ addebat, uerùm non uſque adeo, ut interficere poſsint: καὶ δὴ, καὶ ... ἀντιαπω..., ἤμλω ἀπόσστονγε, ὡς ἀναιρεῖν. niſi uero (quod eodem in loco dicebatur ab eodem) nimia eorum quantitas ſumatur. Idq́ue fortaſsè cani quoque illi acciderit, doronici drachmarum quattuor exhibitione interēpto: quadruplo plus, quàm exhibita uenena à tota ſubſtantia interimant: nam drachma una ad interficiendum ſatis, aconiti, napelli, auripigmenti, opijq́ue adeo ipſius, quod tamen non à tota ſubſtantia eſt, uel in ambiguo certe eſt. Ac nucis uomicę drachma minus, interficiendis canibus etiam non paruis, futurum ſatis exiſtimauerim. Vti iam, ſi uelimus, cauſari nobis liceat, non ſine ratione (ut opinor) aliqua, enecatum canem à doronici drachmis quattuor, non ut à ue

Nn neno,

racum,& ſampſuchum idem eſſe contendunt, caput hoc inſcriptum à Galeno de maro fuiſſe uolunt, quòd de ſampſucho in ſequentibus, capite proprio tractetur, eadem re cum amaraco, maiorana nimirum noſtra. Crederem faciléac libenter, ſi nullo tradita nobis à Galeno fuiſſent hæc literarum ordine. Vt enim in diſperſim poſitis, nullaq; alphabetica ſerie capitibus, potuit librarij culpa, uel negligentia etiam, interdum uerò temeraria quadam animi uoluntate pro uno ſcribi aliud: ita non ſanè facile in capita, ab A litera incipientia, pro amaraco uenire marum potuit, quod M. principium habet. Quòd ſi nõ omnino eadem res ſunt amaracum, & ſampſuchum, ſimillima tamen ſunt: calida æqualiter: ordine tertio utraque: amaracum ordine uno minus deſiccans tantum, utique ſecũdo: ſampſuchum tertio. Et pro maiorana tamen haberi utrumque poſsit non ineptè, ideo quod non in hoc ſolo herbæ genere, uariare inter ſe ſpecies quædam, calefaciendo, aut exſiccando, plus minus ſoleant, figura tamen intereà, ac rerum facie, ſpecieq; perquam ſimiles.

CAP. DE AMARANTO.

Ἀμάραντον δυνάμεως ἐστὶ τμητικῆς. *Amarantum facultatis eſt incidentis.*) Ne credamus, amarãtum, quod hoc loco à Galeno ponitur, illud eſſe cuius Plinius mentionem facit, nosqúe fior diuelluto uocamus, ſpica purpurea uerius, quàm flore notabile, & ea inodora. Sed helichryſum Dioſcoridæ eſt, calidioris, ac ſiccioris cuiuſdam naturæ: quum alterum illud frigidum potius cenſeatur. Vtrique nomen à permanſione caloris in flore diuturni, nec facilè marceſcentis,

CAP. DE AMVRCA.

οὕτω γε καὶ τὴν ξηρῶν τῇ κράσει σωμάτων ἕλκη θεραπεύει. *Sic quidem ſiccorum quoque temperamento corporum vlcera ſanat.*) Demonſtratum tertio libro therapeutices Methodi, dura, ſiccaq; corpora, qualia ferè foſſorum, meſſorumq; ſunt, uulnerata, exulcerataue, uſum reſiccantium ferre itidem ualenter medicamentorum, quæ alioqui molliora corpora eliquarent.

CAP. DE AMPELO PRASSO.

Καὶ διὰ τοῦτο κακοστομαχώτερον ἐστίν. *Atque ideò ſtomacho nocentius eſt.*) Quo ſiccius inuentum medicamentum aliquod fuerit, ſi nihil inſuper corroborantis habuerit, id, quod adſtringentia prȩſtant, eo magis ſemper noxium uentriculo reperietur eſſe. Quantò nanque calidum, ſiccumqúe magis, tantò ſanè adſtringens minus, quod quidem ad hoc ſpectat: quia quod adſtringit, frigidum. Porrò autẽ in porro uiroſi ineſt aliquid etiã domeſtico: tãtò magis agreſti: ut hac quoq; ex parte obfuturum magis ſit. Nollent de ampeloprasſo pronuntiatum fuiſſe à Galeno, facultatẽ eius mediam intelligi inter allium & porrum, quòd hoc ſcorodopraſſo conuenire magis uideatur poſſe. Sane idem dicturus de ſcoropraſſo eſt, loco poſtea ſuo, quod de ampelopraſſo prius dixerat: nullum ſe facturum piaculum exiſtimans (ut ego quidem puto) ſi rebus duabus, non ualde inter ſe diuerſis, imò cognatis, facieq;, & forma ſimilibus, facultatem etiam non proſus diſsimilem concederet, id quod ſunt etiam re ipſa: remq; ita potius ſequeretur, quàm nomen. Quamquam & in nomine non nimis diſcordent. praſſum utrumque habet: in altero ſcorodon, in quo pluſculum allij facultatis ſit: in altero ampelos à loco natalium.

CAP. D.E BRYONIA.

Διὸ καὶ τὴν οὔρησιν μετρίως. *Quapropter & vrinam cient modice.*) Tantum αὐτοῖς præſtat adſtringendi uis aliqua medicamentis addita, quæ ueluti impulſu quo

dam promouens, iuuet ad opus. Partiumq́, per quas feruntur, adstrictione quadam subsequuta, tanquam ambabus interdum manibus protrusa insinuantur melius medicamenta.

CAP. DE AMYGDALIS.

κατὰ γένος μὲν τῆς λεπτυντικῆς, κατ' εἶδος δὲ τῆς ῥυπτικῆς, ἐχούσῃς δυνάμεως. *Genere quidem extenuantis, specie verò detergentis esse facultatis*) Cum pluribus cōmune habent amygdalæ, quòd extenuent: cum paucioribus quòd abstergant.

τῆς ἐμφρακτικῆς κατὰ συμβεβηκός. *Ex accidente deobstruentis facultatis esse.*) Incidēdo prius, & dissecando, tum ab obstructionibus liberant secundario, quod ex accidente est.

CAP. DE ANAGALLIDE.

ὁ δὲ χυλὸς αὐτῶν τὴν ἐκ ῥινῶν κάθαρσιν, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. *Earum verò succus è naribus purgat ob eandem causam.*) Propter ὁλκτικὴν ἐλκτικὴν, ut modo dixerat: attrahendi quippe uim subcalidam. Etenim attrahendi facultas omnis à proprietate licet agat, calore tamen iuuatur semper in opere. Et libro quinto demōstratum iam fuit, non modo purgatoria medicamenta, quæ bibūtur, uim habere ex proprietate trahendi, repurgandiq́ humores, sed etiam ἔῤῥινα, & ἀποφλεγματίζοντα eandem posside re: ut proprietate inquam sua per nares, perq́ os humores trahentia eliciant. utique calore etiam aliquo adiuta, præter trahendi facultatem propriam.

Καὶ τοῖς σηπεδονώδεσιν βοηθοῦσι. *Et putrefacientibus subueniunt.*) Siccandi nimirum facultate & potentia.

CAP. DE ANETHO.

ὥς εἰκότως γίνεσθαι σὺν ἐλαίῳ, διαφορητικόν τε, καὶ ἀνώδυνον, καὶ ὑπνοποιόν. *Quocircà oleo incoctum, meritò digerit, dolorem mitigat, somnum conciliat.*) Frigida potius esse & humida oportet, quæ somnum conciliant: quod ita est, quum per se, ac primò id fit. Ex accidente autem quodam, & secundario somnum conciliarint humida cum calore digerente, & concoquente: quod in anetho est, oleo præsertim si concoquatur: ut tam ipsum, quàm oleum humores quandoq́ somnū impedientes, ac uigilias facientes, digerendo, concoquendoq́ esse somni alicuius causa possint Præter quàm quod humiditate insuper cum sua, propriaq́, tū ab oleo accepta, potissimum urens adhuc, somnum inuehere valebit anethum: partim quoq́ per se ac primo humefacienda.

διὰ τοῦτό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ παλαιοὶ δι' αὐτοῦ στεφάνοις χρῆσθαι παρὰ τὰ συμπόσια. *Ideò videntur mihi veteres coronis ex eo usi in conniuijs.*) Nimirum eò quòd uinosos uapores concoqueret, ac per halitum absumptos digereret, somnumq́ demum accerseret, cuius deinde beneficio non minus crapulæ noxa tolleretur.

CAP. DE ANISO.

τοῦτ' ἄρα καὶ οὐρητικόν ἐστι. *Propterea vrinam ciet.*) Ex propriè dictis ureticis existens, facultate calida sua serosam humorum in sanguine partem segregātibus: quam renes mox, abreptam ad se facilius trahant.

CAP. DE IVNIPERO.

Ἀλλ' εἰ καὶ αὐτὸς τοῦτο τῆς τρίτης τάξεως *Sed fuerit in eo ordinis tertij.*) δευτέρας legendum, uel διὰ πρώτης, pro τρίτης. Fructum enim iuniperi habendum esse iunipero ipsa minus siccū dixerat. Primi igitur, uel secundi ordinis siccus erit necessariò fructus, baccæ nempe ipsæ, ut tertij non sit, quo iuniperus ipsa est.

οὐδὲ ἐν μεταξὺ ψύξεως ἐστὶ φάρμακα, ὡς πρὸς ἕλκη κακοήθη πάντα.) Corrigendus locus, siue explendus potius mutilus, ex capite de salice, posterius scripto, in quo ita legitur: οὐδὲν γὰρ ἐστὶ πολυχρηστότερον, ἀδήκτε, καὶ ξηραίνοντος φαρμάκου, συφοῦντος ὀλίγου; nihil est, quod usus plures præstet, quàm medicamētum sine mordicatione siccans,

cans, adſtringensq́ parum. Porrò temperamento quum ſimilis ſatis ſit ſalici plã tago, quæ ipſa quoq; ut hic ſcribitur, ἔχει τι καὶ αὐστηρόν, auſterum aliquid habet, proinde & adſtringens: in hũc modũ ſcripſiſſe Galenum ueriſimile mihi ſit: ὥστε ἡ μετὰ ξηραινούσης ψύξ. ὡς δὲ φάρμακα συστικά, καὶ πρὸς ἕλκη κακοήθη πάντα, καὶ πρὸς ῥεύματα, καὶ σηπεδόνας ἁρμόττει. Quæcunque cum ſiccante refrigeratione medicamenta ſunt adſtringentia, ulceribus conferunt malignis omnibus, & fluxionibus, & putredinibus.

CAP. DE ARO.

καὶ ἥ γε καὶ ἐσθιόμενα, τέμνουσι πάχος χυμῶν μετρίως. *Et quidem comeſta humorum craſſitiem incidunt modice.*) Atqui tam acres alicubi ſunt, ut edendo non ſint.

CAP. DE ASPALATHO.

Ξηραίνει κατ' ἄμφω, καὶ ψύχει. *Siccat utrinſq; ratione, & refrigerat.*) Eradendum illud ψύχει, quum parte ex utraq; fieri non poſsit, ut refrigeret: etenim qua parte acer, & calidus eſt, quonam tandem modo refrigerarit. Superioribus annis Viennæ Auſtriæ in Cæſaris apotheca Seplaſiaria, aliquot noſtrûm qui tum ibi eramus, lignum oſtendebatur à medico peregrinabundo, denſum, rubeſcens, odoratum, quod ille credi omnino ſibi uolebat, aſpalathi eſſe.

CAP. DE ASPARAGO.

ὧν δὴ καὶ μάλιστα χρήζουσιν οἱ ὀδόντες. *Quorum maxime egent dentes.*) Nempe̅ deſiccantium: cum quòd maxima ad eos ſit humorum affluxio ſemper, cuius copia, ac uehementia, cauos corroſosq́ ſpectamus ſæpe dentes: tum uerò quòd cùm oſsium naturæ dentes ſint ſiccàtiſsima ferre medicamenta poterunt, non ſecus atque oſſa ipſa, ſicuti ex Therapeuticis docemur.

CAP. DE ASTERO ATTICO.

Ἀλλὰ καὶ πεδίας περίαπτον, ἰᾶσθαι πεπίστευται βουβῶνας. *Verum etiam appenſum ſanare creditur bubonas.*) πεπίστευται, quaſi qui rei huiuſce fide̅ penes autores alios uelit eſſe, ipſe ſuam non præſtat. Repertum eſt, rimantibus ſingula indies, aliam eſſe herbam Vergilianum amellum, atq; aliam aſterem Atticum Dioſcoridæ: diu enim exiſtimatum fuerat eſſe eandem.

CAP. DE ATTRIPLICE.

ψυχρὰ δὲ πρώτης, ὑγρὰ δ' ἦν ἐλέγομεν θερμασίαν. *Frigida uerò primi, quam tepidam dicebamus eſſe caliditatem.*) Clareſcent ex hoc dicto libri tertij ſuprà de tepiditatis temperamento loca: diſertè enim hîc primi habendum eſſe in frigiditate ordinis ponitur.

Ἀκμάζουσι δὲ, καὶ παρακμάζουσι, καὶ σκληρυνομένοις, αἱ ἄγριαι συμφορώτεραι. *Vigentibus autem, & declinantibus, & dureſcentibus agreſtes cõducibiliores.*) Vt in quibus plus diſcutiendi facultatis inſit: cuius tempeſtiuus uſus uigentibus phlegmonis, aut phygethlis, præſertim uero inclinantibus iam, aut durari incipientibus, antequam id fiat prorſus.

σπλῆνα, ἀλλὰ καὶ σπλῆνας τήκει. *Verùm & lienem liquat.*) Liquare intelligendum, non in totum eliquatum conſumere, quod fieri nequit: ſed duros uiſceris huius tumores minuere, uſque dum ſubſidant, neq; amplius tumidus ulla ex parte appareat lien, ſpectandus oculis, aut tangendus manu. Alioqui autorum uoces hæ, abſumere lienem, lienem eliquare: multis perſuaſere uulgo, abſumi ex toto lienem poſſe, medicamentorum quorundam uſu: eouſq; progreſſa credulitate, ut excindi etiam de corpore poſſe quidam exiſtimarent, Eraſiſtrati partim ſen-

genus quoddam sit flore totó luteo: uulgatius tamē, ac frequētius multo genus est illud quod diximus: & qui indefinite atq; indeterminate de aliquo profert, quod Galenus hic protulit, de uulgato ac cōmuni magis semper proferre, atq; intelligere existimandus est: solentq; ita ab omnibus, uel à plerisq; certe omnibus, existimari. Ac Dioscorides ipse, qui luteum buphthalmi florem maiorem tantummodo dixit anthemidis flore, colorum propterea similitudinem non ademit: dēpturus si alium esse cognouisset, à uulgato floris huius genere: ideo de luteo tantùm in medio accepisse uideatur, quum luteum florem dixit.

CAP. DE SABINA.

Κατὰ γε τὰς τρεῖς ποιότητας. *Secundum tres qualitates.*) Quas mox referet: acerem, amaram, adstringentem.

CAP. DE BRITANICA.

Βρεταννικῆς πόας. *Britanica herba*) Incompertam adhuc esse (q̄d quidē sciam) herbam tam salutarem, tantiq;, ut Plinius retulit nobis, usus, mirum sit, tot iam rimantibus omnia, herbariæ rei studiosis: præsertim quum inueniēdæ loca ostē derit author idem: uigesimo quinto libro trans Rhenum, maritimo tractu: & uigesimi septimi initio, petitam eandem ex oceani insulis, extra terras positis addiderit. Expectabimus dum locorum illorum medici, aut alioqui herbarij, quos esse nec paucos, nec indiligentes credo, hanc nobis repræsentent tandē inuentam. Hę enim esse meritò horum partes uidentur: inuentamq; referemus acceptam ijsdem, ne laude merita iis fraudētur, quoniam magna hęc ambitiosè ubiq; iam quęruntur. Ex bistarta autem britannicam nobis facere, inept um, omnium iam iudicio.

CAP. DE AVENA.

Βρόμος δὲ ἐστὶ μὲν τι τῶν ὀσπρίων. *Auena est quiddam ex leguminibus vnum.*) Sic refertur à Galeno inter legumina auena hìc, ut alibi non semel de hordeo, cui potestate similem auenam ponit, factum fuisse ab eodem legimus. Porrò autem nisi βρόμον auenam interpretemur hoc loco, non habebimus toto hoc opere, quo capite reponamus auenam. Nam suprà, caput de ægylope, non auenæ, sed uitij esse, inter hordeum nascentis, ostēdimus, vt lolium inter triticum sæpe prouenit. Quare meritò utriq; facultas tribuitur, non sanè admodum frugis generi alicui conueniēs: lolio siccandi, excalfaciendiq; efficaciter, usq; eò, ut proximè ad acria accedat: ægilopi discutiendi uim, & quamuis leuem acrimoniam, aliquam tamen, cui lolium propinquum tantummodo sit: ut hac in parte pluscūlum etiam retinere acrimoniæ ægilops, quàm lolium uideri possit: quod qui dem auenæ non inest.

Ἀλλ᾽ ὡς φάρμακον, ὁμοίαν ἔχει τῇ κριθῇ τὴν δύναμιν. *Sed vt medicamentum, similem obtinet hordeo facultatem.*) Vt non immerito uideri possit Germania, pro hordeo sæpē usurpare, ægrotisq; suis auenam ipsam exhibere ex iusculo aliquo, uel pulticulam ex ea. Quamuis Galenus in libris de Alimentorum facultatibus iumentorum potius, quàm hominum, auenam cibum fecerit: benè sanè, ac rectè. Neq; nos de alimenti facultate sola contendemus, non esse potiorē hordei, quàm auenæ, sed de vsu medicato medicinaliue cibo dicimus, in quo nō dissimilis hordeo auena sit. Atq; interea equos alet suos Germania auena multò, quàm hordeo, magis, multoq; plus semper absumet ad iumentorum esum auenæ, quàm ad proprium: Italia contrà hordeo magis, quàm auena, sæpè etiam spelta, siue zea, alendis equis utetur. Qua in re nihil fit à Galeni dictis alienum: quoniam idem sæpe esse, & nostri, & iumentorum alimentum potest: pro more tamen gentium diuerso, proq; rerum copia maiore minoreue usitatius hìc quàm ibi, hoc quàm illud.

CAP. DE GINGIDIO.

Γιγγίδιον. *Gingidiū*) Tādē diligēti Iac. Antonij Cortusi, patritij Patauini, rerūq;

harum studiosissimi opera factum, ut allatum è Syria Gingidiũ, de facie sua legitimum agnosceret, nec uideret iam, quod cerefolium credebatur esse: uiceritque iam Matthioli sententia in hoc, & iudicium, aduersus magni nominis de rebus his scriptores.

CAP. DE GLYCYRIZA.

Κατὰ τὴν χλιαρὰν μάλιστα ἂν εἴη θερμασίαν ἐγγυτάτω τῆς συμμέτρου. *Tepida maximè fuerit caliditatis, proxime ad temperatã.*) Tepida caliditas, sæpius iam ostensa paulum modo recedere à temperamento æquali in frigidum: quod hic quoque in glycyriza fit. Cuius quum dulcedo detegatur manifesta, ac propterea medij esse tẽperamenti deberet: accedẽs quamuis lenis adstringendi facultas frigiditatis cõciliare illi aliquid potest, ut caliditatis euadat tepidæ particeps, minimo tamen minus temperatæ, ob dulcedinem tam naturæ nostræ familiarem, quæ ipsa pariter temperata est.

CAP. DE POEONIA.

Εὔλογον οὖν ἦν ἢ ἀπορρέοντα τινὰ τῆς ῥίζης μόρια. *Rationabile igitur erat, vel partes quasdam à radice defluentes*) Duplex proponitur sanãdi hic ratio à Galeno: vel quòd aliquæ particulæ à radice decisæ, ad locum affectum, cerebrum, puta, ipsum peruen ant cum substantia sua: uel quòd proximè circumiecti radici aeris partes immutatæ, atque alteratæ, per continuatam patium successionem, eodem perueniant, in quo qualitas sola radicis perueniet, non substantia ulla. Vtrocunque autem factum modo fuerit, bifariam adhuc cõtingere sanatio potest, uel desiccatione, uel è totius substantiæ proprietate. Cæterùm quacunque tandem ratione ista contingant, successus huius spe frustramur hodie. Vel igitur tàm efficax nõ est nostra hæc pœonia, quàm aliarum fortasse regionum aliquarum: uel leuiora erant illius temporis mala hæc, quàm nostri huius sint, ob immutatam in deterius fortè uictus rationem. Quam ego afferre hoc loco causam non dubito, quum uideam eiusdem rationis allatam à Galeno alibi super alijs morbis quibusdam, Hippocratici temporis uictus rationem multò, magis commẽdante quàm sui.

CAP. DE DAVCO.

τελέως οὖν ἄφυσον. *Penitus aphysum est.*) Duplici nomine: & quòd flatus prorsus nihil generet, & quòd factum etiam discutiat: hoc enim erit τελέως ἄφυσον, flatus in totum expers, atque eo carens.

CAP. DE DICTAMNO.

Τό δὲ καλούμενον ψευδοδίκταμνον. *At vocatum pseudodictamnum.*) Non quidem quod est officinarum nostrarum, nostrique huius cœli, dictamnum dictum albũ, quod tamen multarum, ac compertarum uirium, ac uirtutũ herba est: sed quòd ex Creta pariter affertur unà cum uero pseudodictamnum.

CAP. DE QVERCV.

Ετρίψα δ' ἐπὶ πέτρας λείας αὐτά. *Triui porrò ea in petra laeui*) Eò quôd ita nulla futura pars sit eius, quod teritur, quæ contritionem subterfugiat.

CAP. DE OLEO.

Εκ δρυπετοῦς μάλιστα τοῦ καρποῦ γινόμενον. *Ex fructu oliuæ, quæ druppa uocatur factũ.*) δρυπετεῖς oliuæ sunt, druppæ latinis dictæ, maturrimæ, & præ maturitate ex arbore sua deciduę: quas etiam ex argumẽto cadiuas, & caduceas uocant alij, Latini itidem authores.

Επειδὰν δ' ἀποβάλλῃ τελέως αὐτήν. *Postquam verò prorsus abiecerit illã*) Tempore enim euaporata discedit aquosa succorum generis omnis portio, cuiusmodi adstringens quoque est, & exuitur frigiditas operato innato eorum calore, qui in decerptis ab arbore fructibus manet: unde quotannis maturitatem accipere

pere in dolijs uina ſimiliter ipſa uidemus, & ex acerbis, adſtringentibus ſæpè, magis, magisq́ue miteſcere. Quin ineunte uere ſufferuent iterato multa, calore innato eodem externi aduentu ſuſcitato. Eadem, exhalato calore eodem, aceſcent.

Ὅσοι κατὰ τὴν σκευασίαν ἐπιμβάλλουσι θαλλόν. *Quicunque in præparatione germen inijciunt.*) Oleæ nimirum ipſius, cui adſtringendi facultas ineſt aliqua: hoc enim propriè θαλλόν dicimus.

Ἔν τινι συνθέσει φαρμάκου, μὴ παρόντος αὐτοῦ. *In aliqua medicamenti compoſitione ſi ipſum non in promptu ſit.*) Vt ſciamus ad medicamentorum dumtaxat compoſitiones, eaſdem facultates afferre cicinum oleum, quas cõmune, ſabinumq́ue imprimis, non autem ad cibarium uſum: De Cicino enim ſcribetur mox, repurgatoriam eſſe eius uim: At commune oleum leniens potius, atque emolliens eſt.

Τὸ δ' ἀμυγδαλινὸν, τῶν κρατούσαν μὲν ἔχει τὴν πικρότητα. *Amygdalinum verò exuperantem quidem amaritudinem habet* .) Videtur in uſu medico fuiſſe tum ex amaris amygdalis expreſſum amygdalinum ſolummodo: nam in expreſſo ex dulcibus amaritudo nulla: cuius nihilominus maximus hodie ac frequentiſsimus in re medica uſus.

Τὸ ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς πίττης τὸ δάδινον. *Ex humida pice dadinum.*) Quod piſſelæum, ut arbitror, aliter dicitur: ita dictum, quòd primitus origo illa ex tæda, quæ δὰς Græcis eſt.

Καὶ μετὰ τὸ ἰστρικόν. *Et poſt Iſtricũ.*) Non à flumine, ſed à prouincia ita uocatum.

CAP. DE HELENIO.

Καὶ αἱ μικραὶ, καὶ συνεχεῖς ἄρθρων τινῶν ἐκπτώσεις δι' ὑγρότητος. *Paruæq́, ac aſsiduæ articulorum quorundam luxationes ex humiditate.*) Quæ teneriori ætati contingere ſæpè uiſæ ſunt.

CAP. DE ELLEBORO.

Καὶ μὲν δὴ, καὶ εἰς σύριγγα τετυλωμένην, ὁ μέλας καθιέμενος. *Et quidem in fiſtulam calloſam, immiſſus niger.*) Expertus non ſemel teſtari poſſum, verè ſcriptum hoc. Radicis porrò ipſius ad rem hanc præfertur uſus: præcipitq́ Dioſcorides detrahi tertia demum die: uerùm demi quoq; antea atq; immitti rurſus poteſt.

CAP. DE EPIMELIDE.

Ἐπιμηλὶς. *Epimelis.*) Caput ex duarum ſtirpium nominibus ſimul, & qualitatibus compoſitum. Epymelis noſtrum nobis meſpitum, uulgatum ſcilicet illud ſignificabit: unedo arbutum, Græce κόμαρον. Silueſtris malus, ἀγρία μηλέα, epimelidi conuenit: nam & Dioſcorides alterum meſpili genus, quod epimelis eſt, mali folijs deſcripſit, & pomum, ſiue malum ferre dixit. Κακοστόμαχος, & κεφαλαλγὴς, ſtomacho aduerſans, & capiti dolorem mouens, arbuto magis competũt, à Diſcoride quoq; huic eidem tributa: qui in eſu aceroſum pariter eſſe dixerit arbutum. Vt hic fortaſſe Galeni illud ſit, quod hic ſcribitur: ἀναμέμικται γὰρ αὐτῷ τὶς ἀλλόκοτος ποιότης. Admiſcetur illi extranea quædã qualitas. Vel igitur ignotæ nobis plantę alicuius qualitates has continentis omnes, caput hoc erit: vel ſi epimelidis eſt, meſpili uidelicet noſtratis, ſurreptitia, & additia omnino inerũt quædã: cui noxæ obnoxij eſſe meliorũ authorum libri omnes reperiuntur. Eſſe porrò epimelidis debere, indicio eſt, quòd in ſequẽtibus, capite de meſpilo, unius tantum generis mentionem fecit, eius, quod azarollum dicit̃, alterius generis uulgati ſcilicet, noſtri nullam: facturus aliquam ſine dubio, niſi anteà capite hoc de epimelide loquutus de illo fuiſſet.

parum uariat, phyllitidi tamen similior multo, quàm aspleno. utraque uerò earum falsò asplenum siue scolopendrium existimata, tùm hemionitis à ueteribus quãdoque dicta, tùm quę à superiorũ ętatum Latinis nostris phyllitis vocata est.

CAP. DE ERYNGIO.

ἠρύγγιον. *Eryngium.*) Eryngij genus esse crediderim certò herbam centumcapita à Plinio dictam, libro uigesimo secundo, cap. 8. quod septimum libri eiusdem de eryngio caput sequit statim. Cãdidã ex eo genere facit Plinius, quod quidem est: albescit enim tota, si cum priore eryngio cõferatur, cœruleo. Quin Dioscoridem quoque ipsum uideo eryngij capitulis colorem tribuisse, aliàs uiridem, aliàs album, cœruleum modò. Herba est flosculis, ceu capitibus quam plurimis, in orbem per totam digestis, totamque ideò orbiculatam prorsus reddentibus, usque adeò, ut quum, exarescente demum caule, humi deciderit, uento etiam non magno per prata, agrosque prouoluta, procul spectantibus, procurrentis sæpe leporis, aut cuiuspiam talis speciem exhibeat: quod in Bohemiæ, ac Morauiæ late patentium camporum planitie fieri interdum uidimus, ioculari quodam spectaculo. Hoc addidimus, ut ita ueluti indicata notescat melius planta hæc.

CAP. DE LVPINO.

μετὰ πηγάνου, καὶ πεπέρεως, ἡδονῆς ἕνεκα λαμβανόμενος. *Cum ruta, & pipere suauitatis gratia sumptus.*) Vt non ingratus prorsus cibus fiat sumptus, ruta additur, & piper, retuso, partimque ueluti dulcato ita natiuo lupini amarore, additionibus his. Quæretur ergò gratia lupino ex hoc aliqua, & condimentum: non suauitas, quæ esse in edulio huiusmodi uera non potest.

Ἐν ὄξει δ' ἑψῆν αὐτὸ χρὴ τλωικαῦ τα, ἢ ὀξυμέλιτος ἢ ὀξυκράτους. *Coxisse autem in aceto tunc, aut oxymelite, aut oxycrato conuenit.*) Robustis, sicciorisque temperamenti, ac duratę corporis constitutionis, ex aceto tantùm: ubi uerò detergere simul, & dissecare opus fuerit, ex oxymelite: in tenerioribus, & delicatioribus, ex posca, atque ubi non tanta sit incidendi, abstergendique necessitas.

CAP. DE VISCO.

τοῦτο δ' εἴρηται καὶ πρόσθεν. *Hoc autem dictum prius quoque fuit.*) Suprà capite de zingibere.

CAP. DE ISATIDE.

Ξηραντικῆς ἰσχυρῶς ἐστι δυνάμεως οὐδέπω δακνούσης. *Siccantis vehementer est facultatis nondum mordentis.*) Quod nanque in summo desiccat: ut quartum in eo ordinem seruet, idem urit etiam, non solum mordet, sicuti narratum retro fuit in fine superioris libri. Illud igitur, ἰσχυρῶς, non in summo tamen accipiendum.

CAP. DE SALICE.

οὐδὲν γὰρ ἐστι πολυχρηστότερον ἀδήκτου, καὶ ξηραίνοντος φαρμάκου στύφοντος ὀλίγον. *Nihil enim tàm multorum est usuum, quàm mordicatione carens siccansque medicamentum, ac modicè adstringens.*) Quibus quidẽ nominibus cõmendatam in superioribus meminimus plantaginẽ quoque ipsam inprimis.

IN LIB. VII. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

IN PROOEMIO.

Πρώτην μὲν τὴν ἀσαφῆ πρὸς αἴσθησιν, ὡς λόγου δεῖσθαι τοῦ φωράσοντος. *Primum quidē sensui non manifestum, ut ratione egeat, quæ comprehendat.*) Cuiusmodi fere disputatio est habita à Galeno in præcedentibus, libro tertio de rosaceo oleo, lini semine, chamemelo.

CAP. DE CALAMINTHA.

Ἐπικαίει τε σαφῶς τὸ δέρμα. *Ac manifestè cutim urit*) Atqui quarti esse ordinis siccantium dicta fuere supra, quæ hoc faciunt: calamintha uerò hic tertij tantùm ordinis ponitur à Galeno. Dixerim, quæ in summo sicca esse reperiuntur per se, etiam ut non usque adeo calefaciendo progrediantur, ea, ut adurant, quarti esse ordinis in siccando, oportere: at si qua comitantem eiusdem ordinis calefaciendi quoque uim obtineant, quod in calamintha est, ea tertij pariter esse siccantium ordinis posse. Nam, quemadmodum calefaciendi potētia, siccitate plurimum iuuatur, quę pro lima illi quadā fit, ad acuēdum: ita econtrario fiet, ut plurimum similiter auxilij siccitati præstetur à caliditate, promouendo operi suo, ut urere ualeat, quæ nondum quartum ingressa ordinem: calore adiuta uiresque illi addente, simul & ut penetrabilis magis sit faciente. Quæ quidem sententia nostra confirmabitur melius ex ijs, quæ mox à Galeno dicentur, de calaminthę eiusdem amaritudine. Eam enim, quamuis exigua omnino in planta hac inesse deprehendatur, eadem tamen ad quædam efficaciter præstare posse addidit, quæ præstaret, si valentissima esset, διὰ τὸ συνεῖναι σφοδρᾷ θερμότητι μετὰ λεπτομεροῦς οὐσίας: Eo quòd coniuncta amaritudo ea uehementi caliditati, cū substantia tenui sit.

Ἤ, ὡσπερεὶ καθ' ἑλιγμὸν σηπεδονώδη. *Aut sicuti per putredinosam flexuositatem.*) Haud scio an alibi Galenus uocabulo hoc usus fuerit, significandis sinibus, uel sinuosis anfractibus, ac tortuosis quibusdam, in quibus putredines lateant, uermino susue affectus quispiam.

CAP. DE CAPPARI.

Ἐφ' οἷς οἵ τε σπλῆνες ὀνίνανται, καὶ αἱ κατ' ἰσχίον ὀδύναι. *Ex quibus & lienes iuuantur, & ischiadici dolores.*) Retractis quippè à locis dolentibus, dolorem facientibus humoribus, & ad intestina auersis. Quapropter sæpè clysteribus quoque utimur ad rem hanc, cruenta elicientibus, nō incommode. Lienis autem tumores, superueniente intestinorum difficultate, quæ cum deiectionibus cruentis intelligitur, minui, præter medicorum hoc ipsum fatentium authoritatem, experimento insuper ipso quandoque docemur: ut iam naturam sponte quandoque sua utiliter ita agentem sequutis, idem facere nobis ex arte liceat.

CAP. DE CARDAMOMO.

Ἔχει δέ τι καὶ πικρότητος ἐμφερόμενον. *Amari verò aliquid etiam habet, quod insit*) Exigua notatur ex hoc cardamomi amaritudo quædam: quod etiam uerbum ἐμφερόμενον indicarit: ἐμφέρονται enim, quæ rebus adsunt quasi in superficie, non altē vel multum insunt. Et Dioscorides subamarum esse dixit. At hæc amaritudo, quamuis exigua, ut diximus, sit, necare tamē uermes poterit calore adiuta, quo plane

planè modo de calamintha narratum quoq; supra fuit: quæ ipsa pariter exiguæ cuiusdam esse amaritudinis particeps, ac uermes tamen interficere scribitur, calidıtatis auxilio: cæterum gustatem sæpe fugit amaritudo ea, tàm leuis, tam exigua est, uel nulla potius, si multorum consultatur in hoc gustus. Num propterea ob hoc unum (ut de hoc quoq; obiter hic dicatur) aut calaminthạm habendam esse negabimus, quam certò calaminthạm esse scimus, quòd hac nota non respondeat nobis satis, aut cardamomum officinarum nostrùm, non esse ueterum dicemus uerum, quòd amaritudine destituatur? Mihi non satis esse argumenti uidetur hoc: latent sæpè tam exigua, & subtrahunt se sensibus, non omnibus deteguntur, non in omnibus apparent, nec semper, locorum diuersitate, & ætatibus uariantia, acq; in alijs alia quodammodo sæpe uisa. Et quod de primi ordinis calidis, & frigidis dictum, nō manifestantibus se sensibus nostris, sed ratione exquirendis, ratione inuestigandis: idem dici de qualitatibus commode satis possit, leuibus, atq; exiguis, sensib. sæpe se nostris occultantib. quas rationibus quæsitas si inuenerimus, satis habituri in eo simus. Vt quum lumbricos interfici calaminthæ, & cardamomi usu notum habuerimus, inesse amaritudinis in his nōnihil sciamus, ratione ea adducti, quoniam præcipuus, ac primus interficiendi lumbricos usus, ab amaro proueniat sapore semper. Deducemusq; corollarium ex his subultimum, cardamomū, quo hodie utimur, Græcorum esse authorum, uetus illud, ac uerum, quamuis manifestus in eo non uisatur amaror, nec gustui detegatur satis: nam cætera respondent. Vel calaminthạm non esse calaminthạm dicemus, quum manifestus in ea amaror ullus non appareat At nemo repertus hactenus fuit, qui inficiori ausus fuerit, calaminthamq; propter hanc, qua nunc passim utimur, negare, non esse illam ueterum.

CAP. DE CAVCALIDE.

Καὶ ταριχευθεῖσαι εἰς ἀπόθεσιν. *Et muria condita seruatur.*) Vt herbularū quarundam germina, & turiones, fœniculumq; inprimis ipsum, tum & fructus nonnullos aceto hodie condimus, reponimusq; ad usum: ita & muria fieri idem possit, præsertim in plantis, non paucorum alioqui usuum: quod genus caucalis quoque ipsa est.

CAP. DE MILIO.

Ἐσθιόμενος μὲν ὡς ἔδεσμα, παντελῶς ὀλιγότροφον ἐστιν ἀπάντων σχεδὸν τι τῶν σιτηρῶν ἐδεσμάτων. *Comestum verò, vt cibus, pauci omnino alimenti est, inter frumentacea propè edulia omnia.*) At interea rusticana plebs omnis, fossores, & messores, monticolæ cuncti, & in summis montibus opiliones, pastorumq; genus uniuersum non alio melius cibo sustentari se posse existimant, adeoq; reapse sustentantur, quàm pulte ex miliacea farina, qua satiari se sentiunt, ut satis habeant: esurituri multo plus, si alio frugis genere uescerētur. Vt igitur alimenti non multum exhibeat milium: at permanens, perduransq; exhibet.

CAP. DE CENTAVRIO MINORE.

Ἰσχυρῶς ξηραντικὸν ἐστι τὸ φάρμακον, ἄνευ δήξεως. *Valenter siccans medicamentum est citra mordicationem.*) Retusam nempe abstringendi facultate frigida cū humore.

Καὶ τὰς παλαιὰς σκληρότητας μαλάσσειν. *Ac veteres duritias emollire.*) Quòd magna ulcera glutinet impositum emplastri modo centaurium minus, subest ratio: ex adstringendi enim facultate præstare id potest: & quòd uetusta, ac difficulter ad cicatricem uenientia perducat idem, ob ualentem desiccandi potestatem, non mirum. Ast ut inueteratas duritias emolliat, quomodo? Non in omnibus id euenire dicemus, quoniam in superioribus libris non unum esse duratorum tumorum genus scimus: sed in ijs solùm, qui ex humorum congelatione

ſcirrhoſi facti iam diu fuerint: quos cẽtaurium calefaciendi ui non parua diſſoluere, ac ueluti regelare, regelatoſq; ita, atq; emollitos ualenti inprimis deſiccãdi facultate, qua præditum eſt, conſumere totos queat.

Ἐφ' ὧν ἄριστα φάρμακα ἐστὶν ὅσα ξηραίνοντα σφοδρῶς ἅμα τινὶ στύψει, μηδεμίαν ἔχει δῆξιν. *In quibus medicamenta optima ſunt, quæcunque vehementer ſiccantia cum adſtringẽdi poteſtate aliqua mordicationem nullam retinent.*) Rheumatici affectus eiuſmodi omnes ſunt, ut & deſiccari eorũ poſtulet humor nimius ſemper, atque aſsiduus fluxioneq; continua infeſtus. Quod quæ præſtitura ſunt medicamenta, inſigni ea ſiccandi vi prædita eſſe oportebit: ut quidem Centaurium minus eſt. At, niſi robur addatur partibus, fluxiones humorum eas excipientibus, non multũ promouerimus: infeſtabuntur enim rurſus, recollecto poſt reſiccationem humore, fluxuroq; mox ad partes obnoxias malo: quod ne fiat, robore addito partibus aſſequemur. Fit porrò id adſtringentium maxime uſu. Simul quoniam deſiccant hæc, non minus temperamẽti cociliabitur aliquid parti, unde ingruit fluor, quam neceſſario nimio plus humidam, quæ quidem fluoris tantum generet, eſſe opus eſt. Cum igitur adſtringentis facultatis ope, tum uel imprimis ualenter exiccantium uſu, ad temperamentum adducetur, adductaq; multo humorum, fluoriſq; minus gignet. Quòd ſi nulla inſuper inſit in medicamentis huiuſmodi mordicatio, ne irritabitur quidẽ parte ulla humorum fluxio, ac quieſcent facile omnia. Hiſq; donatum à natura dotibus omnibus minus centaurium eſſe uidemus magni propterea, multiq; uſus herbam.

CAP. DE CERASIS.

Ξηραίνει γὰρ μᾶλλον τῶν αὐστηρῶν. *Magis enim quàm auſtera, ſiccant*) Videbatur maior eſſe debere in auſteris ſiccãdi facultas, ob terreſtres partes plures, in quibus ſiccandi uis multa: quod uerum eſt ex hac parte. Veruntamen quia acidus ſapor magis ſe ad profundum adigit corporum, eatenus uires ſimiliter ſiccandi ſuas profert latius, ac melius, nec deſiccabit minus.

Εἴγε ἀληθὲς ἐστὶν ὅ γε γράφουσί τινες. *Siquidem verum eſt, quod quidam ſcribunt.*) Non niſi Galeno fuit uerisſimile admodum, ut gũmi aliquod, lentæ nimirum, ac uiſcoſæ ſubſtantiæ, & conſtitutionis, incidendi ui polleat: iccirco fidem ipſe ſuam liberat hac in re. Neq; tamen non eſſe ita poſsit omnino, ſi in pulueręm tenuiſsimũ redactum tritumq; exhibeatur in uino gummi: ut meſpili, ſiue epimelidis nucleos, quędamq; alia duriſsima, ac ſolidiſsima terimus ad eoſdem uſus. Idem eodemq; modo dicetur pòſt de prunorum gummi.

CAP. DE GALLA.

Σφοδρότεραι δὲ ἐν οἴνῳ. *Vehementiores autem in uino*) Vino experimur, ſi decoquatur, amiſsis, euaporatiſq; uinoſis partibus multis, terreſtres magis retinere, & acoris contrahere aliquid cum ſtipticitate ſolitum: ut meritò ideò plus addere in coctis gallis adſtringentis poſsit, quàm aqua, ſi ei incoquerentur.

CAP. DE CLEMATIDE.

Τῷ μὲν ἁπλῶς ὀνομαζομένῳ κληματοειδεῖ, ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βιβλίου. *Simpliciter quidem vocata climatoidis, in fine libri.*) Nunc coniunctis capitibus leguntur, ſexto & ſeptimo, eiuſdem quarti libri: licentioſo aliquo transferente alterum clematidis caput à calce libri ad principia. Quod indicio ſit idem factum in alijs pariter fuiſſe non paucis, ut multorum ſcriptura inueteretur, & corrumperetur ſimul in aliquibus, ſumpta ſemel licentia, peſsimo more.

CAP. DE COLOCYNTHIDE.

Φθάνουσα μὲν τῶν καθαίρει διὰ τῆς γαστρὸς ἐκκρίνεσθαι. *Excerni anteuertens per aluum cum ijs quæ repurgat.*) Actio enim omnis temporis mora aliqua fit: aiunt qui philoſophantur.

CAP.

CAP. DE CORIANDRO.

ὅτι δ' οὐδ' ἐν τῶν ψυχόντων φαρμάκων ἱκανὸν ἐστι διαλύειν χοιράδας. *Quod verò refrigerãtium medicamentorum nullum strumas dissoluere satis queat.*) Galeni argumento huic responsurus Auicennas, ad sacram anchorã confugit occultarum proprietatum illam, facilem esse responsionem dictitans, scilicet id agere coriandrum, nempe ut strumas discutiat, sua quadam occulta proprietate, ac forma. Sanè si dixisset facillimam, crederemus melius: quid enim facilius, si quis quod responde at, firmum, & solidum non habeat, quàm ad ista confugere. Verum enimuerò quum ad manus habemus manifestiores qualitates aliquas, quas afferre pro effectus cuiuspiam causis euidenter nobis liceat, non libenter utimur, neq; uti unquam debemus refugio hoc ingeniorum propè dixerim ignauorum. Sed nec omnia admit.unt latentes has proprietates, neq; apte applicari omnibus eæ possunt: omnium autem minime, in quibus causa, & facti ratio constet, manifesta, atq; euidens, ut hoc in negotio, ubi de strumas uel chœradas discutientium usu disputat, quod opus nullus non calidiorũ medicamentorũ efficientiæ semper tribuat, nemine refragante, nullaq; penitus cõtrouersia. Vt etiã si à multis dicatur, occulta id proprietate fieri quadã posse: qui tamen non à calidis idẽ medicamentis multo & certius, & melius, & efficacius fieri, ac pe fici solere dicturus, ac concessurus sit, inueniri credam posse neminem. Scilicet tam multa, ac pleraque omnia, quum caliditatis ui discutiant: unum inuentum erit coriandrum, quod priuata quadam proprietate id faciat. Et aliquid tamen inesse in coriandro caliditatis posse concedere uidetur idem Auicennas, sed quę in profundum penetret, frigida substantia exterius relicta: & quum bibitur resoluatur. Bene habet: caliditate ergò non destituitur coriandrum. At in profundum abit, & sola relinquitur frigida substantia ait. Quæ ratio autem hoc ostendit, ut totum discedat, quod calidum est, ac sola relinquatur frigida substantia? An potius, & uerius dicemus, imaginarium hoc esse? Vt, si caliditatis aliquid abire inde concesserimus, tantum autem remanere, quantum discutiẽdis strumis, & sanandis sub finem erysipelatis futurum satis sit nihil habiturus sit, quod refellat? Neque enim rationis unquam quicquam afferet ueræ, & solidæ, quæ frigi dam tantum restare substantiam credere nos cogat, quum initio coriandri substantia, & essentia ex partibus quoq; calidis constet, quas si quidem persistere coriandrum debuerit, essentiamq; suam retinere, nunquam remittet in totum, sicuti ne alia quidem: quæ ea, quæ substantiam, siue essentiam suam propriam constituunt, ad extremum usq; conseruant, neq; ex toto amittunt unquam, nisi destru cta corrumpantur.

CAP. DE CORNO.

μικροῖς ἢ τραύμασιν ἢ μαλακοῖς σώμασιν, ἐναντία μᾶλλον ἐστίν. *Vulneribus verò paruis & corporibus mollibus contraria magis sunt.*) Ex methodo tradita tertio Therapeutices methodi libro. Cæterum mollioribus corporibus, tanquam minus siccis, minus pariter siccantia conueniunt, ut in statu naturæ suæ proprio conseruentur, resiccata humiditate uulneris tantùm præternaturali, quæ pauca est. Eademq; ratione uulnera parua, ut quæ multum generare superfluæ humiditatis nequeant, minus proinde siccãtibus indigebunt desiccandæ quippe solùm exiguę excremẽtitiæ humiditati: ac tanto adhuc minus, si facta in corpore molliori aliquo fuerint, parua inquam uulnera: dupliciter enim parum resiccari tũc postulabunt: & naturalis temperamenti, & præternaturalis excrementi causa, parui, atq; exigui, proinde minime magna habituri opus desiccatione.

CAP. DE BRASSICA.

ἄλλως τε, καὶ τὰ τραύματα κολλᾷ. *Alioqui, & vulnera glutinant.*) Scio in longum pro

tensum sinuosum uulnus, ab humero ad nates propemodum usque ipsas, quà in parte apertum extrema ea ora, plurimum semper remittebat saniosæ materiæ cuiusdam, nec profundam tamen, neque ultra carnosam membranam ualde adactum, quum remedijs alijs non posset, ex foliorum brasicæ, uino nigro, atque austero incoctarum applicatione, resiccatum coaluisse intra paucos dies. Factumque id est ex consilio præstantissimi medici, Maffæi Fracazini.

Καὶ μάλιστα ἡ αἰγυπτίας κράμβης. *Ac Aegyptia maximè brassica.*) Non arbitror Aegyptiam dici hic brassicam, ut ficus dicta Aegyptia Plino & Theophrasto fuit, Cypriaque, & Indica, à nostra ficus forma, ac facie diuersæ satis omnes: sed eiusdē omnino speciei fuerint nostra, & Aegyptia brassica: tantū Aegyptia plus uirium siccandi ex natalibus suis, à sicca regione adportarit.

CAP. DE HORDEO.

Τὰ δ' ἄλφιτα, πολὺ καὶ τῶν κριθῶν αὐτῶν ἐστὶ ξηραντικώτερα. *Alphita uerò, multò quàm hordeum ipsum, siccantiora sunt.*) ἄλφιτον polentam interpretantur. fiebat autem ex fricto, torrefactoque hordeo, ἄλευρον non erat, quippe simpliciter tantùm molitum in farinam. Galeni uerba sunt libro primo de Alimentorum facultatibus, ἐκ τῶν νέων κριθῶν φρυγεισῶν, τὸ κάλλιστον ἄλφιτον γίνεται. Proindè non mirum si hordeo ipso desiccet magis.

CAP. DE LILIO.

Ὅθεν καὶ τοὔλαιον, τὸ ἐξ αὐτῶν, καὶ τὸ μύρον. *Quapropter & oleum, quod ex ipso conficitur & unguentum*) Olea, omne genus, ex simplici herbarum maceratione fiebant, siue fructus, siue flores, siue germina uel surculi, siue folia ad id sumerentur: interdum succi quoque admixtione constabant, ut de rosaceo oleo colligimus ex Galeno non uno in loco Vnguentum, μύρον nimirum erat, quum horum unum quodque cum aromate aliquo præpararetur: in hunc enim modum scriptum reperitur à Galeno suprà capite de oleo, quum prius de multiplici oleorum genere dixisset: λέγω δὴ ῥοδίνου, καὶ μηλίνου, καὶ κρινίνου, καὶ ὅσα τοιαῦτα καρπῶν, ἢ ἀνθῶν, ἢ βλαστῶν, ἢ φύλλων ἐναποβρεχομένων ἐν ἐλαίῳ γίγνεται. Τούτων γὰρ ἕκαστον ὅταν ἅμα τοῖς ἀρώμασι σκευασθῇ, μύρον ἀποτελεῖται. Conficitur inquit, μύρον (unguentū dicere cogimur nos) cuius spissamentum quoddam erat necessario ex aromatum additione, ut densatum substātia, & essentia sua existeret, fuitque unguentorum præparatio oleorum illa posterior merito, tanquā simpliciore compositior: ut, si Plinio credendum sit, Iliacis temporibus nondum fuerint unguenta. Nam quòd alicubi Homerus, ut iliados ι. miram referat nobis olei cuiusdam fragrantiam, cœlū & terram peruadentis: poetica hyperbole est: & oleum esse potuit bene odorū ex simplicioribus aliquod, non autem unguentum. Homerus quidem ipse oleū protulit, non μύρον. ἀλείψατο δ' λίπ' ἐλαίῳ ἀμβροσίῳ, inquit. Quid odoratius nostri temporis oleis alquot? quorum nullum penitus est spissamentum, ut dici propterea unguenta nō possint: & ignis ui artificiosa, per chymica uasa eliciuntur, cariophyllis, nardoque Italica nostra, siue spica, uel lauēdula, & id genus multa odoratissima. Vinum Maronium ipsum, author idem Homerus, nonne longè latèque spargētem fragrantissimum odorem suum facit? Quod mehercule uinum odoratum quodcunque præstat, ut multū semper de se odoris emisisi faciat: unde ἀνθοσμίας dictum flore odorum, ut uidetur: & Plautus ueteris uini florem, naribus abiectum dixit. Quod ideò dico, ut Plinium reum peragi mendacij non sinam, τὸ μὲν μέγα quidem: cuius tamen criminis eruditiores insimularant illū, adeoque condemnarant opinione sua, quòd iliacis temporibus unguentorum usum nullum fuisse, scripsisset, & Homerus frangrantissimi odoris cuiusdam meminisset. Quasi uerò necessarium sit, fragrantiam eam unguenti fuisse fragrantiam, non autem olei. At nos præter id, quòd ἐλαίου scriptum nobis reliquit poeta

poeta, & non μύρον, oleum, & non unguentum: olei esse potuisse ostēdimus fragrantiam eam, & quidem simplicioris: non solum oleorum exemplo multorū latissimè de se, & suauissimè odorem mittentium, sed etiam uini, poetæ eiusdē testimonio: quorum nullum μύρον, id est ungentum, est. At unguentum scripsit Plinius iliacis non fuisse temporibus: reliqua non fuisse non scripsit bene inprimis redolentia, & suauè spirantia.

Sed si μύρον nobis Latinis ungētum est, ut ἔλαιον, oleum: quid erit ijsdē nobis χρίσμα, & ἄλειμμα? sint sanè linimentum, modò morosiores aures Latinæ admittāt uocem hanc: sin unguen, ut non sono discordent ab unguento multum, sed significato: deniq; sint, quodcunq; magis cuiq; libuerit, etiam unguentum, etiam unctio, modò differentiæ rerum existant, & discrimen appareat inter hæc & illa: quod satis futurum sit rem ipsam intellecturis.

Hoc ex lilio & oleum, & unguentum, lilium dictum Galeno, & Dioscoridæ, susinum etiam est: susa enim Persarum lingua liliū uocari aiunt: unde Susa Persidis urbs, quòd in agro liliorū feraci posita esset, authore Stephano de urbib. & Susanna nomen propriū, quod nos uernacula nostra lingua Liliante proferimus sæpe, ut à uiolis Violante. nostrum etiam multi pro lilio, zilio dicunt.

Τὰ δὲ φύλλα προσέψοντες, ὥσ δὲ ἄσιν καὶ αὐτὰ μέχρι κατουλώσεως. *Folia verò coquentes prius ipsa quoq; imponunt, quoad cicatrix ducatur.*) Non est oscitanter pertranseundum hoc: iuuare enim inprimis solet: ut retrò de brasficæ folijs dixisse meminimus, uino austero incoctis, & uulneri diuturno impositis cū successu bono.

CAP. DE CROCO.

Κρόκου δὲ ὑπόστυφα συνυπάρχουσι μὴ σφοδρῷ, συνπλειστικῇ ὑπάρχειν. *Quas quā caliditati adiunctæ fuerint non vehementi, concoctorias esse ostendimus.*) Qua ratione enim adstringētis aliquid obtinent, proinde & emplasticæ facultatis nonnihil, eadem & calorem innatum conseruabunt, ne facile diffletur, & cōseruatum augebunt: qua uerò mediocri ac temperata sunt caliditate prædita, calori pariter innato nostro familiarissima, ea quoq; ex parte caloris substantiam eiusdem, atque essentiam fouere, maioremq; efficere facile poterunt. Vt nihil iam desiturum sit, ad concoquendi uires in maius promouendas.

CAP. DE CEPA.

Ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης κράσεως ὅλον τὸ κρόμμυον φυσῶδές ἐστι ἐδώδιμον. *Ex huius verò temperatura, tota cepa flatuosa est comesa*) Huius nempe succi, quem aqueæ, atque aereæ qualitatis participem esse dixerat modò: ὑδατώδους τε, καὶ ἀερώδους θερμότητος. At nihil his flatuosius, in quibus aqueæ simul & aereæ partes sunt, cum calidita te aliqua: neq; enim deest materia, unde generatur flatus, aqua, aquosumue aliquid: neq; effector eiusdem calor aliquis.

Καὶ διὰ τοῦτο ὅσα ξηρότερα τὴν κρᾶσιν, ἀφυσότερα. *Atque ob hoc, quæcunque temperamento sicciora sunt, flatus minus generant*) Potest in uniuersum dictum hoc accipi, ut naturæ siccioris omnia, flatulenta habēda minus sint, quòd flatus materia desit, aquea scilicet, potest & de cepis intelligi, ut quæ inter has sicciores temperaturæ fuerint, flatulentæ pariter minus quoq; existimentur. Porrò autem quænam erunt hæ? Animaduersum, cepas albidiores illas acres magis, proinde calidas similiter esse magis rubris: ut eadem ratione sicciores etiam existimasse liceat, ideò & minus flatulentas.

CAP. DE FABA.

Κύαμος. *Faba.*) Deiectam de loco, sedeq; sua fabam restituimus: deq; bonorum, facultatumq; suarū possesione deturbatam reduximus, ut bona prorsus fide posideat: exauthoratæ certè propemodum, authoritatem reddimus omnem, nomenq; retinere suum iussimus in, fallor, dum ni librum de Alimētorum facultatibus primum annotaremus,

CAP. DE CYCLAMINO.

Ἐν κροκύδι προσθέμενος. *In floccis appositus.*) Dupliciter: ut & pro balano, seu glãde cedat: & umbilicò ex hapso aliquo modò impositus, idem sæpe præstet. Vnguentum porrò de arthanita quod dicitur, ad usum hunc paratur ex cyclamini ut puto, succo, de quo mox illud additũm legit̃ à Galeno: καὶ τὴν γαστέρα καταχριόμενος κοιλίαν ὑπάγει. Illitaq; abdomine, uentrem subducit.

CAP. DE LEPIDIO.

Λεπίδιον. *Lepidium*) Quoniam in litera L. retrò, nullam factam fuisse videram à Galeno iberidis mentionem: hoc capite sub lepidij nomine (utrumq; enim eidem herbæ accomodatur, scilicet iberidis, & lepidij nomen) egisse eum existimandum est. Quumq; earundẽ uirium sit lepidiũ alterũ Plinij, ac Pauli Aeginetæ illud, folijs laurinis, piperitis proculdubio nostra: si hoc eodem capite contineri id quoque posse dixerimus, præsertim quod ad uires attinet, non male dicturos nos aut arbitraturos crederẽ: ut quòd duob. capitibus diuise de iberide & lepidio proditum à Discoride fuit, id in unum à Galeno collatum fuisse opinemur. Ego enim caput de iberide, quod primi Dioscoridę libri nouissimũ est iberidis habendum esse proprium censeo, clarè atq; aperte notis suis repræsentatæ: sicuti aliud libri authoris eiusdem secundi centesimum septuagesimum, lepidij alterius proprium, nullis licet interea notis depicti: utiq; piperitidis uulgatæ nostræ. Quo nomine quamuis iberis propriè quoq; ita dicta uocetur: hoc tamen non auferet nobis, quin alterius esse possit lepidiũ proprium herbæ unius alicuius nomen: ut quidem non paucæ reperientur aliarum quoq; multarum nomenclaturam, uel facie, formæq;, ac figuræ, uel facultatum, uel qua alia similitudine sortiræ, quod tamen non sunt: ut hic pariter quum lepidium iberidis quoq; nomine uocetur, & ea tamen habenda non sit. Atq; ita Dioscoridẽ dirabimus, nõ depauperabimus, qui lepidio, quod piperitim dicimus, suum pariter locũm assignarit, non minus, quàm iberidi.

CAP. DE THVRE.

Ὁ δὲ θαλλὸς αὐτοῦ. *Ramus autem eius.*) Ramus uertit interpres, quum germen debuisset. Tametsi ne germẽ quidẽ uolunt rei herbariæ peritissimi: αἰθάλα uolunt ut sit, ἡ δ' αἰθάλη αὐτοῦ: quod quidem argumentis multis adstruunt, ac ualde uerisimile uideri unicuiq; debet. Quamq; suspicionis aliquid facere alicui fortasse posset repetita, interposito uno tantum capite, quod de libanotide est. Eadem de thuris fuligine mox, superuacaneè: idq; sub nomine λιγνὺς, quum paulò antè αἰθάλη dixisset. Quod bonis authoribus non ualdè usitatum esse uidemus: ut in quam repetantur aliqua frustra, intra tàm paucos uersus.

CAP. DE LINI SEMINE.

Ἔστι δὲ καὶ θερμὸν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν τάξει. *Est autem calidum primi quodãmodo ordinis*) χλιαρὰν θερμασίαν, tepidam scilicet caliditatem quandam tributã lini semini in superiorib. libro tertio meminisse debemus, qualis rosacei olei, & chamęmeli eẽset. porrò tepiditas hæc plurimum, maioriq; ex parte in frigidũ aliquantulum uergens, paruo admodum, atq; exiguo à temperamento, recessu: tàm inq; in aliqb. exiguo, ut ratiocinando potius, quã experiundo inuestiget̃: atq; in calidũ tẽdere uideri nõnunq; possit, sicuti chamæmelum. Quod qdẽ existimari nonnunq; adeo mirum debebit ambiguam medicamentorum quorundam naturam considerantib. in confinio tẽperamẽti utriusq; positorũ, modoq; in hãc, modo illã partem inclinãtium parum, & pro subiectorũ sæpè quib. admouent̃, diuersitate

quadam-

quadamtenus uariantium: ut rosaceum hos refrigerare, illos calefacere interdum experimur, parcè admodum utrumque. Ita hîc de lini semine dictum est, calidum esse ordine primo, sed πὼς additum, nempe quodammodo: ut in primum ordinem eum ingressum intelligeremus: quamuis frixo pluſculum adijci caloris queat, de quo hîc agitur: καὶ φρυχθὲν enim: Etiam si frigatur, dixit.

μάκερ φλοιός ἐστιν. Macer cortex est.) Macerem, macimq́ cur diuersas esse res non credam, significaui aliquando amicissimo consuetudineq́ mihi omni cõiunctissimo Petro Andreæ Matthiolo: nec persuasi tamẽ, quòd crassus cortex non sit, ut esse scribitur à Dioscoride. Atmihi crassus esse uidetur satis, ut cortex: quoniam cortices proferre multarũ aliarum arborum possemus tenuiores hoc, quorum comparatione crassum dixere corticem hunc. Sed quia, cùm de hoc, tum de alijs ad hanc rem eandem multis, non semel disceptatum inter nos fuit, quæ legere si quis uelit, possit: non repetenda hoc loco incassum esse censeo.

CAP. DE FOENICVLO.

οὐ γὰρ σύϛψεως σαφῶς μέτεστιν. Non enim adstrictionis manifestæ particeps est) Siccitatis inquit nomine uentrem adstringit: quoniam si adstringentis facultatis ui id faceret, manifesta adesset illi adstrictio, quæ non percipitur. Siccando igitur id præstet necesse est. Verborum sensum hunc non satis assequutus uidetur interpres, ita interpretatus: Nec sanè manifesta illis inesse uidetur astrictio. Reddenda quippe erat causa, quod particula Enim facit.

CAP. DE MELLE.

πήγνυται μὲν, ὥς φασι καλάμοις. Concrescit quidem, ut aiunt, calamis.) Dioscorides ipse est, qui hoc aiat simul, & scribat, capite de melle, mellis genus facies saccharum. Quod de sapore, & uiribus intelligẽdum erit: licet sacchari inferiores habeantur uires. Nam quod ad generationem attinet, mel ex plantis non resudat, quod saccharum faciebat tunc temporis, quum de hoc à Dioscoride scribebatur, & facere idem nostro quoque tempore posset, nisi cocturæ artificio anteuerteretur, cæsis, antequam exudare sacchari quicquam possint, concisisq́ cannis, unde excoquitur saccharũ. Qui modus eliciendi, excoquendiq́ ita sacchari, ignis beneficio, quum primitus de rebus his scribentium tempestate, non inuentus fuisset, ne meminisse quidem potuerunt: Sicuti ne certũ quidẽ scire forinsecus ne inhærens, an intrinsecus resudans concresceret: concretum tantum dicunt. Quamquam quòd mellis genus utrumq́, Dioscorides, & Galenus, fecerit, saccharum, extrinsecus potius sumpta causa concretum credidisse suspicari quis posset, quoniam mellis extrinseca pariter causa semper, utiq́ nostratis huius. Quod propter mãnam dico, mel quoq́ aereum aliquando authoribus dictam: cuius animaduersa est haud ita multo ante, materia non minus ex arbore resudare, quàm extrinsecus ingruere. Mihi uerò non perinde mirum fit, ut fallamur, potissimum autem in his recensendis, quæ exotica sunt. Quorum in censu iuxtà, ac censura, aliorum semper niti fide cogimur, fluxa sæpe, & incerta: quare nec mirum sit, falsos quoque auctores grauissimos, secumque multos eiusdem professionis uiros non incelebres, traxisse in eosdem errores. Sic macer ligni cortex, radicisqúe existimatus, quo nunc nuculam tantùm uestiri uidemus, uel ex parte potius tegi. Nardum ex Dioscoridæ lectione, spicam, & spicas, comam, & comosas scribentis, quis aliud, quàm spicam, aut comam esse toties repetitam suspicetur? Quodquidem an spicam ipse non existimauerit, & radi-

Quod in casia ob lignosæ partis multitudinem, nec factu facile fuit, & factum cum dispenpio aliquo fuisset, ut nondum excorticata, inquam, exportaretur. Donec (ut fieri semper consueuit in ijs, quæ per additamenta quædam inuenta augescunt) tempore deinde, in cinamomo quoque id ligni, quod in eo inerat, ut inaniretur, inuentum est, ac minus fortasse operosa ratione, quàm quę ex recētibus quadrupedum ob id interemptarum corijs in casia fiebat: quo uidelicet maior ita gratia quæreretur decorticato, factoq; ita ex delibratione, nobiliore, augereturq; eius cū gratia, pretium: simul ut tectior fraus esset, si qua fieret admixta casia ex præparatione eadem, quæ iam fieri in cinamomo hoc pacto non minus casia ipsa posset. Ex quo eodem quoq; cinamomi nomine uocari cœptum fuerit commistum ita omne: obliterato penè casiæ uocabulo in totū, significati quidē illius. Quòd si mea cōiectura hæc non fallit, non omnino uero parere nos cinamomo pro certo ducere: quandoquidē cum casia simul indubitata iam, quam canellam, & cinamomum dicimus, frusta reperire sit sæpe quædā, paulo magis nigricantia, quàm reliqua, certè non tam fulueſcentia, crassiora autem triplo sæpe alijs, breuiora, gustu uerò multo in omnibus præstantiore: quæ quid uetaret cinamomi esse existimare? Nam perijsse in totum, præsertim cuius non tanta tradatur cultura, quāta balsami, uel aliarum huiusmodi difficulter prouenientium rerum, sed inter uepres, & rubos sponte sua (si Plinio credimus) nascentis, non facilè adducor, ut credam. De nodis autem illud, quòd nulli hîc inueniantur, nihil sanè ad rem. In arbore enim integra, aut nondum detracto cortice spectarentur hi seu nodi, seu rami: nunc cùm solum quod est in medio ramusculorum decorticetur, ac ueluti internodium tantummodo delibretur, ne nodorum quidem uestigia apparebunt: multoq; minus in casia, quàm in cinamomo, quo quidem longiora esse casiæ inter ramos interualla, quàm cinamomi debēt, de quo scripserit Dioscorides: ὄζοις συνεχέσι κεχρημένον: continuis ramis, in arbore integra uidendis: delibrantibus enim corticem, quum uentum ad ramusculorū nodos est, abscindatur ut ibi cortex, uerisimile fit: interstitijs in cinamomo paruis, continuatis quippe ramis, & συνεχέσι: in casia maioribus. Et uerò, si reperiuntur, in canella, siue cinamomo usitato nostro, partes, uerum illud notis suis cinamomum referentes, paruæ eæ, breuesque sunt, adeoque paucæ: atq; eædem, (ut dictum paulò antè quoque fuit) crassæ, saturoque colore, magis nigricante: quibus inprimis signis uerum arbitror internosci debere cinamomum: saporeque ante alia acri, ac gustum uellicante: His inquam uestigijs si perquiratur cinamomum proprijs, & natiuis, non extra rem petitis, & accidentarijs (ex accidenti enim quodam fit, ut cum arbore spectetur uel non spectetur sua) inuenietur in saccis interdum plenis nonnihil illius, quod naturam cinamomi, qualem descripsimus, ad plenum referat. Ego domi meę iam diu seruatum teneo frustum, quod mihi ipsi persuasi cinamomum esse, & pro cinamomo habeo: nō habiturus, si quid se obtulerit, quod me de sentētia siue opinatione hac dimoueat. Nam, quemadmodum initio, in hæc, nescio quo pacto digressus, dicebam, in exoticis his & ultramarinis inquirendis, suspenso esse iudicio semper debemus. Hæc cum exarassem, legi à diligentissimo rerum harū inuestigatore Carolo Clusio annotatum, duros sibi uisos in Belgico cinamomi ramulos, rectos, non enodes, sed nodis quibusdam, siue ramulorum uestigijs, palmum ab inuicem dissitis insignitos: cortice tenui, subcinerei quodam modo coloris, iucundi odoris, suauis gustus & qui linguam aliquantum acrimoniam sua uellicet. Ramulíq; appicta ibidem uideri potest, cū ligno suo, partimq; cortice, icon. Quę tamen casię ueterum ramo, quàm cinamomi uideri similior queat. Cortex enim inest tenuis, ligni autem plurimum, contrà, quàm in cinamomo esse debeat, quod à ueteribus illis bene corticosum parum autem admodum lignosum describebatur. Vti iam ex his omnibus certò tenere possimus, non sanè multum distare inuicem nisi bonitate,

mitate,& præstantia quadam, cinamomi, & casiæ arbores,utriusque autem detractum pariter iam corticem, promiscuecꝫ ad nos allatum, canellæ indifferenter & cinamomi nominibus uocamus. Necꝫ iam aliud restet,quàm quoties utẽdum habebimus cinamomo,delectus à nobis adhibeatur diligẽtior, plurimum interdum cinamomi ucrioris illius inter canellę nostratis fasciculos inuenturis, signis,notisꝙ suis cognoscendi.

CAP. DE ARMENIACIS.

ταύτης ἐκλέλειπται τὸ παλαιὸν ὄνομα. *Huius defecit vetus nomẽ.*)Hoc loco eadem fecisse uidetur præcocia, & Armeniaca, quæ differre aliquatenus posuerit in libris de Alimentorum facultatibus: estqúe discriminis omnino aliquid, licet non multum.

CAP. DE CITRIO.

κατὰ μὲν τὸ σπέρμα, τὴν ὀξεῖαν ποιότητα. *In semine quidem acidam qualitatem.*) Semen appellat totam eam partem, quæ parte huius candida, & quam mali huius carnem dicimus, uelut inclusa continetur, succusꝙ est cum semine unà: quod mox ex uerbis eiusdem huius capitis patebit. Tres enim in totũ fecit libro quoque de Alimentorum facultatibus secundo, citrij partes: extimum, qui totum ambit,corticem,aroma redolens: carnem in medio, & secundam: tertiam cum succo semen, seminis tamen nomine tantummodo dictam.

Ἢ βραχύ τι κατωτέρω. *Vel paulo infra.*)Nimirum mediocritatem: sed qui ad calidum uergat,nõ ad frigidum,utpote aroma olens,et saporis non parum acris: alioqui cõcoctionem etiam non iuuaret,quod eo de dicitur in de Alimentorum facultatibus,nisi calorifici obtineret aliquid,cortex inquam.

CAP. DE MEO.

ὑγρότητα γὰρ ἀπεπτοτέραν ἔτι, καὶ φυσώδη οὖσαν, ἡ ἐν αὐτῷ θερμότης ἀναφέρουσα. *Humiditatem enim crudiorem adhuc, & flatuositatem caliditas eius sursum deferens.*) Vt nisi cruda,& flatuosa humiditas ea esset,dolorem factura non fuerit,uel non tantum certè,neque tam permanentem. Etenim & flatuositas extensionem maiorem semper faciet, proinde & dolorem: & tempore opus habitura est,ut concoquatur,longiore.

CAP. DE MOLY.

μῶλυ. *Moly.*) Hoc non aliud deputandũ esse,quàm agrestem rutã, monemur à Galeno in sequenti libro. At intereà & Theophrasti quoddam moly repræsentauit nobis,& Indicum,Carolus Clusius: cui insuper Dioscoridæ ipsius moly debemus,Gadibus à se inuentum, non dissimile mehercle Dioscoridæ picturæ, si una dematur longitudo.

IN LIB. VIII. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

CAP. DE PALIVRO.

Παλιούρου τὰ φύλλα. *Paliuri folia.*)Paliurum ut credam nõ unius esse plãtę nomẽ ex aculeatis,facit parte ex aliqua,quòd Maro eodem uersu carduum pariter protulerit,quo similiter uidemus non unum significari spinosarũ herbarum genus.

Carduus, & spinis surgit paliurus acutis,

inquit, ut nominibus his plures senticosas stirpes significantibus,obsiti passim dumis,ac uepribus agri indicarentur ὑπερβολικῶς, & poetice. Sicuti in præcedente hunc uersu, dixerat:

Pro molli uiola, pro purpureo narcisso,

eodem

eodem modo utraq; herba plura notante genera, quæ multa esse scimus uiolarum & narcissorũ. Quamuis uterque, tam Galenus quàm Dioscorides, de palisuro, ut de propria, peculiariq; nominis eius agere planta uideantur.

CAP. DE PAPYRO.

πάπυρος. *Papyrus.*) Ex papyro fiebant chartæ: neq;, nisi parata ad id concinnataq; prius papyrus, ut inscribi posset, dici charta poterat: at facta iam charta papyri tamen adhuc retinebat nomen, ex qua præparata esset. Hodie pariter in qua scribimus, longè diuersa ratione, ex laceris, scruteisq; prorsus pannis lineis, maceratis, tritisq; concinnatam, utrumq; dicimus, & chartam, & papyrũ, quòd eundem nobis usum præstet, quem antiquitus illa. Cæterùm medicamentum diachartu, & Faustini pastillus, & si qua præterea alia combustam chartam recipiunt, num eorundem esse usuum possint nobis, quorum ueteribus erant, inuẽtoribusq; suis, quæri arbitror ab eruditis uideo posse. Nã quãuis papyro Nilotica careamus, quoniã tamen ea, Galeni hîc testimonio, materia tantũ quędã erat accipiendis medicamẽtis: siccandiq; illi uis ex cõbustione accedebat potius: idẽ præstare nostra hæc charta facilè poterit, scilicet ut combusta non minus, quàm ex Nili papyro illa desiccet: nec sanè minus pro materia excipiendorum medicamẽtorum esse linum queat, quod nostra ab origine sua refert, quàm papyrus ipsa Nili. Hanc ob rem, quum uiderent, optimum esse succedaneum alterius alteram posse: nostram hanc chartam ueteris illius, exoletæ iam: nihil de medicamentis his immutasse animaduerto, non Paulum, non Aetium, non alium medicorum quenquam, quorum temporibus inuulgatũ iam fuisse nostræ huius chartæ usum, nemo ambigat: quos profectò, si quid uidissent inesse in re hac momẽti (quando ut erant oculati inprimis, & diligẽtes, ne hoc quidem fugisset illos) non dubito mutaturos fuisse, uel saltem admonituros de eo nos.

CAP. DE PIPERE.

ὁ δὲ καρπὸς, ὁ μὲν ἄρτι βλαστάνων ἀυτῆς, τὸ μακρὸν ἐστὶ πέπερι. *Fructus verò germinantu nuper ipsius, longum est piper.*) Diximus paulò ante, in peregrinis, & ultramarinis medicamentis huiusmodi multis, excusandos esse authores, si quid de his secus, quàm res ipsa se habeat, describãt. Quippe relata ab aliis, quibus credẽdum fuit, retulere nobis pariter ipsi, quæ non uidissent. Nunc uisum, compertumq;, duas esse plantas, alteram quæ longum piper ferat, alteram quæ album nigrumque, quæ una sola esse, credebatur prius. At non sic una credenda est arbor, quæ album, nigrumq; piper ferat, ut priuatim & particulariter una fit: album primum, tum & nigrum ferens eadem forte maturescens: sed eadem intelligendæ facie, puta, & similitudine eadem maxima: qualiter penè eandem uitem albos, nigrosq; ferre uuarum racemos dicimus: eadem quippe per omnia forma figuraque, foliorum diuersis, lignique, ac sarmenti iisdem omnino modis. priuatim nihilominus tamen, & particulariter, atq; his albos, illis nigros ferentibus racemos, uitibus.

CAP. DE PITYIDIBVS.

πιτυΐδες. ὀνομάζεται δ᾽ οὕτως ὁ καρπὸς τῶν πιτύων. *Pityides. nominatur autem ita fructus pinorum.*) Confudisse ueteres aliquando uideri possunt πεύκην, & πίτυν, piceam & pinum, ut piceam pro pinu, & pro picea pinum quandoque sumerent, quum uerè & proprie πίτυς, pinus sit, & πεύκη picea: diuersę inter se arbores, facie, et fructu diuerso, ut monticolis omnibus notissimum. Pręter eñ arboris uniuersæ formam, pinus omnis, foliis semper spectabitur, multò quàm picea longioribus, acutisque in summo magis: ramorumque in picea digestio maior, & ordinatior, quàm in pinu. Ac pini fructus edendo est, piceæ neutiquam. Pini fructus κῶνος, & στρόβιλος Galeno dictus, Hippocrati aliquando etiam κόκκαλος: piceæ fructui nomen nullum proprium quidem, ac peculiare, nisi cum

pini

pini fructibus commune, ut hîc habemus à Galeno, πιτυίδων. qua uoce quum proprie, præter κῶνον, & στρόβιλον, pini fructus significari tantûm debuissent, πίτυος nempe: ij enim πιτυίδων uetius erant: factum fuit quorundam abusu, ut etiam piceę, hoc est πεύκης ipsius dicerentur fructus, qui esse propriè magis πευκίδων debuerant Quamobrem non uidebitur Galenus recte examinanti, cum prius de cono, & strobilo, pini fructu egisset loco suo, frustra hîc, ac superuacaneè idem repetisse: propterea quòd pityides præter pini fructum, abusiuè licet, aliquibus tamen, piceæ quoque fructum designent. Qui ne silentio præteriretur, omnino dictum, tractatumque de eo oportuit sub hoc nomine: atque id tantùm quatenus in usum medicum uenit, non ut alimentum aliquod exhibet, quod nullum possidet, piceę inquã fructus, sicuti pineæ nuces possident. Quæ bifariam intelligi in his, firmiquè debebunt: & pro integra nuce, quod totum illud est, scadulatim penè compactum ex multis nucleis in unum, turbinatumque: & pro exemptis ex tota nuce nucleis. Sic quidem Galenus superiore libro, capite de cono, cum prius de strobilis, eorumque facultatibus egisset, integrorũ: mox de nucleis priuatim agens, uerba hęc addit: ὁ δ' ἐδώδιμος δὲ αὐτοῦ καρπὸς τροφὴ μὲν δύσπεπτος, καὶ ἰσχυρά. Esculentus autem ex eo fructus, alimentum quidem est concoctu difficile, & ualidum. Ex eo, inquit: ex quo autem alio, quàm ex compacto eo, globosoque, ac nucleis plurimis cõferto, breuiter nuce ipsa integra desumptus? Quod quum in pityide, quo quidem nomine piceæ quoque fructus indicatur, discrimen non esset (neque enim pro alimẽto usquam est) sic de fructu eo ut medicamentum tantummodo, traditum fuisse existimandũ, ex piceæ quidem fructus parte, cuius ut alimẽti mentio nusquam ulla. Ad eundem modum quoniam harum inter se arborum duarum nomina ut initio dixi, confunduntur sæpe, ut pro altera sumatur altera: πιτύινον φύραμα, in libris de compositione medicamentorum per genera crebra fit mentio: cum piceę potius, quàm pinus detrahatur: πιτύινον tamen dictum fuisse uidemus, ab his, qui de rebus huiusmodi tractant, præsertim ueteribus.

CAP. DE POLYGONA.

οὐ μὴν διορίζεται τὴν διάθεσιν ἀκριβῶς, ἐφ' ἧς χρὴ διδόναι. *Non tamen affectum determinat, in quo dari expediat.*) Quod ad id attinet, ut urinã cieat, in urinæ stillicidio affectis, quæ stranguria est. cuius quoniã plures numerari possunt causę, adeoque contrariæ inter se, ac pugnantes quædam: possit enim præter alia & humoris acrimonia alicuius calidioris, mordicantisque, hoc facere, & frigidior intemperatura quædam ab ambiente contracta, ut in aphorismi commento sectionis tertię, uigesimi secundi, colligere ex Galeni uerbis licet: utri ex duob. his conferat, insinuãdum nobis fuerat à Dioscoride. Dixisset ergo utiliter dari, ubi humores acres in causa sunt: credidissemus facilè præstari hoc à polygono posse, aquea humiditate sua humorũ acrimoniam repressuro, & desiccandi uiribus eosdẽ cõsumpturo, & adstringendi facultate fluxionem intercepturo, atque ita demum facturo ut suo tempore redderetur urina, quod uere ciere urinam est, non autem stillatim fluere. Verum enimuero, non hîc solum, sed alibi plerunque hanc in Dioscoride desiderare uidetur diligentiam Galenus.

CAP. DE MANVBIO.

ἀλλὰ καὶ διὰ ῥινῶν ἰκτερικοὺς καθαίρουσιν. *Verùm & per nares auriginosos purgabunt.*) Nimirum auriginis partem eam, quæ oculos maximè, locaque circum proxima occupat, repurgantes, detractaque bile per occultos meatus, qui ab oculis uicinisque partibus ad nares deriuãtur. Nam certum est, iniecta oculis collyria, sapore suo deprehensa aliquando fuisse: utique distillatione ad nares aliqua.

CAP. DE RHEO.

ὅτι δὲ καὶ τὰ τῆς σύντεως ὄγκα χρονία, καθαιρεῖν δεῖν δὲ ὧν ἀνάγκην αἱμοπτοϊκοὺς, καὶ κοιλιακούς.

λιακὸς, καὶ δυσεντερικός. *Quod autem generosa adstrictionis quoque opera sint, discere licet ex eo, quòd sanguinem spuentes iuuat, & cœliacos, & intestinorum difficultate laborantes.*) Vtiq; intus sumptum deuoratumq;, uel quouis alio modo propinatum, atque epotum. Vt, si nostrum hoc esset rhabarbarum, quo nunc passim utimur, animaduersuri omninò fuerint, qui ita exhibebant, purgatoriam in eo uim aliquam, cuius mentionem penitus nullam factam fuisse ab illis uidemus, uerbum nullum. Hoc facit, ut credam aliud esse, cuius hodie maximus ubique, ac frequentissimus usus, & quidem meritissimo, inualuit repurgandis placide ac feliciter corporibus, bile præsertim, tum & pituitoso humore nonnullo. Rha, siue rhæū, atq; aliud, de quo prodita ista legimus à Galeno, bonaq; exparte à Dioscoride prius, ut hoc Ponticum fortè, Barbaricum illud sit, diuersa inter se: neque enim parua diuersitatis ratio. Mihi quidem, uersari in eo uidetur, quòd alteri purgatoria facultas adest, quæ alteri deest: id, quod illi ipsimet qui easdem esse contendunt, libenter fatentur: ut interea, præter radices, plantę utriusque formam figuramque non dissimilem inuicē esse concedamus, de quo tamen ex historiarum, quæcunq; de illis scribuntur, relatione, nihil cōstat. Nemo quidem cōuoluolos aliquot, aut helxinem cissampelon, herbas folijs, ac floribus, reliquaq; facie omni, quæ spectari supra terram posit, scammonio non dissimiles, easdem tamen esse cum eo concesserit.

CAP. DE RESINIS.

Μέση αὐτῶν ἐστὶ, ἥ πιτυΐνη τε, καὶ ἐλατίνη. *Media verò ipsarum sunt pinea et abietina.*) Ipsarum, piceæ nempe, & strobilinæ, quas modò retulerat: ἡ δ' ἐλκινη, ἤ γ' αὐτῆς ἔτι μᾶλλον ἡ στροβιλίνη. Est porrò πευκίνη ex picea resina, quando πεύκη nobis picea procul dubio est, ut πιτυΐνη ex pinu, πίτυς cū pinus non minus certò habenda. Sed si pineę hæ sunt, & piceę resinę, quid erit nobis strobilina? unde emanabit? uel quę nā alia sudabit eā arbor, quàm pinus, si strobilus pini fructus est? At iam antea πιτυΐνην pineam fecimus resinam: ut esse strobilina non posit. Cogimur opinari, aliquid resinæ colligi quoq; solitum ex pini insuper fructu, qui στρόβιλος & κῶνος est, sed ex cono tantum, atq; eo integro, nuceq; uniuersa, nucleis suis conferta omnibus, exudatæ, sponteq; sua, seu qua alia ratione collectæ, in calidioribus præsertim regionibus. Quod nō usq; adeò abhorrere à uero uidebitur, quandoquidem nucleorum unumquemq;, resinosi continere aliquid apparet.

CAP. DE ROSIS.

Ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται. *In Superioribus dictum*) suprà libro tertio.

Τὸ δ' ἄνθος αὐτῶν ἔτι μᾶλλον. *Flos, ipsarum magis etiamnum.*) Florem appellat in rosa, luteum in medio, capillaceumq; illud, quod caliculum, ceu caput uestit, Rosas uerò, folia rosarum ipsa, capitulum hoc ipsum circumdantia.

CAP. DE RHODODAPHNE.

Ῥοδοδάφνη. *Rhododaphne.*) μνημονικὸν ἁμάρτημα.) Nerium nanq;, de quo suprà, & rhododaphne, de qua hîc, idem sunt: hîc tamen apposita de temperamento uerba legimus, quę nulla ibi sunt. At ibi, foris admotum digerentis esse facultatis, additum: quod hic desideratur. Vt non prorsus superuacanea sint: fieriq; ex utroq; capite caput unum integrum posit.

CAP. DE MALO PVNICO.

Εἰσὶν δυνάμεως οἱ κυτῖνοι. *Similis facultatis sunt cytini.*) Flores nempe mali punici, qui sic appellantur: sicuti eiusdem cortices, siue putamina, σίδια.

CAP. DE SORDE.

Ἐκ φυτῶν τὴν γένεσιν ἐχούσης. *Ex planta generationem sortita.*) Ne prorsus uideri posset, ex-

set, extra rem de sordibus egisse hic. Nam quatenus ex planta originem aliquā trahunt sordes, nempe ex oliua, ex qua oleum ex quo palæstritarum unctio, in qua demum sordes: ingredi tractatum de plantis uidentur posse.

CAP. DE APIO.

Σέλινον δ': τοσοῦτο θερμὸν ἐστι. *Apium usq; eò calidum est.*) De semine accipiēdum inprimis. Nam undecimo Therapeuticæ methodi libro, apij radix ut aquæ incoquatur, tanquam non admodum calida sumitur, in febricitantibus.

CAP. DE CVCVMERE.

Σικυοὶ ἐδώδιμοι. *Cuminus esculentus.*) Indicia quędā esse, cur σικυοὶ sint quos nos cucumeres uocamus: πέπονας autem, quos melones, & μηλοπέπονας, quos angurias: arbitror me ostendisse, in nuper editis à nobis salubrium libris.

CAP. DE SILPHIO.

Συλφίου θερμότατος μὲν ὁ ὀπὸς *Silphij calidissimus est succus.*) Laserpitium dicimus: idem quod Cyrenaicus succus.

CAP. DE TAXO.

Σμίλαξ, ἡ κάκτος. *Smilax, uel cactus.*) Legendum, taxus.

CAP. DE STAPHILINO.

Σταφυλῖνος. *Staphilinus.*) Idem qui daucus. Quamobrem faciendum unum ex hoc, & capite de dauco supra.

CAP. DE TEREBINTHO.

ὥστ' ἤδη δῆλον, ὡς καὶ ξηραίνει. *Quocirca manifestum iam, quòd etiam desiccent.*) Quoniam secundo iam ordine calefaciunt. Inualescentibus nanq; calefacientibus iam uiribus, fieri non potest, quin; si non primò, ac per se, at certè caloris ratione ipsius, siccandi ui aliqua polleant, quæ secundum calefaciendi ordinē ingressa sunt.

CAP. DE TRAGACANTHO.

Τραγάκανθα παραπλησίαν ἔχει τῷ κόμμι δύναμιν. *Tragacantha similem habet gummi facultatem.*) Suo quippe, & proprio. Plantas, inquit, quas suum gummi obtinet, eas ipsa quoq; retinet uires.

CAP. DE PALMA.

Καὶ ὁ καλούμενος ἐγκέφαλος. *Et quod cerebrum uocatur.*) ἐγκέφαλος, & cerebrum, in palma, summitas est plantæ, supremaq; illius pars, & ceu uertex: Galeno quidem, qui supra libro quarto, ita scripserit: οἷον ὅτι τ φοίνικος ἐγκέφαλος, ὅτω γὰρ ὀνομάζουσι τὸ ἀνώτατον μέρος αὐτῆς. Sic nanque uocant supremam eius partem. Ita tamen (meo quidem arbitratu) ut pars intelligatur in summitate interior plantę: sicq; omnia hic inter se proportione quadam respondeant. Quia cerebrum capitè continetur, summa, supremaq; hominis parte, ut eodem modo in palmæ summitate, tanquam in capite, cerebrum id, uel quod cerebro proportione respondeat, contineatur: ἐγκέφαλος Græcis authoribus dictum, quasi in capite locatum, ἐν τῇ κεφαλῇ.

ὃ δὴ καλοῦσιν ἐλάτην, τὸ ἁπαλὸν ἐκβλάστημα τ φοίνικος. *Quod autem elatem appellant, teneram palmæ germen.*) Hanc in palma partem eandem cum cerebro facultatem obtinere ait, teneramq; esse addit: ut teneram pariter conijciamus palmæ quoq; partem ἐγκέφαλον dictam, cerebrū ipsum hoc etiam nomine referentem, mollitudine, & teneritate: credamusq; ita, interiorem (quod dicebamus) esse partem, non absolute summitatem.

τὸ δὲ οἷον ἀφέψημα αὐτ. *Eius verò veluti decoctum.*) Hoc mox ex substātiæ consistentia, partibus modo dictis duabus siccius facit his uerbis: ὥστε ᾧ καὶ τῷ τ ὑγιεῖ συστάσει ξηρότερον αὐ τῶν ὑπάρχον. Cuiusmod mehercle haberi decoctū nullū queas

Quia

quis enim ignorat, decocta omnia, ut aliqua interea ex his facultate, & potentia sicca sint, adeoq́ etiam desiccent, consistentia tamen, & constitutione humida necessariò, atque aquea esse? Pro ἀφέψημα ergo ἀμφίβριον legendum: ut corticem intelligamus, quo tegitur, quasiq́ uestitur palma. Noluit autem φλοιὸν dicere Galenus, quòd alterius propè generis sit, quàm reliquarum arborū, palmæ cortex, tegmenq́. Hoc igitur rectissimè, & consistentia siccum, & humiditatis minime particeps dicetur: μετέχον ὑγρότητος: quod dici de decocto nullo pacto poterat.

CAP. DE CHRISOCOME.

Διὸ μηδὲ πολλῆς ἐς χρῆσιν ἥκει. *Quapropter, ne multi quidem usus est.*) Etenim quum ex æquo polleant acris in eo, & adstringens facultas, altera alteri impedimento futura esse uidetur, quo minus exerere uires, facultatesq́ue suas queant. Nam & adstringens facultas non altè induere se excalfaciendi uim illam sinet: & excalfaciendi uis hæc, acrisq́, adstrictoriam alteram cum frigiditate sua obtūdet prorsus. Non ut in ijs, quę reniuium partium quum sint, & caloris, adstringentis insuper nōnihil retinent: ea enim tantum abest, ut stipticitate modica illa impediantur, ut etiam promouendo operi, perficiundoq́ maxime iuuentur: qua ratione expositum nobis est à Galeno, operis huius eiusdem libri tertij capite decimo septimo.

IN LIB. IX. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

IN PROOEMIO.

Καὶ χυλοί, καὶ ὀποί. *Et liquores & succi.*) Frequenter occurrunt duo hæc legentibus medicorum libros liquidarum rerum nomina. Videtur autem Galenus retro capite de peucedano, ὀπόν, uirium fecisse maiorum. Quem etiam capite proprio περὶ ὀποῦ, quasi diffinire uisus est his uerbis: ῥίζης γὰρ ἢ καυλοῦ, ἢ καὶ αὐτ μηθέντος, τὸ ῥέον ἐκ τῆς τομῆς παχύ, καὶ γλίσχρον, ὀπὸς ὀνομάζεται [?]. Radice enim quauis incisa, aut caule, quod ex incisione crassum, ac glutinosum fluit, ὀπὸς est. Vt, si facienda differentia sit, suumq́ cuiq́ tribuendum nomen, ὀπῷ tanquam uiscido, crassoq́ succi magis conueniat: ut suū χυλῷ relinquatur, liquoris, crasso minus, minusq́ glutinoso, proinde liquido, fluentiq́ magis. Sed sit sanè, cui magis ita placuerit, ὀπὸς etiam liquor: non multum retulerit, modò differentia constet: χυλῷ, de reliqua expressi chyli: ὀπὸς uerò è uulneratis plantis liquentis opi, uel sponte quoque sua manantis inde sępe. χυμὸς porrò corporum propriè magis animatorum dicendus, atq́ habendus erit.

Καὶ γὰρ, καὶ τούτων ὤφθαι πολλάκις, ἀποσαπέντας τοὺς πόδας, τῶν δι' αὐτοῦ πολὺ βαδισάντων. *Quandoquidem hac quoq́, uisa sit sæpenumero ambulantium per eam diutius pedes adussisse.*) Nunc quoque non paucos uulgo ita loquentes audias, de emortuis præ frigore partibus, quas à frigole perustas dicunt. Quem loquendi morem sequutus poeta quoq́ Vergilius est, quum, inquit opinor, in Georg. —penetrabile frigus adurat. Germanorū autem chirurgi, sphaceli affectam quędam kalten prun, dicūt, uoce ex frigore simul & calore composita: magno omnes errore, si, ut dicunt, ita quoque sentiunt. Perit enim uictus, pulsusq́ue à frigore, partium ita morticinarum calor omnis: tantum abest, ut facere id calor possit.

τὰ μὲν οὖν λευκὰ πολὺ τῆς δριμύτητος ἀπόλλυσι καυθέντα. *Acria igitur caliditatis multum amittūt adusta.*) Hoc nimirum illud quoq; erat, quod in superioribus, capite de pipere dicebatur: piper albū nigro acre magis esse. Vt proinde, calidum pariter magis existimemus, quia nigrum superassatum esset iam. ἐκεῖνο γὰρ (utiq; nigrum), ἐν ὑπερόπτήσει μᾶλλον ἐστὶν αἴ φησι, ait, ὑπερεξηραμμένον. Atq; ita ex superassatione illa ueluti exustione, amisso multo cum acrimonia calore, albo calidum minus euadet nigrum piper.

CAP. DE DIFFERENTIIS TERRAE.

ταύτην γὰρ τὴν γῆν. *Hanc enim terram.*) Terrae huiusce rudis frustum domi habeo Constantinopoli allatum, donoq; mihi datum à iuuene, ex Caesarei oratoris comitatu, rerum harum studioso. Ea quidem cinerei magis coloris cuiusdā ēst, quàm miltei, siue rubricae: non secus, ac ea, quae sigillum iam accepit praeparata, Turcicisq; literis inscripta, quam cineream esse hodie uidemus totam. Vt appareat, aliam omnino esse nunc, quàm quae indicata nobis à Galeno ipso fuerit. Nisi uerò eiusdē modi characteribusq; iisdem obsignatos orbes alios, sed rubricae in modum ruffescentes, terram esse pariter lemniū, existimemus à multis pro bolo Armena acceptos. Quod equidē suspicor, cū & Galenicam lemniam illā colore referant satis, formaq;, et figura: et sigillū eadem omnia penitus sint: neq; fieri omnino non possit, ut ex eadē insula, adeoq; eisdem locis, earundē uiriū effodiantur terrae, diuerse tantummodo coloratę. Pro bolo aūt Armena habendā hanc esse, quę literis eiusmodi inscribitur, nō crediderim, quòd nec color respondeat satis, qui boli illius pallescens potius quidam sit: neque uerisimile ualdè sit, eandem adhiberi obsignandae in Armenia quoq; terrae diligentiam, quę in Lemno, Lemniae: sed ex eodem potius esse ista loco, charactetismo eodem insignita: hocq; ideò Lemnicum existimari sigillum posse, Galeni etiam autoris illud. Cinerei uerò coloris alterum, cuius quoq; usus, tempore deinde post (ut saepe fit) earundem facultatum inuentum, iisdem pariter characteribus obsignatum fuisse credemus. Neque uerò interea facilè admiserim ad terrę Lēniae facultates, Chiae, aut Cimolię, aut Sinopicae, aut Selimusiae, aut huiusmodi aliarū uires: quamuis hae quoq; suas habent, ut Armenica similiter suas: multò minus rubricarum omnium. Nā si rubrica nostra (quod tamen scripsisse summae doctrinae, atq; exacti, exquisitiq; iudicij uiros uideo) fieri perinde, ut Lemnium sigillum, usui quam maxime idonea possit: non erat, cur tanto studio peteretur expectareturue ex Lemno, illa, uel cur tantum discriminis poneretur inter has ab omnibus.

Καί τοι τῆς δόσεως τῶν ἐλαθρίων φαρμάκων ἐλεγχθείσης. *Quum tamen lethalium medicamentorum exhibitio deprehensa esset.*) Hoc est, quum indicia certa, atq; indubitata tenerentur, exhibitum fuisse uenenum, sciretur q; id dubio procul omni.

πολλοὶ δ' ἐξ ὀνειράτων. *Multi autem ex insomnijs.*) Videas Galenum non semel multum tribuisse insomnijs in morborum quorundam curationibus: in se ipso quoq; ea caussa aliquid fecisse aliquando professus: secuit enim arteriā quandam paruā. Quae tamen supra artem omnia censentur nostram: ἀτέχνους τῆς τέχνης. Vt facilè concessurus fuisse uideatur Galenus, plures esse alios curandi sanandiq; modos, quàm ex arte nostra rationali.

CAP. DE LAPIDIBVS.

Ἀμέθοδοι τε τῶν, καὶ ἄλογοι. *Methodo, & ratione carere.*) Sine Methodo ob idipsum, quia ratione carent, cuius ductu naturam rerum inquirere, & tenere, quęsitis, inuentisq; causis liceat nobis. Nam aliter, quo modo tractare aliquid, aut uersare methodo, poterimus? ignoratis inquā, causis, & rerū, quibus methodum accommodare intendimus, natura, quae ipsa, nisi causarum comprehensione, sciri, tenerique nequeat? At quae substantiae totius proprietate agunt res, eiusmodi sunt, ut facultatibus effectus suos praestent, quarum causas, proinde

inde & naturam semper ignoremus: non ut quæ manifestioribus qualitatibus agunt, caliditatis, frigiditatis, siccitatis, humiditatis, secundisque, & tertijs has ipsas sequentibus alijs: quarum omnium naturam inuestigatam scire, causasque apprehendere, et agendi, faciendique modum ac rationem, quum optime nouisse, & callere detur nobis: ita methodum quoque super his constituere dabitur, illis quidem rationibus, quibus à Galeno hîc, & alibi docemur. Et inuenti tamẽ sunt nostra hac tempestate, qui à methodo aliena alia illa, trahere ad methodũ ipsi inuita conati sint: sed frustrà, irritoque ad omnia proposito, nemineque inuento, qui sequeretur. Quomodo enim sequerentur hęrentes in uestigio, nec promouentes quicquam, ipsi hæsitare, & in eodem manere coacti? Itaque cum progressum nullum se facere uiderent, meritò destitutos reliquerunt, seque inde retraxerunt, contuleruntque ad alia, multo potiora.

CAP. DE LAPIDE SPONGIAE.

Ὥστ' ἔδηλον ὅτι λεπτυντικῆς εἰσὶ δυνάμεως, ἄνευ τοῦ θερμαίνειν ἐπιφανῶς. *Vt liqueat attenuandi facultatem habere, absque quòd manifestò calefaciat.*) Ex eo liquet, non solùm, quòd renum calculos extenuans frangat, sed etiam quòd in lacteum succum solutus liquescat: quod non facilè fieret, si partibus constaret glutinosis. Non euidenter autem excalfacit, utpote lapis.

CAP. DE LAPIDE GAGATE.

Ἧς καὶ Νίκανδρος μέμνηται οὕτως. *Cuius Nicander quoque mentionem facit ita.*) Carmina sunt libri theriacorum, non multo post principium.

CAP. DE SALE

Ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστιν ὁ τοῦ λίτρου. *Vtriusque autem in medio est nitri.*) Videlicet χυμός sapor, siue succus. Horum nanque sapores comparantur inter se, aphronitri, & salis, quorum in medio nitri ponitur sapor, siue eius facultas. Spumam nitri intellexit interpres non rectè. Est porrò tertius insuper conficiẽdi salis modus, quẽ hîc quidem prætermisit Galenus: at in superioribus libro quarto subinnuisse uisus est his uerbis: πολλαχόθι τῆς γῆς, ἐξ ὑδάτων ἐλαφρῶς ἁλμυρῶν ἀναξηρανθέντων γιγνόμενοι. Qui multis in locis, ex aquis leuiter salsis, desiccatis fiunt. Nunc bona sanè Germaniæ totius pars eo utitur solo. Excoquuntur locorum quorundã salsi fontes in prægrandibus patellis ad ignẽ, unde sal existit candidissimus, bonitate tamen, & uiribus marino cedens, ut cuius salsitura, non tã esse efficax reperiatur, nisi maior addatur salis quantitas. Possit ad eum reduci, qui ex maris aqua confit, quamuis diuersa sit parandi ratio.

CAP. DE ARMENIACO.

Ἡ φύσις ἐπὶ τὰς ἰδίας ἐνεργείας ἀφικνεῖται. *Natura ad proprias actiones redit.*) Cæterum, preter naturæ opera, adstringendi quoque in Armeniaco lapide, exigua licet, existens, contulerit tamen ad hoc aliquid. Nam & in capillorum defluuio ea maximè commendãtur, in quibus cum discutiendi unà facultate, adstringẽdi quoque aliqua est, ex qua addi robur parti, laxiori factæ potest: simulque meatuum cutaneorum laxitas adstrictior inde reddita, emendari, capillis, pilisúe melius retinendis.

CAP. DE APHRONITRO.

Ἀφρόλιτρον, ἀφρονίτρου διαφέρει. *Aphrolitrum à spuma nitri differt.*) Legendum, ἀφρὸς νίτρου, ut ita reddantur uerba hæc: Aphrolitrum à spuma nitri differt. Etenim aphrolitrum ab aphronitro nihil prorsus distat. Vtrumque autem, quum idem sit, quo ex nitro, & nitri spuma compositum quippiam significatur: à spuma ipsa per se solâque differet utique.

Tria namque esse lego in totum ex Galeno, quarto suprà libro, capite uigesimo, cuius uerba sunt hęc: ὅτι τρία ἐστὶ, καὶ τὸ νίτρον αὐτὸ, καὶ ἀφρὸς αὐτοῦ, καὶ τὸ συνθέτῳ προσηγορίᾳ καλούμενον ἀφρόλιτρον. Ita uerò & nitrum ipsum, & ipsius spuma, & quod composita appellatione uocatur aphrolitrum. νίτρον porrò, & λίτρον, idē: sicuti ἀφρόλιτρον & ἀφρόνιτρον non diuersa. Tria aūt illa diuersa, ut ex uerbis modò allatis liquet: νίτρον, & ἀφρὸς νίτρου, & ἀφρόνιτρον, quod quemadmodū uoce, ex spuma nitri, & nitro, ita re quoque ipsa (ut arbitror) cōpositum est. Suntque tria hæc abstergendi omnia facultate prędita, cū adstringentis nihil obtineāt, quod sal obtinet. Quāuis in hoc quoque abstergendi potentiâ adstringendi alia illà minor. Sed quod ad abstersoriam attinet, primum obtinebit locum ex tribus illis nitri ipsius spuma, tanquam tenuium magis partium: secundò loco erit aphronitrum: postremo nitrum, inter aphronitrum, & salem medium, quantum ad siccandi etiā̄ potestatem attinet, non quidem ad adstringendi, quæ nulla in nitro est. Sic enim paulò antè de sale scribebatur: ὅτι δ᾽ ἱκανῶς ἀμφότεροι ξηραίνουσι, δέδεικται πρόσθεν. ἐν μέσῳ δ᾽ ἀμφοῖν, ἐστὶν ὁ τοῦ νίτρου. Vtrumque abundè siccare demonstratum prius fuit: in medio autem est qui nitri est: sapor nimirum: de hoc enim fuerat sermo. Vtrumque uerò dixit, aphronitrum, et salem. Esse porrò aphronitrum, siue aphrolitrum poterit, cui innata, exortaque inhærens adhuc maneat, spuma sua, priusquam dempta separetur, totū id: ut Asio quoque lapidi innasci tenuissimæ farinæ simillimum quiddam, dictum iam est. lapidis Asij florem nomināt. Cuius, si cum lapide unà suo, antequam auferatur ab eo, usus aliquis esset, non dubium futurum id ex Asij lapidis simul & floris illius facultatibus, compositum opus.

ἐν μέσῳ δ᾽ εἶναι κατὰ τὴν δύναμιν ἔστι τὸ ἀφρόλιτρον ἀφρονίτρου, καὶ ἁλῶν. *In medio esse facultate aphrolitrum aphronitri, & salis.*) Aliud rursus mendum supini nimis, atque oscitabundi librarij. Nam quum ex paulò ante dictis hoc repetat, quæ nihil aliud significabāt, quàm inter aphronitrum, & salem, medium esse nitrum: librarius, uel quicunque is fuerit, inanimaduersum prætereijt, ac pro νίτρον, posuit ἀφρόλιτρον. Scutica dignus. Legendum igitur, τὸ νίτρον ἀφρονίτρου, καὶ ἁλῶν.

CAP. DE DIPHRIGE.

μηδὲν γε συντελέσας εἰς τὴν διάγνωσιν αὐτῶν. *Nihil conferentes ad eorum dignotionem.*) Et indicia tamē traduntur, scribunturque notę dignoscendi à falsis uera in multis. Hæc pręstabat indicasse legētibus, ut uideri alicui posset: uerū quia explicandis sæpe notis cogimur eorum pariter, quibus adulterantur medicamēta, mentionem facere, unde peccandi ansam arripere sibi mali interdū queant: præstabilius uisum Galeno fuit, silentio in totum inuoluisse ista. Simul quædā sunt, eo artificio, fraudeque præparata, ut nullis penitus notis à ueris, ac natiuis dignosci ualeant: & (quod paulò antè, hoc eodem capite scribitur) horum esse σκευασίας, ἀδιάγνωστον τὸ σκευασθὲν ἐργαζομένας τῶν ἀληθινῶν.

CAP. DE AERVGINE.

εἴρηται δ᾽ ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῆς φύσεως τῶν τοιούτων φαρμάκων. *Dictum porrò suprà fuit de medicamentorum huiusmodi natura.*) Vt de chondro dictum supra, qùum minime desiccans sit, pro tali tamen censeri, ob exiccantium medicaminum admixtionem.

CAP. DE CINNABARI.

κιννάβαρι δριμείας μετρίως δυνάμεως ἐστὶν, ἔχει δέ τι καὶ στύψεως. *Cinnabari modicè acris est, obtinet autem adstringentis etiam nonnihil.*) De proprie à Dioscoride

ſcoride dicto cinnabari accipiendum, quod ex Africa importari ad nos, & magno conſtare dixit. Nunc Cannariæ etiam mittunt, nosq́ ſanguinem draconis appellamus, quum gum̃i eſſe cōſtet. In hoc adſtringendi uis, quæ in foſsili, uel factitio, quem cinaprium dicimus, nulla: in quo autem, cinaprio inquam, acrimonia maxima, & uis ſeptica.

CAP. DE MIST.

ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν λεπτομεροῦς ἔχει τοῦτο. *Verum ex ſubſtãtia tenuitate habet hoc.*) Quippe tenuium partium quum ſit, ac proinde citò tranſiens permeet: actionem ſuam proferre temporis exiguitate multam non poteſt.

CAP. DE PLVMBO.

πᾶς ὁ μεμαθηκὼς ὑφ' ἱπποκράτους. *Vnuſquiſq; edoctus ab Hippocrate.*) ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν de Fracturis, nō uno in loco, & quum ait, μέγιστον γὰρ ἐστὶ τὸ γινώσκειν καθ' ὁποῖον τρόπον καὶ τὴν ἀρχὴν βάλλεσθαι τὸ ὀθόνιον, καὶ καθ' ὁποῖον μάλιστα περιέχεσθαι.

CAP. DE SCORIA.

ἀναδεῖχθαι δύναται τὰ ὦτα.) Legendū, αὐχεῖσθαι: & applicãda loco huic hiſtoria de Mege Sidonio, & Ecidemo Pergameno narrata à Galeno libri Therapeuticæ methodi ſexti in fine.

CAP. DE CALCE.

κατασβεσθεῖσα δὲ, παραχρῆμα μὲν ἐσχαροῖ. *Extincta verò protinus quidem cruſtam facit.*) Hæc alia eſt à lota, quamuis extincta multa aquæ affuſione fuerit. Mox enim dicet, εἰ δὲ πλυθείη: Quòd ſi lauetur: ut aliam eſſe oſtenderet. Et extincta quidem tantummodo, ut cruſtæ inducendæ uim, quam protinus obtinet, amittat tempore: calefaciendi tamen, & carnem liquandi retinet, quod in lota non eſt, quæ ſiccandi tantū uirib. polleat, ſine mordicatione, quam benè elota exuit omnē.

IN LIB. X. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

IN PROOEMIO.

Ἐδείχθη δὲ καὶ ὡς ἡ καθόλου δύναμις, ἐκ πείρας μιᾶς οὐδ' ἐνδεικτικῶς εὑρίσκοιτο. *Oſtenſum autem inſuper fuit, vt vniuerſalis facultas ex vna experiẽtia indicatiuè inueniatur.*) ἐνδεικτικῶς dixit, indicationem ſignificãs non quali utimur in morborum curationibus, indicatione ſumpta à morbi eſſentia utendorum contrariorum, à natura uerò, & cōſuetudine ſimilium: hoc enim cum methodo, rectaq́ ratione faciendorum in curandis morbis eſt. Illud autem ab experientia ſola, atque unica inueniendorum medicamentorum, quibus deinde curatorijs indicationibus exequendis utamur.

οὐ πᾶσαν δηλονότι καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, ἀλλ' ὅσον ἡμεῖς ἔχομεν πεῖραν. *Non ſanè omnẽ, quæcunq; in vniuerſo, qui habitatur, terrarũ orbe ſit, ſed quam nos experti ſumus*) Delectum potius medicamentorum, ſed certum uſuq́ probatorum habendū eſſe monemur ex hoc, quàm conquirenda inutiliter ubiq́ locorum multa, omniq́ mundi in parte quęſitis uti uelle: quum ad manus, noſtroq́ in orbe defutura non ſint, ſi rectè uſui adhibeãtur, quæ non exoticis minus præſtitura opus ſuum, & quod quærimus ſint.

ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν, ἀσελγῆ τε ἐστὶν, καὶ βδελυρὰ, τινὰ δὲ καὶ πρὸς τῶν νόμων ἀπηγορευμένα. *Horum enim quædam obſcœna ſunt, & abominanda: quædam legibus vetita.*) Obſcœna, ut è ſtercoribus animalium, & urinis petita remedia quædam, ex ſudoribus, muliebribus menſibus, aurium ſordibus. Legibus autem uetita, ut humanarum carnium eſus, uſusq́ deniq́ ad curandum aliquis: quantum quidem

conijcere ex Galeni mox uerbis licebit. Quum nanque de humani cerebri ad affectus quosdam esu, carniumque ad hæc eiusdem generis, iecorisque, & ossium, ac sanguinis, usu mentionem fecit, mox addet: *ταῦτα μὲν δὴ, εἰ καὶ παρὰ τοὺς νόμους,* Atque hæc quidem, etiam si præter leges sint. Nostro autem tempore etsi nulla fortasse scripta lex sit, quæ hoc ipsum prohibeat: tamen natura insitum omnib. propemodum esse uidemus, ne hoc fiat. Cannibales excipio, ac si qua sunt ferina hominum genera. Si quis inuentus tamen fuerit, qui faciat, detestabilis tandem censeatur ab omnibus: si carnibus, inquam, humanis uescatur. Præter id, quòd humanissima, & sanctissima religione nostra prohiberemur. Nam aliàs, nemine uetante, & carneum sæpè humanum urimus ad usum medicum, in comitialibus, eiusque portiunculam antidotis admiscemus, ad eadem: & pinguedine, & sanguine utimur ad quædam humanis.

Ἀπάντα καὶ τῶν αἰσχρουργῶν μᾶλλον βδελυττόμεθα τοὺς φοινικίζοντας τῶν λεσβιαζόντων. Ceterùm & inter turpia agentes, magis abominamur Phœnicissantes, quàm Lesbiantes.) Hoc est, qui Phœnicum more turpiter agunt, quàm qui Lesbiorum. Coniectura tali ducor in his, nihil statuens tamen: infames habitos fuisse Phœnicas, præposteræ cū masculis libidinis uitio notatos, quod pædiconū est: Sicuti Lesbias mulieres, mutuos inter se fœmininæ ueneris concubitus exercere solitas, quod λεσβιάζειν esset. Atque ita turpior habendus sit stercoris in medicina usus, quàm menstruorum: non secus, ac φοινικιζόντων, qui quasi sectari stercus in maribus uidentur, turpius peccant, maiorique abominationi sunt, quàm λεσβιαζόντων: ut mulieres Lesbiæ, & muliebri inter se coitu, mēstrua sectantes. Versus est apud Ouidium in epistolis, quē Sappho profert: Lesbides infamē quæ me fecistis amare. Melius tamen quadrabit posteriori huic, si, quum autores fuisse tradātur Lesbij fellationum, & irrumationum, quæ planè turpitudo non lōgè abest à menstrui deuoratione, λεσβιάζειν accipiamus, per os peractam turpitudinem, ut & menstruum ore sumitur. Iccircò additur à Galeno mox: *ὦ φαίνεταί μοι παραπλήσιον τι πάσχειν, ὁ καὶ καταμηνίοις πίνων.* Hoc loco cunnilingos esse φοινικίζοντες illos dicere, aut credere non possumus: non admodum à fellatoribus, aut irrumatoribus diuersos: certe, quibus nihil cum stercorariæ ueneris ratione commertij, quod necessarium foret, si modò seruanda Galenica nobis sentētia sit, φοινικίζοντες stercorosos facientis, qui pedicones potius sunt, à quo cunnilingi longe absunt, sicuti & fellatores, & irrumatores. Sed neque apud auctorem quenquam inuenio, cunnilingos φοινικίζοντες habendos esse. Seneca nanque de Beneficijs, Marmercum Scaurum, & Natalem impurissimos homines ore fœminarum menstruum exceptare solitos tradidit, nec aliud. de stercore, uel stercoraria fœditate aliqua uerbum nullum, neque ulla φοινικιζόντων mentio, ibi quidem. Sed agè iam omittantur hæc quæ turpia, obscœna, fœda, non nisi turpiter, obscœnè, fœdè dici, tractarique à quoquam possint.

Ἄνθρωπος κατὰ φύσιν ἔχων. Homo secundum naturam se habens.) Καθάριος uno uerbo Græcis dictus frequenter.

τῶν δ᾽ ἰατρῶν οὐδέτερος ἐσώθη. Medicorum autem neuter seruatus est.) Mel fuisse credibile illud, de quo ab autoribus scribitur, uenenatum, præsertim à Plinio, naturalis historiæ libro uigesimo primo, capite decimo tertio.

CAP. DE SANGVINE.

ψυχρὸν γὰρ οὐδὲν ἐστὶν αἷμα. Sanguis enim frigidus nullus est.) Sanguis quomodo habendus existimandusque calidus omnis sit, ostensum à nobis est in libris salubrium, siue de sanitate tuenda. Caloris nimirum multi, plurimique semper, elaboratione assidua in officinis corporis totius intimis, ex chylo

factus,

factus, susceptaq; ita ex repetiti caloris feruoribus, caliditate non pauca, atque inducto ex illius eiusdem caloris detersione calore purpureo.

CAP. DE SANGVINE COLVMBAE.

Καὶ πρὸς ὑποσφάγματα τὰ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς γινόμενα. *Et ad hyposphagmata secundum oculos facta.*) Hyposphagma uenarum disruptio est in oculis, ex ictu praecipue oborta.

οὐκ ἐξαιρέτῳ τινί, καὶ ἀγνώστῳ δυνάμει. *Non peculiari aliqua, & incognita facultate.*) Quae ex tota substantia emergit: nempe, κατ' ὅλην τὴν οὐσίαν, passim dicta.

Ὥστε οὐδὲν ἧττον ἕξεις μᾶλλον ἐπί γε κεφαλῆς ἀνατρηθείσης, ῥοδίνῳ καλῶς χρώμενος. *Quamobrē nihil minus habueris, utique capite perforato, si rosaceo usus fueris probo.*) Idem, inquit, praestiteris probè parato rosaceo usus in capitis perforationibus, quod ex columbae expectandum sanguine fuerit: uel non minus certe iuuamenti assequere ex rosaceo, quàm ex sanguine, ἐλπίζειν, interpres pro, μᾶλλον: legisse μάζων uidetur, non satis rectè accepto uerborum sensu. Hanc (ut opinor) Galeni autoritatem sequuti posteriores chirurgicem partem tractantes medici prope omnes ad unum, rosaceo ad ista utuntur, quod completum uocant: optimum hoc esse meritò autumantes.

CAP. DE SANGVINE VESPERTILIONIS.

ὅλως γὰρ οὐδὲν αἷμα ψυχρὸν ἐστίν. *In totum nanque sanguis frigidus nullus.*) Repetitum quod paulò antè dixerat: nosq; de eo rationis aliquid reddidimus.

Εἰς δὲ τὰς τῶν μηνίγγων αἱμοῤῥαγίας. *Porrò ad ipsas meningum haemorrhagias.* Cerebrum uestientes membranas intelligit, quoties ex detectarum uenis, aut arterijs sanguis profluit. Piam, & duram matrem appellat medicorum uulgus: propriè autem meninges dicuntur.

Καὶ μόνοις βασιλεῦσιν ἐν τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις εὐλόγως παραλαμβανομένη. *Ac Regibus solis, in noxijs hominibus insurpata merito.*) Quemadmodum deleteria, atque alexipharmaca in solis noxijs hominibus, morteq; aliqua mulctandis experimur, rectè, ac cum ratione facientes, ne si in alijs id fiat, uitae periculum adeant immeritò: ad eundē modum in periculoso morbo aliquo correptis, si noxij fuerint, & iam morti destinati, possit Regis, principisue permissione periculum fieri de medicamenti alicuius usu, successuq;, per experientiam: ut etiam si expectationi non responderit, non propterea admissum contra fas, iustumq; dici quicquam possit. Quod si in alio, non talia merito, fieret, culpam meritò deberet: subiturus enim ille immeritò uitae discrimen esset.

Ἄρκτους, καὶ ταύρους, καὶ τράγους, κατασφάττειν, ἐφ' ἑκάστῃ δηλονότι χρήσει. *Vrsos, tauros, & hircos mactare, quolibet nimirum usu.*) Qui quidem frequens ualde, ac quotidianus usus sit: ut proinde iugulandae quotidie uictimae ad rem hanc forēt magna incommoditate, & operositate superflua: quum non desint innumera medicamenta alia idem praestantia. Itaq; per ironiam quandam dictum accipiendum hoc esse uidetur.

CAP. DE SANGVINE RANARVM viridium.

οὓς βρέξαντας τινὲς ὀνομάζουσι. *Quas brexantes quidam nominant.*) A uoce, quam edunt, ita dictae, ut ab alijs differant, quę mutae sunt & uenenatę: quamuis & inter uocales non desint uenenosae. Coaxant autem ranae.

CAP. DE SANGVINE CROCODILI ET ALIORVM.

Εἰ δὲ τῶν χερσαίων κροκοδείλων. *Verum si & terrestris crocodili.*) Lacertam puto intelligendam, praesertim uiridem illam, quos ligores uocamus, σαῦρος Graecis: ut mirer non usum uocabulo hoc Galenum. Nisi scincum accipiamus hoc loco, qui multis crocodilus terrestris est.

Καὶ

Καὶ πρὸς τὸ δυσιατώτερον αὐτὸ τὴν μυρμηκίαν ὀνομαζομένην. *Atq. ad sanatu difficilius malũ, quod myrmeciam appellant*)Myrmecia dicta, quòd sola inter alias uerrucas formicæ morsum infestè uellicantis referat: ea propter etiam sanatu difficilior. Id autem, signũ humoris alicuius uitiosi magis, quàm aliarũ habendũ est.

CAP. DE LACTE.

ἐξ τῆ θεραπευτικῆς μεθόδου. *Et in Terapeutica methodo.*) Septimo præsertim libro, & decimo.

οὓς ὀνομάζουσι κάχληκας. *Quos canchlecas vocant.*) Silices usibus his adhiberi soliti in melioris materiæ defectu: ferreę, puta, ex chalybe.

Η σολιδας αὐξαμένας. *Velrugas existentes.*) σολιδες rugæ quædam esse possunt, eminentes.

Εἰ καὶ πεῖραν αὐτῶν εἶχον ὡς ἀληθῶς λεγομένων. *Etiam si expertus essem vera esse quæ dicerentur.*) Possumus ex hoc, si quid Galeni autoritate mouemur, præstigijs & incantationibus tribuere facultatis omnino ad sanandum aliquid. Neque tamẽ indicabit hęc, aut his utetur rationalis, & dogmaticus medicus aliquis, Galeni eiusdem exemplum sequutus: infamiam atque artis dehonestamentum ueritus: ideo quòd ratione nixum medicum, omnio dedeceant ista: qui, quæ methodo, & recta ratione curare potuerit, non aliunde ad ea auxilium quæret.

CAP. DE BVTYRO.

Καὶ διὰ τοῦτο νομίζω καὶ βούτυρον καλεῖσθαι. *Atque ob id arbitror butyrum vocari.*) Quasi bouis caseus esset: quum pinguedo tantum sit. Cæterum ne nostris quidem temporibus, ex alio lacte quàm ex bubulo existere butyrum solet, non autem ex ouillo uel caprino, quod dictũ fuisse à Dioscoride, nempe ut inde quoque fiat, uere miratus fuerit Galenus. Et educi nihilominus ex his quoq; butyri posse aliquid crediderim, si periculum fiat, sed exiguũ quid admodum, ac cũ dispẽdio, si omisso bubulo, cuius ingens semper copia & in copia pro rata parte, maior butyrosæ partis quantitas, colligere ex alijs uelimus.

CAP. DE COAGVLO.

Ἕπεται γὰρ τοῖς δριμέσιν ἐξ ἀνάγκης τοῦτο. *Sequitur enim necessario dicta hoc.*) Cum quòd tàm acris, quàm digerens facultas, bene calidi utrasq; temperamenti quũ sit, quæq; secundario, resiccarit tamen, eadem simul opera necessario: tum verò quod attenuans utraq;, atq; in uapores humorosas materias omnes dissoluens, desiccationis simul inuehere non potest parum, consequenter, siue ex consecutione quadam: ideò dictum, ἕπεται.

CAP. DE COAGVLO PHOCAE.

Οὐ νῦν λέγειν καιρός. *Non est nunc dicendi tempus.*) In opere nimirum, quod ratione, ac methodo tractandis, exercendisq; medicationibus paratur. At quę à tota substantia agunt, experimentis solummodo confisi adhibemus, rationẽ nullam affere aliam possumus cur id faciamus.

CAP. DE BILE.

Εμπλησθεῖσι δὲ, καὶ μεθυσθεῖσι, λευκόν. *Repletis verò, & inebriatis albida.*) Degrauato quippe, & depresso calore naturali, plenitudine nimia: qui quasi ita obrutus quum promouere concoctionem nequeat, cruditates necessario sequẽtur; quarum signum albens urina.

Ὀνομάζουσι δ' αὐτὸν καλλιώνυμον. *Nominant verò ipsum callionymum*)Eundem οὐρανοσκόπον uocauere ex oculorum positura superiore in parte, unde spectare semper cœlum possit: quasi cœlispicem dixerimus.

Καὶ κατ' ὄρη διαιτωμένων ὑῶν. *Et qui in montibus degunt suibus.*) Ex pastu, & aere. Nam in planitie humidiora omnia: in montibus sicciora. At sicuti humiditate diluitur bilis acrimonia facile, ita siccitate exacuitur. Memini Aristotelẽ scripsisse

fisse aliquando, apros fœminas, superiora Athi montis depascêtes, feritate mares uincere inferiora depastos: ex feruescentis magis bilis, ut arbitror, siccitate. Et obseruatū, luscinias palustribus in locis, ac planis, multo minus sonorum edere cantum solitas, quàm in montanis: eandem omnino ob causam, utique humiditatis nimiæ, uocis instrumenta ueluti relaxantis, ut contenta, atque argute canora esse uoce nequeant.

CAP. DE SVDORE.

Ἐκ γὰρ τῆς πινώδους ὑγρότητος ἡ γένεσις ἀμφοτέρων ἐστίν. *Ex eposo nanque humore generatio utriusq; est.*) Vel solò, uel maximè, atq; imprimis, quando ex cibis quoq; ipsis, præsertim humidioribus natura, & potulentis, elici sudorificæ materiæ aliquid posit. Attendendum & illud: eliquatis interdum præ calore nimio humoribus, sicuti urinæ multum cieri inde, ita & sudoris non parum posse, adeoq; solere: ex nullo quidem tunc potu, potulentaúe aut cibali materia, sed humorali tantum. Verùm hoc præternaturalè admodum; at hîc de naturali solum sudore mentionem fieri, admonebimur à Galeno mox. Vel si retinendam esse Dioclis de sudore sententiam duxerimus, qui sudorem nullum non præternaturalem esse censuerit, non parum tamen discriminis ponemus inter factos quacunq; de causa sanitatis tempore sudores, & dum morbosi affectus aliqui uigent.

διὰ τὸ δαψιλὲς ἑκάστης ἡμέρας ἀθροίζεσθαι τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις ἰδίᾳ τε, καὶ δημοσίᾳ. *Eò quod copiose colligatur ab omnibus hoc priuatim ac publice.*) Significari uidentur ex hoc loca quædam publica, ut latrinę erant, aut rectius, foricę, ad quas diuertere soliti essent uesicam exoneraturi. Vnde fortè Vespasianus imperator, ut author est Suetonius, urinæ uectigal primus instituerit.

Πλεῖστον γὰρ τὸ μὲν ἀποκρουστικὸν πλεῖον ἔχει, διαφορητικὸν δ' ἀμυδρὸν πάνυ. *Ille nanque repercutientis plurimum obtinet, digerentis autem exiguum admodum.*) Sordes intelligit collectitias ex puluere, potissimum inter exercendum: quod quidem κόνις uox indicet: κόνις enim puluis: in quo meritò repercutientis facultatis multum, ob frigiditatem, inest & digerentis ualde parum ob siccitatem, quippè quæ desiccans potius absumat, quàm per halitum digerat.

Κυπρίνῳ ἐπαλείφειν. *Cyprino inungere.*) Nimirum ex ligustro oleo, uel unguēto etiam: cuius compositio operosa satis ex Dioscoride petenda.

ἔστι τὸ φάρμακον, καὶ πρὸς τὰς ἐκ τόκων σβέσαι τὸ γάλα προαιρουμένας, ὅταν οἷον τυρωθῇ κατὰ τοὺς μαστούς, χρήσιμον ἱκανῶς ἐστίν. *Medicamentum hoc etiam ijs, quae ex partu lac in mammis ueluti coagulatum extinguere propositum habuerint, utile satis.*) Cæterùm, quoniam ætate hac κονισάλῳ hoc destituimur, propter desitum palæstricarum exercitationum usum; libuit, quamuis non satis loco suo, unguenti tamē descriptionem subijcere hîc, ad eadem non sanè minus accommodi, nec certi minus: quod ita habet. Sumuntur in id, myrrhæ, assę fœtidæ, calphuræ, singulorū drachma: olei oliuarum, sepi ceruini, singulorum uncia: confit ex his unguentum ex arte.

CAP. DE VRINA HVMANA.

Ἐδόκουν ἐκ τούτου διασώζεσθαι. *Videbantur ex hoc seruati.*) Videbantur ait, quia non satis fortasse rationis neq; efficaciæ satis in remedio hoc poni debeat, abigēdo malo, non facilè, nisi potentioribus medicamentis, cessuro, licet in urina humana, & detergendi potentiæ satis insit, & desiccandi.

Τὰ δ' ἤδη διὰ τὴν ψυχόντων ἀπεψυγμένα. *Refrigerantium autem usu iam refrigerata*) De quo admoniti fuimus supra pariter, capite de coriano.

CAP. DE SALIVA.

Τοῦτο τοιγαροῦν τὸ σίαλον. *Hac itaq; saliua.*) ἢ τοῦ μέσως nimirum quæ sit: utiq; mediocri.

diocri: neque imbecilli, atque inefficaci, qualis eorũ est, qui modò sumpserũt cibũ: neque uehementi, atque acri, qualis ieiunorum, sitiq́ue, aut inedia oppressorum: sed medio se modo habente.

CAP. DE STERCORE SVPINO.

Ἀλλ' οὐ νῦν καιρὸς ὑπὲρ αὐτῶν λέγειν. *Sed non est nunc dicendi de his tempus.*) Nempè quæ à tota substantia agunt: quorum quum sciri caussę, proinde & naturæ nequeant, ita nec ratione quidem comprehẽdi, uel tractari methodo possunt. At de his hoc loco sermo, quæ tenent rationibus suis comprehensa ualeant, & in quæ cadere methodus, ac faciendorum ratio soleat.

CAP. DE STERCORE CAPRINO.

Καὶ μέντοι καὶ ταῦθ' ἅπαντα, λεπτομερέστερα μὲν, οὐ μὴν δριμύτερά γε σαφῶς γίνεται. *Atque ustum tenuius quidem, sed non acrius certè manifesto euadit.*) Nam quamuis exustio in omnibus ἐμπύρευμα suum illud relinquat: in ijs tamen quæ acria anteà fuerunt, eadem, exustio inquam, acrimoniæ absumere plurimum potest, ac tantum ferè, quantum addere ἐμπυρεύματος: ut ideò manifesto acrius non fiat.

Ἀνθρωπος ἢ παραπλήσιος ὄνῳ.) *Similis asino fuerit homo.* Et in Therapeuticis, & alibi non minus, quàm hic insectatus homines hosce uidetur Galenus.

Οὐ μὴν τοσοῦτόν γε, ὅσον αἱ τῶν ἀνθρώπων. *At non tantum, quantum hominum*) Quod nanque demonstratum alibi non semel fuit, confici quidem alimentum à corpore, at rursus ab alimento corpus affici: cuius rei argumenta spectantur non obscura in multis: id utique, in animalibus, quorum intẽperatura ad caliditatem, & siccitatem insigniter uergit, non tàm apparebit, ob qualitatum harum duarum efficaciam, coniunctim uehementius agentium, atque alimẽtum fortiter euincẽtium, inque naturam suam conuertentium, ut pauxillum omnino sit, in quo alimentum in corporis naturam agens immutet, idq́ue non nisi tempore demum pòst longiore animaduerti poterit. Capra autem tale animal est, caliditatis tantæ, & siccitatis, ut perpetuò febricitare à multis credita sit. Nil mirũ igitur, si alimento quocunque, sui generis tamen, sibiq́ue cõuenienti ingesto, scybala semper egerat capra, uel si quod ex pascui diuersitate discrimen fuerit, exiguum id admodum sit: secus, quàm in homine, ubi egestiones alui uarię manifesto satis, ex ingesti alimenti uarietate, ob temperamentum æquabile, neque tantopere in cibum agens, ut non cibalis naturæ signa euidentia magis uisantur.

CAP. DE STERCORE BVBVLO.

Ταῦτα μὲν οὖν συμβαίνει, καὶ κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας ὠφελεῖσθαι. *Hæc quidem igitur contingit, ex substantiæ quoque totius proprietate iuuari*) Etenim attrahendi uis substantiæ inprimis totius proprietate constat: ut latissime probatum habenmus à Galeno in libris de facultatibus naturalibus. Interea tamen ipsa hæc uirtus, caliditati, & siccitati, duabus maximè efficacibus qualitatibus, associata, trahendi munus felicius profert semper: ut in stercore bubulo calido proculdubio, & sicco potestate.

Ἐπὶ τῇ τῶν ἀχύρων ἐδωδῇ. *In palearum pastu.*) Intelligendæ non segetum modò paleę, tritici, hordei, auenæ, secalis, & similium, sed herbę etiam omnes siccatę, quod fœnum dicimus. Superiore enim uersu, ὅτε νέμονται τὴν πόαν οἱ βόες, dixerat, quæ recens herba est, ut nunc opposito modo se habens intelligatur, siccior, χόρτος proprie Græcis dicta.

CAP. DE STERCORE COLVMBINO.

Ὁποῖον δέ ἐστιν ἰσχιὰς ἡμικρανία, σκοτώματα τε, καὶ σκοτόδινος.) Affectionum nomina frigidio-

frigidiorum omnium, facileq́ue, ac rectè calidiora remedia exposcentium. Fuerit porrò *σκότωμα*, tantum tenebrositas quædam obuersans oculis: *σκοτόδινος* insuper addet uertiginem, reuolutionemq́ue, quum circumferri, circumuoluique uidentur res tenebricosæ.

Ὅταν γε μηδέπω σύστασις ᾖ πώρων, ἐν τοῖς ἄρθροις αὐτῶν. *Quoties quidem in ipsorum articulis, nondum constiterint tophi.*) Quam rectè nodosam interpretere podagrã: curationis depositæ penitus, ac desperatæ.

Ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῆς μυκήτων ἐδωδῆς πνιγομένων. *In his, qui ex fungorum esu strangulantur.*) Non fuerat hoc Mysij medici illius inuentum, sed autorem habebat iam tum Dioscoridem ipsum.

CAP. DE STERCORE ANSERVM.

Ἀλλ' εἰ πίνοιτο. *Sed si potetur.*) Qui, si quid epotum fuerit, sanatum iri aliquem dixerit, in eo solum (uel si factum semel tantum fuerit) spem ponere sanationis omnem uidetur, ac salutem promittere: qui uerò si potetur, dixerit, scripseritúe, is potandi frequentiam aliquam notarit. Sanè potant, qui etiamnum id faciunt: potarunt, qui iam hoc ipsum facere desinunt.

Περὶ οὗ προείρηται. *De quo dictum prius fuit.*) Suprà capite de sudore: quo loco *κονίσαλον* uocari dixit Atticorum lingua, immixtum *πάτῳ* sudorem. Vt *πάτος* intelligantur contractę, inhærentesq́ue cuti, ex sensum latētis transpirationis crassis, ac terrestribus reliquijs sordes: *κονίσαλος* autem sit admixtus sordibus his sudor: interdumq́ue, si in palęstra sudetur, etiam pulueris nonnihil.

IN LIB. XI. DE SIMPL. MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

EX PROOEMIO.

Καὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ γῇ. *Et eorum, quæ in ipsa terra.*) Vt sunt omnia, quæ insecta dicuntur: *ἔντομα* Græcis dicta.

Ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν. *Vt ipsi arbitrantur*) Quandoquidem non ita se res habet, ut uiscerum caro, *παρέγχυμα* propterea dicta sit, quòd effusus de uenis sanguis, circum uasa omnia concrescat: sed ab initio naturâ ipsa, sua uiscerum unicuiq́ue tributa materia est, ex qua *παρέγχυμα* proprium, suumq́ue cuiq́ue consistat, iecori, cordi, lieni, pulmoni, & reliquis.

CAP. DE VIPERAE CARNE.

Τὰς γοῦν τῶν ἐχιδνῶν, θερμαινούσας, καὶ ξηραινούσας ἐναργῶς ἐστιν ἰδεῖν. *Viperarum igitur carnes excalfacientes, & desiccantes apertè uidere est.*) Apparet ex hoc, quamuis uirus exitiale eiaculentur uiperæ, carne tamen esse non usq́ue eo perniciosa, dici ut *δηλητήριον* possit: sed hoc tantum: calfacere, & resiccare, hocq́ue magis: medicamentosas scilicet esse, non etiam uenenosas.

Κατὰ τὴν ἐν Ἀσίᾳ Μυσίαν. *In Asia Mysia.*) Quando altera quoq́ue est, pariter Mysia dicta, Europæa: Seruia nunc, ut opinor.

Οὓς ὀνομάζουσι μάρσους. *Quos Marsos vocant.*) Populi hi sunt Italiæ, naturæ suæ proprietate serpentibus aduersantes, ut esse propterea securi uiperarum uenatores queant.

Καθ' ἣν ἴσχονται μᾶλλον, τῶν εἰς τὸ δέρμα φερομένων χυμῶν, οἱ παχεῖς, καὶ γεώδεις. *In qua retinentur magis humores, qui ad cutim deferuntur crassi ac terrestres.*) Non immeritò. Vt enim carnis meatus omnes, paulò magis laxos, cutisq́ue itidem pertranseāt: hærent in cuticula, sistuntq́ue se ibidem, crassitie, ac terrestri qualitate retenti humores. Eapropter rectè hi omnes appellantur cutanei affectus.

Ἡ ὑγρότης αὕτη, καὶ τῶν ἐν τοῖς βλεφάροις τριχῶν παρὰ φύσιν, ἐγκόλλημα γίνεται. *Humiditas porrò hæc pilorũ quoq́ue in palpebris præter naturã gluten fit.*) Μαδάρωσις & μιλ-

φωσις affectus is dictus, palpebræ pilorum defluuium, ad quod humiditas hæc faciat, glutinans, & adstrictos pilos retinens.

CAP. DE PINGVEDINE.

ὥσπερ τοὔλαιον *Sicuti oleum.*) Addendum, οὐδὲ: ut sit: ὥσπερ οὐδὲ τοὔλαιον: Sicuti neque oleum. Quod nimirum non abunde excalfacit, sed æqualiter: ut pinguedo quoque ipsa, quæ quum abundè humectet, non abunde tamen excalfacit. At oleum simile nobis, atque æquale ostensum fuit suprà libro secundo, calore atque humore. Vel igitur hoc pacto emendandus locus, ut exemplaria quædam habent: uel in hunc sensum accipienda uerba hæc. τὸ μὲν γὰρ ὕος ὡς πρὸς ἡμᾶς στέαρ τὸ μὲν ὑγραίνειν ἔχει δαψιλῶς, τὸ θερμαίνειν δ' οὐχ' ὁμοίως, ὥσπερ τοὔλαιον. Suis quidem pinguedo, ut ad nos, humectare quidem habet abunde: excalfacere uerò nō similiter, sicuti oleum. Vt intelligamus pinguedinem οὐχ' ὁμοίως, non similiter; sicuti abūde, ac plus iusto humectat, ita abunde ac plus æquo excalfacere, sed æqualiter potius, ac mediocriter, nec supra modum, ut oleū quoque ipsum facit.

CAP. DE HEPATE CAPRAE.

ἐλέγχειν τε σὺν αὐτῷ λέγουσι, εἰ βρωθείη. *Ac comitiales arguere, si edatur.*) Sic, ut comeso iecore, comitiali conuulsione corripiantur: argumēto comitiales adhuc esse: quod si nō fiat, hoc est, sit accessio non sequatur, morbum euaserint iam, ἐλέγχειν, est, arguere, & deprehendere, morbóne obnoxij adhuc sint, an non.

CAP. DE CASTORE.

ὄρχεις κάστορος ὀνομάζουσι καστόριον. *Castoris testes, Castorium vocant.*) Verissima esse comperiet, cuicunque id aliquando dabitur, ut dissectū inspicere Castora possit, quę prodita de eo literis à doctissimis Rondoletio primum, tum & Matthiolo diligenter fuere, scilicet non esse testes, sed folliculos quosdam, quorum in medicina usus. Viuos uidi non semel Imperatoribus allatos Viennam, ac dum exciderentur folliculi adsui, quorum etiam par dono tum misi Venetias Andreæ Marino non incelebri tum sibi medico, mihique inprimis amico. Etiam uenationi interfui ad ripā fluuioli non ita magni, prata, propè oppidū Stiriæ Grętium secantis, uiui capti. Cuius tanta fuit dentiū firmitas & acumen, ut uaporario fortè inclusus, exitum ipse sibi fecerit: in ostij assere, crassitudinis non minimę, foramine affabrè in orbem exciso, atque excauato, quod omnes uidimus: idque nocte una.

τὰ δὲ θερμαίνοντα πάντα διαφοροῦντα τι τῆς πλησιαζούσης οὐσίας. *Cuncta porrò quę excalfaciunt, quum per halitum digerant vicina substantia aliquid.*) Ex accidente dicetur rectè exiccatio talis, & secundaria. præeunte enim euaporatione fit ut resiccentur, quæ ita desiccantur.

πλὴν εἴ τι μὴ φύσει ὑγρὸν εἴη, καθάπερ ἐλαιόν τε, καὶ ὕδωρ ἐπίκτητον ποιότητα θερμὴν, οὐ δύναμιν προσλάβοι. *Nisi si quid natura humidum fuerit, vt oleum & aqua, acquisititiamque qualitatem, non facultatem adipiscatur.*) Philosophica consideratio. Quæ nanque natura suapte humida sunt, naturam exuere prorsus suam nequeunt, dū talia sunt, quin pariter humida sint. Quo nāque modo oleum erit oleum, pro humiditate siccitatem indeptum: uel aqua habenda erit aqua, siccitate admissa, quam admittere nullo modo, uel ratione potest: citius per halitum difflabitur, & in uapores exhalata consumetur, quam aqua perstans, & in natura sua manens, siccetur: & oleum, ut tempore, uel frigore crassescat, humiditatem tamen nunquam deponet natiuam suam. Quod quidem non causa, ratione que aliqua fit Quum enim concalescunt hæc, atque aduentitiam solummodò adepta qualitatem fuerint, non autem facultatem, potestatem nempè, & firmius, ac diutius agendi uires: perit breui qualitas ea, utpote extranea, & aduentitia, amissaque

haud

haud ita diu pôst, de ponitur, ut nec recalfacere, proinde nec reficcare queat. At quę natura humida non fuerint, exalfacta ficcari poterunt, natura adhuc sua cõseruata priore: ut partes corporis multę sunt, & innumera alia. Sed & idẽ accipi ex parte actionis ipsius posit, rectè satis: ut intelligamus, natura humida, actu præsertim, & consistentia humida quoq; quæ sint, suscepta alicunde caliditatis qualitate aliqua aduentitia, ab igne puta, uel æstiuo sole, non autem potestate maiore, ac uiribus, ficcare non posse, quod castorium facit, cuius consistentia ficcior, accepta calefaciendi qualitatę meritò deficcat. Quam planè intelligentiam uerba, quæ sequũtur, insinuant, ac modo relata. τοῦτω κασορίῳ καὶ ἀσυκοπεῖ ὅσα ξηρὰ πρὸς δὲ λεφθέντα τὸ θερμαίνειν εἰκότως ξηραίνει. scimus autem, expeririq; quotidie licebit, oleum, & aquam, quamuis incalescant satis, modò non effereuescant, humidum semper facere solere.

ἐκβάλλει ἢ καὶ χώρια κατεχόμενα. *Eycit autem & secundas retentas.*) Notum hoc Herodoto etiã in Melpomene, q ipse quoq; falso testes nominet, atq; ad uteri affectus facere ostendat. καὶ οἱ ὄρχιες inquit, αἴτιοι εἰσὶ χρήσιμοι δὲ ὑστερέων ἄκεσιν.

CAP. DE CORIO VETERI.

ὡς δ' ἄδην ἀντιπαθείᾳ τινὶ τοῦτο ποιοῦντα. *Tanquam per antipathiam quandam hoc facientia.*) Antipathia in eo esse quædam uideri potest, quòd factam à calceis noxam, calcei ijdem, sed ueteres, iam sanant: ut de scorpij ictu dicitur, qui uulneri, quod fecit impositus remedio fit, & canis rabidi morsui, eiusdem canis impone re pilos detractos solemus. Simile de Achillis hasta circumferti à ueteribus, qua uulneratus Telephus, diu pôst, hastæ eiusdẽ auxilio, persanatus fuisse traditur. Hi esse quodamodo consensus, & dissensus quidam possunt. Quamq; in hasta quæ Pelias fuit, rubigo, siue ærugo potius ferro eius detracta plus attulisse ad sanandum uirium, sed cum ratione aperta, potuit, quæ detergendi, & ficcandi sit, ut rubiginis omnis æris cuiusuis. Ita factas à calceis attritiones calcei nõ qui dem ijdẽ qui attritiones fecerint, sed ueteres iã quicunq;, atq; exusti, ac quodcunq; tandem corium uetus, non sine ratione sanarint, nimirum reficcationis causa: ξηραντικὴ γὰρ ἡ τοῦτων τέφρα, addit Galenus. Accedit ꝑparatio spissati corij, ex quo calceamenta fiunt, ex rhei, aut quicquid coriariorum fructuum est, quibus inspissantur pelles, facta, in quibus omnibus adstringendi uis, & ficcandi aliqua. His sanabuntur, τὰ δὲ λίματα, & παραφίμματα omnia, multò, quàm ex antipathia ulla, melius, his quidem casibus.

CAP. DE OSTREIS.

ὁ καλοῦσι σπεκλάριον. *Quod Specarium vocant.*) Specularis lapis est: alio nomine σελενίτης Græcis dictus.

CAP. DE SEPIA.

ἀλλὰ καὶ ὀρυκτοῖς ἁλσὶ μιχθῇ. *Sed & fossili sali mixta.*) Eò quòd sali fossili plus insit detersoriæ facultatis, quam adstringẽtis. sic enim scriptum de eo suprà legimus libro quarto: τρίτοι δ' ἐπὶ τούτοις ὑπάρχουσιν οἱ ὀρυκτοί, ῥυπτικοί μᾶλλον, ἢ στύφειν, καὶ συνάγειν πεφυκότες. At oculorum ungues detergendo maximè atq; inprimis auferri consueuerunt.

CAP. DE PVRPVRA.

πώματα πορφυρῶν. *Purpurarum opercula.*) Opinor qualibus obduci tegiq; uide mus cochleas terrestres nostras, hyeme intra testam suã occlusas contentasq;.

CAP. DE OVIS.

οὐδὲ ἀποτυχίαν ἴσχουσιν δυσκρασίας τοιαύτης, οἵαν ἴσχει τὸ γάλα, πολλάκις. *Neq; successu unquam caret, ex huiusmodi intemperie, cuiusmodi sæpenumero habet lac.*) Sanguini ualde proximum lac habetur generatione sua: sanguis nempè dealbatus: uti iã sanguinis, ex quo generatur, plurimas relaturũ merito qualitates lac sit, quę ad malitiam, bonitatemq; eius faciant, facultatesq; alias multas. secus in ouis eueniet, quæ anteq; generationem sortiantur perfectam suam ex auium sanguine, maior interueniat mutatio prius, necessum est: elaboratioq; maior: ut ideò excremen-

IN LIB. PRIMVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA.

CAP I.

Ἤδη μοὶ καὶ πρόσθεν ἐγέγραπτο πραγματεία. *Iam à me anteà quoq; scriptum fuit opus.*) Operis huius ordo est, ut de simplicium medicamentorum facultatibus opus sequatur statim, & pręcedat libros de cõpositione medicamentorũ per loca. nam & medicamentorũ rectè componendorũ cognitio ex simpliciũ cognitione exit omnis: & secundum genera compositio eorundem, meritò anteire secundùm locos compositionem debebit, nempè specialem generalis. Sunt porrò loci, partesq; corporis seorsum, separatimq; particulare quippiam: at medicamentorum compositiones κατὰ γένη, æque partibus corporis, locisq; conuenient omnibus, modò rationalis artifex partium considerationem eam retinuerit, quam debet, temperamentiq; in primis, ac facultatum. Nam & emplastra, & cerata, & huiusmodi alia, partibus applicabuntur corporis æqualiter omnibus, tumore fortè aliquo effectis, cõuulsis, ruptis, uulneratis, aut exulceratis, pro partis tamen laborantis temperamento semper, ac natura, facultateq;. Ac tametsi à parte corporis una aliqua denominationem sumant nonnulla, ut quæ κεφαλικὰ nominantur emplastra: attamen reliquis pariter corporis partib. conuenire eadem poterunt, quoniam eadem καταγματικὰ quoq; dicuntur, quasi quæ fracturis conueniant omnibus. Sed nec uulneribus minus illorum quædam sanandis, & carne replendis, ut pòstmodum notabitur, accõmodabuntur. Tribui autem locum operi huic deberi à libris undecim de simplicium medicamẽtorum facultatibus, mox, uel quod paulò post à Galeno additur, indicat satis uerbis his: διωρισμένων δὲ ἡμῖν τῶν τοιούτων ἁπάντων, ἐν τοῖς περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ὑπομνήμασιν ἕνδεκα τὸν ἀριθμὸν οὖσιν, ἐπ᾽ αὐτὴν ἤδη τρέψομαι τὴν χρήσιμον διδασκαλίαν.

Ἡνίκα τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος ὅλον ἐκαύθη. *Quum pacis templum arsit totum.*) Idem, quod in libello de proprijs libris.

Σὺ δ᾽ ἀμφὶ Θήβας στεῖχε τὰς Καδμείας. *Tu verò Thebas pete Cadmeias.*) Erant enim Thebæ quoq; Aegyptiæ: sed & aliæ numerabantur regionum aliarum Thebæ non paucæ. At quas Cadmus condidit, in Bœotia Thebæ sunt.

Ὡς ἀγνοεῖν ὑπὸ μὲν τοῦ θαλαττίου λαγωοῦ, μόνον τῶν πάντων ἐν τῷ σώματι μορίων ἑλκούμενον πνεύμονα. *Vt ignorent solũ ex omnib. corporis partib. à marino lepore vlcerari pulmonẽ*) Si nanq; ista nõ ignorassent, animaduertere facile potuissent, proprietates esse quasdam rerum, quibus proprietatibus fiat, ut hæc res hanc quàm illam magis partem benè maleue afficiat: scõmaq; suum in rem uertissent seriam, ueramque. Naturæ enim proprietas est, cuius iussu marinus lepus intactis alijs, pulmones primum petens tactos corripiat, atq; afficiat: uesicam cantharides. Sicuti diuerso pulmones eosdem uulpinus inprimis pulmo iuuerit, non alius, uel non æquè benè: & iecur, nostrum lupi iecur: ut etiã intestina nostra animalis eiusdẽ intestinum: plurimaq; huius generis alia, non hic referenda.

Οἰομένων τινῶν, ἐν τῇ συνθέσει διαφθείρεσθαι παντάπασι, τὰς ἐναντίας ἀλλήλαις δυνάμεις τῶν ἁπλῶν φαρμάκων. *Censentibus quibusdam, in compositione penitus corrumpi contrarias inuicem facultates simplicium medicamentorum.*) Locus diligẽter inprimis annotandus: ex eo enim theorema in rem medicam deduci maximum, momentiq; maximi potest, si sciuerimus, quæ, qualesúe simplicium medicamentorum in compositis qualitates, facultatesq; maneant, quoúe ea modo quaq; ratione

operenť. Num in compoſitionibus, contrariarum inter ſe qualitatum uires, mutua actione ac paſsione ita retuſæ infringantur, ut ſuum proprium exercere nequeant, ſed tertium ſuccedat, ab utriſq; diuerſum, unum quiddam, ut Galenus ait: ἀλλ' ὅ τι γίγνεται τρίτον ἕτερον ἀμφοῖν: an potius operis tandem ſui proprijq; oſtendere multum queant. Nam in mixtione feruentiſsimæ gelidiſsimæq; inter ſe aquæ, quod illi exemplũ afferebant, haud dubie tertiũ exit illud, quod nihil quàm medium, aliud eſt: temperies enim notabitur ex eo certa: quæ nihilominus, quum acquiſitia aquæ ſit, tempore mox exuta deponetur, ſuaq; reſtituetur aquæ natiua frigiditatis facultas. At hæc, non penitus, quod illi autumabant, neq; tota perit, in mixtione ea: quomodo nanq; rediſſet aquę, natiuamq; ſuã frigiditatẽ recuperaſſet aqua, ſponte pręſertim ſua, ſi nulla prorſus manſiſſet in ipſa ad hæc potentia? Quod quidẽ inanimaduerſum, cenſentes deleri penitus facultates rerum haſcé, in errorem induxit. Eodem ſiquidẽ modo (hanc ego ſententiam ex Galeni his dictis colligo) de compoſitorum medicamentorũ facultatib. dicendum, non aboleri eas in totum, contrariarum inuicem qualitatum mixtionibus. Etenim ut calida frigidorum admixtione, ſicuti frigida calidorum contrariæ qualitatis, acquiſitum induant, plus, minus, aliquid: calida frigiditatis, caliditatis frigida: non tamen uim, facultatemq; natiuam ſuam depoſita amittent prorſus, aut ex toto exuent, quin retinere illam ſatis queant, operationemq; unà edere naturæ, temperamentoq; ſuo conuenientem. Sed Sinapis, calidiſsima res, ambientis frigore euicta, corporiq; raro, atq; imbecilli admota, horroris, frigoriſq; cuiuſdam ſenſum afferet, nõ minus, quam glacies, aut nix: mox tamen ſi permanſerit, inſigniter excalfactura. Idem faciet eadem cum frigido medicamento aliquo intrò ſumpta: Vt enim non confeſtim id fiat, excalfaciet tandem tamen: quemadmodum opium, & cicuta refrigèrabunt, quamuis calida primò foris applicentur, uel intra quoque corpus accipiantur. Licebitq; ex conſideratione huiuſmodi, Galenicorumq; hac uerborum intelligentia aſſerere, in compoſitorum medicamentorum mixtionib. temperamẽtum ſemper exiſterc unum aliquod, neceſſario, ſiue medium temperatumq;, ſi æqualiter uincant uincanturq; contraria, ut de feruentiſsimæ, gelidiſsimæque aquæ mixtione dicebatur: uel intemperatum, ſi alterutra, calidorum, puta, uel frigidorum pars, uiſq; ac facultas eorum ſuperarit: opuſq; inde ſemper expectandũ uel mediæ, temperatæq; actionis ut edať, uel calorificæ, aut refrigerãtis ꝓ temperamẽti perpetuò diuerſitate, prætereaq; priuatim, ut quodcunq; receptum in copoſitionẽ fuerit, opus peculiariter ꝓprię naturæ ſuumq; proferat, mediæ mediũ temperatumq;: calorificæ calidum, ut refrigerantis frididũ: qualiſcunq;, aut cuiuſmodicunq; tandemtotius compoſitio extiterit. Vt ſi fortè ex ſummè calidis, ſũmeq; frigidis facta compoſitio fuerit, temperata mediaq;, actio pariter indc eiuſmodi prodeat, media temperataq;: Summè tamen calida illa intereà, operis per ſe priuatimq; ꝓferre calorifici ualeant aliqd, ut frigida frigefacientis. Adeoq; in compoſitionib. intemperatis, non diuerſum ſuccedat: ut & calidæ dictæ, habitæq;, quòd calidorũ in illis portio exuperet, ſi qua tamẽ acceperint frigida, horum ipſorum, frigidorũ inquam, operatio expectãda demùm aliqua ſit in corpore, ſeorſim à totius temperamento, quod calidum erat: deq; frigidis compoſinonibus, in quib. calida frigidorum exuperãtia uincunť, exercere tamen calida opus, actionemq; per ſe, ſuamq; aliquando poſsint. Sic quidẽ in theriacæ, Mithridaticæq; compoſitione, calidis meritò exiſtimatis, opiis opium plerunq; exerit ſuum ſedandorũ dolorũ, ac conciliandi ſomni, dubio ꝓcul frigefaciendo utrumq;. Contrà in Philonio medicamento, cuius partes, totius quidẽ, frigefaciendi, ſopiendiq; ſunt, calorifici tamen operis ſentitur tandem aliquid, & nec obſcure percipitur. Atq; ita, (ut ad rerum quæ hic tractantur, explicationem, hoc dicatur) eorum, quæ corporibus admouenť, quædam ex inſitis, innatiſque facultatibus agent: ex aquiſititijs qualitatibus

quædam

quædam, ἔνια μὲν τὴν προσφερομένων τῷ σώματι, κατὰ τὰς ἐμφύτους δυνάμεις, ἔνια δὲ κατὰ τὰς ἐπικτήτους ποιότητας ἐνεργεῖ. Nō in compoſitorum minus medicamentorum concinnationibus, ac mixtionibus, quàm in ſimplicibus. Nam & aqua excalfacta, ſecundum qualitatem hanc aget aduentitiam, atque acquiſitam: ac rurſus ex propria atq; inſita refrigerandi qualitate operabitur. Eodemq; modo in medicamentorum compoſitionibus, calida, ac frigida, quemadmodum planè ſicca quoque, atque humida, ſed calida tamen inprimis ac frigida propter efficientiæ præſtantiam, contrariorum additionibus retuſa, uictaque, aut uincentia, pro qualitatis temperamentiq; ratione, quod ſortita fuerint, tuncque habuerint, agent: rurſusque opus edent calefaciendi, frigefaciendique ſuum, proprium q; pro inſita, atq; innata facultate: plus, minus quidem, prout uincunt aut uincuntur: ſed edent tamen, quia inſitas ſuas, atque innatas facultates, tantiſper dum eſſentiæ ſuæ aliquid adhuc retinuerint, nunquam ex toto deponēt, exuentue, ita, ut opium (exempli cauſſa) calidiorum licet admixtione retuſum, non ſit opium, & piper piper. Idcircò notabiliter à Galeno dictum fuiſſe accipiendum eſt: ἐμφύτους δυνάμεις, & ἐπικτήτους ποιότητας. Innatæ nanq; facultates eſſentiam perpetuò ſuam comitantur: qualitates acquiſititiæ recedentes abeunt.

ὃν ἐπιλογισμὸν αὐτοὶ καλοῦσιν. *Quem epilogiſmum ipſi vocant*) Rectè ipſi, nempè empirici, quorum proprium erat ἐπιλογισμός, ſicuti rationalium ἀναλογισμός. Quod docemur cum alibi à Galeno, tum commentariorum primo in Hippocratis Prognoſticum.

Ἀλλὰ κατὰ τίνα γε λόγον ἰὸς μιχθεὶς ἁπλῇ κηρωτῇ. *Caeterùm qua nam ratione arugo ſimplici cerato admixta.*) Idem, quod libro Therapeutices methodi tertio dicebatur. Verè nanque nunquam potuiſſent iſta, ſola præeunte experientia inueniri, niſi ratio prius aliqua dictaſſet.

CAP. II.

Δεύτερον δὲ τὸ περὶ τῆς τῶν συμπτωμάτων διαφορᾶς. *Secundus verò de ſymptomatum differentijs.*) Non ſanè permagni retulerit, utrum poſt librum de morborum differentijs, legatur de ſymptomatum ſtatim differentijs liber, ut hîc ordinaſſe uidetur Galenus, an de morborum cauſis, ut exemplaria excuſa habent omnia, arbitror & manu ſcripta, quando Galeni uerba initio ſtatim de ſymptomatum differentijs libri eo procedendum eſſe ordine ſatis innuant: λοιπὸν δ' ἂν εἴη, inquit, περὶ τῶν συμπτωμάτων διελθεῖν: Reliquum eſt, ut de ſymptomatis agamus: quum prius de morborum differentijs, & cauſis egiſſe ſcripſiſſet.

CAP. III.

Ἂν δύο πορισώμεθα δυοῖν, ὧν τὸ μὲν ἀριθμοῖς πέντε, τὸ δὲ τρισὶ θερμότερον, μίξαντες αὐτά, τὸ μέσον ἐργασόμεθα, τέτρασιν ἀριθμοῖς ὑπερέχον τοῦ συμμέτρου. *Si ad manus duo habuerimus, quorum hoc quidem numeris quinq; calidius ſit, hoc uerò tribus, miſcentes iſta, medium conficiemus numeris quattuor exuperans temperatum, ſiue temperamentum.*) Quomodo fieri hoc poſsit, uidendum: ut ordine quarto ad calidum temperamentum excedat compoſitio hæc. Solent porrò philoſophi octo numerare rerum, quod ad qualitates quattuor attinet, ordines, ſiue gradus: qui ſi aliqua in re omnes fuerint, ſummè illam calidam, frigidam, ſiccam, humidam uocent: ſicuti minus calidas, uel frigidas, atq; huiuſmodi, in quibus pauciores fuerint ordinū graduumq; numeri illi: ita quidem, ut ſi, uel infra quattuor, quæ octonarij medietas eſt, numerus fuerit, tres puta tantùm caloris, quinque autem frigoris, aut caloris duo, & frigoris ſex, gradus, ordineſue, appellaturi tamen ſint

calida adhuc quibus hoc contigerit, quamuis solum parte ex aliqua ita sint. Sic quidem calida in uniuersum pronuntiarunt animalia cuncta aliquando, quorum tamen non pauca, si rectè expendantur, frigida certò habenda esse experimur, nempe humanum corpus temperatè constitutum refrigerantia: ut salamandra, ut rubeta est. Quod non sine ratione aliqua fit. Etenim philosophi, cū rerum in uniuersum, atq; in commune tractandas, diligenterq; introspiciēdas naturas proposuissent sibi, calidum dicere, in quo caloris omnino aliquid inesset, sicuti frigidum, in quo frigidi, posse uisi sunt: præsertim ubi operis aliquid apparet, rerum harum indicio: quemadmodum caloris in animalibus, uel omnium confessione, benè frigidis, ex uita, uitæque operationibus omnibus, quę non nisi calore omnino aliquo constant. Hoc philosophi. At medici, quorum artificium est, (atq; ars omnis, testante hoc Platone quoque, medij semper alicuius inspectione utitur) consideranda necessario habuere qualitatum omnium media, quorum respectu reliqua talia, aut talia dicerentur, contingererque ita, ut melius, ac rectius multò, corporibus hæc, aut in medio positis conseruādis, aut medium ultra delatis ad medium reuocandis applicarentur. Ita hîc quoque, quinque illi primùm, tum deinde & tres, quos hîc appellat numeros Galenus, ultra medium temperamentumq; accipiendi uenient: ut ex quinque & tribus numeris, qui octo in totum faciunt, quartus exeat numerus, siue ordo, gradusque, calefaciendi, aut frigefaciendi, siccandi, aut humectandi. Quandoquidem, sicuti optimè docemur ex Alchindi de compositorum medicamētorum gradibus libello, qui medium ultra, & temperamentum accedunt, gradus, eos per augumentum dupli, ut ille loquitur, accedere semper necessum sit. Quam rationem hoc loco sequutus fuisse uidetur Galenus, sed simplicē magis: scilicet ut duplicatis qualitatum supra temperamentum intensionibus tantum, qui numeri duo sunt, primus existat ordo, gradusq;: bis aūt facto eodem, qui quattuor erunt, secundus: ter, qui sex, tertius: quater, qui octo, quartus. In quibus quot introducentur caliditatis ultra medium auctæ gradus, tot perire contrariæ qualitatis, quæ frigiditas est, gradus necessum erit, unum, duos, tres, quattuor, inque eorum locum caloris tot succedere, præter medij quattuor illos, qui cum frigiditatis quattuor alijs hoc ipsum medium constituebant, quintum, sextum, septimum, octauum. Alchindus aliam excogitasse uidetur, sicuti subtiliorem hac, ita difficiliorem, intricatamq; magis, ac difficultatibus implicatam nonnullis. Facit enim uirtutem primi gradus duplam eius, quod est in æquali, siue temperamento: secundi autem duplam itidem primi, eiusq;, quæ in temperamēto inuenitur, qualitatis quadruplam: tertij item secundi duplam, & æqualis siue temperamenti octuplam: quarti itidem tertij duplam: propè ut ad soritem hoc pacto accedat. At nostra, quam Galeni hîc esse credimus, simplicior multò, atque expolitior, & in qua non minus tamen seruari dupli proportio illa posit: duplicati quippè numeri gradus facient, & ordines. Duo enim qualitatis intensioris numeri primum constituent, quippè bis unus, duo: secundum quattuor, idest bis duo, quippè bis duo quattuor: tertium sex, idest bis ter, quippe bis ter sex: quartum octo, scilicet bis quattuor, quoniam bis quater, octo. Hocque pacto, componendorum medicamentorum, cuius rei gratia cuncta hæc dicuntur, explicatior semper sese offeret ratio: quantò quidem paucioribus numeris, simpliciorum medicamentorum ordines constiterint, siue gradus. Cęterùm qui compositorum medicamē torum graduationis (ut ipsi aiunt) modum in eo ponunt, ut in ex cessu à medio contrarij una semper imminuta intelligatur pars: si primus sit à medio in calidum excessus, contrarij frigidi una ut pars pereat, earum quæ quattuor erāt, ac tres tantum restent: si ad secundum, duæ frigidi reliquæ sint, manentibus calidi quattuor semper: si ad tertium, quattuor itidem calidi maneant, frigidi relicta una, quę rursus in quarto ad calidum excessu pereat tota: hi inq; ita arbitrantes

quarto ad calidum excessu pereat tota: hi inquam ita arbitrantes, locum Galeni hunc inexplicatum relinquere cogentur, octo, ut uidemus, ponentis, non quattuor. Et quonam tandem modo quæso remanere quattuor illi semper caliditatis à medio excessus poterunt, pereuntibus contrariæ frigiditatis tribus, duabus, una, quattuor partibus? Quærò enim, in primo ad caliditatem à medio, in quo caliditatis quattuor, ac quattuor frigiditatis partes sunt, excessu, pereunte frigiditatis una, & manentibus tribus, nũ facta auctior caliditas sit, utique facta: multoque magis, ubi duæ tantum factæ frigiditatis reliquæ partes fuerint, unáue, aut nulla: augescet enim in his magis semper magisque calor, uiresque assumet ad agendum, maiores. Cur igitur quattuor semper audio solummodò calidi portiones, cuius necessariò diuersæ, maioresque, ac minores edantur operationes, quas inprimis spectare medici solemus, ac debemus? Et cur, pereuntibus frigiditatis partibus, una, duabus, tribus, quattuor, non rectè illarum occupare locum posse dicetur caliditas maior facta, atque aucta, non quidem quãtitate, sed qualitate sua intentior, nempè calidior, quo plus frigiditatis discesserit, inuecta semper caliditate maiore, scilicet calidiore? Qui gradus quidam qualitatis sunt, hic quoque ita censendi ex qualitatis augumento: ut propterea primus à medio in qualitatem aliquam excessus, calidam, puta, aut frigidam, ultra medij portiones intelligendus semper sit. Vt si medium forte caliditatis quattuor, ac frigiditatis quattuor simul constituant: à medio excessus in hanc, illamúe partem, ultra medij ipsius portiones, quæ iam quattuor erant, excessisse accipiatur, ad frigidum calidumúe, siccum humidumúe. Gradusque ideo, atque ordo excessionis primæ, calidi, (uerbi gratia) futurus qualitatis ipsius numero quintus sit: secundæ sextus, tertiæ septimus, quartæ octauus. Quattuor autem tantummodo dicuntur, quoniam quattuor priora medium, siue temperamentum constituentia illa, in numerum hunc non ueniunt. Rectè quidem, propterea quòd excessus hi dicuntur, ac sunt: at in medio excessus nullus: non igitur numerantur, sed nec nominantur quidem, quamuis sint, & intelligantur. Cum quattuor quidem contrariæ qualitatis alijs medium temperamentum pariter quattuor ipsa constituunt.

CAP. IIII.

Ἐξ ἐναντίων δυνάμεων συγκείμενα. *Ex contrarijs facultatibus composita.*) Non secus, ac ex ærugine, oleoque, et cera parabatur medicamentum.

παντάπασιν ὀλίγας φλεγμονὰς ἀδίως χρονιζούσας, ἐφ' ὧν οὐδὲν ἐπιῤῥεῖ. *Paucas omninò phlegmonas diuturnas sciens, in quibus nihil affluat.*) Nouus enim semper, & assiduus affluxus, materiam phlegmonæ nouam suggerit, ut cessare, soluique ex toto nequeat. Quæ igitur erunt phlegmonæ, quæ quamuis nihil affluat, perstant tamen: nempè eæ, in quibus uelut cuneata materia prior, crassa, glutinosaque fuerit.

ποτὲ μὲν οἴνου προσλαμβάνον, ἢ ὄξους, ἢ ὕδατος. *Quandoque quidem addito uino, aut aceto, aut aqua*) Vino, cùm desiccatione paulò maiore indigere uidebitur phlegmone: aceto, cum humor crassus, glutinosusque fuerit, qui incidi, ac detergeri cum refrigeratione postulet: aqua, quoties humectari phlegmone uolet, iusto siccior.

Καὶ μηλίνου πολλάκις. *Ac cum melino sæpe.*) Ex cotoneis oleum intelligitur.

Καλκίτεως οὐγγίας δ'. *Ac chalcitidis uncias quattuor.*) Chalcitim quum hodie non habeamus, quæ ueram colore ac substantia, reliquisque notis referat, utique natiuam: atramento sutorio pro ea utimur, nobiliore, quodque notis suis illi alijs magis proximè accedat. Alioqui in chalcitim tempore ipsum quoque transire solet: ut factitia hoc etiam pacto uti nobis liceat. Succedere in

reni locum huius cuperosa pariter ipsa, quæ ita dicitur, non incommode poterit.

Κατὰ τὴν τῆς καλουμένης σπάθης χρεῖαν. *Ex usu eius, quæ spatha vocatur.*) Hodieque nomen retinuit, ac uulgo officinæ diminutiuo utuntur, spathulam dicentes, quo Celsus quoque uocabulo usus fuit. Et est spathe Dioscoridæ arboris palmæ pars, spissandis unguentis utilis.

Θέρους δὲ χρὴ καὶ κατ᾽ αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἡμέραν. *Aestate verò præstat etiam eadem ipsa die.*) Id quum facere nobis his in locis non liceat, non enim in promptu nobis palmæ sunt: eundem usum præstare uidebuntur posse satis salices: & quidem præstant.

Ἐν γοῦν τῇ ῥώμῃ πλείστων γιγνομένων τούτων. *Roma quidem quum plurima huiusmodi fiant.*) Non semel damnatum uidemus à Galeno Romanum cœlum humiditatis nimiæ, affectionumque, quas fluxiones excitant, atque huiusmodi, & hæmitritæi.

Καθ᾽ ὃν οὐκ εἰσὶν ὀδύναι σφοδραί. *In quo uehementes dolores non fuerint.*) Irritantur enim tunc, ac ueluti exasperantur, nimis adstringentium usu, cuiusmodi foret emplastrum, cui pro quattuor, sex additæ essent chalcitidis unciæ.

Καὶ ξύων τῇ σπαθομήλῃ. *Ac spathomele deradens.*) Idem, quod σπάθη, nisi quod ex uocis μήλη additione formatam in specilli speciem spatham significare potest. Est quidem μήλη specillum. Erit igitur rudicula, siue tudicula etiam fortassè in hunc modum facta.

Ἐάν γε μὴ ὀδύνη σφοδρά. *Nisi dolor vehemens quispiam.*) Magna doloris semper habenda est ratio in omnibus, si nimius fuerit, ac tantus, ut affectus inde morbosus augescat, uel uires debilitentur. Dicuntur autem cuncta hæc de phlegmone, cuius resolutio tandem speratur, ex difflatione, uel euaporatione materiæ facientis phlegmonem, aliqua, non autem quæ suppuretur.

Ὡς μηδόλως γοῦν ἐκεῖνον περὶ τὸν καιρὸν μιγνύσθαι τι τοῦ οἴνου. *Sic, vt per id temporis nequaquam vini quicquam admisceatur.*) Hoc enim ex austeris aliquid esse iusserat: at austera cuncta humorum discutiendorum dissipationi maximè obstant.

Ἢ τὸ ἰστρικόν. *Vel Istricum.*) Diximus alibi, non ab Istro fluuio, sed regione, quæ Istria ipsa est, dici oleum hoc.

Ἐπιτήδειον δὲ παλαιόν, ἢ κίκινον. *Idoneum est vetus oleum, vel cicinum.*) Vicarium legimus alterius sæpe alterum, duo hæc, cicinum oleum, & uetus.

Βραχὺ πλέον ἔστω σοὶ τοῦ ἐλαίου τὸ φάρμακον.) Deest aliquid, uel inuersa sunt quędã. Mox enim dicet: ὡς εἶναι δέκα μὲν οὐγγίας τοῦ φαρμάκου, τοῦ δ᾽ ἐλαίου λίτραν μίαν. Nõ obscurè plus esse debere olei, quàm medicamẽti, innuens. Vel igitur addendum ἢ, ut sit, τοῦ ἐλαίου, ἢ τὸ φάρμακον: Paulo plus tibi sit olei, quàm medicamentum: uel ita legendum: βραχὺ πλέον ἔστω σοὶ τὸ ἔλαιον τοῦ φαρμάκου: Paulo plus tibi sit oleum, quàm pharmacum.

Κύστιν ὑείαν ἔχοντος προσδεδεμένην. *Suillam vesicam habente alligatam*) Hodie quoque eodem modo nostrates fœminæ utuntur.

Ὑποκειμένης τῆς ἀγγείῳ, καθ᾽ ὃ τήκεται, κακκάβης. *Supposito vasi, in quo liquatur, caccabo.*) Qui duplicis uasis modus est, alibi ab authore eodem diplomatis dicti.

Ὡς σύστασιν ἔχειν ὑγρᾶς κηρωτῆς. *Vt consistentiam retineat humidi cerati.*) Quæ erat, ut paulo antè dictum fuit, μετ᾽ ἐλαίου πλείονος: cum plusculo oleo.

Εὔδηλον δ᾽ ὅτι καὶ οἴνου μεμῖχθαι χρὴ τῷ τοῦτο δράσοντι φαρμάκῳ. *Patet autem vinum insuper adijciendum esse medicamento, quod præstare hoc debeat.*) Propter uim exiccandi insignem, simul & partes ipsas roborandi facultatem, ex naturæ familiaritate quadam.

Εὐθέως αὐτῷ χρῶνταί τινες, οὐδὲ προεπιβρέξαντες τὸ τραῦμα. *Statim vtuntur eo quidam, neque irrigato prius vulnere.*) Vtpotè cui intantum fidant, ut uel sine ir-

sine irrigatione præstare quod satis sit, queat. Quidam autem dixit, nam alij post chirurgicum opus confestim, hoc est, post exectionem imponebant: alij cum irrigationibus simul, & cataplasmatis: iuxta ea, quæ suprà scripta leguntur de hoc eodem, his uerbis: ἔνιοι δὲ καὶ τῶν τὰς κόλλας τεμνόντων πολλοὶ μετὰ τὴν χειρουργίαν εὐθέως ἐπιτιθέασιν αὐτό, μετά τε τῆς ἐπιβροχῆς, καὶ τῶν καταπλασμάτων διαφερομένοι.

Ἐπιδέσμοις δὲ περιλαμβανόμενον τῷ τρόπῳ καταγματικῆς ἐπιδέσεως. *Vinculis verò circumductum in modum ligaturæ fracturis conuenientis.*) Quam ab Hippocrate docemur in libro de Fracturis, non multo post principia. ἐπειδὰν ἐπιδέῃ ὀρθῶς τὴν ἀρχὴν βαλλόμενος, κατὰ τὸ κάτηγμα, inquit.

Κακοχύμου δ᾽ ὄντος τοῦ σώματος, ἢ καὶ λίαν αἰσθητικοῦ. *Sed si mali succi sit corpus, aut valdè sensibile.*) Aduertendum de stupefacientium hoc loco usu, qui uideri alicui posfit non necessarius, & necessarius tamen est, præsertim his casibus, mixturaque hac. Nam & in cacochymo corpore ad partem affectam fluent humores facilè, non nimium negotium exhibituri, si praui, uitiosiq; fuerint; & ut nihil horum sit, si tantum sensu præditum insigni corpus fuerit, idem fiet, affecta parte, dolenteque, facilè affluentium humorum copiam exceptura ob imbecillitatem, non minus doloris sensu attractorum. Hyoscyamus igitur additus, aut mandragoræ succus, neque nimis tamen, utrumque prohibebit, repulso ex frigiditate cacochymiæ affluxu, & retuso doloris sensu, sopiendi facultate.

Ἐὰν γὰρ ὑπὲρ τὸ πλεῖον συμπαγῇ τὰ ἐκχυμώματα, δυσδιαφόρητα γίνεται. *Nam si iusto plus constipentur ecchymomata, ægrè dissolubilia fiunt.*) Hoc porrò uinum faceret, adstringendi ui præditum. Accedit etiam ex eodem resiccatio nimia, qua effusus de uenis exiguis sanguis (hoc enim ecchymoma est) sub cute durescit, & discussioni ineptus redditur. Vulgo sanguinem mortuum dicunt. Quod genus, hyposphagmata quoque, & hypopia habentur, siue sugillata.

Καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα χρῶμαι, καὶ μάλιστα φλεγμονώδη. *Atque ad erysipelata vtor, potissimum phlegmonosa.*) Siquidem hęc, quò plus phlegmones retinuerint, eò magis euacuari postulabunt, quod partim materiam repercutiendo assequimur, partim eandem discutiendo: quorum utrumq; medicamentum hoc habet. Itaq; etiamnum magis phlegmonæ erysipelatosæ egebunt huius: erysipelas autem, ualdeq; erysipelatosi tumores, refrigerari magis uolent, quàm euacuari: quamquam & euacuari.

Κάλλιστον μὲν γὰρ πρὸς ἐρυσιπέλατα τὸ τοιοῦτον. *Optimum enim ad erysipelata, huiusmodi.*) Eadem ratione, quam modò attulimus. Refrigerationem enim quum inprimis exposcant erysipelata, sale carens oleum longè magis conferet: calidus enim sal.

Παραχρῆμα μὲν ἐπιτιθέναι χρὴ τὸ διὰ φοινικίνης τακείσης ὑγρὸν φάρμακον, ἔχον οἶνον. *Extemplo quidem imponere opus est palmei liquefacti humidum medicamentum, vinum habens.*) Ob scarificatas, ac proinde uuln..atas partes additum uinum crediderim, ad resiccandum simul, & humiditatem aquæ calidæ effusæ tollendam. Ea porrò ut sequatur resiccatio, id una fieri posse die uisum Galeno est.

Ἥτις ὡς τὸ πολὺ κατὰ δυσκρασίαν ἀποτελεῖται ψυχράν. *Quæ plurimum ex intemperatura frigida.*) Intemperatura, quæcunq; tandē fuerit, imbecillitatem afferet parti, quandoquidem eidem robur suum constat ex temperamento proprio: sæpius tamen ex frigido id euenit, ob cruditatum, pituitosæq; materiæ redundantiam, ex inordinata uictus ratione, qua facilè degrauatur natiuus calor, ac noxam contrahunt partes frigidiores, ex materiæ talis præsentia, ideoque imbecilliores factæ, ac rheumaticis affectionibus expositæ: quod tamen interdum ex calida quoq; causa contingat. Ac, quemadmodum uentriculi imbecil

litate

litates, quod libro therapeutices Methodi ſeptimo dicebatur, cibis adſtringentibus, & ſubamaris, ceratisq́, & epithematis calidis, aromatumq́ multitudine, poſtremò etiam rubificantibus, aquarumq́ ſponte naſcentium uſu curabant empirici omnes, & dogmaticorum nonnulli, quòd maiori ſanè ex parte eueniret, ut frigiditas imbecillitatis in cauſa eſſet, quum tamen non deeſſent, quæ frigidorum quoque uſum expoſcerent: ita, eodemq́ modo, ſed conuerſa tamen ratione quadam, errabatur ab his, qui cenſebant, partes corporis ſemper ob multam caliditatem rheumaticas affectiones incurrere, quum à frigiditate quoq́, & quidem ſæpius incurrant; quemadmodum ſępius etiam oſtenſum, imbecillitate ob frigiditatem uentriculum ipſum affici.

πάλιν δ᾽ αὖ σφοδρῶς ἰσχυρῶς στύφον ταῖς ῥευματικαῖς διαθέσεσιν ὄγκους. *Rurſus uehementer conſtipans in rheumaticis affect. bus tumores.*) Ex diuerſa ratione, cauſaq́ diuerſa, idem (ut ſæpe in alijs quoq́ fit) produci affectus poterit. Sæpius tamen uidemus, ac tantùm non quotidie contigit, ut diſcutientium, diſsipantiumq́ue uſu medicamentorum nimio, nimisq́ feſtinato durati tumores propè lapideſcant, dolorisq́ ſenſum, adeoq́ ſenſum omnem amittāt. Quod factum quum fuerit, ut nec doleant, nec ſentiant omninò quicquam dureſcentes ita tumores: tum verò nulla ſupereſt amplius diſcutiendorum ſpes. Mirum magis ſit, idem ex cōſtipantiū adſtringentiumq́ contingere uſu poſſe: itaq́ rarius de hoc audimus, aut legimus: & ſubeſt tamen ratio, quamobrem fieri id poſſe credamus, duplici de cauſa: & quòd conſtipantia, ſi uehementer hoc præſtant, atq́ adſtringentia repellere contentam tumore materiam, pręcipuè uerò tenuem poſſunt, relicta craſsiore, tanquam propulſioni minus apta: & quòd reliqua facta hæc, adſtringentium uehementiore facultate ſtipata, denſataq́, accipere haud ita ſanè difficulter duritiem indiſſolubilem poterit, ceu congelata. Quæ ipſa pariter, congelatio inquam, non minima, neq́ infrequens eſt, duratorum humorum cauſa, quos ſchirrhos nuncupamus.

CAP. V.

οὐ μὴν ὁ δ᾽ ἐμπλαστικῆς ἐστι δυνάμεως. *Sed facultatis emplaſtica eſt.*) Solius ac per ſe intelligendum: aliorum autem additamento emplaſtica uis accedet medicamento.

τὴν λιθάργυρον δὲ δι᾽ ὀξελαίου μὲν ἕψων, θᾶττον τήξεις. *Argenti porrò ſpumam ex oxeleo quidem coquens, citiùs eliquabis.*) Nimirum cùm oleo acetum ob partium tenuitatem ac penetrandi uim, altius ſe induet ad profundum, per omnia, eliquādæ citius argenti ſpumæ, quàm cum oleo aqua faceret, licet ipſa tenuium quoque partium ſit.

Ἀνεαποσπάστου ἐστι.) Legendum δυσαποσπάστου. De emplaſtro dictum, quod non facile decidat de corpore, ſed cuti adhæreat per ſe ſine faſcijs. de hoc enim mox dicetur infra: οὕτως γίνεται δυσαποσπαστότατον, ὡς μηδὲ λουομένων ἀπορρεῖν.

CAP. VI.

πρόδηλον δ᾽ ὅτι κνήσμασι, καὶ ἀποσύρμασι. *Manifeſtum autem, quod cnecmaſi et apoſyrmaſi.*) Parua hęc ſunt ulcuſcula, qualia pruritus ferè excitat, non multo ultra cuticulam. addit enim mox: καὶ συνελόντι φάναι μικροῖς ἕλκεσι. Dicere ἀποσύρματα, deſquamationes poſſumus ſiue excoriationes. Alibi Galenus: τάχιστα, inquit, ἐπουλωθέντος αὐτοῦ, τὸ συνεχὲς εὐθὺς ἐπὶ πολὺ ἀπέδαρη δέρμα, καθάπερ ὑπὸ ἀποσύρματος. Cum celerrimè obducta cicatrix fuiſſet, continua mox cutis decorticata, ſiue excoriata fuit, tanquam apoſyrmate. Vt excoriari in affectu eo cutim omninò appareat, & corium. Ac non multò infrà: πολλάκις, dicet, οὕτως ἀποσεσυρμένον, ὡς ἀποκρέμασθαι τὸ δέρμα, μετὰ τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς, ἐπιθεὶς τὸ φάρμακον, ἐθεασάμην ἑνωθὲν αὐτῇ τὸ ἀποσεσυρμένον. Abductam abſtractamq́ à carne cutim, ut penderet, atque eādem carni rurſus unitam audimus: hoc enim ἀποσύρω, & ἀποσύρομαι eſt: abducere, & abſtrahere: unde ἀπόσυρμα ſicuti ἀπόσπασμα, quum auulſæ diſpeſcuntur partes inuicem.

Ἐντεῦθεν δὲ τὰς κατὰ μέρος ὕλας διέρχομαι. Hic autem particulatim materias percurro.) Locus sophisticis cauillam entis expositus. Dicent enim: quomodo κατὰ μέρος, si κατὰ γένη inscribitur opus? sed κατὰ μέρος intelligendum hic generalium, & communium sermonum respectu, quos tertio therapeutices methodi libro habuisse se dicat: ὡς καθόλου καλοῦσιν, inquit: quos uniuersales appellant. in uniuersum, atque in commune tradentes, quæ, qualesúe cuique uulneris, siue ulceris differentiæ, medicamentorum facultates conueniant ad sanandum. Hic autem particulatim traduntur exempla medicamentorum, harum illarumúe facultatum, sed quæ tamen affectibus omnibus, omniúmque corporis in parte conueniant: quod rursus κατὰ γένη erit: ut initio dixisse meminimus. Quemadmodum plantas quoque, & animalia distingui per genera multa uidemus, quod κατὰ γένη est: ad eundem modum emplastrorum, & medicamentorum hoc genus, esse κατὰ γένη diuisio ac compositio poterit: quoniam eorum alia alba, uiridia alia, fulua, melina, cephalica, catagmatica, epulotica, & id genus, alia.

Κυρίως μὲν γὰρ καὶ πρώτως τὰ τὲ διαφορεῖντα, καὶ τὰ τὰς κράσεις ὑπαλλάττοντα πρὸς τὸ ξηρότερον, ὀνομάζεται ξηραίνοντα. Propriè nanque ac primo quæ digerunt. quæque temperamentum ad siccius mutant, siccantia nominantur.) Calida siccáque esse oportet quæ materias dissipant, & discutiunt: calida igitur, siccáque propriéac, primò meritò dicentur: temperamentum quippe ad siccius per se mutant, quod repellentia non faciunt. Hæc enim nihil aliud, quàm materiam, cùm quæ fluit, tùm quæ iam affluxit, loco que continetur, retrò pellunt, siccitatis nihil præterea inuehunt: ne humescant tantum partes, prohibent. At id resiccare non est, nisi ex accidente, quatenus scilicet non humectæ partes, facilius deinde euaporatæ siccantur.

CAP. VII.

Μεταβαίνειν δὲ ἤδη καιρὸς ἐπὶ τὴν δι' ἐλαίου συντιθεμένην. Transire autem iam tempus est, ad compositum ex oxeleo.) Aceto nimirum, & oleo, & lithargyro, siue argenti spuma. Tripharmacum habent officinæ, & emplastrum, & unguentum, ex iisdem parata, quamuis diuersis ponderibus: differuntque coctura quæ in unguēto non multa requiritur. Quin usus esse argenti spumę etiam per se potest, χωρὶς ἑψήσεως, ut mox dicetur, absque coctura: quomodo addi & acetum, & oleum potest, ad diuersos usus.

CAP. X.

Τρίβειν μέντοι πλείοσιν ἡμέραις. Terere nihilominus pluribus diebus.) Hanc diligentiam hodie desideramus, in pharmacopœis nostris, non hoc solùm in negotio, sed in multis prætereà aliis, ac plerisque, si ritè expendamus.

Καὶ μάλιστα τὸ κέντριον. Ac maxime centrium.) Hoc quid sit quærens non inuenio: itaque in medio relinquo. κέντρον quidem stimulus, & aculeus est: ut diminutiuum huius esse possit κέντριον.

CAP. XI.

Ἡνίκα δὲ διαφορῆσαι τι βουλόμεθα, βελτίων ἐστὶ μολυβδαίνης λιθάργυρος. Quoties verò discutere aliquid uolumus, melior argenti spuma.) Propterea quòd plumbaginem similem argenti spumæ uim possidere ait Galenus libro de simplicium medicamentorum facultatibus, nono, nisi quòd à temperie paulum ad frigidum recedit, cuiusmodi nullo modo erunt quæ discutiendi facultate prædita sunt.

CAP. XII.

Διὰ αὐτὸ δὲ τοῦτο, καθ' ὕδωρ ἐπιβάλλειν, μήτ' ἔλαιον μιγνύειν. Atque ob hoc ipsum neque aquam multam, neque oleum miscere.) Vtrumque ob festinatam ab igne remotionem. Nam & aqua ut absumatur tota, longiore ad ignem mora opus habebit, & oleum, ut consistentiam emplastro addat.

Πρώτη μὲν ἡ τερεβινθίνη, δευτέρα δὲ ἡ λάριξ ὀνομαζομένη. Prima quidem terebinthina, secunda quæ uocatur larix.) Fortior igitur è larice, quam ex terebintho, resina: quod hoc quoque tempore uerum esse experimur. Atque hîc pro resina,

arboris positum ipsius nomen uidemus.

γολυδ' ἀναφίεσθαι γίγνεται πάντα. *Multò autem magis tangibilia fiunt cuncta.*) Meliorem multò consistentiam accipiunt: ut id intelligamus, quod suprà non semel δυσαποτρίπτου dictum est: ἀναφὲς hoc loco interpretor ego, quod tangens, uel ex tactu melius ac facilius adhæret: de consistentia enim, emplastro conuenienti agitur, & de colore mox.

Καὶ τὸ καλούμενον φύσημα. *Et quod physema vocatur.*) Resina ex picea, pinuque peculiariter φύσημα dicta. Infrà, libro secundo, ἐπιβάλλε, dicet, τὴν πιτυΐνην ῥητίνην, ἣν ἰδίως καλοῦσι φύσημα. Inijce resinam pineam, quàm propriè physema uocant. Hanc nunc rasam uulgo in his regionibus dicimus, decurtato parum à resina nomine. Piceæ apud nos detrahuntur magis, quàm pino; densæ, ac grumosæ: atque arborum cortici duplicato, uirginis quibusdam in uasculi formā consuto inclusa uenditur, obturandis uasorum, qua affluunt, rimis. cōcepto enim igne, quod facile fit, ignita ita stillatur, easque implet. πιτυΐνη dicta, idest pinea: cùm interea, apud nos quidem ex picea potius sumatur, quæ πεύκη est. Veteres autem multi πίτυν, & πεύκην pro eadem arbore deputasse uisi sæpe sunt.

Ὅτι δὲ καὶ συνουλουμένοις ἤδη τοῖς ἕλκεσιν ἡ σύμφυσις ποιοῦσα ὠφέλιμος ἐστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. *Quòd porrò, quum iam ad cicatricem ducuntur vulnera, adstringens qualitas cōferat; nemo ignorat.*) Densanda quippe, stipandaque inprimis cutis, uel quod loco cutis futurum est, cicatricibus obducendis, & egregiè siccanda, ex tertio Therapeutices. ἐπεὶ τοίνυν τὸ δέρμα ξηρότερόν ἐστι, καὶ πυκνότερον, ἀεὶ ξηραίνομεν, καὶ σύμφημεν τὴν σάρκα, λέγματι προσαπλήσιον ἐργασόμεθα.

CAP. XIII.

Καλεῖται γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων, ὁμωνύμως ὁ λιτραῖος σταθμὸς τῶν στερεῶν σωμάτων τῷ λιβραίῳ μέτρῳ τῶν ὑγρῶν. *Dicitur enim aequiuocè à Romanis librale pondus solidorum corporum, cum librali mensura humidorum.*) Humida metimur melius semper, atque expeditius: sed & frugum omnium grana, & alia quædam: quæ tamen ponderare omnia possumus, ac semel ponderibus suis expensa uasis accommodare ponderum eorum capacibus, expedita magis coemundis deinde ita, aut diuendendis, aut permutandis rebus, ratione. Quę uasis capacitatas si unius, ut puta uel alterius libræ fuerit, unius quidem, uel duarum rem esse librarum dicemus, sed æquiuocè, quippe iam metiti solummodò fuerimus, non etiam ponderarimus. Libra autem à librando dicitur, quod pendere est. Quamobrem mensura, rectius diceretur, ac uerius, unius, uel duarum librarum capax: non libra, aut libræ.

Θεραπεύων μὲν οὖν λέγων τὸ φάρμακον τῶν γερόντων ἕλκη, καὶ ἁπαλοσάρκων, ἀληθεύει. *Sanare itaque dicens medicamentum hoc senes, et molli carne praeditos, vera dicit.*) Eadem positos in classe uidemus senes, & mollis carnis, siue corporis: quorum tamen natura, proinde & temperamentum diuersum, si solidiores partes spectemus. Senum quippe siccæ, ac minimè molles, quamuis multa intereà mollitie ab extranea, ac superflua humiditate redundēt. Cæterùm quoniam non sicuti ætates aliás, quas similibus conseruatas cupimus, ita senectam quoque similibus conseruamus, sed, quum siccior fit, humectatam semper uolumus: eodem modo hic pariter humectatam, uel minus certè siccatā uelle debebimus. Qua etiam ratione mollioris carnis omnes tractamus, qui minus semper siccari postulabunt in vulneribus, minusque fortia ferent medicamenta: quod genus sunt pueri, eunuchi, mulieres & huiusmodi alij: tum senes non minus ipsi, dictis iam de causis.

Ἢ νῆστις δὲ καὶ ἔτι μέχρι πλείονος. *Vel multum iam ieiunans.*) Exacuuntur ieiunio humores, ac biliescunt facilè, ut qualitatem sæpe ueneficam, aut ueneficæ proximam acquirant: quando aliás quoque in corporibus nostris suboriri uenenosæ materiæ nonnihil posse, persuasum habemus ab artis nostræ coryphæis.

CAP.

CAP. XIIII.

καὶ μάλιστα τὰς ἐν δακτυλίῳ γινομένας. *Ac maximè, quæ in dactylio fiunt.*) Rectum intestinum intelligere possumus pro δακτυλίῳ: magis tamē placet si sphyncterem: is nanque annuli formam melius refert, qui δακτύλιος est.

CAP. XV.

τινὲς μὲν οὖν εἴκοσιν οὐγγίας ἔχειν φασὶν τὴν μναῦ, τινὲς δὲ ἑκκαίδεκα. *Quidam igitur viginti vncias continere aiunt vrinam, quidam sexdecim.*) Si rectè consulantur omnia, inuenietur urina continere libram & semissem: nempè uncias decem, & octo: duabus uncijs minus, quàm qui uiginti cōtinere dicebāt; & duabus plus, quàm qui sexdecim, facietque in totum minadrachmas centum quadraginta quattuor. Quod quidem pōdus multis in locis pro libra usurpatur: unciarum nimirum decem & octo: non ineptè. Nam sępe authoribus, libram, pondo, & minam pro eodem fuisse uidemus: non secus, ac ueterum mina pro libra sæpe usurpabatur, ueterum etiam illa, quæ nostra nunc medica est. Quamuis hanc drachmis quattuor mina superaret, drachmas centum pendens. nam libra medica nonaginta sex tantum. Eodem modo factum, ut posterior mina aliter ab alijs sumeretur, libra tamen à multis: sicq; etiam nunc. Scilicet libram alibi, prę ter medicinalem, decem & octo haberi unciarum uidemus, idq; frequentius, ut diximus: alibi etiam sexdecim tantum Vt mirum futurum non sit, si alicubi etiam ad uiginti accedat, quæ Alexandrina mina erat, ac centum & sexaginta drachmas pendebat, ut in sequentibus sæpè dicetur.

γένοιτ' ἂν γλισχροτέρα μὲν ἡ ἔμπλαστρος. *Fieret vtiq; glutinosius emplastrum.*) Quale suprà non semel dixerat, δυσαπόπλυτον.

κολοφωνίας, καὶ φρυκτῆς ὀνομαζομένης. *Colophonia, & Fricta vocata.*) Non quidē quòd Colophonia fricta omnis esset, quandoquidem uel Dioscorides ipse de resinis loquens, liquidam pariter agnoscit colophoniam: sed quòd præcipua ea esset, quæ è Colophone exportabatur, cocta, frictaq; Colophoniæ.

παραπλήσιαι γάρ πως εἰσιν. *Similes enim quodammodo sunt.*) Vtcunq; uerò similes sint, paulo tamen laricca mitiorem esse terebinthinam, dictum ante ab eodem meminisse debemus.

ἢ πάντως ἂν ἐγεγράφει λίτρας. *Vel omnino scripsisset libras*) Apparet ex hoc, libralem heminam fuisse uulgatam magis: Atticam autem minus hac pependisse, nouem, puta, uncias. Ferè autem minoribus sæpe ponderibus usi fuisse uidentur Attici, in multis: quos medici magna ex parte sequuti sunt. Nam & talentum Atticū minus multo alijs, & ita mina, & drachma fortasse, & hemina. Vernacula inquam ista si intelligamus Atticæ regionis: nam alterius generis usurpari ab ijsdem potuisse quandoq; pondera, sicuti & mensuras, non negauerim. Alioqui hemina oleum si accipiat, minus pendet, quàm si eadem uino impleatur, ac uino ponderosius etiamnum mel inuenietur, adeoque libram ipsam excedet. Vt non immeritò hoc loco olei heminam Galenus unciarum tantùm nouem statuerit, quæ in libra Romana sunt, uncias duodecim pendente, si ad libellam exigatur.

καθάπερ ἔνιοι φασί. *Vt nonnulli inquiūt.*) Hoc nusquā ab authore ullo (quod quidem ego sciam) scriptum inuenietur, ut hemina ad tantum ponderis accedat.

CAP. XVI.

πρὸς τοὺς λυσσοδήκτους, τῶν δ' ἀκριβῶς καὶ πρὸς τοὺς ὑδροφόβας. *Ad demorsos à cane rabido, & timentes aquam.*) Non differunt affectus hi, nisi tempore. Dici nanque λυσσόδηκτοι possunt prius quàm aquam formident: quod posteà fit. Tunc & ὑδροφόβοι fiunt, adducto malo, quin potius detecto quod ante latebat.

λιβανωτοῦ ἀτόμου. *Thuris infecti.*) Integrum, ut puto, thus accipiendum esse uult in medicamenti compositionem, tanquam maiorem retinens facultatem: nam minutius paulò magis exhalatam hanc habebit.

paucissima, ut consistentia compositionis totius mollior existat. Itaque, rectius ut opinor, linimenta uocarentur ista: & haberemus, quo id, quod Græci χρίσματα & ἀλείμματα dixerunt, Latinè satis redderemus. Nam unguenti nomē melius conueniet ei, quod μύρον Græcis est. Horatius: Funde capacibus, unguenta de conchis, dixit. μύρων quidem usus in conuiuijs olim frequens. At quæ emplastra à nobis dicuntur nunc, fuerint ueteribus καταπλάσματα: quum tamen uocem medicorum multi hoc quoque tempore usurpant: significatione hac. Compositiones hactenus relatæ alborum emplastrorū, dici de cerussa possunt oēs, uarijs licet, ac diuersis ponderum aut mensurarum descriptionibus: atque hoc componendorum medicamentorum genus fuerit unum. Sequentur alia deinde uiridium ac fuluorum, aliorumque quorundam genera, quæ cephalica, quæ catagmatica, quę epulotica nominantur: mox ad neruos etiam facientia & polychresta: genus quęque suum, ac peculiare, cōpositionis medicamentorum constituentia. Vt non minus hac non de caussa non immeritò inscriptum opus totum κατὰ γένη sit.

IN LIB. II. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM

ΚΑΤΑ ΓΕΝΗ.

CAP. I.

Οἷον αὐτίκα κοῖλον ἕλκος ἀπερίστατον. *Vt iam vlcus cauum simplex sit.*) ἀπερίστατον dixit, quòd nulli affectus alij occupent, uel circumstent: non intemperatura, non humorum affluxus aliquis, non phlegmone, non denique tumor alius ullus: uno uerbo simplex dixerimus, rectè ut opinor: id nempe tantummodo, cauum vlcus, vbi quamuis affectus duo sint, soluta continuitas, et cauitas ipsa, quæ magnitudinis morbum facit, neuter tamen alteri impedimento erit in curatione, ut, si affectuum, quos modo enumerauimus, quispiam foret. Inde ἀπερίστατον ἕλκος dictum, circumstantijs nempè nullis quæ impedimento sint, negotiumúe curanti exhibeant, aut infortunium, quæ περιστάσεις Græcis dicuntur.

οὐχ᾽ ἕξει δὲ τὸ καλούμενον ἐχέκολλον, ὡς ἑλκόμενον ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείνεσθαι. *Non obtinebit hoc, quod vocatur echecollum, vt tractum extendatur plurimum.*) Cuius contrarium mox addetur, δυσκόλλητον, & ἰσχυρῶς ἀποσπώμενον. Vt facilè hinc pateat ἐχέκολλον illud esse, quod suprà non uno in loco δυσαπόσπαστον, καὶ δυσαφὲς dictum fuit.

CAP. II.

Καὶ καθ᾽ ἕτερον τρόπον ὑγρὰ, καὶ ῥυπαρὰ ποιήσει. *Et alio quodam modo humida, ac sordida reddet.*) Nempè colliquata, solutaque in humorem et sordes, corporis, quam attigerit, parte.

Ἰσχυροτάτη μὲν οὖν ἐστὶν ἡ στροβιλίνη. *Fortißima igitur est, strobilina*) στρόβιλος quum pinus ipsius fructus sit, collata inde uel ex ipsius nucleis quoquomodo resina, necessariò strobolina erit, quantum quidem iudicare ego possum.

Καὶ τὸ καλούμενον ἰδίᾳ προσηγορίᾳ πιτύινον φύσημα, ῥητίνη μὲν ὑπάρχον τῷ γένει καὶ αὐτό. *Et quod propria nomenclatura uocatur pincum ipsum quoque genere resina quum sit*) Hoc ego id (ut iam anteà dixi) esse crediderim, quod passim rasam nuncupamus: concretū, grumosumque, ac reliquis siccius multò: resinę genus, nunquam fluere per se uisum, nisi igne liquefactum distillet: ut meritò genere tantummodo resina dictum fuerit.

Γεννᾶται δὲ ὀλίγη πάνυ. *Generatur autem pauca valde.*) Colophonia nimirum, quā rursus hoc loco humidā liquidamque dici manere audimus, non secus ac abietinam: ita tamen, ut alteram omnium humidissimam different iam lariceæ faciat

nobis

Galenus. Nos quidem hoc tempore unam tantum nouimus è larice resinam, eamq́ bene humidam, fluidamq́ satis: ut hanc esse illam conijcere liceat, quæ haberi posit inter resinas; cui proxima abietina. Nostri abietis lacrymam appellant.

Ἀλλ' ὡς πρὸς τὸ πλῆθος ἐκείνων, ὀλίγον ἔμιξε. *Cæterùm ut ad illorum quantitatem, paucū admiscuit.*) Resinæ nanque, & ceræ quadringentæ in totum erant drachmæ: thuris uigintiquinq; tantum, quę sextadecima pars est duorum illorum, quum æruginis sint quinquaginta, quę octaua. At medicamentū quærēti siccās satis, non inconuenit æruginis quantitas ea. Quod si tamen medicamentum idem carne replens, ac mediocrium uulnerum adglutinans perficere quis uelit, non male thuris inijcientur quinquaginta drachmæ, pariter ut æruginis. αἱ πεντήκοντα δραχμαὶ καλῶς ἂν μιγνύοιντο, inquit. Quod de thure intelligendū: ut nimis parum uigintiquinq; drachmas illas esse probet. Nam si maiora uulnera, aut sanatu difficilia curare quis uelit, tunc minor quidem thuris quantitas conueniet: ipsæ, puta, drachmę uigintiquinque: quippe ita magis desiccans reddetur medicamentum, atq; efficacius.

Κολλητικώτερον τῶν ἐναίμων οἰνώδους ὄξους μιχθέντος. *Cruentaq́; magis adglutinans, uinoso aceto mixto.*) Propter resiccandi uim maiorem. Vinosum autem dixit acetum, non solum quod ex uino fit, quando ex alijs quoq; potionibus fiat sæpe, ut in Germania ex ceruisia passim: uerum etiam, quod uinosæ adhuc facultatis retineat aliquid.

Καὶ διὰ τοῦτο, κἂν ᾖ θερμότερα φύσει, χωρὶς τοῦ δάκνειν, θερμαίνει. *Ideoq́; etiam si natura sint calidiora citra mordicationem agūt.*) Et quòd aceti frigiditate retusa, minus incalescunt, eoq; minus mordicant: & quòd facile penetrabilia cum permeent, nec in meatibus hæreant usquam, ne morsionibus quidem ullis infestabunt. Actio nanq; omnis tempore aliquo fiat, necesse est.

Δακνώδης δ' ἐπὶ τῶν ἀπερισσάτων. *Mordax verò in simplicibus.*) Quum nec sordes habeant in his, quas detergant, neq; humores, quos exiccent, conuertent se medicamenta ad corpus carnemq́, quam uellicent.

Ἀλλὰ διδάσκοντες μὲν ταύτην πρώτην, ὕστερον δὲ ταύτην, ἢ καὶ δεύτερον, ἢ καὶ τρίτον παράδειγμα γράφοντες. *Sed docentes primām hanc, post quidem hanc verò unum, vel secundum, aut tertium etiam exemplum adscribentes.*) Quam quidem tradendæ doctrinæ rationem, non solum in negotio componendorum rectè medicamentorū, applicandorūq́ obseruatam ab eo fuisse uidemus, sed passim in omnibus propè. Huc enim spectant relatæ plerunq; historiæ cum alibi, tum in Therapeuticis ad rem commodè ac semper melius docendam.

Ἐννοήσας ὅτι καὶ κατὰ τὴν χρῆσιν γίνεταί τις σύνθεσις. *Considerans, quòd & in usu ipso compositio aliqua fit.*) Atq; hoc illud erat, quod suprà narratum fuisse memini: solita sæpius adhiberi medicamenta hæc ad usum oleo aliquo, aut melle, aut ui no iam aut liquore denique quopiam solutiora facta: quam secundam hic uocauit cōpositionem Galenus. Fiebat aūt quoties pro linamento uterētur: dum uidelicet linamentis eliquata ista illinebātur uulneribus inijcieda. Nam ex prima compositione, quæ emplastri, siue (ut nunc uocamus) cerati erat, in consistentia sua, uulneribus, ulceribusq́ imponebantur foris admota, quod hodieq; fit. In hunc sensum addentur paulò pòst à Galeno hæc uerba: ἐκ δ' ὅλου ἔτι, καὶ αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν, πρὶν τακῆναι, δύναται θεραπεύειν ἕλκη, καὶ τακεῖσα ἐν ἐμμότῳ γίγνεσθαι. Non obscurum & ipsum, antequam eliquetur, posse ulcera sanare, & eliquatum, linamentum fieri. Cuius planè rei innumera deinde habebuntur exempla.

Ψύχοντας μᾶλλον, καὶ ξύοντας. *Refrigerantes magis atq; deradentes.*) Quantum coniectura assequi possum, iubemur emplastrum, dum coquitur, circumducere, ac rude aliqua continuè uersare, quod officinæ uocant dastonare: ne, si hoc non fiat, atque, antequam ab igne remoueatur, uersatione diligenti non

ueluti subigatur, grumosa quædam frustula appareant. κηρίδας uocant, à similitudine ceræ, ut arbitror inæqualiter in grumos concretæ.

Σεραπιάδος βοτάνης. *Herba Serapiadis.* Herba etiam ὄρχις dicta Plinio, & Dioscoridæ, nostris uerò testiculus.

Ἀφροδᾶς δραχμὰς ιβ. *Aphrodas drachmas duodecim.*) Autoris medici nomen, medicamento æruginis rasæ drachmas, non ut priores, octo, sed duodecim addendas esse censentis: cuius posteà quoque fiat mentio non infrequens.

Ἐπεὶ δὲ μόσχειον ἔλαβε στέαρ, οὐκ ἔτ᾽ ἀκριβῶς δὴ λιπαρά. *Quoniam verò adipem accepit vitulinum, non tamen exquisite erit liten.*) Videtur simplicem magis quandam medicamenti compositionem indicare uox hęc: eiusque fortè, quod uulneribus tantum, quæ uulnera sunt, conferat, non affectui ulli alteri, quales uulnera comitari sæpe solent. Hoc loco adeps, siue uituli pinguedo addita emolliens facit emplastrum & concoquens: at hoc uulneribus coueniet humorosis, & quorum σκληρὰ labia fuerint. Compositio uerò ad uulnera λιπαρά, siccans magis esse debebit, non emolliens, quatenus quidem uulnera, sine ulcera, habentur.

CAP. III.

Ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς δυνάμεως. *Se iuxta facultatis communicationem*) Vt quamuis colorum quoque seruetur, facultatis tamen inprimis communicatio sit, quæ ordinem, & tractationem faciat.

CAP. IV.

Λέγω δὲ ξανθῶν μὲν, καὶ πυῤῥῶν. *Dico autem fuluorum, & flauorum.*) Flauus color aureus est ac splendescens, qui color in puellorum capillis commendatur inprimis. Non item fuluus: is enim satur magis est, nec tàm clarescens, ac iam rubri aliquid continens: ruffum quoque multi dixere: cuiusmodi nonnullorum barbæ sunt, & capilli, æri rudi, non autem orichalco similès: unde etiam Aenobarbi dicti. Neque dissimilis coloris arsenicum sæpè, & sandaracha uisitur. Melinus autē color, cydonei ferè est, dilutior: à quo transitus facilis in giluum, saturum magis: sicuti ab hoc in ruffum. Giluum κιῤῥὸν Græci dixere. Ideò emplastrum Galenus ex coctura melini prius coloris, fieri, tum & giluū dixit: nēpe κιῤῥόν.

Ἐν τῷ μετρίως, καὶ ἀδήκτως ῥύπτειν καὶ ξηραίνειν. *In modicè, & absque mordicatione abstergendo, ac siccando.*) Quæ duo necessaria ostensa sunt esse tertio Therapeutice methodi libro, sanandis uulneribus, propter geminum excrementum: tenuius, quod siccari postulat, & ἰχὼρ Græcis dicitur: crassius, quod detergeri, & ῥύπος est.

CAP. V.

Διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν καλλυντήριον ἔμμοτον σύστασιν ἐμβάλλειν κόλποις. *Propterea quod nō possit linamenti consistentia sinibus inÿci.*) Crassior nanque medicamentorum consistentia, quę linamentis inducuntur, est: at sinus, nisi magis fluidam, non facilè recipient, per omnia, ut mox dicetur.

Τοῖς δ᾽ ἁλσὶν οὐχ ὑπάρχει τοῦτο διὰ τὴν στύψιν. *Salibus autem non inest hoc ob adstrictionem.*) Quippè sal, quamuis non mediocriter desiccet, adstringendi tamen facultate, qua pollet, constipatas ulcerum impurorum sordities retinebit potius.

Αὐτοκράτορος ὁλογράμματος. *Imperator olegrammatus.* Qui sint libri ologramāti libro operis huius ultimo explicatum satis habetur: hi sunt enim, in quib. dictiones, uerbaque, integris characterum propriorū notis describunt omnia, non concisè, ut quum multi, dum breuiare uerba uolunt, literarum numerum imminuunt, & uel apicem affigunt, uel transuersa uirgula secant, ut idem indicent, uel tale quippiam, usitato Latinis æque, ac Græcis more, fit, ut uidere est in exemplaribus manuscriptis quibusdam. Præstat autē medicorum libros minimè haberi huiusmodi, præsertim qui medicamentorum compositiones continent. Nam quemadmodū medicamentorū componendorū ratio, uersib. tradita cōmendat magis, eò quòd non facilè uitiari scriptura possit lege metrica seruata,

CAP. XIIII.

ποτὲ μὲν ἀνιεμένῳ, ποτὲ δὲ ἀκράτῳ τῷ φαρμάκῳ. *Interdũ quidem dissolutio interdum quidem dissoluto, interdũ impermixto medicamento*) Syncerum purumq; intelligit medicamentum, quum emplastra substantia sua integra vulneribus imponunt; solutum autem quũ oleo aliquo accepto, ac solutiore consistentia linamentis in ducitur, uel hoc ipso quoq; dilutius factum sincibus, aut fistulis inijcitur.

Κινῶν ἀγχούσῃ, ὥστε χρωσθῆναι. *Anchusa circumducens, ut colorem accipiat.*) Propter anchusa radicem dictum, cuius ruber color, & sanguineus: ut accipere emplastrum colorem inde queat, si circumductione multa uersetur inter coquendum. Simul & facultatis acceperit ex eo aliquid sanãdis ulceribus, ad quæ commendatur anchusæ radix.

ὁτὲ μὲν ἐπιχρίων πτεροῖς. *Aliquando quidem pennis illinens.*) Modus, qui adhuc â multis seruat: ut inducant corporis partes, quæ illinendæ sunt, intinctis pennis oleo.

Καὶ ἀνελόμενοι εἰς μολυβδίνην πυξίδα. *Ac in plumbea pyxide reponentes*) Faciet & hoc non solùm ad conseruationem medicamenti, sed ut aliquid inde quoque ex plumbo facultatis, ac uirium addatur medicamento. quas sanè nõ paucas habet plumbum. Hacq; ferè ratione unguenta quædã paramus in mortario plumbeo, ex eiusdem materiæ pistillo, ad usus medicos: & elotum plumbum cõcinnari non alio modo solet. Possit igitur paulò lõgiore temporis mora in pyxide ex plumbi facultatibus aliquid mepicamento quoq; ipsi acquiri.

CAP. XVI.

Ελέχθη δὲ ἡμῖν ἔμπροσθεν. *Dictum autem à nobis prius est.*) Suprà hoc eodem in libro, quo loco simplicis Andromachi uiridis emplastri præparatio, ac facultas explicabatur, docebamurq; quo modo metallica, natura crassiora quæ sunt, tenuitatem acquirerent, diligenter ex aceto perfricta, quantùsque simul rei huius usus esset.

βλάβην μᾶλλον, ἢ ὠφέλειαν παρέξει αὐτά. *Nocumentum magis, quàm iuuamentum afferent ipsa*) Etenim sicuti tenuissima facta metallica, & in pollinem minutissimũ redacta, induunt se in meatus omnes facilè, adeoq; facultate sua medicamenta reliqua protundunt: ita & hærebunt, si crassiora fuerint, & ne promoueãt impedimento erunt alijs.

CAP. XVII.

Καὶ πάντων παραινούντων τὰ ἐμπλέοντα βαστάζειν. *Atq; omnibus admonentibus ut iunatantia auferrẽt.*) Segregata ab alijs ossa, ut squamæ interdum, & λεπίδες quædã sunt, non hærent, & loco mobilia suo fluitant, ut firmari proinde debeant. Iccircô de medicamenti uirtute loquens, ὥστε διατείχειν dixit: ita confirmauit, coercuit, compescuit.

τὸν δὲ ὀπὸν τῆς συκομόρου. *Sycomori verò liquorem.*) Prius dixerat sycaminum, nunc sycomorum: quoniam eiusdem plantæ nomen esse utrumq; Dioscorides quoque tradiderat.

Πίσσης οἰνηρᾶς. *Picis vinosa.*) Quæ sit hæc, mox explicat. Ea scilicet, quæ ex Italicis fictilibus defluens excipiebatur. Pice enim condiebantur olim uina, ac dolia simul ipsa linebantur: unde picata uina, & picata uasa. Ex quibus distillare facilè poterat, uini facultatem referens multum, pix: quam οἰνηρὰν nunc uocet, nempe uinosam, siue, ut interpres, uinariam.

CAP. XVIII.

Ἀλλὰ καὶ πολὺ μᾶλλον αὐτῶν. *Sed multo quoq; magis ipsis.*) Quippè, si ossa, facilius multò humores extrahent, trahi faciliores quàm ossa, quamuis crassi interdum sint.

CAP. XIX.

Ἀριστολοχείας δακτυλίδος. *Aristolochia dactilitidis.*) Longam puto ex hoc significari; ut à rotunda differat, in longum extensa, ut digitus.

Ἀνισομήκει, καὶ ἀνισοπαχῆ. *Inaequali longitudine, & crassitie.*) Vt quoniam, quo usui adhiberentur, medicamenti partium miscendæ tres rosacei cerati partes erant: pro affectuũ magnitudine, & qualitate diuersa applicari diuersis possent.

Καὶ καὶ πλατύσματι, εἶτα σπληνίῳ. *Vtitor platysmate, dein splenio*) Longiusculũ splenium fuerit, nec latum ualde, si modo splenis referre formam debeat: πλατύσμα multò esse latius, atque in partem omnem extensum magis, uel nomen ipsum indicarit satis.

Καὶ λιπεργίας, καὶ κόλπους. *Et lipurgias, & sinus.*) Lipurgias dixit, operis defectũ significans, quod τὸ ἔργον est: quum quod sperabat, & in expectatione erat, nõ succedit. Verbum non usquequaque usitatum, sed quod tamen multorum usitatissimorum analogiam retineat: ut λιποταξία, θεουργία, ἀμπελουργὸς, & similia.

Ὡδὶ λυγισμάτων τῶν περὶ σφυρὰ, ἢ γόνυ. *Item in contorsionibus tali, uel genu.*) λυγίσματα sunt, quoties leuiter contorquentur iuncturę, nec luxatio tamen est: id quod circa talum, & genu frequenter satis contingit, quæ semper, partes, molem corporis sustentantes, circumferunt.

Σκινδαλμῶν ἐμπλεόντων πλειόνων. *Frustillis innatantibus pluribus.*) Suprà de ossibus dixerat: τὰ ἐμπλέοντα βαστάζειν, & κεχωρισμένα τῶν ἄλλων ὀστῶν: nunc σκινδαλμοὺς dixit. Atque ibi reliquis ossibus adstricta, ac coniuncta uoluit ossium frustula hęc, siue squamulas, emplastri illius uirtute: hic euocata potius, & extracta alterius huiusce facultate. Prior enim adstringendi hæc simul, coniungendique esse intentio debet: proxima ac posterior, si priorem assequi non dabitur, extrahendi, atque euocandi.

Κικίνου ἀδόλου. *Ricini non adulterati.*) De oleo intelligendum, quod adulterari facilè potest, fructus non potest, uel non æque. Aut, rectius, de ricini succo intelligendũ: paulò enim infrà dicet: ὁ δὲ συκομόρου ὀπὸς, καὶ ὁ τοῦ κίκεως: sycomori lquiuor & ricini.

IN LIB. TERTIVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA.

CAP I.

Οὔτε κυλλωθῆναι, οὔτε χωλωθῆναι. *Neque mutili, neque claudi facti.*) Nam & ex nõ satis rectè atque ordine administrata neruorum curatione putrefactæ emoriuntur partes, quibus necessario abscissis mutilatio sequetur: & eandem ob caussam, nempè ignorata uera methodo, ut emortua non fiat pars, at putrescens quandoque neruus, motu priuabit membrum, ex quo claudicatio.

CAP II.

Χωρὶς γὰρ ὑγρότητος οὐχ οἷόν τε δὴ σήπεσθαι τὸ θερμαῖνον. *Absque nanque humiditate putrescere nequit, quod calefacit.*) Vt habeant Galenicum scitum hoc, qui mihi aliquando obiecerunt, quòd calidi & humidi præternaturalis dominium putredinis causam esse scripsissem. Summa profectò putrefactionis totius ab humido est, si exuperet. Qualem medici putrefactionem accipiunt, intelligo, non qualem Aristoteles, quo loco senectam quoque ipsam putredinem nobis facit, uel uiam certè ad putredinem,

Ἀπολείπεται τῇ κατὰ τὴν αἴσθησιν θερμότητι, διὰ τὴν λεπτομέρειαν. *Calore qui sensu percipiatur, inferior est, ob partium tenuitatem.*) Quum enim nusquam hæreant hæc, atque expeditè transeãt, ne magnum quidem caloris afferre sensum poterunt: ut de cinamomo quoque scribitur, & supra de ijs, quæ ex præparatione in aceto acquisita partium tenuitate, mordẽdi insuper, ac uellicandi potestatem deponebant.

bant. Cæterùm quum cedrinum hic nominet siue succum, siue oleum, neque mentio apud autores fiat cedrini succi, aut olei ulla: arbitror cedriam intelligi debere, quæ cedri pix est, magni semper in medicina usus existimata, atque ad multa. Licet insequēti mox uersu, κέδρινον ἔλαιον, protulerit Galenus: hāc ipsam forte Cedriam intelligi uolens.

Μηδ' ὑπὸ κεράμων. Neque sub tegulis.) Quippè ex quibus pluuiæ materiæ distillare, uel immunditiæ aliquid demitti queat, corrumpendis medicamentis.

Ἀλλά τοί γε φάρμακα, μὴ πλησίον αὐτῶν ἀποτιθέσθω. Verum tamen medicamenta propè ipsas ne reponantur.). Ne uidelicet tangi à radijs solaribus exurique queant: neuè meridionalium uentorum afflatum sententia noxium madorem aliquem contrahant. Hic animaduertere licet quantum in rebus his studij, ac diligentiæ reponi uelit Galenus, quamque minutissima quæque obseruanda esse iubeat: quæ multi iam negligunt, minutiarum harum (sic enim uocant ipsi) prorsus securi, magno tamen artis medicæ, adeoque medicorum existimationis detrimento, quoties his de causis uecordique componendorum rectè medicamentorum negligentia, contemptúque melioris successus spe frustramur, & (quod dolendum magis sit) sanitatis tam ingentis boni iactura fit, nonnunquam etiam uitæ.

Παραπλησίως πυξίδι, καὶ χαλκεῖ, καὶ ζωγράφῳ, καὶ δρυοτόμῳ. Similiter pyxidi, & fabro ferrario, & pictori, & quercuum incisori.) Pyxides quum propriæ ex buxo essent: est enim πύξος buxus: etiam quæ ex alio ligno fierent, uocari ita cœpta. Quin & stannea uascula materiaue ex alia qualibet pyxidas sæpè dicimus. Eodem modo χαλκεὺς Græcis faber ferrarius proprie est, quo tamen nomine artifices plures alij uocabantur: pariter, ut ζωγράφους dicent Græci non solùm pictores, sed etiam statuarios. Δρυοτόμοι quidem erunt illis, qui ligna quæcunque, non modò quercus in syluis cadunt, utique impropriè, sed passim tamen. Sic impropriè magnam dicimus febrem uulgò medici quum uehementem, atque æstuantem deberemus, qualitatis nomine, non quantitatis.

Καὶ τὸ διὰ τοῦ εὐφορβίου χρίσματι. Et unctione ex euphorbio.) χρίσμα appellauit: nos unctionem interpretari cogimur, quoniam unguentum μύρον est. dicere etiam linimentum possumus. χρίω quidem linio est, quod tenuioris cuiusdam cōsistentiæ inunctio fuerit: paulò antè enim, de eadem tractans, περιέχρισα καρωτὴν dixerat, οὕτως ὑγρὰν, ὡς ἤδη τῶν καταγμάτων χρώμεθα, μεμιγμένον ἔχουσαν εὐφόρβιον.

Καὶ κατὰ ταύτας εἴωθα λύειν.). Melius λύγειν, ut sit: Etiam in his soluere solitus sum. In quo notanda curandi diligentia, qui noctu quoque exhibere operam medicam non grauetur.

Ὁμοίως γὰρ αὐτὰ τοῖς προμαλιθεῖσιν ἐργάζεται ψαθυρά. Similiter enim, ac iam anteà marcescentes, solutiles reddit.) Teneras nimirum, minimeque mandi contumaces. Atque hoc sequutus Auerroes uideri potest, qui oleo incoquendas carnes esse uoluit.

Ὡς τὸ πολὺ γὰρ ἐν αὐταῖς χερσὶν, οἱ νευρότρωτοι γίνονται. Plurimum namque uulnerati nerui affectus in manibus contingit.) Totam quidem intelligere possumus manū, ueterum medicorum more, ab humero ad extrémam usque manum: sed hanc tamen potissimùm accipiemus. Hæc enim ipsa potissimum pars uulneribus exposita est omnibus, facillimeque in ea incurrit, ut pote instrumentorum omnium instrumentum, quo quicquid tractamus, uersamus, apprehendimus, peragitur: proinde lædi prompta, si quid tractet, quo lædatur, impingens in omnia. Eandem partem in neruo læsam, si lauandum fortè reliquum corpus fueret, facilè seruare nobis licebit exertam: cuius gratia id addidit Galenus, quod initio recitauimus. Dixerat enim non permittendum esse, ut affecta pars aquæ imponeretur.

τὸ νέον ταχέως χυλοῦται. Quum recens citò in succum abeat.) Vetus, inquit, euphorbium uix dissoluitur ex oleo, dum læuigatur: at recens citò in succum it. Interpres multò diuersus abijt à sententia hac: & illud, *νέον*, cum oleo coniunxit. Oleo recenti, ait: quum intelligendum necessariò euphorbium recens sit.

Μετὰ μῆνας ἑπτὰ μέσους. Post menses septem, medios.) Post menses septem accipio, cum dimidio, ita quidem conueniet, quod à Galeno dicitur. Ab æquinoctio enim autumnali, ad uernum usq;, quo tempore inchoans iam uer habetur, mẽses intercedunt sex: quibus mensis si addatur unus, & medius, septem in totũ fient cum dimidio: quod hîc à Galeno ponitur temporis interuallum inter duos Pontifices summos. Fueritq; circa Aprilis exitum, uel Maij mẽsis initia, quũ adultum iam uer est, siue *ἀκμάζει*.

τῆς κατὰ πλάτος ὀνομαζομένης ἀγωγῆς ἀποστάς. Relicto curãdi per latitudinem modo.) Qui modus sit is, inquirendũ diligentius: nisi sit oppositus ei, qui per adducta in unum uulnerum labia fit, quoties simul copulata ratione aliqua coniunguntur. Quippè coniunctio dilationi contraria inuenietur semper: & sæpenumero euenit, ut dilatanda, aperiendaq; nobis uulnera, ulceraq; sint multipliciter, multisq; de causis. Ea scilicet erit per latitudinem siue dilationem curatio, cuius contrarium hoc loco molitur Galenus.

Καὶ μάλιστά γε τὸ κατὰ χειρουργίαν, ἀμφοτέρων τῶν ἄλλων. Chirurgicaq; maximè pars, utraq; alia.) Ita profectò esse inuenietur. Etenim non sanè pauci, & quidem ex acutis, morbi fuerint, qui sola sæpè diætetice sanentur, pharmaceuticen rarò accersant: multò rarius chirurgicem. At chirurgice, nisi leuia admodum ulcuscula quædam fuerint, opus perpetuò ferè habitura est ambabus illis, pharmaceutice, inquam, ac diætetice, ut quidem quotidiana experientia docemur. At si, qui chirurgicem exercent, reliquas duas illas calleant, benè erit: uidemus enim quantò melius hi promoueant in artis operibus semper: sin ignorent, quam male his succedat, utinam non cum magno sanitatis suæ dispendio, sæpè etiam certo uitæ discrimine experientur multi. Itaque usu comprobatum iam uidemus, ut chirurgici prudentiores, sed tamen tantùm chirurgici, semper aduocatos curent, qui partes illas medicinæ duas alias non ignorant: chirurgicos autem hi, multò rarius. Vt sic comprobetur Galeni in hoc sententia.

Ὥσπερ οὐδὲ οἱ κατὰ τὸν γερμανικὸν πόλεμον ἰατροί, ἔχοντες ἀνατεμεῖν σώματα τῶν βαρβάρων. Quemadmodum neque medici, bello Germanico, qui Barbara corpora dissecandi potestatem habebant.) Paulò ante quoq; dixerat: *κ' ἂν ἀνθρώπου ποτὲ σώματος ἀνατομὴν εὐπορήσῃς*: Si quãdo corporis humani incidendi oblata tibi facultas fuerit. Vt appareat ex his, non eam, quæ nunc est, exercendæ in corpore humano anatomes copiam, ac facultatem ueteribus fuisse. Barbarorum, inquit, corporum anatomes: ergo Romanorum, aut Latinorum, desumere sibi ad rẽ hanc corpora nõ licebat, uel fas non erat. Nam Germanicum bellum quum dixisset, Barbarorum mox subintulit corpora, nempè Germanorum.

Ὅμοιος ταῖς περιπαρεισταμέναις αἰξίν, ὀλοσχοίνοις ὀξέσιν. Capris similis, iuncis acutis compunctis.) Diuinandum aliquid: ut quum capræ fortè in iuncos incidunt acutos, ex quorum punctura corporis parte aliqua sanentur: idq; *κατὰ περίπτωσιν* factum fuisse iudicetur.

CAP. III.

Καθὰ δὲ τὸ ἀσθενέστατον, ἐὰν ἓξ ᾖ μέρη τῶν μεταλλικῶν, ιβ μέρη βάλλης κηροῦ. In debilissimo autem si sex fuerint partes, duodecim appones ceræ.) Mendum apertum: pro duodecim enim, decem & octo esse debebunt: quod manifestò, & quæ præcessere, & quæ mox sequuntur, uerba indicant, pro *ιβ*, ergò scribendum *ιη*, erit, quod decem & octo significat.

Παραπλησία δὲ κατὰ τὴν σύστασιν τῇ ὑγρᾷ πιτυΐνῃ. Similis verò consistentia humida pencina.) Hanc hodie non colligimus: ex picea enim solùm deraditur, quod

πιτύινον

πιτύινον φύσημα uocatur, ut sæpius iam dictum, substantiæ semper ac consistentiæ siccioris.

Εἰ δὲ μὴ παρείη τὸ τῶν ἀγροικῶν ἀλεκτρυόνων τε, καὶ ἀλεκτορίδων. *Quod si hoc non adsit, agrestiũ gallorum, & gallinarum.*) Agrestes dixit non quidem in syluis, & nemoribus nutritos, cuiusmodi gentiũ nusquam habentur, nisi phasianas fortè dixerimus aues, aut in Britania, ut audio, capos nescio quos: sed quæ ruri aluntur, gallinas intellexit, & gallos. Rurales etiam exargumento dicimus gallinas uagas, ideò magis quoque exercitas urbanis, & chortalibus. Proinde adeps pariter in his minus humidus, crassusq; minus multò fuerit.

CAP. IIII.

Ἐξ ὅτου δὲ ἡ ὕδατος ἀρδεύσεως αὐξάνεσθαι τὰ φυτά. *Ex quo per aquã irrigationem plãtas augent.*) Id uidelicet ubiq; locorum in fructibus quoq; ipsis euenit: ut irrigatu assiduo maiores, aspectuq; elegãtiores fiant: interea autem marcescant citius, & corrumpantur, minoreq; & suauitate, & gustu sint. Quod uuis pariter ipsis contigisse memini non semel: ut marcescerent inquam, uinumq; adeò ex illis ætatem non ferret, ac marcidi semper nescio quid resiperet. Id porrò non aliam ob causam, quàm ex humore nimiò inbibito fit, gustus melioris sensum auferente, & natiuam uini bonitatem prorsus corrumpente, ut tanquam uappa biberetur.

Οὐ στοχαστικὴν, ἀλλὰ βεβαίαν ἕξεις τὴν διάγνωσιν αὐτοῦ. *Non coniecturalem tenebis, sed certam ipsius dignotionem.*) Tantum tribui uidemus à Galeno saporum cognitioni, ut ex eo medicamẽtorum multorum temperamenta simplicium colligat: ea quidem ratione, ac methodo, quam libro quarto de simplicium medicamentorum facultatibus aperuit.

Ἀλλ᾽ ἔτι καὶ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ ὕδατος. *Sed adhuc ab aqua magis.*) Quò quidem ab aqua magis, quàm ab aere rarescet corpus, ac remollescet caro, sensusq; ob id maioris fiet.

Τό τε στροβίλινον ὀνομαζόμενον φύσημα, καὶ τὸ πιτύινον. *Strobilinum vocatum physema & pytyinum.*) Hactenus *πιτύινον φύσημα* audiuimus: nunc etiam strobilinum, eiusdem tamẽ plantæ significatiuum nomen: quonim στρόβιλος, pinus ipsius, quæ πίτυς est, unde *πιτύινον φύσημα* dictum, fructus sit: ut dici pariter φύσημα στροβίλινον posit. At detrahitur, dicent, etiam piceæ, quæ πεύκη est, idem hoc physema, diuersæ à pinu, arbori. Nos, quamuis diuersæ omnino sint, si quis diligentius inspiciat, maxime tamẽ inter se affines esse dicemus, ut pote quæ ab autoribus confundantur sæpe, ac pro una sumatur altera, pinus, inquam, & picea, πίτυς, & πεύκη.

CAP. V.

Εὐαφέστερον γὰρ ἐκ τῆς μίξεως αὐτοῦ γίγνεται τὸ φάρμακον. *Tractabilius enim ex huius mixtione fit medicamentum*) εὐαφὲς interpretor ego quidẽ, quod uersari, tractarîq; manibus aptè potest. Atque idem tamen esse arbitror, quod tractatum neq; manum inficiat, ἀμόλυντον quippe factum: & corpori tamen adhæreat, cõmodam ad ea consistentiam nactum.

CAP. VI.

Καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἀγροῖς, ὅπου σωμάτων σκληρῶν δεῖ, χρήσιμος. *Atque ob id, ruri duris corporibus vtile.*) Dictum suprà fuit, diceturq; infrà, tenuia medicamenta huiusmodi, quò tenuiora fuerint, eò minus semper nocumẽti, & morsionum afferre solita: contrà crassa, quò crassiora, plus: nempè quia plus quoq; hærent, maioremq; ideò impressionem in corpus faciunt. Ergò rectè durioribus hæc corporibus conuenient, magis illa mollioribus.

CAP. VIII.

Ὅτε γάρ τις οὐ πλέους ἔχων πεντακοσίων μυριάδων. *Quum enim quis, non plus, quàm quingentas myriadens possidas*) Numorúmne, siue nummulorum, an drachmarũ, siue denariorum, non explicuit. Vtrocunq; autem modo supputentur ista, rectaq; ineatur ex Budæo ratio, quod fieri facilè satis potest, non uidentur contemnẽdæ fuisse diuitiæ hæ, quas Galenus hic pro nõ magnis deputat. Nisi forte pro πεντακοσίων, πεντακισχιλίων legamus: aut nisi nostræ hæ nostrorum temporũ diuitiæ, nihil sunt ad ueterum illas: quod magis existimarim.

ὁποῖος δ' οὖν τις ἦν. *Cuiusmodi autem fuerit.*) Subdolum hunc facit ibi Galenus, & insidiose malignum, reprehensorem magnum.

τὸ δ' ἀμάρακον, ὡς οὐκ εὐῶδες, ἔγνων οὐ μηδ' ὅλως μιγνύειν. *Amaracum porrò, tanquam non benè odorum, nequaq̃ miscere decreui.*) Non quòd odoratum non sit amaracũ quoq;, est enim: sed odoris non boni, præsertim si cum maro conferatur, à quo odoris bonitate plurimum uincitur. De hoc enim libro primo de Antidotis, sic scriptum inuenitur à Galeno: ἀπολείπεται δὲ τὸ φυτὸν τοῦτο τοῦ μάρου πάμπολυ κατὰ τὴν εὐωδίαν. ἱκανῶς γὰρ εὐῶδές ἐστι τὸ μάρον. Bene enim odorum, marum est, inqt, quod amarũ non est. Idem (ut mihi quidẽ uidet̃) prorsus, quod hic. Nam quũ cinamomum, dictamnum, & marum bene odora, nempè εὐώδη, & tenuium partium esse dixisset, de amaraco addit: τὸ δὲ ἀμάρακον ὡς οὐκ εὐῶδες. Doctores Patauini, uiri doctissimi, quam hic dictorum à Galeno repugnantiam uiderunt, ego non uideo. Visam autẽ hanc sibi in eo, quòd in libro de Antidotis amaracum ualde redolens Galenus faciat, hîc autem non boni odoris, ita diluunt, ut in opere, quod nunc uersamus, parthenium pro amaraco accipi debere contendant: scriptum nanq; reliquisse Galenum, parthenium à quibusdam amaracum pariter uocari consuesse: in libro uerò de Antidotis amaracum sampsuchum ipsum, ac maioranam esse. Sed quum hic & ibi eadem penè de utroq; dicantur omnia: facilius sibi persuaserit aliquis, easdẽ potius existimandas herbas has esse, de quibus hic, atq; ibi scripsit, quàm diuersas. Nam & in libro de antidotis, plurimum uinci à maro in odoris bonitate amaracum dicit̃: & hic in de compositione medicamentorum per genera, amaracum tanquam non boni odoris, ad medicamenti compositionem non admittitur. Ibi raras esse in Asia herbas hasce scribitur, præterquam cyzici: hic inuentu Romę difficilem utramq; tâm amaracum quam marum. ἐπεὶ δυσπόριστον ἦν ἐν Ῥώμῃ, καθάπερ καὶ τὸ μάρον. Quod ipsum nõ parum sanè facere fidei uidetur non esse locum hîc parthenio ullum, vt pote herbæ quæ non magno admodum negotio reperiri semper queat. Rursus ibidem demptũ primò unguenti compositioni amaracum, tum deinde additũ quoq; hîc pariter quanquã diuersis de causis, facturi idem, nempè, ut primo admoueret̃, dein uero admisceret̃ rursus. Cæterum quòd plurimum redolens amaracũ Galeno sit, non uideor legisse: quum intereà plurimum uinci à maro legam.

CAP. IX.

Ἣν ἐγὼ κατά τινα πρόνοιαν θεῶν ἐποίησα. *Quam ego ex Deorum prouidentia quadam feci.*) Nusquam reperietur impius Galenus: pius semper in Deos, atq; homines Preuidentiam ubiq; agnoscit, ac lubens fatetur, à pręceptore suo Platone non discedens.

Ἐπινοεῖν γὰρ δεῖ πλείω. *Intelligere enim multa licet.*) Nam & elui eo pacto poterit cera, quomodo etiam laricea resina quotidie eluitur, & emundari tota, & ἐγκρίδας, si quas habuerit, dissolui. simul addetur ita ceræ marinæ facultatis aliquid, quæ resiccandi est, uulneribus omnibus accommoda.

IN LIB. QVARTVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA.

CAP I.

E ὑπεπτηκόσι τοῖς θεραπευομένοις, ἕωθεν ποιουμένους. *Postquam probè concoxerint, ijs qui curantur, mane adhibentes.*) Tantũ facit captata temporis adhibendorũ remediorum opportuna occasio, ut etiam in admouendis corpori emplastris, quacunque corporis in parte uulnera fuerint, post perfectam concoctionem præstet admouisse, præsertim si ex metallicis non lotis parata emplastra sint: ne forte ex morsionibus non elotorum, cruditates sequantur contenti adhuc uentriculo cibi.

Καὶ μᾶλλον ταύτης ἡ αὐτοφυής. *Hacque magis ea, quæ sponte sua nascitur.*) Lapis est calaminaris is.

Καὶ τὸ συνιστάμενον πυρῶδες ἐν τοῖς σιδηρουργίοις χαλκείοις. *Et quod ignitum in fabrorũ ferrariorum officinis consistit.*) Fuligo significatur, quæ fornacum parietibus adhæret ex igne, caminisque per totum, & lebetibus. Hac usi fuere ex Latinis etiam aliqui Montagnana quidem furno detrahit, ne unguentum conficiat ad phlegma salsum, antiquas scabies, & lepram.

CAP. II.

Ἐμπλάστρου λεπτυνούσης τὰ χείλη, πλάτυσμα. *Emplastri labia attenuantis platysma.*) Eo quòd latè in orbem circumquaque tegerentur hoc ulcera, πλάτυσμα dictum: cuius diminutiuum non multò post eiusdem significationis profert, πλατυσμάτιον dicens.

Τῆς εὐμορφίας, οὐκ ὠφελείας διαφερούσης. *Eius quæ elegantiam, non autem ægroti utilitatem, conferat.*) Eos damnat, qui politè tantum, atque eleganter ut fascient, solicitè curant, securi ægrotorum utilitatis. Vult porrò Hippocraticum nos sequi ligandi in fracturis modum: quo scilicet humorum ad locum læsum affluxio prohibeatur.

Ἀνερυθριῶντα τὰ χείλη. *Ac valde rubra labia.*) Auget enim hoc loco significationem illud αὖ.

Ὡς μηδεμίαν ἀπολείπεσθαι θερμότητα κατὰ τὴν ἐπίδεσιν. *Vt nulla relinquatur caliditas in ligatura.*) Non aliam ob causam, nisi ne humores eo, caliditate illa euocati confluant. Quo etiam nomine uetebatur balneum, ne fluxiles inde nimis fierent humores.

CAP. III.

Συμμιχθείσης δὲ τῆς πήξεως.) Legi debebit, τῆς μίξεως.

Οὐ μικρὰ δὲ διαφορά, καὶ παρὰ τὸ μαλακοσαρκὸν ὑπάρχειν, ἢ σκληρότερον. *Nec parua verò differentia in eo, ut mollioris sit carnis, vel durioris.*) Neque enim existimandum, ut quæque molliore sunt corpora carne, continuò magis sensibili quoque esse: neque, ut duriore, ità minus. Dura nanque inueniri quædam carne poterunt, quæ acutius sentiant, quàm molli carne alia: atque e diuerso. Quocirca addenda fuit hæc quoque differentia reliquis.

Εἰ δὲ μηδόλως ἐθέλοιμεν ἐλαιῶδές τι τῷ φαρμάκῳ προσφέρειν. *Quod si nihil quicquam omnino velimus oleosum medicamento addere.*) Propter illa, quæ capitis huius in principio dicta fuere: non debere neque aquam, neque oleum medicamentis his adijci, modo ullo, neque per se, neque uero admixta siccis. Quòd si siccius aliquando reperiatur esse pharmacum, quàm ut excipere metallica possit, ac propterea necessario adijciendum olei aliquid sit: non id tamen in simplici faciendum oleo fuerit, sed quod facultatē retineat uel adstringēdi, proinde siccādi quoque,

 uel

uel etiam discutiendi aliquam: ut myrteum, melinum, lentiscinum, cyprinum ricininum, uetus. Sed ex oliuis immaturis, & huiusmodi alia, quę ille posterius dicet, non simpliciter proferri à se olea solere, sed μετὰ προσθήκης ὀνομαζόμενα: rosaceum oleum, myrtinum oleum, & reliqua.

CAP. IIII.

Τὰ χυλῶν, ἢ ὀπῶν ἐξηρασμένων γεγονότα, σμύρνα, καὶ ἀλόη, καὶ ἀκακία. *Quæ succis, aut liquorib. desiccatis fiunt, myrrha, aloe, acacia*) De aloe, & acacia liquet satis ex Dioscoride, quomodo resiccari soliti essent illarum succi liquoresúe: de myrrha, nō perinde. Lachrimā enim facit autor idem myrrham, arboris in Arabia genitæ, ex qua, præpinguis quæ fuerit, expressa emittatur stacte. At idem tamen, quum prius myrrhæ genera quædam enumerasset, pastillos ex his fieri addidit, καὶ τὰ μαλάγματα ἐξ αὐτῆς γίνεται. qui esse possunt resiccati deinde liquores, aut succi.

Ἡ ὠφέλεια μείζων ἕπεται. *Iuuamentum sequitur maius.*) At id fieri nequit, nisi temporis mora interponatur iusta. Vt differendam esse ad tertiam diem solutionē probet: non tam festinandum nec tam frequenter.

CAP. V.

Αὖθις ἀχθήσεται τῶν σκελῶν ἑκάτερον, ὁμοτόνως ἑλκόμενον, ὡς ἐπὶ τὸ πεπονθός. *Rursus ducetur crus utrumque, æquali ui tractum ad locū affectum.*) Crura appellat, fasciarum, siue lineorum pannorum, utrinque pendentes partes, ad extremum usque, quum in medio apprehensæ fuerint fasciæ, quæ sicuti crura duo quædam, flecti, uertique utramque in partem possunt. Iubemurque, postquam iniecta fascia, siue uinculum media sui parte loco affecto fuerit, pendētia lemniscorum similitudine crura utrinque, nisi primus satis fuerit circumiectus, iteratò circumducere, æqualiter utramque in partem trahendo, ut pariter humores æqualiter repellantur.

Πρῶτος ὧν ἴσμεν, Ἱπποκράτης εὗρεν. *Primus horum, quos scimus, inuenit Hippocrates.*) In libro de Fracturis explicata leguntur omnia.

Οὐ μὰ Δία, τῆς ἡλικίας αὐτοῦ χρῄζοντα. *Non per Iouē atate illius opus habentes.*) Quia non propter ætatem requiritur cera, ad compositionem medicamenti, noua, sed propter humiditatem, quæ nouæ melius inest.

Καὶ μάλιστα ἐὰν χειμὼν διαδέχηται τὴν χρῆσιν αὐτῶν. *Maxime verò, si hyems illorum usum excipiat.*) Etenim hyeme facilius lapidescunt, ac ueluti congelata durescunt medicamenta hæc.

Ὅπῃ διαφέρει μύρον ἀπὸ ῥόδων ἐλαίου ῥοδίνου. *In quo differat, unguentū dixisse rosaceum atque oleum rosaceum.*) Vnguenta spissamenta quædam sunt, ex aromate bona pars: olea ex parte plantarum aliqua fiunt, flore, fructu, semine, maceratis in eo, uel horum etiam succis.

Ὁ πρῶτος στόχασμος ἱκανὸν ἔχει τὸ πλάτος. *Coniectura prima latitudinem habet magnam.*) Hoc est, multæ sunt coniecturæ, quantum ceræ, & adipis sit addendum pro ratione siccorum, ut recta seruetur proportio. Pro rata quorumcunque parte, primò: post deinde intra minus minusque semper spatium ad certiorem accedemus proportionem: donec punctum ipsum attingamus.

CAP. VI.

Οὕτως γὰρ Ἱπποκράτης ὀνομάζει. *Ita nanque Hippocrates nominat.*) Quærendum quo loco. In linguis quidem Hippocratis, ita scriptum reperio: μαλθώδεα μαλακτικὰ, ἢ κηρώδεα, μάλθη γὰρ ὁ κηρὸς, καὶ μάλιστα ὁ μεμαλαγμένος. Videndum igitur num pro μαλθακώδεα hic legendum μαλθώδεα sit: quamuis utrumque idem esse facile possit, significationisque eiusdem, decurtato paulum, ut sæpe fit, μαλθώδεα nominē à μαλθακώδεα.

εἴτε ποιότητα, εἴτε δυνάμεις, εἴτ' οὐσίας, εἰ τὰ κράσεως ἴδιον φαίνῃ. *Siue qualitate dicere velis, siue facultate, siue substantia, siue temperatura.*) Quippe omnia hæc esse potest κρᾶσις. Nam & qualitates dici rectè possint, caliditas, frigiditas, siccitas humiditas: & facultates has ipsas comitantur suæ, cum operationibus itidem suis: & substantia temperaturam cōfestim insequitur ipsam, forma nempe substantialis, temperaturæ siue complexionis perfectio. Vt errent qui Galenum existimant temperaturam tantūmodo formam esse cēsuisse: hîc enim profectò etiam substantiam appellat, quæ esse qualitas sola non potest, temperatura porrò, & complexio necessariò erit, quum κρᾶσις sit.

Ἀπὸ δὲ ἑκάστου φύσεως, ὅλου τοῦ ζώου. *Ab vniuscuiusque verò natura, animalis totius*) Examinandæ, constituendæque rectè cuiusque naturæ, examinanda prius expendendaque diligenter erit animalis, subiecti nempè ipsius, atque indiuidui, cuius explorare naturam uoluerimus, totius temperatura.

Καὶ κατὰ θάτερον τρόπον, ὅσα στρυφνὰ, κηκὶς ὀμφακῖτις, σίδια, στυπτηρία. *Ac secundum alterum modum, quæcunque acerba: immatura galla, malicorium, alumen.*) Hæc nanque præter communem siccandi, qualitatis hoc ipsum ui facientis, modum, etiam humiditatem rebus fortè insitam propellendo, exugendoque desiccare solent: quem hîc alterum modum uocauit Galenus.

Ἀλλ' ἐάν τις αὐτῷ μίξας ἔλαιον ἑψήσῃ. *Sed si quis oleum ipsi admiscens coquat*) Ipsi nimirum ladano. Vt existimemus, cum oleo coctum ladanum facultate sua retusum iri: profuturum autem, si cum uino tantùm imponatur.

CAP. VII.

Ἐν πλατεῖ στοχασμῷ, καθάπερ εἴρηται πρόσθεν. *Latiore coniectura, sicuti prius dictum.*) Suprà, quū de ceræ, & adipis symmetria medicamēto addenda disputaret: lata satis ibi pariter coniectura, hoc est multiplici, & quæ à recta exquisitaque mensura uagari latius possit, donec ex secunda propius ad medium, quod exquisitius sit, accedatur, magisque adhuc ex tertia, & quarta.

Κατὰ δὲ τινὰ γραμμὴν ἄνωθεν ἔχον μακράν. *In quibusdam autem lineam habens superiùs longam.*) Punctis notatum utrinque δ' ἔλττα, erit hoc modo. Δ. lineam longam habens suprà, ita. Δ̄. Quomodo apud ueteres characteres nonnullos notatos signatosque uidemus numeris significandis, & quū sestertij nummi nota essent duo I. & S. hoc pacto, IIS: trāsuersa ducta, sed in media linea coniunxerunt, in hunc modum: HS. figurantes.

CAP. IX.

Περὶ ἑλκῶν, ἀτυλώτων, καὶ παλαιῶν. *De vlceribus non callosis, & veteribus.*) Interpres illud ἀτυλώτων, quibus callus obduci non potest, uertit. Ego ἀτύλωτα ἕλκη ea esse crediderim, quæ absque uallo sunt: eadem enim esse possunt non callosa, & uetera. Cuius rei argumento illud quoque esse potest, quòd deterso prius utrunque ulceri, oleum tantùm uetustissimum adhibet; supra quoque tantopere, ad uetera, atque omnium maximè cacoethe ulcera commendatum, in quibus nulla pariter calli mentio. Quæsisse porrò remedia obducendis callis Archigenem, quod quidem interpres existimasse uidetur, multo minus credendum: Quoniam medicamentorum ad tollendum callum, emolliendum, demendum frequens in libris his mentio: ad obducendum nulla. Rursus obducendæ ulceribus cicatricis, non sanè infrequens: ac pòst paulo de ulceribus callosis agetur.

Ἐπουλωτικὴ πρεσβυτικῶν. *Ad cicatricem ducens senilia.*) Vetera & antiqua intelligito, πρεσβυτικὰ ἕλκη, eadem opinor, quæ παλαιά. non enim senum hîc intelligi debere, corpora existimarim,

Ἐὰν δὲ παλαιῶσαι θέλῃς, καὶ στέαρ χοίρειον μίσγε. *Quod si inueterascere volueris, suillum adipem misceto.*) Si vera sunt, quæ narrantes multos audiui, Franconica uina ex

 porcino

porcino adipe uetustatis plurimum ferre possunt: ut mirum uideri non debeat si medicamenta quoque aliqua possint.

CAP. XII.

γλυκέων λεγομένων ἑλκῶν. *Dulcia quæ vocantur vlcera.*) Eodem modo, quo medicus idem Archigenes, dolorem quandoque appellauit dulcem, secundo de locis affectis libro. Vt esse fortè dulcis dolor, qui minus infestet, possit, sicque ulcus dulce, quod minus doleat.

CAP. XIII.

ἰξοῦ δρυΐνου. *Visci quercini.*) Verisimile ex robusta, fortique arbore fortius, ac ualidius progigni medicamentum debere. Hoc quidem sequuti nostri quoque temporis medici, ad medicamentorum suorum compositiones hoc ipsum deligunt semper.

ὃ τριατέταρα ἐπιγράφει. *Quod triaquattuor inscribis.*) Ex eo fortassè ita dictum medicamentum, quòd præter sicca, quæ iniici diligenter trita, ac tenuissimo cribro succreta debebũt, compositio ejus, ex tribus primùm constet: resina, adipe, cera: tum deinde postremò myrrha quoque, & thus, & bdellium, & opopanax, quattuor ista, addantur. Vel emendandus locus ex iis, quæ infrà pariter sequenti libro dicentur, quo loco Philoxeni emplastrum describitur: ὃ τριατέταρτα ἐπιγράφει, dicet: quod aliud est. Hoc enim tres quartas, nimirum partes, significare potest, idem, quod tria quartalia. Vt eodem modo hac quoque in parte, τριατέταρτα scribendum sit, non τριατέτταρα.

Καὶ πολλάκις γε τὰ παρηγοροῦντα τὴν ὀδυνώδη διάθεσιν βλάπτει. *Ac sæpenumeri quæ dolorem mitigant, dolorificæ affectioni obsunt.*) Vt, quum caussam frigidam intemperaturæ alicuius, aut materiæ, siue utriusque etiam dolor habuerit, necessitate coacti, ad stupefacientium usum deuenerimus, frigefacientium omnium. Quibus si in doloris calidiore causa utamur, eodem remedio & dolorem facienti affectioni subuenerimus. Quo tempore curasse potius rectè dicemur, quàm symptomatis rationem habuisse, neglecta curatione: ablato quippè affectu, & cũ affectu unà symptomate quoque ipso, dolore uidelicet.

τὴν λάρικος ῥητίνης μιγνὺς, ἀντὶ τὴν τερμινθίνης, οὐχ ἁμαρτήσεις. *Lariceam resinam admiscens pro terebinthina, non peccabis.*) In superioribus non semel secundas partes tribuisse uisus est, post terebinthinam lariceæ resinę: nunc etiam primas, utpote ad chironia ulcera efficaci magis.

Κάλλιον δ' ἐλάττονι συμμετρίᾳ σκευάζειν τοῦτο. *Præstat autem ex minori symmetria parasse hoc*) Propter causam antea allatam. durescunt enim & siccescunt hæc cito: at si paulo maior quantitas ex illis conficiatur, futura usui non sint, quum absumi breui tempore nequeant, priusquam siccescant.

ἰοῦ τρίτου, ἢ κατὰ τὴν λάρικα. τουτέστιν οὐγγίας γ. *Aeruginis tertia pars, quàm laricis: hoc est, unciæ tres.*) Mendosus locus. Laricis enim quum unciæ tres essent, æruginis proculdubio pars, tertia unica erit uncia. Scribendum igitur οὐγγία, α. uncia una.

IN LIB.

IN LIB. QVINTVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA.

CAP I.

Ωσ μηδὲν διαφέρειν ὑγρᾶς σαφίδος. *Vt nihil differat ab humida staphide.*) Difficilis esse uidetur coniectura, quid sibi uoluerit Heras his uerbis, aut Heræ uerba afferens Galenus. Illud satis uidetur esse posse certum: commendari inprimis medicamentum eo nomine, quòd neque crustam inducat, neque circumposita corpora dura reddat. ἐσχάρας ποιοῦσα, inquit, οὔτε σκληρύνουσα τὰ πέριξ σώματα. Quæ fortassè, ex medicamenti huius usu, passæ tamen adhuc uuæ constitutionem humidioris retineat. Sed hoc nihil aliud sit, quàm diuinare, ac uaticinari uoluisse.

Ἐν αὑτῷ δὲ συναποφέρον δύο δυνάμεις. τὴν τε παρηγορικὴν, καὶ τὴν ἀμβλυντικὴν τῶν ἰσχυρῶν φαρμάκων. *Secum verò facultates duas afferens, mitigatoriam, & medicamenta valida retundentem.*) Eadem quidem ratione quæ uehementiam obtundit medicamentorum fortium, etiam mitigat facultas ea: sed ex accidente hoc, & secundariò: quippe retusa prius aliorum acrimonia & uehementia. At oleum idem, uel si nulla fuerint medicamenta, quorum uehemētiam retundat, ipsum per se mitigarit, si quis aliàs locum infestet dolor. Ideircò separatas meritò duas has obtinebit facultates: & quòd in medio positum extrema cōtemperare ceu per ἐπίκρασιν queat, acria simul & austera.

Ὑγιάζει δὲ χωρὶς ἀνασκευῆς. *Sanat autem citra refutationem.*) ἀνασκευὴ Rhetoricis doctoribus est confutatio, & reiectio argumentorum: κατασκευὴ confirmatio & comprobatio. χωρὶς ἀνασκευῆς igitur nihil aliud sibi uolet, quàm sine confutatione: quasi dixerit: sic sanat ut negari non possit, nec confutari, quin sanatum sit. Idem, quod proculdubio, certe, uere, & sine controuersia. Citra reparationem uertit interpres: non satis, ut mihi uidetur, doctè: doctus ipse inprimis tamen.

Ἰλλυρικῆς οὐγγίας δ. *Illyrices vncias quattuor.*) Iris accipienda est, quæ ex Illyrico commendatur semper magis: ut ideò ex simplici Illyrices nomine iris intelligenda ipsa sit.

Καὶ πρὸς τὰ παραλελυμένα, τουτέστι κεχαλασμένα τῶν ἄρθρων. *Atque ad solutos, id est relaxatos artus*) Affectus, quem nō raró obseruare quis possit, in quo nunquam sensus, ut in paralysi sæpe fit, sed motus amittatur semper, neque ex toto tamen. Videri possunt musculorum tendones in hoc, humore imbibito multo imbuti repletique relaxari: ut propterea adstringentium usu iuuentur inprimis, ueluti exucto ab his humore eo noxio: de quo in libris κατὰ τόπους, dicetur, ut spero, aliquid.

Ὁ τινὶ δὲ πρὸς ἐπούλωσιν, ἔλαττον. *Quum verò ad cicatricem, minus.*) Quia tunc temporis non tam opus est abstergentibus, quàm desiccantibus, cum abstringendi facultate maiore.

Ἰδίωμα τοῦ φαρμάκου ἐπίπαγον ῥυπώδη ποιεῖν. *Proprium verò medicamenti concretionem sordidam facere.*) Non quidem quòd erodens carnem corpusque, sorditiem ex eo faciat, quod uehementiora, ac ualde καθαρτικὰ faciunt: non enim eiusmodi est hoc: sed quòd sordi, quam ulceri detraxerit, ἐπίπαγον inducat, tanquam γραῦν illam, iusculis, aut pinguiusculis rebus quibusdam innatare solitam. Inest porrò in medicamento seuum tum suillum, tum taurinum, unde γραῦς existere ea partim, siue ἐπίπαγος, queat.

Ἀντιπαθὲς ἐστι τὸ ἔλαιον φαρμάκῳ, *Contrariæ affectionis est oleū medicamento*) Quippe quod

pe quod pingue satis per se iam antea, atque oleosum fit, ex adipe porcino, taurinoque, quibus cera insuper additur. Scimus autem ex pinguium additionibus, detergendi siccandique remitti uim non parum solere: ut si oleum præterea acciperet, nihil facturum quicquam fuerit ad cacoethe, ad quæ paratur, medicamentum.

CAP. III.

Ἔστω δὲ ἀεὶ τὰ σπλήνια μείζονα. *Sint autem splenia semper maiora.*) Vt sanæ partis aliquid arripiant undiquaque, ac melius tegatur affectus: qualia fere erant suprà sæpius dicta πλατύσματα: nisi quod splenia figuram imitabantur splenis, id est lienis. inde enim splenia dicta.

Ἐν μέλιτι δὲ μέλιτ. συμφωνοῦσιν οἱ ἄνδρες. *In melle autem concordant viri.*) Deest negatiua particula, οὐ συμφωνοῦσιν: non concordant, aut conueniunt, si alter unam, duas alter dicit heminas.

Ἄκρατον μὲν πρὸς λεπίδων ἀποστάσεις. *Impermixtum quidem ad squamarũ abscessus.*) ἄκρατον dixit, de emplastro ex oleo nullo, uel humore liquefacto, sed in consistentia sua adhuc posito. Nam ἔμμετρον quum fiebat, hoc est aptum, ut linamentis induceretur, aliam ex oleorum aliquo liquefactum consistentiam accipiebat, humidiorem, quod sæpe iam dictum est.

CAP. V.

Χρῶ χωρὶς ἐπιθέσεως σκώληκος. *Vtere sine impositione vermicularis.*) Æruginem intelligit uermicularem, quam injici medicamenti compositioni non uult, quia iniectæ iam æruginis rasæ drachmæ duæ fuerant.

CAP. VII.

λεπτοεργα.) Ea dici possunt in quibus λείπει τὸ ἔργον, ut prius quoque notatum: quasi opera dicas imperfecta: sicuti τὰ γὰρ ἀπειλῇ, ea, quæ malum minantur, uel deterius aliquid.

CAP X.

Καὶ μαγδαλίας ποιῶν. *Et magdalias conficiens.*) Offæ erant magdaliæ in massam quandam compactæ, quales canibus offerebantur pro cibo. Ea figura hodie quoque, cerata, & catapotia, quum compacta, congestaque in unum uelunt, magdaleones suos (ita enim uocant) redigunt officinæ.

Τὸ λιπαρὲς, τὸ ἄξυλον. *Pinguis, & sine ligno.*) Detrahitur enim, ac deraditur piceę arbori, interdum & pino resina hæc crassior, cum festucis sæpe, corticisque ipsius fragmentis: quibus omnibus liberam esse iubet resinam. Arbitrati hanc sumus suprà πιτύινον esse φύσημα illud, & nunc arbitramur.

CAP. XI.

ποιεῖ ἀρχομένοις φθισικοῖς. *Facit ad incipientes pthisicos.*) Rectè incipientes: tunc enim spei aliquid fuerit, resiccari posse vlcus in pulmonibus tum primum inchoans, uel superinduci eschara atramenti sutorij beneficio, quod in medicamentum recipitur. Testari uerè possumus, non parum auxilij sensisse ægrotos ex olei eiusmodi chymico artificio inde extracti guttulis aliquot, cum aqua stillatitia aliqua epotis, affectui tali conuenienter, &, quod mox additur: μετὰ τοῦ οἰκείου πόματος: &, καταλλήλως ὑγρῷ πρὸς τὰς ὑποκειμένας διαθέσεις. cuiusmodi in affectu hoc esset aqua hyssopi, uel scabiosæ, uel uinum tenue aliquod.

Λιθαργύρου ʒ. δ΄. τουτέστιν οὐγγίας ς. *Lithargyri drachmas quattuor, hoc est, uncias sex.*) Ita quidem s. paruum numerum senarium notat. sed pro s. esse maiusculum debebit, quod significare semunciam poterit, ac Græcis pariter ipsis dimidium indicat hoc pacto: οὐγγίαι S. minæ dimidium, quæ drachmæ quattuor sunt: ut illud, οὐγγίας, casus sit genitiui.

CAP.

CAP. XIIII.

Ὁ μὲν Ἀνδρόμαχος ἀνέμιξε τὰ κατὰ πάθος ἁρμόζοντα τοῖς κατὰ τὰ πεπονθότα. *Andromachus quidem miscuit ea, quæ affectibus conueniunt, ijs quæ affectis locis.*) Hoc nihil aliud est, quàm dicere: Andromachus tractatum de medicamentis κατὰ γένη in [illegible] contulit, cum tractatione eorundem κατὰ τόπους. Qui dicit: medicamētum hoc facit ad cacoethe, exempli causa κατὰ γένη, id erit sic in commune & generaliter prolatum: qui uerò ad renes, ad uentriculum, ad iecur, κατὰ τόπους significabitur. Sicuti, quum ad capitis ulcera, ad cacoethe in cruribus, in brachijs medicamenta conuenire hæc illáue dicimus, utrumq; copulamus, κατὰ γένη, et κατὰ τόπους. & cùm, quæ à Galeno hîc referuntur, afferimus, ad polypū, ad ozœnas: in quibus cum affectu, affectus, unà locus intelligitur, quippe nares ipsæ. Sicuti ediuerso quum κεφαλικὰ medicamenta quædam dicimus, cum affecto loco, affectum simul ipsum intelligimus. quamuis eadem, quæ cephalica dicuntur, reliquis quoq; corporis partibus sæpè adhibeantur.

οὐ γὰρ τῇ κεφαλῇ, οὐχ᾽ ὡς κεφαλῇ, ἁρμόττειν μάλιστα πέφυκεν. *Etenim capiti non quatenus caput conferre maxime nata sunt.*) Si capiti, quatenus caput est, conueniēt cèphalica, propriumq; illis hoc esset, uiderentur & soli, & semper competitura. At non soli nunc, quia cęteris pariter corporis particulis sæpius succurrunt, vt modo dictum fuit: nec semper, quia non in quouis vulnere, sed in osis tantūmodo denudatione: quum scilicet pinguia ueremur, ac siccorum usum præferimus: idq; non in solis capitis nudatis ossibus, sed alibi in corpore per totum.

IN LIBRVM SEXTVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA.

CAP. I.

Χωρὶς μὲν τοῦ σήπειν αὐτὰ, καὶ πυρετοὺς ἐπιφέρειν. *Verùm absque quòd putrefaciant ea ac febres accersant.*) Sic fieri, ut phagedænę, inter ea quę cum putrefactione depascuntur, connumerari non possint, licet proxima correpta depascantur: nam non cum putrefactione, neq; cum febre.

οὐ μὴν τὰ δυσθεράπευτά γε ἰᾶσθαι. *Minimè verò ægrè sanabilia curare.*) Ex cerati enim additione, non desiccabunt, quod satis sit.

Δηλοῦσι δ᾽ αὐτῶν τὴν δύναμιν τὰ πάθη, πρὸς ἃ πεπίστευται, ἐπιλαμβάνεσθαι καλῶς. *Manifestant autem eorum affectus, quibus adhiberi rectè credita sunt.*). Hippocratis dicto illi simile: δηλοῖ δὲ ἡ ἴασις: ostendit autem sanatio. Idem argumētandi genus quamuis à contrario petitū hîc, quàm in aphorismis sit: ibi enim ex euacuationis remedio, plenitudinis, ac repletionis affectus ostendebatur: hîc ex affectibus, qui sanantur, remediorum uis, ac facultas indicatur. Difficulter nanq; sanabilia ulcera, humiditate cûm redundent multa, ac superflua, admotis medicamentis si sanentur, indicijs id erit manifestis satis, desiccantia ea esse.

CAP. II.

Ἡ αὐτὴ κεφαλικὴ ἄνευ ἀνατρήσεως. *Idem cephalicum sine perforatione.*) Magna emplastri dos, uis magna, si absq; cranei terebratione, quam tam sæpe, tamq; frequenter, ac necessariò, in fracturis, contusionibus, vulneribus capitis exercemus, perficere curationem liceret. Sed sic accipiendum, ut cephalicum futurū sit emplastrum, quum opus habituri non simus perforatione: quod fiet, quum ad meningas usque non peruenerit fractura. fietq; hoc paulò post manifestum, quo loco de usu emplastri alterius loquetur.

Ἐπειδὴ οὐχ οἷόν τέ ἐστι τὸ ἤδη λεπρωθὲν ἰαθῆναι. *Quoniam verò fieri non potest, vt leprosa iam pars sanetur.*) Quæ sit Græcorum lepra, colligere hinc facilè licebit

CAP. XIIII.

εἰ δ', μὴ διαφθείρεται. *Quod nisi fiat, perit.*) Nempè compositio medicamenti, vel cinis ipse. Exustus quippe fiet, uimq́; omnem amittet, nisi refrigerato iam medicamento adijciatur.

CAP. XVI.

ῥητίνης ξυλώδους. *Resinae lignosae.*) Suprà non semel ῥητίνης ἀξύλου audiuimus: nunc uerò ξυλώδους, quòd maior fortasse digerendi, eliciendiq́; facultas insit lignosae resinae: cuiusmodi medicamentorum narrantur hîc compositiones.

ὕδατος πηλοποιοῦ. *Aquae lutificae quod satis sit.*) Lutosa accipienda, quae aut lutum facit, res, aut lutum deuehit ipsa. Maior quippe discutiendi in hac facultas, quia frigida minus, & commixtum coenum attrahendi vi non caret.

IN LIBRUM SEPTIMUM. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM.

CAP. I.

Ἃ δὴ καὶ σκιῤῥοῦνται, μὴ θεραπευθέντα· οὐ κατὰ μέθοδον ἰατρικήν. *Quae quidem durescunt non ex arte medica, quae methodum sequitur, curata.*) Vt multi, cùm studio digerendi, minuendiq́; tumoris nimio, discutientium usu assiduo, nihil interea de emolliendo cogitantes, tenuiores partes euaporatas dissoluunt, relictis crassioribus: quae mox continua exhalatione partium tenuiorum illa, crassescant usq́; magis, magisq́;, ac lapidescant tandem.

ὅσῳ πόσον ἡ τοῦ θεραπευομένου σώματος οὐσία, πλέον κεχώρηκε φύσει παρὰ τὴν σύμμετρον ὑγρότητα, καὶ ξηρότητα. *Quantum corporis, quod curatur, substantia, ultra mediocrem humiditatem, & siccitatem, natura sua recesserit.*) Non enim dubium quin tendones, exempli causa, qui natura sua à mediocritate in siccitatem non parùm discedūt, scirrho fortè correpti, maiora atq́; efficacia magis expostituri, quę emolliant, ac discutiant, remedia sint, quā musculi corpus ipsum medium, seu caro, eodē modo affecta. Quoniā si aequaliter utrobiq́; recessum à natura partis, substātiaq́; ipsa fuerit, maior semper in tendone scirrhi affectus inuenietur, quā in carne: ut proinde uehementioribus pariter ad tollendū affectum, opus remedijs habituri hîc, quàm ibi simus. Quòd si tamē contingat, ut nō aequaliter facta discessione in praeter naturam à natura, maior, duratusq́; magis in musculo fortè, quàm in tendone subortus scirrhus fuerit: maiore quoque ibi utemur auxilio, quàm hîc. Atq́; hoc est, quod à Galeno statim additur sic inquiente: καθάπερ γε καὶ τὴν τοῦ πάθους αὐτοῦ σύστασιν, εἰς ὅσον ηὔξηται. Quemadmodum sanè affectus quoq́; ipsius constitutionem, inquantum aucta fuerit.

Μικρᾶς δὲ ἤτοι μικρὸν τόπον, ἢ μικρὸν ὄγκον ἐχούσης. *Parua autem, vel quum paruum locum arripuit, vel quum tumorem paruum habuerit.*) Hac quidem ratione in digito esse phlegmone magna, vel scirrhus haud poterit: in foemore, aut suris, alicubiúe, ubi spatia musculorū maiora, poterit; magnum & paruum in proprio suo significato accipiendo hîc, nēpe quantitatis, minime uerò qualitatis, cuiusmodi haberi in minimo quoq́; digito magna phlegmone, & scirrhus magnus queat, ut ganglium.

Κατὰ τὰς τῶν παθῶν ἰδέας. *Secundum affectuum ideas.*) Nimirum ex qualitate deductas, quae ideam, & speciem facit, non autem ex magnitudine,

siue

ſiue quantitate. Quod quum cognitum fuerit, qua curãdi ratione ſint, ex idea, & ſpecie ſua, parui, uel magni dicti affectus hi: cognoſcetur facilè magnos pariter, ac paruos ex quantitate, & magnitudine dictos, curandi ratio, ac modus, ut Galenus ipſe ait. νοσοῦσι τοῖς γὰρ ἐκ ταύτην καὶ τὴν ἰσχὺν μεγάλοις τε, καὶ μικροῖς, ἡ θεραπεία.

φλεγμονῆς οὖν μεγάλης διὰ καταπλασμάτων ἡ ἴασις γίνεται. *Phlegmones igitur magnæ per cataplaſmata medicatio fit.*) Qualia nos ferè hodie emplaſtra uocamus: conſiſtentiæ cuiuſdam humidioris medicamenta. quod uerba, quæ mox ſequuntur, indicant: καὶ τινων ὑγρῶν φαρμάκων.

CAP. III.

τούτῳ μὲν οὖν εἰς τὰς ἀντιδότους χρώμεθα, διὰ τὸ σπανίζειν. *Hoc igitur ad antidota utimur, ob raritatem.*) Ex Pamphilia ſcilicet illo, tanquam nobiliore, ideoque ad antidota expetito magis: nam ad emplaſtra minus etiam nobile ſatis fecerit.

ἰστέον, καὶ ἄλλη τίς ἐστι κολοφωνία. *Sciendum, aliam quoque eſſe colophoniam.*) Suprà ſecundo libro, non multo poſt principia, quum de abiegna reſina loqueretur, hancque humidam dici permanere dixiſſet, καθάπερ inquit, καὶ ἡ κολοφωνίας λιβανίζουσα, καὶ ταύτην μόνην ἔνιοι καλοῦσι κολοφωνίαν, ἡδύ τι κατὰ τὴν ὀσμὴν ἔχουσαν. Vt appareat, alteram hãc colophoniam, humidam, ut abiegna eſt, haberi, eoque emollire magis aptam: ſolamque hanc quoſdam colophoniam uocare, & odoris ſuauis eſſe. Illud inſuper non omittendum, quin notetur: colophoniæ nomine ſolere piceam, frictamque reſinam ſignificari.

καὶ τὸ τῆς τήλεως. *Et fœnugraci.*) Decoctum nimirum herbæ ipſius. nam paulò antè ſeminis quoque mentionem fecerat, τήλεως σπέρμα: nunc herbæ.

CAP. IIII.

ἡ ῥητίνη, ἡ κολοφωνία. *Reſina, quæ colophonia eſt.*) Nempè ea, quam ſolam à quibuſdam uocari colophoniam modò dixerat: & humidam abietinæ ſimiliter eſſe, libro operis huius ſecundo, docuerat.

CAP. V.

τοῦ καλουμένου πρὸς ἁπάντων ἤδη συνήθως ἀξουγγίου. *Vocata ab omnibus iam ex conſuetudine, axungia.*) Idem libro primo in cõpoſitione ſtatim emplaſtri diachalciteos dictum, adipem porcinum ita uocari, ſed ueterem quemcunque. Nos hodie axungiam dicimus interiorem illam ſuis pinguedinem, circa renes, omentũque maxime, ungendis rotarum axibus, quò melius circumuoluantur, uſurpari quotidie ſolitam: multique præterea ad alia uſus: ſed quę inde tamen nomen ſibi feciſſe uideri poſsit, ungendis, ut diximus, axibus.

ὁ δ' ἥρας οὐ βδελλίου, ἀλλὰ βδελλίῳ. *Heras autem non bdelli, ſed bdellij.*) Non quidem quòd diuerſa ſint hæc duo, quum idem omninò ſignificent: ſed ut uarietas etiam hac in re ſcripturæ oſtenderetur, dictum eſt: alioqui βδέλλα hirudo Græcis eſt.

CAP. VII.

ἄλλο πρὸς λεπτοδέρμους, ἐπιδαύρου. *Aliud ad Apellas, epidauri.*) Sine pelle ſunt Iudæi, & omnes qui circumciduntur ex legis ſuæ præſcripto, quos etiam recutitos dicimus. In alijs præputij uitium erit hoc, & partium illarum κολόβωμα.

παραχρῆμα ἄτονον. *Tenſionem extemplo auferens.*) α priuatiua particula eſt, et τείνω, extendo: inde compoſitum nomen.

CAP. IX.

ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ αὐτῆς λόγοις δέδεικται, ὑγρότης. *Sed contrarium totum quemadmodum in ſermone de ea oſtẽdimus, humiditas.*) Hæc quippè eſt, quę ex tenſione faciat, ob repletionem: tum uerò qua partes humeſcant potius, quã ſiccentur, & primò quidem. iccircò totum contrarium dixit.

ἐν δὲ τοῖς σκιῤῥώδεσιν, οὐχ' ὑγρότης ἐστὶν ἐπικρατοῦσα κατὰ τὸ πεπονθὸς μόριον, ἀλλ' ἡ σκληρότης· Ac

τον. *At in scirrho affectis non humiditas est, quæ prædominetur in parte affecta, sed durities.*) In schirrhosis affectibus utiq; humor quoq; est aliquis omnino, sed dura sus is, siue etiam congelatus, quod maximè morbum facit: ut quamuis humor adsit, humiditas tamen uerè dominari dici non possit, sed durities; scirrhi demum essentiam constituens. Verumq; nihilominus interea sit, idem esse affectus utriusq; generandi, & curandi genus: quoniam uterq; ex humorum affluxione fit, humorumq; eorundem uacuatione sanatur uterq;, si prius tamen in scirrho emolliti fuerint, uel regelati etiam, ut præparatione aliqua euacuationi habiles reddantur, humores.

Αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος. *Imperator literis integris.*) Eundem hunc citatum supra quoq; meminimus librum, operis huius secundo. Hic inscriptionis huius explicatio causaq; additur, quam nos ibi quoq; annotauimus.

CAP. X.

Ἔθος γὰρ ἔστι τοῖς νέοις ποιεῖν. *Mos est nanque iis iuuenibus, ut faciant.*) Satagunt, inquit, iuuenes medici, remedijs multis, varijsq; subinde mutatis, vt phlegmonem superuenientem uitent, nec satagentia tamen illa iuuat admodum, quoniam præstat non tam uariasse, neq; sic ab uno statim in aliud transilijsse. Icciro mox addet: ἂν μὴ καταβαίνῃ ῥᾳδίως τις ἐφ' ἕτερα.

CAP. XI.

Ἐφεξῆς δ' αὐτοῦ τὰ ἀκοπα χρίσματα. *Post hoc autem illinitiones acopa.*) Cuiusmodi ferè nunc paramus ad multa, & unguenta uocamus, partibus multis illinenda: ex oleis ad rem facturis, puluisculisq; itidem aliquibus, postremò ceræ addi iubentes, quantum futurum satis sit. Hanc enim esse chrismatis consistentiam oportet, paulò, quàm cerelæi sit, crassiorem. Quod quidem hic fiet, ubi ceræ, & oleo additi pulueres; crassiusculos necessariò efficient hosce illitus, quæ nos (ut diximus) unguenta uocamus. Reliqua, quæ hic à Galeno dicuntur, de his, deduci ad nostra, quibus hodie utimur possunt, quamuis diuersis nominibus: quod quum in superioribus adnotauerimus, non repetemus hoc loco.

Βραχὺ δὲ ἧττον θερμαινούσης ἡ λαρικὴ ὑπάρχει θερμοτέρα. *Parum autem calidior laricea, quã therebinthina existit.*) Toties iam tantam laricea cum therebinthina resina affinitatem, & conuenientiam audimus, ut quærenda nobis anxiè nimis therebinna non sit, quum laricea abundemus.

CAP. XII.

Κασσίας σύριγγος. *Casia fistulæ.*) Casiam Dioscorides longam, crassam, ac fistulosam probat: suam illam quippe, suiq; temporis, Ne quis fortè suspicetur, de qua nunc dicitur, nostram hanc esse, cuius medulla quotidie multorum aluos subducentes lenimus: Græcis medicis incognitæ.

Λέγεται τετράμυρον. *Dicitur tetramyrum*) Nempè ex unguentis quattuor constans, cuiusmodi unguenta ueteres habebant, ac dicebant: scilicet spissamentis quibusdam ex aromate admixto oleis: constans inquam ex irino, rosaceo, cyprino, gleucino, non oleis, ut diximus, sed unguentis quattuor his, æquisq; omnium portionibus.

φρωνίτρ.) Legendum ἀφρονίτρῳ.

Ἀναλάμβανε αἵματι χερσαίας χελώνης. *Excipe sanguine terrestris testudinis.*) Vt marina uitetur, quoniam hæc ob salsedinem, non magnopere profutura uidetur ad leuandos dolores, ut addi acopis debeat.

Ἀνὴρ ξυστικός. *Vir xysticus.*) Athletæ erant, qui in xyste se exercebant, uel iacula bantur.

Ἀποχύματος λι: γ. *Apochymatis libras tres.*) Quid ἀπόχυμα sit, inuestigandum: repetetur enim sæpe.

CAP. XIIII.

Λιμνεστρίδος οὐγγίας S. *Limnestridis vnciæ dimidium.*) Adarce erit, & adarcion ex Ga-

ex Galeno libro primo de compositione medicamentorum *κατὰ τόπους*. Hocque *λιμνήσιον* insuper ab Italis uocari dicetur infrà à Democrate.

Ξύσμα πλοίων οὐγγ. α'. Rasura naualis unciam unam.) Pix nauibus detracta hæc erit, marinæ facultatis ad maiorem efficaciam nonnihil continens: quamuis interea sedandis doloribus non ualdè collatura sit. Cæterùm acopum hoc non simplex est, ut inscriptio docet: additum enim legitur *θερμαντικόν*: ut calefaciendi uiribus polleat, quod mare quoque præstat.

CAP. XIIII.

σπάθης. Spatha.) Inuolucrum fructus palmarum adhuc florentium spatha est, ut Dioscorides ait.

Ἐλαίῳ βεβρεγμένῳ, ἐπιῤῥιπτομένῳ τοῖς τόποις. Oleo emacerato locis iniecto.) Oleum accipi uelle uidetur, quod sorditiei iam contraxerit aliquid: suæ nanque sordibus quoque ipsis insunt facultates..

Μητρῴας ἀρτεμισίας. Materna artemisiæ) Epithetum fortassè herbæ artemisiæ hoc sit, quoniam uteri affectibus conferat, qui *μήτρα* est: uel ut ab alio aliquo artemisiæ genere distinguatur: est enim non unum illius genus: & parthenium Dioscoridæ dictum: matricariam nunc uocamus, quasi *μητρῷαν*.

Ὀποβαλσάμου ἀγγεῖα μικρὰ πέντε. Opobalsami vasa parua quinque.) Non magnam fuisse opobalsami caritatem, uerisimile fit ex hoc. Parua enim licet essent uascula, at uascula tamen: ut pendere non minus uncia, uel semuncia debuerint. Paulò antè quoque in compositionibus quibusdam, opobalsami modò uncias tres, libram modò, modò sextarium etiam accipi uideas.

CAP. XVI.

Ἄν τις ἀνατρίψῃ μετὰ τροφὴν τὰ πεπονθότα. Si quis inungat post cibum affectum locum.) Eadem ratione, qua iubemur resumendo corpori, & pinguefaciēdo, dulcis aquæ lauationibus uti post cibum. Euocatur enim eo pacto alimentum ad partes faciliùs: & adest iam copia quæ suggeri possit, si tantùm liberi meatus fuerint, per quos transitus est cibo ab interioribus in corporis molem, necubi hæreat, & obstructiones faciat, præsertim uerò in hypochondrio dextro, ubi angustiores uenæ.

Σεργυτικοῦ δὲ μῖξον μύρου ἰρίνου. Sergetici verò misce vnguenti irini.) Sergeticum à loco nomen: inferius enim dicet: *ἢ τοῦ τε ὁμοίως ἰρίνου σεργυτικοῦ ἢ κυζικηνοῦ*: Irini Sergitici, uel Cizecini. Quæ loca duo sunt, irini unguenti compositionibus nobilitata.

Ἂν μὴ παρῇ δὲ μαλαβάθρον σοὶ κατὰ τύχην, πρόσβαλλε νάρδου τοσοῦτον τῆς γαγγίτιδος. Quod si malabathrum fortè tibi non adsit, adijce nardi tantundem Gangitidis.) Succedaneum hîc habemus malabathri nardum ipsam Gangitida, Indicam nimirum, à flumine Gange: ne fortè quis pro hac Gallicam sumeret. Hocque succedaneum Damocrate authore habemus, nulli aliorum posthabendo: at sunt hodie, qui macim malint.

IN LIBRVM PRIMVM DE ANTIDOTIS.

CAP. I.

TAΣ *ἰωμένας τὰ πάθη δυνάμεις. Facultates affectus sanãtes.*) Superioribus libris, quæ forinsecus ferè corporibus adhibentur, tractata fuere medicamenta multa, quamuis non multa illorum intrò etiam sumerentur. Nunc quæ intus accipiuntur magis tradentur: licet quandoque hæc quoque extrinsecus admoueantur. Theriacem quidem, ac Mithridaticam compositionem ipsam, non parum sæpe foris illinimus, in quibusdam affectibus.

Σαμμωνιακὴν δὲ τὴν μιθριδάτειον ὀνομαζομένην. Summonis autem vocatam Mithrida-

thridaticam.) Expulit, inquit, Mithridaticam compositionem theriace, à Mithridate, qui ætate prior fuit, concinnatam, ab Andromacho composita ipsa, qui posterior. Summouit autem loco suo, ac ueluti deiecit de sede, maiorum pollicitationum titulo: non solùm ad lethalia, ac uenenata medicamenta factura, quæ præcipua fuerat Mithridaticæ dos, nempè in rei illius gratiam composita primum: sed etiam ad uenenatorum morsus, acceptis insuper non paucis ad id simplicib. medicamentis alijs, trochiscisq; inprimis theriacalibus. At nunc non minore in usu, quàm theriacem ipsam, habemus Mithridaticam compositionem, tanquam in sedem suam restitutam: excepto ad uenenatorũ ictus, morsusq;, ac uiperæ inprimis: ad reliqua duo, non minoris successus: scilicet ad medicamenta lethalia, & subortos ex praua uictus ratione affectus: ad quos etiam sæpe melius, ac felicius faciat.

ἀλλ' εἰσὶν ἐφ' ὧν καὶ βελτίων. Sed sunt in quibus etiam potior.) Hi ipsi nempè quos modo dixi, affectus, ex mala uictus ratione prouenientes, quorum præsentaneum sæpe remedium fuisse uisum est Mithridatium, ac cum minore semper excalfactionis nimiæ, & siccitatis suspicione.

ὅσον αἰγυπτίου κυάμου μέγεθος, ἐλάμβανεν. Quantum Aegyptia fabæ magnitudo est, sumebat.) Faba Aegyptia, ut ex libro de ponderibus, & mensuris, Galeno adscripto habetur, obolum & semi pendet, grana in totum, quindecim. Nam quum drachma scrupulos tres faciat, scrupulus autem obolos duos: erit obolus granorum decem põdus, quoniam scrupulus uiginti erat. oboli porrò dimidium grana habebit quinq;. Ita fiet, ut quartam drachmæ partem pendat Aegyptia faba. Quod silentio prætereundum non fuit, quia in Galeni lectione occurret non semel hoc: ut ad usitatum ex granis pondus ducatur fabæ magnitudo ea.

ἐμοῦ παραιτουμένου τὴν ἀποδημίαν ἐκείνην. Me peregrinationem illam detrectante.) Excusatione vsus hoc fecit quòd patrium numen p[illegible]onem hanc non admitteret, nempè Aesculapius, ut ait in libello de p[illegible]

[illegible] τὴν ὑπὸ Δημητρίου τοῦ ἀρχιάτρου συντεθεῖσαν ἀντίδοτον [illegible] vero cõpositam à Demetrio Archiatro antidotum laudares) Archiatrus, siue etiam Archiater dictus, medicorũ primus, summusq;, ac princeps: non secus ac Archimagirus coquorum, Archigrammateus scribarum, Archipirata piratarũ princeps, omnes collegij sui, siue congregationis etiam, primi, summiq;. Caput enim sit societatis omnis unus aliquis semper par est, receptissimo iam apud gentes omnes more, & consuetudine: usq; adeò quidem, ut quæ parui quoq; temporis inibantur societates, aliquem tamen, qui imperaret, quæ exequenda essent, præpositum alijs haberent: ut conuiuia, siue symposia, symposiarchas: & triclinia architriclinos. Quæ quidem scholæ, societates, congregationes, collegia plura esse ciuitatis unius poterunt, magisq; prouinciæ, multoq; adhuc magis regis, aut Imperatoris unius alicuius, cui ciuitates, ac prouinciæ sæpe multę parent. Eodem modo medicorum collegia (vt nostra tractemus, quando quęsitum uideo, dicendus Archiater ne sitis quæ medicis pręest alijs, an principis potius medicus tantum) non solùm diuersarum urbium, uerumetiam Imperatoris eiusdem adeoq; eiusdem palatij haberi uno plura potuerũt, quibus medicus præesset aliquis, cuiq; suus: præsertim cũ (si Horatij prisci authoritatem sequamur) collegiũ constituere numero tantũ tres possint. Et potuit Imperatoris fortè cubiculũ collegium habere cũ archiatro suum, qui cubicularij hodieq; à multis medicis uocantur: pretoriani item milites suum: aulæ reliquum quod esset, suum. Quos oẽs, plures, & plurium numero significatos, Constãtinus Imperator, illustrib. priuilegijs, gratijsq; maximis ornari uoluerit: Archiatros inquam, qui alijs præessent, non qui subijcerentur his. Et lex inquit: Archiatros nostri palatij, necnon urbis Romanæ: hos eosdem intelligit, medicorum primos, seu primarios, non autem principis ipsius solũ: nec sanè intelligi, aut acci-

pi alij possunt. Quæso enim (atque animaduerti hoc uelim) quum ait: nostri palatij, & vrbis Romanæ Archiatros: aliósne esse Archiatros, quàm suos, indicat? vtiq; non principis, sed Romanæ urbis, qui archiatri nihilominus essent, & dicerentur. Quod si Archiatri principis medici dicendi tantùm sunt, quos ille alit, nimirum princeps, & à quo stipendia accipiunt, tum cui opellæ sæpe aliquid medicæ præstare possunt: iam & archimagirus dicetur ex media culina coquus unus aliquis, uel coquinæ totius (ut ita dicam) mediastinus: hunc enim quoq; alit princeps, à quo quoq; is stipendium habet: iusculumq́; , aut intinctum sæpè principi pararit: ut dici sine dubio principis posit. Quid autem inconueniens dici magis queat, quàm, vt is archimagirus quoq; sit: sicuti Archiater medicus principis quicunq;? Contrà conuenientius nihil aut cõgruum magis quàm si tam principis, quàm vrbis primarij reliquorũ medici archiatri intelligantur. Illud insuper attendendum (ne cui fortè mirum uideatur quòd plures simul sæpe nominentur Archiatri) quòd qui leges scribũt, atq; instituunt, non præsens tantùm tempus spectare certum sit, sed futurum quoq; ut propterea uenturi temporis ratione, in quo continuatis sæpe successionibus, plures numerari contingit, potuerit Imperator, imò debuerit, uel si unicus, solusq; illi Archiater fuisset, Archiatros tamen dixisse, ac priuilegijs eos & gratijs ornari uoluisse, non unum tantummodo. Hac ratione, nempe ex temporis successione, potuit Archiater fuisse Magnus ille, potuit Demetrius, potuere alij. Quamuis eodem quoque tempore plures existere potuisse, unius, eiusdemque Imperatoris Archiatros, docuerimus iam. Qui ijdem, vt comites præterea essent, quæ dignitas quædam est, nihil obstiterit. Nostra quoque tempestate uidemus Imperatorum non solum Archiatros, sed medicorum ipsorum multos comites fieri palatinos. Neq; abnuerim tamen, sicuti eiusdem fortè prouinciæ, uel principis quoq; uiri, Regis, puta, uel Imperatoris plures esse possent (ut ostendimus) Archiatri, qui obtemperantes sibi medicos alios habe[illegible] præponi ijsdem his Archiatris unum aliquem potuisse, cui parerent ipsi. Is uocari potuit, quo nomine instituenti primum magis placuit. Et uocarunt quidam, ut aiunt, hunc comitem: alij fortasse, ut ab Archiatris discriminetur, malint protophysicum. Sit sanè ita. In quo nihil aliud, quàm instituentis primò, attendenda voluntas est. Alioqui, quum nondum superiorem se aliquem haberẽt, ijdem esse facilè poterant Archiatri, & protophysici: quia significatum pariter idem. At quòd non ualdè uetus archiatri nomen sit, signi certe fuerit, tum primum impositum his fuisse nomen id, quum primum institutæ fuere scholæ, & societates, & collegia medicorum, quibus aliqui necessario præessent. Anteà, quum passim uagarentur medici, & in artem insilirent impunè multi, impetumq́ue in eam facerent sordidi quique, ut ex lanificio, Thessalus: sicuti collegia medicorum nulla erant, aut scholę, ita ne quidem præessent ulli. Occursumq́ue tandem est agyrtis his & circumforaneis, collegiorum medicorum institutione, ut nunc quoque occurritur, ne semper noxis his exposita esset ars medica. Ibi demùm necessarium uisum, aliquis ut præficeretur, qui societatem illam, & collegium moderaretur, dignitatisq; eius cum authoritate personam gereret. Simul quæsitum, inuentumq́;, atque impositum nomen personæ ei accommodum, Archiater, à superiorum ætatum nominibus in re simili per analogiam quandam desumptum, ut quemadmodum scribæ Archigrammateum suum haberent præsidem, & coqui Archimagirum suum, ita & medici Archiatrum suum. Quum enim dictiones omnes siue ab ἀρχῇ incipientes, siue in illam desinentes, ut symposiarcha, & patriarcha, eandem perpetuò significationem retineant, primatumq́ue potius societatis, ac congregationis alicuius indicandi: deriuatum ex his deductumq́ue archiatri recentius nomen, eandem quoq; retinuisse significationem debere,

bere, non inepte, ut arbitror, contenderit aliquis: si modo (quod authores boni semper faciunt) rectam rerum sequendam nobis in hoc similiter analogiam esse proposuerimus: ac quemadmodum illa, ad eundem plane modum hoc quoque Archiatri nomen nobis primum, principemque designet, medicorum scilicet, minime uerò principis medicum. Quid? Galenus ipse, an non imperatoris Antonini medicus fuit, auocatus ab eo ex Asia: manere permissus Romæ, concedente Imperatore, dum ipse ad bellum Germanicum proficisceretur: iussus, si quod Commodo filio aduersæ ualetudinis accideret, accersitus ut curaret, præstoque esset & operam medicam præstaret. Medicum hæc demonstrant principis: at cur tributum illi archiatri nomen nusquam legimus? Oportuit quidem, si principis medici, ijdem, eiusdem archiatri quoque.

Ἐξ ἔθους παλαιοῦ τοῖς κατὰ τὴν αὐλὴν ἰατροῖς. *Ex veteri medicorum aulicorum consuetudine.*) Cui dubium, inferioris cõditionis, ac notæ fuisse hos? & vnum habere potuisse Archiatrũ, qui ipsis præesset? Itaque ἰατροὶ dicuntur: nõ ἀρχιατροὶ: ἀρχιατρὸς esse oportebat, iuxta quidem aliter opinantiũ sententiam, quoniã principis ipsi pariter erant medici, nẽpe Imperatoriæ aulę: At, dicent, Archiatros accipimus, non qui principis stipendia mererentur solùm, sed qui operam medicam imperatori ipsimet exhiberent, medicoque officio apud illũ fungerentur, et munia medica intra cubiculi imperatorij parietes obirent. Eodem recidimus. Quæro enim, confusanea ne fuerit medicorum pluralitas ea, & prorsus ἀκέφαλος, an caput ipsa quoque habuerit ac prȩsidem, & primarium aliquem: habuerit necesse est, prȩsertim uerò, apud Maiastatis tantæ fastigium, ubi & dedeceant omnia, nisi ordinata fuerint. Qui si fuit, hunc tum nomine, quo uelis, appellato: primarium, summum, primum. Græci quidem ἀρχιατρὸν dixere. Qui si ἀρχιατρὸς fuit, reliqui mediusfidius esse non poterunt, sed ἰατροὶ tantùm: Imperatorij tamen, siue Cæsarei, & quidem cubicularij, hoc pluris fortasse habiti, quàm alij, nomine qui aulici tantum essent. Sed iam nimis multa de hoc, accedendum ad alia.

Καὶ τὴν ἀναλογίαν τῶν πρὸς ἄλληλα δυνάμεων. *Facultatisque inter se proportionem.*) Medicamentosarum facultatum proportiones, ratasque rerum, ex quibus compositio fit, inter sese partes ut seruemus, non in eo solum positum esse indicare uidetur nobis, si ex Andromachi præscripto, tantum sumatur ad medicamenti totius confectionem, pastillorum (uerbi causa) theriacorum tantum, ac scillinorum tantum: cinamomi, croci, piperis, ac reliquorum ponderibus suis, & mensuris descriptorum iam, tantum: in quo errari non potest, modò inuentoris primi, medicamentorũque horum omniũ, qui partes uniuscuiusque has illasue fecit, dispensatoris iudicio, ac sententiæ standũ esse censuerimus: sed etiam illud cõsiderandum esse à nobis uelle uidetur, quod mox dicenda indicant: ne, si euanidis iam, ac senescentibus forte aliquibus, quãuis põderibus suis iniectis, ualida alia, & recentia, facultatibusque ideò suis prȩsentia addantur, proportio tota pereat: obscuratis scilicet imbecilliorum facultatibus potentiorum uirtute, licet pondera obseruata in omnibus ad libellam fuerint.

Ἢ τῷ χρόνῳ, ἢ τῷ γένει. *Vel tempore, vel genere.*) Genus dixit, regiones, locaque, unde peti præcipua sui generis quæque, ad compositiones medicamenta solẽt: ut iridem Illyricam ferè expetimus semper, crocum Corycium, mel Atticum, atque huiusmodi multa alia.

Καὶ τὴν τῶν μορίων ἀλληλουχίαν. *Ac partium veluti cohærentiam.*) Hæc fit, cùm partes mutuò sese apprehendentes continuantur, amplexanturque inuicem, & continuum faciunt, eò quòd alia aliam subinde habens teneat: ἀπὸ τοῦ ἀλλήλων ἀντέχεσθαι, quòd mutuo cohæreant, habeanturque. Cicero quoque cohærentiam dixit, libro de natura Deorum. Quamquam, inquit, etiam ad mundi cohæren-

tiam pertinet, cum de Solis, Lunæq́, & reliquorum ſyderum circuitu diceret: Porrò autem optimi mellis ſigna eadem propè ponuntur à Galeno, ſeptimo therapeutices Methodi.

Ἐτι δ' ἐπυνθανόμην, εἴγ' ἐπὶ πλεῖον ἡψήσειε, καὶ ἀπαφρίσειεν αὐτό. *Interrogauiq́, præterea, num decoxiſſet longiùs, ac deſpumaſſet.*) Ideò, quod lõgior decoctio, & deſpumatio magis magiſque conciliare melli uinoſam illam qualitatem poſsit, quò plus excoctæ, atq; abſumptæ medicamentoſæ partes fuerint.

πολὺ δὲ εἰς ἑκάτερα τῆς ἀλλοιώσεως αὐτοῖς συμβάλλεται τὸ χωρίον, ἐν ᾧ κεῖται. *(Multum autem confert ad alterationem vtramque in partem locus in quo reponuntur.)* Nimirum vt vel aceſcant, uel amareſcant uina. Sunt enim, quibus frigidior locus competat primo, dein & calidior: ſunt quibus econtrario calidior primo. Etenim imbecillia, parumq́ue uinoſitatis retinentia, ferre circumiectum aerem paulò frigidiorem haud poterunt, euicto facilè natiuo uini calore, propter imbecillitatem, atq; exiguitatem, ab ambiẽte. Expoſcent igitur iſta calidiora loca, & quidem, quod Galenus dixit, ἱκανῶς θερμὰ ἐξ ἀρχῆς, benè calida ab initio: neque calidiſsima tamen, ut æſtiui calores ſunt: ſic nanque exhalatus uini calor exiguus ille, euaporatusq́ue ambientis calore uehementiore, ut lucernulæ paruus ignis maiore flamma ſæpè ſolet, ueluti marceſceret, ac periret ſtatim. à bene calido autem ſic ſatis, adiutus, fotusq́ permanebit diutius, ut ferre uetuſtatem tandem quoque poſsit. Contrà alia quædam ſunt, paulò magis firma, fortiaq́ue, ac caloris uinoſi tanti, ut non ſolùm ferre circumiecti aeris frigus paulò maius valeant, verum etiam eo iuuentur maximè, ac tanquam à circumſiſtente frigore, coacta in unum calorifica facultate, uires inde, roburq́ ſumant, donec etiam, accedente poſtmodum ambientis calore, perficiantur: de quibus illud pronuntiatum legi debet: κατ' ἀρχὰς μὲν ἄριστον δ' εἶναι τὸ ψυχρόν, ὕστερον δὲ τὸ θερμόν. At neutris tepor conueniens ullus fuerit, iuſtè facientis cauſæ defectu: quæ priuatiua potius cauſa quædam eſt. Nam nec imbecillibus conferet tepidus circum aer, nõ enim calorificas uires addere illi ullas poterit, quas non habet: neq; fortib. auxilio eſſe, ut robur ex inſigni aliqua circũiecta frigiditate aſſumant, quæ tepori nõ adeſt: quippe caloris, & frigoris in medio exiſtẽs: nõ aũt inſignite, aut hoc aut illud. Atq; hæc cuncta de uinis intelligenda, poſtquam deferbuerint: μετὰ τὸ κατὰ τὸν πίθον ζέσαι: ut mox dicetur. Nam muſtum, adeoq́ muſtea uina ipſa, tantiſper, dum feruent, non magni retulerit, quo in loco ponas: ipſa enim ſibi efferueſcentiam faciunt ubiq;, quamuis hoc quoque citius in calido, quàm in frigido loco eueniet, ut ferueant, inquam. At poſtquã deſerbuerint, ibi tunc demum diſpiciendum, quo melius reponi loco ad conſeruandum debeant.

Δυοῖν δ' ὄντοιν εἰδῶν αὐτοῦ. *Dua autem cum ſint eius ſpecies.*) Nimirum Falerni, utique Fauſtianum, & Falernum. Plinius tria feciſſe uidetur, loco tantum differentia genera, Campaniæ tamen omnia, duobusq́ his addidit Gaurianum ſiue Gauranum, cuius ſuperius inter aquoſa mentionem fecerat Galenus. Et in ſummis collibus hoc ipſum Gauranum gigni dixit Plinius idẽ: medijs Fauſtinum, imis Falernum. Vt non immeritò propterea Galenus, inferius prouenientium uinorum comparatione, Gauranum, in ſummis quod prouenit collibus, ubi minor ſemper uuarum coctura, inter aquoſa deputarit. Periere porrò hæc omnia nunc, ut non certo ſatis ſciri poſsit, quod nam hoc tempore habendum pro Falerno ſit. Non procul tamen inde ortus ſuos occupaſſe uidetur, quod Græcum nunc dicimus: ut propterea etiam uenire ad Theriaces compoſitionem Falerni loco queat. Sed ſi tamen præferendum ad rem hanc uini genus aliquod ueteribus æquè, ac nobis non incognitum cenſuerimus: non uideo, quid Pucino deſit, quo minus reſpondere notis omnibus, & loco ſuo ſatis facere, ſi recipiatur, poſsit: de quo præſertim Plinius, præter Liuiæ

Auguſtæ

Augustæ commendationem quum primas huic in uinorum generoſorum cenſu dediſſet, primo enim loco retulit; poſtremo illud etiam addidit: non eſſe aliud medicamentis aptius uinum iudicatum Puto à medicis: hoc enim medicorum iudicium eſt. At Theriace medicamentum eſt, & quidem nobile.

Κατὰ τοιόνδε τινὰ λογισμόν. *Tali quadam ratiocinatione.*) Ita ſecum ratiocinabat medicus is, quum mel fortè cuipiam admixtum prius, uinoſum deinde factum uidiſſet: ſiquidem fieri hoc experimur, ut uinoſam qualitatem contrahat mel recens fortaſſe contemperatum: expectandum ergo tantum temporis fuerit, dū ueteraſcens degenerare in id nequeat Neq; animaduerterat is, tempore ſubamarum fieri mel poſſe, coctumq; adhuc magis.

γεννᾶται δ' ὁ μὲν ἐπαινούμενος ὑπ' αὐτῶν ἀριούσιος ἐν Χίῳ *Gignitur autem laudatum ab ipſis Ariuſiū in Chio.*) Quale ferè eſt quod maluiſiæ nomine ab Aruiſio deflexo, ex Creta, per uniuerſam ferè Europā exportatur. Quamuis enim Chium non ſit, ſed Cretenſe uinum hoc hodie: potuit initio tamē nobiliſsimi Chij illius æmulum, bonitatisq; fortè eiuſdem mutuatum inde nomen ſuum feciſſe, ſibiq; uendicaſſe; non iniuria: nempè cuius uires, ac facultates referret.

Ἀνδρομάχου νέου θηριακὴ δι' ἐχιδνῶν, ἡ καλουμένη γαλήνη. *Andromachi iunioris theriace ex viperis, quæ vocatur Galene*) Proprium hoc antidoti huius nomē γαλήνη, quòd oppreſſos malis tranquillet; ſicut e diuerſo triſtem dicimus rem aliquam, quæ triſtes faciat homines. Theriace autem dicta generali magis nomine. Nam & Theriaca inſcripſerat carmen ſuum Nicāder, in quo remedia aduerſus uenenatorum animalium morſus, ictusq; traduntur, quæ θηρία quædam ſunt: unde nomen quoque theriaces hoc deſumptum uideri poſsit, remediorum contra animalium uirulentorum morſus ſignificatione: quando porrò eiuſdem opus alterum, alexipharmaca, diuerſæ ſignificationis ſit remedium, atq; auxilium ad uenena, quæ intrò ſumuntur, indicans, ut theriaca ad morſus. Et quoniam plura eſſe poſſunt, quibus nomē hoc conueniat, antidota, ut theriaca uocent, ad uenenatorū quippè morſus facientia: ex generico peculiare magis fecit, δι' ἐχιδνῶν dicens, ex uiperis: ut inditum iam theriaces nomē propius nobis indicaret, quale eſſet non ut nomini quicquam adderet, quod iam habet: æquè ac ſi theriacē, ad uenenata, quæ ex anatum ſanguine conſit, hoc ipſo indicaremus nomine: theriace ex anatum ſanguine: de nomenclatura nihil quicquam demeret hoc, aut adderet: perinde enim theriace appellaretur: ab anatum uerò ſanguine, quę θηρία uenenata non ſunt, dici profectò theriace non poſſet: id tantum ſignificaretur inde nobis, cuiuſmodi accipere theriacem deberemus. Ad eundem modum paſtillos theriacos, ita dictos credere poſſumus, quòd inprimis aduerſus uenenata animalia faciant. Hoc quidem nomine, hacq; additione theriaces antidotus Mithridaticam, reliquasq; ſuperat omnes, ad uenenatorum morſus faciens. Neq; tamen, quantum quidem diſpicere ego poſſum, quid impediat uideo, quominus exiſtimare liceat, priuatim in Theriaca, hoc illi ueluti confirmatum melius fuiſſe nomen, ex eo quòd in compoſitione θηρίον, nempè uiperam ipſam acceperit, paſtillosq; theriacos: Modò illud quoq; conſtet, non paucas eſſet theriacas compoſitiones, quæ, nihil quamuis admixtum habeant animalis alicuius uenenati, theriacæ tamen dicantur, atq; ad uenenatorum animalium ictus faciant.

ἔνθα μὴ προσβάλλουσιν αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου. *Quò radij ſolares non attingant.*) Videretur delenda negatio μὴ: recens nanq; contecti paſtilli, ferre ſolis radios non incōmodè poſſe, uidebuntur, ut facilius deſiccentur, antequam putredinis aliquid cōtrahant: poſtq; uerò ſiccati in ſole fuerint, extra ſolis radios reponi in eadem domo debebunt: ſic enim paulò pòſt imperat Galenus, ut fiat, inquiens: καὶ μετὰ τὸ ξηρανθῆναι δὲ κείσθωσαν ἄλλας ἡμέρας πλείους, κατὰ τὸν αὐτὸν οἶκον ἔξω τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων: non ita dicturus, ſi prius extra ſolares radios fuiſſent in eadem domo. Contrarium igit̄ iuſsiſſe prius uideri poteſt: ut ad radios ponerentur ſolis: nam ſi prius

extra radios poni uoluisset, non hic tam mox post illud, idem frustra monuisset. Hanc suspitionem meam, potius quàm sententiam, uel opinationem, non potui non indicare: abolendam, quibus non placuerit.

ου μὴν πολὺ γε βλάπτονται, κ' ἂν μετ' ἐνιαυτὸν μιχθῶσιν. *Neq; tamen multum nocet, uel si post annum misceantur.*) Dictum hoc propter scillinos pastillos, qui uenire in compositionis usum, nisi temporis interuallo aliquo post, non facile possunt. Scillam enim exigunt benè habitam, siccisq; folijs, & caule: at id expectari nisi media adultaq; æstate haud potest: tum deinde resiccentur opus est. Quæ omnia commode sans assequi licebit, nec uerebimur interea temporis, ne euanidi, autq; inutiles fiant pastilli quoq; theriaci, quippe durabiles.

Ἀπολείπεται δὲ τὸ φυτὸν τῶν τῆς μάρου πολύ. *Planta porrò hæc à maro longè uincitur*) De maro, & amaraco paucula quædam legi possunt. Suprà annotata, in κατὰ γένη tertium.

περὶ μὲν οὖν τῶν τριῶν εἴρηται. *De tribus igitur dictum.*) Quattuor erant, quorum singulorum capi drachmæ uiginti quattuor debuerant, in antidoti compositione: pastilli theriaci, opium, magma hedychroum, & piper longum: nam pastillorum scilliticorum quadraginta octo drachmę fuerāt. De pastillis ergò theriacis, & hedychroo magmate, modò dictum: quę duo sunt: de opio, quod tertiū, non multò post libri principia facta mentio fuit in historia medici, qui ex Thebis Aegyptijs allatum injciendum Antidoto curauerat. Nunc piper longum affert quartum, adulterini dignoscendi modum nos edocens.

τὸ μὲν γὰρ ἐκ χαλβάνης σαγάπηνον οὐκ ἔχει τὴν ὀσμὴν τῆς ἰδιότητος. *Sagapenum quidem ex galbano proprietatis odorem non habet*) Nam sagapenum hircino odore non est unquam ullo: at est ex galbano sagaperum, licet uiribus non multum distet à uere ac propriè dicto sagapeno.

τὸ δὲ ὀποκάλπασον ἀναιρετικόν ἐστιν. *Opocalpasum uerò exitiale est.*) Mirantur inter myrrham, qua pro alexipharmaco utimur contra uenena, reperiri uenenū posse, opocalpasum, uel quòd ex myrrha degenerare in hoc queat. Quod perinde tamen mirandum non sit, si nobiscum consideraremus, alexipharmaca, siue alexiteria in medio reponi uel à Galeno ipso inter naturam nostram, & uenena ipsa. Media igitur quum sint, non est illis difficilis admodum progressus ad extremorum alterum, idq; deterius, quo paratior, ac procliuis magis uia.

ὡς ἐπὶ τῶν ἀρτίσκων εἴρηται. *Quemadmodum narratum de pastillis fuit.*) Non quidem, quòd ex rosis pastilli ulli constent, neq; scillini, neq; theriaci, neq; magmatis hedychroi: sed quòd rosæ, quæ in reliquam theriaces compositionem recipiuntur, illo siccari modo debeāt, quem in modum siccari debere dictæ fuere res, ex quibus pastilli illi fiunt, nempè in umbra, & in locis editis, minimeq; uliginosis, aut terrenis, subterrenisue, de quo mox admonemur.

ὥσπερ πολλάκις γίνεται κατὰ τὸν τρόπον τοῦ θέρους. *Quemadmodum sæpè euenit æstatis modo.*) Interpres ità: Quemadmodum sæpè fit, ut assimiletur æstati. Rectè quidem τρόπον interpretatus modum, & similitudinem, sed pro siccitate accipiēs. Cæterum, quia præcesserant statim uerba illa: annis illis, quibus uer totum non humidū fuerit: & mox sequitur aduersatiua: ἀλλ' ὅταν γε κατάστασις γίνηται ξηροτέρα: Verum, quum constitutio fuerit siccior: necessarium fore uidet', ut quæ in medio collocantur uerba, de humiditate accipiantur omnia, hoc sensu: Annis illis in quibus uer totum humidum non fuerit: quemadmodum sæpe fit, nempe, ut humidum fiat: κατὰ τὸν τρόπον τοῦ θέρους, æstatis more, ac modo: quæ ipsa quoq; uidelicet humida sæpè præter naturam propriam fiat. Atque ita aduersatiua illa, quæ sequuntur, locum suum habebunt: uerum si constitutio siccior fiat, & reliqua. Quid si autem pro τὸν τρόπον, legamus τὴν τροπὴν, ut θερινὴν intelligamus: solstitij quippe ipsius tempora, in quibus, quamuis præter rerum naturam, uisæ tamen sunt uiguisse pluuiæ non parum sæpè, ut tantò magis expectandum idem ueris sit tempore:

πετροσέλινον δὲ τὸ μακεδονικόν. Petroselinum verò Macedonicum) Iam ne hoc quidem destituemur ad confectionē theriaces, ex Macedonia usq; in Italiā allato, notisq; suis à uiris hac medicinæ in parte magnis, cognito, ac recepto.

ὥσπερ γε καὶ ὀποβάλσαμον. Sicuti planè & opobalsamum.) Iubet opobalsamum Iudaicum ut sit, sicuti & bitumen Iudaicum, quando Aegyptus quoque ipsa Balsamum arborem habebat, ex qua opobalsamum suum, sed deterius. Antehac alij aliud substituere, ut uenire ad theriacæ compositionem pro opobalsamo possent: nunc conuenisse omnes propè uideo, potiores certè, Patauinumq; adeo Collegium, quod multorum multoq; maximorum medicorum instar esse debebit semper, ut expressum de nuce myristica oleum, quod ità nunc uocat, subire in illius locum, propriumq; esse succedāeum deberet. Magnis deinde rationibus uicere, ut nux eadem myristica carpobalsami esset uicaria: refragrantibus quidem, qui cubebas malebant: sed uincit, ut dixi, ratio, quæ mihi quoque persuasit. Rursus communis est multorum, ac potiorum consensus, pro xylobalsamo, agallochum, aloes nempè lignum, acceptantium. Quorum ego quoq; iudicio, ac decretis standum esse existimarem, rationibus maximis confirmatis, quas legere est uolentibus apud illos.

σχεδὸν εἰς ἓξ τὰς διαφορὰς γενικὰς ἡκόντων. In sex ferè generales differentias diuisa.) Vt uitium pariter ipsarum genera multa habemus. Non eas dico tantum, quæ racemorum contrario inter se colore spectantur, albo nigroq;: sed eiusdem coloris non paucas racemos proferentes, ex quibus alterius tamen atq; alterius generis uinum exprimatur, suis semper peculiariter nominibus cognoscendas rusticanis. Ea uitium genera, uel media hyeme, uitibus folijs suis spoliatis, periti rerum harum agnoscent facile, sola ligni inspectione: uinaciolæ ne sint, uerbi caussa, an uerò albariæ, an Romanę, an Sclauicæ, an quo alio appellari nomine debeant: albi tamē uini procreatrices omnes. Eodemq; modo in nigris euenie ut minutiora quædam rerum harum omnium discrimina teneant periti coloni, nobis alijs agriculturæ ignaris, eadē prorsus uisa omnia. Ita fieri in cinamomo quoq; potuit. Hocq; adeò tempore uulgatum nostrum, quod Canellam uocamus, Galenus, uel quiuis paulo diligentius in his uersatus alius, ex generibus sex illis, unum aliquid fortefortuna agnosceret: neq; enim dubium, si quis notas rectè expendat, plura inueniri, ueri, ac legitimi cinamomi in nostra hac canella posse ueluti fragmenta.

τὰ δ' ἐπ' Ἀντωνίνου τοῦ μετὰ τὸν Ἀδριανὸν ἄρξαντος. Alia sub Antonino qui post Adrianum imperauit) Is fuit, qui pius dictus est, Faustinæ, ut opinor, pater, Marcij deinde Antonini philosophi atq; imperatoris uxoris.

ἐν ᾧ δένδρον ὅλον ἦν κινναμώμου τοῦ πρώτου γένους. In quo Cinamomi arbor erat tota primi generis.) Hoc necessarium esse non ostenderit, ut semper cum arbore sua allatū spectaretur cinamomū. Potuit enim in Imperatoris tanti gratiam, arbor tota inspiciēda offerri illi, quum aliàs detractus arbori cortex afferretur tantummodo, reiecto, tanquam inutili, ligno: potuit initio delibrari casiæ cortex solum, Cinamomi autem rami exportari in alienas regiones, cū ligno suo integri, siue quia delibrari difficilius esset hoc, quàm casia, utpote corticosum ualde, seu qua alia de causa, donec delibrandi huius quoq; inuenta ratio, modusq; facilior, quod nunc quoq; fiat. Vt esse propterea id argumento non debeat, legitimo nos destitui cinamomo, quòd tota illius arbor nunc ad nos afferatur. Quoties enim usu id euenisse uidemus, ut colligendarum præparandarumq;, atq; etiam exportādarum mercium, alia atq; alia excogitaretur temporis deinde processu, ratio? Sic contrario quidem modo, sed quod ad mutationis rationem attinet, eodem macim prius habuimus, siue macerem importatum solùm, nunc cum nucula sua importatur myristica illa. Sericum anteà solùm uidere ueteres

dis

illa:nunc uermiculos etiam, qui nobis id conficiant, uidemus, tractamus, fouemus. Et Galeni tempestate ex Creta Romam mittebant herbæ multæ, semina, fructus, radices, succi, quibus uasa quædam implerentur uiminibus cõtexta: nunc nec tàm multa inde petuntur, & quæ petuntur, rationibus alijs collecta, parataq; mittuntur. Immutantur ista: neq; necessum est, quo quidq; factum in his fuit olim modo, idem, eodemq; ut nunc quoque fiat tempore, nanque aliæ subinde emergunt aliter faciendi rationes: incitante commoditate, lucro, cõpendio, libenter quo nos ista ducunt, sequimur, relictis prioribus.

Ἐγὼ δ' εἰς ἅπαντας ἀεὶ βέλτιον κινάμωμον. *Ego tamen perpetuo cinamomum indidi.*) Sic fiet ut quater recipiendum in theriaces compositionem cinamomum fuerit, si quidem pro casia sumi cinamomum debebit. Nam & hedychroi magmatis compositio tum cinamomum, tum casiam accipit: & reliqua theriaces compositio eodem modo utrumque.

Ἀλλὰ πάσῃ γε συριγγιῶδει ὑπό τινων ὀνομαζομένῃ. *Sed nominata à quibusdã fistularis.*) Fistulosam casiam commendat Dioscorides, quæ hic deterioris esse notæ uidetur: fistularis fortasse, siue fistulosa ex eo dicta, quòd fistulam reliquis magis referret, maiore cortice, atque eo plicatuli magis, utpote tenuiore, cutisq; magis, quàm cortice: quod casiæ proprium est, ut Plinius ait. Neque tamen non & cum ligno quoq; suo arbor casię tota spectari poterat: paulo ante enim ὥσπερ ὅλον, inquit, ὁρᾶσθαι τὸ οἷον δένδρον ἀκριβῶς, κασσίαν: Vt tanquam integra arbor spectaretur exacta casia: eadẽ qua de cinamomo dictum prius fuit, colligendi ista parandiq;, atq; exportandi in diuersas regiones, ratione. Minus tamen casiæ arborem integram exportari solitum fuisse, ualde uerisimile fit, quòd lignosa nimis esset, sicut cinamomum corticosum, ligniq; parum retinens. Quocirca de casia, ὡς εἰ γ δένδρον, dixit, ueluti arbor: at de cinamomo: ὡς ὁ δένδρον ὢν τὸ κιναμώμου. Sed enim nostra hac tempestate omnia iam uulgata de cinamomo, casiaquè & canella, ut cessare propterea debeant fabulosa cuncta, quæ de his tradebantur, postquam certo iam propè certius est, delibrari, tanquã ex suberis arbore, corticem duplicem, abiectaq; exteriore, secundum & interiorem seruari, qui in tabellas sectus, humiq; repositus, solis ardoribus in tubulos, quos uidemus, contortus conuoluatur, & modò roseum colorem, uinosumq; illũ tempestiuè, maturèq; detractus, ac probe paratus conseruatusq; accipiat: modò cinereum uitio aliquo contracto, modò nigrum perustus. Nobiliorẽ porrò, & qui ueri nobis cinamomi loco esse debeat, quinimo qui uerum cinamomũ sit, ex Zeilam insula afferri: sicuti ignobiliorem pro ueterum casia habendum ex Malauar, ex Iaua. Arborem totam magnitudine oleæ traduntut à Galeno uisam quattuor cum dimidio cubitorum glossocomio contentam, uel ramum fuisse arboris oporteat, uel pusillam sui generis, nec dum adultam.

Ἐφ' ἧς φυλάττεσθαι χρὴ, μή τις ἡμῖν ἔτι καὶ δὴ τίς ἡμῖν τὴν ἐκπληκτικὴν ὀνομαζομένην. *In qua cauẽdum, ne quis elotam nobis dictam tradat.*) Nostro hoc tempore non tam uerendũ, id: cùm quòd peragratis iam tàm sæpè Indiæ regionibus, a ditisq; frequenti nauigatione locis illis, tàm crebra mercium inde harum exportatione ad nos, in tanta iã copia, nõ sanè magna adulterandi ista causa restet ulla: tùm uerò quòd parari iam desiere unguenta pretiosissima illa foliata, & spicata, in quæ nardi radix hæc, spica tamen dicta, sumpta prius, præstito iam usu suo, euanida, atq; elota uendebatur.

Βελτίων τε καὶ ἀμείνων, ἡ ἐκ τῶν νήσων τῆς Κρητικῆς. *Habitior autem est, ac melior, qua ex insulis affertur, quàm Cretica*) Hic haud dubiè ex insulis, nempè Stœchadibus petitam, Creticæ præfert. Atqui Cretica quoq; Stœchas insularis fuerit, quoniam quidem Creta insula. Sed una: illæ autem plures, icircò, ἐκ τῶν νήσων, dixit Hoc loco qui doctissimorum plurium nomine scripserunt, doctissimi pariter ipsi, existimasse uidentur, à Galeno Creticam ex Stœchadibus allatæ Stœchadi prælatam: Sic enim aiunt, Probat autem idem (nempè Galenus) Creticã uti

uti uegetiorem, ac potiorem, post quam ea est, quæ in insulis Stœchadibus nascitur. At Galenus contrarium totum protulit, ut modo audiuimus.

πᾶσι γνωρίμως, καὶ μηδὲν ἔχοντος ὅμοιον. *Omnibus noti, nihilq́; habentis simile.*) Rerũ multarũ similitudine inter se decipimur sæpe: deq́; eo prolixè satis instruimur à Galeno de Placitis Hippocratis, & Platonis nono. At cui nihil simile fuerit aliud, id facilè ꝑ alio accipi, ac est, haud poterit, neq́; pro ipso aliud. Ita sanè in polio, notis suis proprijs, & priuatis quibusdam, nullisq́; alteri plantæ communib. aut similibus cognoscendo, non temere decipiemur: non enim imponet similitudo ulla nobis.

Καί τοι τῶν πλείστων βοτανῶν ἐν τοῖς πεδίοις ἀσθενεστέρων γιγνομένων. *Quum tamē herbæ plurimæ in campestribus imbecilliores gignantur.*) Non parũ retulerit, quamuis cāpestria loca fuerint, ut obuersa in meridiem tamen sint, à tergo accliuis aliquid habeant, quod à septentrionibus defendat, & solarium radiorum repercussu locum cōcalfaciat, solumq́; subsit in palnitie minime uliginosum, sed siccius, herbarumq́; ferax sicciorum. Et sunt herbæ, quæ natura sua hæc, quàm illa magis loca ament, ut optimę proueniant, iuxta Vergilianum illud: Nec uerò terræ ferre omnes omnia possunt.

λαμβάνειν δ' αὐτὸ χρὴ τὸ ὠχρότατον. *Sumere autem ex ipso opus est pallidißimum.*) Non desunt loca authorum, Galeniq́; adeo ipsius, quæ nobis pallidum colorē ostendant, ὠχρὸν Græcis dictum, ex lutei, siue flacci etiam, aut uiridis parte aliqua cōflari. Nam & in commentariorum primo in Hippocratis prognosticum ita scribit: ἀντειωτέρα δὲ ἡ ἰδέα τὸ χλωρόν. εἰώθασι δὲ οὕτως ὀνομάζειν οἱ παλαιοί, ποτὲ μὲν τὸ ὠχρόν. Consueuerunt, inquit, ueteres ita nominare pallidum: quum de faciei coloris mutatione ad uiride dixisset. Et paulò pôst, de uulnerum in morbis mutationibus loquutus: τῶν μὲν γὰρ χολωδῶν ἐπικρατούντων, ὠχρὸν ἔσται τὸ χρῶμα, inquit: Biliosis exuperantibus, pallidus erit color. At bilis fulua, aut flaua, plus, minus, lutea omnino quoquomodo omnis: ut etiam quam pallescentem dicimus, ea lutei, uel uiridis aliquid obtineat. Ac uitellina in summo flaua, ruffaq́; etiam sæpè, si pituitosum humorem tenuem, uel aquosum excrementum aliquod admixtum per totum habuerit, humidia iam facta, ac flaua minus, pallida propriè dicetur, eodem authore Galeno, commentario in Hippocratis opus idem secundo: ἥ τις ἰδιαίτερον ὠχρὰ προσαγορεύεται Oui luteum τῶν ὠῶν τὸ ὠχρόν, dicunt Græci ijdem. ὤχραν dixere terræ genus ex luteo pallescentē, mutato tantùm accētu, quasi ὠχράν. Et Ouidius: Oraq́; buxo pallidiora gerēs, dixit: at cuius coloris buxus sit, nemo ignorat. Quę omnia eo à nobis allata sunt huc, ut nodus tollerē, qui anxios habuit uiros doctos, quum colorem tribuisse Galenum uidissent Storaci palidissimum, Dioscoridem uerò flauum: est enim in flauitie quoque pallor, ut ostendimus.

ἔστι γάρ τις λημνία μίλτος, ἐν τῇ μίλτῳ γιγνομένη, πρὸς ἄλλας χρείας ἐπιτήδειος, οὐχ ἣν μὲν αὐτοὶ καλοῦσι λημνίαν σφραγῖδα. *Est enim Lemnia Rubrica quadam in Milto proueniēs, usibus alijs accommoda, non ad quos Lemnium sigillum.*) In theriaces compositione, tanto omnibus alijs, (ut par quidem fuerat, conficiendo tàm nobili antidoto) diligentia, ac studio inuestigatis, labore inuentis, iudicio excussis, authoritate confirmatis, unius terræ Lemniæ inuestigationis, examinationisq́; securi esse iubemur à doctissimis: non enim referre quicquam dicunt, siue ex Lemno ea sit, siue ex Cappadocia Sinopē delata: adeoq́; ex nostra, si perfectior rubrica seligaẽ, futuram perinde, atq́; Lemniũ sigillum ipsum, esse, usuiq́; quàm maximè idoneam, modò optime abluamus. Ex lotione nanq́; partes ab ea extersorias, ac inficientes remoueri: ut optime elota, pinguis, subflaua, ac nequaq́; contaminans inueniaẽ. At ex Galeni ꝑfectò uerbis modò recitatis diseriptisq́; à me hîc, nō paruũ interesse in his discrimē colligere unusquisq́; ualeat, quādo inter Lē-

niam

niam quoq; ipsam aliā esse dicat in Milto, siue Lemno ortam, quæ ad alios usus adhibeatur, quàm ad quos Lemnium adhiberi sigillum solitum sit. Porrò quod nam maius esse potest discrimen, præsertim uerò medicis, quàm ex usu medico commoditateq; ad multa artis nostræ quæsitum? Quod mehercule in Lemnio sigillo est, recepti tantummodo in medicina usus: alij autem usus alterius illius, fabules esse poterunt quidam, uel communibus alijs hominum commoditatibus idonei: colorandarum rerum plurimarum, ducendarum linearum, notandorum in libris capitum, & titulorum, quas rubricas uocamus, atq; huiusmodi quędam alia. Et hic igitur, & nono de simplicium medicamētorum facultatibus libro, diserté inprimis, alterius nobis Lemniæ terræ, quæ rubrica tantum quædam sit, differentiam aperuit, uerbis non obscuris. Quorum quæso, nisi, ut relicta hac, & ad alios usus, quales modò narrauimus, seposita usui medico Lemnium tantummodo sigillum adhiberemus? De quo rursus uerbis non minus mediusfidius disertis, hac quoq; libri huius in parte monemur. Est enim, inquit hic, Lemnia rubrica quædam usibus alijs accōmoda, πρὸς ἄλλας χρείας ἐπιτήδειος, ἣ μιλῶ ἀς ἃς ἡ καλουμένη λημνία σφραγίς: Non quibus Lemnium sigillum dictum adhibetur: ibi autem: ἡ δ' ἑτέρα δ' ἱστορία τῇ ὄντως μίλτῳ, χρῶνται δ' οἱ τέκτονες αὐτῇ μάλιστα: Altera illius, quæ ùerè rubrica est, differentia, qua maxime fabri utuntur. Et posteà nihil referre arbitrabimur, quamcunq; ad theriacæ antidoti compositionē admittamus rubricam, obuiam quamq;, etiā ex Cappodocia Sinopem delatam, etiam de nostratibus unam aliquam? Nam, quod dicitur, sola inter se sinceritate aut alterius cuiuspiam permistione distingui ista: & Theophrastum non aliam inter rubricam Lemniam, Chiam, & Cappadocam distinctionem constituisse, quàm ex simplici, & composita ipsarum substantia, facilè, ac lubenter concedimus: imo maius hoc ipso aliud largimur: nempè fieri insuper posse, ut ne hactenus quidem, hisq; modo dictis nominibus differant inter se: sintque colore, & substantia, qualitatibusq; alijs, quæ sub aspectum ueniunt, perquam similes: dotibus tamen interea, ac facultatibus differant. Quid ni? Similium quippè quorundam in aliquib. dissimiles reperiri proprietates quædā possunt: Psillos, Marsosq; distasse ab hominibus alijs notis ullis non lego: at eosdem, quod aliorum nullus poterat, uenenata omnia fugasse, serpentesq; uenenosos impunè tractasse, multorum de hoc scribentium consensus est. Et (ut propius ad materiæ, quā nunc tractamus rationem accedamus) terræ dicuntur esse, quæ lupos, & serpentes alant, aliæ quæ respuant, nec uitam in his diutius ducere animalia hæc queant: terræ tamen omnes, nec sanè magnis inter se differentijs noscendæ. Maius est magisq; proposito nostro deseruiens, quod de magnete circumfertur. Magnetem esse parte ex omni sibi similem, cuius uiribus ex parte una trahaē ferrū, appellatur ex altera. Vt minus mirum uideri debeat, si in eadem Lemno alia rubrica uenenis omnibus aduersans, pluresq; medicos usus alios præstans inueniaē, & fabris tātummodo forte lignarijs utilis alia, diuersis in locis, uel fortasse etiā non ualde distantibus, sed diuersarum tamen uirium: quod quo minus euenire possit, nihil; quod impediat, uideo. Neq; si Chiam Theophrastus optimā esse rubricam dixerit, à qua non degneret Lemnia, quā eadem Cappadocam esse, atq; Sinopē deferri afferat, Lemnij nobis sigilli dotes auferet hoc: propterea; quòd non aliud, quàm rubricas inter se comparasse uisus est Theophrastus ibi, quatenus rubricæ tantùm sunt, non quatenus medicatæ: de hoc enim uerbum nullum: ut ideò ne Lemniam quidem agnouisse medicatam uideri possit, sed ut rubricā tantum. Enimuerò nec Sinopicæ, nec Cappadocę, nec Chiæ, nec alijs multis, medicatis quamuis ipsis, uires tribuuntur, quæ Lemniæ sphragidi, ut, neglecta hac, quòd nō ualde dissimiles illæ huic sint, accipere harum aliquā ad theriaces compositionem debeamus. Dicunt non tribuisse Sinopicæ aduersus uenena uim Dioscoridem, ne bis idem repeteret. Atqui de Sinopica caput prius scripserat, nihil illi aliud tribuens, præterquam exiccatoriam, & adstrictoriam

riam uim:interpositoq; de rubrica fabrili,capite,Lemniam mox terram describens,uni huic facultatem aduersus perniciosa uenena, singularemq; concedit: idem dubio procul de Sinopica, ac fabrili pronũtiaturus,si agnouisset. Nolim igitur sanè tam negligentes fieri theriaces in posterum concinnatores pharmacopœos,rationibus non satis ualidis persuasos, suffecturam qualemcunq; ad hoc rubricam:si legitimam,ueteremq; illam,quæ sigillum Lemnium erat, imitantem,adeoq; æquantem,perquisierint,inuenturos. Cuius quidem apud me specimina reposita adhuc manet,rubræ,& cinereæ,uel albicantis Turcicis characteribus inscriptarum:rudisq; insuper frustum ex Lemno insula asportatum, donoq; mihi datum ab eo,à quo falsum me deceptumq; nõ opinor: neq; enim cur uel fallere,uel decipere deberet, erat. Esse autem qualem dixi,nostri quoque huius temporis hanc,Turcicis notis insignitam,cùm alia quędam mihi persuadent,tùm illud,quo non parum moueor. Mitto enim successum nõ paucos testatos satis: quum uideam nõ minorem nunc,quàm olim, adhiberi circa hæc diligentiam,ac curam,nostraq; hac non minus,quàm Galeni tempestate, in ea studij reponi:tantum uel effodienda,uel effossa custodienda, cautionis,nequo furto surrepta asportet: neq; tanta sit eius copia aut utilitas, ut ad nimis multos distributa perueniat,primatesq; eam solum,ac purpurati,præter Turcarum imperatorem ipsum possideant:in eam uenire cognitionem mihi posse uideor, non futura fuisse hæc,nisi magni à gentibus quoque illis hoc pariter tempore æstimaretur.magni autem æstimari qui posſit,bolus,terraq;,nisi maximis neq; obscuris succeſsibus comprobata commendaretur, magnoq; ideò in pretio apud omnes illos non immeritò haberetur, præsertim uero in uenenorum suspitionibus,unde maximè sibi timẽt,curatumq; semper uolunt esse ac cupiunt primores uiri illi? A quibus quantum futurum satis sit,ad antidoti concinnationẽ, obtinere licebit: neque enim tàm barbaros aut efferos credas, ut incommunicabiles prorsus sint,hominumq; commertia prorsus fugiant.Rem esse ostendimus,quam ut indipisci non facile sit,at non ità difficile, ut sequi desperatio omnis tamen debeat. Atque utinam idem dicere de opobalsamo liceret nobis: extare scilicet eius adhuc aliquid,quãquam exiguum admodum. Quorsum enim hoc tàm exiguum,uel in quem tandem usum colligeretur? nihil enim traditur. Et nonne de pauxillo liquore illo aliquos tandem inueniremus,q se uidisse,aut tractasse dicerent aliquid,fide dignos,ut quidem dignissimos habemus in Lẽno qui fuerint,uiderint,tractarint, quæ de Lemnio sigillo hodie traduntur cunctà? Itaque ualde suspicor,perijsse nobis in totum opobalsamum,cuius ne guttulam quidem uidere nobis liceat, nec qui se uidisse affirmet habeamus aliquẽ, cui tutò credamus. Neq; tamen tàm malum me in eo philosophum existimarẽ, qui rerum species sempiternas esse nescirem,quum,quo me tuerer,non postremi sanè ordinis philosophum habiturus essem Lucretium,aliquando ita canẽtem: Multaq; tum interijsse animantum secla necesse est. Multò magis plantam cuius tàm difficilis cultura sit,& quæ terrenum requirat tàm peculiare, soliusq; Iudeæ,ac Aegypti proprium Speciem tamen hanc plantæ in naturæ potentia, sinuq; manere dicendum mihi esset, uel in idea quoq; sua: fortasse inde emanaturam denuo,quum uisum naturæ fuerit. Cęterum quod ad Lemnium sigillum attinet (ut finis tandem disputatiunculæ quoq; huic imponaẽ) ne illa quidem mouere uos debebunt quòd nec locus,unde nostra hac tempestate effoditur,is sit,qui depictus nobis à Galeno fuerat, nec effossæ color idem terræ, & uariata quædã hodie hac in re uisantur. Quid si enim collem Galeni illum,unde tempestate ea effodiebatur,euanuisse nobis existimemus nunc,uetustate, uel qua alia ratione absumptũ,aut ante secula aliquot effœtum, effossionibusq; cõtinuis iã diu demolitum nõ apparere,uel neglectũ etiam occultari,atq; interea alibi,sed in eadẽ tamen insula,quæ non uno in loco eiusmodi terræ ferax esse credenda sit,quæsitus inuentusq; locus,qui effodi utiliter posset, fuerit, qui is sit,in quo

Vu hodie

hodie laboratur: ut quidem in metallis metallicisq; omnibus contingere sæpè uidemus, quorum alicubi uenæ fœcundæ abundantesq; prius cessantes, tandē ac ueluti effœtæ desinant, ostendentibus se interea inde propè proculúe, quæ largiter materiam eandem suggerant, uenis plerumq; alijs, quasiq; suppullulantibus. Atq; idē in fabrili pariter rubrica euenisse existimandum: ut quibus olim locis in Lemno, Galeni tēpore effodiebat̄, nō effodiat̄ hodie: quod factu facile sit. De colore autem, scimus diuersorum colorū rebus quibusdā non diuersas tamen inesse uires solere, ac facultates: uino, rosis, santalis, nonnullis alijs. Fortè aūt ità euenit, ut collis ille rubræ esset terræ, hodiernus autē locus, collis rubræ simul, atq; albicantis: quod non inconuenit. Immutant̄ ista, ac uetustate temporisq; pcessu longiore in multis uariant, & uires tamē, facultatesq;, ac dotes suas interea non amittunt. De terra uerò Sinopica, quæ effodi in Cappadocia solebat, & alijs quibusdam à Galeno enumeratis, hariolari fortasse multa possumus, certi tenere nihil possumus. Quemadmodum & de Armenicæ bolo, num hoc tempore ad nos ex Armenia importetur, quum interea ex regionibus alijs quibusdā, etq; Dacia ipsa, siue Transsyluania, terræ genus cuiusdam afferatur boli Armenę nomine, à Galeno delineatæ nō prorsus dissimilis, si modo facultas quoq; adesset eadem. Optime tamē factum, quòd pro incertis multis, certa nobis relicta est, atque præcipua, ac potissima, λημνια σφραγίς, sigillum Lemnium.

ἅμα τοῖς περικαρπίοις. *Una cum pericarpijs*)Pericarpium ex etymo, quod fructū semenq; ambit, significabitur. Atque in pomis, pyrisq;, quibusdamq; alijs, edule totum est, ut uidemus: secus in alijs, in quibus semina siliquis, folliculis, ualuulis, thecisq; multiplicibus inuoluuntur, corijs, corticibus. Etiam echinus in castaneis pericarpium erit: & in frugibus multis pro pericarpio, spica. Hoc autem loco, quæ in herbis proximè seminibus adhærescunt, accipi uidentur pro pericarpio.

ταῦτα μὲν οὖν πάντα τὰ τρία γένη. *Cuncta igitur genera hac tria*)Herbas dicit, radices, & semina, quibus fructus quoq; ipsi continentur, quos prius dixerat.

ὀπὸς τοῦ βαλσάμου ὄντος) καρπὸς esse debet: is nanq; rectius teritur: succus autem, siue liquor, qui opobalsamum est, reseruandus, illinendis pastillis, seu ferreis uectibus, totus, ad usum, qui paulò pòst dicetur.

IN LIBRVM SECVNDVM DE ANTIDOTIS.

Ἀπολειπομένης δ' ἐν τῇ τῶν ὑπ' ἐχίδνης δηχθέντων. *Inferior autem in ijs, qui à vipera demorsi fuerint.*)Cum uipera intelligent̄ uenenum eiaculantia animalia reliqua omnia: quamq; credi debeat, uiperæ inprimis morsibus collatura theriace, ob pastillos uiperinos: non secus, ac scorpij quoq; ictibus medetur scorpius ipse maximè, & alia eodem modo. Apparet hìc non minorem futurum, nec frequentem minus, sed fortè maiorem, ac frequentiorem, Mithridaticæ, quàm theriacæ antidoti usum: quantò quidem minus sæpè in bestias incurrimus ueneno sas, quàm in medicamenta uenenosa uel, humorum alioqui noxam uitiosorum qui tàm crebro nos male habent: ad quæ Mithridatium theriacæ ipsi præfert̄.

τοῖς μὲν οὖν τὸν τῆς μήκωνος ὀπὸν πίνουσι. *Iis igitur, qui papaueris succum biberint*) ὀπὸς succus, liquor, lacryma dici posit: tametsi propriam magis significationem si retinere uoluerimus, ὀπὸν, liquorem interpretabimur, χυλὸν, succum. Confunduntur antem sæpè ista, ut & lacrymæ nomen accipiant aliquando distillantis ex planta aliqua, siue incisa, siue sponte sua, liquoris alicuius significatione. Papaueris igitur stillatitius liquor erit opium, proprie ita dictum, ὀπὸν: nam μηκώνειον

τιον, meconium, de quo mox, propriè expressus erit de contuso papauere, succus iá magis dicendus, quàm liquor. Atque hæc rursus non semper ꝓpria hac sua significatione manent: libro nanque superiore, quum de liquoribus diceret uino irrigandis: πάντα δὲ, inquit, οἷον ὅ τε τῆς σταφίδος, ὅ τε τοῦ πάνακος, ὅ τε τῆς μήκωνος ὃν δὴ καὶ μηκώνειον, καὶ ὄπιον ὀνομάζουσι. meconij nomen ei pariter, quod proprie opium est, accommo dans. At hîc, seorsum utrique, si sumpta intra corpus fuerint, remedia adhibet ex Asclepiade.

Τοῖς δὲ μηκώνειον πίνουσιν, ἁρμόσει ἄκρατον πολὺ παραχρῆμα διδόμενον. *Meconium qui potarunt, his merum copiosum confestim exhibitum conueniet.*) Opium uertit interpres: at hoc loco, ubi distinctè positam opij, & meconij differentiam uidemus, meconium erat uertendum. Sumendum autem largiter, ac copiose merum esse epoto meconio ratio eadem suadet, quæ epota cicuta idem faciendum esse dictat, tertio de simplicium medicamentorum facultatibus libro tradita, his uerbis: καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ μηκώνειον, καὶ τὸ κώνειον, οἴνῳ μιχθέντα, θᾶττον ἀναιρεῖν πέφυκεν, ἀλλ' οὐκ ἐν ἁπάσῃ συμμετρίᾳ. παμπόλλῳ μὲν γὰρ ἐλάχιστα κραθέντα, καὶ νικηθείη τελέως, ὀλίγῳ δὲ πολλὰ, πορευθήσεται μὲν ἐπὶ τὴν καρδίαν, νικηθῆναι δὲ οὐ δύναται: Atque ob id meconium, & cicuta uino cōmixta citius interimūt, at nō in omni mensura: plurimo enim minima ipsa si temperent, omninò superabunt: exiguo autē, multa deducunt quidem ad cor, sed superari nequeunt. Pergit deinde Galenus, & ostendit, si quis papaueris succum, qui interficere possit, biberit, ac superstes adhuc sit, quomodo plurimum, uetusque uinum epotum, præsertim uerò ex generosis, tollere ueneni noxam possit.

Ἢ τῶν κανθαρίδων τὰ πτερὰ, καὶ τοὺς πόδας σὺν μέλιτι τρίψας. *Vel cantharidum alas, & pedes cum melle tritos.*) Idem Dioscorides, ex aliorum tamen authoritate, retulit nobis, remedio esse cantharidum partes hasce ipsarummet ueneno. Retulit & Galenus: cuius si consilium sequemur, totas medicamentis, quæcunque ex his concinnantur, inijciemus, ut cum uiribus unà suis, quas usui medico conferunt, antidotum secum trahant, ne uenenata in his pars noceat. Nam quod ad præceptum Hippocratium de his attinet, libro de uictus in morbis acutis ratione scriptum, ea libri in parte, quæ suspitione nō uacat adulteratæ magna ex parte scripturæ, ambiguum sit, num sumendæ ad medicamen alæ & pedes sint per se, an per se corpus potius. Et utrumque tamen expertus paulò magis audax medicus quidam, successu (quemadmodum ibidem narratur) caruit. Vt ideò præstet, omnia in unum contulisse.

Ἢ τέφρας κληματίνης ἀπήθημα διδοὺς πίνειν. *Aut cineris sarmentitij decoctum propinare.*) Ἠθεῖν quum colo sit, ἀπηθεῖν percolo & excolo esse poterit, & ἀπήθημα colamentum, siue percolamentum potius quàm decoctum, ut interpres uertit. Atque idem tamen mox altero ab hoc uersu ἀπήθημα lixiuium dixit, multo quàm decoctū rectius: etenim percolatu, & excolatu lixiuiū fit. Neque uerò illud satis benè, quod τέφρας κληματίνης, cineris sarmentarij utrobique uerterit, quum κληματὶς non ꝓ sarmento nobis hîc esse debeat, sed nomen potius herbę ꝓprium κληματίδος dictæ: & quidem alterius illius, cuius folia, ac sarmenta gustu acria, atque exulcerantia sunt, ut inde lixiuium pariter acre expectandum sit, aduersus ueneni uim insigniter facturum, & fortiter pugnaturum.

Φθείρει γὰρ τετραμηνιαῖα, καὶ τριμηνιαῖα κατάγει. *Quadrimestres enim fœtus corrumpit, & trimestres educit*) Licuisse ista olim, ut ad explendam nobilium quarundā, ac pessimarum fœminarum libidinem, tædioque tàm longę uteri gestationis, fœtus dato pharmaco corrumperentur, apparet ex alijs etiam quæ alibi legunt: ut quum Iuuenalis inquit: Et quòd arbortiuo non est opus. hinc φθοροποιοὶ δυνάμεις multæ dictæ. Pessimo tamen omnia exemplo, ac maximè detestando, contraque naturæ leges ipsas, adeoque contra omnium maximi medicinæ totius, nostrique parentis, ac ducis iussa iusiurādumque: qui in eo inter alia ita scriptum reliquerit. ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω: Pariter neque mulieri pessum corruptiuū

dabo. Tanto minus medicamētum, quod per os intro ſumatur huiuſce generis daturus ullum Ideò ne Galenus quidem ipſe editurus iſta in literas, niſi de alieno, aliorumq́ue diſciplina, atque authoritate petita.

Ἄλυσσος ἡ δὲ βοτάνη ἐστὶ πρασίῳ παρεμφερὴς, τραχυτέρα δὲ καὶ μᾶλλον ἀκανθώδης περὶ τὰ σφαίρια, ἄνθος δὲ φέρει κυανίζον. *Alyſſos autem herba eſt, marrubio ſimilis, aſperior tamen ſpinoſaq́ue magis circa pilulas: florem verò fert, ad cæruleum uergētem*) Hęc eſt illa herba cuius inuentionem Carolo Cluſio debere nos dixi ſuprà libro de ſimplicium medicamentorum facultatibus ſexto.

ὁ γὰρ οἶνος αὐτάρκης. *Vinum enim ſufficit.*) Vini erant cyathi tres aſſumendę medicamenti quantitati primò. Quòd ſi negligentius agens demorſus, aliquaue alia de cauſa fortè tardauerit, dieſq́ue interceſſerit poſt morſionē unus aut alter, cogaturq́ue propterea reſarciendis priorū dierum aſſumptionibus, bis, uel ter tātum medicamenti cum uino potare: ſuffecturum, ſatiſq́ue futurum ad id dicit uini tantundem, quantum unico ſimplicis medicamēti hauſtu ſumebatur primo, qui (uti diximus) cyathi erant tres.

χαρίτωνος ὀχλαγωγοῦ, *Charitonis ochlagogi.*) Circulatores hi ſunt, iidem, qui agyrtæ: utrique à turbæ, populiq́ue ad ſe congregatione, ſiue attractione dicti. ὄχλον ἄγουσι, turbam agunt, adducuntq́ue ὀχλαγωγοί: ſicuti, ἀγύρται ἀγείρουσι, congregant.

ὀποῦ λιβυκοῦ. *Liquoris lybici.*) Idem, opinor, qui Cyrenaicus paſsim in medicorum libris ita dictus: in Libya enim Cyrenæ.

ὀρόβου ἀλεσμένου μέρος ἕν: *Erui inſolati partem unam.*) Ita quidem interpres. Sed ἀλεσμένους ab ἀλέω participium erit, quod molere ſignificat. Erit igitur dicendum moliti, ſiue molam paſsi, molaúe comminuti.

IN LIB. I. DE COMP. MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS.

EX PROOEMIO.

Ὅτι μὲν οὖν οὐ μόνον. *Quòd quidem igitur non ſolum.*) Poſtremum omnium ſcriptum opus hoc fuiſſe à Galeno teſtatum autoris ipſiuſmet uoce habemus alicubi: ut tertio deinde libro , in ſermone de aurium affectibus: ὑστάτης ἁπασῶν, dicet, τῆς πραγματείας οὔσης ταύτης. Quum hoc omnium poſtremum opus ſit. Quo autē reponi loco debeat, ut legi ordinatim poſsit, mox quarto ab hoc uerſu indicabit, his uerbis: πλατύτερον δ' ἐν τοῖς πρὸ τούτου βιβλίοις ἑπτὰ τὴν μέθοδον ἅπασαν ἐδήλωσα. Latinis autem in libris ante hunc ipſum ſeptem methodū aperui omnem. Qui dubio procul libri ſeptem ſunt de compoſitione medicamentorum ſecundum genera, κατὰ γένη, paſsim iam ab omnibus dicti, quorum ueluti appendix quædam fuerint, libri duo de Antidotis.

ἥτε τοῦ πάσχοντος μορίου φύσις οὐ μικρὸν συνενδείκνυται. *Affectaque partis natura non parum indicat.*) Affectus morbiq́ue omnium primum natura eſt, quæ amotionē amolitionemq́ue ſui indicet. Hanc porrò indicationem iuuare, ac ueluti ſubſcribere illi poſſunt alia: ægrotiq́ue ante omnia temperamentum, & affectæ particulæ natura. Etenim febris in frigidi, atq́ue humidi temperamenti homine oborta duplici indicatione refrigerari, & humectari poſtulabit: omnium quidem maximè febris ipſius ratione, calidi utique, & ſicci morbi: tum & temperamenti accedet ratio, frigida atq́ue humida expoſcentis. Nam ſicuti autoritate Hippocratis febricitantib. omnibus, præſertim pueris, & his qui tali uictu uti coſueuerſit, uictus humidus cōuenit: ita ſane, & frigidus his, qui frigido. Quippè, facta in tali tēperamento maiore à natura ſua in præt naturā, ex calido, ſiccoq́ue affectu, diſceſsione, maiore pariter opera reuocari ad naturam ſuā, frigidum atq́ue humidū

tempe-

temperamentum, quàm calidum & siccum requiret. Idem seruabitur in diuersis corporis particulis modus: ut si cor fortè, calidum nempe uiscus, frigida correptũ intemperatura fuerit, eâdem, quam morbus, postulaturum sit curationis uiam: calefaciendi nimirũ magis, quàm si eadem affectum esset intemperatura cerebrum, quod frigidum est. Hoc quoque enim calefieri utique uolet, frigefactum plus iusto: Sed hæc ab affectu solummodo ipso sumetur indicatio, minime uerò à particulæ ipsius natura, quæ frigidis potius, uel minus certè, quam cor eodem modo frigefactum, calidis, conseruari cupiet, inprimis ex ratione uictus.

διὸ καὶ τὸ τετριχῶσθαι κατὰ πρῶτον λόγον, οὐ πολλοῖς ὑπάρχει. *Propterea quòd capillatum esse secundum primam rationem, non multis inest.*) Prima ratio uidetur dicta intentio, & propositum faciendi aliquid. Quod quãquam quæ natura faciunt, nõ habeant: neq; enim ex proposito ullo, aut deliberatione, ac consilio agunt: atq; (ut secundo Physicæ auscultationis libro dicebatur) ὅτι ζητήσαντα, ὅτι βουλευσάμενα ποιεῖ: inest tamen ipsum propter aliquid in his semper, ut alicuius gratia fiant, & sint, non secus, ac in artibus. Ibidem nanque ab authore eodem Aristotele hoc quoque addebatur: δῆλον ἄρα τὸ ἕνεκά του ἐν τοῖς φύσει γινομένοις, καὶ οὖσιν. & mox, ὥσπερ τὰ κατὰ τέχνην ἕνεκά του δηλονότι, καὶ τὰ κατὰ φύσιν. Vsus igitur in omnibus inerit semper aliquis, si id, cuius gratia inest, nimirum τὸ ἕνεκά του: quamuis in alijs atq; alijs magis minusq; euidenter, eò quod minus hic fortè, quam ibi distinctè utilitates spectentur: ut in plantis, in quibus τὸ ἕνεκά του ἧττον, inquit, διήρθρωται: at hic tamen quoque animaduerti uel in arborum folijs usus potest aliquis, quæ dicere liceat tegendi, tuendiq; fructus gratia facta à natura fuisse, οἷον τὰ φύλλα τοῦ καρποῦ ἕνεκα σκέπης. Ad eundem modum pilorum omnium generatio in animalium corporibus usus alicuius causa fuerit. Cui enim dubium, tegi, defendíquè animalium multorum corpora, pilis ceu uestita, munitaq;, plus, minus? Vt eodem modo nostra pariter nostris, ijsdemq; uestiantur, aliquo modo, usuq; ubiq; aliquo: magis tamen parte in una corporis aliqua, quàm in alia euidenter, ubi magis apparet hoc ipsum τὸ ἕνεκά του, & (ut Aristotelico more loquamur) magis quoque διήρθρωται. Palpebrarum, ac superciliorum pili, ut in libris de usu partium corporis humani docemur, magnos præstant usus, pro tecto, ac defensaculo facti oculorum ab iniuria omni. Capilli caput muniũt, ornantquè simul. Mentum ex barba, ac reliquæ corporis partes pilosæ ex pilis, quamuis multo minores, usus tamen aliquos referunt: quum ut cooperimento illis sint, tùm etiam decori, iuxta illud: Barba uiros, hirtæq; decent in corpore setæ. Et quoniam in artibus, ubi ex proposito, & inquisitione, ac deliberatione, ad finis cõsequutionem agimus, magis quoq; insequuta finem utilitas manifestatur: fit similiter si quid à natura factis artificij adhibeatur, magis ut inde, manifestaq; magis utilitatis facies appareat: quod quidem meritò fit. Quum enim, ut, quo paulò ante citauimus loco. Aristoteles ait, ὅλως τε ἡ τέχνη, τὰ μὲν ἐπιτελεῖ, ἃ ἡ φύσις ἀδυνατεῖ ἀπεργάζεσθαι, τὰ δὲ μιμεῖται: aliqua perficiat eorum, quæ natura perfecta absoluere nequit: meritò in his naturæ operibus, artis opera adiutis, euidentius quoque sese deteget usus: sic & excultæ arationibus segetes semper multò maiores usus præstabunt, eorumq; uitia, ut usui maiori sint, agricolatione diligenti tollentur: ut ex artis nostræ legib. palpebrarum, ciliorumq;, ac superciliorum, nec minus partium reliquarũ pilorum emendabuntur affectus: quod tamẽ maxime in particulis faciendum, ijs quæ ex primari ratione quadam pilos, capillosquè sortitæ sunt.

ὅσαι κατὰ τὰ ἀνωτερώτερα χωρία φύονται. *Quæ iuxta humidiores regiones prouemiunt.*) Ita quidem uertit interpres, humidiora interepretatus illud ἀνωτερώτερα, Ego, quoniam mendum omnino subest, ἀναρώτερα legendum esse censuerim: ut loca intelligantur neglectæ arationis, & culturæ, contraria illis de quibus dixerat superiore uersu, ἀρόσιμα μὲν τινί. Est quidem ἄροτον χωρίον, locus, siue ager arabi-

lis, & qui aratur: addita uerò particula priuatiua, ἀνάροτον χωρίον, locum significabit inaratum, & inarabilem: unde ἀναρώτερον pro eodem: ut sæpè tristior pro tristis.

ὃ τὸν ἱπποκράτης ἐκέλευσεν. *Quod Hippocrates iussit.*) Libri epidemiorum primi sectione secunda sic scripsit: ἀσκεῖν περὶ τὰ νοσήματα δύο, ὠφελεῖν, ἢ μὴ βλάπτειν. Curandum in morbis duo: ut iuuent quæ facimus, uel ne obsint saltem. Quod quidem præceptum in speciem primò paruum, neq; Hippocrate dignum satis uisum quum esset Galeno, reipsa deinde, atq; experiundo maximum apparuit.

CAP. I.

παραπλήσιον γὰρ ὄφει τὸ βεβλαμμένον μέρος τῆς κεφαλῆς φαίνεται κατὰ τὰς ὀφιάσεις. *Similis nanq; serpenti læsa capitis pars videtur in ophiasi.*) Vtrumne ut cutis uelut cortex quidam appareat, quo teguntur serpentes, an potius similitudo ex eo sit, ut spiras, & sinuosos orbium quorundam flexus, quos, dum serpunt angues, edunt, imitetur malum, capitis cutim per orbes sinusq;, ut diximus, depascens? an utrumq;? nam & depascitur, & cortex quidam est.

τοὺς γὰρ τοιούτους, καὶ μάλιστα ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡ διὰ τῆς κολοκυνθίδος ἱερὰ καθαίρειν πέφυκεν. *Tales enim, præsertim ex capite, hiera ex colocynthide purgare cõsueuit.*) Potens quippè medicamentũ colocynthis, cùm à longinquo detrahere humores, quos purgare apta est, poterit, tum etiam purgationis uehementia, alios quosdam abreptos secum educere.

δὶς ἐν ἡμέραις πέντε, τὴν μὲν πρώτην κάθαρσιν ὑπὸ τέσσαρσι δραχμαῖς, τὴν δὲ δευτέραν ὑπὸ πέντε. *Bis diebus quinq;: ac prima quidem purgatione drachmis quattuor, in secunda uerò quinq;.*) Nemo nostrum audeat (credo) hoc tempore tantum exhibere, præsertim uerò ex hiera dia colocynthidos, cuius compositio apud Nicolaum est capite quadringentesimo, decimo octauo, simillima, uel eadem potius, exceptis paucissimis, hieræ logadij ab Aetio positæ libro tertio, capite centesimo undecimo: dosimq; illius perfectam, drachmarũ esse quattuor adscripsit Aetius, mediam trium, minimam duarum. Vel igitur nimis timidi sumus hodie, uel quod magis credo, nostra hæc tempora nõ ferent, quacunq; de causa id fiat. Ac fortasse experiundo maiores nostri uiderunt id non sine magno ægrotantium, qui sępè ita periclitarentur, fieri discrimine: itaq; particulatim idem præstare uisum melius fuit, ac tutius, per uices, quàm uniuersim semel, ac confertim faciendo, in discrimem adducere ægrotos: nosquè hoc sequuti ijsdem uestigijs insistimus.

ἀλλὰ διὰ τί περιεῖλον ὕστερον αὐτὰ, ἄλλος λόγος ἐστίν. *Verùm quam nam ob causam hæc postea detraxi, ratio alia.*) Mastichem Chiam intelligit, & bdellium: quæ cur catopotiorum cõpositioni ex aloe, qua Quintus utebatur, detraxerit, aliam esse rationem, siuè alio id sibi dicendum restare loco, addidit. Quod tamen inter Galeni opera, ubi prolatum ab eo fuerit, non sit facile inuenire. neque enim opus habemus autoris huius de purgantium medicamentorum compositionibus, ullum. Dempta autem hæc duo compositioni illi suspicari licet, quòd quum ex succi absinthij additione, ut Galenus parabat, satis emendatum, correctumquè iri colocynthidem, & scamonium existimaret, non necessaria bdellium, & mastichem futura esse arbitratus fuerit, ne fortè nimia mastiches adstrictio primariæ soluendę alui intentioni obsisteret, atq; ex bdellio calor nimius adderetur. In absinthio uerò nec nimia hæc, & quantum tamen corrigendis illis futurum satis sit: tum uerò repurgando corroborandoq; simul uentriculo semper commendatur.

μέλλοντος οὖν μου μετὰ τρεῖς ταύτας καθάρσεις ἀποφλεγματίζειν τὸν ἄνθρωπον. *Quum*

Quum igitur post triplicem hanc purgationem, apophlegmatismis pituitam homini per os deducturus essem.) Curandi affectus hos methodus manifestatur satis ex his. Primùm ut corpus uniuersum cum capite unà pergetur, iterata etiam, si ita opus futurum sit, purgatione: dein priuatim quoque caput, apophlegmatismis, capiti pituitam per os detrahentibus, euacuetur: postremò medicamentis localibus (sic nunc uocantur) affectæ parti, quæ hoc casu caput ipsum est, applicitis, temperamentum melius concilietur. In quo notandum, apophlegmatismos (masticatoria nostri uocant) sic pituitam detrahere, ut nõ solùm calore suo, dissecandoque, & incidendo, sed trahendi insuper proprietate pituitam eliciant: ut de errhinis quoque notatum, quinto de simplicium medicamentorum facultatibus.

Καὶ διὰ τοῦτο πλεονάκις ἐπιχρίων ἑκάστης ἡμέρας. *Atque ob id sapius quotidie illinens.*) Non solùm quia aquæ additum plus sit, retusaq; ita thapsiæ uehementia, tutius facere id sæpe licebit: sed etiam quia diutius eo pacto, fluidumq; magis redditum medicamentum diffluet citius, ac quum non diu satis iccirco adhæreat, iterari crebrius debebit. Qua de causa, ubi additum aquæ minus fuerit, adhæsurum diutius id dicet mox, ob crassitiem, neque propter humiditatem facilè dilapsurum.

Εἴτ' οὖν ἔλαιον ἐθέλεις, εἴτε μύρον, εἴθ' ὅ,τι βούλει καλεῖν. *Siue oleum id sit, siue unguentum, siue quodcunque tandem appellasse velis.*) Laurini unguenti præparatio nulla apud Dioscoridem, ut multorum aliorum: at laurini olei est. Cuius quum maius fortè, quàm aliorum esset spissamentum oleorum, utroq; appellari à diuersis nomine uidebatur posse, & olei, id quod erat, & unguenti, ob spissiorem consistentiam, & crassitudinem.

Ὅσα χυλοὶ καὶ ὀποί. *Quæcunque liquores, & succi*) Quamuis aliter existimari à nonnullis sciam. χυλὸς liquor uidetur esse posse, ὀπὸς, succus: ut liquidior ille, fluidus magis ex nomine suo sit, crassior hic & uiscidior: sic scribente Galeno: ῥίζης γὰρ ἀσιτὸς οὖν, ἢ καυλοῦ τμηθέντος, τὸ ῥέον ἐκ τῆς τομῆς παχὺ καὶ γλίσχρον, ὀπὸς ἐστιν: libro de simplicium medicamentorum facultatibus octauo, capite περὶ ὀποῦ.

Ἄκουε δὲ καὶ μοῦ τὸ κατεργάζεσθαι ῥῆμα λεγόμενον. *Audi verò à me verbum κατεργάζεσθαι dictum.*) Absolutè, ac perfectè elaboratum aliquid significat hoc: in quo notanda præparandorum medicamentorum apud ueteres diligentia.

Καὶ οὐδὲν γε χεῖρον ἐγίγνετο τὸ φάρμακον. *Ac nihilo deterius euadebat medicamentum.*) Inest in melle abstergendi uirium plus quàm in cera.

Φαρμάκοις χρῆσθαι μετασυγκριτικοῖς. *Medicaminibus utendum metasyncriticis.*) μετασυγκριτικὰ ab illius sectæ authoribus dicta, quæ concretionem corporum ex atomis per meatus, & poros constituebat. Horum igitur pororum concretionem, quæ σύγκρισις illis erat, immutaturi, ac constitutionem meliorem parti conciliaturi, metasyncriticis utebantur medicamentis, calorificis magna ex parte, ac sanguinem, atque alimentum ad partem euocantibus: inde ita dictis, quòd alia iam acquireretur pororum ex atomis concretio, siue constitutio, nimirum σύγκρισις ἑτέρα, quæ μετασύγκρισις diceretur, & μετασυγκριτικὰ φάρμακα, quæ hanc ipsam facerent.

Τὸ δὲ τὸ λυχνέλαιον. *Lucernarum autem oleum.*) Hoc nostræ quoque mulierculæ consilium libenter sequuntur, uagientibus in cunis pueris, dolorisq; alicuius suspicione, lucernarum oleum pro remedio afferri iubentes statim, & illinentes uentrem.

Ἐν ἐνίοις δ' ἀντιγράφοις ἁπλῶς γέγραπται, εὐζώμου μέρος ἕν. *In quibusdam verò exemplaribus, simpliciter scriptum est, eruca partem unam.*) Ἁπλῶς, simpliciter, atque absolutè iccirco, quia in prioribus erat εὐζώμου σπέρματος idest, erucæ seminis: in aliquibus autem erucæ tantùm: & in prioribus,

μέρος ά, alphabetario numero notatum, in alijs uerò μέρος ἕν, partem unam, explicitè.

Κιλικίου ῥάκους κεκαυμένου *Laceri ex Cilicia panni usti.*) Quòd aliqua de causa maior esset in hoc facultas: ut quidem pannum non omnem, sed purpureum urimus ad bronchocelas, & Tyriam Galenus purpuram, pãnum, opinor, laneum ea tinctum præferebat alijs: diceturq́ue paulò post à Galeno etiam, ἀμπελίνου ῥάκους.

Μυῶν κεφαλάς. *Murium capita.*) Interpres muscarum dixit: at μυῶν scriptum reperitur, non μυιῶν: ac murium etiam corpus totum, mox exurendum sumetur. Præter id, quòd eorum quoq; stercus, quod muscerda est, & μυόχοδον, crebro, ut uidemus, usurpatur in his. Posteriùs tamen muscæ prætereà accipientur in quibusdam compositionibus.

Αμπελίνου ῥάκους κεκαυμένου. *Ampelini laceri panni usti.*) Arbitror illius coloris pãnum significari, qui perampelinus quoque dicitur: uitium folijs arefactis perquam similis: rosam siccam vulgo dicimus. Nonnihil autem omnino retulerit, quo quæq; colore infectæ lanæ fuerint, quòd maiorem ex hac fortè, quàm illa tinctura facultatem referant, pro eo, ac ex uarijs pariter, uariatumq́; facultatũ rebus inficiuntur.

Η βουσελίνῳ. *Vel Buselino.*) Hoc esse hipposelinum potest, quod sicuti ab equo, ita hoc à boue nomen desumpserit: utrumq; à magnitudine equapium, & bouapium: idem tamen diuersis nominibus.

Η ῥαφανῷ, καὶ κρομμύῳ ἐπικαρσίως τμηθέντι. *Aut raphano, et cepis obliquè concisis.*) Ita nanque concisæ multo plus remittent de se succi.

Αλλὰ τοῦ παλαιοτέρου τοῦ Βιθυνοῦ. *Sed antiquioris Bithyni.*) Ex Prusia Bithyniæ ciuitate oriundi: quem lapsu demum scalãrum exanimatum fuisse, scripsit Plinius.

Αλλὰ καὶ τὰ πολλὰ τῶν γυμνασίων κελεύει φεύγειν *Sed & exercitationes multas uitare consulit*) Quoniam si nimiæ hę fuerint, crassos reddunt humores, ac ueluti exassant, uruntq́;, anteà ustos per se satis. Horum enim soboles omnino quædam est, alopecia, et ophiasis.

Μνημονεύει καὶ τῶν μυῶν. *Mentionem facit murium quoq;.*) Rursus interpres muscarum uertit: quod esse nullo modo potest, hoc quidem in loco. Tertio enim statim pòst uersu, τὸ ἀπὸ τῶν μυῶν αἷμα dicet: sanguis nimirum: quem in muscis nullum penitus esse uidemus. Ac mox muscarum etiam meminerit.

Εἶτα ἀξούγγιον τὴν ἀπὸ τῶν τροχῶν ξύσας. *Deinde axungiam rotis derasam.*) Axibus illinitur sæpè ab aurigis axungia, qua parte circumuoluuntur rotæ, ne siccescat axis, & ut lubricitate ea adiutus currus procedat, procurratq́; melius, ac facilius tractus. Ea agitatione assidua, attenuatiorem factam multum præterea concipere ad penetrandũ, discutiendumq́; uirium par est axungiam, ex eo dictam, quòd ea axes ungantur.

Πολυτρίχου λίτρας S, καλλιτρίχου λίτρας S. *Polytrichi libra dimidium, callitrichi libra dimidium*) Vtrumque nomen adianto accommodari ab authoribus solet, Plinioq́; adeo ipso, libro XXII. capite XXI. At hîc quum quoquomodo diuersæ res significentur, necessario alterum trichomani applicandum erit uocabulum. Nam & Plinius eodem, quo suprà diximus, loco, duo adianti genera facit & id, quod maius est, polytrichum, aliud trichomanes uocari ait: infrâ autẽ, in compositione Heræ ad defluuium capillorum, ita scribitur: καὶ πολυτρίχου, ὃ λέγεις καὶ ἀδίαντον καλοῦσιν: idq́; bis repetitur. Callitrichum igitur trichomanes esse dicemus hoc loco.

Τὸ στέαρ τῆξας ἐφ' ὕδατος ἀτμῷ. *Adipem aqua vapore liquefaciemus.*) Diligens inprimis liquandi adipis ratio, qua alibi quoque fructibus quibusdam excoquendis utitur.

λαδάνου

λαδωνίδα δὲ, ὅτι τὴν δάφνην λέγ. *Ladonidis autem quod Daphnes intelligat.*) Syringa nympham transmutatam fuisse ad Ladonem omnem cecinit poeta Ouidius, non Daphnem Penei filiam, in laurum. Itaq; aliter apud alios legisse de fabulis his Galenum existimandum.

CAP. II.

τὸ σχίνινον αὐτοφυῶς ὑπάρχον τοιοῦτον. *Lentiscinum suapte natura tale existens, quale quoq; est ladanum.*) αὐτοφυῶς dixit, non de oleo, cui naturæ suæ sponte, simpliciter nihil tale inest, dumtaxat communiter accepto: sed lentisci gratia dictum id, cui adstringendi uis naturæ sponte adest. At Hispanum sponte quoq; sua nascens eiusmodi erit oleum, uel si lentiscum nõn acceperit. Addo ex Galeno alibi etiam Istricum, adstringendi, ut Hispanum, facultate præditum.

καὶ μίξας ἐλαίου πρωτείου. *Et olei primarij*) Scilicet quod primo expressum fluit, tanquam purius, et syncerius, minusq; amurcæ continens. Sicuti & in uino nobilius quod primò fluit, quàm quod postremò maiore præli ui exprimitur, inde tortiuum dictum.

οἷς οὐκ ἔστιν ἀρνεῖσθ. *Quibus negare nõ possumus.*) Præsertim uerò in re, in qua, si quid præter legitimi medici officium à nobis fiat, id in utentis damnum non cedit tamen: ut si fucum facientibus aliquo modo medicamentis utamur, ab ijs coacti, qui cogere nos possunt. ne qua tamen inferatur parti corporis alicui noxa, prouidendum nobis erit diligenter. Itaq; Heræ medicamento ex recentibus nucibus ad nigrandos capillos superius descripto, nisi in regionibus, anniq; tẽporibus & corporũ temperaturis calidis nõn utemur: ne si in contrario modo se habentib. id fiat, grauedo inde, aut raucedo, aut destillatio deniq; aliqua sequatur. Quamobrẽ ne iussi quidem ab ullo faciemus hoc unquam. Sed neq; cogi nos permittemus, multoq; minus, si rectà in ægroti uitę discrimẽ tendat ea pręuaricatio: ut, si frigidam, uel quid aliud, quod futurum ex usu non sit, poscentibus denegabimus: imperantibusq; etiam Imperatoribus ipsis, negaturi tamen constanter simus: adeoq; ex officio nostro facturi, si placide admonuerimus partes esse nostras tũc, ut imperium in alios exerceamus, etiã multo alioqui supra nos positos, minime uero pareamus: quibus si obsequiosos nos ubi non deceat præstiterimus, simul & uitæ discrimen illi adeant, & nos mali medici nomen subeamus, inusta sæpè non parua arti inde toti, & indelebili quadam nota.

καὶ σακκίσας ἐπιμελῶς *Ac diligenter per saccum excolato.*) Inde uina saccata quoq; dicta, magna cura à quibusdam hac ratione parata.

γλυκέος κρητικοῦ.) *Passi cretici.* Passum hoc erat ex uino Cretico, quod hodie maluasiã uocamus desumpto, deflexoq; ab aruisio nomine, in Chio insula prouenienie, nobilissimo, ac veteribus decantato, ut id ab omnibus esse crederetur, uel si eo tantùm nomine nuncuparetur.

CAP. III.

ὅσαι δὲ σεμνότεραι, τὸ τι ἀσχήμον φεύγουσαι. *Quæcunq; verò honestæ, ac notari præter alias nolentes.*) Seruiendum consuetudini in multis, ut sæpe quod nec satis placeat, faciendum tamen sit. Spectandusq; semper finis in omnibus, cuius gratia aliquid fiat. Id si honestatis factum causa fuerit, bono cesserit, laudariq; poterit: quamuis aliâs in eo ab alijs peccetur. Vt ideò & mulieres, quarum hic fit mentio, ne solæ sapere uelle uiderentur, rectè fecerint: & Galenus ab honesto non discesserit, artificijq; medici infamiam uitarit, his tãtum scribere se professus medicamenta tingendis capillis.

καὶ καλοῦσι τὸ σύνθετον τοῦτο φάρμακον πισσέλαιον. *Ac vocant compositum hoc medicamentum pisselaum.*) In libris de simplicium medicamentorum facultatibus pisselæum fecisse uidetur, quod hic pissanthum dicitur. Pisselæ-

um

um quidem ibi tenuium esse partium fecit, ut pissanthum hic, ex humida pice fieri dixit.

Τῷ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρημένῳ. *In Aphorismis dicto.*) Sectionis secundæ aphorismo trigesimoquarto.

Η ἀπὸ καρύας τὰ ὥσπερ βοτρύδια. *Aut ex nuce veluti racemulos oleo incoquens.*) Iulos intelligit, qui ex nuce ab arbore dependent, ut in auellanis quoque: uel nucamenta quædam sunt. Nodos dixit interpres enatos è nuce, qui cuiusmodi sint, non satis accipio.

Προσώπου τεταμένου. *Faciem erugantia*) Ita quidem interpres. Quia in re animaduertendum, aliud quiddam esse, τετανώματα, quàm quæ cutem erugant. Hoc enim ἐκρυτιζειν erit, erugare, quod fieri nequit, nisi rugæ prius fuerint: illud ἐκτείνειν, extendere, quod in cute etiam non rugosa contingere potest: ut quum hodieque delicatulæ quædam, & mulieres, nec uetulæ tamen, cutem in facie, quamuis rugis nullis exaratam, extensam, distentamque tamen cupiunt, quò adhibitis fucosis medicamentis splendescat nitidius. Suntque hæc ipsa, quorum hîc Crito meminit, τετανώματα. Ab hac distentione τέτανος etiam affectus dictus, quòd nerui in eo, & tendones distenti maneant.

Πρὸς τὰς καθύγρους καὶ κατάψυχρους γυναῖκας. *Ad præhumidas, & perfrigidas mulieres.*) Hæ sunt, quas quotidie lamentantes audimus de fluxu menstruorum albo, quum menstrua propriè non sint, sed deriuata potius in uterum, tanquam in colluuiem, de uniuersa corporis mole, frigida, & humida pituitosi humoris copia.

Καὶ ῥάσματα θαλάμων, καὶ περιπάτων. *Atque aspersiones thalamorum, & ambulacrorum.*) Quæ nihilominus parari in id possint, ut loci salubritatem iuuent, atque aerem multifariam emendent: ut facere in therapeuticis aliquando consulimur. Id si in eam gratiam fiat, nihil absonum fecerimus, nec peccarimus quicquam.

CAP. IIII.

Ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν γενείων, καὶ τῶν ὀφρύων, καὶ τῶν βλεφαρίδων ἡ ψίλωσις τῶν τριχῶν ἀφικνεῖται. *Verùm etiam ad caput usque, et malas, superciliaque, & cilia glabrositas peruenit.*) Etenim psilothra, & quæ capillos attenuant, uires suas ultra cutim non proferunt: at quæ extirpant, ἀναιρετικὰ dicta, & ἀφανιστικὰ, ea uerò nisi pilorum originem eradicent, operis nihil præstiterint: ita induere se pauló magis ad profundum cogentur. quod cum fecerint, sic se diffundere subter cutim longe, lateque, facultatemque unà secum deferre per omnia poterunt, ut unguenta experimur ad scabiem pleraque, nõ omnibus corporis particulis illita, ad eas tamẽ proferre uires suas solere, quibus etiam illita non fuerint, depulsa sæpe scabie.

Οὐχ ὑπηρετήσομεν αὐτῶν τρυφῶσι περιττῶς. *Non subseruimus ipsi, delicatè nimis agenti.*) Tam sæpe iam audimus à Galeno de medici ubique decoro seruando, à quo nusquam ipse, nunquamque discedit.

Τινὲς δὲ ἴσως καὶ δεδίασιν εὐλόγως. *Nonnulli uerò fortasse, nec sine ratione, timent.*) Vt Tyranni, Dionysij, et Alexandri Phetæi, ac malè sibi conscij quidam, & infestos habentes multos. Inter quos Martialis sic posuit Gargilianũ, libro 3. Epigr.

> Psilothro faciemque lauas, & dropace caluam:
> Nunquid tonsorem Gargiliane times?

Ἐκπεπτωκότων ἤδη τῆς ἰατρικῆς ὕλης. *Materiam iam medicam egressis.*) Nam & psilothri aliquis tamen aliquando in medicina usus fuerit, & quidem legitimus: ut paulò antè à Galeno admonebamur, quoties uel picatione opus habuerit corporis pars aliqua, uel imponendum emplastrum fortè fortuna fuerit, uel tale aliquid faciendum, & attenuantium capillos non indecorus, neque medicum dedecens usus. At extirpantium, ac renasci prohibentium quis esse tandem in re medica legitimus usus queat? ut depiles, & glabri in partibus natura pilosis perpetuò simus?

CAP.

CAP. VI.

Ἐπὶ πάντων γὰρ ἠξίωσα τούτου μεμνῆσθαι, κἂν παραλείπηταί που κατὰ τὸν λόγον. *Huius ce nanque meminisse in omnibus oportere iudicaui, etiam si in sermone omittatur.*) Ne exudat ergo nobis Galenicum unquam dictũ hoc, atq; admonitio, qua, quod uulgo quoque medici semper in ore habemus, facere præcipimur: nempe, ut uniuersalia particularibus, ac localibus, ut nominamus, præponenda esse sciamus, quoties opus ita fore uideatur: id quod diligẽter semper perquirendum, quippe num opus ita futurum sit, necne.

ψυχρολουσία βαλανείων κρείττων. *Frigida lauatio balneis potior.*) Ut βαλανεῖον lauationem in calida intelligamus. Potior autem lauatio ex frigida ob id, quod prius dixerat in commendatione rerum, quibus affectus locus corroboratus non facilè influentes ichoras suscipiat, sed se his opponat, ac repellat. Neq; tamen nimiam, ac uehementem refrigerationem admittit, ne intemperatura concilietur membro aliqua, tum ne cutanei meatus stipati claudantur prorsus. Quocirca addetur mox: καὶ σφοδρᾶς ψύξεως ἀπέχεσθαι.

Ἢ μαλάχην ἀγρίαν ἐν θαλάσσῃ ἑψήσας. *Vel agrestẽ maluam marina aqua incoquens.*) Agrestem dixit ad satiuæ differentiam, quæ humectior multò. Agrestis autem siccior, ideoq; efficacior. Hanc χερσαίαν nominauit Dioscorides initio statim capitis de malua: μαλάχη ἐδωδιμωτέρα μᾶλλον ἡ κηπευτὴ τῆς χερσαίας, inquiens.

Ἢ πίσσης ὑγρᾶς ὀῤῥὸν καταχέας. *Aut picis liquidæ illito sero.*) Picis serum ut opinor, illud intelligetur, quod suprà πισσανθὸν dixerat, ὃ ταῖς ὑγραῖς ἐφίσταται πίτταις, λεπτομερέστερον ὑπάρχον αὐτῶν: Quod liquidæ pici insistit, tenuius ipsa: cuiusmodi quidem serum quoq; est, uel serosum quodcunq; fuerit. De hoc secundo de simplicium medicamentorum facultatibus libro dicebatur: ἔστι γὰρ ὄντως, οἷον ἄνθος τι πίσσης: est nanq; uerè picis ueluti flos quidam.

CAP. VIII.

Ὡς ἔμπροσθεν ἐπὶ τῶν ἀλωπεκιῶν προείρηται. *Vt prius in alopecijs narratum fuit.*) Cogitãdum semper esse paulò antè diximus in his, num præmittenda sint particularibus, ac localibus remedijs quæ uniuersalia uocamus: uniuersum quippe corpus, partemq; unà sæpe affectam ipsam repurgantia: contingere enim posse, ut non futurum his opus sit. Sicuti etiam econtrario fieri posse, ut contenti uniuersalibus, totum nempè corpus repurgantibus, peragere curationem ualeamus, quemadmodum ibi ex historia de iuuene relata audiuimus, catapotiorum tantum usu quorundam sanato ab alopecia.

Ἁρμόσει δ' αὐτοῖς διὰ μὲν τὸ πάχος, καὶ τὸ γλίσχρον τοῦ γεννῶντος αὐτὰ χυμοῦ τὰ τέμνοντα τῶν φαρμάκων. *Conuenient autem ipsis ob crassitiem ac glutinositatem generantis eos humoris, quæ hunc dissecent medicamenta.*) Crassitiem quidem humorum ista dissecabunt inprimis, atq; incident: glutinositas uerò, & uiscíditas detergentium rectius, ac proprie magis medicamentorum usu auferetur, ut alibi monemur à Galeno. Quamuis non semel incidentia utrumq; opus præstare posse animaduertatur, nempè dissecandi, & detergendi, ut non minus hoc in loco.

Ὁποῖόν ἐστι τὸ πύραγρον τὸ ἀπὸ Ἥρα. *Quale est pyragrum ab Hera.*) Huius compositio ex Heræ descriptione septimo de compositione medicamentorum per genera libro, exposita habetur, non longè à principio.

Ὡς διαφθείρειν τὸ ἐπιῤῥέον, εἰ καὶ χρηστὸν εἴη. *Vt quod influit corrumpat, etiam si bonum existat.*) Quemadmodum de ulceribus quoque dicebatur à Galeno in therapeuticis, & κατὰ γένη: esse eorum quædam κακοήθη, & δυσεπούλωτα dicta, quæ influentes humores, quamuis laudatos, probosque corrumpant.

τὸ καὶ

Τὸ κοινὸν τοῦτ' ἔλαιον, ὃ κέκληκε λευκόν. *Commune hoc oleum, quod album vocauit.*) Nisi fortè pro albo, uetus nobis oleum intelligendum dederit Apollonius Vidisse enim memini in oppido Ripę ad Benacum, apud socerum meum, oleum quod ille centum, atque eo etiam plus esse annorũ affirmabat, butyrana quadam substantia, & consistentia, prorsus candidum. Porrò in lib. κατὰ γένη non semel scriptum iam legimus, insigni quadam discutiẽdi ui pollere uetus oleum, eoque semper magis, quo uetustius: ut hac in parte eam ob rem non multum abesse à laurino posit.

Ὁ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἀγωγὴν ὠνόμασε μετασυγκριτικόν. *Quod iuxta sectæ suæ institutum, vocauit metasyncriticum.*) Methodicorum sectam intelligit. Hinc atque hoc nomine appellauerunt medicamenta quædam ad inueteratos affectus, præsertim uerò frigidos, ut insequenti mox libro dicetur: ὅσα οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν, οἱ καλοῦντες ἑαυτοὺς μεθοδικούς, ὀνομάζουσι μετασυγκριτικὰ φάρμακα.

Ἀναληφθέντων χυλῷ κράμβης, τῶν διδομένων κοκκίων *Brassicæ succo exceptis, quæ exhibentur, granulis.*) κόκκιον à κόκκῳ deductum puto diminutiuum: ut quum κόκκος granum quoddam significet, κόκκιον granulum nobis significaret: in quam formulam contractis, coactisque, ut melius, ac commodius deglutiantur, catapotijs, uerè pilulæ fiant: paruulæ nempè pilæ, sicuti κόκκιον granulum paruum est. Hinc coccias dictas existimarim uulgatas pilulas, quas ita appellamus, quòd minutulæ ex usu sumerentur, potius quàm à coctio, quod caput significet, ut ridiculè scriptum aliquando legi à quibusdam: tametsi capiti intereà egregiè, partem eam repurgantes, opitulentur, dicendæ ideò, habendæque rectius cephalicæ.

IN LIB. SECVNDVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS.

CAP. I.

Καὶ μάλισθ' ὅταν ἀνώμαλοι τύχωσι. *Ac potissimum, quum inæquales fuerint.*) Id enim demum dolorem fecerit, affectis eodem tempore simul atque afficientibus sese inuicem particulis, ex mutua contrariarum inter se qualitatum actione, & reactione, inæqualirer facta: quod in habente se per omnia æqualiter intemperatura non continget, cessante actione, quæ à contrario fit. Hectica quidem laborantes febre uidemus, in quibus diffusa per uniuersam corporis molem caliditas, & sicciras, membra, partesque omnes occupauit, nullo interea dolore premi, licet in maximo discrimine constitutos.

Ταῖς δὲ ὑγρότησιν οὐδεὶς ἕπεται πόνος. *Humiditates autem dolor insequitur nullus.*) Pasiuæ qualitates statuuntur à multis duæ, siccitas, atque humiditas, sicuti actiuæ caliditas, & frigiditas, duæ aliæ. Non quidem, quôd illæ nihil omnino agant, agunt enim, sed multô, quâm actiuę minus: atque omnium minimè humiditas. Cuius quoniam exigua quædam actio existit, ita sanè ne dolorem quidem crearit; qui percipi sensu ullo manifesto posit, humiditatis dumtaxat ratione, hoc est similaris morbi, qui intemperaturæ sit, humiditatisque ipsius, qua humiditas. Nam extensionem facere posit ex plenitudine, & ab extensione, dolorem: sed is alterius, quâm intemperaturæ, rationis morbus erit, quippè organicus, & instrumentarius: quod mox notabitur à Galeno

ἀλλὰ καὶ τοῦτο γεγυμνασμένον δ' ἔσται, κατὰ τὴν διὰ τοῦ λόγου γυμνασίαν. *Cæterùm exercitato hoc quoq; habiturum opus sit homine, exercitatione, quæ per rationem fit.*) Accersendi ad rem hanc libri de locis affectis sex, præcipuè uerò primus, in quo ratio ac methodus tota traditur dignoscendorum affectuum, affectorumque simul locorum.

Τὸν μὲν καθόλου τῆς ἰάσεως σκοπὸν ἑκάστου τῶν παθῶν, ὁ λόγος ἡμᾶς διδάσκει, τὰς δὲ τῶν ὑλῶν δυνάμεις ἡ πεῖρα. *Etenim uniuersalem sanandi affectus uniuscuiusque scopum docet nos ratio, materiæ uerò facultates experientia.*) Id quidem non solùm in medicina, sed in omnibus alijs artibus uerum esse reperietur. Qui plaustri primus (sit hoc exempli causa dictum) faciendi scopum sibi præfixit uehendis, exportandisq;, atque importandis rebus multis, is scopo huic rationes suas accommodauit omnes: expertusq; deinde, partim didicit se assequutum, quod initio ratione ad id deductus, intenderat, partim melius fieri posse in eo quædam animaduertit, donec experiētijs multis eo tandem deuentum, ut, iuxta Hesiodū, ἑκατὸν δὲ τε δούρατ' ἀμάξης, esse oportere sciremus. In medicina itidem, rationibus edocti, primum scopo nitimur communissimo illo, ad curationem sanationēq; morborum per contraria procedendum esse: at contraria hæc quæ qualiaue sint, numerumq; adeò interdum ipsorum, experiūdo cognoscemus. Ac sapor quidem multa nobis manifestabit calida, frigida, atq; huiusmodi, quod ipsum pariter experientia quadam continetur: gustētes quidem experimur cuiusmodi sint; sed eadem si corporibus admota nostris refrigerarint, excalfecerint, siccarint, humectarint, modis, & conditionibus, quas Galenus nobis præscripsit, obseruatis, ea demum expertos fuisse nos dicere poterimus talia esse. Et sunt non pauca, quæ gustus non satis deteget, cuiusmodi habenda sint, solaq; experientia de facultatibus suis comprobanda: multa etiam inueniēda sese offeret: loquor de medicamentis simplicibus, ut appellamus. Atq; non dissimilem admodū uiā ingredimur in eorundem compositionibus, dum ex scopo, & intentione, quam nobis primo proponimus, affectui uni alicui medicamentum aliquod concinnantes ex diuersis, tantum huius, atq; huius simplicioris medicamenti, & alterius, atq; alterius tantundem, uel plus, minusúe inijciendum esse compositioni conijcimus. Sequitur, experimentum. Quod si responderit, ut successus sequatur: bene erit, rectaque usos nos fuisse & ratione, & coniectura sciemus: sin minus, iterum, ac tertio mutatis quantitatum proportionibus experiemur, donec punctum attingamus. Qua in re non semel ingentē esse quādam coniecturandi latitudinem, audiuimus suprà à Galeno, in κατὰ γένη, ut secunda sæpe, uel tertia quoq; interdum coniectura accedamus ad scopum. Nō secus, ac iaculatores non sic initio statim scopum feriunt, ac tertio sæpe, quartóue demum aliquando ictu collimant.

Καὶ ἐν εὐτονίᾳ διατριπτέον.) Suspicor pro εὐτονίᾳ legendum εὐθυμίᾳ esse. dixerat enim prius, ταραχὴν τῆς διανοίας mentis perturbationem, cuius contrarium, mentis, siue animi tranquillitas: ut pacato nos, sedatoq; esse animo suadeat. In animi igitur tranquillitate degendum interpretabimur: idem enim mox suadebitur nobis ab eodem in capitis dolore ex frigore, nempè, in εὐθυμίᾳ ut degamus. quod non conuenit: scilicet, ut in utroq; affectu animi perturbatio uitetur, & tranquillitas conseruetur.

ἀλλὰ μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι, πλῆθος φλέγματος, ἢ χολῆς ξανθῆς, ἢ μελαίνης ὑπάρχειν ἐν τῷ σώματι φάσκοντες. *Sed cum additione nominant, pituitæ, uel bilis flauæ, aut atræ existere in corpore plenitudinem dicentes.*) Quæ repletio nullo modo plethoræ nomen habebit: sed nec plenitudo, nisi humoris addatur insuper nomen pituitosi, aut biliosi, huiusq; bifariam, ex flaua, atraúe bile. Rectius igitur, ac magis propriè cacochymia uocabit in uniuersum quidem hæc: particulariter autem pituitæ, flauæqúe, uel atræ bilis cacochymia, uitiosi nempe succi huius,

aut huius in corpore redundantia. Quemadmodum si æqualiter humores hi cum sanguine redundarint, atque exuperarint, seruatis ratis partibus suis omnes, uel si sanguini hoc fortasse uni contigerit, separatim ab alijs tribus, ut manē tibus illis, in portione unoquoq; sua, excrescat, ac redundet solus ipse: hæc humorum exuberantia, plethora, rectò ac proprio nomine dicetur, sicuti prior illa cacochymia.

ἐκ τῶν ψυχόντων, καὶ συφόντων γινομένης. *Quæ ex refrigerantibus fit, et adstringentibus*) Sic fiet, ut duplex quædam sit, eaque interdum separata, repulsoriæ facultatis uis. In aqua quum stipticitas esse nulla posit, propriè quidem: Stiptica enim, quæ συφοντα Galeno dicuntur, quarto de simplicium medicamentorum facultatibus libro, nos adstringentia dicimus, terrestria sunt, crassarumque partium, ac consistentiæ, quod aqua non est: ea tamen frigiditate sua sola repercutiet, ac repellet. Contra atramentum sutorium, aliaque, id genus quædam, adstrigendi ui qua pollent, egregiè repercutient, frigiditate non admodum adiuta, ut pote calidarum partium non parum retinentia: quamuis quatenus stiptica, dici ex parte frigida possint.

ὡς ἄριστον ἐστιν ἐξ ἐλαίου μὲν, ὠμοτριβοῦς, ὃ ὀμφακίνον. *Optimum ex oleo immaturo, quod omotribes, & omphacinum est*) Quæso cogitent secum diligenter qui ista legent, num ea nunc cura adhibeatur à pharmacopolis in parando rosaceo oleo: & num hormotinum tantummodo, ut hic iubemur, proferamus ad usum, quum usus illius uenit aliquis, in re medica. Nec id forsan malignè, ac fraudulenter, sed ab ignorantibus, referre, annum ne excesserit præparatio: ultra quod tempus, inane iam, & euanidum reddatur oleum, ac, quod Græci dicunt, ἔξιτηλον.

ἀήθεσιν εἰσὶν ἠλίω. *Neque soli assueuerunt.*) Hos enim non tam durato corporis habitu esse par est, sed molliore multò, quasiq; umbratili.

οὐχ ἥκιστα δ᾽ ἐκ αὐτοῦ τοῦ οἴκου, καθ᾽ ὃν ὁ κάμνων κατάκειται. *Nec minus domus ipsius, in qua æger decumbit.*) Quæ si frigida per se fuerit, non tanta futurum opus est refrigeratione: suffragabitur enim ipsa quoque in hoc, & tanquam calculum suum addet.

τὰ δὲ ὑγρὰ τῷ βραχυτάτας ἔχοντι τρίχας. *Humida verò breuissimos capillos habenti.*) Propterea quòd quum humida, ac liquida sint, fluida quoq; erunt, nec tenacia hærebunt capillis impacta: & si quid hæserit, detergeri deinde facilè, atque ablui poterit. Quod quidem in emplastrorum, cuiusmodi emplastra ueteres habebant, uel ceratorum forma applicatis capiti, quamuis breuissime & ad cutim desectos capillos habenti, non succederet, propter tenacitatem: at in deraso capite succedet: nihil enim prorsus habebunt, ubi impingantur.

ἐν τῇ τῶν πραγματειῶν, τῶν πρὸ ταύτης, ἑβδόμῳ. *In operis præcedentis hoc, septimo.*) Nempe de compositione medicamentorum per genera κατὰ γένη.

φυσικῶς ἀντιπαθεῖ τῇ μέθῃ. *Naturaliter ebrietati repugnant.*) Vsque adeò quidem uino naturæ suæ propritate resistit brasica, ut authores sint, uites prope quas sata brasica adoleuerit, uinum proferre multò diutius, atque imbecillius solitas uicta, uini bonitate ab oleris huius proueniente ex tota substantia facultate. Quod quanquam ita contingat: inest tamen in brasica desiccandi insuper uis insignis quædam, qua sanata aliquando uidi non parua uulnera, & ea quidem sinuosa, incoctis austero uino nigro brasicæ folijs, & impositis uulneri. Verisimile igitur est, posse hac quoque siccandi potestate non parum & uaporum illorum, & uinositatis totius absumi. Commendabitur quidem mox à Galeno, hoc quoque nomine in ciborum censu ad ebrietatem.

Καὶ

Καὶ τὰ ῥοφήματα τῶν ᾠῶν, ἄνευ γάρου. *Ac sorbilia oua, absque garo*)Ineſt in garo putre dinoſi omnino neſcio quid, quo facilè offendi queat caput, & uapores perturbati augeri. Quod autem mox additur μιγνύσθω δὲ αὐτοῖς μέλιτος ὅσον αὐτάρκως ἡδῦναι, Miſcendum uerò ipſis mellis, quantum ad dulcandum ſatis ſit: id non tam de ouis, quàm ptiſanæ ſucco & ſorbitione ex alica, & pane ex aqua accipiendum fuerit.

Καὶ τὰ κεστιανὰ δὲ καλούμενα μῆλα, κατὰ τὴν ῥωμαίων πόλιν. *Et poma, quæ uocantur Ceſtiana in vrbe Roma.*) Pomorum retulit nobis nomina quædam Plinius capite quartodecimo, libri decimiquinti, ab inuentoribus ſuis denominata, aut qui primi in Italiam illa importarunt: Mutio, Ceſtio, Manlio, Appio, Claudio. Mutiana, Ceſtiana, Manliana, Claudiana, Appiana. Tametſi Plinij exemplaria quædam pro Ceſtio, Geſtio habeant. Vel Ceſtiana igitur, uel Geſtiana nuncupanda ſunt poma hæc, Romæ primùm id nominis ſortita.

Χρὴ δὲ ἑψεῖν αὐτὰ κατὰ χύτραν καινὴν, ὕδωρ ἐπιχέοντα θερμόν. *Elixare autem ea operæpretium eſt, infuſa in ollam nouam aqua.*) Elixandi poma, pyraqúe modus, alibi quoque à Galeno narratus, oſtenſusqúe nobis: diligens ſanè, atque eiuſmodi, ut non magnopere timendum ſit, ne pomorum ſubſtantia corrupta deſtruatur: quippe induente ſe placidè, miti illo aquæ uapore, demendæ ſolùm cruditati, & auferendæ malitiæ quam fructus illi poſsident. Quo pene modo balnei iam inualuit uſus, quod Mariæ appellamus.

Απέχεσθαι δὲ βαλάνων φοινίκων· ἔχουσι γάρ ἰδιότητα τινὰ κεφαλαλγίας ποιητικήν. *Abſtinendum verò à palmæ glandibus: proprietatem enim quandam retinent capitis dolorem inferendi.*) Non ignoratum hoc ſcriptoribus etiam alijs, uel Plutarcho ipſi, qui in præceptis ſuis ſalubribus ita ſcribat: τὸν μὲν ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος, γλυκὺν ὄντα σφόδρα, κεφαλαλγόν λέγουσι εἶναι. Palmæ nanque cerebrum, uehementer dulce quum ſit, capitis dolorificum exiſtere aiunt. Quod de fructu Galenus dixit, dictum à Plutarcho de arboris eiuſdem ſummitate eſt. Hoc enim eſſe palmæ cerebrum docemur à Galeno his uerbis: οἷον ὅτι τοῦ φοίνικος ἐγκέφαλος· οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὸ ἀνώτατον μόριον αὐτοῦ. Libro quarto de ſimplicium medicamentorum facultatibus.

Καὶ ἀριούσιος. *Et Arruſium.*) Non quidem quale promontorium Chij inſulæ profert. Illud enim inter generoſiſsima cenſetur, hoc aquoſum iam: atque illud inſulanum, hoc mediterraneum Aſiæ: eiuſdem tamen, uel certè non diuerſi ualde nominis.

Ἐπιτηδείοις χωρίοις περιπατεῖν. *In locis idoneis deambulandum.*) Meritò deambulationes conſulit, in capitis dolore, utique ſuperiore corporis parte affecta: non aliter, ac laborantibus inferioribus, manuum conſulentur exercitationes aliquæ. non minus rectè utrumque auertendæ materiæ noxiæ cauſa, partes offenſas impetentis.

Προαγκτηριάσαντες τὰ χείλη τοῦ ἕλκους. *Si vulneris priùs labia fibulis coniunxerimus.*) Idque ex Cornelij quoque Celſi præcepto, cum in unum uulneris oræ non facilè attrahuntur: nam tunc futura aliena eſt, & imponendæ fibulæ erunt, ἀγκτῆρες à Græcis dictæ.

Δεύτερος δὲ ὁ ἐν θλάσματι. *Alter verò in contuſione.*) Qui putrefacientia ſemper requirat, Hippocratis enim authoritate, contuſum omne putreſcere opus eſt.

Καὶ ξύσαντες θεραπεύειν κατὰ συνσάρκωσιν. *Ac deraſo oſſe, curare iuxta concarnationis modum*)Iubemur, ſi plaga ad membrana muſque peruenerit, cranium, ſiue caluam ambientem, diſciſſa membrana, quæ περιόστεος in oſsibus omnibus dicitur

citur, hîc autem proprie περικράνιος, & rasura facta, curationem moliri per συσάρκωσιν: ex eo, ut opinor, ita dictam, quod nisi abradatur os, poliaturque, cumque eo membranæ pericranij affecta pars, induci caro ossi, firma, ac permanens nequeat: ut quidem in alijs pariter corporis partibus euenire his casibus uidemus. Committi igitur, ac coalescere hac curandi ratione, mansura, ac naturalis caro poterit, per συσάρκωσιν, concarnationem, siue carnis concretionem, & coniunctionem. Tale enim quippiam συσαρκάζειν quoque significauerit, quod apud Hippocratem est in libro de Articulis: quamcunque tandem uerbi huius significationem assignet Galenus, in commento: siue labiorum inter se constrictionis cuiusdam, siue dentium, qui ipsi quoque ossa sunt, cum labijs, coniunctionis, superiorum cum inferioribus, aut inferiorum cum superioribus. Omnino nanque coniunctio, & constrictio, aut cohæsio, siue cohærentia cum carne carnis, uel eiusdem cum osse indicabitur, qualis ferè capitis affectus est, hoc loco à Galeno descriptus, per συσάρκωσιν curandus, quatenus quidem in eo pariter quæritur carnis inter se, uel cum osse etiam coniunctio, ac cohærentia, facta prius rasura.

Εἰ δ' ἡ μῆνιγξ τετρωμένη. *Si verò meninx fuerit vulnerata.*) μήνιγγας proprie appellantur cerebri membranę. Paulò antè quum περιόστεον fortè nominaret, ὑμένα dixit, non μήνιγγα.

Ὃν ἐν τοῖς περὶ συνθέσεως φαρμάκων ὑπομνήμασιν, ἐπὶ πλέον διῆλθον. *Quem in commentarijs, de medicamentorum compositione latiùs percurri.*) Non solùm in ijs, sed etiam in Therapeuticis non semel.

Τὰς μὲν γὰρ χωρὶς τοῦ σκιρρωθῆναι παρακμαζούσας, τῶν καλουμένων χαλαστικῶν δέονται φαρμάκων. *Nam quæ citra durationem iam inclinant, medicamentis indigent quæ laxantia nominantur.*) Eo enim phlegmones tempore, quod extremum illius est, cumque ulterius quicquam influit parti affectę, reliquias phlegmones discutere, ac dissipare omnes scopus erit: utique relaxantibus simul, uiasque aperientibus, & humores crassos, si qui facti reliqui huiusmodi fuerint, attenuantibus, ac discutientibus medicamentis: id, quod in humorum induratione non auderemus: ueriti scilicet, ne si id sedulo nimis moliamur, tenuibus tantummodo particulis quibusdam discussis, atque euaporatis, reliquæ factæ quæ fuerint, durescant, ita ut dissolui deinde ratione nulla queant.

Ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὑπομνήμασιν. *In prioribus commentarijs.*) Qui de compositione medicamentorum sunt per genera, κατὰ γένη.

Τοιαύτη γὰρ ἡ μενδησίου μύρου δύναμις. *Talis enim est Mendesij unguenti facultas.*) Quippe quod ex balanino oleo, myrrha, casia, & resina constet.

Ἀλλὰ διὰ κεφαλαλγίαν σφοδρὰν, οὔτε τις συγκοπεὶς ἀπέθανεν, οὔθ' ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. *Verùm ob vehementem capitis dolorem, neque animi deliquio correptus mortuus est quisquam, neque mortem sibi consciuit.*) Argumentari liceret ex hoc, nullum esse narcoticorum usum, nisi in futuræ mortis discrimine, uel à laborante sibi ipsi consciscendæ, uel alioqui sequuturæ ob doloris uehementiam ingentis, nisi apertè satis à Galeno duæ nobis ostensæ essent inprimis causæ, propter quas relicto morboso, quem primò, ac principaliter curamus, affectu, curationem totam ad symptoma transferimus: uirtutis, seu uirium resolutio, & augescendi ex symptomate affectus timor. quanquam hæc ipsa causa in primam sæpè incurrat: adaucto enim affectu, dissoluentur uires magis, magisque semper, unde maior similiter mortis futuræ metus. Sed sunt tamen affectus, qui quamuis augescant, nondum tamen mortem minari posse uidebuntur, in quibus quoque ne incrementum ex symptomate sumant, si hoc fortè timeatur, succurrendum quamprimum symptomati sit, omisso affectu, morbique principalis curatione: ut in magna, ac uehementi ophthalmia, in

qua

qua periculum sit, ne ex ingenti dolore tensæ nimis interdum oculi tunicæ disrumpatur, subueniemus rectè atque ex ratione dolori, ne ophthalmiæ excrescat affectus, quò deinde absoluere melius curationem liceat.

προσκεῖται καὶ τὸ μετ' ἐκείνους γεγονέναι. *Additur & illud, quòd post illos vixerit*) Vt probetur, uerè dictum fuisse ab Aristotele in Metaphysicis uulgatum illud: εἰ μὲν γὰρ Τιμόθεος μὴ ἐγένετο, πολλὴν ἂν μελοποιίαν οὐκ εἴχομεν. εἰ δὲ μὴ Φρῦνις, Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο. Contulerunt enim omnes partem suam ad exædificandum priores, ut multum laboris demtum inde posteris sit: &, quod ibidem dicitur ab Aristotele eodem: τὴν ἕξιν προὐπήρκησαν ἡμῖν.

πρὸς ἡμῶν, τῶν μετ' αὐτὸν γεγονότων ἐξελέγχεσθαι. *A nobis, qui posteriores illo sumus, redargui.*) Quam quidem ne ipse quidem effugere potuit Galenus Nemesim, ut non habiturus fuerit posteriores se, qui reum ipsum agerent dictorum multorum, plurimos, qui reum, paucissimos peregerint paucissimis, ac minutijs potius quibusdam, ad artis usum non ualdè conferentibus.

ἢ ἐλαιῶν, ἢ φοινικων, ἢ σταφυλῆς. *Vel oliuas, vel palmulas, vel vuas.*) Atqui suprà, in censu remediorũ Apollonij, dolorẽ ad capitis ad ebrietatem, abstinendũ à palmulis esse iusserat, dolorificas eas capitis haberi addens. Dicere possemus hic, ubi de capitis dolore per consensum à uentriculo tractatur, nullum esse capitis dolorẽ propriũ, &, quod Galenus dixerat, οὐδὲ ἐν ποιοῦν ἴδιον πάθος: sed ab ascẽsu tantũmodo uaporũ, ex humoribus in uentriculo existẽtibus, resilientiũ infestatur: ibi autẽ repleri necessum est caput, πάντως ἢ ἀτμῶν, ἢ δηλ' ὅτι καὶ χυμῶν, ὅσοι θερμοὶ τῇ κράσει: omninò quidem uaporibus, interdum uero etiam humoribus, quicunque calidi temperamento sunt. Vt & plenitudine laborare caput intelligatur, non minus humorum quandoque, quàm uaporum, in ebrietate, & intemperatura insuper calida: ut propterea exquisita magis pariter uictus ratione ibi, quàm hic habituri opus simus. Deinde ut dolorem facere capitis existimentur palmulæ, non omnibus, nec semper facient tamen: et inuenientur, qui ferre illarum esum possint, innoxiè. Tentandum itaque. Ideò plura apposuit, oliuas, palmulas, uuas, ut habeat delectus, quodnam horum optimum sit experiendo: sic enim ait: πειρᾶσθαι τὸ βέλτιστον τῶν εὑρισκόντων. Et alioqui palmulæ adstrictoria ui sua non parum addere roboris uentriculo possint. Cuius hoc casu proprius affectus est.

καθάπερ γε καὶ ἡ δυσαισθησία. *Quemadmodum sanè & sentiẽdi facilitas.*) In ijs enim, qui exacto, atque exquisito sensu sunt, facilè detergitur noxa omnis, dum nocumentum minimum quodque statim persentiscunt: quod in alijs non fieret paulò magis duro sensu preditis. ὡς δὲ πάντες igitur ista quum sint, aliique alijs citiùs, ac facilius noxiam sentiant, ac molestiam: ex eo malè habentes pariter citius, ac plus semper colligent uitiosorum humorum.

Καὶ κάλλιον δὲ ὑπὲρ τοῦ καρπησίου λαβεῖν ἀντὶ τοῦ ἀσάρου. *Præstat autem pro asaro, carpesium sumere.*) Modò uerum, ac legitimũ haberemus carpesium ad manus: nunc enim nullum habemus. itaque asaro contenti erimus.

Καὶ μέγεθος σώματος. *Ac corporis magnitudinem.*) Non solùm aqua pueri, atque adolescentes, ab adultis differunt, & senibus: sed etiam qua à uiro uir alius ullo, maiore minor, pro corporaturæ diuersitate.

τὴν τε καλουμένην αὐτόῤῥυτον ῥητίνην. *Et resinam, qua sponte sua manans dicitur.*) Hoc quid sit, et quid κατινίλαιον, scire ex Galeno potuimus suprà libro tertio de compositione medicamentorum κατὰ γένη: Resinas, quæ αὐτόῤῥυτοι alibi dicebantur, in Lacedæmone, regionibusque alijs πρωτοῤῥύτας uocari scribente, in Cilicia uerò κατινίλαιον.

Ἔνιοι δὲ καὶ τὰ τῶν ποδῶν ἴχνη, καὶ τὴν ἕδραν. *Nonnulli vero, & pedum vestigia & sedem.*) Nescias utrum Galenus probarit ista: quamuis ex Hippocratica con-

ſpiratione illa probari ſatis poſsint, qua partes inter ſe corporis conſentiunt omnes. De auribus autem, quoniam aurium meatus ad cerebrum pertingunt, admitti facilè debebit.

Καὶ μή τις δοκείτω μακρὸν ἡμᾶς λόγον, ἐφ' ἑνὶ μορίῳ, καθ' ἓν σύμπτωμα πάσχοντι ποιεῖσθαι. *Neque verò arbitretur quis, longum à nobis ſermonem extendi, de particula vna, ſymptomate vno laborante.*) Sermo eſſe longus nimis poteſt, cuius ratio omnis traduci ad multa queat. Dictum, inquit, de capitis dolore multiplici: at cõmunia eſſe dolentibus partib. omnibus poterunt, quæcunque hoc loco de capitis dolore tradita fuere: κοινὸς γὰρ ἁπάντων τῶν ὀδυνωμένων ὁ λόγος ἐστί. Ad eundem modum, ex aliis quoque hic à Galeno explicatis, ueluti traduces quidam deriuari in alia multa nõ ineptè debebunt, nominatim non explicata. Vt, quoniam de intẽperatura capitis, cerebrique actum, deque eorundem plenitudine ex uaporibus, uel humoribus etiam uariis, ac uariè moleſtis, deque affectibus quibuſdam per ſe non minus, quàm per conſenſum, præſertim ex uentriculo: cuncta hæc communia, adeoque commoda, atque utilia futura ſint nonnullis aliis, nondum memoratis, ſed quæ tamen iiſdem contineri rationibus debeant, ſi modò parua ratio adhibeatur affectarum partium diuerſarum. Hoc pacto uenire ſub eandem curandi formulam poterunt affectus alii non pauci, quorum nulla dum facta à Galeno mentio eſt: Comitalis, attonitus, uertigo, catoche, catalepſis: caroſi omnes.

Ἀλλὰ προσέθηκεν εὔτονον. *Sed addidit validum.*) Validi erunt clyſteres, qui acria, & ad proritandam aluum efficacia medicamenta retinent, colocynthida, centaurium, hieralogadium, paſtillos, ælandahal: & ſimilia. Hæc altius detrahere humores, eosque auellere poſſunt, à ſimis uſque hepatis partibus. Atque hic unus erit ualidi clyſteris modus, cuius ad ſuperiora pertingere facultas aliqua poſsit. Alter, ſi ualida iniicientis, adminiſtrantisque manu intrò adigantur clyſteres: quo pacto, ſi uis adhibeatur uehementior, tenuia fortaſſis inteſtina attigerint, ut Galenus exiſtimat, libro decimotertio Therapeutices: ἀλλ' εἰ χωρὶς πάνυ σφόδρα βιάζοιο, inquit, τάχ' ἂν ἅψαιο τῶν λεπτῶν ἐντέρων μόνων. Quod de qualicunque tandem clyſtere intelligendum erit, et iam mitiore aliquo, cuius uis uel cum uiolentia adminiſtrati, non ultra tenuiora inteſtina proceſſura ſit.

Τοῦτο βοήθημα θερμαντικὸν οὐδὲν ἔχει. *Hoc remedium nihil habet excalfactorium.*) Nempè iridis radicum ſuccus cum aceto. Ac de iridis quidem temperamento nuſquam ſcriptum quicquam, proditumúe memoriæ fuiſſe reperitur à Gano, quum tamen multò antè Dioſcorides excalfaciendi illi uim tribuiſſet, in commune. Ex eo nihilominus, quod hoc loco audimus à Galeno, non ineptè conjicere nobis licebit, cenſuiſſe eum, non ita magnis calefaciendi uiribus præditam iridem eſſe: quandoquidem ſecundus calefaciendi ordo ab eodẽ ſtatuatur rerum, quæ manifeſtè hoc ipſum faciant: excalfaciant dico, quod hic fieri ab iride, & quidem illius ſucco negat. Dicent: additione aceti, in quo refrigerandi uis eſt retuſa non excalfacit. Conceſſerim libenter hoc, mihi non obfuturum, opinanti, ſecundum calefaciendi ordinem non excedere iridem, non autem tertii extremum occupaſſe, ut quibuſdam uiſum. Manifeſta igitur calefaciendi facultas, quæ iridi ſecundum qualitatis huius ordinem aſſignat, & non obſcurè, ſi ad alia multa ea utamur, apparet: in remedio à Galeno hic allato non apparebit, aceti contraria frigefaciendi poteſtate repreſſa.

Ἐπινοεῖν δ' ἡμᾶς χρὴ καθ' ἑκάστην τῶν ἐναντίων ταῖς δυνάμεσι φαρμάκων μίξιν, ὡς ἄρτι ἢ ὀλίγον μιγνυμένου τοῦ γενναίου, κατὰ τὴν δευτέραν δὲ καὶ τρίτην χρῆσιν αὐξάνειν αὐτοῦ τὸν ὄγκον. *Animaduertendum porrò in vnaquaque medicamentorum facultatibus contra-*

riorum

riorum mixtura, in principio quidem generosi parum miscendum esse, in secundo uerò, ac tertio usu augendam illius quantitatem.) Ex ijs, quæ paulò antè narrata à Galeno fuerunt, & quę paulo pòst dicentur, non difficulter colligemus uerborum horum sensum. Nam præter id, quod scire ipsi possumus (ab omnibus enim circumfertur, & ab Hippocrate ipso monemur) repentinas mutationes omnes non esse tutas in commune, atque in uniuersum: priuatim etiam hoc loco iubemur, ut idem in trāsitione medicamenti unius ad alterū obseruemus: ut concise id, atq; ex præcipiti, transituq; ad efficacissima statim quæq; fiat: sed si transeundum ad contrariæ facultatis medicamentorum usum fuerit, uel ex illis etiam aliquid miscendum prioribus, paulatim id, ac sensim faciendum, tum uerò à minus generosis, minusq; uehementibus incipiendum. Dixerat enim paulò ante, quum de medicamento ex radicum iridis succo scriberet: τοῦτο τὸ φάρμακον θερμαντικὸν οὐδὲν ἔχει. βέλτιον οὖν ἐστι τῇ πρώτῃ: τὰ γὰρ μετὰ ταῦτα μεταβάσει, πρῶτον αὐτὸν τετάχθαι. quòd mite, & placidum medicamentum sit, nec calfaciens quicquam, uel parum admodum habeat, præcedere illius usum uult, quum transeundum ad generose excalfacientia erit: dicetq; mox de amygdalis amaris loquens: καὶ τοῦτο δὲ πρώτης μεταβάσεως ἐστὶν οἰκεῖον: Hoc primæ transitionis est proprium. Et mox de ruta: ἀτάκτως καὶ πάλιν τοῦτο παρενθήκην, ἰσχυρὸν πάνυ φάρμακον. Rursus inordinatè uehemens admodum medicamentum hoc interposuit. In omnibus mandans ut ordine, paulatimq;, ac tanquam ἐκ προσαγωγῆς, à minùs generosis & uehementibus, ad magis semper magisq; generosa & uehementia transitus fiat in medicamentorum usibus, ac mixturis.

Εἰ μὲν ὅλῳ τῷ σώματι συμπάσχει ἡ κεφαλή. *Siquidem uniuerso corpori coafficitur caput.*) Quemadmodum suprà dum Apollonij remedia referrentur dicebatur: καὶ μάλιστα ὅταν ἀναστρέφηται τις ἐν ὅλῳ τῷ σώματι πλεονεξία χυμῶν: Ac maximè quum in uniuerso corpore oberrat humorum redundantia quædam. Inde nanque mirum non sit, si multi pariter uapores in caput resiliant ex humorum exuperantia multa, præsertim uerò uenis contenta, habituq; reliquo totius.

Φλεβοτομεῖν τῇ πρώτῃ, ἢ τῇ δευτέρᾳ ἀνέσει. *Secanda uena in prima, aut secunda remissione.*) Inclinationem febrium dicit, post accessionis statum, siue ex toto deinde remittat se febris, atque ad ἀπυρεξίαν perueniat, ut in intermittentibus fit: siue febris adhuc restet aliquid, ut in continuis quibusdam.

CAP. II.

Ἐπὶ μικραῖς προφάσεσιν μεγίστους ἴσχουσα παροξυσμούς. *Ex paruis occasionibus maximas habens accessiones.*) Paruas occasiones, strepitum uocum, splendidum lumen, & reliqua quę hic numerantur, nec uidentur causæ satis habere, ut facile ferri non possint ab ægrotis alijs.

Οὐκ ὀλίγοις δὲ εἰς τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν διήκει τὸ ἄλγημα. *Non paucis autem ad oculorum radices pertingit dolor.*) Quod signum certum sit, ut paulò post dicetur, intra caluariam esse affectum, eò quòd oculorum membranæ à cerebri membranis, quæ meninges dicuntur, ortum suum, & generationem trahant.

Πυρέττουσι δὲ τουπίπαν καὶ οἱ διὰ φλεγμονὴν ὀδυνώμενοι. *Febricitāt autē maiori ex parte etiā qui phlegmone dolent*) Verbū τουπίπαν, non semper, omnino, significat, sed sępius indicarit etiam ὡς τὸ πολὺ, uel ὡς τὸ πλεῖστον, magna, uel maxima quoque ex parte: ut author est Galenus in principio libri tertij de causis pulsuum. Hoc igit loco si meninges ipsæ cerebri phlegmone correptę laborarint, cū ob partis nobilitatem, tum ob uenarum, atq; arteriarū cum corde, & iecore cōmunicatio

nem, necessariò febris quoque sequetur semper. Quod si extra caluam in pericranio phlegmone fuerit, eaque non magna, neque tanta, ut cum cerebri meningibus cõmunicet: nulla hanc comitari febris poterit. Communicante autẽ per suturas cum dura meninge pericranij phlegmone, nec sine febre continget id, nec periculo uacabit affectus. Suprà enim in sermone de capitis dolore ex ictu, aut casu, his uerbis usus est Galenus, εἰ δὲ διὰ τὰς κατὰ τὰς ῥαφὰς κοινωνίας τοῦ περικρανίου πρὸς τὴν σκληρὰν μήνιγγα, διαδοθείη τι καὶ εἴσω τοῦ κρανίου τῆς φλεγμονῆς, οὐκ ἀκίνδυνον ἐστὶ τὸ οὕτω κεφαλαλγία ἐστί. Dictum igitur accipere debemus τὸ ἐπίσαν illud, pro plurimum maximaque ex parte. Quod quidem annotatione dignum uisum est in sermone de affectibus, cum interiora, tum etiam exteriora capitis occupantibus.

τὴν δὲ κεφαλὴν θεραπεύσεις, ἣν καὶ μὲν δέῃ κεχρῆσθαι τοῖς ἀντισπαστικοῖς διὰ τῶν ἀποκρουστικῶν ἐμβροχῶν. *Caput verò curabis, quoties quidem reuulsorijs uti opus fuerit, per repellentes irrigationes.*) Pro repellentes, reuulsorias scripsit interpres: at in Græco ἀποκρουστικῶν est. Quod quidem non paruæ mihi admirationi fuit, de homine presertim docto, si modò non scioli potius librarij alicuius castigatio ea fuit, cui uisum fuerit, quum prius ἀντισπαστικοῖς esset, debere in eadem uerborum cõstructione uersuque eodem pariter ἀντισπαστικῶν esse: quum tamen percipienti rectè ea, quæ dicunt, satis in aperto positus sensus sit uerborum Galenicorum. Præcipit enim in capitis curatione, quo tempore usus uenerit retrahentium, siue reuulsoriorum medicamentorum, quæ, si rectè atque ex ratione utamur illis, non capiti adhibebuntur ipsi, à quo retrahere, ac reuellere consilium tunc sit, sed procul ab eo dissitis partibus, quæcunque commodiores ad id uisæ fuerint, ut eodem tempore repellentes irrigationes capiti applicemus, non sine iusta causa sperantes ex eo futurum, ut simul & quæ à capite reuellunt procul, & quæ capiti adhibita repellunt, operatis, uaporum humorumque caput impetentium ascensus influxusque alio auertatur: utique dum reuellentibus repellentia adiumento non paruo sunt, eodem quo illa reuellunt impellentia

μετὰ δὲ τὴν τοῦ παντὸς σώματος κένωσιν, ἤδη τοῖς κενοῦσι τὴν κεφαλὴν κεχρῆσθαι, εἶτα τοῖς ῥωννύναι δυναμένοις. *Post corporis verò uniuersi vacuationem ijs quæ caput euacuant utẽdum, deinde his, quæ robur addunt.*) Vtrumque nõ sine ratione: nam nec tuto euacuatur caput, non euacuato prius copore: quippè applicitis medicamentis eadem ratione qua euacuant, etiam de corpore attracturis ad caput, si repletũ corpus fuerit: & euacuato iam capiti rectè robur addetur, ne ulterius suscipiat repleaturque.

χρονιζούσης δὲ οὐ μόνον οὐδὲν ὄφελος, ἀλλὰ καὶ βλαβερώτεραι αἱ κώδειαι τυγχάνουσιν οὖσαι. *Veterascente verò affectu, non modò iuuamenti nihil præstant, sed etiam nocentiora euadunt capita papaueris.*) Ideò quòd uel qui initio calidi affectus fuerint, & refrigerantibus indiguerint, sub extremum discutiendis reliquijs, quæ plerunque, exhalatis calidioribus particulis, frigidæ crassæque remanent, calidis ac discutientibus medicamentis habituri opus sint: ut in phrenitide qua iam inclinante, remediorum usus erit idem qui in lethargo, sic scribente Galeno tertiodecimo Therapeutices, non procul à libri fine: ὥστε κἀνταῦθα πάλιν εἰς κοινὴν θεραπείαν ἄγεσθαι λήθαργόν τε, καὶ φρενῖτιδα, ἐπὶ τῆς παρακμῆς. Meritò igitur papaueris capita, quæ inter phrenitidis initia conuenient, in fine, ac inueterascente affectu non conuenient, quum iam in μετάπτωσει (ut mox dicetur) hoc est, in transmutatione jest, & cessante caliditate, obstructiones succedunt, aut talia, quæ curationem contrariam exposcant, quàm quæ ab initio instituta fuerat.

ὡς γὰρ ἱπποκράτης ἔφη. *Nam vt Hippocrates aiebat.*) Libro de ratione uictus mor

borum

morborum acutorum, uerba sunt Hippocratis: ξηρῶν δὲ θερμασμάτων ἅλες, κέγχροι πεφρυγμένοι ἐν θυλακίοισι μάρσιπποισιν ἐπιτηδειότατοι, καὶ γὰρ κοῦφον, καὶ προσηνὲς ἡ κέγχρος.

Κρίθινον ὠμὴ λύσις. *Hordeacea homelysis*) Non semper hordeacea ὠμὴ λύσις est, sed triticea quoque erat, & ex semine tum lini, tum fœnugraeci aliqua: ut ex ijs quæ post dicentur, locis aliquot, satis patebit.

Τὸ μὲν οὖν τοῦ Νιλέως φάρμακον ἔμπλαστρόν ἐστιν. *Nilei ergò medicamentum emplastrosum.*) Nilei malagmatis compositio peti ex septimo Pauli Æginetæ libro poterit.

Νομίζω σφοδροτέραν ἔσεσθαι τὴν διάθεσιν. *Censeo vehementiorem futuram esse affectionem.*) Sensus elici ex uerbis his non admodùm congruus potest. Quocirca pro, διάθεσιν, reponi διάσεισιν debere existimo: concussionem maiorem, ac uehementiorem futuram ex eo significando, quòd collo uinculum, uel fasciam circũdet. Dixerat enim: ἢ πταρμικῷ τινι διασείσαι: sternutatorio aliquo concutito.

Ὅτι τοῖς πλείοσι τῶν ἀνθρώπων, αἱ τοιαῦται διαθέσεις ἐνοχλοῦσι μοχθηρῶς διαιτωμένοις. *Quòd homines quamplurimos huiusmodi affectiones ob malam victus rationem infestent.*) Malam uictus rationem sequitur cruditas: quę licet esse materiæ calidioris cuiusdam possit, ut, quum ructus sentiuntur quidam nidorulenti ex cruditate & corruptela oborti: plurimùm tamen fit, ut frigidorum crassorumque humorum collectio sequatur, calidorum usum medicamentorum, & discutientium expostulans, cuiusmodi sunt μετασυγκριτικά.

Τὰ δὲ ἀμέθυστα τοιαῦτα ἂν εἴη. *Amethysta verò huiusmodi fuerint.*) Dici amethista possunt, quæ ebrietatem arcent, uel quæ præsumptã auxilio sunt ne inebriemur. Quod proprietate sua quadam gemma quoque faciat, ἀμέθυσος ex argumento dicta: unde amethistinus color, diluti uiolæ coloris, quò colore gemma ea est.

Ἃ κατά τινα θαυμαστὴν ἀντιπάθειαν ἄγνωστον ἀνθρώπῳ φάσκουσιν ἐνεργεῖν. *Quæ ex mirifica repugnantia quadam, homini incognita, agere aiunt.*) Rectè θαυμαστὴ, & mirifica, hominique incomperta. Nullus quippe inuentus adhuc est, qui consensus huius & dissensus rerum, principia tenere potuerit, quæ proxima, & immediata dicimus, aut rectã satis reddere rationem ualuerit, & cui merito acquiescere humanus animus, ac rationalis debeat.

Εἶτα μετ' ὀλίγον τῇ φιλανθρώπου βοτάνῃ. *Deinde paulo pòst herba philanthropio*) Aparinen inuenio nonnullis philanthropon nominatam fuisse in herbarum nomenclaturis diuersis apud Dioscoridem: idemque à Galeno repetitum legitur.

Ἤ τινα χυμὸν μοχθηρὸν ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ μάλιστα κατὰ τὸ κύτος αὐτῆς ἔχει. *Vel prauum humorem aliquem in ventre, ac maximè in cauitate ipsius habuerit.*) Κύτος cauitatem dixisse licebit. Possumus & uentriculi fundum, cum intestinis superioribus intelligere: ubi si uitiosus humor contineatur aliquis, ex insolatione distrahi facilè, ac dilabi commotior factus in mesaraicas primum, tum & in primas uenas, corporisque dinde habitudinem totius posset: quod non fieret, si in intestina inferiora idem humor descendisset. Insolationem porrò in homine plethorico aut cruditatibus laborante, quantum inferre nocumenti ualeat, commotis, exagitatisque materijs, liquere satis arbitror.

Ἢ χελώνης λιμναίας. *Vel testudinis palustris.*) Nam marina non iuuerit, uel non tantùm iuuerit, ob salsilaginem: at palustris, & lutaria, temperamenti frigiditate operatã, conferet ad dolorem capitis ex causa calida. Atque hoc est, propter quod scriptum ab Archigene de his inter medicamenta, quæ cum ratione adhibentur, & qualitatibus suis manifestis prosunt, oportuit, ut Galenus ait, & id adhibito discrimine: non enim ex frigiditate contractum capitis dolorem iuuerit. Nisi uerò ex naturali quadam proprietate

tis nobilis uicinitatem quæ cerebrum est, neruumq; ad auditorium usque meatum pertingentem, tùm melius, ut eluantur, quæcunq; auditorium meatum ingressa fuerint, calore modico adiuta, atq; euocata.

Βασιλικοῦ καλουμένου φαρμάκου. *Medicamento, quod basilicum vocatur.*) Constat ex ceræ, resinæ Colophoniæ, picis, seui taurini paribus portionibus. etiam tetrapharmacum dictum, quòd quattuor sint, ex quibus componitur.

Ὥσπερ καὶ τοῖς ἐπὶ κώλῳ, καὶ νεφροῖς, καὶ ὅλως ἅπασι τὰ πάσχοντα μόρια σφοδρῶς ἀλγοῦσι. *Quemadmodum etiam in his, qui ex colo, & renibus, omniq; in vniuersum affecta parte vehementer dolent.*) Hoc nos non tam timidos, quàm interdum sumus in obstupefacientium medicamentorum usu, reddere potest. Et profectò, neq; contra artis præcepta tamen, rectèq; atque ordine facientibus, usurpare horum usum liceret nobis, & uirium deiectioni insigni, nisi ita fiat, futuræ, in tempore occurrentibus, & affectionum sæpè incrementa auferendo: imò uerò quanquam ex accidente, ut dicturus paulò pòst Galenus est, affectus ipsos iuuando, dum sedato paulisper dolore, ac conciliato somno, natura dolorem facientes causas concoquit.

Αἱ μέντοι μέτριαι φλεγμοναὶ, καὶ μὴ σφυγματώδεις. *Attamen modicæ phlegmonæ, neq; pulsatiles*) Non enim aliter pulsus in phlegmone sentitur, nisi aut arteriarū locus sit, aut phlegmone magna. Vt ideò ubi arteriæ nō fuerint, & in parte phlegmone laborante percipiatur pulsus, ex phlegmones magnitudine id euenire credēdum sit. Contrà ubi in phlegmone pulsus nullus, ne magnitudo quidem, dumtaxat in parte non arteriosa: nam si talis fuerit, possit esse cum pulsationis sensu aliquo phlegmone, neq; magna tamen.

Εἰ καὶ παρὰ λόγον εἶναι δοκεῖ τὴν δριμυτάτην φαρμάκων ἀνέχεσθαι τὸ οὖς. *Etiam si præter rationem videatur esse, vt acerrima medicamenta ferat auris.*) Galenus in calce libri sexti Therapeutices methodi, cerebri meninga crassam, post cranei perforationes, siccissima, ac uehementissima medicamenta ferre posse dixit, adeoq; his ipsis gaudere addidit, utpote natura siccam: illa tamē exceptione usus, πρὶν ἀξιολόγως φλεγμῆναι: Priusquam notabiliter phlegmone corripiatur. Vtiturq; auditorij meatus exemplo, qui ipse & ad crassam usque meninga deueniens, & neruum ex cerebro descendentem attingens, uehementissima nihilominus tolerare medicamenta solitus sit. Addendum igitur erit à nobis hîc pariter, quod ibi additum legitur de crassa meninge: πρὶν ἀξιολόγως φλεγμῆναι: Antequam phlegmone laboret.: ut ambiguitas quædam tollatur, quam indiscussam reliquit Galenus, nobis ex sexti Therapeutices recitatis modò uerbis diluendam. Nam nec præter rationem erit acerrima ferre medicamenta aurem posse, ac siccissima, natura siccam, ut crassa quoque membrana fert, naturâ eadem. At phlegmone tamen correptam eandem, blande, ac molliter inprimis tractandā semper esse monemur, quo planè modo crassa quoque meninx, si phlegmone laboraret, tractanda foret.

Σὺν τῷ καὶ τὰς διαθέσεις αὐτὰς ὠφελεῖσθαι. *Cum eo, quòd affectus simul ipsi iuuantur.*) Nempè rarefactis cutis meatib. simul, & attenuatis humoribus, factisq; ita difflatu facilibus ex medicamentorum usu dolores sedantium, quę ἀνώδυνα dicuntur, & mediocri quadam calefaciendi ui prædita sunt.

Τὸ ἰσχυρότατον σκευάσας μόνον, ἐγχεῖν δυνήσῃ. *Præparato vehementissimo solùm, infundere poteris.*) Vnum si habueris, inquit, ad manus præparatum medicamentum, sed fortissimum, utare licebit eo ad omnia, multipliciter diluto. Et mite quidem habebis, si sapa dilueris: minus mite, si uino dulci, paulò autem uehementius, si aceto, sed non acri: sicuti si acri, multò hoc uehementius: uehementissimum uerò, si aceto miscueris itidem uehementissimo, atque accerimo.

Συνεχείας λύσει ἢ δυσκρασίᾳ, ὡς ἐδείξαμεν. *Cõtinuitatis ſolutioni, vel intemperatura, vt demonſtrauimus.*) Ita tamen, ut rationibus non leuibus reduci ad unum omnia uelut caput poſsint: Continuitatis nimirum ſolutionem, quam non minus doloris ab intemperatura prouenientis cauſam aſſerere liceat.

Καθ' ὃ δὲ δύο λόγους ὀνήσει, τόν τε παρηγορικὸν καὶ τὸν θεραπευτικόν. *Duplici ratione iuuabit, & mitigandi, & curandi*) Mitigandi doloris quidem, quia modica caliditate, primiꝗ tantùm à temperamẽto receſſus, ac partium inſuper tenuitate cõſtant, cuiuſmodi anodyna ſunt, quorum proprium eſt, mitigatos dolores ſedare. Curandi autem, quoniam euacuatio fit, adipum illorum beneficio digeſtæ, atque euaporatæ dolorificæ materię, ſi modò euacuatum corpus inuenerint, neꝗ amplius humor influat ullus parti: nam aliàs, qua facultate materiã dolorificam exhalatam diſcutiunt, eadem ex non euacuato prius traherent: ac tum influente adhuc humore noua ſemper ſuggeretur creando dolori materia, quamuis mitigato priore, cùm ob humoris, ut diximus, diſcuſsionem, tum lenita quoque humorum acrimonia, ſiquidem doloris in cauſa fuerint humores acres.

Ἐπὶ μὲν τοῦ μηκωνείου, οὐχ ἁπλῶς ποιοῦσι. *In meconio quidem non ſimpliciter faciunt.*) Hoc eſt, non ſemper, neque omnes: nam ab ijs tantùm id fit, qui retundere meconij facultatem cupiunt: ſed non omnes id uolunt, neque ſemper. Præſtat enim quod Galenus mox admonet, non torrefaccre meconium reprimendæ illius facultati, ſed inueteratis potius compoſitionibus uti, in quas receptũ meconium fuerit, iam tempore (quod ferè dimidium ãni eſt ex præſcripto) minus ualidum factum. Tunc igitur tantummodò (quantum ego uideo) torrefaciendum meconium, ſiue opium fuerit, quum ſubitò futurus neceſſarius uſus ſit narcoticorum, nec in promptu erunt, quæ, quod ſatis ſit temporis, inueterauerint.

Διὸ καὶ βλάπτονται τινές, ὡς ἀχλυῶδες ὁρᾷν ἄχρι πολλῶν ἡμερῶν. *Vnde & læduntur aliqui, vt per multos dies obſcurè videant.*) διὰ τὸ κακοηθὲς nimirum, propter meconij malignitatem, quam non aliter quàm uel temporis proceſſu alicuius, uel torrefactione deponat. Præſtare autem, ut, ſi liceat, tempus expectetur compoſitionum, quæ opium acceperunt, utendarum iuſtum, dictæ à Galeno fuere cauſæ.

Ὁμοίως ἄκρως ποιεῖ σπόγγος ὀφθαλμικός. *Similiter ſummè auxiliatur ſpongia ocularis.*) Nempè molliſsima, ac noua, uel exquiſite tota, ſi ſordida prius fuerit: talem enim eſſe oportet ſpongiam, qua ad oculos utamur, propter partis nobilitatẽ, ſenſumꝗ exactum. Niſi uerò ocularis ſpongia intelligatur, quæ oculorum inſtar, cauernulas multas habet, raraꝗ, nec minus quoꝗ tamen mollis eſt: ut pterygium ophthalmicum dixit quandoꝗ Dioſcorides, uel ſpongiam, his uerbis, capite de Alcyonio: τὸ δ' ἑξῆς κατὰ μὲν τὸ σχῆμα πτερυγίῳ ὀφθαλμικῷ, ἢ σπόγγῳ ἔοικε. Simile eſt, inquit, pterygio penicilloúe oculari, aut ſpongię. Addiderim ego, oculari, ut ſit: ἢ σπόγγῳ ὀφθαλμικῷ. Admittit quidem conſtructio uerborũ hanc quoque intelligentiam: & erit illud molle ſpongiæ genus, quod diximus, oculis aptum fouendis

Καὶ πάντων μᾶλλον ἡ ἱερὰ ἀρωματικὴ μετά τινος τῶν μύρων. *Atque omnibus magis hiera aromatica cum unguento aliquo.*) Aromaticam nominauit hieram Archigenes, quam alij amara, πικρὰν nempè: utrumꝗ enim eſt, & amara ob aloem, & aromatica ob cinamomum, xylobalſamum, crocum. poteſtquè ex horum omnium ſimul facultate, aurium affectionibus non parum conferre.

Ἐγχεῖ ἀριστερᾷ τρίς, ἢ ἑπτάκις. *Siniſtra manu infunde ter aut ſepties.*) ἐπίκαιρα δὲ τέχνης cuncta Archigenis iſta: ſicut & illud, quod paulò ante dicebatur, de aquæ frigidę infuſione in alteram non dolentem aurẽ: nam de dolenti iniecta dicere Hippocraticum illud poſſemus: νάρκη δὲ μετρίη, ὀδύνης λυτική.

Οὔρου συάγρου. *Vrinæ ſuis ſylueſtris.*) Docendi eramus ab Andromacho modum, quo colligi urina hęc poſſet ſola. niſi uerò terræ ſimul partem, in quam micta fuerit, accipiamus: hoc enim ex tetro quodam odore deprehendi facilè queat.

Ἔσθ᾽ ὅτε δ᾽ ἐκ τῶν φαρμάκων ἐνστικῶν χρήσεως γίνονται τινὲς ἦχοι. *Est quando & ex usu auricularium medicamentorum sonitus quidam fiunt.*) Si calefacientia medicamenta fuerint, neque id tamen, quod satis sit, faciant: mouerint enim modice, siue infra modum potius calefaciendo flatuosæ materię aliquid, neque eam dissoluerint. Et quum deobstruentibus medicamentis utemur, quæ infarctos meatus expedire non pertranseant, sed hærentia non parum ibi interdum flatulentiæ excitent.

Καὶ τὸ κατὰ βραχὺ δὲ συστῆναι τὸν ἦχον, ἢ ἀθρόως γενέσθαι, συντελεῖται πρὸς τὴν τῆς διαθέσεως εὕρεσιν. *Et quòd paulatim consistat sonitus, vel confertim fiat, ad affectus inuentionē conducit.*) Sensim nanque paulatimq́ue si constiterit, intemperaturam causam habebit sonitus, præsertim frigidiorem, quæ ipsa sensim pariter, paulatimq́ue ab initijs suis aucta maior subinde maiorq́ue quum fiat, sonitum, eodem modo auctum afferet. At confestim factus, ex obstructione aliqua repente facta facile exorietur: nec minus facile ex uaporibus, ex inferioribus membris caput impetentibus.

Ἔτι τε τὸ διαλείματα ποιεῖν, ἢ παραμένειν τὸ σύμπτωμα διηνεκῶς. *Itemq́ue ex eo, quod intermittat, aut continue persistet symptoma.*) Alterum enim, si intermittat, per consensum alterius partis alicuius, auris affectum denotabit: alterum si perstet, eiusdem partis proprium.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἐξαίφνης ἤχων, ὄξος μετὰ ῥοδίνου ἔγχει. *In sonitibus verò repentinis, acetum cum rosaceo infunde*) Dixerat enim supra, referre fiant ne sensim sonitus, an derepente: nosque ibi, in obstructionibus confestim sæpe gigni solitis, consistere hos posse addebamus: quibus amouendis, acetum nunc adhibetur cum rosaceo. Additur aceto insigni deobturandi meatus facultate præpollenti rosaceū, non solum leniendo dolori, si quis adest, sed etiam ut altius, ac penitius, deobstruendi facultas ea adigatur, rosacei adstringendi ui tanquam manu propulsa: ea ratione, quam libro de simplicium medicamentorum facultatibus tertio explicatam habemus à Galeno, uerbis, quę quoniam aurea tota sunt, libuit adscribere: τὰ δ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον μὲν στύφοντα, inquit, τὸ πλεῖστον δ᾽ ἐν αὐτοῖς ἔχοντα λεπτομερὲς ὁμοῦ καὶ χλιαρᾶς οὐσίας, οὐχ ὅπως κωλύεται πρὸς τὸ βάθος ἰέναι, ἐγκαταβαίνειν ἐς βάθος τῶν πλησιαζόντων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ συνεργεῖται μᾶλλον, ὑπὸ τοῦ βιάζεσθαι πρὸς αὐτάς. Quæ uerò parum adstringunt, plurimum autem in se habent tenuis simul, & tepidæ substantiæ, non modò ab adstringendi facultate non impediuntur ad profundum descendere corporum, quibus appropinquant, uerumetiā adiuuantur magis ab ea impulsa. Et hic quoq; acetum rosacei olei additione altius penetrabit.

Πέριξ δὲ τὸ οὖς στεφάνην χρὴ ποιεῖν ἐξ ἐρίων. *Circum aurem verò orbem ex lana facere oportet.*) Ne forte existimemus, nostrum, nostriq; temporis inuentum esse, quo nūc quoque ad hæc sæpe utimur, infundibulum, eodemq; modo cauemus circumpositis lanis, aut gossipio. Vetus est, ut uidemus.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἐπιγινομένων κωφώσεων. *Superueniente verò surditate.*) Nam quæ modò dicta fuere, de auditus difficultate dicta.

Μετὰ ταῦτα δὲ ὀξείαις φωναῖς ἐμβοῶμεν συνεχῶς, καὶ αὖθις βαρείαις. *Posthac autem acutis vocibus inclamanus assidue, rursusq́ graribus.*) Cuncta hæc ad expediendum aurium uias, si fieri possit, fiunt. Acutis primùm uocibus, penetrabiles enim illæ magis: deinde grauibus, quasi delinita hoc pacto offensa, quam acumen uocum fecerit. Postremò eiusdem rationis adhibetur remedium, sed multò magis efficax: immissi per tubam acuti sonitus. Quæ omnia expediendis infarctu aliquo occupatis aurium meatibus utilia erunt, quoties materia aderit abigenda, uel discutienda aliqua: alias exurdarent aures ipsas potius ista: ut de prope Nili cataractas habitantibus scribitur, ob ingentem, atque assiduum ex aquarum deiectione ab alto, graui, sonitum, surdastris omnibus.

κυαθίσκῳ ἐγῶ μικρῷ μηλωτρίδ. *Specilli cyathisco paruo, & angusto.*) Cyathiscu appellauit specilli extremam partē, in cyathi exigui cuiusdam formam, fabrefactam, cauamq́; qua comprehendi aliquid posit, & extrahi.

Ὄξος καὶ ἔλαιον ἐνστάζε. *Acetum, & oleum instilla.*) Acetum ad omnia reliqua: incidit enim, & penetrabile est: oleum priuatim insuper ad pulices, & uermiculos, quippe quo insecta omnia contacta pereant, emortuaq́; facilius multò educi queant.

CAP. II.

Καὶ μάλιστ' ὅταν μήτε κακοηθὲς ᾖ τὸ ἐπιρρέον, μήτε πολὺ, μήτε πληθωρικὸν τοῦ σώματος ὑπάρχοντος. *Ac potissimum, quum neq; malignum fuerit id quod influit, neque multum, neq; plethoricum corpus sit.*) Nam neque ut malignum ad partes nobiliores repellatur, rationabile est, neque multum si fuerit, repelli facile poterit, uincetur enim humorum influentium multitudine, repellentia: & corpore plethorico existente, non habebunt quo repellant medicamenta: non enim uacabit locus corpore iam anteà pleno.

Καὶ μέντοι κατὰ τὴν ἄνευ τοῦ πεπονθέναι τὴν κεφαλήν. *Et quidem, quum etiam sine capitis affectione.*) Propter id, quòd superiore statim uersu dixerat: ὅταν γὰρ ἡ κεφαλὴ τὸ πάθος: Quum in capite affectus. Vt ostendat, etiam si hoc non fuerit, neq; afficiatur caput, sed alioqui decumbant in partem aliquam ignobiliorem superflui humores, ut in acutis febribus fit, idem faciendum esse, nimirum non retrò pellendos humores à natura eò depulsos.

Ἐκ τῶν ἀγγείων ἐγχέουσα πρὸς τὴν μεταξὺ χώραν τοῦ δέρματος, καὶ τῶν ὑποκειμένων σωμάτων. *E uasis effundens ad loca inter cutim, & subiecta corpora.*) Qualiter euenit etiam in lenticulari morbo, febribusq́; acutis, & malignis, quas iam passim petechias nominamus, in quibus è uasis, uenisq́; effusi mittuntur ad cutim, subterque cutim per uniuersum corpus humores. Quos affixis cucurbitulis, cùm scarificatu, arteq́; alia omni euocamus, ratione ea usi, quam Galenus hic attulit: nisi uerò per se sponteq́; e sua copiose satis natura id antea fecerit, ut paulò post adnotabitur.

Διὰ ἀποσκήμματος ἰωμένου τοὺς πυρετούς. *Per aposcemma sanantis febres.*) Quæ essent Græcis medicis ἀποσκήμματα, & ἀποστάσεις, alibi dixisse meminimus. Sunt enim quum in partem aliquam missi decumbūt humores ab expultrice facultate, siue bono, siue malo id cedat: hoc est, siue symptomaticè, ut dicere solemus, tantùm id fiat, irritata natura, siue spōte sua insurgente ad expulsionē, concoctis iā morbum facientibus causis: & uel obfirmentur ibidem, quò missi fuerint, noxij humores, uel extra corpus fluant per emissaria aliqua abacti, quæ ἀπόστασις κατ' ἔκροιαν dicitur, per effluxionem factus abscessus, & ἀπόσκημμα. Propriè autem ἀπόστημα est, quum laborantes phlegmone aliqua partes facta suppuratione à se inuicem abscedunt interueniente pure. Inde abscessus hic quoque dictus hac de causa: sicuti prior ille eodem nomine dici abscessus potest, ea significatione, quòd ab una in aliā missi decumbant partē humores, abscedantq́; potius inde, ingruentes in hanc, illamuè: ex eo ἀποσκήμματα uocata, ἀπὸ τοῦ ἀποσκήπτειν, quod κατασκήπτειν etiam dicitur, eo quòd ingruant, siue irrumpant in loca: quemadmodum alia illa ἀποστήματα, quòd partes abscedant inuicem.

Ἐὰν γὰρ ἤτοι σικύαν, ἤτι φάρμακον, ἕλκον ἐκ τοῦ βάθους ἐπὶ τὸ δέρμα τοὺς χυμούς. *Si enim uel cucurbitam, uel medicamentum aliquod, ex profundo ad cutim humores attrahens admouerimus.*) Hæc persuadere nobis ratio poterit, ne in lenticulari febre, apparentibus exanthematis multis, quæ transmissionem multam, magnamque factam humorum fuisse arguant, curiose insuper nimis molestiam illam ægrotis exhibeamus, ut cucurbitulis, & quidem scarificatione facta, euocare humores studeamus, qui expulsi à natura satis iam uideri possint: ne incommoda sequantur

tur, quæ mox deſcribuntur à Galeno ita: ὀδύνη καταλαμβάνει τὸν ἄνθρωπον ὡς δι' αὐτὴν ἀγρυπνίας τε γίγνεσθαι, καὶ σὺν πυρετοῖς ἀγρύπνους γίγνεσθαι: καὶ τὴν δύναμιν καταλύεσθαι: Dolor uehemens hominem corripit, ut ex dolore & uigiliæ ſequantur, & febres ſuccedant, & uires exoluant. Quod quidem nō ſemel cōtigiſſe ſcimus. Quamuis autem de tumoribus præcipue dicantur iſta, commode tamen applicari reliquis etiam poterunt.

ὥσπερ οὖν περὶ τῶν καταπλασμάτων διδασκαλίαν τὸν λόγον ἐποιησάμεθα. *Quemadmodum in tractatu de cataplaſmatis, ſermonem de his fecimus.*) Magna ex parte in libris de compoſitione medicamentorum per genera, κατὰ γένη.

μὴ διαφορηθέντος δὲ τοῦ ὄγκου, τοῖς διαπυϊσκουσιν χρηστέον φαρμάκοις. *Quod ſi tumor non diſſoluatur, pus mouentibus medicamentis utendum erit.*) Semper enim prior, ac potior diſcutiendorum tumorum præter naturam omnium eſſe debebit intentio, atque indicatio: quod ſi aſſequi non dabitur, tunc proximum erit, ut ſuppuratio quæratur, præſertim uerò in phlegmone, phlegmonoſisúe humoribus: hi nanq; non diſcuſsi ſuppurantur inprimis. Porrò autem facto pure, tentandum primò, ut attenuatum pus digerentibus per halitum medicamentis, & attrahentibus diſcutiatur: id uerò ſi fieri non poterit, poſtremum omnium fuerit, ut medicamentis, uel ferro aperto loco emittatur pus. Quæ omnia quo peragenda modo ſint in parotidibus, mox hic à Galeno docebimur.

οἷον δή τὸ σμίλιον. *Quale eſt ſmilium.*) Ita nominatum ab efficacia, quòd idem pſtet ſecando, atque incidendo, quum opus eſt, quod ſcalpellum, ſutoriusúe culter præſtaret, quæ σμιλη uocabulo ſignificantur. Huius porrò medicamenti cōpoſitio ex Pauli Aeginetæ libro ſeptimo petenda.

ἐγὼ δ' οὐδ' ὅποτ' ἀξιῶ τὰ ἀποκρουστικὰ μίγνυσθαι. *Ego verò cenſeo nequaquam admiſcenda eſſe quæ repellant.*) Membrum enim nobiliſsimum, & maximè principale eſt cerebrum, in quod ſi retro pulſa feratur morbifica materia, in diſcrimine ponatur æger ſtatim euidenti.

ἰσχυρὰς ἀμφοτέρας ἔχον τὰς δυνάμεις. *Vehementem utramque habens facultatem.*) Repellentem nimirum, atque adſtringentem, propter terreſtres non paucas frigidasq; ſimul materias, nec pauciores calidas alias, ex quibus in unum conflatis conſtat atramentum ſutorium, & aluminum genus omne.

κἂν ἐκ ῥευματικῆς ὑποθέσεως ὦσιν *Etiam ſi rheumaticam affectionem cauſam habeant.*) Hæ nanque phlegmonæ curatu difficiliores habitæ ſemper fuere propter continuam materierum ad locum affectum affluxionem: quæ affectui nouam ſemper cauſam ſuggerit.

ἀλλ' οὐδ' ἄλλος τις τῶν φίλων ἐπιχείρησε χρῆσθαι. *Sed neque amicorum alius quiſpiam uti tentauit.*) Ex Hippocratis, Galeniq; lectione colligi multis in locis poteſt, morem fuiſſe ueteribus medicis eum, ut conſilia ſæpe communicarent inter ſe medica, præſentes pariter, atq; abſentes: quæ qualiaq; in unaquaque ægritudine adhibita remedia profuiſſent, aut nocuiſſent etiam interdum: deq; rerum aliarum medicarum omnium ſucceſſu, aut ſecus, mutuo ſeſe admonerent, conſtituendæ ita melius parti experimentatrici, tum uerò exædificandæ in uniuerſum medicinæ toti. Quod quidem pauci quidam hoc quoque tempore faciunt medici: neque tamen tanto, quàm ueteres illi, ſtudio ac diligentia, neq; fortaſſe amore. Amicos appellat Galenus: ἄλλος τις τῶν φίλων: Amicorum aliquis alius.

τῷ δ' ἐγκεφάλῳ κατακεχρῖσθαι οἷον δήποτε, μετρίων παρωτίδων ἐστὶν ἴαμα. *Verum cerebro iniunxiſſe qualicunque, mediocrium parotidum remedium eſt.*) Pars eſſe cerebrum exiſtimatũ corporis frigidior. Conſtat præterea in ſucto, pinguiq; multo, quod tractare, & uidere eſt. Vt ideò, quum neq; partibus deſtituatur frigidis, proinde & repellentibus, neq; adipoſis, proinde & dolorum ſedatiuis: profuturũ cerebrũ phlegmonæ, proinde & parotidi, præſertim uero mediocri, & in prin-

cipio adhibitum uerisimile sit.

Καὶ ὡς τοτομητέον. *Et crudus secandus affectus.*) Causa additur à Galeno, optimum esse in his inquiente ut celeriter foras, atque extra corpus fluxio auulsa euocetur. Addemus nos liberando citius cerebro, parti nobilissimæ, securitatemq; ei addendo, ne manente diutius in parotide materia, ea repulsa forte, retroq; cedens, in discrimē ægrum adducet: simul abscessu, quamuis adhuc crudo, dissecto, occurremus incommodo, quod longius sæpe moratum parte in aliqua pus facere solet: nempè altius induendi se, partium, quas tangit, erosione, ac sinuosos deinde affectus multos faciendi, sanari perquam difficiles.

CAP. III.

Κατὰ δὲ τῶν παρὰ φύσιν ἐκκρίσεων. *Secundùm verò excretiones præter naturam.*) Vnico uerbo mox dicet, ὑπερεκκρίσεις, superexcretiones: ut quantitatis solum nimiæ, notetur uitium, quum alias secundum naturam, adeoq; à natura ipsa excretiones hę fiant, bonoq; sæpè cedant, si modicę sint, adapertis per ἀναστόμωσιν tantummodo uenarum osculis, non etiam disruptis, quod eò minus deputandas præternaturales esse excretiones has faciet.

Ἡ δὲ θεραπεία κοινὴ μὲν ἀμφοῖν τούτοιν. *Ceterum curatio communis amborum est horum*) Vtrumque dixit, ozænæ affectum duplicem: & qui humores acres causam habet, & qui putredinosos.

Ξηραίνειν τὸ πρῶτον, καὶ ῥωννύειν τὴν κεφαλήν. *Siccare primùm, ac roborare caput.*) Siccare dixit simul & roborare, non autem roborare tantùm. Addi enim capiti robur posset adstringentium quorundam usu: atque id si quam forte humorum prauorum contineret redundantiam, transmittere inferius ad affectas partes facilè poterit, præsertim eo pacto roboratum. Nunc si robore accepto, siccetur insuper, non habebit quod mittat, curabunturq; ita facilius multò nares.

Μετὰ σμήγματος καρδάμου σπέρματος. *Cum nasturtij seminis chema.*) Quid chema sit mox aperietur à Galeno ita scribente: καρδάμου σπέρματος χήμην, ἤτοι <. s. Nasturtij tenuis chemam, siue drachmam, dimidiam: qui oboli tres sunt.

Ἐπεὶ δ' ἰσχυρῶς δὲ ἐς ὕδωρ ἀναρροφῆσαι, εἶτα ἐν τῷ στόματι κατέχειν. *Quum usus venerit autem, aquam absorbendam dato, deinde in ore continendam*, Quia pollens potensq; medicamentum est, & ualde acre, ac propè urens, ueluti munienda prius loca hæc esse consulit aduersus medicamenti uim. Illud enim, ἀναρροφῆσαι, pro attractione aquę per nares accipiendum esse crederem. Aquę porrò in ore detentio, ne illabatur eò medicamenti pars aliqua, aut penetret uis, obstiterit, nocumenti omnino aliquid allatura si peruenisat.

Ἐὰν δὲ ὑγρότερος, ἢ μαλακώτερος ὁ πολύπους σοὶ φαίνηται, πλεῖον μὲν ἔλαττον τῶν αὐστηρῶν ῥοιῶν, εἰ δὲ σκληρότερος, τῶν ὀξέων. *Quòd si humidior, vel mollior uisus tibi polypus fuerit, plus ex austeris melis punicis injctes: si durior, ex acidis.*) Vtrumq; non sine causa: & mollities humiditasq; polypi nimia illa, ab austeris facilè exiccabitur, ueluti exucta, expressaq;, hoc enim facile præstant austera omnia, & ab acidis affectus eiusdem durities dissecta penetrabitur, ut discuti deinde melius, ac facilius ualeat eo pacto attenuata.

CAP. IIII.

Ἢ διὰ μοτοῦ ξυστῷ, ὡς ἐνωτάτω πεπιεσμένου. *Aut linamento rasili vtitor, quàm penitissimè intruso.*) Ita quidem uertit interpres, quasi in exēplari suo ξυστῷ μοτοῦ habuerit, quod rasili esset, ἀπὸ τοῦ ξύω, quod radere significat. Ego in meo σχιστῷ μοτοῦ inuenio, quod scissili est, ἀπὸ τοῦ σχίζω, quod scindo: & aluminis genus intelligi debere arbitror scissilis, adstringentissimum, maximeq; fluxioni è naribus sanguinis exuberanti accommodatum, quod linamento exceptum intruderet penitissi-

penitißime naribus, simul immisso, ab intrudente ad palatum, digito, ne qua in os illaberetur alumen illud: cùm ut totum applicetur, unde sanguis fluit, loco, medicamentum, melius ita operaturum: tum ne aliquod inde inferatur partibus oris nocumentum.

Καὶ μετέωρα ποιεῖν τὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. *Ac sublimes capitis partes facere.*) Tanquam ex positura hac futurum, ut minus feratur ad nares sanguis, sicuti certè minus fertur in sublime sponte sua, nisi attractum à facultate, cuius id munus est, nutriendis ibi partibus. At si prostratum iacuerit in plano caput, magis feretur ad caput sanguis: multóque adhuc magis, si in decliui. Itaque rubere quamprimum faciem totam uidemus, repletam sanguine, demisso inferius infraq; reliquum corpus capite. Sequemur ne igitur consilium eorum, qui in capiēdo in distillationibus à capite somno, humiliorem nobis capitis positum, totique corpori æqualem suadent? Sane uerò non sequemur, si modo Galeni in hoc sequi consilium uoluerimus, contrarium omnino capitis situm suadētis in timore, deferendi ad caput naresque sanguinis per uenas, per quas cum sanguine unà humores quoque deferri, & uapores soliti sint, distillationem facturi, causamq; illi maiorem semper præbituri.

IN LIBRVM QVARTVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS.

CAP. I.

Ωστε καὶ ἀποθανεῖν ἑλέσθαι τινάς. *Sic ut mori maluerint quidam*) Confirmatur ex superioris libri uerbis his: ὅπως γὰρ ἂν ἀλγῶσιν, ἀπολείπονται τῶν τὸ κῶλον ἀλγούντων, ἢ οὖς, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ὀδόντα. Quomodocunq; enim doleant, minus dolent, quàm qui ex intestino colo, uel aure, uel oculo, uel dente dolent. Oculi quoque dolore posito inter usque adeò uehementes, ut ad cōsciscendam sibi mortem dolentes cogant: quum in capitis dolore, nihil tale unquam contigisse, prius dixisset.

Εἰ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἢ μόνοις. *Siue in oculis fuerit solis.*) Nimirum, affectionem eiusmodi, ut influentem ad se humorem corrumpat: quemadmodum alibi quoque dictum non semel fuit esse cacoethe ulcera quædam, ita affecta, ut quamuis laudatos humores probosq;, ad se deriuatos ipsa corumpāt, ac uitiatos reddant: hocq; eodem opere suprà idem repetitum.

Πρώτους μὲν τοὺς κατὰ τὸ σῶμα, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἐπὶ τὸ ἰνίον, καὶ τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς *Primis quidē in corpore, deinde etiam in occipite, & capitis cute.*) Reuulsiones omnes erunt hæ, & ab oculis influentes eò humores reuellent. Quod quanquam ita sit, præstat tamen, reuulsionibus prius usos in paulò magis longinqua corporis parte factis, tum demùm capitis etiam partem tractasse reuellendo: quę laborantibus oculis, esse alia non poterit, quàm ipsum occiput, cui affigi cucurbitulæ queant. Sicuti dolente hoc ipso occipite, parte nempe capitis posteriore, ex Hippocratis præcepto, rectam frontis uenam incidimus, reuellere studentes: reuulsionis genere ex partium antè ac retro positarum consideratione factæ: sicuti prior illa per positurę longitudinē fiet, si, dextro fortè oculo laborante, dextri itidem cubiti exteriorem uenam acceperimus ad secandum, & sinistro, si sinistri. Quam alteri illi reuulsioni, quæ peragi in occipitio debebit,

 præponi

præponi ſemper, conducibile fuerit : quò uidelicet ſimul & reuellatur à capite, oculiſq; materia, ſimul exinaniatur corpus reliquum uniuerſum. Quod niſi prius fieret, ſtatimq; ad occipitium accederemus, cum periculo id fieret, ne non tam reuellerentur ab oculis humores, quàm repleretur ex nõ euacuato antea corpore caput, & cum capite oculi. Quem ſanè curandi oculos modum doceri uel ex Platonis Charmide poſſumus, in quo Socrates uerba hæc ꝓfert, prorſus medica, Galenicæq; huic ſententiæ ualde acõmoda, ut inde huc translata uideri poſsint. Ait enim: λέγουσί που, ὅτι οὐχ οἷόν τε αὐτοὺς μόνους ἐπιχειρεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰᾶσθαι, ἀλλ' ἀναγκαῖον εἴη ἅμα καὶ τὴν κεφαλὴν θεραπεύειν, εἰ μέλλοι καὶ τὰ τῶν ὀμμάτων εὖ ἔχειν, καὶ αὖ τὸ τὴν κεφαλὴν οἴεσθαι ἄν ποτε θεραπεῦσαι αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἄνευ ὅλου τοῦ σώματος, πολλὴν ἄνοιαν εἶναι. A corporis igitur totius curatione inchoandum.

Ἡ μὲν γὰρ τῶν στυπτικῶν δύναμις οὔτε ξηραίνει τὴν τοιαύτην διάθεσιν, ἐπέχει τῶν δακνωδῶν ἰχώρων τὰς ἐκροάς. *Adſtringentium nanque facultas neque huiuſmodi affectum exiccat, & mordacium ichorum effluxionem cohibet.*) Hoc ſ ipſo non exiccat, quia effluxum impedit humorum ſeroſorum. Nam alias adſtringentia, ut auſtera quoque ipſa, reſiccare ſatis poſſunt, ut ex ſeptimi Therapeutices methodi libri principijs inſtruimur. Qua libri in parte ſummè nocuum eſſe ſiccationibus uentriculi omnibus auſterorum uſum pronuntiauit, ideo quòd, ſi quid factum reliquum humiditatis natiuæ fuerit, id abſumant, partim exuctum, partim expreſſum in uentriculi capacitatem, partim ad continuas partes expulſum. At hic in oculorum affectu, non habebunt adſtringentia, quò facilè repellant, repulſioneq; ea reſiccent propter membranans cõfectas, additamq; aliã alij multiplicìter, ac quaſi ueſtientibus incluſos humores tot tunicis.

CAP. II.

Διὰ τῶν καλουμένων μονοημέρων κολλυρίων. *Per collyria monæmera vocata.*) Ita dicta, quòd una tantùm die opus ſuum abſoluant, quaſi unius diei collyrium: alio nomine αὐθημέρων quoque dictum. Iccircò addit, non parùm ſæpè uſq; adeò celeriter uſu horum magnas oculorum phlegmonas mitigatas fuiſſe, ut ſub ueſperam potuèrit ſe ita laborans ad lauandum conferre, ac poſtridie nardino collyrio ad inſtaurationem, reſtitutionemq; partis affectæ, & corroborationem iniungere.

CAP. III.

Εὔδηλον δ' ὅτι πλησίον ἀναπλάσεως ὄντι τῷ φαρμάκῳ, τὰ τοιαῦτα μίγνυνται, διὰ τὸ ταχέως ὀξίζεσθαι. *Manifeſtum autem, quòd quum propè eſt ut reformetur medicamentum, miſcentur hæc, propterea quòd citò aceſcant.*) ἀνάπλασιν uocauit reformationẽ pharmacorum, quoties præparata iam ad uſus ſuos pharmaca, ac concinnata, quũ uſus uenerit utendorum illorum, reparantur, ac reconcinnantur ad uſum quem tunc præ manibus habemus. Quo penè modo, in opere de compoſitione medicamentorum κατὰ γένη, paſtillos tot, ac toties præparari formariq;, ac concinnari ex multis uidemus, qui deinde ad uſum propè præſentem, qui tunc temporis ſe nobis offert, oleo aliquo, aut liquore diſſoluti reformentur, reconcinnenturq;. Ita nunc ocularijs medicamentis, formatiſq;, non multo antè quàm uſui adhibeantur, admiſcendos liquores, ſuccoſquè eſſe uult, quos recenſet in reformatione, ac reconcinnatione præſenti, tunc ad uſum accommodè: aceſcent enim ſi nimis multo antè id fiat.

Ὁποῖόν ἐστι τὸ πακκιανὸν δι' οἴνου κροκῶδες. *Quale eſt Paccianum ex vino croceum.*) Paccianum collyrium habet ſeptimus Aetij ſermo, in quo metalla multa, croci autem nihil. Rurſus Ægineta ſeptimo itidem libro crocodes nobis deſcripſit cum croco quidem, ſed metallo nullo.

Τὰ δὲ καὶ ξηρὰ, χωρὶς ἀναπλάσεως. *Aliqua verò etiam arida, citra reformationem.*) Probatur id, quod paulo antè dictum fuit, de ἀναπλάσει: eſſe ἀνάπλασιν, quũ ad uſum aliquem

aliquem præſentem reformarentur collyria ex ſucco, liquoreue aliquo. Nam aridorum nulla erat reformatio, utpotè quę ſic, ut parata, ac concinnata iam antea fuerant, adhiberentur, trita tantum, nihil præterea.

CAP. IIII.

παραπλήσιος αὐτῷ καὶ ὁ σχιστὸς καλούμενος λίθος ὑπάρχων, ἰσχυροτέρος ἐστὶ τῇ δυνάμει. *Conſimilis illi lapis quoque qui ſciſsilis vocatur, exiſtens, facultatem uehementiorẽ obtinet.*) Illi, dixit, ſimilis, nempe hæmatitę lapidi, de quo modò differebat in cõparatione cadmiæ, & adſtringendi facultate præditum non leui eſſe fatentur medici, atq; ad ſanguinis undecunque manantis fluxiones libenter uſurpant. Vt ſi eſſe huic ſimilis, qui ſchiſtos, ſiue ſciſsilis lapis dicitur, ipſumq; facultate, quæ ſiccandi, & adſtringẽdi eſt, ſuperare debuerit, eſſe amiantus lapis ſchiſtus is, & ſciſsilis non poſsit, quippe in quo nulla euidens ſatis guſtu deprehendatur adſtringendi uis aut facultas: ſed accipere hîc cogamur genus aluminis ſciſsile illud, de quo authores Græci ſæpe, egregie adſtringens, exploratumq;, ac compertum iam ſatis medicis: quemadmodum in fine quoque ſuperioris libri cùm τῷ σχιστῷ μετῷ dicebatur, inter medicamenta ad ſanguinis è naribus fluxionem, non aliud, quàm aluminis genus intelligi hoc poſſe adnotabamus, propter inſignem adſtringendi, reprimendiq; ſanguinis uim quandam. Quòd ſi tamen alicui non tanta placeat adſtringendi uis, ac facultas, in ocularibus medicamentis quibuſdam, ob paulo antè à Galeno narrata: lapidẽ hîc ſumere amiantum, qui σχιστὸς quoque dicitur, licebit nobis ad affectus hos commodè: dicemuſq; ſimilem hæmatitæ amiantum hunc haberi, facultateq; illum ſuperare, non quidem adſtringendi, ſed ſiccandi, quæ in ocularibus medicamẽntis multis inprimis expetitur. quum intereà tamen non deſint affectus, qui benè adſtringentia medicamenta expoſcant: qualia ſunt, quæ mox dicentur, gallæ, atramentum ſutorium, chalcitis, & ſimilia: ut ſumi tunc non ineptè ad uſum ſciſsile pariter alumen poſsit, σχιστὴ στυπτηρία quoque dictum.

CAP. V.

Καὶ τοὺς ὀνομαζομένους μίλφους ὠφελοῦντα. *Atque eos, qui milphi nominantur, iuuantia.*) Eandem dixere μαδάρωσιν, & μίλφωσιν Græci medici, pilorum, qui in palpebris ſunt, defluuium ſignificantes. Nam πτίλωσις, quanquam coniunctum pilorum palpebrarum defluuium ſæpe habeat, non ſemper tamen habet: & præterea in hac palpebrarum craſsities ſemper ſpectatur calloſa quædam, ac rubicunda, quod in μιλφώσει, & μαδαρώσει non eſt.

βέλτιον ἡγούμενος ἦν, μηδ᾽ ὅλως ἁλίσκεσθαι πάθεσι. *Satius eſſe deputans nunquam affectibus corripi.*) Macte ingentis animi probitatis Galene: ac tãtò quidem magis quantò minus multos habuiſti, ut opinor, quum iſta ſcriberes, qui tecum in hoc ſentirent, aut nunc ſint, qui ſentiant.

Καὶ γὰρ λίθος φρύγιος, εἰς λεπτὰ κατακαυθείς. *Vritur enim lapis Phrygius in minutas partes combuſtus.*) Lapidẽ hunc Phrygium, qui nobis oſtendat, nõ habemus hodie, neq; ſuccedaneum eius, quod quidem ego ſciam, in tanta diligentiſsime in medicamenta omnia inquirentium doctiſsimorum hominum copia, ut parare tam decantatum ad oculos à Galeno medicamentum poſſemus.

Ἐπίμβαλλε τοῦ συριακοῦ ὀποβαλσάμου. *Iniice Syriaci opobalſami.*) Erat enim Aegyptiũ quoq; opobalſamum, ſed notæ fortaſſe deterioris.

Εἰ καὶ πυκνικός τις ἦν, καὶ διαδειπνικός. *Etenim ſi potauerit quis, vel cœnatus fuerit.*) Longius enim abſunt à membris nutritiuis oculi: nec quicquam eſt in medicamento, quod uehementius ad ſe trahat.

Κἂν ὑπαλείψηται, μὰ ἐπιμυέτω αὐτοῖς. *Ac quum inunctus fuerit, ne conniueat ipſis.*)

ipsis.) ξηρὰν καὶ ἀμίκτῳ iubet nos esse: durum quidem, sed non impossibile. Præcipitur autem ne conuiuendo ac ructando crebrius, detersoq; ita medicamento opera & oleum amittatur.

CAP. VI.

Ἐκ τῶν φιλοξένου ξηρὸν ἀχάριστον. Ex scriptis Philoxeni aridum acharistum:) ἀχάριστον illud sit, cui referri satis gratia non possit. Si quid talia etiam quædam annotasse iuuat.

Ὥστε ἀλφίτων ἔχειν τὸ μέγεθος. Vt polenta magnitudinem retineat.) Paulò crassiorum omninò fuisse partium ἄλφιτον, ut quod proprie ex modice fricto recenti hordeo fieret, quàm ἄλευρον esset, ucrisimile est. Quocirca illud polentam dicimus, hoc farinam.

Καὶ πρωὶ, καὶ πρὸς ἑσπέραν. Mane, & vesperi.) Non quemadmodum suprà de medicamento ex Phrygio lapide præparato dicebatur, ἐν παντὶ καιρῷ τῆς ἡμέρας Omnibus dici horis, post potum, & post cœnam.

Ποιεῖ καὶ πρὸς ἀμβλυωπίαν. Facit & ad visus debilitatem.) Si causas habuerit uideri imbecillitas, quæ paulò antè numeratæ sunt. τὰς δ' αὐτὰς, dicebat, τὰ πλεῖστα, καὶ τοῖς ἀμβλυώττουσι διὰ γῆρας, ἢ πάχος, ἢ ψῦξιν ὑγρῶν τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἢ καὶ πνεύματος ἀχλυώδους πλεονασμόν. Senectam, aut crassitiem, aut frigiditatem humorum qui in oculis sunt, aut caliginosi spiritus redundantiam causas attulit. Medicamentum enim componitur ex his, quæ aduersari causis eiusmodi satis ualeant.

CAP. VII.

Ὄρνις, τοῦ καλουμένου κιναίδου. Auis, quæ cinædus vocatur) Hęc esse auis illa creditur, quæ Græcis ἴυγξ dicitur, nostris uerticilla, uel torquilla, uulgo storzicollo. longè diuersa à motacilla, uel caudítremula appellata.

Ἀναλάμβανε κροτώνων τῶν αἷμα. Excipito ricinorum sanguine.) Nihil propè aliud quàm sanguis sunt, corio tenui inclusus, animalcula hæc, canum inprimis auribus infesta.

Ἀλεύρου ἀλφίτων ὀξύβαφον. Farina polentarum acetabulum.) Apertè satis hinc ostenditur, ex eo, quod ἄλφιτον prius erat, ἄλευρον parari, ex crassiore tenuius, ἐκ τῶν ἀλφίτων τὸ ἄλευρον: non autem ἐκ τῶν ἀλεύρων τὸ ἄλφιτον: Itaq; ἀλεύρου ἀλφίτων dixit, farinæ polentarum: nempè ex polentis paratæ.

Ῥόδων χλωρῶν, χωρὶς τῶν λοβῶν. Rosarũ viridium, absq; lobis.) Lobi propriè dicuntur inferiores aurium, atque extremæ partes, qua frequenter apprehendimus, damoniturí aliquem, quibusq; transfixis anulo dependent ex unionibus inaures, in mulierum paulò elegantiorũ ornatu, λόβια Græcis dicta. Sed & iecoris in animalib. dici lobi solent, partes, quę paulò diductæ, in quadrupedibus præsertim multis, pendent: possunt & pulmonum ita appellari: quas aliter sæpè fibras nominamus. In rosarum folijs, quę quidem flosculi luteum ambiunt in calyce, lobum rectè nuncupabimus inferiorem iridem partem, qua calyci infixa folium reliquum nititur. Vnguis nomen parti huic accommodamus sæpe, ungui non dissimili colore, & substantia. Ac resectam libenter abijcimus ceu inutilem, cùm aliâs sæpe, tum maxime quod saccharum rosaceum uocamus, con cinnaturi: ut hîc pariter abijcere iubemur. Inferiùs, ῥόδων ἀπωνυχισμένων, dicetur, eadem significatione.

Ὅπου δ' ἂν περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διάθεσις, ἀπέχεσθαι δεῖ τῶν κολλυρίων. Vbi verò circa oculos affectio fit, abstinere à collyrio oportet.) Præter epiphoniam intelligendum, si affectus fuerit alius aliquis, uel in oculo, ut ophthalmia, ulcus aliquod, atque alia multa: uel circa oculos, ut in palpebris, circumiectisq; particulis.

Χημώσεις, οἰδήματα. Chemosis, tumores.) In chemosi inuertitur palpebra utraq; et ex uehementi inflammatione album oculi nigro sublimius euadit, nigrumq; magna ex parte à rubro occupatur: in ophthalmia adhærescentis membranæ phlegmone tantùm est, palpebræ non ualde laborant.

ῥόδων ἀπωνυχισμένων. *Rosis exunguatis.*) Quibus nimirum detracti ungues fuerint, quos esse dicebamus eosdem, quos lobos quoq; appellauerat. Idem ergo erit ἀπωνυχισμένων, ac χωρὶς τῶν λοβῶν.

Ἀντὶ τῶν φύλλων τῶν ῥόδων, ἐμβάλλων ῥόδων ἄνθος. *Pro rosarum folijs rosarũ flores inijciens.*) Flores intelligit luteos flosculos, ac capillaceos in calyce summo illos, quibus folia circumdantur, coloris modò albi, modò purpurei, modò, propriè maximè ita dicti, rosei: uulgò incarnatum dicimus: gratissimi omnia, ac suauissimi odoris: ut nomen quidem donare luteo floris possint, ipsa tamen interea maximè flos sint ex odore.

Καὶ ὤφθη θαυμασίως ποιεῖν. *Ac visum est mirifice iuuare.*) Nec sanè mirum: plusculum enim omninò inest in lutea illa parte adstrictoriæ facultatis, ut in quibusdam præstare plus ualeat: sicuti scio in mensium fluxione alborum non semel præstitisse.

Ἡ χρῆσις μὲν τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἑλκῶν διὰ γάλακτος, πρὸς δὲ τὰ καθαρὰ δι᾽ ᾠοῦ. *Vsus eius ad vlcera quidem sordida ex lacte, ad pura autem ex ouo.*) Ratio in promptu: ex serosæ enim lactis partis calidiore parte, detergentur ulcerum sordes, quod in puro non est necessum: ideo oui satis tunc albumen.

μυοκεφάλους, σταφυλώματα. *Myocephalos, staphylomata.*) Quemadmodum staphylomata eminentiæ in oculo sunt, quę uuarum acinos repræsentant: ita myocephali erunt, qui murium capita, uel muscarum, si μυιοκεφάλους scriptum legatur.

Μάλιστα δ᾽ ἐν νηπίοις ἐστὶ χρήσιμον. *Maxime uerò pueris accommodum est.*) Quale suprà unum, & alterum παιδικὸν inscribebatur.

CAP. VIII.

Καὶ πάντων μᾶλλον συνουσίας ἀπέχειν. *Atque inprimis coitus abstinentia.*) Veritus credo oculorum imbecillitatem, quę ex re Venerea, præsertim immodica, facilè oculis conciliatur. Hoc scripsit Archigenes, nullo facto discrimine, cuiusmodi fluxio ea sit, quæ tunc oculos infestat. Nam Hippocrates, ad pituitosas fluxiones non usq; adeò damnaturus uidetur, si epidemicos illius libros consulimus. λαγνείη τῶν ἀπὸ φλέγματος νούσων ὠφέλιμον, inquit. Venus factos à pituita morbos iuuat. Epidemiorum sexto.

Καὶ ὅτε καιρὸς οὐκέτι ἐστὶν τῶν στυφόντων. *Ac quum non iam amplius adstringentium tempus est.*) Adstrigentibus libenter inter initia utimur, repellendis quippe affluentibus humoribus: ut ideò, quum non iam ulterius adstringentium opportunus usus fuerit, simul morbi quoque principium abijsse existimemus, post quod, pręsertim uerò præterito statu etiam, & uigore, licebit fomentis ad caput, oculosq; uti tutò, discutiendis, si quæ factæ reliquæ fuerint, noxis omnibus, roborandisq; partibus illis, nec quicquam timentibus de humorum ad oculos, caputq; affluxu, peractis morbi principijs, ac statu.

Ἡ τοῦ μόσχου μαλάγματος. *Aut Moschi malagma.*) Ita interpretabimur si authoris esse nomen, μόσχου existimarimus, ut interpres existimasse uidetur. Ego libētius multo uituli malagmate acciperem, nempe pinguedine: τοῦ μόσχου; idest uituli: siue uncto, uel malagmate, quod ex uituli uncto fit. Nam pro autoris alicuius nomine legi hîc debere, non est uerisimile, in censu medicamentorum, ab Archigene de suo hactenus semper hac quidem in parte recitatorum; non autem ex alterius alicuius descriptione. Et authorum, qui medicamentorum compositiones scripsere nomina, sine articulo proposita frequentius uidemus suprà: σκριβωνίου λάργου, ἡρακλείδου κολλύριον, γάλλου λουκίου καθαρτικόν, & alia huiusmodi multa. Hic quoque igitur μόσχου dixisset, uel μοσχίωνος etiam melius.

Ἔτι δὲ ῥόδων τὰ φύλλα, καὶ τὸ ἄνθος. *Itemque rosarum folia & florem*) Suprà monuiſ-

quod magis credo: ibi enim statim addebat, σὺν ἐλλεβόρου λευκοῦ ὀβολοῖς δύο: cum ellebori albi obolis duobus: quod par propè cum dimidia drachma pondus est. Quapropter hoc pacto figuratā hic scripturā esse debere iudico: <s subdit enim τερεβινθίνης καθαρᾶς, κυάμου αἰγυπτίου μέγεθος. Terebinthinę purę, fabæ Ægyptiæ magnitudinem, quæ ad tres illas lithargyri drachmas nimis parua esset quantitas. pendet enim Aegyptia faba, grana tantum quindecim.

Καὶ γὰρ κνησμὸν ἐπιφέρει, καὶ περίστασιν τῷ πεπονθότι. *Etenim pruritum affert, et afflictionem affectis.*) περίστασις præter alia significata, afflictio quoque est, & clades, & infortunium, & incommodum: quæ sanè longe magis conueniūt loco huic, ubi statim sequitur, καὶ κίνδυνον οὐκ ὀλίγον, scilicet, ἐπιφέρει, Periculum non paruum infert: quàm circumtensio, ut interpres uertit, quæ περίτασις potius est, quám περίστασις. At periculum eiusdem generis est, cuius afflictio, & infortunium.

Ὅταν δ' εἰς ψώραν, καὶ λέπραν μεταπίπτῃ, πρὸς τοῖς ξηραίνουσι χρῆσθαι, καὶ τοῖς ῥύπτουσιν. *Quum verò in psoram, & lepram transierint, præter siccantia detergentibus quoque utendum.*) Lichenes impetigines quædā sunt, uulgus uolaticas appellat, quod celeriter, quasi uolatu quodam, diuersa subinde loca occupent, ac resiccantibus ferè reprimuntur. In psora & lepra accedit humori glutinositas, quæ detergentium medicamentorum auxilio indiget, ut crassities incidentibus, et desiccantibus humiditas.

Μαλάχης ἀγρίας τὸν καρπόν. *Maluæ agrestis fructum.*) Nempè semen. Syluestris autem, quia alterius, quæ κηπευομένη, & hortensis est, humidior multò facultas: at lichenes resiccantibus inprimis opus habent.

Δάκρυον αἰθιοπικῆς ἐλαίας. *Lachrymam Aethiopicæ oleæ.*) Hac quidem caremus: nam, quod esse creditur à nonnullis gummi elemi officinarum nostrarum, illud non est: non enim mordax est, neque linguam uellicat, quod facere oporteret, si oleæ huiusce lachryma esset, teste Dioscoride.

Κείμενον δὲ τὸ φάρμακον διπρόσωπον γίνεται. *Repositum autem pharmacum duarum facierum fit.*) Vel quòd tempore diuersos colores, diuersumque aspectum, ut sæpe in multis euenit, sortiatur: uel diuersam etiam substantiam quandam ex altera partium.

Εἰ δέ τι κωλύοι βαλανείῳ χρῆσθαι. *Si quid autem impedimento fuerit, quominus utendum sit balneo.*) Vt si agitationem timuerimus humorum ex eo, in corpore plethorico, uel etiam uitiosis humoribus referto, aut influxum eorum in partem aliquam corporis naturæ, ut fit, uel casu quoque aliquo imbecillem, aut uenarū obstructionem mesaraicarum, minorumque, nec ualde assueuerit balneis laborans, & huiusmodi quædam alia.

Ῥυπαρῶν δὲ γενομένων, τὸ χλωρὰς ἐπιτιθέναι σπλήνιον. *Sordida verò ubi facta fuerint, ex viridi emplastro splenium imponito.*) Quale est, quod secundo de compositione medicamentorum per genera, libro describitur, atque in Andromachum authorem refertur: uel qualia paulò post hîc referentur.

Αὕτη κοινὴ ἐπιμέλεια τῆς μενταγρας. *Hæc communis mentagræ curatio est.*) Hoc facilè p tobarit, mentagram, tam infestum olim Romanæ ciuitati morbum, eiusdē omnino habendum esse generis, cum lichene, postquam eandem subit curandi rationem ac modum. Apparebit tamen non multo pòst, mentagram genus lichenis fuisse quidem, sed efferum magis, ac difficile, & ficosum, his uerbis: ὤν δὲ τὴν συνηθῆ, τὴν ἐν τῷ γενείῳ, λεγομένων δὲ μενταγρων: ὑπὸ δέ τινων, λειχήνων ἀγρίων.

CAP. VIII.

Ὥσπερ ὅταν τῇ καλουμένῃ ῥίνῃ, τὰς ὑπεροχὰς αὐτῶν ἀναγκασθῶμεν πρίζειν. *Veluti quum lima, prominentias eorum demere cogimur.*) Magnum sanè argumentum, non dolere dentes, si ne tum quidem dolent, quum lima secantur. Contra non

tra non minus magnum, dolere, quum mox audimus ex Galeno hoc ipsum testante, hæc uerba:

Ἠσθανόμην τε σαφῶς, οὐ μόνον ἀλγοῦντος, ἀλλὰ καὶ σφύζοντος τοῦ ὀδόντος ὁμοίως ταῖς φλεγμαινούσαις σαρξίν. *Sentiebamq; manifestò, dentem non modò dolentem, sed etiam pulsantem, quemadmodum phlegmone laborantes partes.*) Ac uerum esse utrumq; potest. Nam superior dentium pars non dolebit, quum lima deterũtur, non enim sentiet: utpote à neruis, qui ad dentes perueniunt, remotior: et inferior dolebit quo nerui pertingunt. atq; eadem pars phlegmone corripi poterit, aut phlegmonoso affectu aliquo, etiam dolorifico: superior non item. quamuis hæc quoq; nigrescat sæpe, inimicumq; dentibus, atq; aduersum pronũciauerit Hippocrates frigidum, ideoq; pariter affici eos par sit, quoquomodo. Vt autẽ sentiant, proindeq; & dolere posſint dentes: at obtusus quidam, atq; hebes sensus est: & quæ dicitur de his phlegmone, ex analogica potius ratione quadam dicitur Sic enim mox scribitur à Galeno: ἡ πλεονεξία δὲ ποιήσει ποτὲ διάθεσιν αὐτοῖς ἀνάλογον τῇ κατὰ τὰ σαρκώδη μόρια φλεγμονῇ: Redundantia uerò fecerit aliquando affectum in ipsis proportione respondentem carnosarum partium phlegmonę. Neque uerò ingens, atque immensus dolor qui aliquando sentitur, solius dentis erit: sed si neruus præterea, uel gingiua doleat, uel utrumque, neruusq́ue inprimis.

Εἰ δὲ πλείων, ὅλης τῆς κεφαλῆς τῇ προνοίᾳ, κἂν αὐτή ποτε πάσχῃ, διὰ τὸ σύμπαν σῶμα. *Si verò maior, capiti toti prouidebimus: atque ipsum quoque si patiatur, vniuerso corpori consulemus.*) Ad eundem prorsus modum, quo de oculis prius traditum fuisse legimus: qui ipsi quoq; sæpenumero, non sine capitis curatione, ac prouidentia tractandi forent, nec sanè caput, nisi consultum unà uniuerso quoque corpori fuerit: in qua sententia Plato quoq; ipse fuit.

CAP. IX.

Ἐπικείσθω δὲ τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ θερμαίνεται τὸ σχίνινον, ἑτέρῳ μείζονι. *Imponatur autem vas, in quo calefit lentiscinum, maiori alteri.*) διπλῶμα alibi appellatur, concalfaciendi, coquendiq; modus is, de quo toties audire est Galenum pręcipientem, ut non parum referre arbitrari debeamus, hac potius, quàm alia ulla ratione coxisse, aut cõcalfecisse quædam. Iure sanè, ac meritò: ita enim multò minus difflatum perit de rerum substantia, multoq; minus siccantur res, plusq; innati humidi, & cum humido caloris retinebũt, non facilè dissipabilis, nisi à sicco, calori paulò uehementiori coniuncto.

Σφοδροτάτων οὖν δεῖ χρείᾳ φαρμάκων. *Vehementiſsimis igitur opus est medicamentis*) Propter id, quod paulo antè dictũ meminisse debemus in hęc uerba: ὅτι γὰρ καθ' ἅψιν, οὔτε κατὰ διάδοσιν οἷόν τε τὸ φλεγμαῖνον ἰαθῆναι νεῦρον, ἑκατέρωθεν ὑπὸ τῶν φατνίων στεγόμενον, ἔμπροσθεν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ὀδόντος: Neq;.n. per contactũ, neq; per distributionẽ fieri potest, ut phlegmone laborans neruus curetur, utrinq; à gingiuarũ cellulis arctatus, ante uero ab ipso dente. Cum igitur undiq; septus circumdetur neruus tot ueluti obstaculis, uehementia esse oportuerit remedia, quæ eò perueniant. Interiori autem oris parti, quæ dentis posterior est, anteriori opposita, non satis commodè admoueri medicamenta poterunt, ob continuam loci humiditatem dilapsura cito, nec facile hæsura.

Ἢ συκαμίνου, τουτέστι μορέας τὸ γάλα. *Aut sycamini: hoc est mori arboris lac.*) Pro lacte succum accipiendum, intelligendumq; esse iudico, de radice messis tempore incisa emisso; ad dentium dolorem efficaci, Dioscoridę etiam testimonio. Nam lac, quod ex mori arboris parte aliqua, aut sponte sua fluat, aut artificio aliquo eliciatur, nondum compertum habeo.

Λιβανοῦ ἄρρενος. *Thuris masculi.*) Masculum thus hodie quoq; officinæ nostræ appellant.

Βραχέων ἐκ τῶν συναγομένων ὅλων φαρμάκοις σύμφυσιν βεβαίαν ἐχόντων. *Exiguum ab adstrin-*

adstringentibus medicamentis, quibus gingiuæ coarctantur, auxilium ferentes.) Neque enim adstringi quod futurum satis sit gingiuæ possunt præ senio resiccatæ, ut dentem amplexentur: nec dentes emolliri, atque extendi, ut cellulas suas impleant, & alueolos, præter siccitatem naturalem, acquisita etiamnum maiore ob senectutem.

Ἐὰν δ᾽ ἐκπιεσύφῃ, μέλιτι χρῶ. *Quòd si perstringatur, melle utitor.*) Qualis ex usu adstringentium insigniter medicamentorum superuenire dentibus affectus solet, aut qualis hæmodia est: cui affectui, ex peculiari substantiæ totius proprietate, succurrere portulaca solita est. Mel autem detergendi facultate pollens, idem præstiterit.

Ἢ πύρεθρον ἡμέρας μ. βραχὲν ὄξει, καὶ περιπλασσόμενον τῷ ὀδόντι. *Vel pyrethrum per dies quadraginta aceto maceratum, & denti circumpositum.*) Teriam repertum hoc legitur: ut certum, atque efficax uideri medium posit, quòd sit multorum authoritate confirmatum, usuque comprobatum.

Λαβὼν δύο βοτάνας, ὧν ἡ μὲν σιδηρῖτις, ἡ δὲ περδίκιας ὀνομάζεται. *Herbas accipeduas, quarum altera sideritis, altera perdicias appellatur.*) Inuenio Plinium libro uigesimo secundo, capite decimo septimo ita scribentem: Perdicium siue parthenium (nam sideritis alia est) à nostris herba urceolaris uocatur, ab alijs, astericum: folio similis ocymo, nigrior tantùm: nascens in tegulis, parietinisque. Ex quibus uerbis colligi clarè satis potest, hanc esse helxinem, quam Dioscorides pariter ipse in parietinis nascentem fecit, nosque ex argumento parietariã uocamus, & ad detergenda pocula calycesque & urceos utimur, inde urceolaris ueteribus quoque, ut opinor, herba dicta, quæ quoniam abstergendi facultate inprimis pollet, non ineptè, neque incommodè in dentifricia recipiatur.

Μέλιτος ἑξάγιον. *Mellis hexagium.*) Sesquidrachmæ pondus faciunt plerique.

IN LIBRVM SEXTVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS.

CAP. I.

Ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηταί μοι, κατὰ τὸν τῶν νευροτρώτων λόγον εἴρηται. *Quemadmodum suprà quoque dictum à me fuit iam, in sermone de vulneratis neruis.*) In operis de compositione medicamentorum per genera, hoc ipsum præcedentis, libro tertio.

Καὶ γὰρ φλεβοτομίᾳ χρώμεθα, καὶ καθάρσει, καὶ κλυστῆρσι, καὶ ἀσιτίαις, ὅταν ἡμῖν τὸ πᾶν σῶμα φαίνηται πληθωρικὸν, ἢ κακόχυμον ὑπάρχον. *Etenim venæsectione utimur, & purgatione, & clysteribus, & inedia, ubi visum nobis fuerit corpus plethoricum, aut cacochymum esse.*) Plethora quid esset, sępius iam dictum. ea maximè quidem, atque inprimis uenæ sectione curatur. Sed et purgationibus interdum idem assequimur, quæ ex æquo corpus totum ab humoribus omnibus repurgent: hoc enim aliquando ostensum, & Galeni authoritate comprobatum habemus. Nec minus clysteribus, præsertim paulò uehementioribus minuetur, qui paulatim continuata quadam partium successione corpus uniuersum euacuent, detractis primum humoribus ab intestinis, & uentriculo, tum & iecoris simis partibus, quibus reliquæ deinde succedentes addant sese, missis eodem humoribus. At inedia ex accidente quodam euacuauerit corpus: non subministrato enim alimento, absumentur humores ab innato calore confecti, qui quum cibum, in quem agat, non habuerit, conuertere se ad humores, quos habet, solitus sit:

itaque innati caloris opus id est, non artificij alicuius, cuius inprimis opera id fiat. Porrò autē cacochymia, quæ succorum uitiositas est, purgationibus potissimum, atq; ante omnia, tollitur, sua quæq; humoris cuiusq;, sibiq; propria & accōmoda repurgatione, qua pituita, qua bilis utraq;, cum flaua, tū atra exinaniantur. Nonnunquam misso quoq; sanguine si cum sanguine commixtus una uitiosus humor fuerit, uitiositatis illius demetur nō parum corpori: aliàs cacochymiæ demendæ non admodum conueniet sanguinis missio, sicuti nec clysteres semper, nisi quo modo de plethora diximus, si paulò uehementiores fuerint: nec inedia, qua demi ex accidente pituita possit, sed nō omnis, ut salsilaginosa, dulcior autem, atque acida possit. Bilis autem flaua, tantùm abest, ut inedia auferatur, ut etiam acrior inde, atque efferatior euadat, nigra autem siccescet ea quoque magis qualitate altera sua, eo pacto magis pariter aucta.

Εἰ δὲ μηδέτερον εἴη τούτων, ἤδη τὴν διὰ τῶν τοπικῶν ἴασιν εὐθὺς ἀφικνούμεθα. Quod si neutrum horum fuerit, confestim ad curationem per localia accedimus.) Neque enim periculi quicquam tunc erit, corpore neque plethorico, neque cacochymo, ne quis humor ingruat in locum affectum remediorum usu localium: aut si forte repellendus humor ab affectu fuerit, qui iam influxit, ne non habiturus sit, quo repulsus retrocedat.

Τοῖς τῶν καλεσάντων ἰατρῶν εἰς συμβουλὴν, φαρμάκοις θεραπεύσαντα τὰς διαθέσεις, ὧν χάριν ἐκεκλήμην. Eorum, qui me in consilium uocassent, medicorum pharmacis, affectus curantem, quorum gratia uocatus eram.) Vt quum inter alia, ex historia libro primo de locis affectis, relata, in eo, qui quum impositum haberet manus digitis tribus, medicorum quorudam aliorum iussu, medicamentum, neq; amissi sensus diebus iam triginta iuuamentum aliquod perciperet, et conueniens tamen, atque idoneum, & ad affectum facturū medicamentum uideretur, superueniens ipse, idem illud medicamentum digitis detractum apponi spinæ uertebris iussit, qua maximè parte neruus ad affectum locum tendens, originem suam haberet. Vt retinendam semper partium corporis, quibus conuenienter apponi medicamenta debeant, sciamus significationem: sicuti & locorum priuatim, quorum ratione eadem quidem, eiusdemq; intentionis, atque indicationis ad hibeamus usui medicamenta, diuersa tamen aliquantum, ex peculiari affectæ partis natura, quod hîc dicitur. Vt in partium oris phlegmone, eadem semper seruabitur repellendi, adstringendiq; inter initia indicatio, neque tamen atramento utemur ad hoc sutorio priuatim affectæ partis respectu. Quemadmodum in alio illo eiusdem penitus erit usus medicamenti conueniens, sed eādem ob causam, quippe affectæ partis respectu, mutandus locus: qui quum nerui ad digitos manus peruenientis origo, atq; exortus foret, detrahendum digitis medicamentum fuit, ac conuenienter magis spinæ uertebris imponendū, qua parte origo ea esset. Tantum facit partis uniuscuiusq; natura diligenter, ac priuatim considerata, non solùm in phlegmone phlegmosoq; affectu, sed omni alio: ut & seruatis indicationibus communibus, locorum affectorum habeatur ratio: & interdum eadem penitus medicamenta diuersis admoueamus partibus, quòd ita natura partis exigat.

Καὶ μέντοι καὶ συνεργάζεσθαι ἀλλήλοις, ὅ τε κρόκος, καὶ ἡ σμύρνα πρὸς τὴν εἰς τὸ βάθος δίοδον. Ac iuuant se tamen mutuo crocus, & myrrha ad penetrationem in profundum.) Non alia ratione, quàm quæ à Galeno afferebatur libro tertio de simplicium medicamentorum facultatibus in rosaceo oleo, in quo cum tenuitas partium quædam non ignobilis, simul & adstringendi facultas aliqua mutuo sibi inuicem utraq; auxilio ueniat, ad profundius in corpora subeundum, ac penetrandum: præeunte semper partiū tenuitate, ac subsequente adstringendi facultate, quasiq; alteram illam impellēte fortius, quod supra quoq; hoc eodem opere adnotasse

tate meminimus. Est porrò in croco præter alia, adstrictoria quoque facultas, sicuti in myrrha partium tenuitas.

Ῥόδων ἄνθος, ἢ αὐτὰ τὰ ῥόδα ξηρά. *Rosarum florem, vel rosas ipsas siccas.*) Semper pro rosarum flore, luteum illud in medio, capillamenti cuiusdam instar, summaque calycis in parte, accipi debere uidemus: ut hoc loco rosarum florem dixit, & flores in calyce, intelligens sine dubio rosas, & florem id, quod diximus.

Ἐμάθετε γὰρ ὡς οὐ πᾶν τὸ θανάσιμον, εὐθὺς ἤδη καὶ δηλητήριον. *Didicistis enim, quòd non omne lethale, statim etiā est venenosum.*) δηλητήριον propriè si accipiatur, illud erit, quod ex substantiæ totius proprietate quadam humanæ speciei inimicatur: ut multorum animalium circus est, plantarumque multarum genera, nobis ex tota specie sua aduersantia: quædamque præterea alia, ex rerum prope genere omni: ut etiam ex solo basilisci intuitu inuenti si it, qui perierint, spirituum uisoriorū emissione. Atque hæc sunt deleteria omnia, quę spiritibus nostris, ut basilisci hoc ipsum, quod modò narrauimus, uenenum, per antipathiā aduersantur: quæ humoribus, ut rerum multarum uenenati prorsus succi, plantarumque partes aliæ non paucæ, & metallica non pauca, uirulentæque animalium saliuæ, ac saniosi ichores: quæ solidis partibus, ut erodentia, & σηπτικὰ nuncupata, nempe putrefacientia, septicaque: venenosa omnia, ac uenenata simul, & lethalia: mortem eñ inferunt: & θανάσιμα, ex proprietate quadam substantiæ totius. Nō sicuti alia non pauca, θανάσιμα quoque ipsa quidem, ac lethalia, sed non ex substantię totius proprietate hac, ac peculiari quadam à nostri natura dissensione, incognita nobis, atque incomperta: uerum exploratarum, omniumque in summo positarum qualitatum uiribus interimentia: deleteria, aut uenena propriè non dicenda, & θανάσιμα tamen, nempe interficientia: euphorbium, opium, cicuta, & huiusmodi quædam. Quamquam de opio non desint, qui esse in eo aliquid contendāt, quod latenti illa substantiæ totius proprietate agat: hocque pacto, οὐ πᾶν θανάσιμον εὐθὺν καὶ δηλητήριον dicetur. Eademque ratione neque pestilentes febres, pestisque adeò ipsa, quamuis lethales (interimunt enim) maiori ex parte, ac θανάσιμοι sint, dicique ita queant, uenenosę tamen uenenaręue non nominabuntur necessariò, propriè quidem, neque inter δηλητήρια numerabuntur.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις μοι τῶν πενήτων ἰατρῶν. *Cæterùm dicet fortasse mihi pauperum medicorum aliquis*) Ex ijs, quæ hoc loco à Galeno dicuntur, facile colligere licebit eosdem fuisse olim medicos, & pharmacopolos: hosque operam suam ægrotis cum medicamentis simul præstare solitos, sed per ministros: iubentibus inquā medicis, ut pharmacopœi ministrarent: suppeditantibus semper medicis sumptus de parandis concinnandisque pharmacis.

Ὠφελεῖ τῶν σομαχικῶν.) Reponendū σοματικῶν, magna sanè differentia: nam σομαχικῶν à stomacho deriuatum nomen erit, σοματικῶν ab ore, quod σόμα est.

Τοῦ δ' ὀμφακίου, βελτίων μὲν τις καὶ οἴνου αὐστηροῦ. *Omphacij verò, si quis vini quoque austeri inijciat*) Interpungendum ibi: τοῦ δ' ὀμφακίου, Omphacij uerò: donec dicat: καλῶς μίξει <α Rectè miscuerit dracbmam unam. Vt tota periodi huius cōstitutio ita habeat: si quis uini quoque austeri heminam unam adijciat, ut Heras censet, omphacij rectè adijcietur drachma una. Sequitur enim: Quòd si absque uino paretur, multò plus adijciendum de eo, nempe omphacio.

Καὶ εἰ βουληθῇς τὸ ἴσον ἑκατέρου βάλλειν. *Quod si volueris utriusque par pondus addere.*) Vtriusque omphacij nimirum, & rhois ipsius.

Ἄλλο δ' οὐδὲν, εἰ μὴ βούλοισθε. *Nihil autem aliud, nisi velitis.*) Nisi uos ipsi (sodalibus enim suis hoc dicit) quærere uelitis: quod necessarium non est, animique potius causa, quàm quod opus ita sit, fieri potest. in quo uoluntas tantum quædam, non necessitas. Loquendi modus, usitatus quibusdam: Nihil opus, nisi uos uelitis.

Ὀνομάζονται δ' οὕτως αἱ πρωτόγονοι ῥοιαί. *Nominantur autem sic primogenita punica.*)

Dioſcoridæ cytinus mali punici flos eſt, ſed hortenſis: balauſtium enim agreſtis florem facit, cytino ſimilem. Plinio aliter uiſum, qui primum mali punici partum florere incipientis cytinum uelit eſſe, libro uigeſimotertio: balauſtiū uerò mali punici florem, libro decimo tertio. Floſculos, ut opinor, intelligens capillaceos illos, qui cytini in medio ſunt, colore, ut roſarum in calyci floſculi itidem capillacei, luteo. A qua ſententia non procul abeſſe uidentur, quæ dicū tur à Galeno hîc: nam libro ſexto de ſimplicium medicamentorum facultatibus, Dioſcoridem potius ſequutus uideri poſsit. Cytini (inquit hoc loco) uocantur αἱ πρωτόγονοι ῥοιαί: Primogenita punica: quod partum primum Plinius dixerat. Idem quippe ſignificans, fœtum primum, quoddamq́ pomi illius ceu rudimentum, quum iam florere deſinit arbor. Plinius autem incipientis dixit, quum deſinentis potius debuiſſet. Etenim deſinente demum flore incipiunt fructus, ac rudimentum ſuum inchoantes accipiunt: ut hîc quoque de mali punici arbore dicitur à Galeno: καθ' ὃν γὰρ χρόνον ἀνθοῦν παύεται τὸ δένδρον, ὁ καρπὸς αὐτοῦ φαίνεται σχηματιζόμενος εἰς ἰδέαν ῥοιᾶς. Quo tempore florere deſinit arbor, eius fructus effingi in punici mali ſpeciem uidetur. De balauſtio autem paulo poſt ita ſcribet: τὸ δὲ βαλαύστιον ὀνομαζόμενον, ἄβρωτον ἐστὶ τελέως: Palauſtium quod dicitur, prorſus edule non eſt. Hoc luteo illi capillamento conuenit.

Κατὰ τὴν ἀναλογίαν, ἣν ἔμπροσθεν εἶπον, ἴσα ὀμφακίῳ. *Iuxta proportionem quam antea dixi, pari omphacio pondere.*) Quum de addendis medicamento tractabatur omphacio & rhoe.

Στρυφναὶ δ' εἰσὶ ῥόαι.) Legendum, γλυκεῖαι δ' εἰσὶ ῥόαι. quod ex iis, quæ mox dicentur, patet

Ὥσπερ γε καὶ σφοδρότερον, εἰ τὰς ὀξείας ἐμβάλλοις. *Quemadmodum ſanè & vehementius, ſi acida inieceris.*) Ad penetrandum uehemētius: penetrabilitatem enim addit aciditas, & reliquorum uirtutes ſecum defert, uiam præſtruens.

Ἐν μέσῳ δὲ μεταξὺ δ' αὐτῶν ὁ τῶν μεσπίλων. *In medio aūt horum eſt meſpilorum ſuccus.*) Propriè ita dictorum, ac primi generis, quod à nonnullis aroniam uocari ſcripſit Dioſcorides, noſtra nunc ætas azarollum nuncupat. Nam ſecundum genus, quod nos nunc meſpilum, ueteres ſetanium, & epimelida dixere, cum cornis certare de acerbitate, adſtringendiq́ ui poſsit: ut proinde multò quoque mellis plus requirat in coctura illius ſuccus.

Καὶ ἀπὸ κρανίων δὲ, καὶ βραβύλων, καὶ τῶν καλουμένων παρ' ἡμῖν προύνων. *A cornis verò etiam, & brabylis, & quæ apud nos pruna vocantur.*) Arbitror pruna intelligi ſylueſtria illa debere, quæ arbuſcula profert ſpinoſa paſsim inter ſepes, mirificè adſtringentia, ut meritò cum cornis unà cenſeri potuerint. Ex his acaciam ſibi præparant officinæ noſtræ, in melioris defectu: Germania autem utitur in uinorum conditura, & ad conciliandum illis ſaporem, guſtu linguam, palatumque uellicantem. Brabyla porrò quæ ſint (nam hæc ipſa ſylueſtria pruna non eſſe, de quibus iam dictum, ex interpoſitione coniunctiuæ particulæ apparet) quærendum: quamuis ſciam non deeſſe, qui pruna Damaſcena interpretentur.

Εἰ δ' ὑγρότερος εἴη, προεψηθέντι. *Si uerò humidior fuerit, prius cocto.*) Liquidior, inquit, ſi apparuerit ſuccus, anteà coquatur oportet: tum cocto ita addendum mel. Ratio in aperto: flueret quippe nimis, liquidior: nec mel acciperet ſatis, aut acceptum retineret, niſi craſsiuſculus, conſiſtentięq́ factus, ac craſsitudinis cuiuſdam melioris.

πλὴν εἰ κατὰ τὸν στόμαχον, ἢ τὴν κοιλίαν, ἑλκώδη διάθεσιν ὑπονοήσαιμεν γίνεσθαι. *Niſi in gula, aut ventriculo vlceroſam affectionem factam eſſe ſuſpicabimur.*) Interpres ſtomachum dixit, & aluum: at gulæ, & uentriculi ulcera, per os ſumptis medicamentis ſanantur, ut ex therapeutica Methodo docemur, alui non admodum. Non ueretur autem atramentum ſutorium exhibere his caſibus Galenus: neque ſimplex tamen, ſolumq́, ſed in compoſitione multorum aliorum, quorū

admixtio.

admixtione noxia atramenti sutorij uis infracta mitigetur.

Καὶ πλεονάκις ἂν ποτὲ καλῶς βληθείη πρὸς τὰ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν. *Ac plus etiā quādoque rectè injicietur, ad ulcera putredinosa.*) Quo quidem maiore desiccatione indigent hæc, & ne latius serpentia uicinas partes occupent, prouisione. Quod facere putredo sæpe solet, ut non uno in loco maneat, sed longe lateq́ue sese diffundat. Occurrendum igitur tunc maiore, atq́ue efficaciore remedio, quàm quibus ulcera tractamus κακοήθη solùm, nempe maligna, non etiam νομώδη, aut σηπεδονώδη. Sunt enim κακοήθη multa, quæ neque σηπεδονώδη, neq́ue νομώδη sint: sicuti σηπεδονώδη aliqua, quæ minime tamen νομώδη.

Ὀνομάζεται δ' οὕτω φλοιὸς τις ἀρωματικὸς, ἐκ τῆς ἰνδίας κομιζόμενος. *Nominatur autem sic cortex quidam aromaticus, ex India allatus.*) Macer, de quo hîc Galenus, & macis, de quo officinæ: eadem mihi res uisa sunt semper: nec sanè non & rationis aliquid allatum, quamobrem id uisum ita fuerit. Nunc repetere non attinet: parcamq́ue lectoris labori simul et meo.

Καὶ ὁ χυλὸς ὁ ἀπὸ τῆς συρίας κομίζεται. *Et succus, qui ex Syria affertur.*) Rhois nimirum ipsius: non enim arbitror, peculiarem hoc significari nobis succum aliquē, cuius nec nomen, nec notas tradiderit. Sed cum esset ferax planta, siccatusq́ue, exportabatur in regiones alias succus facile: ut quidem in multis locorum aliorum succis pariter fiebat. Iccirco subdit statim, hunc, qui ex Syria afferebatur, ipsum per se admisceri posse, utpote siccatum iam, et præparatum: at culinariū, & coriarium, aqua prius decoqui necessarium esse, quippe recens collectos, expressosq́ue tum primum, ac proinde aquosos.

Διαχριόμενον, καὶ ἀνακογχυλιζόμενον. *Illitum & gargarissatum.*) Gargarissandi mos manet adhuc, illinendi desijt, nescio qua ratione, quum illeuisse etiam præstaret loca hæc semper, non solū gargarissatu uti. Dictus porrò gargarissatus à sono, quem edit, dum fit: unde & columellæ γαργαρεὼν, quòd in eo potissimum, circaq́ue eum id fiat, inditum nomen. Sicuti eiusdem significati Græcis pariter ἀνακογχυλισμὸς erit, quòd conchæ ita sonent dum replentur, aut inaniuntur, præsertim turbinatæ, & quæ proprie cochleæ dicuntur. si quis fortè hæc quoque tam quidem minuta de uocum harum etymo admittat. Non dedecet autem prorsus, ut opinor, annotatorem, etiam etymologum aliquando esse.

Ῥοιῶν ἀπυρήνων, γλυκειῶν. *Punicorum dulcium, nucleis carentium.*) Dicta apyrina, quibus inesset in nucleo ligni parum, ut carnis succiq́ue plurimum, nō quæ prorsus nucleo, atque in totum careant. Quo etiam modo hominem dicimus ἀτράχηλον aliquem, non cui nullum penitus collum sit, id enim fieri non potest, & mōstrum potius hominis hoc, quàm homo esset: sed cui breuissimum: ut quosdam uidemus, quibus commissæ capitis ceruici scapulæ cum spina prope ipsa uidentur. Pisces autem ἀτραχήλους, qui nullam prorsus. Et manucodiata auis ex India ἄπους ex toto est, sine pedibus prorsus, quippe cui ne uestigia quidem pedum appareant ulla, & cypselli hirundinum genus breuissimis pedibus sunt, tamq́ue breuibus, ut usu eorum careant, ac si nullos haberent: eoq́ue apodas dixere eas quoque Græci.

Καὶ διὰ χρῆσθαι τρισὶ τρόποις αὐτῷ. *Ac tribus modis uti eo opus est.*) Possunt tres illi modi intelligi, quos suprà retulit non semel: ut in principio adstringētium usum augeamus, in statu, & uigore intendamus mitigatoria, sicuti in fine discutientia, & diaphoretica. Nisi fortè quum præsens medicamentum ex uehementer adstringentibus componatur, & uehementer adstringentia phlegmonas interdum ipsas exasperatas irritare solita esse admonuerit, dissolui id in principio aqua calida, uel mulsa iubeat: nam sic nec irritarit quicquam, mitigarit potius: & interea tamen præstiterit, quod debet. Atque is modus unus est. Alter, ut per se, sinceroq́ue utamur eodem pharmaco. Tertius: ut educta, quantum fieri potest, columella, & à rectitudine, qua laryngi ipsi imminet, abducta, id fiat.

ἰσχυρὸς δὲ οὐδὲν ἧττον ἐστὶ καὶ ὁ ἐκ τοῦ λέμματος τῶν καρύων, καίτοιγε οὐκ ἄγαν τῇ γεύσει στρυφνός. *Fortis autem nihilo minus est ex corticibus etiam nucum ille, quamuis gustu acerbus non sit.*) Id, quod credi facile potest, et uideri mirum non debet. Vt enim gustatus acerbitatem non præseferat insignem: at quum habet tamen, secum altè ad profundum defert, & induit se in omnem partem penetrabilitate sua, ubi impactus manet, δυσέκνιπτος, & δυσαπόνιπτος factus: quod color indicat, quo tractantium tantum manus inficit, detergeri aut aboleri perquam difficilis.

CAP. II.

Διὸ καὶ τοῖς ἰσχυροτάτοις φαρμάκοις ἀναγκαζόμεθα χρῆσθαι πολλάκις ἐπ' αὐτῶν. *Quo fit, ut necessariò vehementißimis medicamentis vtamur sæpenumero in his*) Nempe, ut medicamentorum fortitudine, ac uehementia, compensetur temporis paucitas, quo locum affectum medicamenta perstringunt, & in transitu ueluti detergent, potius quàm permansione aliqua opus edere suum queant, si mediocria aut imbecillia sint. Fortia igitur esse oportet, ut citò peragant efficaciter agentia.

Τῷ αὐτῷ λογισμῷ τὰ ἐναντία προστιθέντες, ὡς ἱπποκράτης ἔφη. *Eodem ratiocinio contraria apponentes, vt Hippocrates dixit.*) Libro de flatibus maximè. Dictum porrò fuit modò, fortißima esse oportere medicamēta in suspicione putredinosi affectus oris, & ostensa causa. At sicca scimus putredini obstare. Quòd si igitur fortißima adhibēda fuerint, siccantißima adhibenda At huiusmodi quoniā quartum siccandi ordinem occupant, simul exurant necesse est: sic nanque, si rectè meminimus, scribebatur à Galeno, libro de simplicium medicamentorum facultatibus, quinto, sub finem: ξηραῖνον δ' οὐδὲν ἐστὶ τετάρτης τάξεως, ἄνευ τοῦ καίειν: Nullum est reperire quarti ordinis siccans, absque quod urat. Meritò igitur inducet idem crustas. Et in cute quidem, uel alibi in corpore inductas, detergentibus per se amouemus: in ore, ob partis naturam, præstat inducentibus crustas medicamentis simul detergentium aliqua admiscuisse, et indicationes siccandi simul, & detergendi in unum coniunxisse.

Καὶ ὁ συριακὸς ποιεῖ μετὰ μέλιτος. *Et syriacus facit cum melle.*) Succus nimirum ille, de quo paulò antè scriptum ita fuit. καὶ ὁ χυλὸς, ὃς ἀπὸ συρίας κομίζεται. Et annotatum de eo à nobis iam est.

Πρὸς δὲ τὰ ὑποκείμενα θεωροῦσα. *Subiectas partes respiciens*) Ne uidelicet illabatur eò medicamentum, tanquam uehemens, ac forte, ut quidem esse par est, ex acerrimo aceto, & tanto sale compositum. Eadem de causa mox iubet in pueris prouidendum esse ne deuoretur. Quod tamen commune esse de medicamentis omnibus præceptum debebit, quæcunque ex fortißimis, aut etiam ex deleterijs concinnātur, qualia non multò antè audiuimus ex atramēto sutorio, alumine, sandaracha, arsenico, calce uiua, mysi quoque & sori composita ad oris affectus hosce: quorum non sine periculo usus, nisi diligenter præcaueatur, quo modo diximus.

CAP. III.

Οὐ γὰρ τὸ μόριον, ἀλλ' ἕν τι τῶν παθῶν αὐτοῦ σταφυλὴν ὀνομάζομεν. *Non enim particulam sed affectum illius quendam, vuam nominamus.*) Is porrò tunc est, quum excreta iam bona ex parte phlegmonem faciente materia, inferior eius pars in orbem augescit, gracilescente superiore, ex Hippocrate ipso, qui in Prognostico ita scribat: ὅταν δ' ἀποκριθῇ, ὅδε ἡ σταφυλὴ καλοῦσι, καὶ γένηται τὸ μὲν ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος μέζον τι, καὶ περιφερὲς τὸ δ' ἄνω λεπτότερον. De quo dicetur etiam infra, capitis huius in fine.

Καὶ μεμαικύλου καρποῦ. *Et memecyli fructus*) Arbuti, siue unedonis fructū ita uocari scriptū nobis reliqt Dioscorides. Atqui uersu statim superiore hic καὶ κομάρου dicitur.

dicitur: & κόμαρος quidem arbutus est. Vt mendum esse oporteat in μιμαικύλῳ illo, quod & asteriscus affixus notat.

Καὶ τῆς ἀκάνθης τῆς αἰγυπτίας ὀνομαζομένης ὁμοίως τὸν καρπόν. *Et Aegyptia vocata spina similiter fructus.*) Arbusculam esse dicunt in Aegypto, ex qua acacia præparata conficitur, adstringentis insigniter omni ex parte facultatis.

Θαυμαστὸν γὰρ ὅπως αἱ μίξεις αὐτῶν, ὠφελιμώτεραι πολλάκις γίνονται τῆς τῶν ἁπλῶν χρήσεως. *Mirum enim quantum eorum mixturæ plus sæpenumero conferunt, quam simplicium usus*) Ex mixtionibus enim multipliciter factis, conuenientibusque in unū diuersis rerū specie ac genere diuersarū facultatibus, forma sæpè existet, quæ mixtionem illam extemplo sequitur, nulli simplicium ꝓpria. Quod mirum nō est, si in rebus genere ac specie sæpè diuersis, interdum etiam contrarijs contingat, ubi simplicium infractę facultates miscentur, miscellaque ea confit ex contrarijs, ac ueluti emergens existit tertium quiddam, quod contrariorum neutrum sit. At hoc loco ex eiusdem speciei generisque simplicioribus reb. austeris, acerbis adstringentibus omnibus commixtis componi medicamenta ait, simpliciorū usu potiora, iuuantibus hic quoque sese mutuo facultatibus rerum componendarum, commiscendarumque omnibus, ut facultas tandem existat priuata, ac peculiaris quædam, formaque dotis, ac proprietatis cuiusdam, ex omnibus conflatæ, simpliciorumque nulli omnino inexistens.

Ἀτρέμα πως ἀνάγοντα πρὸς τὴν ἄνω χώραν, καὶ τὴν ἐκτός, ὡς ἐπὶ τὴν γλῶτταν. *Sensim quodāmodo adducentem supernam partem externamque, ut ad linguam.*) Et supra, quū de tribus utendi modis loqueretur, iubebamur in admouendis columellæ medicamentis abducere eam, ut ad linguam maxime uergeret, atque à rectitudine abscederet, qua larynga spectat, imposita illi. Et non multò deinde pòst admonebamur, ut semper subiectas partes respiceremus, ne quid delaberetur in illas fortioris medicaminis, nocituri si delabatur: Animaduerteremus pariter, ne deuorentur temere à pueris. Eadem de eodem præcipiuntur nobis nunc: ut columellæ medicamenta admoturi, eam supernam in partem adducamus, moxque in externam abducamus ad linguam; utrumque, ut à larynge abscedat magis.

Καὶ βέλτιον, εἰ κατὰ τὸ πέρας εἰς ἐγκαρσίαν τομήν, ἢ εὐθεῖαν ἐν πλάτει τὸ κοχλιάριον. *Meliusque est, ut in transuersam, quàm in rectam sectionē desinat cochleare*) Plus enim accipit tritorum aridorum cochlear ita figuratum, quam cuspidatum: & applicabuntur eadem melius columellæ, nec tantum erit impedimenti.

Ὑποκίστιδος, καὶ ῥῆον. *Hypocisthis, & rheum.*) Ponticum accipiendum, in quo adstrictoriæ facultatis semper plus.

Καλεῖται δὲ ἀγήρατος. *Vocatur autem ageratus.*) De quo priuatim scribitur à Galeno alibi: ὠφελεῖ μὲν γὰρ ἰσχυρῶς γαργαρεῶνας φλεγμαίνοντας. Quamuis, hactenus quidem, quis sit, ignoretur.

Καὶ τῆς ἡμῶν ὀρείας. *Ac nostra montana*) Hæc quoque iam comperta, quum antea nusquam in Italia prouenire existimaretur.

Καὶ διὰ τοῦτο τοῖς σηπεδονώδεσιν ἕλκεσιν ἁρμόττει. *Atque ob id putredinosis ulceribus cōuenit.*) Nempè caliditatis ratione, cuius gratia multò magis desiccauerit, quàm si frigidū haberetur. Calida nanque quamuis nō per se ac primò exiccant, tamen eò quoque magis, quò calida magis: simul & discutiendi ui pollēt. at utrumque putredini putredinosisque affectibus conuenientissimum: ut desiccentur inquam, & discutiantur.

Ὅμως δὲ παροξύνει γαργαρεῶνα, κἂν ἤδη ᾖ σκληρὸς ὤν. *Attamen columellam exacerbat, quamuis fuerit iam indurata.*) Quo quidem tempore, quum scilicet durior facta sit, minus exacerbari minusque offendi deberet: quippè non influentibus ulterius ad eam humoribus, & sub affectus iam finem. Sed id atramenti sutorij calidiores particulæ facile facient: nempe, ut irritetur, atque exasperetur, licèt duratus iam gargareon, siue gurgulio.

Εἰς τοσοῦτον ἥκουσι ξηρότητος, ὡς λειοῦσθαι δύνασθαι παραπλησίως κυτίνοις, καὶ βαλαυστίῳ. *Atque ad tantam ſiccitatem deueniunt, ut læuigari poſsint, aquè ac cytini, & balauſtium)* Quod genus lapidum quoque multi ſunt, ſiccioris conſiſtentię cuiuſdam, qui læuigari in cote ſolent ad uſum medicum. Qui porrò cytini habendi ſint, & quod balauſtium Galeno, narratum ſuprà fuit. Illud λειοῦσθαι, conteri uertit interpres. Et teruntur quidem, quæ in cote læuigantur, ſed addito liquore in ſuccum diſſoluuntur: quod non facerent, niſi coſiſtentia eſſent, ac compage ſicciore, atq; ut diſſolui particulæ eorum à ſe inuicem in cote poſsint. Nam ſi quid glutinoſi natura retinuerint, extendentur citiùs, manente particularum inter ſe tenacitate, quàm diducta ſeparataq; læuigentur. Sic enim mox dicetur à Galeno: ἐν γὰρ τῷ χρόνῳ ἢ γίνονται ξηροί τινες μὲν ὡς ἤφλω, λειοῦσθαι δυνάμενοι, τινὲς δὲ ὅσοι τὸ γλίσχρον ἔχουσι φύσει πλατύνονται μᾶλλον ἢ λειοῦνται. Vt appareat conteri quędam poſſe, ſed non læuigari.

Καὶ τοῦτο Ἱπποκράτους εἰπόντος, ὧν οἶδα, πρώτου πάντων. *Atque hoc quum primus eorum, quos ſciam omnium, dixerit Hippocrates)* Libro de ratione uictus morborum acutorum Hippocrates, quum de exhibitione ptiſanæ in morbis acutis diſputationem inſtituiſſet, quæreretq; qui fiat, ut medicorum alij in morbis his integram ſemper ptiſanam exhibeāt ægris, nec percolatam, rectè ſe facere arbitrantes: alij contra, nō niſi percolata utantur: rurſus alij neque integram concedāt, neque percolatam ad ſeptimum uſque diem: alij etiam quouſq; iudicatus fuerit morbus prorſus: communemq; eſſe arrificum non minus aliorum diſſenſionem hanc doceret: tandem poſt multa, admonente nos ita Galeno, eò deueniur, ut ſingillatim de quibuſdam dicta, uera hęc eſſe, rectaq; fateri debeamus omnia, in uniuerſum autem de omnibus omnia minime. Alijs enim alia conueniunt: & nonnullis percolata conferet ptiſana, integra alijs: quidamq; erunt, q melius habituri ſint, ſi neq; hāc neq; illā ante diem ſeptimū accipiāt, quidā ſi ad extremum uſq; morbi: nec deerunt qui pertrāſire quartum nequeant. Sed non pauci erunt, qui neq; hoc ipſum exſpectare tempus poſsint. Diſtinctionibus igitur utēdum, ut ſuum cuiq; tribuatur: cognoſcēdiq; notis, indicijsq; proprijs, qui, quibus, congrui, conuenientesq; futuri modi magis ſint: non autem communiter eadem omnibus competere exiſtimādum: quandoquidem, ſicuti hîc Galenus dixit, ἅπαντα γὰρ τὰ πρός τι τό τε ὠφελεῖν ἔχει, καὶ τὸ βλάπτειν. Omnia in eo, quod ad aliquid eſt, idipſum quòd poſsint aut obſint habent. Et quemadmodū ſtultè agit, ut oſtendimus, qui quodnam ptiſanæ exhibēdæ genus in acutis morbis pręferendum ſit, quærit, integræ an percolatæ, & quo tempore, hoc, an illo, eadem omnibus conuenire arbitratus: quum ſimpliciter atque in commune reſponderi nihil recti ſatis queat: multiplici enim interrogationi, quomodo ſimpliciter reſponderit aliquis recte? Sed huic integram conuenire dicendū, qui ita ſe habeat, illi alteri percolatam, qui ita: & huic hoc temporc exhibendam, q hoc modo ægrotet, alij alio, qui alio modo: ita ſanè μωρίζουσι οἱ ζητοῦντες, ὁποῖόν ἐστι τὸ κρεῖττον τῶν δυοῖν ὁμογενῶν φαρμάκων, ἢ τὸ κάλλιστον ἐκ πάντων αὐτῶν: Inſaniunt quærētes utrum melius ſit duorum eiuſdem generis medicamentorum, uel illorum omnium optimum: quum nullum futurum ſit, quod haberi, atque exiſtimari tale merito poſsit, ſed ſemper quod uni futurum optimum, ac conuenientiſsimum eſt, idipſum alteri, quòd diuerſe ab eo ſe habeat, nō parum allaturum nocumenti ſit. Hæc ſunt ut opinor de quibus Hippocratem omnium primum dixiſſe ſcripſerit Galenus hoc loco: nosq;, qua operum ſuorum in parte id præſtitiſſe eum arbitremur, aperuimus.

Ἑκάτερον ὧν ἔλεγεν Ἡρόφιλος, ἀληθὲς ὑπάρχον. *Vtrumq; eorū, quæ Herophilus dicebat, uerum.)* Primus Herophilus medicamenta manus Dei appellauit, uere qdē exiſtimans, modo ea artificem nanciſcanī, qui adhibere ea ad uſum nouerit, qb. cōuenit; & q tēpore, quaq; ratione, qbusue modis cōuenit. Quid enim aliud medicamēta ſunt p ſe ſolaq;, quàm materia tantum quædam, ut alibi quoq; dictum fuiſſe

fuisse à magnæ autoritatis uiris meminimus? Cui nisi forma sua accesserit, uaga ea, inconstansque quocunque temere feretur, nihil cuiquam opis, nisi fortuitò allatura, nec profutura quicquam, nocitura potius, & damnosa futura, malaque? Malum enim à materia omne, & ex materia, sæpè aiunt summi philosophiæ proceres: imò peccatum inde omne ijdem illi inquiunt non minus sæpè. Hanc porrò formam quis inuehere materiæ medicæ melius unquam poterit alius, quàm peritus prudensque medicus, ut in artibus omnibus alij periti itidem, ac prudentes artifices? At is neque temere eadem omnibus exhibebit, neque quocunque tempore, neque ut fors tulerit, sed ut dictarit ratio: breuiter, non omnes unico calceabit calceamento, neque inconsideratè quæret utrū melius medicamentū hoc illudue, & omnium quod nam optimum, sic simpliciter: sed in hoc affectu conditionisque huius, hoc tēpore, his rationibus, aliud alio melius, atque efficacius medicamentum fore tutò, ac uerè affirmare se posse existimabit.

Μετὰ τοῦ χαὶ σωυετὸν εἶναι φύσει. *Cum eo, vt natura prudens sit.*) Vulgo quoque id-m dici à plerisque audias: medicum doctum esse oportere, & natura prudentem: addunt multi & bene fortunatum: quod quo intelligendum modo sit alibi disputatum est à nobis. Certe quidem pars non est artis fortuna, neque artificio immiscet se illa ulli, ut partem suam exædificando artificiose operi conferat. Illa optandum tantummodo, ut operi nos intentos faciundo ne interpellet, neque interturbatos impediat auocamento aliquo importuno infortuniū aliquod. Hactenus bonam precari fortunam debemus, & deprecari malam. Neque uerò prudentia artis pars est, quamuis proximè magis accedat quàm fortuna, arti: sed artis opera nobilitat tamen, & insignia reddit admonitionibus multis, quales non paucas & ab Hippocrate, & Galeno suggestas nobis sæpe habemus: quo nos gerere modo debeamus in multis, agētes facientesque. Quæ passim leguntur, commode ad rem hanc, non solum ab ijs, quos modo dixi Hippocrate, & Galeno, sed non paucis etiam alijs adnotāta.

Τινὲς γὰρ οὐ μόνον βελτίους ὄντες ἀμφισβητοῦσι περὶ σοφίας τοῖς συνετωτάτοις *Quidam enim non modò meliores quum sint, contendunt de sapientia cum prudentissimis.*) Reperiunt artifices, inquit (de medicis autē accipiendum id hoc loco, quamuis in omni artificio prudentia ualeat) qui præter id quod potiores alijs ex artificio sunt, tantū insuper prudentię agendo faciendoque adhibent, ut certare cum prudentissimis posse uideantur, sapientięque inde nomen sibi acquirant. Hunc ego ex uerbis his elici sensum posse existimarim.

Μία δὲ ἄλλη τῶν ἑτερογενῶν, ἐκ τοιούτου γίνεται λογισμοῦ. *Alia autem una, qua diuersarum generere rerum est, mixtura, ex huiusmodi ratiocinio fit.*) Triplicem componendorum medicaminum usum quum proposuisset paulò antè, primumque nobis retulisset manifestum, atque apertum satis, qui modò dictus est: secundum nunc affert, nec apertum, nec manifestum minus. Tertium (quantum uidere omnes possumus) silentio inuolutum obliuioni tradidit: μνημονικὸν ἁμάρτημα illud, magnis sæpè uiris commune, non effugiens. Cæterum ex alibi à Galeno traditis, non modò tertium hunc, sed & quartum, & quintum afferre componendorum medicamentorum usum licebit nobis. Quippe primo de compositione medicamentorum per genera libro primum posuit compositorum medicamentorum usum, quum affectui proportione exaduersum quod respondeat medicamentum, non habebimus: ut si morbus fortefortuna quatuor numeris à naturali statu, qui in frigidum recedat, fuerit, nec medicamentum ullum in promptu sit numeris itidem quattuor calidum: necessitate coacti ex duobus id parēmus, quorum alterum quinque, tribus alterum calidum numeris existat. Quod quidem quonam tandem modo quatuor numeris calidius medicamentū constituat, ibidem annotasse meminimus

estque

estq; usus huic, qui hîc pariter primus ponitur, non dissimilis. In utroq; enim,
ex eiusdem generis rebus compositio fit: sed in altero ibi ad usum, qui tunc oc-
currit, atq; in præsenti exigitur, componitur medicamentum, idq; unum, modi-
qúe unius: in altero hic, multò antè duo componuntur, ex quibus unum tandē
quum res ipsa poposcerit, usúsq; tempus uenerit, ad rem tunc præsentem utili-
ter constituatur. secundus ibidem expositus usus est, quum uti simpliciore me-
dicamento aliquo haud poterimus, nisi ex mixtura alia aliqua: ut quum em-
plasticæ consistentię imponendum affectui alicui medicamētum habuerimus,
nec simplex ullum sit, quod hoc præstet, necessario ex alterius alicuius mixtio-
ne consistentiam hanc, & compagem medicamento acquiremus. Qui usus à
primo differt in eo, quòd in primo qualitas proponitur medicamenti conueni-
ens quærenda: in secundo consistentia, uti diximus quasiq; corpus ipsum, quā
substantiam aliquando nominamus. Tertius porrò fuerit, quoties medicamen
ti fortioris alicuius reprimere uehementiam uel etiam insuauitatem lenire quę-
rimus, ex Hippocrate desumptus, & ab omnibus ætatū omnium medicis usur
patus: præsertim uerò purgantium medicamentorum uiribus nimijs retunden
dis, malitiæ corrigendę, uenenositatiq; tollendæ accommodus: & quum obstu
pefacientium, quæ narcotica sunt, uehementiorem sopiendi cum multorum a-
liorum additamento minuimus. Quartus, qui idem omnium maximus, & hîc
quoque recensitus, ubi contrariarum facultatum opus, ex medicamento expe-
ctandum requiritur, ut simul repellat, & discutiat, quod hic etiā dicitur: abster-
gat, & leniat, crassum faciat, & attenuet, qualia multorum usuum medicamen-
ta multa habentur, Gręcis medicis polychresta uocata. Quintus, quoties ad ui-
rus eiaculātium animalium ictus, morsúsq;, aut uenenatas potiones remedium
unum aliquod, ut Theriacā & Mithridaticum cōcinnamus. Cur igitur (quærat
fortasse aliquis, duos hîc tantummodo numerat componendorum pharmaco-
rum usus, ibi uerò quinq;, imò plures superesse adhuc dicit alios, sed minutiores
quosdam? Quia in cōmune ibi, atq; in uniuersum, & quod operis titulus præ-
sefert, κατὰ γένη tractanda sumit, quæ tractat, ubi generatim, ac per genera plu-
res componendi exposuisse usus par fuerat: hoc uerò loco priuatim, ac particu
riter, atq; ex operis ipsius tituli præscripto, κατὰ τόπους, per loca, corporisqúe
particulas, modos explicat: pauciores meritò, quoniā priuatim particulatímq;
partium corporis solum remedia tractantur opere hoc, qua partes sunt, non au
tem uniuersi. Quamobrem nec secundus hic, nec tertius, sed nec quintus descri
bitur usus, quòd non unius alicuius corporis particulæ sint, sed ad totum, atq;
uniuersum pertineant.

*Αἱ μὲν γὰρ μικραὶ, καθ' ὧν οὐδὲ τὸ τῆς διαθέσεως ὄνομα προσφέρουσιν οἱ ἰατροὶ, παραχρῆμα και
διέσαντο. Parua nanq;, quibus ne affectus quidem nomen accommodant medici, confe-
stim cessant.*) Notādum, hosce, qui parui sunt, & citò atq; extemplò desinant, nō
dixisse scripsisséq; Galenum, sed à medicis affectus nomine non censeri. sint e-
nim exigui licet, ac minimi, temporisq; momento cessantes: sunt tamen reue-
ra dum sunt, si modo peruenerint ad terminum, qui morbum constituat, actio-
nis alicuius læsione. Quis enim obstructiones multas citò, ac de improuiso sæ-
pe factas, easdemq; citissimè finiētes, affectus, morbosq; esse negauerit? ut quū
ex uesicæ calculo urinarius caulis meatus obstructus urinā non transmitit sed sta
tim, sola corporis, si clunes attollantur in altum, succusione deturbatur calcu-
lus, & urinæ progressum momento restituit? Quid ulcuscula multa? quid in-
temperaturæ? exiguæ quidem sæpe, temporisq; breuissimi, utpote non
confirmatæ ac superficiariæ tantum, sed intemperaturæ tamen, & quidem
quibus lædi actio aliqua facile possit. Quid tubercula, subitò exorta ea-
dem, & desinentia non minus subitò? omnia autem eiusmodi, quoniam exi-
gua exiguique admodum temporis sunt, solaq; sæpe natura operata discedūt,
nec

nec quicquam exhibent medicis negotij, illorumque morantur operam, propterea ab ijsdem illis ne affectus quidem nomine dignantur.

πρὶν ἢ πρὸς διαπύησιν ἀφίκατο τὸ πάθος. *Priusquam ad suppurationem veniat affectus.*) Ita uertit interpres: & quidem rectè, si manere scriptura hoc pacto debuerit, quod mihi fieri non posse uidetur. Sic enim si legatur, quasi in omni columellæ, & tonsillarum phlegmone expectanda suppuratio sit, cogitandum nobis erit: quod minimè tamē sequi uidemus, quum citra suppurationem resolutæ finiant non paucæ, materia, quæ collecta in phlegmone fuerit, repulsa primo, tū & discussorijs medicamentis dissipata euaporataque, nec minus euidenti interdum uacuatione aliqua inanita. Quæ omnium prima, ac potissima habita semper fuit curandarū phlegmonarum omnium intentio, & scopus, scilicet ut sine suppuratione curentur, si fieri possit. Arbitror igitur, pro πρὶν ἢ, legendum πάλιν εἰ πρὸς διαπύησιν ἀφίκοιτο τὸ πάθος: Præter quàm si ad suppurationem tendat affectus. Tunc enim, & sicitis uini, & maluæ decocti usus aliquis fuerit, tanquam suppurationem iuuaturis: antea repercutientibus potius utendum: quod ab Archigene omissum fuisse reprehenditur à Galeno.

ταῦτα γὰρ ἑτέρας ἕνεκα χρείας δίδονται. *Hæc enim alterius usus causa dantur.*) Res purgandorū quippè humorum euacuādorumque de corpore gratia: quod hoc opere non attenditur primò, sed id, ut in curandis partis uniuscuiusque morbis, atque affectibus, quæ ex partium, locorumque natura ducuntur indicationes, eas inprimis ante oculos habeamus, obseruatis semper generalibus magis indicationibus, quæ si non dicendo proponuntur, dictæ tamen intelligantur. Neque uero mirum alicui esse debeat, si perquam rara toto hoc opere, secandæ uenæ, faciendęue purgationis, quibus uniuerso corpori consulatur, mentio fiat: alibi enim tractata legi, facileque colligi ista possunt, ut non attineat sæpius incassum eadem repetere. At nostri, superiorumque aliquot ætatum medici, que practicas (ut uocant) scripsere, quò eas uoluminis magnitudine augerent, subinde eodem recurrentes, horum quoque semper meminere. Quos præstabat, Galenū sequutos, posito hoc semel, de corporis totius prouisione, particulariter ea tractanda sumere, quæ partium naturam, rationesque in curando omnes, hæc illaúe corporis loca respicientes, attingunt,

καθάπερ ὁρᾶτε ποιοῦντα με. *Quemadmodum uidetis facientem me.*) Suprà execta lingua, & ad os protensa, faciendum id esse docuit, quo descensus medicamenti prohiberetur ad larynga, subiectasque partes.

CAP. IIII.

καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν μετρίων, καὶ ἐπὶ τῶν μειζόνων, καὶ ἐπὶ τῶν μεγίστων διαθέσεων ἁρμόζει. *Etenim & mediocribus & maioribus, & maximis affectionibus conueniunt.*) Nihil enim aliud quęritur ex collationibus his, quàm ut abstersę siccentur affectæ oris partes: quod quidem cuiuscunque modi futuræ sunt aphthæ, præstabunt collutiones eæ, semper non sine usu aliquo, certè nullo unquam cum nocumento. Et minores quidem illas, uel etiam mediocres, quas Apollonius albas uocauit, etiam sanauerint interdum: maiores, maximasque alias iuuerint, partemque suam ad usum aliquem conferent in eo, ut deinde maioribus, magisque efficacibus medicamentis, deleri ex toto possint.

τὸ μὲν γὰρ ὕσσωπον τριφθὲν πρὸς τὰς θερμὰς, καὶ ἀναβιβρωσκομένας διαθέσεις, καὶ καθαρὰς ἐναντιώτατον ὄν· ἁρμόζει ταῖς ῥυπαραῖς, καὶ ταῖς φλεγμονώδεσιν ἄφθαις. *Hyssopum nanque tritum ad calidas & erosas affectiones, purasque, cōtrarijssimum est: confert autem sordidis, & phlegmonosis aphthis.*) Si ad calidas contrarium maximè: quomodo phlegmonosis aphthis cōferet? calidus quippe tumor phlegmone. Et si ijs quæ erosionē sentiunt, inimicatur, quomodo sordidas iuuerit, quas ipsas plerunque

erosas

erosas uidemus. Animaduertendum erosionem quæ hic dicitur, fieri non à putredinoso humore aliquo, uicinasque partes depascēte, cum malignitate, sed acri tātum calidoque inprimis: cuiusmodi materias sæpè uidemus, etodere partes caliditate nimia solitas. Quibus remedio futura sint refrigerantia potius, ut hic mox de omphacio quoque dicetur, quàm calefacientia: tantum abest, ut calida profutura quicquam esse existimemus, cuiusmodi hyssopum quoque est. At idē conducere phlegmonosis affectibus quibusdam poterit, non quidē phlegmonæ ipsi proprie ita dictę nisi sub finem discutiendis fortè reliquijs: sed affectu, qui phlegmones aliquid contineat: hoc ipsum nempè, quod modò diximus, phlegmonoso. qui esse in aphthis præsertim inter alia, pituitosus etiam bona ex parte posit: iuuamenti non parum accepturus ab hyssopi facultate calida siccaque. Eadem ratione, & sordidis conferet aphthis: siccatæ enim sorditiem facilius deponent, simul accepto meliore temperamento sanęscent.

Ἢ ἱερὰν βοτάνην ὕδατι ἢ οἴνῳ ἀφεψήσας. *Vel herbā sacram aqua, aut vino incoctā*) Hæc est περιστερεών alio nomine Græcis dicta, Plinio autem etiam proprio nomine hierobotane. sacram uerò herbam dici Dioscorides addidit, quoniam plurimum ad amuleta, atque expiationes commendetur.

Καθάπερ τῷ χρονίζειν τὴν φύσιν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ κακίαν ἀνεκτήσαντο. *Quemadmodū ex inueteratis quadam melācholici humoris malignitatem induunt.*) Temporis enim diuturnitate exhalatis tenuioribus particulis, crassescet humor, fietque terrestrior, & in frigiditatem, ac siccitatem abibit. atrabilarius factus, nempe melancholicus, malus natura semp sua, uitiosusque, & expurgatu difficilis, quemcūque locū occupet, aut quemcunque affectum procreet, tumorem aut febrem, aut ulcera: tanto autem magis, si μέλαινα χολὴ fiat, multò quàm μελαγχολικὸς χυμός, deterior. Quamobrē non id recipio, quòd interpres illud μελαγχολικοῦ χυμοῦ, atrę bilis, reddiderit, quum non μελαίνης χολῆς scriptum esset, sed μελαγχολικοῦ χυμοῦ.

Διαγνώσονται δ' ἅπασαι ῥᾳδίως ὄψει τε ἅμα, καὶ ἁφῇ. *Dignoscentur autem omnes facile visu simul, & tactu*) Visu quomodo cognosci posint, aperuit: statim de tactu dicere omisit, quod satis futurum sit, adeoque certū magis, si ex uisu cognoscant, ut tangere nō sit opus. Si quis tamē etiā tangendo explorare uoluerit, experiet melancholicū humorem tactui durū, siccumque repręsentari, alijs omnib. magis. Potest & pituitosus, euaporatis tenuibus particulis, durescere, & congelari, scirrhosique humoris speciem præbere. Sanguineus aūt humor, qui phlegmonem facit, extensione, & renixu duritiem præseferet. Alioqui humores cuncti, actu humidi quum sint, illius ipsius humiditatis tangenti sensum exhibebunt, ut non facilè sit discernere quisnam illorum sit, nisi ad uisum: qui ex colorum uarierate indicium sumat, recurramus. Docta autem manus ex tactu non modo humorem subesse sæpè: uerum etiam flatuositatem adesse deprehenderit quādoque, ex laxitate quadam, notisque suis, sonituque inprimis, ut in tympanite. Tum uerò, non minus aliquando auribus percipere tale aliquid solemus, quod utrumque humorem simul flatumque adesse significet: quoties fluctuantis in uentriculo, uel propè, circumque uentriculum materiæ aquosæ cuiusdam exauditur sonitus. Neque uerò mirum esse debebit, si, cum morborum, causarumque morbosarum dignotio, ex symptomatis magna ex parte, eorumque differentijs comprehendatur: ex tertio quoque illo symptomatum genere, quod in corporis nostri affectibus positum erat, & ijs, quæ sensibus manifestantur, cōtinetur: hæc quoque per uisum, tactum, auditum, interdum etiam olfactum, & gustum innotescant, de quibus à Galeno, & Archigene hoc loco agitur, uisu inprimis & tactu.

Τὴν τροφὴν ὑμῖν τοῖς τοιούτοις διαιτῶ μετ' εὐπεψίας δηλονότι. *Nutricem huiusmodi victu alo, cum eo, vt benè concoquat scilicet.*) Facultas nanque quæ lacti ex cibis his conciliatur, omnis in infantis usum redūdabit, illique conferet, uel Hippocrate

ipso

ipso idipsum docente, ac commonstrante, dum epidemiorum sexto ita scribit: γυνὴ, αἲξ ἐλατήριον ἢ σικύον ἄγριον βεβρωκυῖα, παιδίοις κάθαρσις. Mulier, capra elaterium, uel cucumerem agrestem quæ ederit, pueris purgatio. Prorsus ut non diuersum de alijs alimentorum facultatibus, uel quicquid tandem commentū fuerit, existimandum sit. Procurandum tamen in omnibus, ut bona semper concoctio sequatur, quandoquidem hæc alimentum etiam per se malum sæpe corrigere non parum possit, plurimumq́ ılli de malitia, ac uitiositate demere, si exquisita, atq; exacta superuenerit.

Καὶ μέντοι καὶ ἀλείφω τὰ βρέφη φαρμάκοις. *Et quidem medicamentis infantes illino.*) Si subrubræ repertæ fuerint aphthæ, perquam modice adstringentibus illinendas esse consulit: nimirum enim adstringentia partes exasperant potius, ut aliquoties iam dictum est, præsertim phlgemone correptas. Tunc & frigidis utendum, nempe in principio: hæc enim quoq; modice repellunt. Deinde uerò sine mordacitate discutientia adhibebimus, memores affectum esse phlegmonem, uel phlegmonosum saltem, ex mordaciū usu irritari solitum. Si subflauæ, eadem quidem, generisq́; eiusdem, uerùm refrigerantia magis propter bilem, quæ ex flauitie illa indicatur, & refrigerationem maiorem exposcit. Si pituitosiores atque albicātes, adstringentia: hæc enim reficcare simul, & exugere pituitam possunt. Si nigrescentes, generosius discutientia: quippe discutiendo melius crasso, frigidoq́ue, ac terrestri humori simul, in nulla phlegmones suspicione, quam ex paulò uehementius discutientibus, proinde & mordicus aliquando partes ipsas uellicantibus, irritatum, atque exasperatum iri uereamur.

Εἰ δὲ ῥυπαρὰ ἡ ἄφθα ὑποφαίνοιτο. *Quod si sordida appareat aphtha.*) Oenomeli, quod uinum mulsum est, & adhibendum sordidis aphthis esse uult Galenus, sorditiem abstersam auferet optimè, mellis ratione abstergendi facultate non modica præditi. uinum autem tum hoc præstabit, ut detergat inquam, tùm uel maxime desiccabit, quod ipsum tollendis sordibus partē suam conferet.

Ὥσπερ οὖν ἐκ κηρωτῆς τε, καὶ ἰοῦ σαρκωτικὸν ἐδείκνυτο γίνεσθαι φάρμακον. *Quemadmodum igitur ex cerato, & arugine carne implens medicamentum fieri ostensum est.*) Cùm in antecedente hoc ipsum opere de medicamentorum compositione κατὰ γένη, tum tertio Therapeutices methodi libro.

Ἀμέλει καὶ διὰ τὸ ἀδιορίστως τὴν τοιαύτην γραφὴν ἀπατώμενοι τινές. *Denique quum indiscrete scripta legerent, decepti nonnulli.*) Clamantem ubiq; Galenum audimus. adhibendam esse rebus distinctionem, ne errare contingat si pro alio quopiam, inconsiderate accipiatur aliud: ut his contingebat, qui aphthis proprie dictis, accommoda putredinosis affectibus remedia applicabant, non sine ægrotorū damno: & qui erysipelatis eadem conuenire medicamenta existimabant, sub finem, quum iam ab erisypelatoso affectu, ex frigidorū usu liuescentia, in frigidū induratumq́; degenerarint, & discutientibus iam opus habeant, & calorificis, non refrigerātibus, ut in principio quo tempore rectè, ac uere erysipelata sunt, de quo libro de simplicium medicamentorum facultatibus septimo, capite de coriandro, dictum satis. Non igitur, quum in scriptura aliqua positum legetur remedium ad hunc illumúe affectum, sic indeterminatè omnibus applicandum id, sed adhibenda distinctio.

AA

IN LIBRVM SEPTIMVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS.

CAP. I.

Εθος δ' ἤδη τοῖς νεωτέροις ὀνομάζειν ἀρτηριακάς. *Mos est recentiorib. nominare arteriacas*) Coniungit libri superioris finem, cum insequentis huius principio, eadem sententia: medicorum scripturam damnans, indistincta sæpe scribentium, exhibitaq; ita interdum errorum multorum legentibus, causa, dum minimè convenient affectib. remedia adhibent diuersis eadem, nequaquā diuersos affect⁹ eos existimātes: ut de aphthis & erysepetatis narratū paulò ante est.

Η κατὰ σημαινόμενον ἕτερον. *Aniuxta significatum aliud*) Quemamodum esset si ἀρτηριακὰς αὐτὰς ὀνομάζειν ἐπὶ δυνάμεως dixissent, antidotos, aut facultates. Libri enim decimi initium, ut uidebiť ita habet: ὅτι μὲν ἀφερτικὰς ἀντιδότους: τινὲς δυνάμεις ὀνομάζουσιν Aliud igitur esse posit uocis huius δυνάμεις, præter ἀντιδότους, significatum.

Ενιοι δὲ ἐκλεικτὰ προσαγορεύουσιν αὐτά, μὴ προστιθέντες φάρμακα. *Quidam verò eclicta vocant ipsa non apponentes medicamenta.* Videtur enim rectius pronuntiaturus, si quis adiectiuo substātiuum apponat suum. λείχω quidem lingo est, & ἐκλείχω, delingo, unde ἐκλεικτά, quæ ex linctu aut delinctu sumuntur. Præstat autem ad didisse, medicamēta: nā & alia quædā eodē modo sumi possunt minimè medicata. Inualuit tamē usus, ut à Latinis pariter ipsis electaria nominentur hæc usitate iam, substantiui significato: ut ἐκλεικτὰ eadem ratione à Græcis uocari possint hęc ipsa. Quamuis eclegmata melius dicerētur Latinis, quando eclectaria, siue electuaria, compositiones alias melius, atq; usitatius significare posse uideantur.

Οἱ δὲ γὰρ κοινότερον ἔτι, πρὸς βεβλαμμένην φωνήν. *Quidam verò generalius adhuc ad læsam vocem.*) Etenim intercepta uox omnis, eadem læsa quoq; & offensa est: at non læsa omnis eadem intercepta etiam fuerit, rauca quippe interdum, aspera, exilis, neq; intercepta tamen.

Ον διὰ τὸ πάχος ἔνιοι χιτῶνα προσαγορεύουσιν. *Quem nonnulli ob crassitudinem, tunicam appellant.*) Vt sciamus ex hoc, tunicas membranis crassiores semper esse debere: nec inconsideratè, quum ὑμὴν, uel ὑμένα scriptum uidemus, tunica, aut tunicæ reddamus Latine, quod fieri quandoq; à quibusdam animaduertas. sicuti sane neq; ubi χιτὼν, uel χιτῶνα legemus, rectè satis membranas interpretabimur.

Καὶ διὰ ψυχροῦ πνεύματος ἀναπνοήν. *Ac propter frigidi aeris inspirationem.*) Non secus, ac tussis genus quoddam est, ut secundo libro de symptomatum causis docemur, quod intemperaturam solam, absq; materia, causam habet, & quidem frigidam: ψυχρῷ γὰρ enim τῷ ἀέρι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων γίγνεται, ut ibidem dicitur. Ita & raucedo fieri uocis poterit ob inspirationem frigidioris.

Πολλῷ δὲ μᾶλλον εἰ πρὸς τῷ μεγέθει τῆς φωνῆς, ὀξύτης τις ἔτι προσέῃ. *Multoq; magis, si ad vocis magnitudinem acumen insuper accesserit.*) Ex eo enim quod acuta uox magnæ cōiuncta penetrabilior est, (hoc qdē acumē ipsum facit) affectus simul reddeť maior, & causa se altius, atq; ad profundum magis inducet, augēdo affectuť.

Κἂν ἕνεκα τοῦ θερμαίνειν σφοδρῶς παραλαμβάνωνται. *Quamuis vehementer calefaciendi caussa assumantur*) ἄκοπα, idest, lassitudinem emendantia, prius dicta fuere ea tantùm unguenta, quæ hoc ipsum præstarent, cuiusmodi quum alia quædam quoque consistentiam, & crassitudinem acciperent, eodem uocari nomine cœperunt licet alijs usibus dicata, utpotè eorum quædam uehemente

uehementer tantummodò excalfaciendi gratia præparata, nec quicquam interea ad lassitudines facientia. Non ualdè dissimili exemplo opiatas uocant officinę nunc, & in opiatorũ formulas parari iubent compositiones quasdã, quamuis nihil interim accipiant opij: consistentiam tantũ medicamentorum seruari eandem uolentes, quæ ijs, quæ opium recipiunt debetur, concinandisq; his custodiri solita est.

Κοινὰ δ' ὕλη βοηθημάτων τοῖς φωνητικοῖς ὀργάνοις πρὸς τἄλλα ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν λουτρῶν. *Communis autem vocalibus instrumentis remediorum ad alia, materia ea est, quæ balneorum.*) Lassitudinibus conferunt dulcis aquæ balnea: conferent & uocis instrumentis meritò, tale quiddã perpessis. Ac sicuti sitim sæpè æstate media, æstiuisq; caloribus balneorum usu leniri, corporisq; totius squalorem demi uidemus, ueluti irrigatu quodam partibus ijs omnibus humefactis, ac refocillatis: ita peruenire eandem balnei facultatem, ad uocis pariter instrumenta posse credẽdum haud admodum difficulter.

Ἐπὶ δὲ τῶν τονωδῶν κόπων.) Lege, φλεγμονωδῶν κόπων: In lassitudinibus phlegmonosis. mox enim ait: κατάστασις δὲ φλεγμονῆς. & additus asteriscus subesse mendum indicat. Ac paulò ante ex uociferatione ingẽti in uocis instrumentis suboriri affectum dixerat phlegmonosæ lassitudini similem, nõ autem tensiuæ. Miror hoc, momenti quamuis non magni, ab interprete inanimaduersum.

CAP. II.

ὕδωρ μὲν οὖν ὄμβριον βάλλεται. *Inijcitur quidem aqua pluuia*) Minus putredini obnoxium reddetur medicamentum ob adstringendi facultatem, qua prædita pluuia aqua est, compositionis quoq; formam melius continentem.

Ὡς ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐξαρκέσαι δυνηθῶσιν οἱ τὴν φθινώδη διάθεσιν ἔχοντες. *Quò diutius sufficere queant tabifico affectu laborantes.*) Eodem consilio dicuntur ista, quo Therapeutices methodi libro decimo hectica febre correptis, qui iam sanari ex toto non possent, qua parte possint, medicã atq; auxiliarem manum admouendam esse admonebat, producendæ uitæ ad longius tempus, quoad eius fieri posset. Quòd si eo loci productum iri aliquamdiu uitam sperat, in mortis timore, imminentis propè, ex siccitate, emendari atq; humefieri tam difficili semper habita, ac spe se non frustratum ea addat, iuuene aliquando ita affecto, non modò ad menses, sed ad ãnos, ea curandi ratione, quam tunc præscribit, in uita conseruato: tanto magis id ibi sperandum credet ubi corporis partes quasdam humidiores desiccandi potestas quæritur, factu, atq; inuentu semper facilior: ut hîc in laborantibus ex pulmonibus tabifico affectu, quos φθισικοὺς appellat, quæsitis siccioribus locis conuenientiq; ad hæc uictus ratione, & medicamentis usos, superuiuere plurimum temporis posse dicit, etiam consuetas functiones suas mediocriter obeuntes.

Κρόκον δὲ μιγνύειν ἢ ὄπιον κατὰ τὰς ἀνωδύνους, τοῖς πλείστοις ἤρεσεν, ἐπειδὴ δοκεῖ καὶ αὐτοῖς ἱκανῶς πέπτειν ἁπάσας τὰς διαθέσεις. *Crocum autem vt adderent, vel opium, dolorem sedantibus placuit plerisq;, quoniam ipsis quoq; uisum fuit affectus omnes satis cõcoquere.*) Pro ὄπιον, interpres σμύρνης legit, crocum, & myrrham interpretatus, non sine ratione aliqua, quandoquidem utriq; concoctoriæ facultatis inest satis, croco nimirum, & myrrhæ, authorum de his scribentium confessione. At exemplaria Aldina, arbitror etiam alia, ὄπιον habent, nõ myrrhæ, in uersu quidem hoc: quamuis interea compositio tota myrrham quoque recipiat: ex opio, croco, myrrha acacia, radicis succo, & melle constans. Cęterùm siquis scripturam tueri uulgatam uelit, eam, quæ crocum, & opium habet possit is, Galenica operis huius ipsius authoritate usus, suprà, libro tertio, in remediorum ad aures Heræ censu posita: Quo loco, auriũ dolores cũ ulcere, ex pinguedinibus, nardino unguento, & tetrapharmaco mitigari posse concedit, cum eo, quod affectus quoque ipsos iuuent ista, quod quidem & oui candidum præstet, & lac muliebre: at

ex meconio, siue opio mitigari dolorem tantummodo, non etiam affectum iuuari, nisi fortè ex accidente, non autem primo. Etenim cessante dolore, sequutoque inde somno natura affectus concoquet dolorē facientes. *κατὰ δέ τι συμβεβηκὸς*, inquit, *οὐ πρώτως. ὠφελοῖ τις ἂν, καὶ τὰς διαθέσεις ἐνίοτε. παυσαμένης γὰρ τῆς ὀδύνης, καὶ ὕπνων γινομένων, ἡ φύσις πέττει τὰς τὴν ὀδύνην ἐργαζομένας διαθέσεις.* Hactenus audimus, meconij quoque usu, & opij (non enim magnopere distant inter se hæc, alterum stillatitius liquor, alterum expressus succus, eiusdem autem plantæ utrumque soboles) iuuari affectus ipsos posse, ex accidente quamuis.

τινὰ δὲ εὐτυχῶς γε κατὰ τὸν τοῦ συντιθέντος ἀπέβλεψαν στοχασμόν. Quædā verò feliciter pro componentiū cōiectura, successum sortita sunt bonum) Cuiusmodi theriace inprimis compositio est, & Mithridatios, insequutarum ætatum ad hanc usque omnium tot suffragia, tantisque semper successibus prosperis meritæ: altera opus medici Andromachi, Regis altera Mithridatis, sed medicorum fortasse ad hoc suorum consilio usi: qui examinatis expensisque diligenter simplicibus medicamentis omnibus, eorumque inter se comparatis uiribus, & excussis facultatibus, eam inierunt ratarum partium cunctarum proportionem, ut ad libellam collatæ in temperamentum exirent *ἀγαθῇ τύχῃ*, non solùm quale simplicia præstare de suo singillatim possent, uerum etiam quale spectandum ex illorum in unum simul omnium cōmixtione foret præcipuum, & supra singulorum uires, ac facultates, & temperamentum: quod cōmixtas, concinnatasque consequitur rerum talium, talique seruata analogica partium proportione, compositiones: formaque ita demum introduceretur peculiaris, atque, ut nominare solemus specifica quædam, non alijs facile inhæsura, nisi ex ordinibus, numerisque his constantibus.

Καὶ κατατέμνονται εἰς τριδάκτυλα. Et dissecantur in digitos tres deducta.) Sicut in summo hærent coniuncta, deinde distracta, atque incisa, in partes tres separentur, digitorum trium similitudinem repræsentantia.

Καὶ ἰσθι ὅτι μηδ' ἐπὶ τῶν ἀνθράκων ἔτι διακαιομένων ποιοῦμαι τὴν ἕψησιν. Sed neque in carbonibus ipsis, qui adhuc accendantur, cocturam facio) Tantisper uidelicet, dum adhuc accenduntur, necdum accensi satis fuerint: fumosi enim emittunt omninò aliquid, antequam in totum accendantur, atque ignescāt prorsus. Hoc igitur expectandum esse tempus monet cocturæ rite perficiendæ.

Κάλλιον δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν ἐμπλαστικῶν ἀκάπνοις χρῆσθαι τοῖς ξύλοις. Præstat autem & in emplasticis lignis uti acapnis.) Nempè, quæ fumum non emittunt, bene antea, atque exquisite resiccata: hæc enim *ἄκαπνα* erant ueteribus. Idem dixerat, quod repetitur nunc, prius libro de compositione medicamētorum per genera primo, capite *περὶ τῶν διὰ λιθαργύρου σκευαζομένων ἐμπλαστρῶν*, his uerbis: *φυλάττου δὲ καὶ τὸ διὰ ξύλων ποιεῖσθαι τὴν ἕψησιν, ἢ ἀνθράκων ἀρχομένων διακαίεσθαι*: Caue cocturam facias ex lignis uel carbonibus accendi incipientibus. Vt appareat, non aliter esse accipiendum, quod hic modò dixerat, *ἀνθράκων ἔτι διακαιομένων*, quàm de accendi incipientibus.

Φεύγειν οὖν αὐτὸ χρὴ τηνικαῦτα, τοὺς γὰρ λεπτοὺς κατάρρους ἐπιτείνει. Vitare igitur illud opus est tunc: tenues enim distillationes auget.) Memini non raro idipsum contigisse, ut distillationes à capite intenderentur, eodemque modo podagricus affectus, si tenuem fluxionem, ut sępe fit, causam habuerit, manifestò augeretur, oxymelitis, uel syrapij etiam acetosi, qui ex saccharo confit, assumptione: eo quòd sicuti in melle, in saccharo quoque tenuitas partim aliqua adsit. Accedit utrique, oxymeliti inquam, & acetoso syrapio acetum, non minore attenuādi facultate præditum: hacque gratia distillationum fluxiones aucturum magis, geminata caussa. Itaque crassum potius facientibus opus hîc, quæ tenuitatem illam sistant.

Ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις ἐπὶ μὲν τὸ ψυχρότερον ῥέπουσι, δώσεις ἐλάχιστον, ἐπὶ δὲ τὸ θερμότερον, πλεῖστον. In omnibus enim his, tendentibus siquidem ad frigidum minimum dabis:

ad calid

ad calidum verò, amplius.) Refertur ad id, quod modo dixerat: ὀνομάζω δὲ κατεπεῖγον τὸ δεόμενον βοηθείας μείζονος. Voco autem urgens, quod maiori auxilio indigu erit. Maiore porrò egemus, ubi tenuium distillationum plus fuerit: minore, ubi minus. At in frigida ætate, temperamento, anni tempore, regione, nõ dubium, minus auctũ in distillationes hasce, magis autem in calidis: calida quippe attenuant, ut frigida crassum faciunt. non solum igitur in calidis his plus colligetur tenuis distillationis, sed etiã tenuis magis: in frigidis minus, minusq́ simul tenuis. Proinde minus pariter hîc dabimus diacodij, ubi minore futurũ opus auxilio sit, sicuti ibi plus. Atq; ita in id similiter annotatum iam fuerit, quod mox additur à Galeno, his uerbis: ὅτι δὲ καὶ πρὸς τὸ τῶν καταρρέον ποσότητα, καὶ ποιὸν ἀποβλέπων ἢ πολὺ, ἢ ἔλαττον δώσεις, εὔδηλον ὑπάρχει. Manifestum inquit est, quòd ad distillationis quantitatem, & qualitatem respiciens, plus, aut minus exhibebis.

Ἐπιγέγραπται ἁρμονία. *Inscribitur Harmonia.*) Quales officinæ nostræ habent pilulas siue catapotia ex cynoglossa, tales sunt compositiones hæ propè cunctæ; & earum, quæ sequuntur, non paucæ.

CAP. III.

ὅσαι δὲ αὐτῶν ἧττον μετέχουσι τῶν καρωτικῶν φαρμάκων, ταύτας καὶ τοῖς φθισικευομένοις δίδοασιν. *Quæcunq; vero inter eas minus participãt soporiferorum medicaminum, has tabescentibus etiam prabent.*) φθισικευόμενος, id est tabescentes, rectè dixerimus eos, qui paulatim ad tabem accedunt, exulceratis pulmonibus, nec dum tamẽ sic affecti sint, ut non obire functiones mediocres utcunque posśint. His igitur nõ admodum conuenient soporifera medicamenta, calorificis potius, & desiccantibus habituris opus, quàm frigidis, atq; humidis, cuiusmodi soporosa sunt. Quæ nihilominus si parum retineant soporiferorum, prodesse parte ex aliqua posśint, qua gratia delabenti ad pulmones catarrho fortè tenuiori resistunt. Atque ideò quæ minus participant, dixit.

ἡλίκος κύαμος ὁ ἑλληνικός. *Quantum faba Græca*) Quę communis est, nostraq; etiam: penderq; minus Aegyptia, grana quindecim pendente: ad cuius differentiam dicta Græca est, nempe ab authoribus Græcè scribentibus, & in Græcia.

παμφύλου μιγματοπώλου. *Pamphyli migmatopolæ*) Pharmacopolæ dixit interpres, sed ut conijcere licet, pharmacopolæ latius se extendebat officium. nam & simpliciora quæq; uẽditans pharmaca, esse pharmacopola poterat; quod migmatopolæ non erat proprium, composita tantummodo pharmaca, & miscella uẽdentis, unde migmatopola dictus.

χρῶ μὴ προσφάτῳ τῷ φαρμάκῳ. *V tere medicamento non recenti.*) Dictum propter opij quantitatem insignem, nempè drachmarum quadraginta, quod in superioribus multis non additum, opij multò minus recipientibus. At ubi huius plusculum inerit, præstat mensium tempus minimum sex interposuisse ante usum. Quod in philonij quoq;, multorumq; aliorum compositionibus obseruatur.

CAP. IIII.

ἡ δὲ μετὰ τὴν ἐπίσχεσιν αὐτοῦ θεραπεία. *Post suppressum verò sanguinem curatio.*) Porrò autem reuulsionibus, & deriuationibus, cùm aliter tum per uenæ inprimis sectionem factis supprimi solet sanguis.

ὧν ἡ δύναμις εἴρηται κατὰ τὸ δεύτερον γράμμα τῆς πραγματείας τῆσδε. *Quorum facultas dicta secundo operis huius libro.*) Proprius quidem ac legitimus tractationis huius locus fuerit libri therapeutices Methodi tertij, ubi fusè, ac distinctè inprimis uulnerum explicantur sanandorum omnium rationes omnes. Sed & operis huiusce, quod nunc præ manibus habetur, ex secundo libro, specimen

sumi medicamentorum carne replentium, idest σαρκωτικῶν. possit aliquod: quo loco medicamenta referuntur à Galeno Apollonij ad capitis dolorem ex percussione aut casu, & ubi ex Archigene de capitis disscissionibus, & contusionibus agitur.

Τούτοις δ' αὖ πάλιν ἐναντιώτατον ἐστὶ γένος φαρμάκων. *His verò rursus omnium maximè contrarium est medicamentorum genus.*) His nimirum medicamentis calidis, & attenuantibus, quorum modò mentionem fecerat. Quomodo nanq; non contrarijssima fuerint inter se, sibiq; inuicem pugnantia, calida, & quæ attenuāt ex una parte, ac frigida, & quæ crassum faciunt ex alia. Cuiusmodi obstupefacientia omnia sunt. Atq; utrorumq; tamen his casibus usus propè necessarius, ob causas à Galeno allatas. Interpres illud, τοῖσδε, his, pro affectibus accepisse uidetur, quum pro medicamentis accipiendum sit.

Καὶ παλιγγενεσίας κωλυτικόν. *Ac regenerationem prohibens.*) Vetat ne sanguinis reiectatio illa iterata sequatur quæ dici παλιγγενεσία, idest, regeneratio potest illius quædam.

Ἡ δὲ λεγομένη ἄρκτου σταφυλὴ ἐν πόντῳ γίνεται. *Quæ verò ursi vua vocatur, in Ponto gignitur*) Multa sunt, quæ persuadere possint, ursi vuam hanc eum fructum, quē Tridētina rura ampomata uocāt, & quòd folia non prorsus dissimilia arbuti folijs sint, & quòd ruber fructus, rotundus, gustu austerus, pręsertim quū nondū satis maturuit, & quòd ursi inprimis id cibi genus sequantur: ut meritò ursi uua, fructusq; nomen acceperit Hunc eundem esse Idęum rubum dixere herbariæ rei peritissimi. Sit sanè, hocq; etiam nomine uocetur ab alijs: quid obstat? Galeno quidem ursi uua erit, & Asclepiadæ, à quo medicamenta transcripsit Galenus ista, simulq; forma, figuraq; sua, ac colore depinxit, relatis iam: ut esse quod diximus, credere facilius possemus. Quod quidem de rubo Idæo Dioscorides non fecit, dicens tantummodò, uulgato rubo teneriorem, spinisq; minoribus horridum, nihil prætereà. Nam quòd copiosum in Ida monte prouenire idem scripserit, non auferet nobis hoc, quin & in Ponto, alibiq;, & apud nos prouenire possit, fortasse etiam non minus copiosus. Syluæ quidem scatent eo pleręq;, montesq; nostri conuestiuntur passim.

ἐπιγράφεται τὸ τρίφερον. *Inscribitur Tripherum.*) Delicati nomen promeritum: quo nomine pariter trypherę plures iam uocantur compositiones, maiores, minoresq;, partim quæ opium accipiunt, partim quæ minime.

Τὸ ψύλλιον βαλὼν εἰς θερμὸν ὕδωρ, ἔα βρέχεσθαι. *Psyllium in calidam aquam iniectum macerari sinito*) Mucillagines dicimus hodie has, & muccagines, sicuti psyllij, itamultorum aliorum, altheæ, maluę, fœnugræci, & lini, seminum, ac similium.

Βητὶς βοτάνη. *Betia herba*) Saluiam hoc nomine appellarunt Aegyptij, βήτιον eam dicentes. Ex nomenclaturis herbarum apud Dioscoridē, capite de saluia.

CAP. V.

Καίτοι διαστελλομένου τοῦ θώρακος ἐπὶ πλεῖστον. *Quamuis thorax plurimum dilatetur.*) Quippe thoracis omnibus, scapularumq; insuper commouētibus se musculis, & ἐπωμιδίων: eo respirationis genere, quæ Galeno aliquando μετέωρος ἀναπνοὴ dicta fuit, & Hippocrati μετέωρον πνεῦμα. Neq; multo tamen inspirato aere, in anhelosis quidem siue asthmaticis.

Ἢ τίς ὄγκος ἀποστηματικὸς ἐν αὐτῷ συστῇ. *Vel tumor abscessui similis aliquis in eo constiterit.*) Quod genus tubercula quoque sunt multa: sic enim de his scribens, aiebat Galenus libro de locis affectis quarto: ἢ φύμα τι φύεται κατ' αὐτὸ, ἐξ οὗ γένους ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον ἀπόστημα: Vel tuberculum aliquod subortum in ipsis fuerit, ex quo genere est, & qui uocatur abscessus.

Ἴδιον δὲ τὸ μὲν τῶν γλίσχρων τε καὶ παχέων ὑγρῶν, δεῖσθαι τῶν λεπτυνόντων τε καὶ ῥυπτόντων φαρμάκων. *Proprium verò eius quæ viscidorum crassorumq; humorum est, vt per extenuantia & abstergentia medicamēta.*) Vbiq; opponi uideas uiscidis, glutinosisq; abstergentia

stergentia, sicuti crasfis, crassuḿq; facientibus attenuantia, siue incidentia, & secantia: quod hoc quoq; factum loco uidemus: simul & quæsitum remedium à contrarijs, quod medicorum filij iubent.

Ἥτις αὖ πάλιν πᾶσι τοῖς ἐν βάθει τοῦ σώματος ἀποστήμασι ἐστὶ κοινή. *Quæ rursus omnibus in profundo corporis abscessibus communis est.*) Quapropter meritò commendantur in affectibus his & theriaces compotio, & Mithridatij, & Athanasia quæ dicitur, & Alexandrina aurea, & tryphiræ multa, aliaq; complura, quæ ex aromatibus concinnantur plurimis.

Τὸ δὲ σύμπαν ποτὸν ὀλίγον μὲν, οἷς ἀπόστημα που γίνεται. *Vniuersus autem potus, ijs quidem, quibus abscessus alicubi fit, paucus.*) Meritò dixerat enim, qui abscessibus, uel abscessui similibus affectibus laborarent, eos attenuantibus, ac desiccantibus opus habituros potius quàm humectantibus, quod quidem potio multa facit, nempe, ut humectet. At hæc rursus, potio inquam multa, quibus bronchia glutinosis, crasfisq; humoribus infarcta fuerint, accommoda: quippe quà crassities, glutinositasq; ea, ueluti dilutione quadam colliquescant, facilius deinde ita reiectandæ atq; expectorandæ.

Καὶ μὴν δὴ καὶ συγκεῖται τινα μὲν τῷ φρονάκων θατέρω τῶν παθῶν χρήσιμα. *Et quidem componuntur medicamenta quædam affectui alteri utilia.*) Duos dixit affectus: unum, abscessum, abscessuiue similem: alterum, quo bronchia crassis glutinosisq; humoribus infarciuntur.

IN LIBRUM OCTAVUM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM SECUNDUM LOCOS.

CAP. I.

Κινδυνώδη ἐπάγονται περὶ τὴν ζωὴν αὐτῆς. *Discrimen afferunt vitæ ipsius.*) Ex decimotertio therapeutices Methodi libro, sciri hoc potest, ubi Theagenis philosophi Cynici refertur historia, ex Attali Thessalici medici imperitia, dum obstinate iecoris phlegmone laboranti relaxantium tantummodo cataplasma tum usum admouet, adstringẽtis uerò nihil, mortui, medentis ipsius culpa manifesta, ac propè χειροτονητῶ, eius opera apertè iugulati.

Μυρίοις μὲν αὐτοὶ στομαχικοῖς συγκοπῆς αἴτιοι γεγόνασιν, ἅπαντας δὲ τοὺς ἡπατικοὺς ἀναιροῦσιν. *Innumeris ipsi quidem stomachicis animi deliquij causam dederunt: hepaticos autẽ occidunt omnes.*) Resolutior uentriculi oris q; eius facultas, relaxantium usu medicamentorum facta, partium illarum usibus, atq; actionibus tantummodo obstabit: naturalibus quattuor, attrahendi, retinendi, concoquendi, atq; expellendi: simul & animali, quæ oris ipsius est, appetendi: poteritq; ob cordis uicinitatem, sentiendiq; ex neruorum eò deriuatorum multitudine facultatem insignem, animi deliquia accersere, quas syncopas appellamus stomachicas. Mortem non facilè afferet: nõ enim commune habitudini, molisq; uniuersæ munus officiumq; eius est: neq; à uentriculo, oreq; illius deriuatam uitæ necessariam substantiam aliquã spectare est, ut à iecore uenas, arterias à corde, & à cerebro neruos. Quam quidem ob rem, quum hoc nomine tres præcipuas, ac maximè principales corporis totius partes, cum cerebro unà & corde constituat iecur, nobile inprimis uiscus: mirari non debebimus, siquidem læso insigniter eo medicamentorum usu relaxantium, resoluentiumque, mors semper sequatur, nòn sequatur læso pariter uentriculo: ut intereà tamen infinitè syncope succedat stomachica.

γίνονται καὶ αἱ ἄλλαι διαθέσεις σπανιώτεραι. Fiunt porrò alij quoq; affectus frequentes minus.) Similia prorsus, imo uerò eadem traduntur hîc, ijs, quæ tradita legũtur libri septimi therapeuthices Methodi circa initia.

Ἀναγκάζονται τοίνυν, εἰ καὶ δογματικοὶ τύχοιεν ὄντες, τὰς λογικὰς μεθόδους, ἐπὶ τὴν ἐμπειρίαν ἀφικνεῖσθαι μόνην. Coguntur itaq; necessariò, etiam si iuxta rationales methodos dogmatici existant, ad solam experientiam peruenire.) Quales erant, de quibus sępè in operibus suis passimq; mentionem facit Galenus, quidam ex dimidio dogmatici, instrumentarios morbos propèmodum omnes, solutamq; continuitatem, rectè atq; ex methodo tractantes, febresq; fortasse euidentiores, et cum phlegmone: intemperaturarum autem morbos alios paulo occultiores, neque sese aut ex phlegmone, aut abscessu, aut ulceribus, aut tali aliqua aperta magis nota manifestantes curaturi, quum eorum causam ignorarẽt, confugere ad experientiam necesse statim habebãt, seq; in empiricorum ueluti castra transferre à dogmaticis desciscentes. In quo errare sæpe contingebat: non enim una, unius'ue generis intemperatura habenda est morborum horum causa semper, ut, quod empiricorum quidam faciebant, idem semper remedij genus intẽperaturis omnibus applicari rectè possit. Atq; ut sæpius frigidior & humidior occurrat imbecillis uentriculi, nec concoquere ualentis intemperatura, causa: in causa tamen esse poterit eiusdem affectus calidior interdum & siccior. Quarũ omniũ inquirenda diligenter, studioq; omni inuestigãda diuersitas, signis, notisq; suis, & coniecturis, quæ esse non paucę solent. ἔχουσι, ait Galenus hîc, οὐκ ὀλίγον στοχασμὸν αἱ διαγνώσεις τῶν ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος συνισταμένων διαθέσεων. At illis satis erat dixisse, imbecillitas uentriculi quædam est, non concoquit, quum nec phlegmone appareret, nec abscessus aliquis, neque ulcus. At id omni ex parte dogmatico non satis.

Ὅπως χρήσιμον ἐστὶ τὸ γνῶναι τῇ τρίψει τὴν πέψιν γίνεσθαι. Quo nam modo utile sit ad concoctionem attritione fieri sciuisse.) Sicuti non satis est dixisse, Non concoquit, quia uẽtriculo est imbecilli, aut imbecillitas incoctionis causa est, sed imbecillitatis illius ipsius assignare causam oportet, si curationẽ prosequi rectã uoluerimus: ita nõ satis est, concoctionem fieri ab attritione dixisse, ut rectè curemur. Sed huius ipsius attritionis reddẽda causa, ut cũ cessante ipsa concoctio quoq; cessarit, hanc ipsam cõcoctionem reuocare possimus. qđ profectò facere nunquã licebit nobis, nisi attritionẽ prius reduxerimus: at hãc ipsam ignoratis eius causis, quî possimus? Sic eñ aiebat Galenus secundo de Facultatibus: *ὥσπερ ἀδυνατοῦντα γαστέρα δεῖ τινι περιστέλλεσθαι, καὶ τρίβειν, πῶς αὐτὴν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάξομεν, ἀγνοοῦντες τὴν αἰτίαν τῆς ἀδυναμίας*: Etenim si uentriculus in aliquo contrahi, & terere nõ potest, quo modo ipsum ad naturalem statũ reducemus, ignorata impotentiæ causa? Et theraupeutices Methodi secũdo: *ἀλλ' οἶδα φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν. δεῖ γὰρ περιστολῆς, καὶ τρίψεως. ἀλλ' εἰ μὴ τὴν αἰτίαν εἰδείης αὐτῆς, οὐκ εἴσῃ τὴν νόσον.* Atqui noui, inquit, etiã actionem: est enim circumplexus, & attritio: uerum nisi causam illius noueris, morbum non cognosces. Quo quidem ignorato, aggredi aliquis morbi alicuius curationem nunquam rectè satis possit, dogmatice quidem, ueraq; ex methodo. Atque non eò dicuntur ista, quòd attritio probetur concoctionis causa: multa enim sunt, ut liquidissima, quæ ad concoctionem attritione nulla indigent: sed natiui caloris temperamento bono indigent, quod concoctionem moliatur, conficiatq; assumpta, atque etiam atterat, quæ atteri debebunt. Is igitur inprimis calor, temperamentumq;, prima, ac potissima concoctionis habebitur meritò causa: cuius quidem opus, conteri, ac confici facilia promptius subibunt.

ὥσπερ γὰρ καὶ ὁ ἀσιτήσας, οὐκ ἀπεπτεῖ μὲν, οὐ μὴν θεραπεύεται τὴν διάθεσιν. Quemadmodum nanq; in inedia quis non concoquit quidem, sed neque ab affectu curatur.) Multi quum

ti, quum cruditate laborare se aliqua sentiunt, aut non sicuti prius conficere ingestum se posse cibum animaduertunt, uel in morbo etiam iam aliquo constituti, quicunque morbus is fuerit, abstinentia ciborum utuntur: alij tenuissimos cibos adhibent, & qui iam non amplius attritione ulla indigeant, puta lac, cremorem ptisanæ, sorbitiunculas quasq;, utriq; non quidem ut affectum ullũ curent, quem ignorant, neq; propositum sibi habent, sed ut minus uentriculum cibo onerent: eoq; facilius coquere cibos ualeat, imbecillior factus, qualiscunque tandem imbecillitatis illius causa sit. Quum nescis ægritudinem (inquiunt Arabum quidam) subtilia regimen. At horum neutri non concoxisse rectè dicentur: concoquunt enim, quamuis ægre, ac debiliter: neq; curatum propterea tamen uentriculi affectum ullum dixeris, quum quæsitum tantummodo sit eleuamentum aliquod ex inedia, ciborumq; tenuitate, et minus uentriculũ degrauantium, & attritione nulla opus habentium, minuendo uentriculi operi ac labori, ut minore negotio concoquat, ac debilitati eius ita subueniendo, quicunque debilitatem hanc affectus fecerit: qui quidem affectus quærendus deinde diligentius, & inuestigandus, ut solidiores quoque cibos concoctos conficere queat uentriculus: sed si attritione perficeretur concoctio, iam perfectum peractumq; foret concoctionis opus, attritis exhibitis: quod non fit tamen: sed quamuis non ulterius terenda exhibeantur, quippe trita iam satis, ulteriore tamen habitura semper opus auxilio aliquo sunt ut ritè concoquantur. Cur igitur hoc fit? cur alijs, tenuissima licet, ac tritissima, ingesta acescent, alijs in nidorulentiam abibunt, ut lac? Non aliam profectò ob causam, quàm quòd hic calidum, ibi frigidum nimis uentriculum nacta ita afficiuntur, corrupta cõcoctione. Nec deerunt in quibus neutrum horum fiat, sed inconcocta prorsus hæc eadem per aluum secedant, nullam innati caloris uim experta. Vt ideò, si rectè hæc considerentur, prorsus non alia inueniri concoctionis rectè paractę causa possit, quàm qualitatum quattuor illarum temperamentum, caliditatis, frigiditatis, siccitatis, humiditatis, iustum, atq; æquabile, & concoctioni absoluendæ idoneum.

τούτων μὲν οὖν ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν αὐτάρκως λέλεκται. *De his quidem igitur in libris therapeutices Methodi dictum abunde fuit.*) Libro nempe secundo, capite quarto per totum, & secundo de Facultatibus naturalibus, capite octauo.

Ἐν ταῖς πρὸ ταύτης δύο πραγματείαις. *In duobus antecedentibus hoc operibus.*) Illud πρὸ ταύτης, ante hoc, in uniuersum accipiendum est pro de compositione medicamentorum opere, cum per genera, tum secundum locos: utrumq; enim opus de compositione medicamentorum meritò inscribitur.

CAP. II.

Ὁ δὲ διὰ μόνης τῆς πείρας ἀθροίζων τὰ βοηθήματα, περιμένουσι τὸν ἑαυτοῦ καιρόν. *Qui uerò ab experientia sola remedia colligit, suam ipsius occasionem expectat.*) Hoc est, cogetur is expectare temporis tantum, donec incidat in syndromen, siue symptomatum concursum, quę aliàs obseruauerit, sine quo nihil agere ipse queat, uti que ex artis propriæ præscripto, ac legibus. Aut hoc igitur expectandum, donec occurrat ipsi, aut ex aliorum lectione, atq; obseruatione quęrendum idem. At qui rationis ductum filumq; sequitur, is, quum primum ratio sese ostenderit faciendi aliquid, faciet, cum bona semper successus spe: qui quidem sequetur, si recta semper ratio præcesserit.

Οὐδὲ τούτοις σφοδρῶς, ἀλλὰ πάνυ βληχρῶς. *Neque his vehementer, sed valde leniter.*) Nempè febricitantibus. Est enim calida, & siccantissima, aloe, ut iccirco non temerè exhibenda febricitantibus sit, nisi debilis ualde, ac leuis febris fuerit, plusq; adsit facientis febrem causę, cuius causa danda sit, quàm caloris febrilis, qui nec detur, dissuadeat. Eadem ratione eius ipsius usus, quia siccãdi ordinem

tertium

tertium obtinet, in simplici, & absque humore ficciore intemperatura fugiendus, ut mox dicetur.

Ὁμοίως τοῖς κεχαλασμένοις ἄρθροις. *Similiter ac relaxatis articulis*) Visuntur nō pauci huiusmodi, quibus aquositate multa imbutis per totū tendonibus, ac ligamentis iuncturas ipsas committentibus, relaxantur articuli, affectu nō prorsus qualis paralysis est, neruorum quippè resolutio ex obstructione, aut compressione, aut refrigeratione, aut condensatione facta, affini tamen ei maximè. Non secus contingere in uentriculo posit, ut humores aliqui uitiosi partem illam occupent, sæpeq; ut induant se in uentriculi tunicas, neq; tamen sic se in uentriculi corpus indant, ut imbutum humiditate multa totum, madidumq;, atque irriguum reddant. Alij multi facere hoc poterunt humores, neque uitiosi tamen: quibus per totum ueluti imbibitis, exolutus relaxatur uentriculus, ex adstringentium deinde ciborum, ac medicaminum usu auxilium accepturus, humiditatem eam tanquam exuctu quodam resiccantium. Nam quibus in uentriculi spatio, siue capacitate, quæ illius εὐρυχωρία est, siue etiam inter tunicas humores fuerint, necdum tamen intra tunicas recepti, neq; tunicarum corpus ipsum interius occupantes, madidum per totum reddiderint, in his euacuatione potius opus habituri sumus, quam adstrictione: Humoris quidem intemperatura utraq; habenda est: alterius, qui resiccari tantum, aut exugi, alterius, qui uacuari postulet. Huiusce intemperaturæ discrimen notabitur melius infra, ubi de secundoris affectibus agetur. Additur ibi tertia, prima tamen in ordine, humorales duas has præcedens, in qualitatibus nudis solisq; posita citra humorem ullum, his uerbis: αἱ καθ' ἑτέραν τρεῖς, αἱ μὲν ἐν ταῖς ποιότησι μόναις, ἠλλοιωμένων τῶν πασχόντων μορίων, αἱ δὲ μεθ' ὑγρῶν τινῶν, ἤτοι γε ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν πεπονθότων περιεχομένων, ἢ ἐν τοῖς σώμασιν αὐτοῖς διαβρόχοις ὑπ' αὐτῶν γεγονόσι.

Δευτέραν ἐπὶ τῇ προγεγραμμένῃ συνθέσει ὁ Ἀνδρόμαχος κατὰ λέξιν οὕτως ἔγραψεν. *Secundam post descriptam modo compositionem Andromachus ad uerbum ita tradidit.*) Quàm simili, ac pilulæ alephanginæ uocatæ, cōcinnari reperientur pilulæ hæ, siue catapota Nā & aromata accipiunt propè eadem, quāuis plura alephanginæ: & crasso conteri modo iubetur pariter, & infundi aquæ, & decoqui, & percolari: decoqui autem ad duarum ibi partium, hîc ad medietatis consumptionem. tum uerò utrobique libra una sumitur aloes ad compositionem: agitata siccantur simul omnia in sole, uel æstiuis canicularibus diebus: postremo addūtur croci, myrrhæ, mastiches pulueres. Vt non dissimilis omnino compositio exeat hæc, atq; illa.

Ἰάσατο δὲ ξηραίνειν κατ' ὀλίγον, οὐ δὲ κενοῦν ἀθρόως. *Paulatim desiccando sanauerit, non affatim euacuando.*) Rectè: nam ex pluribus aromatibus consit hæc compositio secunda, quàm illa prior, & minus aliquanto aloes recipit.

Δίδου λείου κοχλιάρια β, μεθ' ὕδατος γαλακτώδους. *Dato aridi triti cochlearia duo cum aqua lactea.*) Vel quæ teporem lactis referat, uel quæ substantiā quoquo modo. Posit & serosa lactis pars accipi, quā passim quoq; aquā lactis nuncupamus.

Καὶ δεῖται διαθέσεως ὑγροτέρας, ἐπὶ χυμοῖς οὔτε πολλοῖς, οὔτε λίαν δακνώδεσιν. *Et affectum requirit humidiorem, ex humoribus neq; multis, neq; valde mordacibus.*) Quia adstringens medicamen est, affectum exigit humidiorem, cuius humiditatem imbibitam, atq; imbutam, partesq; ob id relaxātem, adstrictione sua exugat, exuctamq; ita compescat. De hoc enim paulo ante dictum fuit, conuenientissimum esse cibi, potusq; ac medicamentorum adstringentium usum partibus humiditate multa, neq; uitiosa tamē imbutis, madidisq; inde ac relaxatis. Cur igitur dictum hîc legimus χυμοῖς οὔτε πολλοῖς, humoribus neq; multis, ibi autem ἐφ' ὧν ὑγρότης πολλή, humiditas multa? Vtrumque, ut opinor, rectè. Humiditas enim esse multa potest, qua partes imbutæ, madescentesque per totum exoluuntur, & irriguæ factæ relaxantur, atque intereà non multi erunt humores, aut affectarum partium spatijs, siue εὐρυχωρίαις continebuntur.

Vt humidiorem affectum intelligamus, ex humiditate multa imbibita, cũ humoribus tamen non multis extra humiditatem illam, διάθεσις ὑγροτέρα ὑπὸ χυμοῖς οὐ πολλοῖς, ut hoc loco scribitur. Et scribetur mox in sequenti capite: διαβρεχόμενος γὰρ ὁ στόμαχος ὑγρότητι δαψιλεῖ, χαλᾶται τοῖς συνδετικοῖς νεύροις ὁμοίως: Madidus nanque ex larga humiditate uentriculus, pariter ut colligantes nerui, relaxatur. Ex quo apparet uerum esse, quod dicebamus suprà, affectum huiusmodi ligamẽtorum esse, quibus articulorum iuncturæ commissæ, colligatæque nectuntur, madore nimio relaxatorum. Non enim dubium esse potest, συνδετικοῖς νεύροις hîc nihil aliud significari, quam quæ uno uerbo ligamenta uocamus, ueteribus etiam multis pro neruis habita.

C A P. IIII.

Εὐιατωτάτη τοιγαροῦν ἡ διάθεσις αὕτη, σχεδὸν ἁπασῶν ἐστι. *Sanabilis itaque omniũ maximè propemodum affectus is est.*) Iuxta therapeutices Methodi septimi libri enunciatum illud: ἡ δὲ ὑγρὰ δυσκρασία καὶ μόνη συστᾶσα πασῶν ἐστιν εὐιατωτάτη, καὶ μετὰ θερμότητος, ἢ ψυχρότητος ἐπιπλεκομένη: Intemperatura uerò humida etiam sola consistens sanatu omnium facillima est, & cum caliditate, uel frigiditate coniuncta. Addẽdum, uel cum humore, uel absq; humore: ut quidem intelligi absque humore humida aliqua intemperatura potest, ad reliquarum modum, quo intemperaturæ omnes, etiam sicciores illæ, uel cum humore, uel absq; hoc esse scribuntur à medicis, usitato dicendi, scribendiq; modo: præsentiam humoris, qui intemperaturam factam foueat, notantibus, uel absentiam, quoties qualitates solæ nudæq; intemperaturas ex alteratione fecerint.

Τῶν δὲ διὰ τὴν ἀτονίαν βαρυνομένου τοῦ στομάχου γινομένων ἐμέτων δεῖ κατὰ τὸ δυσκρασίας ἐπανόρθωσιν. *Vomitionum autem, quæ degrauato ob imbecillitatem uentriculo fiunt, sanatio est per intemperaturæ correctionem.*) Quæcunque intemperatura, partis cuiusq; modum excedens, præsertim uerò paulò diuturnior, actionem partis ipsius læscrit semper imbecilitate illata: quæ imbecillitas tolli, nisi intemperatura prius, quæ illam fecerit, tollatur, suoq; pars restituatur temperamento, haud unquam poterit.

Χρυσοβαλσάμου λίτραν ά. *Chrysobalsami libram vnam.*) Nisi eadem hæc sit quæ myrepsice, unguentaria dicta glans, per me quidem ignorabitur.

Κατὰ τοῦτο οὖν καὶ Ἱπποκράτης, ἐπὶ τῶν πλευριτικῶν. *Iuxta hoc quidem igitur Hippocrates quoq; in pleuriticis.*) Libro de Ratione uictus acutorum.

Λυγμὸν δὲ ὁρῶ χωρὶς τούτων γιγνόμενον, ἐνίοτε δριμέων χυμῶν, καὶ ἰχώρων φαρμακωδῶν δακνόντων τὸν στόμαχον. *Singultum verò uideo etiam absq; his fieri, acribus interdum humoribus, & ichoribus medicatis stomachum mordicantibus.*) Eandem hanc sententiam repetit quinto aphorismorum secto, commentatione prima, his uerbis: καὶ μὴν, καὶ τῷ λόγῳ τῆς δήξεως ἴσμεν ἐπὶ τοῦ στομάχου λυγμὸν γινόμενον: Et quidem mordicationis quoq; ratione, fieri in uentriculo scimus singultum. Addit, uideri posse prætermitum ab Hippocrate conuulsionis genus hoc: nisi quis dicat, hunc quoque ab inanitione fieri mordacium humorum, qui desiccantes sint. εἰ μὴ νὴ δία φαίη τις αὐτὸν ὑπὸ κενώσει συμβαίνειν τῶν δακνόντων χυμῶν, ξηραντικῶν ὑπαρχόντων. Ex inanitione igitur fuerit: & quòd euacuantur mordaces humores illi, quæ irritatio quædam est: & quòd desiccantes quum hi sint, hoc quoque pacto euacuant siue inaniunt siccando: hactenus conuenire possunt conuulsio, & singultus. In eo uerò non parum different, quòd conuulsio ex morbifica semper causa est, Galeno authore, secundo de symptomatum causis libro: non item singultus, sicuti ne sternutatio quidem, expultricis uirtutis symptomata, siue opera, sed cum deprauato motu. Quapropter in ipsa statim secundi, quem modò citauimus, de symptomatum causis libri principio, ita scribitur: τοιαύτης οὖν δυνάμεως ἔργα πταρμοί, καὶ βῆχες, καὶ χάσμαι, καὶ σκορδινισμοί, καὶ λύγγες, μόνου δὲ τοῦ νοσήματος ἐνεργοῦντος παλμός, καὶ σπασμός. Huiusmodi ergo facultatis opera sunt, sternuationes

& tus-

& tuſſes, & oſcitationes, & ſingultus, ſolius autem morbi operati, palpitatio, & cõuulſio. Vt appareat, non latuiſſe Galenũ differentiã hãc, neq; prorſus eiuſdem generis ſtatuiſſe ſingultum, & conuulſionem. Quin in eodem cum uomitu genere ponitur ab eodem ſectionis Aphoriſmorum ſextę commentario per hæc uerba: ἐν μὲν γὰρ τῷ γένει τῷ κατὰ τὸν ἔμετον, ἀπὸ τῆς τεταγμένης ἡ κίνησις σφοδροτέρα ἂν ἐκείνης. Cõmotionem candẽ aſsignat ſingultui, quã uomitioni, intentã tantùm, uehemẽtemq;. Monemurq; ibidem, quo dici modo uentriculi conuulſio ſingultus poſsit, & quo rurſus nõ dici. λυγμὸς γὰρ, inquit, συγχωρείσθω μὲν ὀνομάζεσθαι στομάχου σπασμὸς, ὅταν ἑτέρῳ τινὶ προσέχωμεν κατὰ λόγον. ὅταν δ' αὐτὸ μόνον τοῦθ' ὑπάρχῃ εἰ τὸ ζήτημα, τό γνῶναι τὴν οὐσίαν τοῦ παθήματος, ἄμεινον ἴσως οὐκ ἐστιν σπασμὸν ὀνομάζειν αὐτὸ, ἀλλὰ κίνησιν τινά. Quum quaſi aliud agimus, dixiſſe conuulſionem ſingultum licebit nobis: ſed quum hoc agimus, diligenterq; de ſubſtantia eius inquirimus, non licebit, & motionem potius dixerimus quandam. Quibus uerbis quid dici conueniens magis potuit, dirimendæ controuerſiæ omni, quæcunque tandem afferri à quoquam de rebus his queat? Atq; etiã ad eundẽ modum, deq; Galeni eiuſdem ſententia, non ſatis propriè conuulſiones dixerimus eas, quæ præter ſingultum quoq; demorſo acribus humoribus uentriculi ore fiunt, aut aſcendente aliqua corporis ex parte, aura, uenenoſaúe materia, ſemineq; interdum putrefacto: quoniam eę quoq;, ut in ſingultu, expultricem facultatem in cauſa habent, quæ materiam noxiam expellat, licet commotio conuulſiua ſequatur. Propriè autem conuulſio erit, ut ex paulò antè recitatis ſecundi de ſymptomatum cauſis, libri patet, quam morboſa tantummodo cauſa fecerit: nihil facultate expultrice ipſa operata, ſed ſolo demum morbo, quemadmodum & palpitatio. μόνου δὲ τοῦ νοσήματος ἐνεργοῦντος παλμὸς, καὶ σπασμός. Deq; hac conuulſione illud pronunciatum à Galeno legitur hîc quoque: ἐγὼ δὲ, inquit, ἐπὶ τοῦ σπασμοῦ τρίτον αἴτιον, παρὰ τὸ τῆς κενώσεως, καὶ πληρώσεως οὐδὲν προσθεῖναι εὗρον. Ego uerò in conuulſione tertiam cauſam præter quàm inanitionis, et repletionis, quam adderem, nullam inueni.

ὧν εἷς εἰμὶ κἀγὼ αὐτός. *Quorum vnus quidam ego quoque ipſe ſum.*) Et tertio de locis affectis libro: ἐγὼ γοῦν, inquit, αὐτὸς, ὅταν ποτὲ πεπέρεως προσενέγκωμαι πλέον, εὐθέως λύζω. Ego ipſe, ſi quando piperis pluſculum accipio, confeſtim ſingultio. Idem, quod hîc, teſtatus.

εἰ δὲ καὶ δι' ὑπερκένωσιν γίνεται λυγμὸς, ὥσπερ καὶ σπασμὸς, ἄξιον σκέψεως ἐστίν. *Num verò & ob ſuperfluam euacuationem fiat ſingultus, ſicuti conuulſio, conſideratione dignum.*) Attulimus paulò antè eius ſententiam ex ſectionis quintæ Aphoriſmi primi commento, modum, rationemq; oſtendẽtis, quo quis exiſtimet, factam ab humore conuulſionem, ex inanitione pariter fieri poſſe: quippe quòd & humores inanitione uacuentur mordaces, hiq; ipſi, cũ facultate ſua reſiccent, hoc quoq; nomine, nempe ſiccando, euacuationis, atq; inanitionis facere aliquid, exiſtimari queant: uti idem dici de ſingultu quoq; poſsit. Alijs tamen dicendũ hoc relinquit: εἰ μή φαίη τις, ait: ipſe nihil intereà aſſeuerat. Dicendi, ſcribendiq; modus, non admodum quæ dicuntur, comprobantis, ſuumq; cuique iudiciũ relinquentis.

καὶ φυλακτήριον ἢ ἐπιδιάπυσον.) Lege, τ' ἐπιδιάπυσον.

δύναται δ' ἐπιπάσσεσθαι. *Inſpergi autem poteſt.*) Vt quidem pharmaca quædam etiam purgatoria, non ſolùm alterius generis puluiſculos, inſpergi atque imponi extrinſecus ſæpè uentri uidemus, & umbilico: quorum ſi non ſubſtantia, uis certe, ac facultas intrò deferatur mouendæ interdum, ciendæq; aluo: ut unguentũ de arthanita, quod cyclamen eſt, ut alia nonnulla eiuſmodi. Vel igitur in hũc ſenſum accipiendũ illud, ἐπιπάσσεσθαι, uel ſi idem fuerint, καταπάττειν, & ἐπιπάττειν ut eſſe non dubito, in eum, ut aſpergi, uel inſpergi aquæ, aut uini aut mulſæ cy

athis tot debeat quoniam post paulò ita scribetur à Galeno: ἐν οἷς πάλιν ὕδατος καὶ ὄξους τέσσαρσι δ' ἴσωσι.

τούτεσιν ὀλκὰς δραχμὰς ἀργυρᾶς.η.ἢ ἑπτὰ ἥμισυ. Hoc est pondo drachmas octo argenteas, vel septem cum dimidia)Hinc liquere satis potest, non unius generis, aut põderis fuisse ubiq; unciam, sed nec drachmam quidem. Cur enim dixisset argenteas, nisi notato aliquarum aliarum discrimine? Quamuis denarius semper idem pependerit, ac pro eodem, ut mox dicet, accipiat utrumq; Galenus, drachmam, et denarium, sicuti sanè accipi ab omnibus pariter uideo. Illud scimus, ex eadem quantitate, seu magnitudine, aliquanto plus pendere aurum, quàm argentum: ut si ex duabus eiusdem omnino magnitudinis, ac quantitatis argēteis massis, altera auri aliquid retineat, ex pondere deprehendi id queat, utra retineat: quæ enim acceperit, plus ponderabit: sed si in aqua factum id fuerit, ut lancibus, inquam, impositæ expendantur sub aqua massæ: nam aliàs, ut in aere, nisi in paulo maiore immixti auri quantitate non succedet. Cuius rei quærēda ratio. Hoc igitur pacto maioris omninò aliquãto futura ponderis sit aurea, quàm argentea drachma: si forte hoc quoq; loco, ad aureæ differentiam dicta argentea sit.

ποιήσειδ' ἄν τινὰ ῥαστώνην, καὶ τοῖς ἄνευ χυμῶν τὴν ὑγρὰν δυσκρασίαν ἔχουσι. Fecerit & alleuationis aliquid ijs, qui absq; humoribus intēperaturam humidam habent.)Id porrò quomodo eueniat, ut absque humore humida tamen intemperatura aliqua existat, narratum iam fuit. Quoties nimirum solidiores partes ipsæ humorem receperint intra se, imbutæq; imbiberint eum, humidæ iam ex substantia sua per totum factæ, nullo intereà forinsecus oberrante circa eas humore. Ac quēadmodum intemperaturas quaslibet alias cum humore, alias sine humore esse dicimus: dici de humida posit, tam quę sanitatis campum exijt, quam quę eo continetur.

τουτέσιν μὴ πρὸς τὴν ἔκκρισιν ἐπάγοιτο ἡ κίνησις. Hoc est, non ad excretionem contendat motus.)Quorsum attinuit, quid ὀργᾷν sit, tam anxiè quæri à nonnullis, cum non potuerit disertis magis uerbis uerbi huius significationem aperire Galenus, quàm quibus hoc loco usus aperuit, quum inquit, non ad excretionem contendat motus, nempe humorum? Contendat, diximus nos: rectius fortasse dicturi, irritetur, impellatur, incitetur: omnia enim hæc ἐπάγω inter alia significat. ὀργᾷν igitur erit, quum incitati, impulsi, irritati commouentur humores, neque loco ullo, aut ulla corporis in parte sistunt: quoniam non ὀργᾷν est, quum nihil horum fit. furere etiam, & turgere dicentur non incommode, magisq; etiam usitate. Interpres: nisi motus ad excretionem nos adducat, interpretatus est: ego de humorum motu intelligendum puto, per se, non de eo, quem commouere, uel excitare ipsi debeamus.

τὴν ἐκ τοῦ μέλιτος ἀνατροπὴν προσγινομένην τῷ στομάχῳ δεδιώς. Ex melle subuersionem, quæ stomacho accedit, ueritus.)Mel detergendi, & attenuandi facultatem habet. Quod quum factum in humoribus fuerit, ut incisi sint, atque detergeantur, simul paratiores reiectioni erunt illi, simul insurget ad reiectionem uentriculus. in quo subuersionis aliquid sequetur necessariò, præsertim in uentriculo, iam anteà bilis uomitionibus, & affluxionibus laborante.

Ἔνθα δὲ ἤτοι κακοχυμίαν ἐκκενῶσαι προσήκει, ἢ θερμῆναι τὸ πεπονθὸς μόριον, οὐ μόνον οὐδὲν ὀνίνησιν ἡ τῶν οὕτω στυφόντων φαρμάκων χρῆσις, ἀλλὰ καὶ βλάπτει. Vbi uerò aut uitiosum vacuare succum conueniet, aut affectam partem excalfacere, non modo nihil iuuat adstringentium ita medicamentorum vsus, sed etiam nocet.) Diligenter notandum: quoniam tertiò iam, ac quartò repetita leguntur ista de intemperatura humida, absque humoris uitiosi præsentia: quod quomodo fieri posit, docuimus. humiditas autem, quam pars totam imbiberit, iam humida inde facta, ea uerò euacuationem non requirit: sed neq; euacuari potest, aut debet: siccari potius cupit. Quod cùm alijs quibusdam, tum uel inprimis adstringentium pharmacorum

conſuſu aſſequimur, quibus exucta, exorptaq́ humiditas ea ſiccetur, atq́ abſumatur, partiq́ relinquatur tamen natiua, atq́ innata ſua. Contrà ſi humores præterea adſint noxij, uitioſiq́, adſtringentibus medicamentis his nihil nocentius: quippe quibus conſtricti, atq́ adſtricti partibus impingantur humores, qui euacuari debuerant. Animaduertendum igitur diligenter ne errata hęc incurramus, ſtudioq́ omni dignoſcendum, affectúsne hic, an ille ſit. Quod ut facilius facere, ac certius liceat nobis, præter alia admonemur à Galeno de petē do à cauſarum quoq́ cognitione indicio. Quæ ſi eiuſmodi præceſſerint, ut humidam efficere intemperatutam hanc poſsint, cui dubium, hunc potius, quàm alium affectum eſſe credendum? Sunt porrò humidorum cauſſę, quę ferè à Galeno recenſentur libro de morborum cauſis, quas legere eſt uolentibus. Hic ex potus tantùm, & cibi qualitatibus, præſertim uerò fructuum multorum eſu, potuq́ multo deductæ numerantur.

CAP. IIII.

τοῖς δὲ σιελίζουσιν. *Iis verò qui ſaliua multum eÿciunt.*) Sputatores maximos intelligit, affectum habentes, qui σιελισμὸς ex re dicitur.

ὀψαρίων γ καρίδων. *Ex piſciculis autē ſquillæ.*) Cum multa obſonia uocarentur, obtinuere, ut Atheneus ait, libro ſeptimo, piſciculi peculiariter, hoc ut nomine appellarentur, quod quidem obſeruatum à multis legas authoribus Græcis: uſque eò, ut ὀψοφάγους nonnulli eorum piſcium uoraces nominarint.

πόμα δὲ ὁ ὑφ' ἑκάστου πινόμενος ἡδέως οἶνος. *Potus autem vinum, quod vnuſquiſque libenter bibit.*) Intelligendum uinum quod cuiq́ adlubeſcens magis placuerit, atq́ arriſerit: non magnopere præter ſententiam Hippocraticam illam: τὸ σμικρῷ χεῖρον, καὶ πόμα, καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον.

Η σίναπι λεῖον σὺν ὄξει, μέχρι φοινίξεως. *Vel cum aceto ſinapi læuigatum ad rubefactionē uſq;.*) Sinapiſmus is fuerit, unus ex ſimplicioribus, qui in frigida intemperatura congruenter uentriculo quoq́ admoueri ipſi poſsit ſub finem, quum alia nō contulerint. Qua ratione metaſyncritica etiam medicamenta adhibebantur à multis, affectis diutius membris, & rubefacientia. Quamuis hic, præcedente ſtatim hunc uerſu, quum de applicanda pedibus, ac manibus cum aceto, ſpongia conſuluerit, pariter & de hoc faciendum idem eſſe, non immeritò conſuluiſſe uideri poſsit Archigenes.

CAP. V.

Ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ στυπτικὴ ποιότης, ἐν στομαχικοῖς φαρμάκοις. *Vincit enim adſtringens qualitas in medicamētis ſtomachicis.*) In therapeuticis edocti ſæpius fuimus, duo hæc inprimis uiſcera, uentriculum, & iecur, affecta, potiſsimum autem phlegmone laborantia, adſtringentium egere medicaminum: utpote quorum munus, atq́ officium cōmune corpori toti ſit. Præceptum igitur hoc fuit dogmaticorum medicorum omnium, caueatur, ut eorum facultas ualida ſemper conſeruetur: quod adſtringentium uſu ſemper ſecurè molimur, facultatum uires, ne dilapſæ diſtrahantur, in unum congregantium, unientiumq́. Repugnantibus quidem methodicis, ſed inepte, magnoq́ ſemper cum ægrotorum periculo, uitæq́ adeo ſæpè iactura, ut ex Theagenis philoſophi, & Attali medici Hiſtoria factum clarum à Galeno eſt. Et de iecore quidem deductæ per corporis molem uniuerſam uenæ, facilè commune habendum eſſe officium illius oſtenderint: uētriculus autem licet nihil tale habeat, quod ex ſe diſtributum per corpus deuehat, ut uenæ, nerui & arteriæ ſunt: conficiendi tamen ingeſti primitus cibi, mox per corpus uniuerſum diſtribuendi, officium habet: ut hactenus cōmuni ipſe non minus corpori toti munere fungi, dici rectè ſatis poſsit. Quo igitur magis rude alimentum, durumq́ adhuc, & nulla propè ex parte elabora-

 tum, ela-

tum, elaborandum accipit ipse, conficiendumque, ac superuacaneis excrementis multis liberandum, eò magis quoque facultatem requiret peragendo operi suo fortem, ualidamque: ut proinde adstringentibus pariter magis medicamentis opus habiturus sit.

CAP. VI.

ὑστάτης ἁπασῶν τῆσδε τῆς πραγματείας μοι γραφομένης. *Omnium ultimum quum à me hoc conscribatur opus.*) Idem dictum suprà libro tertio, in tractatione de aurium affectibus.

δεδειχότες ἐν ἑτέροις, ὁποίαν δύναμιν εἰς τὸ βαδίζειν ἑκάτερον τῶν σκελῶν εἰσφέρεται, τοιαύτην ἐν ἰατρικῇ τὴν ἐμπειρίαν τε, καὶ τὸν λόγον ἔχειν. *Quum alibi demonstrarimus, qualem facultatem ad gradiendum crus utrumque affert, talem in medicina obtinere experimentum, & rationem.*) Libro therapeutices Methodi nono in hunc sensum scripsit: quemadmodum quicunque uiam aliquam ingredi cupiunt, crure utroque uicissim utuntur: alterutro autem solo si quis claudicans utatur, plurimo in tempore, multaque semper cum offensione progressionem perficiet: ad eundem modum quisquis finem attingere cuiuscunque artis cupiuerit, duobus his tanquam cruribus, aut instrumentis, aut quo tandem cunque modo, uel nomine appellasse libuerit, uti debebit: methodo in speculationibus uniuersalibus, exercitatione in particularibus. Sed cur non Græca potius describimus authoris ipsius uerba Galeni? multo nanque significantius quam Latina, quod uolunt ostendunt. Habent autem sic: ὥσπερ οὖν ὅσοι βαδίσαι τινὰ ὁδὸν ἐφίενται, τοῖς σκέλεσιν ἀμφοτέροις ἐν μέρει χρῶνται, θατέρῳ δ' εἴ τις σκάζων μόνῳ χρῷτο, παμπόλλῳ τε χρόνῳ, καὶ μετὰ τοῦ σφάλλεσθαι πολλάκις, ἀνύσει τὴν πορείαν· οὕτως ὅστις ἐπὶ τέλος ἡστινοσοῦν ἀφικέσθαι τέχνης ἐθέλει, χρηστέον αὐτῷ τοῖς δύο τούτοις οἷόνπερ σκέλεσιν, ἢ ὀργάνοις, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν βούληται, μεθόδῳ μὲν ἐν τοῖς καθόλου θεωρήμασιν, ἀσκήσει δ' ἐν τοῖς κατὰ μέρος.

αἱ δὲ μεθ' ὑγρῶν τινῶν ἤτοι γε ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν πεπονθότων περιεχομένων, ἢ ἐν τοῖς σώμασιν αὐτοῖς, διαβρόχοις ὑπ' αὐτῶν γεγονόσι. *Alia verò cum humoribus quibusdam, vel in affectorum locorum capacitatibus contentis, vel in corporibus ipsis madidis ab illis factis.*) Tres igitur erunt hoc pacto intemperaturarum differentiæ: Prima in solis qualitatibus alteratarum partium, quæ affectæ fuerint, posita, absque humoris alicuius præsentia: solis hîc qualitatibus dixit: ποιότησι μόναις: alibi ψιλαῖς, nudis scilicet: eadem nominis utriusque significatione, quæ solam, puramque, ac nudam ab humore omni qualitatem notet: Altera erit, in duas secanda, sed cum humore utramque, atque una erit, eo contento in cauitatibus, siue capacitatibus, siue spatijs affectarum partium: altera in corporibus ipsis, earumque substantia, ubi contentus, perque totum immersus, atque imbutus humor, reddere facilè madida, atque irrigua, tum & exoluere, & relaxare corpora, quibus hoc contigerit, possit, ut quidem artus quoque ipsos relaxari sæpe uidemus humore aliquo imbutos, madefactosque. Ac de uentriculo dictum idem paulò ante fuisse meminisse debemus: quo planè aliquoties iam exemplo usus Galenus, hoc nobis intemperaturæ genus manifestius esse uoluit: ut notato diligenter, atque animaduerso discrimine, neque adstringentibus uteremur in facta ab humore, in affectarum partium spatijs contento, intemperatura: & uteremur recepto, imbutoque intra affectarum partium earundem substantiam corpusque humore, atque ex eo relaxatarum.

αἷς ἕπεται σηπεδὼν ἐν τάχει ταῖς ψυχραῖς δυσκρασίαις, θερμαῖς δὲ οὐ ταχέως, ἀλλ' ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ συμπίπτουσα. *Quas sequitur putredo in frigidis intemperaturis citò, in calidis non citò, sed temporis progressu contingens.*) Contrarium potius dicendum, atque existimandum esse uideretur: quantò quidem calida intemperatura propinquior est febri, quàm frigida, inque eam incurrere

semper

ſemper facilior:febriſq; ideò ex putredine calidã p otius, ac citius ſequi intem peraturam, quàm frigidam deberet. Cæterùm d uo notanda hîc ſunt: primum,putredinoſarum febrium cauſa obſtructio, in frigida intemperatura factumultò facilior,quàm calida: eamq; frigidi citius ſemper,ac promptius facturi humores ſunt,quã calidi. Itaq; citius in frigida, quàm calida à iecoris intemperatura oborietur ex obſtructione putredo, & putredinoſa febris. Alterum conſideratione dignum de iecoris eſt temperatura,ſponte ſua,ac per ſe ca lida ſatis: ut ſi frigida eius, cum aliarum partium multarum calida conferatur, futura non minus calida ſit:præſertim uerò, ſi naturalis,innatiq; caloris ſedem, focumq;,præcipue in uiſcere hoc à natura locatũ conſiderarimus. Calidam igitur iecoris temperaturam his de cauſſis bene,atq; abunde habendam fore calidã credemus.At huiuſmodi ſi fuerit,nõ ſine ratione paulò in hac tardius ſubortum iri febrem ex putredine quidem exiſtimabimus,multoq; minus obſtructionẽ: exuſſerit enim humores potius hæc,exaſſatosq; cõſumpſerit, quàm putreſcere,aut obſtruere meatus ullos ſinat:nõ ſolũ qui iecore contineantur, ſed etiã qui de meſenterij uenis in iecur ipſum ferãtur. Non ex nobis iſta fingimus: Galeni ſunt,ſic lib. de locis affectis quinto ſcribẽtis: *κατὰ γοῦν τὸ ἧπαρ αἱ μὲν θερμαὶ δυσκρασίαι κατοπτῶσιν καὶ συγκαίουσιν οὔτι περιυπάρχοντας ἐν αὐτῷ χυμούς, καὶ τοὺς διὰ τῶν μεσεντερίων φλεβῶν ἀναφερομένους.* Temporis tamen progreſſu hic quoq; febris tandẽ ſequetur aliqua, eo quòd tẽpore craſsiores uſq; facti humores, quos inconſumptos relinquit calor, obſtructiones facere facilius poterunt quã antea, cũ tenues adhuc eſſent: ſimul corrũpentur tandem, locũ nacti calidum, atq; humidũ iecinoris, & putrefactionem accipient, febremq; excitabunt meritò putredinoſam, nõ ſecus ac in affectu ex frigida intemperatura fit. In quo tenuis primò ſanguinis excerni ichor quidam ſolet, abſq; febre: procedente autem tempore, corruptoq; uiſceris ſanguine, febres accedunt, ut eodem in libro aiebat Galenus, in hæc uerba: *ἄρχεται μὲν γὰρ ἔστι καὶ χωρὶς πυρετοῦ τὸ κατὰ τὴν ψυχρὰν δυσκρασίαν πάθος, ἡνίκα λεπτὸς ἰχὼρ αἵματος ἐκκρίνεται. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ διαφθειρομένου τοῦ κατὰ τὸ σπλάγχνον αἵματος ἐπιγίγνονται πυρετοί.* Vt facilè iam uideri hinc poſsit rerum diuerſitas hæc, & diuerſitatis ratio.

γίνεται δὲ ἡ δυσκρασία κατά τε τὴν ἰδίαν οὐσίαν τοῦ ἥπατος, ἣν Ἐρασίστρατος ἡγεῖται παρέγχυμά τι, καὶ οὐ τὸ κυριώτατον εἶναι μόριον τοῦ σπλάγχνου. Fit porrò intemperatura etiam in propria hepatis ſubſtantia, quam Eraſiſtratus putat interfuſionem quandam eſſe, ac non maximè propriam hepatis ſubſtantiam.) Eraſiſtratus, ueteresq; fortaſsè illi alij, quorum ad nos non peruenere ſcripta, quantum conijcere ex eo, quod à Galeno hîc dicitur, licet, non exiſtimaſſe uidentur uiſcerum ſubſtantiam eam eſſe, quæ tamen eſt: corpus uidelicet uiſceris cuiuſque proprium, ſuumq;, ab aliorum uiſcerum omnium corpore, carneq; diuerſum ſubſtantia, & colore, temperamentoq; inprimis, atq; actionibus. Quod quidem corpus, caroquè in iecore uenis intertexta multis per totum diſperſis uiſitur: eodemq; modo in liene, ſed arterijs etiam non paucis: ſimiliterquè in alijs: nuſquam autem euidentius, quàm in capite dignoſcitur: multum ibi, plurimumq; ſemper apparens, quod cerebrum dicimus. Hoc quum uiderent maiores noſtri, uetuſtiſsimi illi, ita intextum in uiſcere quocunq;, ac ueluti interfuſum uenis, atque arterijs corpus: ignorata ſubſtantiæ huius, corporisq; ac partis eiuſmodi actione, quæ principaliſsima ſemper uiſceris totius eſt: ex eo, quòd uidebant, *παρέγχυμα* appellarunt, quaſi interfuſum alijs corpus: uaſorum forte, quibus interfuſum uiſebatur, tanquam fulcrum habendum id eſſe arbitrantes, nihil aliud Cũ intereà tamen actionem edat uiſcus quodcunq;, non alterius. alicuius quã carnis corporisq;, ac parenchymatis proprij ſibi ac peculiaris beneficio, & temperamento, propriam itidem, & peculiarem: ſanguificandi iecur,

 trahen-

trahendi, conficiendique melancholici sanguinis lien, renes serosam de sanguine discretam eliciendi partem: eodemque modo alia. Illud hoc loco addendum notatu indignum uideri alicui possit: de hepatis intemperaturis simillime agi hîc à Galeno, atque actum ab eodem de cerebri intemperaturis fuerat libro de Locis affectis tertio, in calce capitis quarti. Quamquam ibi quattuor ponantur cerebri intemperaturæ, hîc hepatis tres tantum: quarum una, quæ prima numeratur, in duas secabitur, ut quattuor fiant: ea nimirum, quæ iuxta propriam hepatis substantiam consistit. Nam hæc, sicuti ibi duplex erat, alia κατὰ τὴν διεσπαρμένην ὑγρότητα ἐν σώματι τοῦ ἐγκεφάλου· καὶ τέταρτον ἐπὶ τούτοις, ὅταν αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἐγκεφάλου δύσκρατον γένηται: Iuxta dispersam per cerebri corpus humiditatem: quartumque ad hæc, cum cerebri corpus ipsum, factum intemperatum fuerit: ita hîc duplex eodem esse modo poterit, quæ iuxta propriam hepatis substantiam dicitur: ex dispersa per hepatis corpus humiditate, altera; facto córpore hepatis ipso intemperato. Quibus uerbis quum id temperaturæ genus indicatur de quo toties iam dictum suprà fuit: quum madida, atque irrigua, & colligantium iuncturas artusque neruorum in morem resoluta redditur affecta pars: tum quod solius, atque unius qualitatis citra humorem, intemperaturæ genus dicebatur. Nam reliquæ duæ eædem prorsus reperientur esse hîc, atque ibi, licet paulo diuersis uerbis explicatæ. Quippe ibi, de Locis scilicet affectis libro: ποτὲ μὲν ἐν ταῖς κοιλίαις τοῦ ἐγκεφάλου συνίστασθαι τὰς δυσκρασίας: Aliquando quidem in cerebri uentriculis consistere intemperaturas, dicitur: hîc, καὶ δηλονότι, καὶ κατὰ τὰς, ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις αὐτῶν ὕλας: Ac uidelicet iuxta contentas in eorum capacitatibus materias. Ibi: ποτὲ δ' ἐν τοῖς καθ' ὅλον αὐτὸν ἀγγείοις: Interdum uerò in uasis, quæ in toto illo sunt: hîc, γίνεται δὲ ἡ δυσκρασία, καὶ κατὰ τὰς περιεχομένας ἐν αὐτῷ φλέβας τε, καὶ ἀρτηρίας: Fit intemperatura etiam iuxta contentas in ipso uenas, atque arterias. Vt appareat omnino, non diuersum sensisse hîc atque ibi Galenum, de intemperaturarum differentijs his, si qua modò narraui ratione accipiantur dicta eius.

Ἀλλὰ πλείους δυνάμεις, τοσαύτας γε τὸν ἀριθμόν, ὅσαι τῶν ἐνεργειῶν εἴδη. *Sed facultates plures, atque eas tot numero, quot actionum sunt species.*) Tria sunt, ut ex libro primo de Facultatibus naturalibus colligitur, quæ sibi mutuo respondeant, seque mutuo consequantur, opus, actio, facultas. Actionis causa facultas, operis actio: opus est, quod ultimo editur. Vt sanguis, quem sanguificatio, hepatis actio facit, opus est: hæc porrò actio à sanguificandi facultate, quæ hepati inest, manat. Vt meritò propterea, quot actionum species erunt, tot futuræ facultates quoque sint: simul autem & opera tot. Idem uerò traduci ad alia multa exemplum potest.

Καλῶ δὲ νῦν ἀπεψίαν μόνην, οὐ περιλαμβάνων τῷ λόγῳ τὴν βραδυπεψίαν. *Voco autem nunc cruditatem solam non comprehendens sermone concoctionem tardam.*) Ex libro de Differentijs symptomatum, quomodo rectè appellanda hæc sint, habebimus facilè. Actio (inquit ibi Galenus) uentriculi πέψις est, scilicet concoctio, ac ciborum alteratio in propriam animali qualitatem. βραδυπεψία autem, nempe tarda concoctio, cũ longo id tempore fit, ut cibus in qualitatem propriam quam diximus mutetur. ἀπεψία erit, id est cruditas, quum in aliam quidem qualitatem mutatur, at non quæ secundum naturam sit. Eadem uox, ἀπεψία nimirum, æquiuocè significabit etiam actionis priuationem: hoc est non solum quæ longo tempore, sed quæ fit nulla, non mutato prorsus cibo. Quam tamen loquendi, significandique ita consuetudinem castigasse mox Galenus uisus est his uerbis: καί τοι σαφέστερον ἦν, ταύτην μὲν μόνην ἀπεψίαν ὀνομάζεσθαι, δυσπεψίαν δὲ τὴν πλημμελῆ μεταβολήν, βραδυπεψίαν δὲ τὴν ἄρρωστον ἀλλοίωσιν. Atqui manifestius erat, hanc quidem solam apepsiam nominasse, dyspepsiam uerò deprauatam alterationem, seu mutationem, bradypepsiam imbecillem

eandem,

eandem Atque hæ nomenclaturæ si perpetuo obseruantur, multò & dicerent & intelligerentur significantius cuncta: si inquam concoctionis priuationem, frustrationemque ἀπεψίαν diceremus, notãte priuationem actionis uerbo: δυσπεψίαν uerò corruptam, ac deprauatã, sicuti rardatã βραδυπεψίαν, inprimis significanter. Verumtamen uariant sæpè authores, atque alia alibi interdum utuntur uerborum significatione: quod quidem modò rerum differentiæ seruentur, rationibus inter se suis distinatæ, permittendum aliquando. Vt hic Galenus, quũ ἀπεψίαν uocasse uisus sit etiam deprauatam concoctionem, non uetare tamen se addidit, quin cruditas pariter, ex eo, quòd secundum naturam alterationem non acceperit, ita uocetur. Atqui hanc ipsam clarius ἀπεψίαν nominandam esse dixerat, sicuti priorem illam δυσπεψίαν, libro de symptomatum differentijs, ut audiuimus. Nam, quam hic tertiam esse frustratæ concoctionis speciem dixit, eam uerò rectius sub βραδυπεψίᾳ reponendam esse crederem.

Ἔπειτα καὶ τῆς σαρκὸς αὐτῆς τοῦ ἥπατος. *Deinde & hepatis ipsius carnis.*) Testari possum, uisas à nobis aliquando cum alijs medicis quibusdam frustilatim delectas per aluum minutiores particulas quasdam, quæ esse alius, quàm hepatis ipsius non poterant. Papyro excepimus, inspeximus, tractauimus: erant quales diximus. Tunc Galeno melius adhibuimus fidem, reliquas etiam posse. Quid ni autem, quum & molis totius colliquetur corpus caroque in febribus, ex argumento dictis, colliquantibus? Tanto quidem magis hepatis parenchyma, corpusque ac caro, & minus dum, compactaque minus.

CAP. VII

Καλεῖ δὲ ταύτην κυφοειδῆ. *Vocauis autem hanc cyphoidẽ* Electariũ de passulis officinis nostris est hoc, ad descripta hic, descriptorumque ratione omnem & pondera reuocandũ. Nec quicquam est in eo, quod desiderari iã possit, aut debeat, omnia ad manus, & quidem legitima: passulæ, crocum, calamus (hũc enim Indis iam in usu esse retulere fide digni autores) bdellium, casia, cinamomum, nardi spica, odoratus iuncus, terebinthina. Hæc ætatis huius beneficio assiduaque inquirentium in hæc optimorum semper uirorum diligentia indubitata iam: ut uenire ad compositionem hanc, sine succedaneis ullis, minimeque (ut ita dicam) succenturiata possint. Vnus erat Aspalathus, de quo ambigebatur: sed & hunc Patauini collegij, doctissimorum semper medicorum diligentissimorumque pleni, non iudicio minus, quàm authoritate moueri debemus, ut Rhodium esse lignum quod ita officinę uocant credamus. Ego quidem credo: uincor enim rationibus, quæ legi, atque examinari ab unoquoque possunt.

Ἀλλ' ἢ ταῖς ὑγραῖς, ἢ ταῖς ψυχραῖς, ἢ ταῖς ἐξ ἀμφοτέρων συνθέσεις, ἢ ἄπερ ἄρα ταῖς μὲν ὑγραῖς ἰσχυρῶς, μετρίως δὲ θερμαῖς. *Sed aut humidis vt frigidis, aut ex virisque compositis, aut certè vehementer quidem humidis, modicè autem calidis.*) Si quis discrete ita, atque distincte animaduersas intemperaturas has obseruarit, successu semper utetur bono, nec fallax unquam experietur experimentũ medicamenti huius: expertus ipse affirmare hoc possum. Porrò autem huius instar habemus aliud, iuuantissimum sæpe repertum ad eadem, & ad eas quæ ultimo hic loco dicuntur, bene humidas, parum autem calidas intemperaturas: paulò etiam magis propter rosas additas, & santala, conferens. Recipit autem hæc: passularum enucleatarum unciam unam, pistaceorum drachmas tres, cuscutę drachmam unam & dimidiam, cinamomi, iunci odorati, casiæ ligneæ, singulorum scrupulos duos, croci scrupulum, spodij scrupulum medium, santalorum rubrorum alborum, rosarum rubrarum, singulorum drachmam mediam, sacchari albissimi, uino odorato diluti uncias sex: concinatur electarium horum omnium fermentatione, ex artis rationibus facta.

CAP. VIII.

Οὗ πεῖραν ἱκανὴν ἔχομεν. *Cuius abunde experimentum habemus*) Lupini iecoris fa

cultatem, experimentis à se comprobatam multis affirmare uisus est Galenus hic, in opere nimirum, quod omnium postremum compositum fuisse testet ipse. Nam quum librum scriberet de simplicium medicamentorum facultatib. undecimum, additum lupi iecur medicamento ex eupatorio sæpenumero, nihil tamen præstantius, aut efficacius reddidisse id testatus est. Potuit igitur non animaduersum prius satis, temporis deinde intercapedine aliqua animaduerti. Vel (quod dicendum, existimandumque magis esse uidetur) posset facilè lupi iecur, quoniam à substantia tota agit per se, solumque uires exercere suas, facultates quæ proferre manifestè: additũ, comixtumque alijs non possit, utpote quorum facultates, manifestiorum qualitatum uiribus operatas, nihil ipsum promouere quicquam ualeat, latenti proprietate quadam agens, non qua calidum, uel frigidum, uel huiusmodi Ideoque addetur mox à Galeno, medicamenta hæc intemperaturis omnibus conuenire, ὡς μήτε τὰς θερμὰς, μήτε τὰς ψυχρὰς δυσκρασίας βλάπτειν: Eò quòd neque calidis, neque frigidis intemperaturis noceant. Sanè uerò eodem nomine ratione que eadem non multum iuuerint, qualitatibus quidem manifestis, quibus etiam non nocent contrariorum ratione ex natura sua ita operatorum semper, ut prosint, aut obsint, diuersis perquè applicata.

παύτως μὲν γὰρ δέονται τῶν συφόντων φαρμάκων. Omnino nanque medicamentis opus habent adstringentibus.) Rationē reddidimus curationis huius suprà non semel.

IN LIBRVM NONVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS.

CAP. I.

Καὶ ῥᾶστα παύονται λύσεις ποτίμων ὑδάτων. *Ac facile cessant potabilium aquarum balneis.*) Quippe symptoma tantummodò est hoc, & quidem significationis illius communis magis, non autem propriè: morbus autem nullus.

Θασίων πικρῶν κεκαθαρμένων. *Thasiarum amararum repurgatarum.*) Amygdalæ ex hoc intelligendæ, sic uocitatæ, quòd in Thaso insula optimæ proueniunt. Quemadmodum suprà non semel ex simpliciter dicto scriptóue ἰλλυρικῆς, iridis intelligebatur ab illyrico petendæ, ob nobilitatem: & nunc Ambrosinas habemus quas alijs præferamus, amygdalas.

Ἢ λαχῆνος, ἢ ἐπὶ ταῖς κεράμοις, ἢ λίθοις γεννωμένης. *Vel lechenis in tegulis, aut lapidib. geniti*) Sicuti paulo ante de senecione dicebatur in tegulis enato. Tantum aliquando auctores natalibus herbarum tribuunt.

Ἔτι μετεωροτέρου τοῦ πνεύματος ὄντος, δὸς πιεῖν. *Spiritus sublimis adhuc quum fuerit, potandum dato.*) Μετέωρον πνεῦμα Hippocratis more dixit, in quo thoracis, humerique superiores musculi, cum alijs simul omnibus laborant Quod si quando post exercitationē ex deambulatione eueniat, ut hîc: cõcalfactas esse spiritales partes, & attractione aeris multa opus habere indicio erit, uiasque una cunctas, expeditè apertas esse significauerint, per quas, quod potandum dabitur, liberè, citoque pertranseat.

Ἢ ἐρεβίνθους κριοβιαίας. *Vel eruina cicera.*) Eruinum cicer dictum, ut ab arietino differat, sic uocato, quòd arietis caput similitudine sua referat. At eruinum multò rotundius, cætera simile: cuius Aetius quoque ipse meminerit. Rura nostra habent, præferuntque alteri, bonitate, ac facillore coctura.

CAP. II.

Ἐνίοτε μίγνυμεν αὐτοῖς τῶν αὐστηρῶν. *Quadamq; immiſcemus illis auſtera*) Hæc nanq; cùm facultatum uires cōſeruabunt, ne laxiores factę diſſoluantur, adſtrictione ſua coercitas: tum amaris mixta ad profundum, pet&q; omnes uiſceris particulas adigent medicamenta melius, tanquam manu quadam tetrò impellentia: præeuntibus autem amaris partium ſuarum tenuitate: ut de roſacei facultate dicebatur, libro tertio de ſimplicium medicamentorum facultatibus.

Ἡμιονίτιδος βοτάνης, ἣν οἱ μὲν ἄσπληνον, οἱ δὲ σκολοπένδριον λέγουσιν. *Hemionitidis herbæ, quam quidam aſplenum, quidam ſcolopendram dicunt*) Hoc loco hemionitidem herbam, etiam aſplenum uocari audimus, nō ſolum ſplenium, ut ſcriptum reliquit Dioſcorides. Huius porrò herbæ hemionitidos, & alterius aſpleni, quod ceterach officinis dicitur uoce Arabica, ſplenij pariter, & aſpleni nomina quoque ſunt: utriuſq; lienem minuere, atq; abſumere exiſtimatæ. Neſcias autem de utra hîc ſit ſermo: nam hîc hemionitidē herbam, aſplenum, & ſcolopendram uocari dixit: non multò uerò infra, aſplenum ediuerſo ſcolopendrium, & hemionitida dici ſcribetur: βοτάνη, inquit, ἀσπλήνου, λεγομένης σκολοπενδρίου, ἢ ἡμιονίτιδος.

Δίδου κύαμον ἑλληνικὸν, διὰ ὀξυμέλιτος. *Fabam Gracam dato ex oxymelite*) κυάθου ſcriptum eſt: ſed aſteriſcus additus mendoſum eſſe declarat κύαμον igitur reponendum. Græcam uero dixit, ne Aegyptiam crederemus, quæ plus, quàm Græca ponderat: grana enim pendet quindecim, ſi recta ineatur ratio ab ijs qui de pōderibus, & menſuris ſcripſerunt deſumpta: Græca autem, quam uulgarem quoque noſtram eſſe arbitror, multò minus decem circiter nō excedens grana, modò non altilis, ac ueluti magonio maior facta.

Ἢ βοτάνην τὴν λεγομένην πελαργίτην. *Vel herbam pelargitim vocatam.*) Num fortē herba hæc ea ſit, quam roſtrum tum gruis, tum ciconiæ dixerunt noſtri, multi autem acum muſcatam, Græci γεράνιον.

Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ δελφάκιον ἀνατμηθὲν ἄσπληνον εὑρεθῆναι. *Et poſtea reſectum porcellum ſine liene inuentum eſſe.*) Nō dicturus ſcripturusúe hæc Galenus fuit de ſuo, ut ego quidem exiſtimo: Aſclepiadæ ſunt iſta, uel eius potius (ſi quidem Aſclepiadem quoq; ipſum eximere uelimus culpæ tei ſupra fidem narratæ) qui hæc retulerit. ἰδὼς τὸ φάρμακον ἔλεγχεν inquit. Aut illud ἄσπληνον non priuationem ſignificabit ex toto lienis, ſed exiguitatē quandem: ut ἀτράχηλον dicimus exiguo collo aliquem. ſic inuentus potuit eſſe lien, exiguus admodùm, & modicellus, non autem penitus nullus.

Τὰ ἀφιστάμενα μέρη τοῦ σπληνὸς ἀποκόπτειν.) Τοῦ σπληνὸς legendum: cuius abſcedētes à cute partes, curandum ſit, ut reſecētur. Non multò enim poſt ita ſcribetur, καὶ τὸ ἀφιστάμενον ἀπὸ τοῦ χρωτὸς περικείρειν, τουτέστι τοῦ σπληνός.

Ἔξω ἔχων τοῦ ὕδατος τὰ σκέλη. *Cruribus extra aquam exertis*) Non ſine cauſa hoc fit: extra balnei enim aquam ſi ſeruentur crura, non diſtrahetur eò medicamenti facultas lieni impoſiti, balnei calore euocata, ſed in loco melius ſemper operata manebit ſuo.

Δεῖ δὲ πρότερον ταύτην ἑψήσαντα συστρέφειν. *Opus autem eſt prius concoctam hanc cō torquere.*) Cicumductionem longam multamq; ſignificat, quæ cū rudicula diu fit inter coquendum, donec cerati ſpiſsitudinem accipiat. Pharmacopœi noſtri ſtangezare uocant, & baſtonare ex argumento. haſtile enim capitur ad id aliquod, ſiue rudis, ut diximus.

CAP. III.

Φάρεως ὃ καλοῦσι ζέαν. *Farris, quod zean vocant.*) Erat enim multiplex far: triticeum etiam, adoreum, zeeum, hoc ipſum, quod nunc dicitur, ex zea: & alia huiuſmodi, ut alibi oſtenſum eſt.

Βίσασα, σπέρμα δ' ἐστίν. *Besasa. semen autem est.*) Dictum est de hoc in superioribus, quod satis sit.

Καὶ κνεώριον, ἣν φυτόν χαμαιλαίαν καλοῦσιν. *Et cneorium, quam herbam quidam chamæleam nominãt.*) Non erit propterea cneorium chamælęa, quòd nomine hoc à quibusdam uocetur: quid enim, si multo maxima pars non uocet? Et, ut pluri mi uocent, res esse diuersæ possunt sæpe, quæ eodem nomine nuncupentur. Sed neq; Galenus est, qui ita uocari scripserit primus: Archigenes est: ne frustrà authoritate hac Galeni moueamur.

πρᾶτον λιντίων. & mox: φουρνιτ͂ ἄρτῳ.) Verba sunt Græci medici Archigenis, Romæ degentis, Latinaq; ideò uocabula usurpantis linteorum, & furnacei panis, qui Græcis ἰπνίτης est.

Ἄκρως ποιοῦσιν αἵ τε θηριακαὶ διουρητικαὶ πᾶσαι. *Summè faciunt & theriaca omnes vrinam cientes.*) Cuiusmodi multæ describuntur libro secundo de Antidotis.

CAP. IIII.

τὰ ξηρὰ κόπτεται, καὶ σήθεται παχυτέρῳ κοσκίνῳ. *Arida tunduntur, & cribrantur crassiore cribro.*) Propterea quòd intestina magis petent, ac colico affectui proinde magis conferẽt, crassiusculè tusa, cribrataq; ita medicamenta. Quę quũ ad urinæ uias deducere, aut per corporis habitudinem, animus erit, curabimus ut tenuia magis sint. Extat historia simul, & præceptum rei huius libro quarto de sanitate tuenda, in compositione diacalaminthes, & diaspolitici medicamenti.

CAP. V.

Σταφίδος σὺν τοῖς γιγάρτοις. *Vua passa cum acinis.*) Vt in quibus magna quædam sit adstringendi uis, ac facultas.

CAP. VI.

Ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ, κατὰ καιροὺς οὐ προσήκοντας, κατὰ τὴν ἀπόκρισιν ὁρμῶσιν οἱ κάμνοντες. *Sed plerunque tempore non conuenienti agri ad excretionem insurgunt.*) Quo quidẽ tempore admouere locis illis medicamenta non licebit: ac si quid admotum fuerit, excrementis alui omne eluetur.

CAP. VII

Καὶ λειώσας καταπλάσσε, ἰσχυροτέρῳ μὲν οἴνῳ, πραοτέρῳ δὲ ὕδατι. *Et læuigatam impone, vehementiore quidem vino, mitiore verò aqua.*) Ex galla, inquit, cocta & ad læuorem deducta, cataplasma imponito: si fortius requiratur medicamentum, cum uino, si mitius, cum aqua.

CAP. VIII.

Κενῶσαι δ' εἰ χρεία, διὰ ἐνεμάτων τοῦτο ποιεῖν. *Quod si vsus euacuationis fuerit, per enemata id faciendum.*) Enemata etiam Latini sæpe, uulgoq; medicorum dicimus, clysterium significatione. In penis igitur affectu qui priapismus est, si futurum euacuatione opus sit, abstinendum ab euacuationibus per inferiorem uẽtrem factis iubet, ijs nempè, quæ per os sumuntur. Siquidem quum eæ de superioribus partibus humores cieant, poterunt hi facilè, ut mox à Galeno additur, in affectum pariter locum descendentes, fluxione eundem infestare, non autẽ per sedem omnes euacuari. At ex clysteris usu non id timendum: non enim commouentur eò humores superne per illum, sed sola certaq; erit deriuatio ab affecto pudendo ad uicinas sedis partes, ad quas euocati humores ferent atque exanientur. Illud, ἐνεμάτων, per uomitum uertit interpres: at certè enemata clysteres ipsi sunt, ita dicta quod injciantur siue immittantur. ἐνίημι quidem injcio est, & immitto, Græcis omnibus.

IN LIB. DECIMVM DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS.

CAP. I.

Μιᾶς δεῖται δυνάμεως, τῆς τέμνειν τε καὶ ἀποῤῥύπτειν πεφυκυίας, μετὰ θερμότητος ἐπιφανοῦς. *Vna opus habēt facultate qua dissecare & detergere cū manifesta caliditate valeat.*) Dissecare humorū crassitiem, detergere uiscíditatē: quę duo humorū succorumq́ue uitia maximam semper causam præbent calculi in renibus generationi. Non enim ex alia materia facilius gignitur: sicuti idem efficientem caussam habuerit renum pariter caliditatem: ut quod additum legimus, μετὰ θερμότητος ἐπιφανοῦς, Cum manifesta caliditate: mirum uideri alicui non īmerito possit, nisi alia ex parte existimandū esset, maius semper ex his iuuamentum sequi quàm sit nocumentum. Et alioqui, quum in transitu tantum quodam operentur hęc incidendo, & abstergēdo, nec diu morentur: sanè ne addere quidem renibus insignem aliquam caliditatem poterunt.

CAP. II.

Ἐνίοτε μὲν οὖν ὁ κατασκήπτων χυμὸς αἱματικός ἐστιν. *Interdum igitur humor decumbens sanguineus est.*) Negant sanguineum, aut biliosum, aut melancholicum esse humorem unquam posse, qui arthritidem faciat, & pituitosum uel serosum semper esse contendunt. Argumentum opinationis huius, si quæris, illud affertur: quòd si rubor, aut calor (inquiunt) interdū, maximeq́ue in chiragra, & podagra, cernitur, is non ex morbi essentia, sed ex uehementia doloris, qui ruborem caloremq́ue, nonnunquam & febrem accersit. Hoc argumento persuasos nos esse uolunt, ut repudiata ueterum ómniū, quinimo superiorum ad hāc usq́ue ætatem de his scribentium sententia, recipiamus suam: quod quomodo fieri rectè satis à nobis queat non uideo. Quid enim enim argumenti sit hoc? Rubor, ac calor apparet in chiragra, & podagra, sed non ex morbi essentia, id est, sed ex uehemētia doloris fit, q̄ hæc accersit, febremq́ue insuper aliquādo? Num quęso, ut demus à dolore interdū hæc fieri, nō proptereà sanguineus affectus is erit, quem dolor, ruborem, & calorem accersens, excitarit? Et dolórne ruborem semper, & calorem facturus sit? non opinor: nam loca corporis multa uidemus rubra calidaq́ue, nec dolentia tamen: ut in exanthematis multis fit, per corpus sæpe totum dispersis, ubi nullus, & in erysipelatis, ubi exiguus ualde interdum dolor, & calor ingens. Ergo nō semper rubor & calor dolorem, qui fecerit, arguerint. Sed nec dolor ruborem, & calorē, qui fiāt, factiue sint. Quoties enim dolentes partes corporis quasdam uidemus citra ruborem, & calorem? At semper, ubi rubor, & calor, ibi materiam subesse sanguineam rectè conijciemus: quis hoc negare audeat medicus, modo non illegitimus? Quam igitur causam non semper habet rubor, & calor, dolorē afferemus: & quam semper habet, sanguinem non afferemus? Mitto hîc dicere quam scite illud dicat: Dolor ruborē, & calorē facit: non .n. primo, ac per se id facit, sed accersito demûm sanguine, uel materia sanguinea aliqua. Sunt quidē symptomata hęc tantū quædā, rubor, calor, adeoq́ue dolor ipse: quib. si præterea tumor cum renixu addatur, quid aliud quæso habebimus, quam phlegmonem, uel phlegmonosum affectum aliquem? at ex sanguine phlegmone semper. Diffiniatur phlegmone: nihil aliud, quàm dolorosus tumor erit, cum renixu, ac tensione, & rubore, quæ omnia perpetuò insequuntur phlegmonem. ἀεὶ δὲ ταῦτα ἔστιν ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις, ait Galenus libro decimotertio Therapeutices methodi: tumor, tensio, renixus dolor, rubor. Si cùm cuncta hęc in una corporis parte aliqua adesse uisuntur, plegmonē adesse

scimus:

ſcimus: quum in chiragra, & podagra aderunt, nonne phlegmonem eſſe certò dicemus? Si phlegmonem, nõne ſanguinem, aut ſanguineum humorem? Hippocrates quidem phlegmonem appellauit, ſexta Aphoriſmorum ſectione in hæc uerba ſcribens: ὁκόσα ποδαγρικὰ νοσήματα γίνεται, ταῦτα ἀποφλεγμήναντα, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποκαθίσταται. Nec ſanè alio utitur, quàm phlegmones uocabulo, hęc ipſa explicans uerba Galenus: nec alio modo tractandos curandosq́ue affectus hos docet, quàm quo phlegmone ipſa curatur tractaturq́, ἐλλῶσι τὴν ἴασιν αὐτοῖς κοινὸς δεῖ πᾶσι τὰ φλεγμήναντα πάντα. Cur enim non diceret ita ac faceret Galenus, qui ipſe inter alia ex apparentibus ſymptomatis, affectuum affectorumq́ ſimul locorũ cognitionem deſumẽdam inprimis eſſe monuerit, artemq́ de hoc rationibus ſuis conſtitutam explicuerit, quam niſi ſequamur, iam non habituri ſumus, quibus indicijs, aut argumẽtis affectus affectasq́ una partes dignoſcamus? Quòd ſi hi ipſi, q pituitoſum tantũmodo, ſeroſumúe humorem arthritidem chiragramq́ & podagram facere contendunt, ſignis indicijsq́ ſuis adducti, cùm alijs, tum illo non minus, quòd ſæpè podagricus affectus quoſdam ſubalbidos colore ſpectarint: cur quum rubrum in alijs colorem ſpectãt, qui ſanguinis proculdubio eſt, non etiam ſanguinem hinc ſubeſſe pronuntiant? deberent quidem. Quæ enim maior ratio hîc, quàm ibi, ut ſi exalbidus color pituitam ſubeſſe neceſſario indicat, non et ruber ſanguinem indicet? Ne multa (quoniam profectò iam multi nimis ſumus in re non nimis argumentoſa) conſiderentur uerba, & diligenter expendantur: inſpicietur argumẽti uis ſtatim cuiuſmodi habẽda ſit Rubor, & calor chiragra in & podagra ex eſſentia morbi nõ ſunt, ſed ex doloris uehemẽtia. At doloris, ò boni, quomodo ruborẽ, & calorem afferet, ipſe nec calens, niſi adducto prius ſanguine? At ſanguis cũ eſt, notæq́ ſimul alię, iam eſſentia morbi eſt. Sic quidem neceſſariò eſſentiã morbi, phlegmones quippè ipſius, inuehet dolor, rubore, & calore cum renixu inuectis: quod futurum ſatis ſit nobis. Iidem, quod Galenus ſcriptum aliquando reliquit in commento paulo ante recitati aphoriſmi, πληροῦσθαι τὰς διαρθρώσεις, Repleri dearticulationes, in articulari morbo: δεχόμεναι δὲ, ait, τὸ ῥεῦμα τῶν πρώτων μὲν αἱ χῶραι τῶν διαρθρώσεων: Fluxionem hanc primo quidem excipiunt dearticulationum ſpatia: negaſſe uidentur ita fieri, eo argumento, quòd in nodoſa, tophaceaq́ podagra, atq́ chiragra, humor in calculum concretus, aperta, ruptaq́ cute, plerunque eruitur è digitorum articulis uinculo integro, atq́ illæſo. Sed, quamuis illæſo integroq́ id fieri uinculo, argumenti nihil afferunt: ut detur hoc, eruaturq́ concretus humor ille, eo, quo dicitur modo, extra uinculum ligamentumq́ poſitus: an non poterit intra dearticulationem pariter ipſam concretus eadem ratione cõtineri alius? Diſtorti quidem contortiq́ adhuc manẽt digitorum articuli, poſt erutos etiam tophos, utiq́ manente adhuc cauſa, quæ hoc faciat, aliqua. De iſchiade autem quod dicunt, ſi noxius humor in coxendicis pixidem conditus eſſet, nec tàm uehementem, quòd uinculum obtuſi ſit ſenſus, nec tàm latè diffuſum dolorem inueheret: dicimus nos, ſicuti in doloribus articularium morborum omnibus alijs fit, ita in coxendicis quoq́ dolore fieri: nempè, licet materia noxia intra dearticulationum ſpatia contineatur, parteſq́ circumuicinas occupet, ac ligamenta extendat, quibus nerui quoq́ ipſi ac tendones conſortij lege quadam coextendãtur, nihil tamen eſſe quod dolore at horum, doloremq́ afferat, præter neruos, ac tendones ipſos. Nec planè quicquam omnino, quod impediat uideo, quo minus exiſtimemus, coxendicis acetabulum humore repleri, quo etiam permadeſcant ligamenta, adeoq́ eluxetur etiam femur, neq́ tamen doloris ex eo quicquam perſentiatur, niſi nerui quoque & tendones in conſenſum trahantur, ex quo dolor demum ſubortus affligat. Vnde autem eluxatio niſi ex contenta intra cauitatem materia, qua madidum totum factum interius ligamentum relaxetur, interdum etiam diſruptũ ſecetur? ἄλλοισι ῥήγνυσιν, dicebat Hippocrates. Remedio enim eſt ignis, quo uſtu-

latæ

latæ partes eæ ab profundum resiccentur, ijs, quibus τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, καὶ πάλιν ἐμπίπτει. Iam uerò quod pro colophone opinationum suarum harum addunt, errare, quicunq; articulares dolores facturum humorem, ex intimis partibus in articulos irrumpere putant, sed partes externas tantum capitis, & extra caluam positas arthritidis originem esse, è quibus superuacaneus humor per sum̃a corporis, sub cute deorsum decurrat: eiusmodi est, ut pręstet, quamobrem non ita dici debuerit, ostendisse, quàm ut dictum nimiopere refellat: neq; enim hoc dicet unquã qui quomodo fluxiones in corpore fiant sciuerit, ac meminerit. A ualidioribus nanq; ad imbecilliores protruditur semper humor noxius partes. Quæ quum initio à natura non eodem donatæ fuerint robore omnes, sed principales magis, quod negare nemo audeat, cuiusmodi uiscera omnia sunt, ab origine statim sua factæ fortiores, ac ualidiores sint, minimeq; noxarum, quoad eius fieri potest, patientes: ab his ad imbecilliores principalesq; minus, quum impuri redundantisq; aliquid collectum in corpore fuerit, propulsi deferantur humores perquàm necessum est. Sunt porrò alijs aliæ imbecilles magis partes, uel à prima sui compositione, dum formaretur animal, uel errore deinde etiam aliquo, uel à natura ad id factę, ut reliquarum partium excrementa ac superfluitates susciperent, cuiusmodi cutis inprimis ipsa est, pro operimento omnium forinsecus corporibus addita, in corporis sæpè excrementa totius redundarent. Quod quum ità esse fateantur omnes, nec dici, sentiriue aliud possit: manifestissimaq; semper uiscerum omnium, atq; intimarum partium indicia spectentur, ad fortiter noxia queq; excernendum, seseq; noxis omnibus exonerandum imbecillissima in cute subiectisq; cuti partibus, atq; extimis: conuersa hi nobis ratione ab externis capitis partibus, & extra caluam positis, quarum debilis imprimis expultrix uis, & facultas, originem esse arthritidis persuadere conantur, è quibus per summa corporis sub cute superuacaneus humor decurrat? Quæro sponte ne sua, an impulsus excretusq;? Impulsus cogentur dicere, ne in demortuo prorsus corpore contingere hoc uideatur. At excretrix uis, quæ impellat, exigua in his, uel nulla: certè non tanta, quę facere arthritidem possit. itaque nõ ausi dicere, excernitur, detruditur, depellitur: decurrit dicunt: quasi delabẽs sponte sua defluat: quod in uiuo corpore quomodo fieri possit, non satis dispicio: quippè non facile commouentibus se sponte sua humoribus, sed operatis naturalibus facultatibus, excretriceq; imprimis. Et possit quidem humoris grauitas ad facilius descendendum conferre: sed commotionis initium à facultate semper excretrice, impultriceq; erit. Quæ quum in uisceribus, ut diximus, partibusqúe internis fortissima sit, in externis, atque ignobilioribus debilissima: quantò rectius, ac conuenientius ab his, quàm ab illis, arthritidis omnis originem desumendam omnem fore iudicabimus? Quæ sequuntur, quæqúe contingũt super rebus his, consideremus: id enim quoq; ad rem facit. Arthritide laborantiũ, chiragraq;, & podagra corripi solitorũ, deputent secũ qui ista legent, quot uiderint de externis prius tãtùm capitis partib. caluamq; extra positis querulos, & quot de internis, catarrho nimirũ, & destillationibus, qui haud dubiè cerebri morbi sunt: quotq; insuper de uentriculi affectibus, iecoris, lienis, pulmonum, uiscerum deniq;, præcordiorumq; omnium: ac sententiam tũ demùm ferant. Multò maximè plures futuros hos, quos secundo loco narraui, non dubitarim, quàm illos, quos primò, hoc est, queribũdos de partibus externis positis sub cute capitis. Quòd si authores quoq; quærant utri plures, hoc uel illud senserint, & suffragiorum ope agatur? quanquam in literaria republica, medicaq; præsertim non magnopere necessarium hoc sit. Sed si quæratur tamen: præter hos, qui ueterũ de reb. his nostra hac ætate, heri puta aut nudius tertius, tabulas refixerunt, ut figerent suas, paucissimos, uel nullos potius inuenias, qui nouare ista studuerint, omnes autem propè ad unum qui quæ nos quoq; nunc, ipsi pariter senserint, scripserint, dixerint. Vnus sit instar omnium Hippocrates dux,

ac subscriptor eius Galenus. Simul illud animaduertatur, si cui obseruasse i-sta diligenter in animo fuerit: & uiscera affectibus quibusdam, superueniente arthritide, podagraq; & chiragra liberari, aut certè alleuari solita: rursus cessantibus his, infestari ijsdem malis: certissimo argumento reciprocãtis inuicem materiæ morbificę à uisceribus in articulos, uiceq; uersa ab articulis in uiscera: quo propè modo ab Hippocrate epidemiorum sexto scriptũ legimus: ὁ τὸ ἔντερον ἐπιδήξιμα ἀρθριτικῷ ἐγένετο ἦν ἡσυχώτερος, ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἰητρεύθη, ἐπιπονώτερος. Non ob aliud, quàm ab intestino colo ad articulos deriuata materia, quę intestinum infestabat, fiebat hoc, quietoq; ita illo: uicissimq; deinde sanata arthritide, affectoq; iterum colo, utiq; materiæ noxię retrocessione. Sic enim locum hunc explicãs ait Galenus: ὅτι τῶν εἰς ἄρθρα φερομένων χυμῶν, ἐπὶ τὸ κῶλον ἐγένετο μετάστασις. Fluentiũ ad articulos humorum facta in colum fuit transmutatio. Nec dissimile est Galeni eiusdem, secundo in Hippocratis de natura humana librum commentario sententia, scribentis his ìis uerbis: libet enim adscribere, quoniam maximè facere ad rem mihi uidentur: πολλάκις δ' ἤδη τεθεάμεθα, τῶν ἐπὶ τὰ κῶλα φερομένων χυμῶν ἐν ἀρθρίτισί τε, καὶ ποδάγραις, ἀποκρουσθέντων ἐκεῖθεν εἰς τι κύριον ἐλθόντων, ἀποθανόντα τὸν ἄνθρωπον, εἶναί τε μίαν ἐλπίδα σωτηρίας, εἰ δυνηθεῖμεν αὖθις ἐπὶ τὸ κῶλον αὐτοὺς ἀντισπάσαι. Sæpenumero iam uidimus delatis ad manus, pedesq; in articulari morbo, & podagrico humoribus, si retrò pulsi inde, ad principalem partem aliquam peruenerint, interemptum hominem: spemq; tũc salutis superesse unam si fieri à nobis possit, ut ad manus, pedesq; iterum reuellantur illi. Verbo quidẽ κῶλα, ut ostensum nõ semel alibi est, extrema corporis partes significantur, quę pedes manusq; sunt, morbis his maxime ob noxiæ. Proferant nunc, qui secus, quàm ueteres de his scripsere nosq; ipsi nunc ueteres sequuti scribimus, sentiunt, locum authoris aliquem classici, in quo de descensu humoris à pericranio ad pedes, manusq;, eiusdémque reciprocatione ad moneamur, ut de uiscerum manuũq;, ac pedum locis retulimus nos: sed neq; hoc poterunt: & illud de expultrice uiscerum ui ualida, fortiq;, partium autem capitis externarum imbecilli, non satis scio, quomodo rationibus suis aduersari maximè nõ fateri cogant. Nam quod obijciunt, non posse à uisceribus, intimisq; sedibus humorem syncerum aliquem per uenas ferri, aut permistum nuper sanguini per ora uenarũ purum in articulos excidere, & huiusmodi quædam: dicendum in uniuersum omnibus, nõ miraturos hoc, & fieri facile posse concessuros, quibus perspectũ sit, quàm sagaciter natura facultatibus naturalibus illis suis, rationibus euidentissimis demonstratis usa, excretriceq; inprimis, simul & secernat, secretũq; statim excernat, atq; quò uult propellat ad partes debiliores, modò etiã extra corpus humorẽ purũ, sincerũ, impermixtũ alijs, si noxius is unus, solusq; corporib. sit, quoties quidẽ rectè atq; ordine, beneq;, ac solerter operata natura fuerit. In deiectionib. alui, & uomitib. purus deijcitur, aut uomitione eijcitur sępenumero humor, bilis utraq; seorsum, flaua, atq; atra, sanguisq; adeò ipse non parum sępè in febriũ cõtinuarũ iudicijs, ubi uenis corenti ferunt humores, cùm cõmixtus alijs, per nares, aut p hęmorrhoidas, ꝑpulsus excernitur: tùm uerò nõ minùs easdem febres, nempe continuas, finiri per sudores, nonnunq; etiam per uomitum, aut deiectionem alui uidemus. Quid aliud, quàm noxio, ac faciente febrẽ humore, qui permixtus sanguini fuerat, intra uenas, utpote in febre continuã, secreto tunc à natura simul atq; expulso per crisim, ac iudicium, unius, atq; eiusdem facultatis ui? Et mirabimur, si in arthritide idem fiat, ut ab intimis partibus in articulos per uenas perquè corporis habitum totum è uenis, locisque alijs, ab una aliqua in partem aliam quamcunque delati ferantur humores, puri ęquè ac cõmixti inę sequãdoq;? At uię non conueniũt: hoc. n. quoq; innuere uidet. Quomodo nõ cõueniunt? Possunt quidẽ accipiendis humorib. atq; emittẽdis reclusa aperiri uenarum ora: possunt per corporis ịdẽ habitudinẽ multipliciter propulsi uagari, uijs cum perspectis nobis, compertisq;, tum incompertis. An in omni-

in omnibus alijs prouida, sagaxq; existimata natura, in hoc sibi non inueniat uias, per quas noxiam materiam quamcunque impulsam erjciat aut foras, aut ad partes? Quamuis hic compertæ satis uiæ, meatusq; corporis omnes, ut ostendimus. Quæ si mirabimur, obliti uidebimur eorum, quæ in alijs multò maiore admiratione digna contingunt: ut in suppuratis, quorum contētum thoracis cauitate pus per membranas, seu uerius tunicas quasdam, quantùm quidem ex oculorum fide capere liceat, imperuias prorsus, transitu facto, ore tandem tamen reiectam frequens multumq; uidemus. Peruias quippè ipsa sibi reddit natura, quum uult. Vt in colico pariter cruciatu, quem sæpissime desinere in neruorū resolutionem experimur. Quas quæso ostendere uias possimus, aut quos meatus materię noxiæ illi permeabiles, ut propelli ad neruos ualeat? & propellitur nihilominus. Vel illud, de quo testimonium ferre certum possum, neq; solus interfui, aderant enim alij quidam, quum in nobilissimo uiro, non dissimili prorsus diabetæ affectu correpto, apij hortensis, quod petroselinum iam dicimus, per urinam reiectas frustulatim uidimus unguiū nostrorū magnitudine, quas ille pridie cū iusculo sumpserat radices? Quas tu mihi uias inuenies hic à simis ad hepatis gibba, quæ magnitudinem eam in transitu recipiant? Multa sunt huiusmodi, quę fieri nunquam posse existimemus, facta autem negare non liceat, perspecta, atq; explorata: quorum si reddere rationem nesciamus, neq; afferre causas possimus, non propterea non & fieri posse concedendum sit: sed comperta facti certitudo quum fuerit, admittenda ea sint. Meminerimus illius semper: ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα. Et existimari ab aliquo possit, crediq́ue non ineptè, in animante uiuo apertius patere omnia, meantibus, ac remeantibus temporum momentis omnibus, spiritib. uiuificis: ideoq; ultrò citroq; assiduè per patentiores uias agi trahiq; multa posse à facultatibus naturalibus, quæ multæ tunc, acuigentes, quàm in demortuo magis, in quo nullæ, nisi ex specimine tantū quodam, ut cùm ungues etiam eius succrescunt, & capilli.

ἀλλὰ τὸν ἰδίως ὀνομαζόμενον ὠμόν. Sed crudum propriè uocatum.) Qui quidem concoctionem quū acceperit, deposita cruditate, puri simillimus euadit. Huncq́ue ipsum Erasistratus, inspecto urinarum in febricitantibus sedimento, non crudum esse humorem arbitratus est, sed pus. Est porrò & colore, & consistentia, & odore à pure aliud crudus is humor, ut Galenus ait libro secundo commentariorum in Hippocratis de natura humana librum: ἕτερον γὰρ δὴ χρόᾳ καὶ συστάσει, καὶ ὀσμῇ τὸ πύον ὠμοῦ χυμοῦ. Paulò minus album pus, tetriq; in eo odoris aliquid, & consistentia sæpè tenuius.

Εἰ μὲν πληθωρικὸν εἴη τὸ σῶμα, φλεβοτομίας πρῶτον ἁπάντων παραλαμβανομένης εἶτα καθάρσεως. Corpus quidem plethoricum si fuerit, facta omnium primum venæ sectione, deinde purgatione.) Rectè: nā misso prius sanguine, euacuatisq; ità ex æquo humoribus, simul & faciens, facturusq; affectum euacuabitur humor, quicunq; ille fuerit: faciliorq; multò restabit eius, qui factus reliquus fuerit, repurgatio: imminuta quippe anteà eiusdem copia, ac ueluti depleto prius corpore uniuerso. Ita tamen accipiendum præceptum hoc fuerit, ut liceat nobis uenæ sectionē eam lenientibus aluum quibusdam anteuertere: quem planè usum non rarò præstiterit clyster quoq; aliquis.

Βδελλίου ὄνυξ. Bdellij unguis.) Bdellium ad medicamenti compositionem sumi uult, quod ungui odorato simile sit, tanquam commendandum magis. Nam & Dioscoridæ ipsi bdellium probatur inter cętera ungui simile: ἐοικὸς ὄνυχι.

Ἐπιγέγραπται βιβλίον Δαμοκράτους, κλινικός. Inscribitur Damocratis liber clinicus.) Medicina clinice erat ex tribus duas complexa partes, diæteticen, & pharmaceuticen: tertia chirurgice alijs relicta. Quem Romæ quoque fuisse morem scripsit aliquando Galenus: nosq; nostra hac tempestate ex maiorum nostrorum consuetudine idem sequimur. Clinicus igitur esse poterat liber diæteticus, & pharmaceuticus, huiusq; inprimis partis.

βοτάνην ἰβηρίδα, ἣν τινὲς καλοῦσι λεπίδιον *Herbam iberida, quam quidam Lepidium vocant*) At Pauli lepidium piperitis nostra est, acris cumprimis herba, ut nomẽ meruerit hoc ex sapore acri, qualis piperis ipsius est: uirium proinde non minorum, quàm iberis sit, de qua Dioscorides libri primi extremo omnium in capite egit. Nam secundi libri eius auctoris centesimum, & septuagesimum caput arbitrarer ego de lepidio, de quo nunc diximus, quippe piperitide ipsa, intelligi non prorsus inepte, atque accipi scriptum posse.

IN LIBRVM DE FACILE PARABILIBVS.

CAP. de dolore ex æstu.

Εἰ δὲ μὴ, πλέον τι ὄξους. *Quod si non, aceti adhuc plus.*) Aceti quartam tantùm adijciendam esse partem iubet, si modica quæratur refrigeratio: plus uerò si non hoc, nempe modica ut ea sit, sed paulò maior, requiratur refrigerandi potẽtia. Acetum enim, quamuis exigua quadam calefaciendi præditum potestate esse existimetur, tamen prӕter quàm quòd frigidas particulas habet multas, etiam altius ad profundum penetrans, eodem secũ refrigerãdi uires deferet, eoque maiores, quò plus pariter additum de eo medicamentis fuerit.

Ὅσα χωρὶς τοῦ καιροῦ ψύχειν δύναται. *Quæcunque citra tempus refrigerare valeant.*) Χωρὶς καιροῦ dixit, id est citra temporis conditionem, quæ calefaciendi fit. De dolore enim capitis agitur ex æstuatione in æstiuis caloribus: at herbulæ hæ refrigerant contra anni temporis naturam.

CAP. de dolore capitis ex vapore.

Καὶ μάλιστα μεθ' ἡμέραν. *Ac præsertim de die.*) Pugna enim tũc fit, & ex pugna, humorum, uaporumque exagitatio maior, magis proinde ac facilius impetentium caput: quippe trahente foras diurno ambientis aeris calore, intro autem reuocante somno.

CAP. de dolore ex renis cruditate.

Ἐφ' ὧν αἱ παραθέσεις τῆς τροφῆς, αὐτίκα κουφίζειν εἰώθασιν. *In quibus alimenti appositiones confestim alleuare solent.*) Reiecto per uomitum cibo dixit interpres ego cibi appositionem intelligi debere existimarem: usitatè enim dicimus Latini, apponitur cibus is: nec Græci minus dixerint, παρατίθεται ἡ τροφή. Ac appositus dolenti ita caput, sumptusque ab eo cibus, mitigare cruditatem poterit non parum per ἐπίκρασιν, quam attemperationem dicimus, & alleuamẽtum inde sentietur. De remedio autem ex uomitu, dictum priore uersu fuerat.

CAP. de dolore capitis ex potu vini.

Καὶ κράμβης ἀτμός. *Ac brassica vapor.*) Non solum, ut insigniter desiccantis ab sumentisque ideò uapores eos, uerumetiam ut proprietate quadam latenti uini naturæ, ac potentiæ aduersantis.

Μηδενὸς δὲ τούτων παρόντος, οἴνῳ χρῆσθαι. *Quorum si nullum adsit, vtendum vino.*) Tanquam siccandi, ac per halitum digerendi facultate non parua prædito: tuncque noxam quam intulit, dempserit quoque uinum idem, Peliadis hastæ exemplo. Verborũ horum interpres longè alium sensum attulit, atque etiam à ueritate, Galenique sententia, ut opinor, alienum.

CAP. de aurium phlegmone.

Νάρδος μετὰ βασιλικοῦ ἐγχεομένη. *Nardus cum basilico immissa.*) Basiliscum, therapharmacum

pharmacum pariter medicamentum dicitur, ex ceræ, resinę colophoniæ, picis, seui taurini æquis portionibus constans.

CAP. de oculorum fluxionibus.

Καὶ ᾠοῦ λέκυθον ἑφθὸν μετ' οἴνου. *Et oui luteum coctũ cum vino.*) Hoc iuuisse non semel uidi, uel si cum uino non coquatur, sed alióqui ex aqua, incoctis tamen oliuæ folijs.

CAP. de sanguinis reiectione.

Κόμμεως τραγακάνθης ἑξάγια γ *Gummi tragacantha hexagia tria.*) Hexagium quid esset, dictum suprà: drachmæ nempe unius, & dimidiæ pondus.

Ἀπέψητω ὅλως ποίησον. *Fac vt ad tertias coquantur.*) Subinde repetitur hoc uerbum, quo significatur, decoquendum quousque tertia tantum pars relinquatur: ne quis forte existimet, tertiam tantùm inter decoquendum absumendam fore partem, ut supersint duæ. Paulo nanque pòst ita scribetur: καὶ ὅταν τὸ τρίτον τοῦ ὑγροῦ ἀπολειφθῇ, βάλλε μέλιτος καλοῦ. Ac quum tertia humoris pars reliqua facta fuerit, adijce mellis optimi libras quattuor.

CAP. de lienosis.

Σίδηρον πυρακτώσας, ἀποσβέσον ὕδατι, καὶ δίδου πιεῖν. *Ignitum ferrum aqua restinguito, ac potandum dato.*) Nostri hoc sequuti ex fabri ferrarij officina aquam potui dant, eadem remedij ratione, atque usu. Tingitur quippè lacu ferrum ignitum prius, rursusqúe eductum igni imponitur ac rursus tingitur: fitqúe id multis uicibus.

CAP. de renum obstructionibus.

Ἐρεβίνθων τῶν καλουμένων κριῶν. *Cicerum, quæ arietina appellantur.*) Erant enim ἐρέβινθοι ὀροβιαῖοι, cicera eruina rotundiore figura, formaque: nõ quæ arietis caput referrent, ut arietina, sed quæ erui, siue orobi granum, unde eruina, siue etiam orobina ex argumento dicta.

Καὶ ὥραν πολλὴν διαλιπόντας, οὕτω τοὺς ἐμέτους ἄγειν.) Pro, πολλὴν, legendum esse, ὅλην, censerem: ut iubeamur, ab assumpta radicula horæ spatium integræ unius interponere, antequam cieatur uomitus. Nam si longius eo tempus protrahatur, non facile futurum sit, ut uomitio sequatur.

FINIS.

IVLIVS ALEXANDRINVS ARCHIATER CÆSAREVS, PRÆSTANTISS.

Medico MAPHAEO Fraccazzino
S. D.

EA fuit semper amicitiæ lex, quod tu ipse quoque optimè nosti, optime et doctissime Maphæe, vt ab amicis honesta petamus, & pro amicis honesta faciamus. Petijsti nuper à me, neq; verò sic tantùm petijsti, verùm expostulans propè efflagitasti, vt disputationem de Theriacæ in peste, pestilentibusq; febribus vsu meam, quam olim in maiore quodam otio conscripseram, edēdam curarem. Ego statim mecum: honestum ne hoc? Vt scilicet, si honestum videretur, honesta petenti amico non denegarem: sin aliter visum fuisset, nullo ego intereà tamen amicitiæ, quam arbitror iam inter nos ad summum peruenisse, violatæ crimine tenerer, si, quod amicitiæ non debetur, recusassem. Quumq; multa me dehortarentur, nec satis honesta futura facies videretur libelli, qui rem ab ingeniosissimis nostri temporis, ijsdē et eruditissimis viris, grauiter, copiosè, eruditè tractatā, omniumq; maximè cōtrouersam, ipse sibi quoq; non sine arrogantiæ alicuius nota, tractandam sumeret: tu verò contrà argumentis multis contendens niterere: adderesq; ad extremum, expeti hoc ab eruditis quibusdā: suspensum diu fateor tenuisse me iudicium, quid faciendum mihi hac in re esset. Donec illud quoq; uenit in mentem, de amicitia; quod dici solet, Communia esse amicorum inter se omnia: vt, si te pariter ad partes meas uocassem, ac defensorem parassem, cui non minus hæc ipsa placuisse animaduertissem, meq; ad hoc hortatus sæpè esses, adeoq; impulisses, communicatione hac, dum nomen hîc tuum quoque extat, nostra hæc, tua quodammodo fierent, amicitiæ causa: eoqúe plurimum ita mihi demtum iri culpæ, criminisqúe sperare possem, si quid ex hoc facto exoriretur, cui pariter ferendo, σωίτι δὴ ἀρχομένου futuri essemus paratiores. Quamobrem tu hoc, quicquid est, opusculi habeto amice charissime. quod aut supprimas, aut inuulges pro arbitrio: modò illud omnibus constet, me secundarum tantummodò in hoc partium semper fuisse, & esse voluisse. Illudq; memineris, quicquid inde eueniat laudis, aut reprehensionis, commune id utriq; nostrum fore: etenim κοινὰ τῶν φίλων, vt dicebam. Vale.

IVLII ALEXANDRI-NI DE THERIACA TRACTATVS.

IN arte medica factitanda, si qua alia in re, nouæ semper existere quæstiones possunt, atq; eæ minimè quidē logicæ, sed quę usum maximè medicum & exquisitū sæpè artificij rectè, atq; ordine perficiēdi rationē attingāt: ac quò morbi genus atrocius quodque est, plurimumq; semper medicis negotij exhibēs, eo & curiosius medentiū quisque noua excogitare remedia conatur, et rerū omniū satagit, ut diligenter undiq; cōquisitis aduersus morbum auxilijs pugnet, quē suspicetur, consueta sæpius, atq; usitata spernere solitū, non nisi nouis, ac ualidioribus quibusdam facilè cessurum. Id si quādo uerū fuit, uerisimū hodie esse reperitur, in peste, pestilentiumq; omniū febrium curatione. Tanq; n. aduersus malignum maxime, atq; exitialem morbum meritissimò undiq; inuestigant remedia, & ueluti cōtra infestissimū hostē, arma. Itaq; exortam nuper audire est inter doctissimos quosdā medicos quęstionē de hoc, nū in peste, & febriū genere pestilentiū, cuiusmodi sunt, quas lēticulares ex maculis lētiū quarundā instar in cute apparentibus, uocant, uulgò pettechias dicunt, inter alia remedia Theriacę quoq; usus futurus cōmodus sit, illius, quam ad Andromachū auctorē referūt: contendentib. alijs utilissimā fore, alijs contrà negātibus. Decet aūt benè institutū, probūq; atq; ingenuū medicū, non magna uerborū, nulla prsus animorū contētione, unius tantū ægrotantiū salutis causa cōtrouersias has agitare, atq; agitatas finire. Tū uerò pro se quisq; debet, cuiuscūque tandē nominis medicus, modò medicus, hoc est, nō sophista, non λογιατρός, de suo aliquid in cōmune conferre: exprompserit. n. interdū rationis nonnihil, quāobrem hoc, illudúe faciendum esse uideat. Plurimum aūt refert, hoc illóue modo agatur in his, in quib. (quod initio dixi) minimè omniū Logicæ quęstiones tractantur, exercendi sæpe ingenij tantum causa uersandæ, sed coniuncta semper cum earum excusione ægrorum unà salus, aut pernicies est, si hoc factum illóue modo fuerit.

Par est aūt in huiusmodi omnib. apud nos, qui quidē rationaliū medicorum nomine gaudemus, experimentū, qđ fallax semper, & periculosum, sæpè etiā incertū est, rationes ipsæ præcedāt, quas antegressas experimentū sequatur, itā tū quoq; certius. Etenim ante faciendorū rationē ritè initā experimētis factis, si plura eodē tēpore fiant, quod nā illorū contulerit, nescias: at ratione pręeunte, ualdè uerisimile est, qđ faciendū esse dictarit prius ratio, id denuò unū, experimento si comprobatur, habendū rectū fore. Peti autē rectè debent rationes ab inspecta rei ipsius natura: quam nemini dubiū esse potest, hoc in negotio, febrē esse putredinosam: confessione enim omnium, pestis, lenticularisq; morbus febris est, & putredinosa febris. Diligenter igitur in primis putredinis considerāda natura: nam febrem calidum, & siccum esse morbum, ac frigidis, atq; humidis ad curationem indigere, tanquā in cōfesso ponatur nunc, ostensum, demonstratūq; iam à multis. Porrò putredo, et putrefactio (putrefactionē hîc accipio, qualē accipere medici debemus, solitā corruptionē cōsummatā anteire: ut quidē res sæpè putrescere prius uidemus multas, tū deinde destructas corrūpi totas) non aliter fieri consueuit: quàm cū ab extraneo calore uictus internus rerū calor, cū humido innato suo euaporat, proq; eo extraneus multus introducitū humor, quo in primis fugatus, perit calor. Quippe uictoria humidi in calidum putredo est: tūcq; maximè uiget, cū uincente humiditate nimia intēte prorsus, periclitatur natiuus calor, ac dominiū iā exercet extraneus. Quo tēpore spectā-

da ma-

da maximè, atque attendenda putredinis natura fuerit, quum aduentitius in quā ac peregrinus calor humorque supra modū exuperāt: nam postcà euaporato penitus cum calore unà suo humido, siccescunt tandem putrida, atque ueluti in cinerem abeunt, fiuntque quod Aristoteles dicebat γῆ καὶ κόπρος, terra, & fimus. Sed tunc finita iam putredo est, inuehiturque tum rebus forma alia. Vt appareat putredinem, qua putredo, humiditatis quippe extraneæ plurimum retinens, ac tantisper dum putredo est, qualem diximus, siccis inprimis egere, ut tollatur, tum & frigidis, qua quidem parte præternaturalem calorem obtinet. Quamquam, qui reliquus factus est natiuus rerum calor in putridis, modicè quoque calorificis foueri debeat: ut hactenus quidem etiam opus habituri simus calidis, sed resiccantibus: nam hoc perpetuum in tollenda putrefactione seruandū semper est. Non autem existimare debemus, statim ut quæque inchoauit putredo, ad summum eam peruenisse, & momento temporis calorem exclusisse natiuum omnem cum humido: sed sunt hic quoque, ut in primis quatuor qualitatibus omnibus, ceu gradus quidam, siue eas naturales, siue uerò esse præternaturales, contingat. Nam cum primum putredo incipit (cuiusmodi quidem putredinem diximus, quæ secundùm partem tantum est) simul esse putrefactio aliqua potest, simul non parum initio caloris adhuc innati remanere, humidíque unà eiusdem generis, in quo calor: nam si nullus omnino is tum est, quonam tandem modo & ingestis in febribus huiusmodi cibi concoctio fiet, qualiscunque tandem, & pus sequetur laudatum aliquod ex materia putrida ulla? Reliquū igitur factum sit oportet caloris in his naturalis aliquid. quò quidem tempore & facilius resistitur putredini iam factæ, & futuræ occurritur: nimirū auxiliantibus innati caloris reliquijs, putrefactionem euincentis, si conuenienti remediorum usu adiuuetur. Permissa deinde liberius euagari putredo nisi coerceatur, uires subinde magis, magisque sumit, nec solum maior, sed & sæuior fit, ut & uicina tangens corripiat, quod putridi proprium est, à quo, quodcunque tangitur (apta tantum materia sit) ipsum quoque putrescat necesse est: & uehementior facta, latius serpens ultrà cōtendit: ac ueluti sese propagans, longius uires suas emittere, iā uehemētior, ac putredinosa magis facta, potest. Earum uerò, quę corpora nostra infestāt putredinū, alia est eiusmodi, ut in corpore orta, si forte ortum ibi accipere contingat, extra corpus non feratur: intusque manens, materiam ibidem nacta, quæ fere humorum ipsorum est, in eam putrefactionem suam reponit, in reliqua sæpe non transilit, nisi forte quatenus membra inde corpusque totum concalescit, siccescitque: affecto tamen prius ita corde, at non sic, ut putrefactionem inde in substantia, ac corpore sentiat, quamuis calore, & siccitate ab euaporatione putrida illa afficiatur. Quæ ferè intermittentium febrium omnium natura est, ac continuarum nonnullarum, in quibus mitior putredo quædam sistit se intra corpus, foras non prodit, ut reliqua in sui naturam proximè trahat putrefacta: sicuti planè paruus calor aliquis, remissiorisque caliditatis cuiusdam, non sanè longinqua magnopere concalfecerit: non enim tantum efficaciæ, neque hic, ut calefaciat, neque ibi, ut putrefaciat. Durat autem diutius in his putredo, præsertim in intermittentibus, quæ longioribus sæpe temporum spatijs finiuntur, nec maiorem tamen acquirit tempore putrefactionis gradū, quin intra corpus se contineat, propterea quòd plurimū adhuc caloris ibi innati cū humido innato suo, ut uincat tandem is, non uincatur. Alia uerò earum habetur febrium putredo, sed putredo tamen, non uenenum: maioris tātum putredinis, ac uehemētis magis ratione diuersa. memini enī Galenū ex putredine febres pestilentes oēs fieri pronunciasse, nō ex ueneno, sic. n. ait de differ. fe. 2. c. 5. καὶ διὰ τῶν λοιμωδῶν πυρετῶν ἁπάντων τῆς σηπεδόνος γινομένων. Atque hæc euaporatione sua multa, acrique inprimis, ac plurimū semper secum lentoris trahente, putredinis naturā suam

suam extra corpus emittere, eoq; transferre in alia, ac contagio afficere potest. Vtiq; eius quoq;, quæ intus tantũ latet putredinis quoquomodo contagiũ aliquod est, quatenus quidem ex contactu ibi etiam humores putrescũt, & incalescunt proxima: sed quia corpore contenta subsistit, non ultrà se exerit, minor quippe, minusq; aduentitiæ humiditatis, & natiuæ plus obtinens, ideò nec lõgius serpens, nec si serpet hærens, eiusmodi esse non censetur: est enim uberiùs ac propriè magis contagium illarum, quas modo narrauimus tanta præditas esse putredinis uehementia, tamq; acri, uti foras efferre putredinosam euaporationem suam illam, pauloq; magis acri, ac maligna putredinis uehemẽtia proxima natura sua inficere, atq; ob lentorem hærere facilius multo queant. Id autem ferè est aer, qui natura sua alteraru facilis, noxam suscipere, præsertim illiusmodi, solitus sit, quippe, quem perquam facilè, & incalescere, & refrigerari, humescere, siccari uidemus: ut mirum non sit, etiam præternaturalem sibi calorẽ aliunde, atque humorem, hoc est putredinem, haud difficulter accipere posse. Afficitur igitur primùm, atque etiam inficitur ambiens corpus ita ab euaporatione ea affectũ aer: quæque hunc ipsum tetigerint, seu corpora, seu indumẽta, seu quippiã aliud, quod aerosum sit, partibusq; aerijs non careat, illorũ statim corruptionẽ eã sentire aer, diuq; etiam retinere, nisi excussa perflentur, poterit. Sic uidemus uestes lineas, & quã lineas, laneas magis, et quã laneas, pelliceas, minus autem sericeas, putredinem hãc concipere, quòd in alijs plus, minus in alijs acris, minus & sorditiei insit: siccissima autem quæq;, & durissima, ut metalla, & lapides non uidemus nisi obducãtur sordibus, quæ facilè noxã eam accipiant, & acceptã retineant. Cuncta porrò hæc, ut aerẽ ita putridũ, eoq; modo corruptũ intra se obtineant, non corrumpuntur tamen ipsa, nec putrescunt, ob materiæ ineptitudinem, quam esse omni in actione aptã, & proportione quadam agenti causæ respõdere opus sit, ut passionem subeat. At corpora nostra, humana dico, quòd eiusdem generis cõstent, in quibus exorta initio fuerat putrefactio ea, siue infectum ita corpus humanum aliud tangant, seu quid aliud eodem modo, ut ita dicam, conspurcatum, fœdatumq;, ex sordido eo, corruptoq; aere, qui ex attrectatis corporib. alijsúe euaporat, nocumentum statim id intra se admittẽt, infecto non difficulter ab infecti prius aeris cõtactu proprio suo, uel qui in meatib. cutaneis hæret, uel qui per os attrahitur, uel utroq; etiã. Hęc est contagij (nisi fallor) ratio, quã in aere totã, qua modo diximus ratione uersari arbitror semper. Contagij dico, non nescius, pestis initio, inchoantisq; alias esse causas communes quasdã interdum posse, sed contagij petendas ab aere potius esse existimo, tam cùm principio suborta in corpore putredo aerẽ deinde, uti retulimus, inficit, quàm quum ab aere originem ducit initio, quacũque de causa corrupto, pestilentiq;. Concedendum enim esse equidem iudico, Galenũ secutus, *1.* de diff. feb. contingere aliquando posse, ut in corpore humano suborti humores putrefactioni tam parati inueniãtur, ut febris inde primò, ac per se, nulla extrinsecus ingruente causa, nisi aeris modica, & mala forte uictus ratione, aut priuata quadam temperamenti conditione generata, pestilenti febri simillima euadat, unde ob putrefactionis uehementiam, ac magnitudinem, & euaporatio de corpore fiat putredinosa, expiratioq; eodem modo, ac corporis uniuersi transpiratio sequatur, quæ & proximum aerem foris inficere, & in proximè accedentes transferre cõtagium possit: correptisq; deinde hocq; pacto alijs, atq; alijs, principiũ hoc dedisse pestilam alicui uideri queat: aerque ipse aliquatenus infici domos primò priuatarum, tum & uicorum, & platearum, iamque pestis hæc communem habitura hanc quoq; causam sit: quæ nihilominus dici propriè quidem pestis nõ debeat, antequã & deriuetur in plures malũ, simul & plures pereãt: qñ in uno tantũ, aut altero, si hæreat, λοιμώδης dicenda solummodò sit, non etiã λοιμός, ut paulò pòst ex Galeno docebimus. At frequentiorẽ multo esse pestis omnis, pestilentiũq; febriũ exortum ab aeris prius

aeris prius cōstitutionib. putredinosis, quicquid eas fecerit, esse nemini dubiū debet. Sed siue hoc, siue illo cōtingat modo, semper in aere contagio uerē, ac propriē dicta: non aliunde magis resiliēs, quā ab euaporatione maximæ, summæq; putredinis: cuius, ut diximus, diuersi ueluti gradus quidā esse uideātur. proindeq; euaporationē quoq; suā longius, aut ꝓpius emittere solita sit: ut interdum à maxima illa, atq; in summo posita etiā paulò remotior, proculq; distās infici aer, à minore uerò ambiēs tantū propè possit. in utraq; aūt paulatim serpere in multas aeris partes contagium, easq; simul corrumpere, ceu putrefactas, solitū sit, unde rursus in corpora remigret sæpè putredo, contagio eā correptā. Aer igitur in causa, noxā hanc suscipiens, in tantū quidem, ut, si quo tempore morbi hi sæuiunt, degere nobis in aquis more pisciū daretur, qui ipsi quoq; peste minimè tentari creduntur, si Aristoteli credimus, nihil sensuri quicquam aut percepturi pestilitatis fuerimus: quod quidem ad contagij rationē attinet. Neque tamen propterea non & aquam putrescere posse dico, terramque adeo interdū ipsam: sed transitum putredinis, seu putrefactionis in aliū, quæ contagij ratio est in his, aeris potissimum, atq; in primis interuentu unius fieri, vnde deriuari in alia deinde quoq; multa putredo queat. Ac scio alia esse insuper cōtagia quædam, nec sanè pauca, nec diuersæ tamē prorsus, quod ad hoc attinet, rationis, scabiosorum, ophthalmicorū, pthisi, elephantiasi ac Gallica lue laborantium, & huiusmodi alia, absq; febre, sed cum putredine tamen aliqua omnia: uerùm nos hoc loco de contagio tantum in febribus quibusdā agēdum nobis esse proposuimus. Neq; uerò medium tantūmodo, per qd' transitum in alium faciat putredo, esse aera opinamur, uerum etiā in quo contagionis fomes remaneat, donec attrectatus quoquomodo conclusus ibi aer, putrefactusquē attrectatione ea, uirus, uiresq; ueluti irritatus proferat suas, ut etiam solùm merus contactus corporis esse uideri possit, corpusq;, quod sanū fuerit, tāgat morbosum aliud. Non enim temerè hoc fiet, ut ex solo eo contactu corporū sequatr contagiū, nisi in illorū altero, quod morbosum diximus, inclusus aliquo tādem pacto aer, cōtagionis seminaria illa, hoc est μιάσματα, quæ nihil aliud, quā putrefactio ipsa sunt, seruet. Metalla quidē non seruāt, non lapides, non aliud quicquā nisi quoquomodo aerosum, & quod rarius omnino cōtextum, foraminosi nōnihil contineat, uel qd' appareat, uel quod ratione deprehēdi aliqua possit ubi conceptus aer putrescere, putredinēq; trāsfundere eam in corpora queat, foraminosa itidem, atq; aerosa, nō aūt solida per totū: ac quò aereę materiæ in his plus, & soliditatis minus, eò & facilius semper cū suscipietur putrefactionis noxa, ea tum in alia transmittetur cōditionis eiusdem corpora. Hinc planè, nec ob aliud credo, maiore cum periculo, & cōtagionis discrimine certius futuræ, indumenta ita ægrotantiū contrectamus, quàm corpora etiā ipsa, quod quidē credibile magis facit ratio. corpora nanq; ut meatus habeāt cutaneos, in quib. necessariò aerosæ substantię semper aliquid insit, tum per quos euaporatio materiæ eiusdē exhalet: at non apertos semper satis habent: sæpe etiā ex toto occlusos, ut tangenti nulla, uel minima certè repræsentetur exhalatio. Porro cadauera peste obeuntium (nam hoc obseruatum fuisse audio) impunè omnino tractari solere dicūt, duntaxat indumentis, amictuq; omni nudata, ut de quib. neq; per os, neque aliunde per meatus corporis ullos notatu dignum quicquā tunc euaporet, unde timeri contagium possit, antequam ex toto putrescant, ut cadauera deinde omnia faciunt. At uestitus, uestiaria supellex omnis, lectique adeò ipsi, & integumenta, lintea, aut lanea, lodices, atque alia, eiusmodi omnia sunt, ut aeris plurimum quum retineant, in ijs & infici ille, & infectus, nisi diligenter euentiletur, conseruari tandiu ualeat, donec in tangentem se, uel quoquomodo contrectantem noxam transferat: non hoc, ut ego quidem existimo, facturus, si duo corpora tantū essent, quæ se mutuò contingerent, nullo penitus

penitus aeris alicuius infecti interuentu. Atq; ea, quæ nõdum ad summũ deuenerit putrefactio, cuiusmodi ferè est, quæ pestilentes febres facit, non etiam pestem, nihilominus malitię multum continens, initiò, non, ut mitiores aliæ, cordis substantiam caliditate, ac siccitate afficit superficiaria tantũ, sed altius sese induit, uehementiaq; sua, atque acrimonia profundius putridos uapores suos defert primo, quasiq; putrefacere aggreditur: tum deinde, si paulò ulterius urgeat, summumq; illum putredinis gradum adipiscatur, ut pestis tandẽ euadat, etiam putrefacit, & absumpto tandem cordis humore omni, hecticam sępè inuehit, non abs ratione. Etenim, cùm putrefactio ipsa in rei, quam putrefactura est, substantiæ destructionem rectà contendat: necessariò, quò magis, magisq; tetenderit putrefactio, eò minus semper, minusq; innati humidi reliquũ fiet. at hoc nihil aliud fuerit, quàm uia in hecticam primum cordis, tunc & mortem. Itaq; & moriuntur plurimi ob ineuitabile malum, quod necessario interitus mox prorsus comitetur: & qui ope aliqua euadunt, hos uidere est, ægrè admodum ex morbis illis reficientes se, ac diutissime querulos, deiectis semper ad multum temporis uiribus, uix tandem ualde reficiẽti uictus ratione corpus resumere posse: &, quod scriptum aliquando à Galeno inuenimus, queribundos conualescentium quosdam de uentriculo: septimo therap. Meth. ὡς ἡ νόσος ἱκανῶς τὴν γαστέρα, καὶ ἀσθενῆ περιεποίησεν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, Malè scilicet affectũ fuisse ex morbo uentriculum, imbecillumq; imposterum factum, his quoq; casibus manifeste uisitur. Ex siccitate enim id fit, sicuti ibi uentriculi, ita hîc cordis, quũ putredo acris, sæuaq;, paulatim cordis substantiam, corpusq; ipsum destruens, humidumq; innatum sensim absumens, facit: ut, si pergat, exarescẽs atq; exuccum cor ipsum, & (quæ putredinis natura est) ueluti exustũ, peracta putrefactione relinquat: sin infrà subsistat, antequam perficiat ex toto, non leuiter tamen intereà progrediens reficcat, ex quo, quamuis cessante iam putredine, ob remanentem siccitatem, insignis illa in reficientibus se à morbo imbecillitas. Quin in ipso sæpè morbo, adeoq; inter morbi quoq; ipsius initia, tanta esse putrefactio potest, ut cor insigni illius malitia debilitetur, acrimonia sua, ac uehementia interiora cordis penetrante putrefactione, et substantiã, corpusq; eius dissipante, humidumq; innatum natiui caloris nutrimentum exugente. Prȩsertim uerò, atque in primis id contingit, cũ inspiratus aer ex putredinosa qualitate impuratus, inquinatusq; rectà impetens cor ipsum attigerit, putrefacturus idipsum, corpusq; illius ac substantiã mox destructurus, introducta hectica febre irremediabili malo, presertim quæ sit eiusmodi, ut cordis ipsius putrefactionem insequatur: τί γὰρ ἂν ἄκος εὑρεθείη ἕλκει ἐν τῇ καρδίᾳ σηπεδόνος; inquit tertio de Prænot: ex puls. Nam, quæ humorum intra cordis uentriculos ipsos, ac cauitates insignitè putrefactorum euaporationem causam habet, ea, tametsi satis mali generis ipsa quoq; haud ita diu pòst factura idẽ sit, nisi primo quoq; tempore occurratur: at occurri tamẽ potest, priusquam putrescere cordis corpus ipsum, ac substantia incipiat: ideoq; seruantur multi ex hac causa, quum ex priore, inuectam ad summum ex putrefactione cordis siccitatem, euadat nemo. Quum autem intemperaturam omnem debilitas semper comitetur partis, cuius intemperatura est: siccitatem maxima semper sequitur, tanquam proximam semper morti uiam sternentem: tantò magis si ex putredine id cordis fiat. Vt iam mirum esse non debeat, si quidem in peste, pestilentibusq; febribus ipsis, atq; lenticularibus, deijciantur uires initio sæpe statim, & ob hoc ipsum in primis (ut obiter de eo quoq; hîc dicatur) in multis à uenæ sectione abstineatur. Viribus namq; iam tum in morbi principio imbecillibus, præsertim tàm sæui, ut in horas debilitentur magis, quis uenam rectè ac consultò secuerit? Scilicet ut magis etiam nunc debilitentur inde: præsertim quum insignis tunc humorum malitia peccet, quæ minimè tolli, aut subleuari uena secta, uel non tam quidem facilè, aut commode solita sit. Ita quidem rectè factum à con-

tempora-

temporaneis Galeni medicis legimus, qui mittere sanguinem non immeritò uererentur in morbis tunc temporis epidemicis quibusdam, & pestilentibus, in quibus, sicuti nunc lenticulares maculæ, ita ulcuscula uaria in cute, ac diuersa apparebant. ὀλιγίστων δὲ (ait libro de boni & ma.suc.cib.) φλέβα τεμεῖν ἐν ἀρχῇ φθινοπώρου τολμηθέντων ὀλίγων ἰατρῶν. ἐδείλησαν γὰρ εἰκότως χρήσασθαι τῷ βοηθήματι διὰ τὸ προκαταλελύσθαι τὴν δύναμιν. Audax factum medicorum quorundam audimus, qui paucissimorum ægrotorum uenam in his secare ausi fuerint, idque inter morbi initia, quo tamen tempore ualdè uerisimile uideatur consistere adhuc uirium robur satis debere. Ac meritò quidem, ac rationabiliter, quòd iam tum quoque resolutæ anteà uires esse inuenirentur, eo auxilij genere uti uerebantur. Vt admoneamur ex hoc, quanta cum consideratione, quamque pensiculatè accedendum nobis ad id remedij in his sit: minimè quidem, ut omnino, ac penitus abstinendum ab eo fore iudicem: uerùm, id si faciendum fuerit, primo quoque tempore, ut fiat, antequam progressa latius putrefactio sese diffundat, proinde & uires debilitentur: quod factum quum fuerit (fit porrò his casibus in breui admodum tempore) proindeque ita cessante prima & principali mittendi sanguinis indicatione, quis est, qui rectè atque ordine, & cum ratione facturum se existimet, ut uenam incidat? Quòd si alia quoque desint (quæ sane pauca requiruntur) mittendo ritè sanguini, multò adhuc id faciendum minus erit. Sed non est hîc disserendi de his locus.

Animaduersa ita diligenter (quod quidem ad febrium harum naturam examinandam, propositamque nobis disputationem attinet) satis putredinis ac contagij natura, quantumque hæc posteà sæpè secum siccitatis demum trahat, simul ostenso: & illud, quo melius adhuc cuncta clarescunt, esse in aperta poterit: putredinem in his præcedere, sequi contagium solere: ex putredine enim contagium: & quidem quæ aeris semper fit. Nam licet primò oriri ea in corporibus quibusdam possit, ut paulò ante diximus: at cōtagium non dabit, nisi corrupto prius aere, ambiente primùm, tangenteque, ac racto, tum & remotiore, distanteque magis, si paulò atrocior sit putredo. Quæ dum intus in corpore latet, nec dum foras prodit, integram naturam suam sortiri, supremumque etiam sæpè putredinis gradum attingere poterit, priusque dici contagiosa queat, aut epidemica, si (quod fieri facilè potest) unus tantum, aut alter omnium primum peste, aut pestilenti febre, aut lenticulari corripiatur. Alterum nanque, ut contagiosa euadat, nisi correpto prius aere, & in alium quempiam per contactum deriuato, lues ea non fiet: alterum, ut epidemica, nisi populariter anteà per multos grassetur: sicuti sane, neque pestis, aut pestilens, dici haberiue febris debebit, nisi aut multo maxima, quod in peste euenit, correptorum morbo eo, aut maior, quod in pestilenti, hominum pars pereat. Quo quidem pestilentis significato indicari febres hæ possint, quales sunt lenticulares, toties repetitæ, in quibus pestis uisitur natura, morientibus pluribus, nec dum tamen consummata pestis est, neque ad summum peruenerint, λοιμώδεις ideò dici ut queant, non λοιμός, pestilentes quippe, non pestis. Hocque pestilentis significato hactenus usi sumus, tota hac disputatione, & usuri posthac sumus: quamuis non ignoremus, nomine eodem (dicendum enim in transcursu hoc) non minus indicari febrem quoque eam solere, qua quis forte (quod factu non impossibile esse diximus) corripiatur, ac naturam omnino pestis ipsius, & symptomata referat: etiam ut nulla tunc temporis in commune sæuiens grassetur pestis, λοιμώδης is pariter dicetur πυρετός: pestilens nempè febris, non pestis: nondum quippe populariter grassans. Sic quidem de prænot. ex puls. libro tertio scriptum à Galeno fuisse legimus: ἐπιδημίαι μέντοι γε καὶ ἄλλως γινομένας εἶδον λοιμῶν οὐ καὶ αὐτοὺς τούτους πυρετοὺς, ἅπαντας δὴ καὶ γέγραπται περὶ αὐ-

τὴν ἅπασι τοῖς ἀξιολόγοις ἰατροῖς, καὶ καλοῦσί γε λοιμώδεας αὐτούς. Porrò operepræcium est, aliàs etiam gigni absque peste febres hasce, quemadmodum quoque scriptum de his fuit à præstantibus medicis. Repetitumque uidemus idem ab eodem in tertio epidem. com. tertio, ut appareat, characterismum pestis uerum esse, non modò ut adsit febris, cuiusmodi pestis quoque ipsius est, sed ut maxima quoque semper mortalium morbo eo correptorum pars pereat, adeoque, quàm in aliquo alio morborum genere, maior. Nam quòd suspicari aliquis fortasse posit, perniciosos existimatos ab Hippocrate fuisse, lethalesque magis sporadicos morbos quosdam, longè aliter sensisse Hippocratem animaduertet paulò magis attentus lector. Excipiëtis namque uerba sunt eo loci pestilëtem morbum primò, tum deinde dicentis, acutos, qui ipsi ex sporadicis sæpè sunt, reliquorum omniũ lethales maximè esse. ὁκόταν γὰρ, inquit de rat. uict. acut. μὴ λοιμώδεος νόσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν. Cũ pestilentis morbi modus nullus communis grassetur, sed sporadici fuerint. Et reliqua, quę inibi legere est, apertè, quod diximus, testantis. Pendent igitur (ut redeamus, unde diuertimus) ex euentu hęc potiùs: atque in natura sua manet ipsa, quocunque modo ortum acceperit, aut undecunque causam habuerit, febris eiusmodi, putredinis insignis: maioris tamen, ac minoris ratione. Quòd si eadem perpetuò natura eiusdem & essentia manet, sicuti profectò manet, quæcunque tandem illam causam genuerit, & seu initio ex se orta fuerit, siue ex aere iam infecto, uel qua alia de causa originem traxerit: idem quoque semper curandi modus adhibẽdus, quoniam quidem, à morbi ipsius essentia rectè ad curatiuæ semper indicationes sumuntur. Quocirca semper habenda erit ratio caloris febrilis aliqua, putredinis autem maior, quoniam maiùs tunc inde quoque periculum imminet in huiusmodi morbis. Causæ autem diuersitas curationis modum non uariabit ex toto, siue ab ambiente ea euenerit, siue orta intus in corpore primò fuerit. Quod quidem dictum hîc in primis uoluimus, quoniam facturum deinde ad rem maxime est, quum paulò latius deinceps de his tractabitur. Neque tamen non habendam esse sui quoque rationem semper uolet causa: ut si obstructiones in causa sint, deobseruamus, si in aere putredo, huic ipsi resistamus, uel utrumque etiam faciamus, si utriusque signa extiterint: ex curatrice tunc quidem quoque medicinæ parte curantes, ut reseratis obstructionibus putredo iam facta tollatur, & quod factum fuerit febris, auferatur: neque minus autem in parte præcautrice uersari, ne febris, aut putredo maiores, aut nouæ aliquæ fiant. Ac perpetuò febrem unà, & putredinem præ oculis habebimus, in quas aciem intentionum nostrarum intendamus: alteram tanquam morbum, alteram tanquam proximè facientem morbum ipsum causam, quæ nisi remoueatur quamprimum aucto nimis morbo, internecionem repentinam minetur, destructa cordis substantia. Quandoquidem duo in primis hæc, pestem, pestilentemque simul febrem, ac lenticularem ipsam constituunt: febris necessario, nec necessario minus insignis, ac uehemens putredo: reliqua præcedunt aut insequuntur. Præcedunt obstructiones multæ, magnæque, neque semper tamen, sed in his potissimùm, in quibus ex prauo uictu per se suboriri febres eæ, absque ulla aeris infectione solitæ sunt: anteit sæpè illa ipsa aeris infecta corruptio, modò ex mala constitutione aliqua calida fere, atque humida supra modum, temporumque naturam, modò ex conuentu syderum inter se aliquo, qui hoc ipsum faciat, sed non nisi facta prius in circumambientem nos aerem impresſione. Namque & DEVM ipsum Optimum Maximum adducere pro pestis causa possumus: cui dubium? Sed qui sæpius causarum naturalium interuentu hoc ipsum inuehat: ac si quid tandem in morbis diuinum cœlitusque demissum contendat aliquis,

ut in pestilitate, non id tamen anteà fieri contendamus nos è diuerso, quàm introducta prius in aerem pestilitatis causa, quæ his casibus, nihil aliud, quã putredo ipsa sit. Atque hoc supernè: infernè illud, quoties, rerum fortè multarum putrefactione, stagnantiumque aquarum, aut palustrium locorum euaporatione, putredinosa aliqua, & huiusmodi alijs, idem contingit, ut putredo sequatur. Et quod Historicis referentibus credendum sit, Babyloniæ olim contigisse in Apollinis templo, ut aperta uetustissima arca exhalatus inde pernitiosissimus spiritus, pestem ad Parthos usque propagarit: Marcoque imperante ab Auidij Cassij militibus reserato, quod longissimo tempore occlusum prius fuisset, angusto quodam foramine, pestem deinde secutam ingentem, putredinis omnia soboles fuere, conclusi diu putrefactiq; ob id aeris. Quis nescit, maximam, ac præcipuam putrefactionum omnium causam esse obstructionem? At non perinde, sicubi in aperto de palustribus locis, stagnisue, uel terra quoque aliquando ipsa, tetri, atque extranei exhalarit aliquid, quod mortem quoque afferat, ut mephiticæ locorum exhalationes esse dicuntur, quæ hoc faciant, putredinem id dixeris: uenenum potius appellaueris: & uerò appellat Galenus, libro de nat. hum. com. secundo. Substantiæ quidem totius proprietatem alicubi nominat, quod deleterij proprium in primis habetur ab omnibus. Non enim non diuersi esse possunt generis, ac cõditionis exhalationes aliquæ, ut aliæ putredinem, putredinosiq; aliquid exhalent, uenenum aliæ, aut uenenosum quippiam: sequunturque adeo effectus genus utrunque proprij, ac sui, hîc ueneni, putredinis ibi. Mephiticas exhalationes illas cita mors, & repentina, atque, ut Græci dicunt, ἐν ἀκαρεῖ sæpè: apertam autem arcam, ac reclusum foramen pestis ex putredine suborta in aere, febresq;, putredinosæ quidem quoque illæ, ac maximè lethales, sed multo tamen serius perimentes. Putredinem igitur habuerunt febres hæ, exortaq; inde pestis, causam, aere ex infecto illam, non autem uenenum. Quòd si uisus tamen aliquando fuerit aliquis in peste eadem die perijsse, quod licet perquam rarò, contingere tamen potest, ingentissima quædam putredo id fecerit, non uenenum. Non enim uideo, cur si putredo, putredinosáue febris aliqua paulò magis adaucta, atque ingens, interficere sæuiente peste, sexta, septimáue die potest, maior autem adhuc facta, & ingentior, tertia, quartaque sæpè die efficere idem solita sit: non eadem, summum, omniumque maximum putrefactionis gradum adepta, & ingentissima reddita, interficere aliquem prima interdum, secundáque ualeat. Quorsum autem facimus uenenum ex putredine non necessariò, si putredo præstare idem potest? Nisi uerò mortes omnes repentinas à ueneno esse contendat aliquis, ac non morientes uideamus quosdam de repente alijs de causis satis frequenter, putrefactionemque ipsam in rebus etiam extrinsecis quotidie perspicere liceat diuerse admodum fieri, ac tardiùs, citiùs, medio tempore putrefactas corrumpi res, pro maiore, minoréque putrefactionis uehementia, atque efficacia, rerumq; putrefaciendarum resistentia: à putredine semper, ac putredinis qualitatibus fient omnia, manifestis, apertisq; satis non medentibus minus, quàm philosophantibus, atque etiam in confesso positis. Hoc, quod in rebus extrinsecis, atque inanimis multis spectamus, cur non euenire in corporibus pariter ipsis fateamur posse? vt putredo maior, minor, mediocris, maxima, materiam nacta putrefaciendam, paratam, rebellem, magis minusúe obnoxiam, modò putrefaciat, modò non, facilè id, non facilè, tardè, citò, diuersèq; admodum & multipliciter effectum reddat, ac fortasse, quàm cogitare secum aliquis possit, multiplicius, propter tam uariam corporum, & temperaturarum diuersitatem? Vt propter citas, celeresq; quorundam mortes peste laborantium, uenenum ad interficiendum accersere neces-

sum non sit: ac satis sibi, superque habitura putredo sola sit, ut hoc faciat, sed maxima, atque in summo. Quæ si præterea materiam inuenerit in corpore putrefactioni opportunam, factura sit id quamprimum, ut hominem iugulet, tam quidem fortasse citò, quàm uenenum aliquod: sed non illo tamen, quo uenenum ipsum, modo ac ratione. Hoc fiet, si in cordis humores putredo ingruat putrescibiles maximè, ex maximè putrefacto aere, uel partis quoque eiusdem spiritus non admodum uiuidos, uiuacesque, iccircò breui putrefaciendos, quo putrefieri modo spiritus possunt, breuique interituros. Nunquam tamen, nusquamque (quod diuersitatis non parum faciat) reperietur in peste tam cita, tamque festinata mors, ut, sicuti in ueneni sæpe exhibitione, intra horulæ unius spacium atque hoc ipso interdum minus, mortuus derepente aliquis concidat: aut, sicuti ex uenenata exhalatione, ac deleterica, &, quod Galenus protulit, à proprietate quadam agente subitò, & temporis momento, quasique in non tempore expiret aliquis, vt in locis quibusdam aornis ex argumento dictis, quòd superuolantes aues lethalis ueneni uis correptas uolatu extemplò, ac uita priuet. Prorsus ut alia omninò ueneni, uenenatæque rei, atque alia putredinis opera existimanda fore appareat. Porrò autem ex circumambientis nos aeris inspiratione quum omnia ista fiant, si morbi huius causa nobis referenda in uenenum erit, uenenatus aer sit priùs oportet: sed unde uenenum illi? Ego nullam commodam satis inire rationem possum, quo fieri pacto ualeat, vt ambienti nos aeri ueneni uis propriè dicti insideat, & quod sit δηλητήριον, pauloque diutius subsistere ibi queat, absque alio fomento, res tam naturæ animalium omnium aduersa, atque inimica, omniq; ex parte repugnans, multò adhuc, quàm putredo ipsa, magis, tum uerò cui recipiendæ minus multò opportuna sit aeris substantia, ac natura, quàm putrefactioni, cuius ipsius ueluti quædam principia in aere insint, siue potius in aeris parte circumambiente nos hac, uaporosa, atque habituosa semper, ut si natiuæ aeris caliditati, atque humiditati aduentitia alia accedat tanta, ut uictrix iam dominetur, continuò cessuræ naturales qualitates hæ sint, & successuræ præternaturales. Itaque putrescere aerem hunc posse in confesso apud omnes est: uenenari posse non est. Et, quod de Pythone illo scribitur à poetis, serpente tam magno, quem Apollo sagittis suis confecerit, omnes pariter de aeris accipiendum, atque intelligendum esse putredine consentiunt, quam sol radiorum eiaculatione paulò magis ardentium consumtam in nihilum redegerit. πυθὼ quidem putredo est Græcis similiter auctoribus omnibus. Sed ne sit (dicunt) uenenatus aer: at intelligimus ipsum, merito huius corruptionis, fieri aptum ad generandum uenenum in corporibus omnibus dispositis. Viri hoc dixere clarissimi, medicinæque uniuersæ consultissimi: ego uerò & facilius multò ex putredine putredinem oriri posse, ac solere existimauerim, ubi materia non aduersetur, quàm ex putredine uenenum: formamque eandem, uel eiusdem certè generis, in materiam introduci paratam debere mihi persuaserim, quàm diuersi: ut quidem diuersa esse inter se constat ex modò relatis uenenum, & putrefactionem. Et, qui dicunt, aerem in his non solùm in manifestis qualitatibus, uerùm & secundum totam substantiam immutari: deinde uerò, ijdem abditas pestilentiæ causas inuehentibus, cæcaque, & à sensibus aliena eius esse semina contendentibus, reclamant: ualdè uereor, ut conuenientia sibique minimè discrepantia protulisse ijsdem uersibus, defendi possint. Galenò quidem duo tantum, quod ad rerum harum rationem attinet, agentia sunt: parte ex una, ex simplicibus, manifestisq; qualitatibus, quæ agunt: sicut ex altera, quæ per cæcas, occultasq; causas, quasdamq; proprietates, atque à tota substantia agere dicuntur, ut magnes

gnes ferrum trahit, attractrixque in corporibus facultas exercetur, & cuiusmodi uenena, maximeque deleteria, hisque ipsis repugnantia alexipharmaca proprietate sua quadam, & secundum totam substantiam operata: ac, quantum meminisse possum, Galeno ex tota substantia, & proprietate rei, proinde latentibus pariter causis egisse, non diuersum fuerit. Plura adduci loca queant, quæ hoc testentur: sed quoniam de aere hoc loco tractamus, operæpretium erit, eius uerba adscripsisse ex secũdo in Hippocratis de natura humana librum cõmentario, quę ita habent: ὑπὸ μὲν τῶν ἀναθυμιάσεων ἰδιότητι μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῇ ποιότητι λυμαινομένων. i. Proprietate magis totius substantiæ, non simplici qualitate In eodem poni uidemus proprietatẽ, ac totam substantiam, quæ abditis causis agant, ex aduerso simplici qualitati, quæ manifestis. At hi tertiũ nobis quiddã facere uidentur, quod ego quidem dispicere non possum: nomẽ audio, rem non uideo. Non debet igitur, neque potest, quicunque actionem in re aliqua ex tota substantia concedit, is actionem eadem in re ex abditis ponenti refragari. Quòd si, ut uelle uidentur, in putrescentis aeris substantiam totam immutatam causam hanc reijciunt: sciant, se nihil aliud, quàm putredinis naturam ipsius afferre: at huius in aperto causæ, manifestæque satis sunt Neque Aristotelem credo, neque Galenum usquam locorum de putredine ita loquutos, ut causas in occulto esse dicerent. Putrefactio igitur, putrefactio inquam, est, magna, uehemens, ingens, quæ adauctis causis maior, maiorque euadens, & uehementiæ, & efficaciæ secum semper plus afferens, affectus ideò maiores quoque, ac uarios, cæterùm naturam perpetuò suam retinens, inducat. Nam quòd rationibus nostris obstare uideatur Galeni alicubi autoritas, diuersum quippiam, ut uideri alicui fortasse posit, scribentis, tantum abest, ut obstet, aut rationes id nostras infirmet, ut maximè confirmet. In Hippocratis epidemiorum lib. 3. calce phreniticus describitur, tertia die mortuus, tametsi in morborum contextu Hippocratico adscripta quarta sit. Ibi Galenus, ut cui uisum mirum fuisset, posse aliquem tertia die ex phrenitide interire, cũ se quarto, quintòue pereuntes die huiusmodi ægros uidisse assumet, tertio nullos, ex suborto in corpore ueneno, æruginolorumque humorum qualitate, ægrum illum mortuum dixit, non autem ob phrenitidem. Rectè sanè, & quod concedi facile posit. Neque enim negamus nos (quis enim neget?) sicuti suboriri in corporibus ueneni naturam posse scimus, ita ex tingui inde quosdam non minus posse, adeoque etiam solere: sed ueneni naturam à putredinis natura diuersam esse, & in pestilentia mortes nõ à ueneno, ut uenenosaque qualitate aliqua, sed à putredine contingere, hoc dicimus, hoc sentimus. Cui planè sententiæ nostræ, nihil prorsus, quod scriptum hic, dictumue à Galeno sit, repugnet: quin potius assertione quadã approbare quæ uolumus, cũcta hęc uidebuntur. Etenim si ex æruginosi succi uenenositate sequuta mors est: non ex phrenitide, sanèneque ex febre: cum febre enim phrenitis, & quidem putrida. Diuersum ergo à putredine uenenum hic quoque: quippe anteuertit uenenositas putredinem ad iugulandum hominem, quem iugulatura putredinosa quoque cum phrenitide febris ipsa fortè fuerat, sed paulo tardius. Non igitur ueneno demimus uires suas, sed diuersas res notamus, putredinem, & uenenum, quas ipsas diuersi pariter effectus sequantur: ut non continuò, quum duo hæc simul fuerint, si quid factum ab uno fuerit, ab altero factum contendere debeamus, aut consociata putredinis, ac ueneni opera necessariò existimemus, sæpe quum dissocientur. Et cur Galenus, si, ubi putredo est, ibidem uenenum quoque censuisset, uenenum hoc casu alibi quæsiuit, quàm in putredine? ut in corpore suboriretur uenenum, quod iam ante paratum in putredine esset? Nec, si putredinosa febre laboranti alicui, maioris etiam putredinis, quàm phreniticorum ipsa sit, scilicet cuiusmo-

di pestilens febris est, pestisq; ipsa, exhibitum uenenum fuerit, uel etiam subortum forte in corpore (quod an fieri possit his casibus, non disputo nunc: sed ut quoquomodo tandem fiat, factum fuerit) & pereat æger, uenenosa illum putredo, aut uenenosa febris interfecerit, sed uenenum, si uehemens aliquod fuerit. At dicunt, in epidemiorum tertij constitutione pestilenti facta fuit à Galeno ægroti huius mentio ex ueneno pereuntis: ut uenenum ex hoc ostendant in peste esse. Quid hoc esse dicemus? num interdictum Galeno fuisse opinabimur, Hippocratis uerba explananti, ut ne quid omnino afferret, uel si ad rerum intelligentiam facturum esse uideretur, quod non constitutionem pestilentem ipsam attingat? Quid si autem ostendo ægroti historiam huius phrenitici, pestilentiæ adscribi non debere, nec posse, neque eiusdem conditionis esse morbos, quibus affecti fuere tertij epidemiorum libri additi ad finem ægri, in quibus & phreniticus is cum pestilentis constitutionis illius morbis: num ueneni mentio illa in phrenitico, uenenum nobis statim ex putredine, uel etiam in putredine? Non sanè magis faciet, quàm si alibi scripta hæc haberentur omnia. Retro igitur parum si agitur lectio, ad paginam usque quaitam in titulo περὶ τῶν μετὰ τὴν κατάστασιν ἀρρώστων. De post constitutionem ægri, scriptum ita inuenietur, ἐν γὰρ τοῖς τούτοις ἀρρώστοις, ἴστορον οὐδὲν διὰ νοσημάτων πλὴν τὰς ἀρρωστίας ὑπ' αὐτῆς, κατὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν. i. In sexdecim enim his ægris, morborum species alia est, quàm dictorum ab ipso, in pestilenti constitutione. Cum igitur animaduerteret Galenus, laborantem phrenitide ægrum tunc tertia obijsse die, citius, quàm phrenitide correptis conueniat, & simul sciret pestem non esse morbum eum: necessariò tam acceleratæ mortis causam in uenenum referendam habuit, æruginosæ præsertim materiæ uomitu persuasus: idem fortè fortuna non dicturus, si pestilentia affectum esse eundem putasset, quippe quem paulo maior, ac sæuior pestilentis febris putredo interimere, absque ulla ueneni suspicione, intra tertiam pariter diem potuisset. Sicuti planè nec in Critone quidem, libro commentariorum tertio, in epidemiorum primum relato, ueneni ullius mentio ibi à Galeno fit: qui tamen æger secunda statim die obijt, citius, quàm phreneticus: κακοήθως δ' οὗτος αὐτῶς, tantum dixit. at κακοήθεις putredinosæ febres multæ, maxime uerò pestilentes, neque uenenosæ tamen propterea. Posítque Crito is pro exemplo esse pereuntis alicuius ex putredinosæ, ualdeque pestilentis febris uehementia citissimè, bidui nempè spatio: quo quidem breuius in peste morientium tempus non sanè frequenter reperias. At uenenorum numerari genera non pauca possint, quæ hoc faciant, multoque adhuc citius, horæ sæpè unius, uel semihoræ etiam curriculo interimentia, ut supra monuimus. Hæc paulò nobis explicatius afferenda fuere, & de putredine, ac ueneno differenda, quoniam ad disputationis discussionem nostræ plurimum relaturum sit, ueneni ne, an putredinis uis in febribus his existimetur, quæ ea, quæ contingere uidemus, faciat. Ex inspirato igitur aere tali, uel per cutaneos meatus attracto, putrefactio febresque fiunt: quas tamen aliquantò facilius in corporibus, plenitudine, atque obstructione multa laborantibus gigni posse crediderim: ideoque præcauentes, siccare maximè, atque inprimis corpora, & simul deobstructis meatibus omnibus, perspirabilia reddere iubemur. Argumento hic quoque non paruo putredinis, non ueneni, febriumq; ex insigni potius putrefactione generatarum. Nam sicuti (ut dicebat ille) sanatio ostendere morbum solet, ita sanè & præcautio, quæ in eodem cum sanatione, medicorum omnium consensu, genere uersatur. At quæ deobstruendi & siccandi uiribus sunt prædita, præcauendis potius putredinibus, putredinosisq; febribus & sanandis eisdem conuenient, quàm in ueneni

neni, uenenatæue materiæ ullius præcautione, aut sanatione: ubi ex his quoq; peti auxilij aliquid licebit, cæterùm potissima, ac præcipua subueniendi dos, ac facultas ex eo petetur, præcauendi iuxtà, ac curandi, in quo plurimum positum fuerit repugnandi uenenis uirium ex proprietate quadam, quæ uocare alexiteria solemus. Atq; hæc satis sunto comprobandis his, quæ comprobata, confirmataq; in primis uolumus, ut credere possimus putrefactionẽ esse insignẽ quandam, quæ cuncta hæc faciat, hancq; ipsam reliqua sequi, quorum reddi omnium, ac singulorum ratio non ita difficulter possit, ex putrefactionis ipsius natura desumpta, ut partim dictum iam fuit, partim dicetur adhuc. Nam quòd ob admirandos effectus quosdam, quos euenire uidemus, inttroducenda necessariò occulta, ac uenefica, præter putredinẽ, qualitas alia quædam sit, non defutura sunt, quærẽtib rerum exempla, in quibus, seruata rei in uniuersum manifesta, atq; aperta qualitate eadem, ac forma, diuersi tamen prodeant, ac miri effectus quidam. In uentriculi corruptela, quæ nidorulentiam facit, nemo non dixerit medicorũ, caliditatẽ in caussa esse: quam ipsam quæ sequantur sępè, quàm uaria, quàm mirifica, atq; extraneæ omninò conditionis alicuius experimur sæpè. Pisces alius eructare uidetur comesos, quos nullos comederit: oua alius ex sartagine frixa, alius cœnosi quippiã, aut putrilaginosi, atque indicibilis omni nò facultatis nescio cuius, ex caliditate omnia. Quid in melancholico affectu? quàm uariæ repræsentantur phantasiæ imaginãtibus rerum species? ex eiusdẽ tamen speciei humore. Cur non ex eiusdem pariter speciei putredine uarios ac mirificos prodire effectus posse existimemus? At enim minora sæpe in his signa putredinis apparent, & ueloctores mortes contingunt, & accidentia grauissima fiunt, ut non eandem hæc habere putredinem uideantur. Diximus anteà, & dicturi semper sumus, non eandem esse caloris febrilis in his, & putredinis rationem: ac contingere sæpè, ut febrilis calor maximus quidem sit, putredo autem minima, ut in tertianis ardentissimis euenit, continuis æquè, atque intermittentibus quibusdam: fieríque è contrario, ut cum maxima putredine caloris febrilis minimum insit, quod genus multò maxima febrium pars est in peste grassantium: ibiquè tum non satis rectè, opinor, dicemus minora esse putredinis signa, ubi maxima uisantur, eóque maiora, quò caloris febrilis minora. ὅμως οὐδὲ σφοδροὶ κατὰ τὴν θερμασίαν εἰσὶν οἱ λοιμώδεις πυρετοί, nono de Simplicium medicamentorum facultatibus Galenum dixisse memini: ex calore uehementes non esse pestilentes febres. Neque tamen non & harum ipsarum inueniri quasdam scimus ardentis, atque incensi cuiusdam caloris intus, acris in primis, æstuosique & putredinosi, foris autem mitis, sed qui tamen tangentis manum feriat acrimoniæ uehementia, atque ab expiratione quoque male olente insignis quædam putredo subesse per totum deprahendatur. Omnium tamen pessimæ, maximequè lethales, in quibus insignis, atque immensæ putredinis illius uehementia, quæ humore nimio præternaturali constet, uelut uictus, obrutusque iacet febrilis calor, ut uires exercere suas nequeat, usq; adeò quidem, ut ne ægroti quidem ipsi febrire se sentiant interdum, & medicorum multi decepti fallanẽ inanimaduersa sæpè febre, quam putredo nimia, ut dixi, tanquam sepultam occultet. Atq; hæc sunt immensæ, & ingentis putredinis signa, non autem, quum sensu deprahendi febrilis calor caliditate, siccitateque sua insignis possit. Quo sanè factum quoque fuerit, ut sicubi reperiatur scriptum ab Hippocrate, pestem sine febre, id contendant non mediocriter eruditi de indeprensa, incompertaq; ob caloris febrilis exiguitatẽ intelligendum esse febre: quod tamen de uerè, ac reapse ægrotis sine febre, grassante tamen in alijs cum febre aliqua peste, accipi debere, apertè satis patet. Locus est in pestilenti tertij epidimiorũ libri constitutione illa, ubi ita aliquando ex

do ex Hippocrate legas: ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα, καὶ ἄνευ πυρετῶν. In febribus inquit, hæc, & sine febribus. Quis non miretur sine febre audiens pestem? quam tamē haud scio an rectè, aut propriè uocemus pestem: quandoquidem pestilentior censendus semper affectus sit febrem aliquam qui facit, quam qui non facit. Non faciens enim, ad ignobiliores partes depulsæ, ad cor uicinásque cordi non peruenientis putredinis signum: quod à Galeno pariter notatum ipso uidemus, locum, quem modò attulimus, Hippocratis explicante, atque ita scribente: τινὲς μὲν, οἱ τῶν πολλὰς ἐχόντων τὴν τοιαύτην σηπεδόνα, καὶ χωρὶς πυρετῶν διεφθάρησαν τὰ μόρια. idest, Quidam tamē eorum, qui in superficie putredinem huiusmodi haberent, uel absque febre corruptas habuere partes. Quorum etiam nonnullos ob id euasisse addit: quòd humorum malitia per partes ita corruptas excreta fuisset, uti iam hoc quoque ipsum plurimum de pestilitatis natura demat, si euadere contingat maiori ex parte: cùm è diuerso in peste uera, plures semper moriantur. Et quanquam quosdam scripserit Galenus, mihi tamen ualde uerisimile fit pluribus idem contingere potuisse, ac debuisse: ubi enim eædem causæ, cur non idem quoque expectetur effectus, & successus merito? Non perueniente igitur ad cor putredine, nec præcordia tangente, eoquè nec febrem faciente, sed in superficie extimisque, uel etiam extremis partibus manente, arbitrarer ego uix decimum quenque ex ita affectis periturum: proinde neque affectum talem, inter pestilentes uerè deputandum. Sed ut non pauci hi fuerint, qui ita affecti euaderent: potuit tamen multò maior ægrotantium reliquorum pars perire, in quibus uerum pestis nomen seruaretur, in alijs non itidem. Neque enim necessum est ut quisque ægrotat pestis tempore, continuo eundem ex peste quoque interire: quamuis non dissimiliter interdum prorsus ægrotet, eademquè prorsus putredo fit. Sed quæ tamen omisso corde ac præcordijs partibusquè nobilioribus, ignobiliores aliquas arripiat, proinde nec febrem ullam faciat, sed nec sanè interimat: adeoquè hanc ob causam censeri, dicíque rectè pestis nequeat, non morientibus ex his plurimis. Prorsus ut uerum adhuc illud esse appareat, pestem sine febre esse non posse: si quidem taliter laborantes cum peste uera laborantibus deputandos non habebimus, quamuis interim pestis tempore laborent. De quibus dictum illud accipi debere intelligo, de propinanda cum uino bolo Armena, absque febre prorsus laborantibus in peste, nimirum pestis tempore: qui accepta forte in aliqua corporis parte longius à corde, atque unde pertingere ad cor putredo nequeat, afficiuntur. Vsque eò autem certus pestis ipsius characterismus est, maior ut semper ægrotantium pars pereat, ut uel si cum febre contingeret aliquando, alijsque pestis accidentibus, maiorem tamen ægrotorum partem morbum euadere, ac minorem interire, non fuerimus malum id pro peste uera deputaturi, sicuti sanè nec apparentes in tertianis aliquando intermittentibus, morbisque quibusdam alijs, lenticulares maculas, pro petechijs ueris deputamus: quippè ex quibus maior semper ægrotantium pars euadat. Semper enim exonerantis se quoquo modo expultricis facultatis indicia sunt hæc, non semper tamen, ut ad eadem loca mittat: quin ne mittat quidem sæpè: sicuti sanè nec semper in pestilentia bubones uidemus, & carbunculos, indicio interdum non satis bono. Etenim quum nulli hi, aut lenticulares maculæ nullæ, latitante intus putredine: atrocior ibi pestis, & pestilens aliqua febris hîc. Tanta enim esse utrobique uirium imbecillitas, expultricisque inprimis facultatis potest, ut noxiæ materiæ expulsionem aggredi nequeat: non dixerim audeat, ne consilium naturaliter prorsus agenti facultati largiamur. Itaque de urinis, quæ in febribus his sæpe secundum naturam uisæ sunt, id esse causæ non dixerim, quod multi tamen dixerunt: naturam materiam perniciosam hanc aggredi

gredi non audere: quæ profectò conſultò in his non agit. Neque rurſus tamen, quod ab eruditis noſtri temporis ſuper re hac profertur, placet ſatis, debilitatem naturæ pro cauſa adducentibus, excrementa per urinam expellere nequeuntis: nam ſi urinæ eæ naturales ſunt, atque concoctricis facultatis ſigna præſeferunt ualidæ, & expultricis iure præſeferent, earum quidem partium, quarum inuenta concoctrix ualida fuerit, ut uenoſi in hoc generis. Sed demus, aliunde, ut ex totius fortè ambitu, alijsúe, quàm uenæ ipſæ ſint, partibus emitti per urinam, ob partium earum imbecillitatem, excrementa non poſſe: iam hoc illud erit, quod nos quoque ſuprà dicebamus, de expultricis facultatis imbecillitate, quæ quidem cauſa tametſi uera, non magis tamen ad urinæ, quàm ad reliquarum patrium omnium uires pertinet, quas eſſe omnes uſque eò imbecilles, ut non aliquo tandem pacto ad noxæ expulſionem inſurgant, uerisimile non eſt. Quamobrem illud uerius dici, atque exiſtimari hac de re poſſe crediderim in his, in quibus ex impuri, corruptique aeris inſpiratione, aut cordis ſubſtantia, aut contenti in eo ſpiritus, aut utraque etiam, putredinis uim ſentiunt: ſi inibi conſtiterit putredo, neque ulterius in uenas tendat, quod quidem factu non impoſsibile ſit: meritò pereat non multò poſt ægrotus neceſſum fuerit, deſtructis ſpiritibus, cordisque ita affecta ſubſtantia lethali maximè, atque irremedicabili malo: ac ſicuti nihil tunc in uenis uitij eiuſmodi, aut iecore ineſt (intus enim, intraque cor ſubſiſtere malum poſuimus) ità ne in urinis quidem rei huius indicia manifeſtari ulla debebunt: itaque hac de cauſa naturales uidentur, adeòque etiam ex hac parte ſunt. Verumque eſſe reperietur, quòd urina in his bona ſit, ſicuti dicebat ille, & pulſus bonus, & æger tamen tendat ad mortem: urina, ea, qua modò oſtendimus, ratione: pulſus, quòd iuxta Galeni ſententiam, contenta corde frigidiore interdum quum ſint, cor autem ipſum calidius, ex ueluti contemperamento hoc, pulſus ſanorum ſimiles pulſibus exiſtant, neque febrire ſe ægroti ſentiunt, nimirum affecti iam καθ' ἕξιν: atque hecticæ febris proprium illud, ut ſenſu non percipiatur. Neque uerò ſentiri eam, priuſquam facta ſit, neceſſe fuerit, ut obijciunt noſtræ huius ætatis eruditiores, neque cordis corpus putreſcere, neque hecticam ibi ex peſtilenti febre gigni contra Galenum autumantes. Nam & breui admodum temporis curriculo inſpirationis putridæ uehementiſque acrimonia inſigni impreſsio ea ſit, & antequam facta ex toto fuerit, more hecticæ omnis etiam nondum abſolutæ, ſenſum febris aufert, quum interea tamen moleſtiæ, atque anxietudinis non prorſus nihil perſentiſcant: & in putredine etiam contentorum corde, adeoque cordis etiam ipſius, non ſic ſtatim ægroti pereunt: non enim confeſtim uſque adeò neceſſum eſt, ut iſti ijdem opinantur, animal ipſum perire, quoniam cor eryſipelata, & huiuſmodi tolerare non poſsit. Sanè nec tolerat diu, tolerat tamen aliquandiu: fert, non perfert. Nobiliſsimum uiſcus eſt Cor, delicatiſsimum, dixere hi: ego fortiſsimum, ac ualidiſsimum dixerim, & quod, ut eryſipelata & phlegmonas, morboſque inſtrumentarios alios ferre paulò diutius nequeat, quin extemplò ſequatur interitus: ac intemperaturas, uel magnas ferre pluſculum temporis queat. De hoc enim ſcribens Galenus quinto de locis affectis, ſententiam hanc protulit: τὰς μεγάλας δὲ κατὰ μὲν τὰς ἰδίας τῶν ὁμοιομερῶν δυσκρασίας, οὐκ ὀξὺς ὁ θάνατος ἕπεται, κατὰ δὲ τὰς ὀργανικὰς ἐξαιφνίδιος. id eſt, Magnas uerò (nempè intemperaturas) ſecundum quidem proprias ſimilarium partium intemperaturas, acuta non ſequitur mors: ſecundum uero inſtrumentarias repentina. At ſebris hectica intemperaturæ ratione continetur, magnæ ſatis, calidæ ſiccæque: putredoque adeò ipſa intemperaturæ alterius uitio notabitur ex calore, humoreque nimio extraneo utroq;

Ferunt

mus: semperquê & obstructiones reseramus, & humorum crassitiem attenua mus, & detergimus lenticiem: nihil horum facturi, si sanos prorsus, & incolumes, quos præseruatos uolumus, persuasum haberemus. utimurquê propè ausim dicere indiscriminatim in pestis, pestilentiumque febrium præcautione omni, adeoque in omnibus, licet plus, minus, semper tamen, attenuantibus, detergentibus, deobstruentibus, maximeque desiccantibus Quid aliud quæso, quàm insignem putrefactionis, uehementioris illius, efficaciam ueriti? quæ induere se atq; insinuare in materiam non usque adeò paratam, sed quoquomodo tamen non imparatam, uestigiumq; in ea relinquere ualeat, etiam ut obstructiones multæ non sint, aut humiditas multa: ut minus mirum uideri debeat, si sæuiente peste multa hominum millia pereant generis omnis, sanorum, nō sanorum, benè, aut secus se habentium, uel qui ità uideantur, omnium tamē eiusmodi, ut spiritum ducant, & humores necessariò obtineant aliquos, quibus impacta inhærere mali totius semina, atque initia possint. Neque tamen corripiuntur omnes, ut maxima mortalium omnium pars corripiatur: quod signi sit, alios, etiam ut non uideantur, putredini tamen recipiendæ obnoxios magis esse, sicuti alios, ut uideantur, non esse: temperaturarum diuersitate, quarum signa non omnibus in aperto sint. Sed neque omnium excutimus diligenter temperamenta tunc: inuenturi, si excuteremus, bona ex parte, qui obnoxij, quique non obnoxij futuri malis his essent. interea in tam acroci lite consultum indifferenter omnibus cupimus omni prouisione. Haberi porrò putrefactio ea (nam & hoc quoque, ut explicetur, petere uidentur) quantitate quidem quoque, ac mole ingens potest, si multum loci in corpore occupet: summè tamen in primis intensa, summumquê, atque, ultimum caliditatis, & humiditatis præternaturalis adepta gradum atque ordinem intelligi debet: hoc est immensa, ingens, acerrima, uehementissima putrefactio facta: proinde actionem quoque edere, & in sui naturam conuersam trahere, non inidoneam tamen prorsus, materiam apta nata. Hæc est planè actio ingens, sed sui tamen generis, caloris nimirum, atque humoris nimij uehementia, quam ingens illa caussā profert, putrefaciendo nimirum, & putredinosas omnium maximè febres gignendo, nōn ardentissimas illas, quas ita uocant ex argumento caloris febrilis ignei cuiusdam, cum non usque adeo magna sæpè putredine, quum è diuerso putredinosissimæ pestilentium pleræq; sint, & habeantur cum febrili calore minimè sane intenso, cōtraq; miti potius, ac placido. Vincitur enim (quod hoc loco libèter repetimus) humore præternaturali nimio calor hic, ac tanq; sopitus iacet. Ea propter ardentissimarum actio ingens ex calore, & siccitate: putredinosarum autem actio in primis ex calore, atque humore nimio, ac præternaturali. Meritò igitur illæ nec contagiosæ, nec pestilentes, hæ utrunq;, ex putrefactione maxima: quæ si præterea quantitate quoque, ac mole magna sit, ut multū loci in corpore obsideat iam primùm, cui dubium, citius ita, ac certius interemptum iri ægrotum? Neque tamen, ut multò maximam corporis totius molem occupet, nisi eadem ad summum insuper talis fuerit, intentamquê ualdè qualitatem hanc obtinuerit, naturam suam rectè impleuerit, ut peragere, quæ diximus, ualeat. Qualitate nanque sua maximè officit in febribus his putredo: usque adeò, ut à multis uenenum, aut uenenosi certè quippiam retinere existimatum sit. Quod cuiusmodi sit, uel potius cuiusmodi esse opinemur, quoniam huc scribendo peruenimus, uenenumque sæpius nominauimus, naturam, & differentias non attulimus: agè hoc quoque expendendum hic sumamus: plurimum enim ad id, quod quærimus, enotandum facturum est: atque examinatis diligen

diligenter prius his, facilius ita diſputationis huiuſce, quam præ manibus habemus, exitum inueniemus.

Si quemadmodum, quantũ negotio huic noſtro conueniebat, putredinis naturam explicauimus, & contagij oſtendimus, ita ueneni etiam, in quantũ propoſito noſtro ſatisfaciat, quęſiuerimus: reperiemus uenenũ maximè, atque in primis, & abſolute illud dici debere, quod δηλητήριον ſit: aduerſiſsima nẽpè naturæ noſtræ res, & pugnantiſsima, quæque proprietate quadam, totaque, ut aiunt, ex ſubſtantia, & natura, totoque genere inimicans interimit: ut plantæ quædam habentur, & metallorum, metallicorumque multa, tùm uerò animalia uirus eiaculantia propè omnia. Eſtque hoc, ac proprie magis dicitur uenenum: illud improprie, quod manifeſtis qualitatibrs quatuor ad ſummum, ſupremumque gradum, ſiue ordinẽ exurgens interficit. In hoc enim ſolum cum priore conuenit, ut perimat, quod multis alijs commune eſt: differt, quòd ex manifeſtiorum qualitatum temperamento, hoc faciat, quum prius id ex forma tantum ſpecifica, ac proprietate quadam, totaque ſubſtantia agat, quæ quidem ipſa quoque tamen temperamentum conſequitur ſuum qualitatum manifeſtarum quatuor, ſed pro rata inter ſe commiſſarum rerum parte, atque ex proportione quadam, hactenus nobis incognita, quòd exactum ratæ illius rerum quatuor partis ceu punctũ quẽdam ignoramus, in quo forma ea conſiſtat, cuius mirabiles ſæpè effectus ipſos uidemus, æquè ac ex uocum inter ſe quatuor harmonica quadam, modò intenſarum plus minus, modò remiſſarum, conuenientia euidens concentus, quem non niſi proportio ea ſuſcipiat, exiſtit. Duo hæc habentur uenenorum genera, re, rationeque hac diſſeparata: quorum priora itidem ſpecificæ formæ alicuius repugnantiam habent, quæ inimicetur illis, eaque ideò tollantur: alia manifeſtis qualitatum quatuor primarum cõtrarietatibus ordine, graduque eodem ex aduerſo reſpondentib. auferuntur. Sanè in quo nam conſiſtere putredo, qualis peſtis eſt toties iam dictæ, peſtilentiumque unà febrium, poſsit, ut quod multi iam exiſtimant, uenenum aut uenenoſa habeatur, paulò diligentius expendendum fuerit: etenim non parum in hoc poſitum eſt rectè diſcuſſo, ut quod quæritur inueſtigatum facilius inueniatur. Ac primi quidem uenenorum generis habenda eſſe putrefactio nõ uidetur, quod eius cauſę, ideoque & natura in aperto ſatis ſint, illius autem lateant, & cognitioni noſtræ ſubtractæ occultentur. Sed neque effectus conueniunt: ex putredine namque contagium in aere, ut docuimus, manifeſtumque ſatis eſt, quod in nullo, id genus, ueneno uiſitur. Non enim contacta tantùm, niſi intus accepta, periment metallica, aut illiuſmodi plantæ, nec niſi illato morſu animalia: aut ut præparatione quadam uehementiora facta aliqua illorum: deinde corpori extrinſecus illita, aut quoquo pacto idipſum tangentia interficere ualeant. At id minime infecto aere euenit, ſed delatis intrò per occultiores meatus illos ueneni uiribus fit. Baſiliſci pernicioſa ex oculis emiſſa in aliquem uis, aliter quàm propria ſui facultate pernecat: minimè deriuata in aerem natura eadem, licet medio eo utatur. Intuente enim tantummodò baſiliſco pernicies ſequitur, emiſſa ità ſpiritali ſpecie ea, quæ cum eo unà diſcedẽte ſtatim diſcedat, & abolita prorſus pereat, relicta aeri natura ſua priore. Nuſquam igitur putrefactoni locus in eo quidem uenenorum genere, quæ ex ſpecifica forma, cæcaque, ac abdita proprietate opus edunt ſuum. Ac fieri poteſt, & fit interdum, ut (quod ſanè ſuprà quoque recitaſſe meminimus) præter fœdas, ac putredinoſas paludium, cœnoſorumque locorum exhalationes quaſdam, ex ſtagnãtibus aquis, lociſque paluſtribus nonnullis, terrenoque adeò quãdoque ipſo mephitis aliqua euaporet, quæ multos proprietate tantum quadam, non putredine interficiat, cõmunemque ideo pluribus morbum faciat, ſed quem nominare propterea tamen rectè ſatis peſtem, aut peſtilentem, non poſsis: nec ſanè nominat Galenus, ſed proprietatẽ dicit, deleterij proculdubio naturam indicans,

ſic

ſtc enim ait ſecundo de nat. hu. com. ὑπὸ μὲν οὖν τῶν ἀναθυμιάσεων, ἰδιότητι μᾶλλον οὐσίας, οὐχ ἁπλῇ ποιότητι λυμαινομένων. In euaporationib. inquit, quæ ſubſtantię potius totius ꝓprietate nocēt. Non ſecus, ac quũ à nō benè accēſis carbonibus, tectorioue opere aliquo recēs conſtructo, illitoq; calce, pereuntiũ meminit, ꝓprietatem appellauit: inquib. omnib. putrefactio nulla, proinde nec contagiũ Non. n. arbitror ita pereuntes aliter, quàm malæ uenenoſæq; uaporationis, ſiue exhalationis illius inſpiratione perire, non aũt contactu mutuo ullo. Sed & id eſſe argumento rei huius poterit non paruo, non eſſe ſcilicet putredinē uenenō adſcribendā, ſicuti ſanè nec uenenũ putredini, quòd uenenis his potionati, aut ab animalibus demorſi, non ferè febrire uiſi ſunt: quũ contenta corpore putredo tàm promptè ſemper febrem gignat. Vincitur ergò rationibus, ueneni ꝓprie ita, atq; abſolutè dicti putrefactionis naturam habendam non eſſe. Neque tamen ſuboriri tale aliquando aliquid in corporib. noſtris poſſe inficias iuerim: ut reuera in ſemineæ materiæ diutina nimis retentione ſuboritur, uteriq́ue eadem ex cauſſa, ſuffocationibus, ut in comitiali interdũ affectu, materiæ uenenoſæ alicuius euaporatione, ex corporis parte aliqua, facto: & huiuſmodi fortè alijs: ſed hoc dico, in peſte, peſtilentibuſue febribus id ueneni nō ineſſe. Vnde certius duci ex hoc argumentum, ut idem exiſtimemus, poteſt, quòd in materiæ uenenoſæ eiuſmodi intra corpus generatione febris tamen nunquam ulla rectè percipitur: ut propterea longius à putrefactionis natura abeſſe appareat, ex qua tàm promptè febris ſæpiſſimè oriatur, ex materia autem uenenoſa illa non oriatur. Atq; ſi, ubi Galenus corruptibilium fructuum quorundam mentionem facit, quorum corruptela extraneam quandam, & ut ipſe ait, ἀλλόκοτον φθορὰν τινα, induit, ἴσχεθαι, ἐργάζεται audimus, febris uerbum nullum: at, ſi humorē in uenis aliquē putreſcere minima quaq; occaſione contingat, eā putrefactionem febrem inſequi, & quidem malignam addit. ſecundo de alim. cap. de cucũ. ὅς ἐπειδ' ἂν ἀφορμῆς ὀλίγης εἰς σῆψιν ἐπιλάβηται, πυρετοὺς κακοήθεις ἐργάζεται. Vt intelligamus putredinem humorũ in corpore cum febre eſſe: corruptelam uerò, alienam quamuis, atq; à natura noſtra abhorrentem, ſæpe etiam ueneni aliqui referentem, non eſſe. At obijcient hoc loco fortaſsè, qui diuerſum ſentiunt: &, putredo, dicent, parua aliqua, mediocriſue, uenenum, aut uenenoſa, ne ſit: at maior illa, ſumma, ingens, immenſa, uenenum profectò erit, uel uenenoſa certè. E' contrario nos eandem in maiore, & quantumuis ſumma, conſeruatam naturam putredinis eſſe dicemus, quæ aduentitij, atque extranei humidi in calidum innatum uictoria eſt: efficaciam tantummodò maiorem additam ad putrefaciendum concedemus, ut in qualitatibus primis omnibus ferè euenit, quæ etiam in ſummo poſitæ naturam tamen ſemper ſuam, maiorem imò, ac uehementiorem, efficacem certè magis, retinent, ac, niſi aliæ omnino alteratione aliqua fiant, non immutantur, atq; ſolùm magis minuſue tales, quod eas certè non alias faciet, dicendæ: ut hîc eadem, quæ putredinis ſtatim naturam introducit, ad extremum uſq; præſtat: uictoria humidi in calidum: donec fimoſus ſolum cinis quidam reſtet, finita putredine. Cuius rei teſtem allegare Ariſtotele ipſo potiorem non debeo ullum, qui lib. quarto meteor. ita ſcripſit: καὶ κοινὸν τὸ πάθος ἡ σῆψις τῆς ὑγρότητος οἰκείας, καὶ θερμότητος ἀλλοτρίας. διὸ γῆ καὶ ξηρότερα γίνεται τὰ σηπόμενα πάντα, καὶ τέλος γῆ, καὶ κόπρος, Ob id, inquit, ſicea fiunt, quæ putreſcunt, ac terra tandem, & fimus erunt. Quòd ſi putreſcere tum deſinunt quũ primum ſiccefcũt, & putrefactionis exitus, terra eſt, inter putredinem qualem cunq;, uel maximam, & exitum, finemq; hunc, aliud quicquam interponitur nihil. Ita ſane: nec ueneni quidem, de auctoris huius ſententia, natura interueniet ulla. Sed nec Galenus legitimorum operum ſuorum in aliqua parte aliter unquam ſenſiſſe animaduertetur: κακοήθειαν quidem putredinis magnitudini tribuens aliquando, uenenum nunquam. τὴν κακοήθειαν, inquit commentario tertio in Epid. tertium, τῷ πλεονάσαντος χυμοῦ διὰ τὸ μέγεθος τῆς σήψεως συνίστησι. Redundantis

EE

dantis humoris malitiam, siue malignitatem ob putredinis magnitudinem cõstituit. eodemq́ rursus in commentario: καὶ διὰ τὸ χρονίζειν μὲν γὰρ ἐν τῷ σώματι τὴν κακοχυμίαν, ἡ σηπεδὼν ηὐξάνετο: Et quòd in corpore moraret̃ cacochymia, augebat̃ putredo. Ex mora hîc clarè auctam tantummodò putredinem uidemus, non aliam factam. Magna igitur putredo malignitatem hanc fecerit, quod nos libenter agnoscimus in febribus multis, sed aucta tantum putredine, maioreq́ue facta, nõ etiam uenenosa reddita. Alterum erat ueneni genus, tametsi impropriè satis dictum, sed uenenum tamen, manifestis qualitatibus suis pollens, potensq́ue, quoties supremum ordinis sui apicem attigerint: quo num fortè reponẽda putredinis natura sit, dispiciamus. Et alia quidem omittant̃: nemo enim ambigat, num frigida ad summum, aut sicca, aut utrunque, frigida uidelicet, & sicca, aut frigida etiam, & humida simul, ingredi putredinis naturam ualeant, tantisperdum talia ipsa sunt: & putredo, putredo est, euaporatio quippè humidi innati cum calore unà suo, à peregrino, aduentitioq́ humore facta, ac præternaturali simul calore introducto. calore igitur, atque humore superfluo redundẽt oportet putredinosa. Atqui à Græcis σηπτὰ, & σηπτικὰ inter uenena numerant̃, ut si alicubi, hîc maximè, atque huic potissimum ordini adscribi putredo posse uideatur, ut ueneni tandem naturam accipiat. Sed si diligenter hæc quoque ipsa examinentur, nõ sanè parùm distare inter se apparebit. Primò nanq́ pestem, pestilentemq́ febrem faciens putredo, in corporibus nostris initio, per seq́ oriri, confessione propè omnium aliquando posse creditur: at nullius, quod credam, confessione, de putridis, putrescentibus, ac putrefacientibus, ita quidem dictis, uenenis idem existimabitur: ut tanquàm misy, aut sory, aut chalcitis, aut calx, aut arsenicum, aut cantharides, aut aconitum, aut quod horum ipsorum uires referat, atque opera etiã edat, in corporibus per se suboriatur quicquã. humorem enim esse oporteret, quod oriretur, aut in humoribus: modò nihil unquàm uisum audimus, aut scriptum legimus: sicuti prioris generis ueneni quãdoque, neque semel tantùm, sed sępius exorti, factiq́ue signa uidemus in comitialibus quibusdam, ut suprà diximus, & uteri suffocationibus, ac similibus quibusdam. Deinde nec contagium in his manifestum ullum, imò nullum penitus, nec febris: quum utrunque in pestilenti morbo manifestissimum habeatur. Postremo diuersa quoque ualde remedia utrique rei adhibentur, ac diuersarum rationum: ut diuersa esse appareat. Quis enim rectè sentiens, aut faciens, alexipharmacis utat̃ ad febres hasce, qualibus ad id genus uenena utimur? lacte, oleo, butyro, quibusdam insuper alijs, quæ uenenorum illiusmodi omnium maximè propria, &, ut Arabes loquũtur, Bezoardica auxilia habentur, in febribus uerò pestilentibus, pesteue ipsa omnium maximè aliena, nihilq́ ad rem, ac propè dixerim ridicula euadant, si exhibeantur. quin insigne sæpè nocumentum adferant, adaucta putredine, lac, butyrum, atq́ huiusmodi alia. Iam Bezoardicus lapis, tàm præsentaneum uenenis his remedium, de quibus nunc loquimur, ut meminerim, ac testari uerissime possim (non enim me solò, sed nonnullis prætereà præsentibus medicis alijs Cæsareis res acta) potionatos noxios homines duos, napello unum, auripigmento alterum, exhibito, granorum septem pondere, lapide hoc, euasisse. At idem lapis peste, pestilẽtiue febre correptis nullo, quod testari pariter possum, successu exhibetur. Hæc satis ostendere possunt, diuersæ hæc inter se habenda esse naturæ: itaq́ etiam nostri temporis eruditiores improrie putrefacientia ista dici contendunt, quando melius ac proprie magis adurentia sint. Interea tamen Galeno diserte satis putrefacientia calida, atque humida censentur hæc. sic enim ait lib. tertio de Simplic. medicam. τὰ δὲ σηπόμενα καὶ ἐλάχιστα τοῖς ὄγκοις ληφθῇ, πάντως διαφθείρεται, ὥστε σήπεται μὲν ἅπαντα τὰ σηπτὰ θερμαινόμενά τε καὶ ὑγραινόμενα, θερμὸν δὲ εἶναι, καὶ ὑγρὸν τὸ αἷμα. Quæ putrescũt, inquit, uel si momenta eorum sumantur, corrumpũtur omninò, ideò quòd putrescibilia cuncta, dum calefiunt, & humefiũt, putrescunt, calidus autem, & humidus

Lapidis Bezoar experimentum.

midus sanguis fit. Fuerit igitur hîc quoque putrefactio quædam, adeóque ex calido etiam, & humido, tãquam ex materia, forma uerò diuersi omnino, ut ostendimus, generis cuiusdam, ut sit. Iccircò diuersa quoque insequuntur, quæ diximus, prorsus ut nomine potius tantùm hoc dici ab auctoribus, uocarique putrefacientia uideantur, reuera talia quum non sint. Esse porrò putrefactio hæc ignea potius quædam uidetur, quatenus quidẽ putrescere ignea quoque possunt: quod quantum ab ignis natura absit, scimus omnes, ut putrescat inquam. Ea propter natura putrefacientium ita, naturæ eorum, quæ per διαβρῶσιν, corrodendo nimirùm, interficiunt, coniunctissima est: deq́ue his ab auctoribus, Galenóque inprimis ipso, coniunctim, atque unà mentio semper fit. At corrosio igneæ profecto acrimoniæ alicuius est. Quin, quum de his sermo Galeno est, uerbum etiam διαφθείρειν addit: ut præter putrefactionem, aliqd inesse aliud credamus, lib. tertio de temperamento. ἡ μεταβολῆς ἀρχὴν παρὰ τοῦ σώματος λαβόντα σήπεται. τοὐντεῦθεν ἤδη διαφθείρεται κἄπειτα συνδιαφθείρει τι καὶ σήπει τὸ σῶμα, δηλητήρια δ᾽ οὐδὲν ἧττι καὶ ταῦτα. Et putrefieri hæc, & corrumpi ait, assumpto ex corpore initio, mox & corpus corrumpere unà, & putrefacere, esseq́ue ea δηλητήρια adhuc, hoc est, uenenorum adhuc genere contineri, quod alibi, τῷ γένει & ὅλῳ τῷ γένει δηλητήρια τῆς ἀνθρώπου συστάσεως ὑπάρχειν, de his ipsis loquens, dixerat. ut to to genere, non autem ex calore, & humore solùm nimio, humanæ naturę ista aduersari, atque inimicari, eiusque destruere substantiam, & consistentiam sciremus. Quod quidem attendendum diligenter est, sententiæque huic, ac dicto immorandum. Etenim, si deleteria sunt adhuc, Galeni ipsiusmet cõfessione, hoc est, ex specifica forma, latentique quadam facultate, ac proprietate agentia: utique non ex caliditate, atque humiditate agent, manifestis usque adeò qualitatibus, ut putredo quoq; ipsa habeatur. Atque ita erodentia potius ista quum sint, ita quoque rectius dicentur: non autẽ putrida, aut putrefacientia, proprie quidem: quod nos hoc loco quærimus. Sic plane ne in hanc quidem recipi uenenorum classem, putredo febrium ea poterit. Ac multò minus inter ea numerari, quę manifestas qualitates comitantur, ex quatuor illis reliquas, quæ ad summum peruenerint: frigiditatem inquam, aut siccitatem, aut humiditatem solam per se, uel cum frigiditate etiam coniunctam: propterea quòd horum omnium natura, & temperamentum, quemadmodum anteà etiam dixisse meminimus, putredinis naturæ, & tẽperamento resistat maximè, atque etiam tollat: tantùm abesse, ut coire simul possint, aut in eodem sistere. Iccircò quum tàm sępè suboriri in corporibus humanis putredinem, summam, mediocrem, paruam uideamus, qualitates in humoribus in supremo constitutas gradu, uenenique ideò naturam manifestarum qualitatum genere contenti induentes, non uidemus: ut aliud omnino esse appareat: anteà enim pereat animal necesse est, quàm hoc fiat. Scitum quidem Hippocratis illud est in libello de Natura humana: οὕτω δὲ καὶ εἰ τι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλείποι τούτων τῶν συγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος. Non posse uiuere hominem, affirmat, in quo humarum aliquis ex toto defecerit. Porrò necessariò deficiet, si quis eorum ad summum inualuerit, cuius tàm insignitè, atq; in extremo pollentibus qualitatibus, uictæ pereant statim contrariæ: ubi namque summa in humoribus, aut immensa aliqua caliditas, exempli causa, aut siccitas, uicta cessauerit quamprimum, atque adeò cesserit frigiditas, & humiditas. Quapropter merito ab Hipocrate alicubi damnabantur puri, synceriq; in corpore humores: & Galenus in expositione loci, quem paulò antè adduximus huc de Natura humana in hunc modum scripsit: ἐὰν μὲν οὖν ἀπόλλυται παντάπασιν ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν τὸ ὑγρόν, ἢ τὸ ξηρόν, ἢ τὸ θερμόν, ἢ τὸ ψυχρόν, αὐτίκα οἱ χυμοὶ διαφθαρήσονται κατ᾽ ἐπικράτησιν οὐκ εἰλικρινῶς, οὐδ᾽ ἀκριβῶς ὄντες ὑγροί, καὶ ξηροί, καὶ θερμοί, καὶ ψυχροί. Excellenter, atque à prędominio tales, aut tales dici humores audimus,

qualitatibus suis: non uere, aut sincere, aut exacte omnino. Neque pituita enim summe frigida, quoniam gelasceret, neque summe humida, quoniam ex toto liquesceret, & consistentiae nihil haberet: neque bilis utraque summe sicca, quoniam lapidesceret, aut adamantina fieret. Nihil igitur expectandum in corpore tale, quod ad summum sit; quando ne humorum quidem quisquam talis: quorum si unus aliquis pereat (perit autem contrarijs humoris alterius qualitatibus uictus, si supremum exuperantes locum occupent) extemplò confestimque (... enim dixit Hippocrates) unà quoque homo pereat necesse est. Vt sanguis itidem si calidus, atque humidus in extremo esset, periturus statim fuerit melancholicus humor omnis, cum corporis totius pernicie. Nihil igitur in corporibus quum subsistere tale queat, quod in summo calidum, frigidum, siccum, aut humidum sit, quae ueneni ex manifestis qualitatibus agentis natura erat: tàm crebrò autem subortam in ijsdem ordinis cuiuscunque putrefactionem uideamus: uincitur rationibus his, ne huic quidem uenenorum conditioni adscribi putrefactionem, proinde nec pestem, pestilentemue febrem ullam posse. Quod si igitur (id quod demonstrasse nos spero) neque inter prima reponi haec, neque inter secunda uenenorum genera possunt, nusquam locum habebunt, in quo sedem inter haec reponant suam: neque dici, aut haberi unquam pro ueneno, aut uenenosa re poterunt febrium genera haec; neque si proprie, neque uerò si improprie (quod de in summo positis qualitatibus dicitur) adstruere hoc ipsum uoluerit quis. Nisi si tamen fusa, laxaque ualde nimis significatione, aliqui habendum esse statuant uenenatum, quicquid tandem quocunque modo interemptum hominem enecet: cum quibus agendũ nobis non est. Nunc pergamus ad reliqua.

In quaestione propositum fuerat, num in peste, pestilentique febre, cuiusmodi lenticularis quoque est, usus Theriacae conueniat. De peste, pestilentique febre non omnia (longum enim id nimis, ac superuacaneum fuisset) sed tamen, quod satis futurum uisum est, dictum: dictum & de contagio, quòd non temerè absque contagio eae inueniantur: tum & de uenenis additum, quoniam id non sane in postremo loco facturum ad rem esse uidebatur. Nunc de Theriaca quoque dicenda restant quaedam: ut termini hoc pacto, uocesque in quaestione positae omnes, dilucidè, quantum proposito negotio sat sit, explicata appareant, atque ita facilior disputationis totius extricatio, & expeditior tandem sequatur enodatio. Sed de Theriaca, quod propositum hoc tangit, totum transigi perquàm breuiter potest, ut temperamentum eius quaeratur, numerentur dotes, ac facultates, quantaque huius ad febres, imprimis huiusmodi, esse commendatio queat, expendatur. Non est dubium, nos de Theriaca sermonem instituere Andromachi illa, quam Galenus quoque ipse commendet: atque etiam arbitrari (quae nonnullorum iam principum uirorum diligentia circa haec, curiosaque in primis sedulitas est, nullis iam sumptibus parcentium, ut omnia diligenter undique conquirant) non omninò destitui nos hoc tẽpore Theriaces cõpositione laudata, ac pbanda satis, efficacique, si successus spectet, cui euentus non parũ saepe respondeat. Do etiam, non deesse hodie artifices pparandorũ medicamentorũ omnium non unius Theriacae tantùm, q ueterum multos aequent, paulò ante actarum uerò aetatum plurimos quoque superent, rerum iam multarum cognitione, quae prius ignorabantur. Itaque suas sibi habere dotes ac facultates quascunque libenter permitto nostri quoque temporis Theriacam: neque adimo temperamentũ, quale in ueterum illa erat, omne, quod ab Auicẽna in summo calefaciẽtiũ ordinis statuitur: at longè magis siccans habendum esse, ualdè uerisimile est. Opij enim additione, tot, benè alioqui calidorum, medicamentorum infringi uis potest, siccitas non potest: quippe

quippe ſiccum unà, ac frigidum habetur opium.nec ferè quicquam,in uniuer- ſa medicamenti totius compoſitione reperias, cuius humefaciendi poteſtate retundi aliorum ſiccitas queat, reſiccantibus plus, minus, ad unum prope omnibus, ex quibus componitur. Accedunt, quin uerius magnæ huius ſiccandi potentiæ cauſa maxima eſſe poſſunt, paſtilli Theriaci, quibus po- tiſsimum, atque in primis theriacæ ipſius ueluti eſſentia quædam conſtitui- tur, & à Mithridatica antidoto diſtinguitur ut altera longè ſuperare alte- ram, Theriacalis inquam antidotus Mithridaticam, reſiccandi facultate ua- leat. Sal quidem Theriacus Galeno maximis extenuandi uiribus cenſetur, proinde & ſiccum faciendi: neque enim extenuatio ea, inciſio ſola eſt, uel humorum diſſectio, ſed reſiccatio inſignis. Quippè multos inconſideratè eiuſ- modi medicamentorũ potionibus uſos perijſſe ſcribit, excocto ipſorũ ſangui- ne: κατοπτηθέντος αὐτοῖς τοῦ αἵματος: exaſſato, ait, aut exſiccato ſanguine. Vt p- pterea, ſi ſales Theriaci hoc faciunt, Theriaci quoque paſtilli, ſi non intantum, at nõ multo certè infrà, ſiccare ſaguinemq; exaſſare poſſe credendum ſit. Atq; hoc erit Theriacæ temperamentum manifeſtiorum qualitatum illud, à Mithri- dati temperamento àliud, cum ob paulò magis diuerſam rerum aliarum com- poſitionem, tùm uero, uel in primis ob paſtillorum Theriacorum additionem, quibus potiſsimum æſtimari, atque expendi Theriaces temperamentum de- beat, & dubio procul Mithridati temperamento parum omninò calidius, non parùm autem ſiccius, ſi rectè ſingula examinata perpẽdantur, ſtatui poſsit. For- ma autem illa, quam ſpecificam quandam Theriacæ uocamus, & à rerum hoc pacto, hiſquè inter ſe potionibus commixtarum conferruminatione tandem expleta, reſiliens exiſtit, quanquam ex omnium miſcella reſultet, ab huiuſ- modi tamen paſtillis bona ex parte, quoniam maxime hi Theriacem conſti- tuunt; ac conſtitutam erigunt, inſurgens emergit. Teſtantur hoc ipſum o- pera, quæ à proprietate inprimis hac edit, & de quibus maximè ab au- ctoribus omnibus commendatur; Galenóque in primis ipſo: uiperæ nimirùm præſertim morſibus ſubueniendi. Intelligo cum hac, & reliqua animalia, quæ uirus ſuum morſu, aut ictu inferunt, in quibus longè præfertur Theriaca Mithridaticæ antidoto: quæ nihilominus, Mithridaticæ inquam, in alijs ni- hilo inferior Theriaca ipſa reperitur, in quibuſdam etiam excellentior. At- que hæc quamuis à Galeno eo loco non tradantur, cuiuſmodi ſint, in quibus præſtet: licet tamen ex paulò ante ab eodem dictis colligere. Quum enim in i- pſo ſtatim libri de Antidotis primi exordio tres conſtituat antidotorum diffe- rentias: eorum, quæ aduerſus lethalia medicamenta pugnant, & quæ contra uirulentas feras auxiliantur, & quæ affectibus ex prauo uictu ſubortis confe- runt: Theriace, licet omnibus his auxilio eſſe poſsit, potiſsimùm tamen con- tra beſtiarum uirulentiam commendetur: ut in hoc ſuperet, in reliquis ſupera- bitur interdum duobus: ac potior ſæpè Mithridatica hæc antidotus ad letha- lia medicamenta, exortosque in corpore ab humorum prauitate morbos in- uenietur. Vtiſam, unis exceptis uenenatorum animalium morſibus, aut i- ctibus, in multis alijs non magnopere poſtponendum habeamus theriacæ Mithridatum, ut quam interdum multò etiam infra ſe relinquat. Hæ ſunt do- tes, & facultates ex proprietate, hoc Theriacæ temperamentum, ſimul ac Mi- thridati, uſus, & uires diligenter attendendæ.

Hactenus in peſte, ac peſtilentibus febribus, cuiuſmodi maiori ex par- te lenticulares quoque ſunt, plurimum ſemper ineſſe putredinis oſtendimus: ueneni, aut uenenoſi nihil: & quæ fuerit putredo immẽſa, eam modò intimum cordis ipſius corpus depaſci, modò eiuſdem quoque impetere ſpiritus poſſe, modo in contentis corde ſuccis conſiſtere primò diximus, putredinoſæ naturę ſuæ gradu magno ſemper, maiore tamen, minoreque, eoq; magis, minuſque,

 ſemper

ſemper efficaci. Nec ſanè minus (repetere enim iſta neceſſe habemus nunc) eadem putredo, ingens dico, & ſumma, alibi in corpore alicubi, præſertim uerò intra uenas conſiſtere poterit primò, unde ferantur in cor impetantq; id, adeoq; etiam impreſsionem in eo faciãt, acres putredinoſiq; nimium uapores illi, ac putredine demum peſtilenti, quanquàm tardius, afficiant. Priore modo peſtilentia conſiſtet, peſtilentesq; febres, ex attracto per inſpirationem intro ac quoquomodo corrupto aere, rectaq; in cor, aut corde contenta delato, unde nihilominus deferri in reliquum quoque corpus putredo, aut etiam, priuſquam deferatur, ita affectũ interficere ualet, quo tempore nulla exhiberi interdum in urinis putredinis acceptæ ſigna diximus: poſteriore eadem contingent ex contactu aliquo, unde ex corporis mole, atque ambitu ingreſſa putredo humores primò, tunc & cor ipſum in affectum eundem trahat. Porrò autẽ utrobique eadem contagij ratio, in aere quippe, & ex aere: atq; adeò affectus quoq; natura eadem: ut uarianda propterea, hac quidem de cauſſa, curatio nõ ſit, ſiue hinc, ſiue inde accipiatur nocumentum. Quod, uel ſi initio per ſe abſq; ullo contagio, morbi ijdem, ut quandoque euenit, in corpore oriantur, uerisſimum tamen erit, quum natura eadem ſit, ideoq; & curatio eadem eſſe debeat nec ſi in aliquo uariatur, curationis id (ut ita dicam) eſſentiam immutet, quin ſemper his caſibus maior habenda ſit putredinis ratio, curaque, febris autem ipſius minor, neque tamen nulla. Atque adeò ex dicto hoc, in quod ſic, incurrente in id oratione incidimus, explicandæ melius diſputationis totius ratio deducta pendet: ſi prius reſerandæ expeditius, aperiendæq; ambiguitati ueluti clauem de Galeni manu ſumamus, ultro nobis eam porrigentis in obuijs locis, ut non, tanquam Herculi, extorquenda, aut in abdito eripienda claua ſit. Locus igitur eſt in Therapeuticæ methodi lib. undecimo, cap. nono, in quo enodandæ rei huius cardo uerſari totus uidetur: quo loco iubemur ab auctore hoc, febrem, hancq; ipſam facientem cauſam unà, ac putredinem, tum uerò & uirium robur conſiderare: hoc quidem ipſum ad uitæ in primis cuſtodiam, tria autem illa ad curationem. Vt diligenter expenſis prius ſingulis, æſtimatisq;, qualia, quantaq; ſint, tum deinde collatis etiam inter ſe omnibus, ſic demum facta comparatione, ex æquo ne omnium habenda cura, an uni potius, quàm alij attendendum ſit, ſciamus. Ac ſingula quidem diligẽter examinabunt ſi per ſe ſola in natura ſua expendant, atq; expẽſa, quid eorum quodq; remedij per ſe expoſcat inquirant, febris, cauſa, putredo. αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν ἐγκειμένης μόνης: ipſa per ſe ſola dum inſiſtit: putredo, aut cauſa: ut de febre idem intelligatur. in comparatione autem omnium, ſi diligenter conferãtur cuncta, num quod alias facere moneremur, facere nobis tunc, aut ſecus, ac quatenùs etiam facere liceat, ſcietur melius. Atqui hoc ipſum exequi non cuiuſuis profectò eſt, ac perſpicacis eſſe oportet, acrisq; iudicij, qui rectè nouerit febrem, putredinem, facientẽq; unà cauſſam inter ſe conferre, quoties illa quidẽ quoq; adhuc perſtat adhuc, χαλεπὸν μὲν οὖν ἤδη, ait Galenus, καὶ γνώμης ὀξείας δεῖται ἀλλήλοις παραβάλλειν τὸν πυρετὸν, καὶ τὴν σηπεδόνα, καὶ τὴν ποιοῦσαν αἰτίαν, ὅταν ἔτι καὶ αὐτὴ παρῇ. At non tam perſpicax, neque tàm acutus alius quiſpiam, fortaſſe ſtudio adhibito, & diligentia, poſsit tamen aliquid in his, ut opinor, aſſequi. Experiamur an hîc poſſimus. Cauſam, puta obſtructionem, deobſtruentibus indigere, quæ bona ex parte calida, & ſicca ſunt, & putredinem, quà putredo, frigidis, & ſiccis, ac febrem, quà febris, frigidis, & humidis, nemo non nouit. Quorum ſi æqualis inter ſe magnitudo conſtiterit, ut quanta ſit cauſa, tanta putredo quoque exiſtat, & quanta putredo, febris etiam tanta, peræque omnibus auxilium feremus: illa tantùm conſideratione, ut quæ repugnare inter ſe uiſa fuerint, tollantur ea, aut certe mitigentur: ut in deobſtruendo, quæramus, quæ nullo, aut minore ſaltem cum calore, & ſiccitate id præſtent, ne febris

bris inde aucta inualescat. Rursus in remouenda putredine cogitatio ea erit adhibenda, ne frigidis obstructionem, siccis febrem maiorem reddamus: sicuti in tollenda febre, ne frigidis itidem obstructiones, humidis putredinem augeamus. Media igitur ingrediendum uia, eo quidem nomine, quo æqualem omnium cōditionem posuimus: nam aliam ob rem anteuertere unius alicuius consideratio reliqua omnia possit. Quoniam enim obstructio putredinis, putredo febris in causa est: causam dimotam prius uelle debemus: ut intereā tamen aliorum quoque duorum ratio habeatur, sed non quàm huius maior, imò paulò minor. quo nomine quidem æqualiter uigere posita sunt. sed priore tamen loco causæ cedere coguntur. Quòd si eorum unum aliquod superet magnitudine alia, aut uehementia, uel alterum ab altero uincatur: quoniam sępenumero eueniat, ut discedēte causa, aut ablata, ac putredinē tantummodò, & febre remanentibus, ambigatur, alterutrius maioris intentiorisq́ maior omninò, ac potior esse respectus debeat. Vt, si amotis obstructionibus, causisúe huiusmodi alijs, in synocha ex putredine, cū nondum putredo inualuerit, paruaq́ ea sit, ac pauca, frigidam potandam exhibeamus, restinguendo potius calori febrili magno intensoq́, quàm putredini amouendę: uel cū in Tertiana pura, sinceraq́ illa, seu intermittente, seu continua, hoc ipsum facimus, et maximā semper febris, caloris nimirū, ac siccitatis præternaturalis illius, nōn magnā putredinis, rationem ducimus. Econtrario his casibus faciemus, in pestilentibus inquam febribus, in quibus cum miti, ac placida uisa sæpè febre, ingens illa atqua immensa putredo cōsistit: meritô maximo interdū putredinis, exiguo admodū febris respectu, nunquam tamen nullo, sicuti illius semper maiore curabimus. Quemadmodū planè nihil quicquā, neq́ hāc neq́ illam curamus, hoc est, pro depositis relinquimus ægros, quoties accepta in cordis corpore, ac substantia putredo est: quum uidelicet frustrà moliremur omnia. Quotum namque non conclamata prorsus salus est, his adhibenda remedia sunt, non quibus, si adhibeantur, incassum adhibentur. Atq́ hoc Galeni illud de bolo Armēnica: libro ix. de simpl. medic. facul. ὡς καὶ δῆλον ὅτι μόνους τοὺς ἀνιάτως ἔχοντας οὐκ ὠφέλησεν. Insanabiles enim nec bolus hęc Armena, nec Theriaca, nec Mithridatiū, nec quicquid tandem est, iuuerit: non quidem remediorum culpa, sed quòd non quibus debuerant, data fuerint. Proxima huic, & periculosissima, ut perniciosa tamen prorsus, atq́ exitialis non sit, qualis prius dicta, ubi corde contenta obsederit putredo ingēs illa: in qua potentissima, atq́ efficacissima, & ut Græci dicunt, δραστικώτατα remedia requiruntur. Vt sicuti alibi in huiusmodi febribus, hoc maxime casu ad tollendam putredinem profutura esse uideatur Theriaca, de qua disputatio, si modo conueniat. Atq́ hic demum perspicaci illo, acriq́, quod tam esse disquirendis his necessarium anteà innuerat Galenus, habituri in primis opus sumus iudicio: sanè desumamus alicunde ab alijs, si de nostro nō possumus, aut, ut possumus, proferamus nostra, meliora fortàssè ab alijs expectaturi. Ingēs est putredo, immensa, sūma, ualdè resiccantibus proptereà egens, idq́ ocyssimè facientibus, ne uicinū cordis corpus, ac cōtiguum putredine etiam corripiat, & pro multū periculoso, perniciosum iam ex toto atq́ exitiabile malū fiat. Vt, quantū quidē huc spectat, fuerimus primo quoq́ tēpore ignea etiā adhibituri, cohibēdæ, coercēdæq́ melius putredini: sed locus nō finit, corporis totius partiū nobilissimus ad uitā, q ferret tā acrē, ac uehementē adhibitorū uehementiā non posset: ac tantò quidē minus, quò magis iam tū anteà igne (πῦρ certè Hippocrati febis ē) correptū laborat: ut si paulò accendat magis, aliqua de causa, periculū sit, ne exurat statim totū: simul putredinosi uapores tam in proximo, nempè intra cordis cauitates positi, eodem ingruūt, & in corpus, substantiāq́ illius impressione facta incumbūt: tū uerò, quāuis à putredine, ubi præternaturale humidū uincit, resilientes, acres tamē ipsi in primis

bientis aeris noxam. Vt si ex hac causa, frequenti satis, ortum forte habuerit pestilens febris, corrupti inquam aeris inspiratione, persistatque adhuc causa hęc: hac quoq; ex parte futurus commodus Theriacæ usus fuerit: uel iam febrientibus, qua ambientis aeris putredo inspiratione accepta præcaueatur, & ne noua in corpore suboriatur alia, aut facta iam maior euadat, consulitur, nisi febrilis calor, siccitasq;, qua modo diximus ratione obstaret. Quod si nec tam grandis, atque immensa, aut non in corde, contentisúe corde suscepta putredo fuerit, ut quędam ex his febres sunt minoris omnino, et putredinis, et discriminis: longè adhuc minus credemus commendabilem Theriacæ usum fore: quippè necq; opus habebimus exiccatione in putredine minore, nec tanta succurrendi tam festinatò, tamq; acribus remedijs necessitas incumbet: & calor tum quoque febrilis maior sensu perceptus, multò, quàm anteà magis calida ac sicca auxilia, tollendæ licet putredini apta, recusabit. Ferè autem euenit, ut omnem subire possint causæ rationem febres hæ, & quum corrupti aeris inspiratione cor, cordeúe contenta affici primò febre eiusmodi possunt, & quum aliunde quoquomodo ex contactu, uel suborta etiam quandoq; intra corpus putredine tali sponte sua generantur: maiori licet ex parte circumambientis constitutionē sequantur præternaturalem semper, sæpe autem aliquo tandem pacto corrupti plus, minus, atq; ideò pestilentiores modò, minus modò pestilentes euadūt. Pestilentissimæ fuere sæculi huius annò uigesimo octauo, & uigesimo nono, ut in uerissimam tandem pestem alicubi desierint, inspirato attractoq; undiq; aere, tunc forte corruptiore. Minus deinde pestilentes aliquoties, interdum propè ne pestilentes quidem uere: ut ex quibus, si recta iniretur ratio, quasi ex æquo seruarentur, perirentq; ægroti: nonnunquam etiam paulò maior ritè, atq; ex ratione tractatorum pars, euaderet periculum. pro maiore nimirum, ac minori semper, uel mediocri quoque sæpe putredinis intra corpus assumptæ, aut in corpore quacunq; de causa genitę, ratione. Sed nos de his, ut cum maximè pestilentes dici, haberiq; possunt, loquuti fuimus: quas ostendimus, nisi fallor, nequaquā in curatione Theriacę usum, si recta cū ratione tractentur, admittere debere: ac tantò quidem minus, quum minus & sæuiunt, ac discriminis minus inde ingruit, ob minorem putredinem, cuius tum respectu minus quoque moueamur, febrilemq; tunc temporis calorem maiorem, qui ferè ubi putredo minor, uehementior insurgit, tactu, notisq; alijs benè manifestus, apertusq;, utì iam bonam ad se curationis totius partem à nōn triuialis doctrinæ medico trahat, ideoq; Theriacem aduersissimam tum sibi reijciat.

Dicent: ut hac ratione non conueniat Theriacā in febribus his, at quatenus opinione multorum, uenenum insit in his, uenenosæq; existimantur, conueniat necesse est. Arbitror non frustrà nos tantum anteà uerborum insumpsisse, probantes nihil horū in his esse: ut non aliud accipere à nobis responsum, hoc loco debeant: anteuertimus enim exactè satis hæc ostendisse. Et certè stultum propè sit, sic pugnandum esse aduersus febres hasce existimare, tanquam, qui à uipera, aut uenenato reptili aliquo demorsi fuerint, quib. maxime, atq; in primis Theriaca antidotus proprietate sui quadā, formaq; specifica, ut Mithridatica alterius generis uenenis opitulet, plantarum maxima ex parte, aut metalli corū, cōtra quorū noxā ut sese muniret Mithridates, magno artificio cōpositionē hāc cōcinnauit, de suo nomine dictā, studiosus ipse medicinæ: magnoq; successu, ac proprio sui experimento confirmatā habebat, ut quidē Historiæ referunt de morte eius, ferro mori tandem coacti, cū sumpto ueneno nō posset, ad uersus uenena id genus lethalia munitus antea satis hac ipsa antidoto sua, tutusque. Ac, si qua tandē in febrib. hisce ueneni, uenenatæue rei inesset suspicio, q; nullā esse uideo, quoniā uenenositas ea, nōn alia, quā prauorū succorū soboles quædā esset, quorū prauitati, ac corruptelæ emēdandę dicatū in primis esse scimus Mithridatium, longe etiā hac de causa præferendū haberemus hoc ipsum Theria-

In pestil. febr. ...

resiccatione moliremur aliquã, idq; quotidie, πᾶσαν ἐπ' ἠῶ: quod maximè sententiæ nostræ suffragatur, quando quidem nullo magis tempore, quàm mane, cum foras prodimus, præcauentes aduersus pestilentis aeris iniurias remedio nos aliquo munimus, ac defensos tuemur. At ij, qui elegantes nobis uideri uoluere interpretes, ita uerterunt locum illũ: Pestiferamq; luẽ curat, quæ tẽpus in omne Spiratu grauis est, intima conficiens. Profectò nimis quàm ad uitæ, salutisq; nostræ usus incõmodè. Nã nec in Græco usquã illud Intima conficiens, est, nec Tẽpus in omne, pro Mane omni, rectè redditũ, nec διαπαντὸς id ad aliud, q̃ ad λοιμὸν referri rectè potest. Nihil igitur hactenus apud Galenum, aut Galeno ipso antiquiores, quod sententiæ nostræ repugnet, reperias. Librum autem de Theriaca ad Pisonem, aut Pamphilianum, in quibus scriptum sit, & tanquam uenenum inesse in peste, & usus ibidem ad pestilentes febres cõmendetur Theriacæ, ne allegato mihi huc aliquis, aut idem uoces, quæ inibi insunt plurimæ, ex Galeni uoce missas doceat, quæ alibi nusquam in Galeni libris legantur, aut periodos probet Galenicas esse multas, ab illius omnium scriptura, cõsuetoq; auctori illi scribendi, dicendiq; charactere abhorrentes, quas herculè, nisi Galenum Græcè legendo in superficie tantum hæserit, nec dicendi auctoris huius phrasim notarit satis, Galeni habendas esse contendere audeat nemo. Sed & ridicula leguntur multa inibi, quędam etiam puerilia: nec desunt quæ scelestum, atq; impium facere nobis Galenum possint, si Galeni esse concesserimus. Iam quod omnium maximum est, ac probare satis per se, quod uolumus, potest, nõ satis conueniunt tempora, neq; admodum quadrant, ut quidem ostensum à nobis alibi est, nec repetere hoc loco opus habemus. Vel illud, quod nuper libellum ad Pamphilianum percurrens animaduerti, quum se libri auctor præeuntibus præceptoribus usum aliquando Romæ faciat, nónne solum potest, non esse Galeni, euincere? cui lites non semel cum medicis fuisse Romæ legimus: præceptores, quos medicinam facientes Romæ, obseruans sequeretur, ipse legisse non memini: cũ alibi non unũ audiamus: Pelopem, Satyrũ, Quintũ. Et præceptorem nominat suum ille Elianum Meccium quẽdam. nomen inter alibi relatos à Galeno præceptores, nusquam auditum. His igitur, atque alijs etiam non paucis, si referre omnes uacaret, sed his potissimum tamen rationibus persuasi, non sine ratione, iustaq; causa, reiectione utemur testimonij à libellis his petiti, præcipue uerò illius ad Pisonem: quẽ nihilominus credere par est, haud ita multò post Galeni tempora, Romæ compositum fuisse, argumento certo illo, quòd Marci Imperatoris aliquantum anteà mortui, simul & Imperatorum maximorum duorum sui temporis meminerit, quos etiam, oppidò quàm medicos, ac tantũ non medicinam multis Romę factitãtes faciat. Atqui post Imperatorem Marcum, Romæ qui duo simul imperarint ad Macrini usq; tempora, non sanè inuenias. Ac Galenissat quidem, ut ita dicam, quãdoq; scriptor ille, ut facere suspicionis aliquid alicui possit, audisse aliquãdo Galenum, aut uersatum cum eo fuisse: sed longè alia utitur ad panificium suum conficiendum, farina, quàm Galenica. Atque hac temporum uicinitate, & similitudine rerum aliqua, quę fallere multos solet, inanimaduersa, decepta insequutarum ætatum ad hanc usque diem omnium Grecorum medicorum schola, semel Galenicę librorum suppellectili adscriptos retinuit semper libellos hosce duos. Inter quos Paulus quoque, & Aetius fuere, qui, quo tempore uixerint, nescias: homines medicinæ faciendæ experientissimi (non enim dici aliter potest) sed eiusdem artis paulò magis subtilius inquirendæ excutiendæque, & explicandorum in ea ambiguorum, ac, quæ multæ sæpè occurrunt, disputandarum utiliter ad usum medicum quæstionum, non admodum certe satagentes. Qui si tales fuissent, quales apud Latinos Gentilis Fulginas, aut Aponensis Petrus, aut Senensis Vgo, huiusmodique alij, qui in singula propè Galeni uerba, non modò capita, & libros, diligenter inquirunt, obseruatione diligenti,

ligenti, fuissent ipsi quoque, utpote Græcæ, proculdubio locutionis, rerumque unà diuersitatê inspecturi atque alio reiecturi libros alienæ familiæ adscriptos. Nunc in id unum intenti, ut, quæ in rê præsentem curandorum morborum facere videbantur, notarent, excerpserunt ea, pertransierunt reliqua, superficiarij tantum Galeni lectores facti, non etiã inquisitores accurati. Itaque uidentur uterque de libello ad Pisonem tãquam Galenico deprompsisse quædam: Aetius enim Theriaci salis: Paulus cum Armeni boli, & Theriacæ simul ad pestilentes putredines meminit: quorũ alterum de bolo Armeno, ex libris de simpl. medic. facultatibus: alterũ de Theriaca, non nisi ex libris ad Pisonem, sumpsisse potuit, quoniam quidem nusquam alibi in Galeni libris id reperias. Et de Græcis quidem hæc. Arabũ auctoritates, & testimonia non libenter eleuo: sed & hi tamẽ alicubi eodem errore implicati fuisse uidentur, ut crederent Galeni libros hosce esse, qui non sunt. Et hi quoque igitur deuiarunt in quibusdam, non solum in hac materia, à Galenica de rebus his sententia. Quamuis si horum dicta rectè perpensa examinentur, proximè accedere ad Galeni in plurimis dicta uideri poterunt. Nam & Auerroes disertis satis uerbis, in multis, usu nobis Theriacæ interdicit, priuatim uerò in febribus, in totum abdicat: plus quàm Galenus, qui in quartana tamen concedit eam intermittente, & Græcorum alij, qui in intermittentibus omnibus, sic in uniuersum de eo pronunciantes. Et Auicennas nihil aliud, quàm in uenenis eã, ac uenenosis morbis, & in pestilentia in præcautrice tantum parte cõmendat: idem prorsus, quod Græcorum præcipui, nosque rationibus anteà allatis faciendum ex methodo esse docuimus. Sic fit, ut huius quidem familiæ medicæ testimonijs nõ grauemur. Latinorum uariant quidem sententiæ: at horum quoque si rectè consulantur omnes, bona sanè pars, ausim dicere et melior, diuersum nõ sentiet. Reliquorum auctoritatibus, ac testimonijs non magnopere mouebimur, rationibus contenti suprà allatis. Scilicet putredinis primò naturã diximus, qua multa cinis tandem, ac fimus fiant, siccescentia: eamque, ubi suborta quacunque tandem de causa in corpore est, & in immensum aucta, perniciosam sæpè febrẽ afferre, pestilẽtem nimirum, qua cor correptum nimio plus incalescat, siccescatque, adeoque in hecticam abeat. Demonstrauimus, ut, si maximè resiccantia tollendæ putredini conueniant, siccitatis tamen eius respectu, quæ præsertim coniuncta cum putredinoso calore eo tam acri sit, resiccantissima, atque extenuantissima conuenire nequeant, cuiusmodi in primis pascilli Theriaci habentur. Tum uerò uenenũ inesse in febribus his manifestò satis (nisi fallor) ostendimus nullum: ut ne hac quidem ratione profutura quicquam sit Theriace: præsertim quoniam qua parte potissima illius dos aduersus uirulentorũ animalium uenenũ ab omnibus celebretur, eius in febribus his ne suspicio quidẽ ulla: in alijs aũt quibusdam maiore ad usus hos commendatione Mithridatium æstimetur. Atque ita, cũ neque in peste, pestilentique uerè febre, ubi omnium maxime futurũ opus erat efficacissimis remedijs, usus tamen Theriacæ non satis profuturus esse uideatur: longè minus ad lenticularium febrium curationem admittetur. Nã, nec quà pestilentes, atque etiam pestilentissimæ interdum euadunt, ob narratas iam causas, conueniet, nec qua mitiores quandoque, minoreque putredine præditæ uidentur, eò quòd multò tunc putredinis minor habenda ratio, respectusque sit, febris autem paulò maior quàm in putredine ingenti illa. Vt iam semper in febribus cuiuscunque tandem modi continuis omnibus, ablegandus Theriacæ omninò usus esse uideatur.

Quæ quum dicta iam omnia, atque etiam ut arbitror, rationibus aliquibus confirmata sint: hoc iam fine disputationem nostram hanc claudamus.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, NEC NON DISSERTATIONVM, QVÆ IN HOC ANNOtationum uolumine comprehenduntur.

A

B

C

contag

putredi

G

Mithridatē

N

O

Q

R

S

scarifi

T

theriaca

FINIS.

B A S I L E AE
Abſoluebatur menſe Martio,
anno reſtauratæ ſalutis
M. D. LXXXI.